Vlyssis Aldrovandi ... Ornithologiae tomvs alter ... : Cum indice copiosissimo variarum linguarum.

Contributors

Aldrovandi, Ulisse, 1522-1605?

Publication/Creation

Bonon : Sumptibus M. Antonij Berniae, MDCXXXXV [1645]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/vb6b3tws

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

coll. compl. D. M. Frontini

43409

172/D/1
Vol 2

N XXI
16/a

53492



VLYSSIS ALDROVANDI
PHILOSOPHI ET MEDICI
BONONIENSIS
ORNITHOLOGIÆ
TOMVS ALTER
Ad Eminentissimum Principem
ALEXANDRVM
PERETTVM
S. R. E. Card. Montaltum,
Vicecancellarium, & Bononiæ
LEGATVM

Cum Indice copiosissimo variarum linguarum.

Sumptibus
M. Antonij Berniæ
Bibliopol. Bonon

BONON. MDC·XXXXV



EMINENTISSIMO PRINCIPI
ALEXANDRO PERETTO
S.R.E. Cardinali Montalto, Vicecancellario, & Bononiæ Legato.

VLYSSES ALDROVANDVS S.P.D.

VIX primùm liberalis studia Cardinalis Eminētiss. primoribus labris gustare; atq; extremis (vt dicunt) digitis attingere cœperam, cùm antiquissimū illud Græcorum oraculū, οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πᾶν εἰδέναι, mihi tāquam vnicum scopum duxi ante oculos proponēdum; non quò omnia vnquam me scire posse mihi persuaderem; neq; enim id humanarum virium est, verùm quò ardentius omnes neruos in discendo contenderē. Quare curis negocijsq; omnibus alijs posthabitis, totū me studijs dedidi, atq; in primis elaboraui, vt optimos quosq; vetustissimos authores, qui eam doctrinæ partē, quę maiorem mihi laudē atq; animi oblectationem allatura videbatur, pertractarunt, & illostrarunt, non solum euoluerem, sed in succum & sanguinem meū conuerterem: nullum deniq; industriæ, nullum impensæ, nullumvè laboris genus prætermisi, quò minus inter alias sciētias in illa quę circa res naturales versatur, quātum maximè possem proficerem. Huiusmodi enim scientia non honorem tantummodo, & gloriam, vti cæteræ aliæ, sed incredibilem insuper voluptatem, atque admirationem possessoribus suis impartit. Siquidem quid sublimius, quid viro ingenuo & nobili dignius, quam naturæ arcana rimari? quàm ea, inquam nosse studere quæ solus cognita habere videtur DEVS Omnipotens, qui ipsius naturæ author est, & cui vel ipse sapientissimus Regum Salomon hanc eandem scientiam acceptam referre solitus erat? Cùm itaque olei & operæ plurimum in hoc studij genere consumpserim, nonnihilque mihi assecutus videar, nolui quod multi facere solent, id intra proprios parietes abscondere, sed alijs etiam communicare libuit. Et quia plantas potissimum, animalia & fossilia publicè

profeſſus ſum, de omnibus ijs, licet quàm doctiſſimè ſit pertractatum, multa tamen conſcripſi, ſuo aliquando tempore, ſi vita ſuppetat, & conceda tur facultas, edenda, quæ ab alijs vel omiſſa, vel perperam tradita fuere: nunc autem alteram Ornithologiæ meæ partem, quæ de ijs potiſſimum auibus agit, quæ vel in menſæ vſum cedunt, vel propter cantus ſui dulcedinem, atque ſuauitatem domi paſſim à multis aluntur, in lucem dare viſum eſt: in quarum conſcribenda hiſtoria quantum elaborauerim, quos ſumptus fecerim, aliorum eſto iudicium: Eam verò Venerem ſatis fœliciter incœptam, & hucuſque protractam abſoluere animus eſt priuſquam cætera euulgare cogitem. Neque fortaſſis ab re id facturus videri poſſim, nam cum priorem partem beneuolis Lectoribus acceptam fuiſſe videam, hanc ſecundam longè gratiorem fore certo mihi perſuadeo: ſiquidem perfectiora imperfectioribus præferri par eſt. At qui ne vel temeritate quadam adductus, vel ingenij confidentia temerè id de opere meo iudicare videar, tuum Eminentiſſime Cardinalis hac præfatiuncula auxilium imploro. Etenim Amplitudinis Tuæ ſplendor vbique terrarum adeo elucet, vt vel ſolum nomen tuum libro meo præfixum, non à culpa tantummodo me vindicet, verum etiam contra quotquot fortè inſurgere queant maleuolos tueatur. Cæterum quemadmodum illud ſummæ mihi laudi, ac decori duco, ita profecto nihil laudabilius, nihilq; in quo magis gloriari queam accidere mihi potuit, quam inter eos abs te haberi, quos ingenti liberalitate, benignitateque tua fouendos, augendoſque ſuſcipis. Tu nimirum hanc, de qua ſermo eſt, Ornithologiæ meæ partem proprio ære monumentis mandari curaſti, tu inquam, qui ſolus, & vnus es, vt iuues omnes, ornatoſque reddat. Inſignis paſſim ab omnibus decantatur Alexandri Magni erga Ariſtotelem liberalitas, ſed quæ ſi cum tua comparetur, exigua omnium iudicio æſtimatur: Neque enim quis ignorat abs te illum, cui ſcilicet nomine reſpondes, animi celſitudine, magnanimitate, reque ipſa longè ſuperari. At quid Alexandrum; cur non potius de SIXTO V. Summo Pontifice auunculo illo tuo magno loquor? is, vt erat bonorum doctorumque amator beneficentiſſimus, me, cuius ei vix nomen erat notum, non ſolum inter eruditos homines habere dignatus eſt, verùm etiam mihi in meis commodis augendis perſpectam benevolentiam præſtitit. Nam cùm primùm me communi ſtudioſorum vtilitate ſumptus tenuiſſimis meis facultatibus impares facere, ab alijs intellexiſſet, ſua ſponte Senatui Bonon. me tantoperè commendauit, vt inde non mediocres fructus perceperim. Iam verò de Pontificis huius immenſa liberalitate, ſplẽdoreq; ac incredibili magnificentia, doctiſſimorum quorumcunq; virorum monumenta tum publica, tum priuata perſonant, immo vix aliquis eſt in litteris paullò notior, qui aut verba, aut ſcriptis non ſit conatus teſtatum relinquere, ſe vnum SIXTVM V. admirari, eumq; vnum ob diuinas, inauditaſq; propemodum virtutes ſuſpicere. Sed non eſt quod ego in celebrandis tanti Principis laudibus elaborem, ne dum id præſtare coner, rudi hoc ſtylo & philoſophico potiùs quàm oratorio eas obſcurem: hoc vnum tamen præterire nequeo Eminentiſs. Cardinalis, tibi tantũ Pontificem obtigiſſe auunculum, quem omnes adeò auguſtè ſunt venerati, vt etiam S.R.E. hoſtes virtutes eius, cui maximè irаſcebantur, plurimum prædicarent: quæ ſicut vberrimæ ac ſplendidiſſimę fuere, ita in te earundem vbertatem ac ſplendorem mirificè infude.

fuderunt. Optima profecto hæreditas, vt inquit Tullius in eo libro, quem plurimi fecit Augustus, à patribus traditur liberis, omniaque patrimonio præstantior, gloria virtutis rerumque benè gestarum. Vtraque in magno illo tuo auunculo erat maxima, & nunc in te tanquam per hereditatem illapsa eluceſcit, adeo vt ſolus & vnus ętate noſtra ſis, in cuius celebrandis virtutibus plurimi plurimum inſident, Alexandro Macedoni, vt teſtatur vetus hiſtoria, cùm aliquando in marmoream Orphei ſtatuam ſudorem plurimo madentem incidiſſet, ſciſcitanti quid ſudor ille portenderet, reſpondere arioli plurimum ſudaturos omnes, qui illius facta vellent ſcriptis ſuis poſteritati commendare. De ijs verò, qui de te ſcribendum ſuſceperint quid modò dicturi eſſent arioli? non ſudaturos ipſos tantùm, ſed vires illis etiam debituras. Tot enim, tantæq; ſunt animi tui dotes, vt non modò non illuſtrari dicendo: verùm ne enumerando quidem perceuſeri queant. Ad me quod attinet, ore, cum ſcriptis nequeam, collata à te in me beneficia ſemper prędicabo, vnum tamen quod paſſim in ore omnium eſt, hic repetam, te nimirum, qui neq; Rex eſt, neq; Pontifex, pluſquam Regiam, ac Pontificiam liberalitatem exercere, Reges, ac Pontifices animi magnitudine, ac pręſtantia, longè vincere. Leo antiquiſſimum nobilitatis, atq; claritatis ſymbolum eſt: is tibi feliciſſimo equidem augurio pro ornamento obtigit. Generoſum Græcia prædicat Achillem; non quòd pro inſigni haberet Leonem, ſed quia cùm aliquando matri eius lac deficeret, leænam infanti adhuc ſugendam traderet. Tua verò magnanimitas eò maior eſt, quoniam te tua mater tam magnanimum abſq; tali lacte procreauit, atq; in teſtimonium futuræ indolis generoſum [illegible] animal pro ſigno conceſſerit. Cum igitur ampliſſime Cardinalis tanta tua ſit erga [illegible]ralia ſtudia ac ſtudioſos beneuolentia, & liberalitas, vt etiam mihi naufragium ſtudiorum meorum patienti, & ob id tuam clementiam per patronos meos inuocanti, opem atq; auxilium ferre non fueris dignatus, ſed ea in me beneficia contuleris, quæ magnitudine ſua omnem meam expectationem vicerunt, itaq; poſt hac optimo iure omne id, quod & nunc in me eſt, & olim erit (quod vt non leue ſit, etiam atq; etiam ſtudebo) tibi vindicare poteris. Ego certè me totum & omnia mea, quæ vel in præſentia poſſum, aut in poſterum potero, tibi ſanctè & religioſè dedico. Tuo enim patrocinio & liberalitate, cum ſtudia mihi mea continuare adhuc licuerit, meritò quidem fructus, qui fortaſſis aliquando ad Rempub. & Eccleſiam eſt peruenturus non aſpernandus Tuę Amplitudini aſcribi debebit. Hęc ſunt ſplendidiſs. Cardinalis, quæ me vt alteram Ornithologiæ meæ partem tibi offerrem, impulerunt. Spero etiam me tibi hac ratione grati animi officium præſtiturum, teque hoc licet exiguum munuſculum clementi ac hilari fronte accepturum. DEVS te Reipubl. Chriſtianæ ſanctæ ſuæ Eccleſiæ quàm diutiſſimè incolumem ſeruet.

Ioan-

Ioannes Cornelius VVtervverius Batauus D. M. Candidis Lectoribus. S.P.D.

QVAM gloriam, quodque nomen Vlysses Aldrouandus Philosophus, & Medicus praeteris toto orbe celeberrimus cùm publicè Aristotelem, Theophrastum, Dioscoridem ac Galenum maximò cum audientium stupore, declarando, tum in horto publico ac domi sua priuatim fossilia, animalia, ac plantas demonstrando (his enim omnibus Musaum vberrime instructum habet) & sua cuique nomina atque naturam indicando, sibi acquisuerit, nulli non notum est. (Legit autem publicè in hoc almo Bonon. Gymnasio annis quadraginta octo.) Iam verò non exiguum gloria, nominiq; suo adiecit ornamentum, quando vobis auium historiam tam exactè tradit, vt nihil planè positis amplius desiderare. Etenim praeter cuiusq; auis synonymiam, & naturam: cetera quoq; quae ex hac depromi possunt; qualia sunt symbola hieroglyphica mystica moralia, apologi, historica, vsus in cibis & medicina, fideliter ex optimis scriptoribus elegantissimo ordine atque methodo adducit: quamobrem quidem Philosophis ea in primis ac Medicis vtilissima est, ac necessaria, necnon Theologis, & iurisperitis, & cuiuscunq; etiam alterius facultatis studiosis: quemadmodum ipse author in prologomenis prioris tomi pulcherrimè demonstrauit. De herbarum viribus multi hactenus egerunt praestantissimi viri, easq; iconibus illustrarunt, sed aues Petrus Bellonius, & Ornithologus tantùm: ad quas diligentissimus, ac indefessus Vlysses Aldrouandus plurimas maximo sumptu comparatas addidit: quas quia simul cum historia vobis non ingratas esse vidit suo post tempore plantarum etiam plurimarum nulli adhuc cognitarum, nec non exanguium, piscium, quadrupedum, rerumque inanimatarum icones ac historiam dabit. Vos interim valete, & tanto Viro Nestoreos mecum annos auguremini, vt quae omnia ad communem studiosorum vtilitatem parat, tandem possit parturire. Iterum valete. Bononiae Die 15. Mensis Iulij 1600.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS ORNITHOLOGIÆ

Liber Decimustertius,

QVI EST

De Auibus Pulueratricibus syluestribus.

DE PAVONE. Cap. I.

ORDINIS RATIO.

QVI priores Ornithologiæ meæ libros, quos superiori anno in lucem edidi, legerint, quales non paucos fuisse confido (quis enim vel mediocriter tantummodò eruditus Naturæ arcana, quæ quamplurima ex hac auium cognitione percipiuntur scrutari, rimariq; non gaudeat?) eos allatas ibi à me rationes, quibus in tota auium familia rapacibus & in his Aquilæ principem locum assignaui iam sibi optimè perspectas habere mihi persuadeo: sunt enim fermè innumeræ, ac si dicere mihi licet, validissimæ, sed quas repetere modò, ne (quod aiunt) actum agam, planè superuacaneum fore arbitror: hoc duntaxat obiter admonens me ex communi eas Senatus Populiq; philosophici, oratorij, historici, necnon & poëtici auctoritate, & consensu deprompsisse. Spontè hìc quoq; cæterarum auium omnium, quarum quàm exactissimè fieri licuit historia ibi pertractatur connexionem, vtpote ab ijsdem præclarissimis viris satis superq; examinatam prætereo. Quæ profectò talis existit, & talem in hocce pariter volumine polliceor, vt si vel vnicam auem suo eximias loco, omnino ordinem interrumpas. Quæ cùm ita sint ecce aues terrestres (ita appello, quæ neque in aqua, nec circa eam degunt) nunc sese nobis offerunt, carnium suarum saporis gratiam egregiè eximiam attestantes: & reuera vel hac sola, vt innumeras alias quas adducere possem rationes sileam aquaticis citra vllam controuersiam præferendæ sunt. Etenim si aquaticarum vna est ad mensæ vsum celebris, decem ex terrestribus, & sapidiores, & salubriores ei opponam. Nonne splendidissimæ Pontificum, Cæsarum, Regum, Cardinalium, Ducum, aliorumq; Principum, ac Magnatum mensæ his exornantur? Nonne etiam prorsus ieiunæ censentur, & frigescunt, nisi Pauonibus, Phasianis, Attagenis, Perdicibus, Gallinis cùm villaticis, tùm Africanis, Columbis, Turdis, Ficedulis, Hortulanis, ac eiusmodi quamplurimis alijs optimè instructæ fuerint? Aquaticis itaq; in tertium ac postremum Ornithologiæ nostræ tomum reiectis cum bona eorundem venia terrestrium historiam aggrediamur. At cùm triplex potissimum earum genus sit, graniuorum, scilicet, bacciuorum, & vermiuo-

Aquila cur Ornithologiæ exordium sit.

Connexio operis.

Aues terrestres quæ.

Aues terrestres cur aquaticis nobiliores.

Ornithologiæ tertia pars.

Auiũ terrestriũ genus triplex.

miuorum: graniuoras velut nobiliores alijs anteponimus, (quamuis cum Epigrammatario inter aues Turdus, qui bacciuorus est, gloria prima vocetur, & Horatius nil melius Turdo dicat.) Secundum locum bacciuoris, tertium vermiuoris, canoris quartum ac postremum assignaturi. Cum verò rursus graniuorarum aliæ pulueratrices sint, aliæ lotrices, aliæ pulueratrices, & lotrices simul, omnesq; simul carnis suæ gratia celeberrimæ, Philosophorum principem, & communem præceptorem *a* Aristotelem secuti, pulueratricibus (nã has primo loco nominat) lotrices posthabebimus. Sed audiamus præceptorem. *Mos autem est*, inquit, *vt alia se se in puluere volutent; alia se se lauent; aliæ nec puluere, neque balneo vtantur. Sunt pulueratrices, quæ non altiuolæ, sed terræ propinquæ, vt Gallina, Perdix, Attagena, Alauda, Phasianæ. Lotrices, nonnullæ rectilongues; quæ circa fluuios, aut paludes, aut mare versantur. Aliæ vtrumq; tum lauare, tum puluerare solent, vt Columbus, & Passer.* Hæc ille, in quibus etiamsi inter pulueratrices Gallinam prius nominet, haud tamen id feciſſe putandus est ac si nobilior cæteris foret, vt quispiam existimare posset, at quia alijs notior, vt pote nullibi non obuia, atq; ita Alaudã Phasianæ præfert, quod alias nemo rationis particeps fecerit.

Turdi laus

Graniuorarum genus triplex.

a li. 9. hist. Animal. c. 59.

Gallinam cur prius inter pulueratrices. Aristot. nominet.

A pulueratricibus itaq; auspicaturus, & dignitatis ordini, prout in primo tomo feci, quoad fieri licebit, inhæsurus, in primis de syluestribus, atq; inter has de Pauone agã, subinde eodẽ seruato ordine domesticas subnexurus. Cur verò inter syluestres Pauonẽ cæteris præferã, rationes tot ac tantæ se se mihi offerunt, vt penè eas superent, quibus Aquilæ auiũ reginæ in rapacium genere primas exibui: quin imò si ipsimet Aquilæ anteponere hũc nostrum Pauonũ vellẽ, æquidẽ neq; ad id mihi vnquam defutura essent argumenta. Nã, & antiquitas ipsa, quamuis in multis superstitiosa, in hoc tamen minus stolida, vtriusq; dignitatem inter alias aues cùm ex animi, tùm ex corporis dotibus metiens summũ vtriq; nobilitatis apicem assignauit, Aquilam velut omnium alitũ regem Ioui, Pauonem ceu regiã earundem Iunoni coniugi eius, & sorori dedicando. Quare etiam Imperatrices in suã apotheosi siue consecratione Pauonem, quemadmodũ Aquilã Cæsares, elegerunt. Aquilã Iouis currui successisse abundè ex veterum monumentis demonstrauimus: eundem honorem Pauoni Iuno exibuit, teste in primis poëtarum facundissimo *b* Ouidio, cùm ait.

Cur à Pauone ordiatur author.

Pauo & Aquila adhibiti in consecrat. Imperatorum.

b lib. 11. Metam.

Habilt Saturnia curru
Ingreditur liquidum Pauonibus aera pictis.

Atq; hinc passim à poëticis Iunonia ales nuncupatur, sicuti in primis ab eodem *c* Ouidio.

c l. 2. Elem.

Explicat atq; suas ales Iunonia pennas.

Et à *d* Statio, *Quem non gemmata volucris Iunonia cauda Vinceret.*

d lib. 2. Syl.

Item à Claudiano.

Non tales volucris pandit Iunonia pennas.

Et rursus, *Traduntq; palato*
Sideràs Iunonis aues, &c.

Cur verò nobilissima ac regia ista volucris ei Deæ, quæ cæterarum Dearum præses ac Regina habebatur, sacra fuerit pòst suo loco abundè docebimus, nam hic alia tractare animus est, nimirum cùm animi, cùm corporis dotes prosequi quæ profectò tot ac tantæ sunt, quot & quantæ in quouis alio auium genere, adeo vt ipsa Dea præstantiorem digniorẽq; sibi alitem alcisscere etiãsi voluisset nequiuerit. Etenim Pauo maiestatem in primis regiam, cùm graditur, præ se fert, haud aliter ac ipsamet Iuno, de cuius superbissimo incessu vulgata paroemia est, *Iunonium ingredi*, pro qua Athæneus habet βαδίζειν ἡρῳκὴν ἡμιονείαν λεγόμενον. i. *incedere complicatum Iunonis sacrum*, in eos, qui haud vulgarem in eundo modum seruant, quem notat *e* Horatius inquiens: *Vt si Iunonis sacra ferret.* Cæterùm noster Pauo rationis, quam solis hominibus Deus immortalis concessit, expers quodammodo esse non videtur, vt pote qui *laudatius gemmantes* (vt *f* Plinij verbis vtar) *expandit colores, aduersò maximè Sole, quia sic fulgentius radiant. Simul umbra quodam reflexu ceteris qui in opaco clarius micant, concata querit cauda, omnesq; in aceruum contrahit pennarum, quas spectari gaudet, oculos. Ideo cauda annuis vicibus amissa cum foliis arborum donec renascatur rursum cum flore, pudibundus ac mœrens quærit latebram.* Ad hæc caudam eam gemmatiorem, vt ita dicam, & variam magis, quam sunt Medorum Persarumuè vestes, quam laudatus iam extenderat, ac velut in rotæ modum versauerat, mox conspecta semel pedum suorum deformitate deponit, & in aceruũ quendam contrahit, imo verò quod amplius est, si à tacito, eamq; haud admirante spectetur, tunc velut ira percitus pennas erigens, in quibus pulchritudinem suam consistere probe callet, quasq; spectari gaudet contractis earum oculis prorsus abscondit, tamquam philosophicis dogmatibus imbutus, beneficium in inuitum non conferendum esse cognoscat. Meminit huiusce ingenij *g* Ouidius, dum canit:

Pauonis cum animi tum corporis dotes.

Iunonium incedere prouerbiũ.

e In Sermonibus.

Pauo rationis particeps.

f lib. 10. c. 20.

g lib. 2. de arte amãdi

Lauda-

Laudatas ostendit auis Iunonia pennas,
Si tacitus spectes, illa recondit opes.

Quod si contrà quispiam stoliditatis eum insimulet, quod noctù expergefactus, quando sese intueri in tenebris constitutum nequit, pauidè admodum exclamitet, quasi eximiam illam pulchritudinem suam amisisse sese credat: eam ignominiam (si ignominia dicenda est, quod ego neutiquam concesserim) facundissimus *è* Ælianus facilè eluit, asserens non modo non ignorare eum ex auibus se formosissimum esse, verùm etiam vbi formæ ipsius sita est pulchritudo, præclarè tenere, laudatumq; haud secus ac formosum puellum, aut pulchram mulierem corporis præstantiam bellè ostentare, anteq; pictorum oculos ad imitandum se exponere, & abundè sui depingendi copiam facere. Non itaq; media nocte vociferatur, quia pennarum suarum decorem perdidisse sese existimet, quemadmodum vulgus præsagiorum, quæ ab auibus docemur, ignarum sibi falsò persuadet, sed quia, vt suo loco dicemus, temporis immutationes, serenitatem nempe, pluuias & ventos nobis tunc præsagiat. Neq; pariter amplissimam illius dignitatem minuit Aristoteles, teterrimi criminis inuidiæ eum accusans; nam & id Plinius, licet & ipse parum sibi constans, (qui nempe censui oblitus *k* alibi Aristotelis sententiæ etiam subscripsit,) disertissimè subsequentibus grauissimis verbis, *l* vbi ex professo de hac alite agit, negare videtur. *Ab authoribus*, inquit, *non gloriosum tantùm animal hoc traditur, sed & maleuolum, (aut Anser verecundum, quoniam has quoq; quidam addiderunt notas in his, haud probatas mihi.* Sit tamen Aristoteli, quem vt veridicum præceptorem imitari, modò fidei catholicæ non repugnet, vbiq; omnibus vsq; neruis contendimus, assentiendum est ego tunc vitium illud Pauoni in malam partem haud vertendum esse dixerim, is etenim cùm admirandam illam corporis sui speciem homines, sicuti diximus, mirari optimè calleat, & pedes sibi datos admodum deformes, fieri potest, vt deformioribus alitibus alijs, quibus tales ad obeunda cadē munera satis fuissent, pulchriores pedes inuideat: sed excrementa sua, ne in hominum vtilitatem cedant recondere, quod Plinius tradit, id sanè nunquam mihi persuadere possum, quin contrà illud insigni laude dignum existimo, vtpote cum humanis moribus conueniens, si modò verùm est ea abscondere. De felibus id passim receptum est: ea verò hominibus inuidere quis dicit? omnes ne fœtore eorum humanæ nares offendantur, id facere eos vno ore proclamant. Quis amabo nisi vecordissimus, non eadem in Pauone rationem assignet? eoq; maximè cum hæc auis verum quodammodo nobis munditiarum ornatusq; specimen sit atq; exemplar. Sin rursus quis pertinaciùs potiùs, quàm veriùs mecum contendat, Pauonem ab ea maleuolentiæ noxa verè purgari non posse, *ille saltem inuidiam illam, quæ in hominem magis quam in aliud quoduis animal cadit*: humanum quendam affectum sapere, ac quasi cum homine ei communem esse concessurus fuerit, atq; ita dignitati eius potius, quàm ignominiæ, aut dedecori ascribendam. Sed hæc de animi dotibus, quæ equidem longè plures & maiores quàm recensuimus existunt, dicta nunc sufficiant: iam si quæ corporis sint laudes prosequamur. Tāta in primis in hac alite pulchritudo, tāta species, vt communi authorum consensu auium omnium formosissima sit pronunciata. Depingit inter cæteros admirandam eius speciem facetissimus *m* Lucianus his verbis: *Incipiente vere Pauo ad pratum aliquod accedens, quando & flores prodeunt non amabiliores modò, sed & (vt ita dixerit quispiam) floridiores, & quod ad colores & tincturam attinet, liquidiores: ipse quoque extentis pennis, ysq; obuersis Soli, & sublata cauda, eamq; vndique circa se pandens, spectandos exhibet, & illius flores, & ver illud pennarum, perinde vt prato ad huiusmodi contentionē & certamen ipsum prouocante. Conuertit quippe seipsum & circum agit, & quasi quandam pompam agit pulchritudinis suæ, quando videlicet etiam admirabilior apparet ad splendorem Solis, variantibus sese coloribus, & paulatim in altos atque alios transeuntibus, aliamq; ac nouam formositatis speciem subinde recipientibus. Accidit autem hoc in circulis potissimùm, quos in summis pennis habet, quorum quemlibet quasi quædā irides circundant. Nam qui antè aureus visus fuit, mox inclinante se paulum illo, aureus conspicitur, & rursum quod ad solem caruleum apparuit, si sub vmbra transferatur, viride videtur: adeo ad luminis vicissitudinem variatur.* Hæc itaq; ille. Qui pariter alibi muscæ encomia describens, hanc, si quis intensiùs in eam oculos defigat, cùm expansis ad solem alis sese verberat, Pauonum instar variegatam esse inquit. Possim præterea quamplurium aliorum scriptorum de lectissima nostri Pauonis specie authoritates hic recensere: at ne tanta earum congerie, quæ confusionem potiùs, quam doctrinam præ se fert, delicata legentium ingenia obruam, offendamq; *n* Oppiani, qui in commendanda illa plurimus me herclè fuit, solos hosce aureos versus citabo.

Pauo stoliditatis arguitur.

h lib. 5. de Animal. c. 21.

Pauo bene ter depingitur.

Pauo cur media nocte clamet.

i l. 1. Hist. cap. 1.

Pauonē nō esse inuidū

k l. 29. c. 6. ll. 10. c. 20

Cur excremēta celer. lib. 29. c. 6.

Feles excrementa sua abscōdunt, & cur.

Corporis dotes.

Pulchritudo.

m l. de domo.

Muscæ color.

n lib. 2.

Non secus ac si ales Iunonis Pauo superbus

Cauda Verſicolor decorum corpus obumbrat,
Quod nihil ipſa Iouis prudentia & alma voluptat
Pulchrius aſpectu mortalibus ante creauit.
Non quodcunq; animal graditur, non reptile quoduis
Non quæcunque vagis ales fuerit aera pennis,
Non quæ caruleos verrunt animantia fluctus;
Pauonem forma ſuperant, ſpecieq; venuſta,
Mollia dum flabella rotat pennaſq; coruſcas,
Ardet enim flamma permixta diſcolor ales
Sidereo glaucis alas radiantibus auro.

o lib. 3. de Venat. Et rurſus *o* alibi.

Quippe feris tanto præſtat forma inclyta Tygris,
Quanto præcellit Pauo genus omne volantum.

p lib. 2. de nat. rer. Addamus obſecro Oppiano comitem, philoſophum ſimul & poetam *p* Lucretium *aurea ſæcla*, hoc eſt aurea auium genera Pauones appellantem hoc verſu:

Aurea Pauonum ridenti imbuta lepore
Sæcla.

q In Amin. at. Sc. 2. *q* Torquatus Taſſus, quem Homerum Hetruſcum dicere ſoleo, huiuſce alitis pulchritudinem admirans, caudæ illam, quam diximus, verſationem ſeu rationem, pompam nuncupabat, dum ait:

Armidæ comptus.

Quel ch'inſegna à gli augelli il canto, e'l volo,
A' peſci il nuoto, & à i montoni il cozzo,
Al toro vſar il corno, & al Pauone
Spiegar la pompa de l'occhiute piume.

r Hieroſ. liberat. cãt. 16. *r* Alibi etiam Armidæ ſuæ comptum deſcribens, admodum doctè atq; eleganter eum pompæ ornatuiq; Pauonis aſſimilat, inquiens.

Torſe in annella i crin minuti, e in eſſe
Quaſi ſmalto sù l'or conſparſe i fiori.
E nel bel ſen le peregrine roſe
Giunſe à i natiui gigli, e'l vel compoſe.
Nè'l ſuperbo Pauon si vago in moſtra
Spiega la pompa de l'occhiute piume,
Nè l'iride sì bella indora, è inoſtra
Il curuo grembo; è rugiadoſo al lume,
Ma bel ſoura ogni fregio il cinto moſtra, &c.

Phaſiani pulchritudo. Speciosus profectò Phaſianus, Gallopauo pulcher, & Gallinaceus Gallus etiam non inuenuſtus eſt multæq; aliæ forma præſtantes: at ſi cum Pauone noſtro compararentur, vel pulchritudine corporis vel animi moribus ſaltem illi cedens Phaſiano nihil quicquam formoſius contemplari poſſumus, aue nempe ſpecioſa, & caudæ decore Pauoni nihil cedente, verùm quæ decorem eum non agnoſcat, & velut in rotã obuerſare, hominibuſq; eum videre ſatagentibus oſtendere ignoret, imo verò quem ingenij hebetudine turpiter contaminet, roſtro in terram abſcondito totum ſe latere exiſtimans. *Gallopauo.* Gallo pauo, quem Indicum Pauonem appellant, admodum iactabundus caudam quidem Pauonis more in orbem expandit: at vbi decor ille, vbi floridum illud pennarum ver? vbi inquam, iucundiſſimi illi verſicolores oculi, quæ omnia in Pauone conſpiciuntur? Præterea Pauo ſpecioſa criſta exornatus eſt, ille criſta caret, niſi carnoſam eam pelliculam, quam per nares iratus rubram, ac velut ſanguine tumidam à capite demittit, vt roſtro promineat, & in paſtu ita retrahit, vt vix videri queat criſtam nuncupes. *Gallus Gallinaceus.* Gallinaceus Gallus & ipſe ſuà criſtà ſuperbire videtur, ferociſſimæ beluæ regique quadrupedem Leoni pauorem ea incutiens; Verùm id occultæ ac nos latenti antipathiæ potiùs quàm illius virtuti atque induſtriæ tribuendum eſt, quin contra ſi quæ in eo animoſitas atq; audacia, eam continuo cum tot Gallinis coitu, & quæ ſunt vires eneruat. Cum bona itaq; harum auium venia Pauonem noſtrum tanquam pulcherrimum præferemus, quo nimirum non aliam natura elegantiorem fingere potuiſſe videtur, neq; admiratione poſthac pignus nobis Solon eſto, quem de Græciæ ſapientibus maximum Cræſo regi in regali ſolio ſedenti, diademate & purpura auroq; ſuperbo interroganti, nunquid ſpecioſius quicquam ſpectaſſet, reſpondiſſe ferunt, Pauones, Phaſianos venuſtiores ſibi videri, quoniam naturali ornamento decorati, non aſcititio fuco ſpectabiles

Solonis de Pauone & phaſ. dictum.

ctabile essent, s Hieronymus Cardanus de Pauonis cauda loquens, singulare Naturę artificiũ prædicat, quòd in ea tã longa ac densa plumis, tanta colorũ varietate, tãto nitore, tam selectis etiam colorũ generibus album ac nigrum, quorum vnus per se tristis est, alter reliquos alios obscurat, colores deuitauerit. Noui hoc doctissimo t Scaligero imp obari, quia nisi & illi colores caudæ immixti extitissent, colorum varietas maior fuisset. Non audet tamẽ Naturã, quæ neq; deficit vnquam in paucis, neq; abundat in multis, ob eorundem colorũ defectum culpare, & quamuis Sebellinæ pelles, quæ sparsis albis pilis argentantur, aspectu sint elegantiore, vt ille ait, haud tamẽ earum exemplo Naturæ defectum, quẽ tacitè obtrudit, in caudæ huiusce alitis coloribus consequi existimem. Sed valeant, abeant, quicũq; illi sunt, Naturã culpantes, tanta equidẽ est varietas & splendor illorum in Pauone colorũ, vt nec pictores etiam eximij, Praxiteles, Metrodorus, & à quo solo depingi magnus ille Alexander voluit, Apelles, si reuiuiscerent, imitari possent, tantũ abest, vt naturam superarent: quare rectè u M. Varro mihi dixisse videtur, *Pauoni Naturam formæ è coloribus aedisse palmã.* x Plutarchus libro de repugnantijs Stoicorum de Crysippo loquẽs ait *Idem cum in opere de Natura scripsisset Naturam multa animalia pulchritudinis causa protulisse, gaudentem nimirum pulchritudine & varietate: adiecisse q; alterum non à ratione dictum, Pauonem ob caudam, eiusq; pulchritudinem esse creatum: rursum in libro de republica audacter insectatur eos, qui Pauones alunt, & Lucinias, tanquam contrarias legibus à conditore legum vniuersi positis legibus statuens, ac Naturam subsannans, quæ studiosè tam elegantia edidisset animalia, quibus sapiens in vrbe locum non concederet.* Sanè tanta fuit in vrbibus Pauonis prærogatiua, vt Athenis tam à viris, quam à mulieribus studiosis eius elegantiæ ac pulchritudinis statuto pretio spectatus fuerit, multiq; è Lacedæmone ac Thessalia videndi causa eò confluxerint. Admittebantur autem spectaturi in nouilunijs tantùm, idq; per annos plus quam triginta factitatum memorant, & maximum ex eo spectaculo quæstum factum fuisse: vnde mirum est quanti apud priscos illos Pauo æstimaretur, mirum etiam quanti veniret. y Antiphon mille dragmis marem & fœmellam venditos fuisse scripsit: Aufidius Lurco HS sexagena millia nummum, vt ait z Varro, Sestertium, vt Plinius (idem enim est teste a Budæo.) quotannis cepisse ex illis dicitur. *Pauonum pretia*, inquit Varro, *multi extulerunt, ita vt ova eorum denarys veneant quinis, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadraginta millia sestertia reddat, vt quidam Albutius aiebat, si in singulos ternos exigeret pullos, perfici sexagena posse.* Ad eundem penè sensum Anaxandrides apud b Athenæum in hæc verba, populi nimium traxans luxum, prorumpit: *An non furiosum alere domi Pauones, cum eorum pretio queant emi Itali?* Reprehendit eundem luxum Strattis quidam in Pausania, & in quanto honore haberentur, pariter innuit, dum ait *Tanti sunt hæc facienda, quanti Pauones, & alia vestra nugæ: quas domi pascitis ob pennarum pulchritudinem.* Alexandrum magnum accepimus adeò harum volucrum specie delectatum fuisse, vt visis ijs primùm apud Indos, grauissimam in eos, qui illas occiderent, pœnam constituerit. Sed & ipsos Indorum Reges, quamuis ibi etiam abundarent, propter eximiam elegantiam, Pauones cũ in suburbanis, tũ domi in hortis suis aluisse c Ælianus attestatur; & nostro etiamnum tempore idem factitant. Alexãdrum verò, vt ad pœnã illãre uertamur, Tyberius Cæsar non solũ imitatus esse legitur, verùm etiã voluntatẽ eius adimpleuisse: siquidẽ qui, sicuti ex Suetonio tradit d Alexander ab Alexãdro, prætorianũ militẽ ob subtractum è viridario Pauonem capite multauerit. Narrat item Eutharhius adeò religiosè in Lybia habitũ fuisse, vt si quis la fisset tantummodò, non impunè ferret. Atq; hæc de formæ eius elegantia ac dignitate sequitur carnis bonitas atq; prærogatiua, quæ sanè talis semper fuit, ac etiamnũ existit, vt nisi magnatũ, ditissimorũq; mensis nata videatur, & inter delicatissima sũptuosissimaq; edulia à veterũ luxu habita sit. *Venias*, inquit e Platina, nouus ille Apitius, *ante omnes aues ad patinam Pauo, & quoniam vnus gloria delectatur, exortus quoq; eiusdem sit particeps.* Carnem eius aiunt triginta annos integrã incorruptamq; seruari, quòd calor cõpactã, exiccatamq; naturã difficulter admodũ dissoluere queat, neq; rursus humorẽ expellere naturalẽ. Heliogabalus flagitiosissimus Imperatorũ, qui vitã agebat omni mollitie luxurieq; genere effœminatissimã, cui inquã, nulla vita fuit, nisi in voluptatis nouæ exquisitissima ratione. Palatinis, vt author est Lampridius, ingẽtes dapes capitibus Pauonũ, & Phasianorũ instructas exhibuit, & ad imitationẽ Apicij eorũdem linguas sæpè abligurie bat. Sed primus Q. Hortẽsius augurali cana Pauonẽ posuisse dicitur, quod protinus factũ teste f M. Varrone tã luxurioso, quam seueri boni viri laudabant. Quo verò in honore caro huius alitis haberetur, ex g Athenæo facilè colligas, qui apud Alexidẽ Comicum, interlocutorem quendam negare narrat, tantum se argenti consumere potuisse, ac si Pauones (ceu

s lib. 10. de subtilit. Natur. cur albũ & nigrũ colorẽ caudæ Pau. võ addidit.
t Exe. 238 Sebellinæ pelles quæ meliores.
u l. 3. de rust. c. 6.
x lib. de repugn. Stoic.
Pauo publ. spectatus.
Pauo quãti olim vẽditus
y in Or. cõtrad. Eras.
z l. 3. de rust. c. 6.
a l. de Asse.
b lib. 14. Deipnoso-phist. c. 25.
Alex. Mag. quãti fecerit Pauon.
Indi Pauones alunt.
c li. 13. de Anim. c. 18
Tiber. punit qui Pauonẽ furatus esset.
d li. 2. Gen. dic. c. 13.
Pauo in Lybia cultus.
Carnis præstantia.
e lib. 5. de tuenda valetudine.
Heliogabali luxus.
Pauonem quis prima ad cibum occiderit.
f li. 3. de rust. c. 6.
g lib. 14. Deip. c. 15.

longè pretioſiſſimas & delicatiſſimas aues) eſitaſſet. Quid? nonne hiſce etiam perditis temporibus in eodem æſtimationis culmine Pauones coluntur? cum nempe niſi in Principem, aliorumq; opulentiſſimorum hominum epulis, ijſq; tantummodo magnis, maximo ſumptu præparati, ſui edendi copiam præbeant? Mulcaſſem Tunetanum Regem, tradunt noſtri æui hiſtoriæ Pauonum vſque adeo aromatibus multis infarctum eſitaſſe, vt ſcutatis centum conſtiterit, odorq; fragantiſſimus viciniam totam repleuerit, in poſterum quoque diem perdurans. Ob has itaq; adductus rationes inter graniuoras & pulueratrices ſyluestres nos principem locum Pauoni attribuimus, eoq; maximè, cum & ipſaſmet aues ita feciſſe fabulæ (ſub quarum cortice ſemper inſigne aliquod latet myſterium) ſignificent. Etenim plerăque in eligendo ſibi rege ad hanc partem inclinabăt, vt Pauoni rerum ſumma committeretur: huius ſiquidem pulchritudini, ſplendori, ſublimitati, faſtuiq; planè regio regnum deberi exiſtimabant: & omnino omnes vnanimi cõſenſu in hanc ſententiam pedibus iuiſſent, niſi paucæ longo rerum vſu callidæ, cuiuſmodi ſunt Cornices, & Corui, perpendiſſent, ſi Pauonem rebus præfeciſſent, futurum aliquando, quod ſæpius in monarchis quibuſdam videre contigit, nimirum vt Pauo ſolo nomine ſtrepituq; Regem ageret Aquila nihilo ſeciùs, vel ſine populi ſuffragijs regnum gereret: atq; ita Aquila Rex proclamata Pauoni noſtro regni gubernacula eripuit, quæ ei ceteræ volucres erăt tradituræ, niſi Aquilæ rapacitatem, tyrannidemq; timuiſſent. At relictis modò his fabulis, tandem videndum eſt, nunquid inſtitutus hic ordo ab aliorum ordine diuerſus exiſtat, an idem: eundem potiùs dixerim, à quo videlicet inter veteres Plinius, Bellonius inter recentiores non videtur deflexiſſe. Ille enim ſubinde poſt traditam rapacium diurnarum, nocturnarumq;, aliarumq; peregrinarum quarundam auium hiſtoriam, mox de Pauone loquitur. Hic eidem quidem ordini inhæret, at quia aquaticas omnes, & quæ circa aquas degunt, Pauonis graniuoriſq; cæteris præfert nobilitatis, & dignitatis ordinem, quem nos, quoad fieri licet, ſequimur, inuertit: in hoc tamen nobiſcum conuenit, quòd Pauoni in familia graniuorarum ac pulueratricum primas tribuat, quemadmodum pariter Pierius Valerianus facit. Atq; hæc de Pauonis noſtri prærogatiua dicta ſufficiant; nunc ad hiſtoriam Pauonis, ſeruato pariter eodem, quem in priori opere habuimus, ordine, nos accingamus.

Mulcaſſis Regis luxus.

Aues cur Pauonem pro rege nõ elegerint.

Cornicum & Corui prudentia.

Aquila ab auibus in regem electa & cur.

Ordo authoris an ab aliorum ordine diuerſus.

Plin. ordo.

Bellonij ordo.

Pierij ordo.

ÆQVIVOCA.

QVOD vt præſtamus à nominis æquiuocatione inchoandũ eſt, qua ſanè ſpecioſiſſimus noſter Pauo minimè caret. Nam in Pyrenæis montibus Tetraonem, etſi Pauoni admodum diſſimilem, de quo nos poſtea, Pauonem teſte *a* Iulio Cęſare Scaligero nuncupant. *b* Philoſtratus piſces quoſdam Pauones dici memorat, qui in Phaſide flumine, nec alibi vſpiam generentur: ita autem vocari, quia ipſis etiam cærulęæ ſint criſtæ, ſquamæ verſicolores, cauda aurea, & in quamcunq; voluerint, partem verſatilis. A Diuo Ambroſio atq; Iſidoro Hiſpalenſi etiam Pauo vel Pauus piſcis ille appellatur, quem Romæ ob colorum varietatem Papagallo, hoc eſt, Pſittacum dicunt, Luſitani Budiam, quem piſcem non ineptè quiſpiam cum Philoſtrati piſcibus eundem eſſe iudicare poſſet, niſi verſicolores piſces omnes Pauones vocari ab authoribus videremus. Petrus Bellonius in Gallice ſuo de piſcibus libro Papagallum illum Romanorum Pauonem, in latino verò Turdum appellat, & Phycin piſcem tincæ perſimilem fluuiatili, quem Maſſilienſes Roguan, Veneti promiſcuè Lambenam, Genuenſes Lagionum; Romani, vt plurimùm Merlinum vocant Pauonem dici teſtatur. Et Ornithologus Pauonem dici Romæ tradit piſcem illum, quem ex Rondoletio ſub nomine Nouaculæ deſcribit. Poſſint item eodem nomine inſigniri, quos Alaudas Rondoletius nominat; nam & verſicolores ſunt, & criſtam habent cæruleam, qualem Pauonibus hafidis Philoſtratus attribuit: in ſumma omnes, in quibus multa colorum diuerſitas conſpicitur, de quibus ſuo aliquando loco abundè dicturi ſumus. Extendit ſeſe præterea Pauonis nomen ad res inanimatas. Nam gemma quædam *c* Plinio Taos, hoc eſt: Pauo vocatur. Hanc Pauoni ſimilem eſſe ſcribit, item alpidi, vocariq; etiam Chelidoniam. Eſt & in Hirpinis locus quidam prope Tamarum fluuium, quem vulgò Pauon dicunt, vt atteſtatur Leander Albertus. Pauus ſyluæ nomen in Gallia à Lemonico vrbe ferè decem milliaribus diſtans; atq; iſtac æquiuoca ſunt, quæ hactenus obſeruaui.

Tetrao vbi Pauo dicat.

a Exe. 230

b Lib. 3. de vita Apollonij.

Piſces Pauones dicti

Budia Piſcis.

Pſittacus Piſcis.

Turdus Piſcis.

Phycis Piſcis.

Roguau.

Lambena.

Nouacula Piſcis.

Alauda Piſcis.

c l. 37. c. 11

Taos gẽma Pauon Locus.

SY-

SYNONYMA.

NOMENCLATVRAM Hebraicam, quæ exactè & sine vlla ambiguitate Pauoni attribui queat, vix vllam (quod noui) habemus, Synonyma verò, quæ hic adducimus, passim ex Theologis excerpsimus nomen auis esse aiunt à clamore sic dictæ, & pulchritudine vocis, aut quia clamat, & exultat in pulchritudine alarum suarum, vt Pauo, & forsan est ipse Pauo, inquit *a* Rabbi Dauid. Legitur ea vox apud Iobum, vbi inquit. Num dedisti alam (pro alas) Pauonis (qua) exultauit (vel extensam secundum Rabbi Abraham Aben Hezra) aut qua (vel potius quæ, nam ad pennam refertur verbum) exultat, vel Pauonũ. Est enim plurale. Alij putant esse Struthiocamelos à stridore, & ouatione, vel à gloria alarum, quas habet crispas, sed Pauones potius credit Sanctes Pagninus. Secundum *b* D. Hieronymum & Targhum quoq; Pauones sonat quemadmodum & Tuk, quãtamen vocem, Simiam alij interpretantur. Neelasa quibusdam etiam Pauo est, quibusdã Gallus ferus, quibusdam Strutrio. Rabbi Kimhi apud *c* Iobum exponit Τάως, quod est, Pauo; Ranan quandoq; verbum est, quandoq; nomen, cum verbum est, cantare & vociferare significat, cùm nomen, tum alij Pauonem, alij Struthiocamelum, alij Luscinium transferunt, Hoben, vnde pluralis Hobanium apud Ezechielem varia apud authores denotat, vt tradit R. Kimhi, qui plurimas super huius vocis significatione opiniones recenset. Alij animal esse existimant, ex cuius ossibus tanquam ex ebore varia conficiuntur opera. Alij Elephantem vertunt. Syrus interpres reddit Tauasin, id est Pauones. Magistri quoq; Thalmundici Tauasa Pauonem vocant, vti & Arabes teste Kimhi Tauas: nomine nimirum à Græcis mutuo accepto, quibus Pauo Ταὼς, dicitur, vel Ταὼν, vel Ταὼς. Atticis Ταὼς, vel, vt Tryphon apud *d* Athenæum ait, Ταὼς, vltimam syllabam circumflectentibus, & aspirantibus, quod tamen *e* Seleucus improbat, quoniam aspiratio simplici nominum prolatione cum prima syllaba pronunciari velit. Dicitur autem Ταὼς eodem Athenæo testante ἀπὸ τῆς ταοιοτήτων φωνῆς, id est, ab alarum extensione. *f* Antiphon Thetor Ταὼς duabus syllabis inflectit: Attrici verò cùm dicunt Ταὼν, indicant rectum esse Ταὼν, quare & rectus pluralis etiam variat. Herodianus, vt scribit Eustathius, Ταὼν & Τυὼν cum ijs enumerat, quæ in ων desinentia circumflectuntur, eaq; sola per νι declinari negat, quouiam & aliam habeant reminationem, nempe Ταὼς & Τυὼς. Vulgaribus Græcis hodierno tempore Pauo παγώνι vocatur. Sunt qui apud *g* Aristophanem περσικορνιθίων, id est, Persicam auem Pauonem interpretentur, alij lautissimam quamq; ita dici posse volunt, quandoquidem pretiosa omnia, quibus solus Rex vtebatur, Persica dicerentur. Apud Suidam μηδικὸς ὄρνις appellatur, id est, Medica auis. Latini Pauonem nominant vtrumq, sexum, quemadmodum ex Columella constat, sed cum distinctione harum dictionum, masculus & fœmina. Vtriusq; exemplum ex his verbis habere potes: *Masculus Pauo*, inquit, *Gallinaceam salacitatem habet, atq; ideo quinq; fœminas desiderat*: & paulò pòst: *Fœminæ Pauones, quæ non incubant, ter anno ferè partus edunt.* *h* Asonius masculum Pauum, Pauam verò fœminam vocat hoc districho:

Fœmineam in speciem se vertit masculus ales
Pauaq; de Pauo constitit ante pedes.

Sed quoniam Iunoni Pauo sacer habebatur, itaq; passim à poetis Iunonis auis aut ales appellatur, quemadmodum suprà demonstrauimus. Posset præterea auis picta nuncupari: nam oratio quædam Antiphontis Rhetoris teste: Athenæo de Pauonibus inscripta, Pauones nullibi, sed variegatas aues sæpissimè nominat. Pauonem à voce dici scripsit *k* M. Varro: at *l* Iosephus Scaliger à Græca voce Ταὼ, quæ Æolice Ταὼς dicitur, deriuat, litera nempe T in P mutata, quod etymum fortassis à *m* Scaligero parte suo acceperit, qui alibi hunc gryphum de hac aue conscripsit:

Latibus ignotam tibi dat vox Græca quietem,
Æoliam tollas: reliquum tibi pascua signat:
Aut obtruncato tibi det Carthago salutem.

Vox Græca (φαὼ quietem significat: Æoliam tollas) φαῦ, πάσχει. Obtruncato Auo in Pœnulo Plauti.

a In l. rad.

b 3. *Reg.* 10. *Tuk. Neelasa.*

c Cap. 39. *Ranan. Hoben.*

d li. 9. *c.* 19

e li. 5. *Græca consuetudinis.*

Etymum.

f In lib. de Pauonibus.

Παγώνι.

g In Auib. Persica auis. Medica auis.

h Sect. 1.

Iunonis auis. Auis picta.

i li. 9. *c.* 19.

k lib. 4. *de ling. Lat.*

l In Etym. verb. Var.

m In loge gryphis.

GENVS.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Pauo an feræ naturæ. a lib. 2. de rer. diuis. Iustinian. explicatus.

ANTEQVAM diuersa Pauonum genera & differentias enodemus, prius operæ pretiũ est scire, nũquid in feris & syluestribus, an potiùs in cicuribus ac domesticis volucribus sint enumerandi. *a* Iustinianus Pauones & Columbas feræ naturæ esse ait, nec ad rem pertinere, quòd ex cõsuetudine euolare & reuolare soleant, quoniam & apes idẽ faciant, quarum naturã feram esse constat. Verùm dictio illa (fera meo iudicio, & quemadmodũ doctissimus Accursius exponit, ita intelligẽda est, vt eiusmodi animãtia nec prorsus domestica, nec prorsus etiã fera constituamus: fera scilicet, si domesticis, vt sũt Gallinæ, ijs comparemus. Etenim Pauo, etiam si difficulter admodum cicuretur, syluas tamẽ & deserta, vt solitariæ & prorsus syluestres faciunt, omnino spernit, quinimo hominibus conspici, quasi eorum consortio gaudens, sedulò amat. Siquidem & priscos cicures domi aluisse ex Athenæo diximus, & nos quotidiè sic eos enutrimus. Quod ad diuersitatem Pauonum modò attinet, ea à colorum varietate potissimùm accipitur. Nam alios pictos, in quibus plurima colorum diuersitas conspicitur, quales nostrates sunt & laponenses, qui fortè illi fuerint, quos Petrus Martyr in nouo orbe à nostratibus dissimiles coloribus reperiri ait, & Lusitanis pacis confirmandæ causa inter alia, quæ obtulerunt, munera incolas ibi donauisse, quorum mox suo loco iconem & descriptionem exhibebimus: alios quorum vnus vbiq; color est, non pictos appellare possumus. Sunt qui medium inter vtrosq; locum obtinent, quales in terra firma reperiri asserunt, ventre & pectore nigris, cætera flauos: item alios pectore & ventre flauis, cætera nigros. Pauonum verò, quos non pictos vocant, alij syluestres sunt, quales idem *b* Petrus Martyr in Curiana regione per nemora passim vagari, & adeo viles esse prodidit, vt vnico dumtaxat acu vendantur, *c* alibi in Darienis & aliorũ fluminum palustribus inueniri prodidit: alij domestici seu minus feri, cuiusmodi flauos illos, & nigros, vtrosq; cauda nostratum simili, in terra firma esse crediderim. Hos etiam cristam, seu potiùs comam in capite gerere, eamq; in flauis nigram, flauam verò in nigris esse traduntq; Sunt qui nigros mares, flauos fœmellas esse credant: sunt qui vtrosq; specie distinguant. Ad hos albi pariter reducendi sunt, qui sanè nostro æuo, quamuis non adeo obuij, rari saltem esse desierunt. Maximam verò in omnibus sexus differentiam constituit. Solet enim fœmina mare longè deformior esse, & multò minor, neq; in cauda oculos illos gerere. In Curiana regione tamen, vt testatur *d* Petrus Martyr, fœmina parum à mare differt: item fœmella Iaponensis quatuor oculos in vropygio obtinet.

Pauum diuersitas.

Pauones picti.

Pauones non picti.

b li. 8. dec. 1. de rebus Oceani.

c li. 9. dec. 2. de reb. Oceani.

d Lib. 8. de rer. Oceani decadet.

PAVONIS NOSTRATIS descriptio.

Caput.

Apex.

IN hoc itaq; genere mas toto (quod aiunt) cælo à fœmina discrepat. Mas capite, collo & pectoris initio coloris est intensè cærulei, vel, vt Albertus ait, saphiri. Caput pro corporis portione exiguum, ac quodammodo, vt annotat idem Albertus, serpẽtinum, maculis ornatum duabus oblongis, candidis, quarum vna oculos superequitat, altera breuior, at longè crassior subiacet, quam dein alia nigra excipit, ceterò, vt dixi, cæruleum, & in vertice apicem, nõ vt in quibusdam alijs auibus integrum, at è nudis quodammodo scapis tenerrimis viridescẽtibus, in summitate eiusdem coloris veluti liliorem flores ferentibus, conspicuum. De quo pulcherrimo apice loquens Plinius: *Pauonis apicem*, inquit, *crinitæ arbusculæ constituunt*: & reuera non pennæ videntur, sed erumpentia primùm plantarum germina. Rostrum candicat, & insigniter hiat, in extremo aliquantulum recuruum, quale ferè est omnibus graniuoris, & in eo nares satis patulæ. Collum longiusculum, & pro portione longitudinis, admodum tenue & exile. Dorsum ex albo cinereum est, maculis quamplurimis atris transuersalibus conspersum. Alæ clausæ (apertas videre non datur mihi, qui depictum ad viuum in libris meis describo) superiùs quà dorsum spectant, nigræ, inferius, quà ventreto atq; intus pariter ruffæ. Cauda ita deposita est, vt quasi in duas diuidatur; nam quando eam in rotam extendit, minores quædam pennæ integram veluti per se caudam constituentes, & alterius etiam coloris, nempe fusci, non vt

Rostrum. Collum. Dorsum. Alæ. Cauda.

longio-

Pauo mas cum perſicaria maculata.



Pauo fœmina cum hordeo ſpurio.



longiores rigent, sed vt in reliquis fermè auibus extensæ conspiciuntur, adeo vt longiores indubitanter alij masculo inseri necesse sit, cuius benesi io ac opera ita erigi atq; extendi queant. Hasce longas Petrus Bellonius ex superiori dorso prope podicem oriri hoc est ex vropygio tradit, minoresq; alias à Natura factas, vt longiores sustineant. Vropygium intensè viret, quod vnà cum cauda longa erigit: cuius pennæ breues sunt, atq; ita dispositæ, vt tanquam Draconis Æthyopici squamas æmulentur, & partem pennarum caudæ longarum obscurent, ac conspectum eripiant. Pennæ longiores extensæ omnes castanei sunt coloris, lineis aureis elegantissimis sursum repẽtibus decoratæ, in extremitate verò in intensissimi coloris viridis plumas, easq; bifurcatas & Hirundinum caudam ęmulantes desinunt. Orbiculi vel, vt Plinius vocat, pennarum oculi, vel vt Theop. Scholasticus, ὀφθαλμοὶ τῶν πτερῶν, ex viridi quasi chrysolithi splendore, & auri saphiri coloribus distinguuntur. Eiuscemodi oculi quatuor circulis constant, aureo primo, secundo castaneo, tertio viridi, medium locum cæruleus seu saphirinus obtinet, figura quodammodo ac magnitudine phaseoli. Sub oculis rursus alia macula est, modò viridis, modò castanea. Mirum quomodo eiuscemodi colores ad solis splendorẽ varient circum agente ac seipsam admirante alite, paulatim in alios atq; alios transeuntes. Nam qui antè aureus videbatur, mos inclinante se paululum Pauone, æreus conspicitur, & rursum quod ad solem cæruleum erat, vbi sub vmbram sese recipit, viride quasi euadit: tantam inquam, ad luminis vicissitudinem pennarum ille decor varietatem admittit, de qua ita canebat *a* Lucretius.

Vropygiũ.

Oculi caudæ.

a lib. 2.

Caudaq; Pauonis larga cum luce repleta est,
Consimili mutat ratione obuersa colores,
Qui quoniam quodam gignuntur luminis ictu
Scire licet sine eo fieri non posse putandum.

Poetæ pro cauda alas quandoq; accipiunt, quemadmodum hoc disticho Martialis:

Miraris quoties gemmantes explicat alas,
Et potes hunc sæuo tradere dure coco.

Coxæ, tibiæ atq; pedes cinerei sunt, maculis nigris conspersi, & calcaribus more Gallinaceorum armati. Venter prope ventriculum ex cæruleo viridis, prope podicem nigrescit aur saltem fulcescit. Atq; hoc modo masculum Pauonem in libris meis ad viuũ depictum descripsi. In fæmina pauca admodum colorum conspicitur varietas. Alæ totæ, dorsum, venter, coxæ, ac pedes coloris sunt fusci ad cinereum vergentis: capitis vertex, & apex eiusdem coloris; in vertice tamen aliquot maculæ exiguæ veluti puncta virescentia interseruntur. Maculæ illæ candidæ, quas in mare etiam annotauimus, in fæmina lõgè sunt maiores. Oculorum iris in mare lutescit, in hac planè plumbea. Mentum totum candidum. Colli pennæ vndatim positæ virides, prope pectus in extremitatibus albæ sunt.

Pedes.

Venter.

Fæminæ Pauonis forma.

LOCVS.

LOCA edita amant, quare plerunq tectis domorum insident, pascuntur tamen simul cum Gallinis, earumq; more domi incubant, & sub vesperam simul Gallinarium repetunt. Raros olim in Europa Pauones fuisse multorum authoritate constat. *a* Ælianus alibi ex Barbaris ad Græcos transportatos esse, & *b* alibi rursus in Indiæ hortis mansuetos ali solitos scripsit. Quod etiamsi antiquissimis Samiorum numismatibus, in quibus Iuno cũ Pauone, quasi primùm ibi nato, & educato, vt *c* Athenęo Menedoti Samij authoritate nixo placet, depicta erat, refragari apertè videatur; attamen vnius Alexandri Magni exẽplo, quẽ cõspectis primũ apud Indos (nempe Oriẽtales, *d* vnde Iosephus Acosta Societ. Iesu Salamoni olim missos fuisse tradit, ac etiamnum abundare) his auibus, pœnam necis in eos, qui illas occidissent, cõstituisse antè diximus, necdum in Græcia, cùm ipse imperabat, visos fuisse Pauones palam docemur. Etenim contra omnem rationem heros ille alias clementissimas tam graui pœna in proprios milites, qui apud Barbaros (*e* Sabellicus ad flumẽ Hiarotim fuisse ait) eosq; hostes, & tam procul à patria, aues in propria sua patria obuias occiderent, animaduertisset. Sed & ipse Athenæus ex Antiphanis & Eubuli testimonio Pauonem olim raram auem fuisse tradit, suo verò æuo ita Romæ abundasse, vt vel Coturnicibus nihilo rariores essent. Quinimo Theophrastus referente Plinio in Asia fuisse inuectitio prodidit, tantum abest, vt in Samo insula Græciæ primùm visi fuerint. Postremò Varro trãsmarinos esse disertissimis verbis testatur *f* Athenæus itaq; Menedoti Samij verba

a lib. 5. de anim. c. 21

b l. 13. c. 18

c li. 14. cap. 25.

Pauones in Samo non prius visos esse.

d li. de na. & moribus Ind. c. 14.

e lib. 6. dec. 4.

f lib. 14.

ba perperam, quantum cognoſcere poſſum, intellexit, quæ talia ſunt: *Sunt ibi*, inquit, *Pauones Iunoni ſacri, primi quidem in Samo editi ac educati, indeq; deducti, ac in alias regiones deuecti, veluti Galli è Perſide, & quas Meleagridas vocant ex Æolia. Quamobrem g Antifanes inquit.*

g In Cōterraneis.

In Heliopoli procreari aiunt
Phœnices: Athenis Noctuas: Cyprus habes
Eximias Columbas: Samia vero
Iuno aureum, vt dictitant, auium genus
Formoſos, & ſpectabiles Pauones.

Phœnices vbi.

Noctuæ vbi, Colūbæ vbi, Pauones vbi.

Annè ex ijs concludat in Samo prius, quàm apud Indos has aues viſas? Primas equidem Samo ex India inuectas, & inde poſtmodum in reliquas Europæ regiones portatas fuiſſe lubens crediderim (nam & Samios Pauones ceu cæteris præſtantiores *h* Gellius commendat) primùm viſas minimè, Afris verò etiam non incognitos fuiſſe Pauones antiquiſſimus Diodorus Siculus atteſtatur, Babyloniam olim plurimos aluiſſe ſcribens, colore vario diſtinctos, tanquam illic quàm alibi maior pulchriorq; eorum varietas fuerit, ſicut *i* Cælius interpretatur. Media pariter inſignes aluit, quos a Guloſis *k* Clemens celebrari aſſerit. Ex hiſce itaque regionibus remotioribus ob corporis ſpeciem, & carnis præſtantiam per nullas non Europæ plagas delati ſunt. Tantum verò Romæ harum auium numerum fuiſſe Athenæus narrat, vt id vaticinatus Comicus Antiphanes dixiſſe videatur.

h Lib. 7. Noct. Attic. c. 16.

Pauones Babylonij.

i Lib. 1. Ant. lect. c. 10.

Pauonum tantummodo par vnum adduxit quiſpiam, raram tum
Auem: nunc verò plures ſunt quàm Coturnices.
Bonum ſi quis virum quærat, & conſpiciat,
Videbit ex eo ſatos improbos quinq; liberos.

k In Pædagogo.

Antiphon pariter apud eūdem *l* Athenæum author eſt populum Athenienſem prænitidos nutrijſſe Pauones, & multos homines ſicuti antè diximus, è Lacedæmone ac Theſſalia ad eos ſpectandos confluxiſſe. Athenienſi enim aere peculiariter delectatos fuiſſe vel ex eo colligere eſt, quod idem ille atteſtatur, mercatores Athenis in vicinas ciuitates transferentes pennas amputaſſe, ne auolantes loco priſtina repeterent. Inter reliquas etiam Europæ partes in Oſtrogothia, & Veſtrogothia, ac Suetia plurimos generare Pauones, & maxima diligentia educari *m* Olaus cognomento magnus, qui ijs regionibus patriam debet, ſcripſit, & *n* Iohannes Bruyerus Gallus Pauonum greges apud Nortmannos in agro Lexiouienſi ali refert, & dominis non exiguum ex ijs reditum cedere, quippe quos Gallinarijs vendiderit, qui in amplas eos vrbes deportant ad nuptiarum epulas, & opipara magnatum conuiuia: alioqui in alijs Galliæ locis eodem teſte rariſſimi ſunt.

l Lib. 9.

m In Epiſt. lib. 29. cap. 18.

n Lib. 15. de re cib. c. 28.

COITVS. PARTVS.

PAVONES aues ſunt inſigniter ſalaces ac libidinoſæ, adeo vt ſinguli mares quinis ſufficiant coniugibus: *Maſculus Pauo*, inquit *a* Columella, *Gallinaceam ſalacitatem habet, atq; ideo quinq; fæminas deſiderat: Nam ſi vnam, vel alteram fœtam ſæpius compreſserit, vix dum concepta in aluo oua vitiat, nec ad partum ſinit perduci, quoniam immatura genitalibus locis excidunt.* Quapropter Plinius diſertiſſimis verbis author eſt, altoribus, vt plures fæmellæ vni maſculo committantur: Cum enim ſingulę aut binæ ſunt (vt eius verbis vtar) corrumpitur ſalacitate fœcunditas. Quod ſi verum eſt, Pauo Gallinaceā ſalacitatē, vt ait Columella non habebit, at hac in parte eam ſuperabit; nam Gallus licet vni tantummodo Gallinæ, commiſſus, oua tamen eius non vitiat. Quinimo Pauo maſculus eò ſalacitatis quandoque procedit, vt ni adſit alia quacum coeat, incubantem fæminam inuadat, ac oua frangat. Coeundi cupiditas agnoſcitur teſte *b* Palladio, quoties circa ſe amictum caudæ gemmantis incuruat, & ſingularum pennarum capita occulta locis ſuis exerit cum ſtridore procurrens; quod Rauiſius Textor hiſce verſibus expreſſit.

Salacitas.

a Lib. 8. de re ruſt. cap. 11.

b Lib. 1. de re ruſt. cap. 28.

Vocat Iunonius ales
Conſortem thalami, & ſpecioſa volumina verſat.
Cauda micat medijs fulgent ſua ſidera pennis,
Venit amans, cupidis miſcent ſimul oſcula roſtris,
Iungit amor geminos, geminataq; gaudia gliſcunt.

Ales Iunonius.

Ita ille: ſed quo authore oſcula miſcere dicat, ipſe viderit: id Columbaceo generi, nonnulliſq; alijs cōuenit, Pauonibus nequaquam. *c* Ariſtoteles Pauones vere coire dixit: id verò non

c Lib. 6. Hiſt. cap. 9

rò non ita intelligendum est, vt alio etiam tempore coire neget, sed quòd tunc magis libidine pruriant: quo modo pariter *d* Palladius ab idibus Februarijs ad coitum accendi, & *e* Columella ab eodem tempore ad Martium mensem cocundi cupiditatem exercere, locis ferè apricis, cùm Fauonij spirare cœperunt, & ter quotannis fœtus edere tradunt, quod etiam testatur Albertus, & quotidiana experientia demonstrat. Idem Albertus, qui sine coitu fœminas concipere scribunt, hallucinari ait, sed perperam: Etenim Athenæus haud vulgaris author oua zephyria Gallinarum more, sed non plura tamen duobus parere author est: idem testatur *f* Aelianus, sed numerum ouorum non explicat, quinimo ipsemet Aristoteles, & Plinius. Sunt qui Pauones in coitu clamare, & vbi coierint, in posteriora recedere dicunt, at ego nihil tale hactenus obseruaui. Quod si Pauones tui ad libidinem, sicuti quandoque fit, segniores aut impotentiores fuerint, & maiorem quàm par est, fœminarum numerum illis commiseris, tunc concitantibus libidinem cibis, maximè vltima hyemis parte, ex Columellæ, & Palladij præcepto Veneri in ipsis accendere debebis, ad quam maximè facit, si faualla leui torreas fabam, tepidamq; des ieiunis quinto quoq; die: vetant autem, ne modum excedas sex cyatorum in singulas aues. Huiusmodi cibaria, vt idem Columella addit, non omnibus promiscuè spargenda sunt, sed in singulis septis, portione seruata quinq; fœminarum, & vnius maris, nec minus aqua, quæ sit idonea potui, quod vbi factum est, mares sine rixa deducuntur in sua quisq; septa cum fœminis, & æqualiter vniuersus grex pascitur. Nam in hoc genere pugnaces inueniuntur masculi, qui & à cibo, & à coitu prohibent minus validos, nisi sint hac ratione separati. Quod modò ad partum attinet, is teste *g* Aristotele breui à coitu tempore agitur. Pariunt autem maximè à trimatu, vt idem scribit, & *h* Columella, & *i* Aelianus confirmant: Siquidem tenerior ætas, vt Columellæ verbis vtar, aut sterilis, aut parum fœcunda est. Aristoteles oua duodecim, aut paulò pauciora, nec continuatis, sed binis ternisue interpositis diebus parere ait, primiparas verò octona maximè. Nonnulli primo anno vnum aut alterum ouum, sequenti quaterna, quinauè, cæteris duodena edere volunt, at nunquam hunc numerum transcendere. Attamen Petrus Martyr Indicas Pauones in Temistana terra viginti, immo triginta aliquando parere refert, ideoque semper ibi multiplicem gregem conspici. Quod verò *k* Aristoteles semel tantùm anno parere inquit, id alijs authoribus omnino repugnat. Columella enim ter, & *l* Constantius Cæsar bis quotannis pullos edere dixerunt, idque Albertus atq; ipsa etiam experientia confirmant. Sed eiusmodi controuersiam idemmet Columella ita componit, inquiens: *Fœminæ, quæ non incubant, ter anno ferè partus edunt: at quæ fouent oua, totum tempus fœcundissima aut excludendis, aut etiam educandis pullis consumunt.* De postremis itaq; Aristotelis verbo meo iudicio sunt intelligenda. Si namq; totum fœcunditatis tempus in incubatu & educatione pullorum consumunt, quo tempore etiam Gallinæ sibi à Venere temperant, quomodo amplius quàm semel coeant, aut pariant? Si verò non incubent, quid obstat quod rursus non coeant, & alia oua edant? Quæ verò ter pariunt, earum primus partus, vt idem Columella habet, quinq; ferè ouorum est, secundus quatuor, tertius trium aut duorum tantummodò. Idem author, qui profectò in præscribenda educationis Pauonum ratione diligentissimus fuit, monet, vt post admissuræ tempus confestim matrices custodiamus, ne alibi quàm in stabulo oua ædant, sæpiusq; digitis loca fœminarum tentemus, vt cognoscamus, num in promptu gerant oua, quibus iam partus appropinquat, hasce vult clauso includi, ne extra id parientes oua frangant: itaq; etiam plurimis stramentis exagerandum esse auiarium, quò tutiùs excipiantur. Nam ferè Pauones cùm ad nocturnam requiem perueniunt, perticis insistentes, oua enituntur, quæ quò propiùs ac molliùs deciderint, illibatam seruant integritatem.

d l. 1. c. 28
e l. 8. c. 11.
f l. 11. c. 9.
Partus.
g 6. Hist. c. 9.
h l. 5. c. 32.
i l. 8. c. 11.
Quot oua pariant.
k 8. Hist. c. 9.
Aristoteles explicatus.
l l. 8. c. 11.

INCVBATVS. EDVCATIO.

Victus.

OVA Pauonina Gallinis incubenda subdere ante *a* Aristotelis tempora vsitatissimũ fuisse ex ipso habemus, qui eius rei hanc quoq; rationem assignat, quoniam mas, dum fœmina incubat, aduolans oua frangat, incubantis scilicet desiderio flagrans, vel vt alij volunt, quoniã mas suũ aliquid in ouis esse velut non ignarus, ea pariter incubare velit, vel, vt Albertus sibi relatum asserit, ob zelum, quo vterq; nimio propter futuram prolem afficitur. Quibus rationibus, si placet, adde & hanc *b* Aeliani, qui ouis non continenter,

a 6. Hist. c. 9.
Pauon oua cur Gallinis supponantur, & quod tunc obseruãdũ.
b l. 5. c. 32.

sed duorum dierum interuallo fœminam incubare, ait, vnde periculũ imminet, ne refrigerata oua, infœcunda reddantur quicunq; itaq; oua Pauonum Gallinis supposituras, is iuxta
c Varronis, aliorumq; qui de re rustica scripserunt, præcepta, Gallinacea subijciet, vbi iam
c l. 3. de re rust. c. 9. decem dies Pauonina fouere cœperit, Gallinaceis enim excludendis bis deni dies satis sunt,
Ouorum supponendorum numerus. Pauoninis verò ter nouem, vt Plinio, vel, vt Aristoteli placet, treceni requiruntur. Sed
d 6. Hist. c. 9. quod ijdem scriptores vetent plura quàm nouem oua Gallinæ ad incubandum dari, qua
ratione id faciant, non video. Quid enim obstaculi est, cur non plura vel Pauonina vel Gallinacea subijci possint, cùm aliàs viginti plerumq; supponi soleant? Vnde illud etiam quamuis ab *d* Aristotile philosophorum coryphæo, admodum negligenter scriptum est, maximè bina subijci, quod plura suo incubatu aperire nequeant. Sin quis id ideo faciendum
existimet, ne Gallina plures ædens, alere, & secum ducere recuset: is Gallinaceæ naturæ
Gallinarũ erga exclusos pullos amor. prorsus ignarus mihi videtur. Etenim Gallina Anatum, Anserumq; auium toto genere
discrepantium vtpote aquaticarum pullos, modò ex suo incubitu nati sint, ad aquas vsq; tãto amore prosequitur, vt sæpe in medias vndas se se proijciens submergatur, tantum abest, vt Pauones aues sui generis, & eodem victu vtentes alere renuat, & quorum nutritioni Heri causa futuri lucri summam curam adhibent. Vnde & ijdem authores aiunt, imo expresè præcipiunt, vt cum excluſi sint ad aliam nutricem Gallinacei transferantur. Pauonini verò subinde ad vnam congregentur, donec quinq; & viginti capitum grex efficiatur. Quapropter meo iuditio alia ratio assignanda est, cur veteres quinq; tantùm Pauonina, & quatuor Pauonacea subdi iusserint. Quam quis si rursus in vsum reijciat, quod scilicet eo tempore non plura quàm nouem supponere in more positum esset, is pariter mihi nondum satisfecerit. Dicendum enim foret, cur quinq; Pauonina, Gallinacea verò quatuor, & non
omnia Pauonina sint subijcienda, cum id, vt probauimus, vtroque modo, numero videlicet pauciori ob Pauoninorum magnitudinem sumpto, fieri possit. Sed istæc aliorum iudicio subijcimus, nobis veterum opinionem iudicasse, & examinasse sufficiat. Oua quæ
Ouorum supponendorum qualitas. supponenda sunt, Columella, & Palladius, quò recentiora existunt, eò commodiùs excludi existimant, atq; iccirco quotidiè manè fœturæ temporibus stabula diligenter circumiri ibent, & iacentia oua colligi. Gallinæ Rodiæ, quia ne suos quidem fœtus commodè nutriunt, huic muneri ineptæ iudicantur. E nostratibus Gallinis veteres maximè com-
Gallinæ, q̃ eligendæ. mendantur: ouaque, inquit Didymus, supponantur luna ipsa nonaria existente, hoc est, vt
Oua quando supponenda. Columella, & Palladius habent, nouem diebus à primo lunæ incremento. Quod verò decimo deinceps die omnia Gallinacea subtrahi velint, & totidem, quot ablata sunt, recentia eiusdem generis supponi, vt trigesima luna (hoc est, expletis triginta diebus) quæ est ferè noua, cum Pauoninis excluduntur; id profectò obseruandum omnino est, si & Gallinæ, & Pauonis pullos desideres: sin Pauonis tantummodo, nequaquam. Prima custodis
Gallinarij cura. cura teste *e* Philosopho esse debet, vt cibus adsit, ne desiderio eius discendens Gallina in-
e 6. Hist. c. 9. termittat fouendi operam. Columella verò, Didymus, & Palladius, ne è nido desiliat, obseruari ab eo iubent, vt sæpe ad cubile incubantis accedat, Pauoninaque oua, quæ propter magnitudinem difficilius, quàm sua à Gallina mouentur, manu verset, atque quò id diligentiùs faciat, vnam partem ouorum atramento notari volunt, quoniam eo signo, an à Gallina conuersa sint, aliàs reuersus, manifestò docebitur, atque istæc fermè in suppositu,
Educatio. atque incubatu obseruanda sunt. Iam verò natis pullis herus ad educationem animum applicare debet, & victus in primis, qui à loco idoneo, & apta cibi ratione dependet, maximè curam habere. Quod ad locum spectat, poterunt vnà cum alijs degere, qui *f* Varro-
Locus. nis temporibus in auiarijs Turdorum more itabulabantur, alibi etiam in septis villæ affixis
f li. 3. de re rust. nutriri posse dixit. *g* Ælianus duplici cella custodibus, & curatoribus vt nutriantur, opus
g l. 5. c. 21. esse scripsit. Didymus, & Palladius insulas laudant potissimùm manu factas multisq; herbis, & floribus luxuriantes, vt à vulpe communi auium hoste, similibusq; noxijs animalibus tuti degant. Quæ sanè insulæ commodissimæ fuerint, sed quia maximos secum ferunt
Insulæ Pauonũ educationi aptæ. sumptus, poterunt ex præcepto Columellæ nemorosæ ac paruulæ insulæ naturales, quales
h l. 8. c. 11. Italiæ obiacent, eligi. In huiusmodi enim locis nullam extrinsecam noxam incurrent, quinimo omnia sua munia absque vllo periculo obire poterunt: siquidem, vt doctissimi illius *h* Geoponici verbis vtar, nec sublimiter possunt, nec per lõga spacia volare, tum etiam, quia feris ac noxiorum animalium rapinæ metus non est: sine custode tutò vagantur, maioremque pabuli partem sibi acquirunt: fœminæ etiam sua sponte tanquam seruitio liberatæ studiosiùs enutriunt. Nec curator aliud facere debet, quàm, vt diei certo tempore signo dato, iuxta villam gregem conuocet, & exiguum hordei concurrentibus obij-

ciat,

ciat, vt nec auis esurjat, & numerus aduenientium recognoscatur. Cùm verò & huiusmodi insularum pro tot regionum diuersitatibus rara admodum sese offerat, conditio, itaque rursus longè alius locus eligendus est; qualem scilicet idem Columella præscribit his verbis: *Mediterraneis locis maior adhibenda cura est, eaq; sic administretur. Herbidus sylvestrisque ager planus sublimi cluditur materia, cuius tribus lateribus porticus applicantur, & in quarto duæ cellæ, vt sit altera custodis habitatio, altera stabulum Pauonum: sub porticibus deinde per ordinem fiunt arundinea septa in modum caueaꝝ, qualia Columbarij tectis superponuntur. Ha septa distinguuntur velut clatris intercurrentibus calamis, ita vt ab vtroq; latere singulos aditus habeant. Stabulum*
10 *autem carere debet vligine: cuius in solo per ordinem fingantur breues paxilli, eorumque partes summa ligulas edolatas habent, quæ transuersis foratis pertecis inducantur. Ha porrò quadratæ pertica esse debent, quæ paxillis superponuntur, vt auem recipiant adlibentem: sed idcirco sunt exemptiles, vt cum res exigit, à paxillis deducta liberum aditum concurrentibus stabulum præbeant.* Si quis verò tantis sumptibus laboribusque parcere malit, poterit vel ex arundinibus, vel ex stramentis stabula construere, tecta verò lateritijs tegulis operire, ne pluuia noxam Pauonibus inferat. In summa locum requirunt, vt ex Scio 1 M. Varro annotat, quo diebus apricis pasium exeant. Stabulorum magnitudo multitudini auium respondeat; loca omnia pura sint: pastor cum batillo circumeat, stercus tollat, ac in vsum referuet: paxillos, quibus insiliant, quàm possit, altè accommodet, vt à furibus noctu, & à noxijs animalibus tuti sint. *1 lib. 3. de re rust. c. 6.*

20 Solent enim alioqui hæc volucres plerumque per agros vagantes, & à pastu se domum recipientes, si paxilli desint, altissimas arbores petere: sin verò sponte sua paxillos non petant tunc à custode illis imponi debent docente Columella, ne noctù numi maneant, ac frigore torpescant. Verùm pleraque istæc prouectioribus & adultis Pauonibus competunt: nam pulli nisi post septimum mensem ex eiusdem præscriptio vnà cum illis stabulo ad nocturnam requiem includi debent. Atque hæc de idoneo loco dicta sunto: de cibo modò dicendum restat, in quo præscribendo ab eiusdem Columellæ aliorumq; veterum, vt Palladij & Didymi placitis vix nobis recedendum esse remur. Primo die vbi editi sunt pulli, similiter vt Gallinacei solent, minimè amoueri, sed postero cum nutrice in caueam transferri nonnulli volunt: è contrario Didymus primis duobus nihil offerendum esse præcipit. *Cibus.*

30 Sed ægrè fortassis biduo ieiunium imbecilli & languidi perferrent, quare quem ille in tertium diem præscribit, cibus ille primis diebus non malè conueniat, nempè farina hordei vino subacta, & triticum, & zea decorticata, madefactaque ex aqua. Eundem enim cibum Columella & Palladius concedunt eisdem diebus; nec minus ex quolibet frumento coctam pulticulam, & refrigeratam. Post paucos subinde verò dies huic cibo adijci volunt porrum Tarentinum, & caseum molem, hoc est, recentem vehementer expressum, quoniam serum pullis nocuum esse constet. Laudant insuper locustas, quibus pedes sint amputati. Hisce ita pasci debent vsque ad sextum mensem: postmodum satis esse inquiunt hordeum de manu præbere. Possunt itidem post quintum & trigesimum à partu diem vnà cum nutrice Gallina in agros satis tutò educi: sequuntur enim ceu matrem singultientem

40 At hoc ita fieri debet. Caua clausa ferrur in agrum à pastore, & emissa ligato pede longa linea Gallina custoditur, ne longiùs abeat, ad quam pulli circumuolant, qui vbi ad satietatem pasti sunt, persequentes, vt dixi, nutricis singultus in villam reducuntur. Atque si ita pullos à pluribus natos ad vnam transferre lubeat, iuxta Columellam vna matrix, vt antè quoque obiter admonuimus, vigintiquinque pullis sufficit. Palladius verò vni, vt benè educentur, quindecim satis esse existimat: quem hac in parte sequi placet. Solent etenim inter tot alij alijs imbecilliores existere, quorum, dum tot educandis intenta & occupata est matrix, curam quàm alias posset, habere nequit: Quinimo vegetiores pulli & validiores languidos & inualidos opprimunt, & cibum eripiunt; quapropter Didymus haud pœnitendus Geoponicus ab inuicem separandos esse monet. Sed caueat *Quomodo pulli Pauonini cũ Gallina educantur.*

50 præ cæteris altor, ne eodem loco Pullos Pauoninos cum Gallinaceis diuersas nutrices sequentibus habeat: nam hæ Pauoninam prolem contemplantes, eius amore inflammantur, pullos suos diligere desistunt, atque etiamnum immaturos & materna ope adhuc egente deserunt, perosæ videlicet, quòd nec magnitudine, nec specie Pauoninis respondeant. Hinc satis constare puto, quantum curæ ac industriæ prisci educationi Pauonum impenderint, adeo vt vrbanum patrem familias potiùs, quàm tetricum rusticum eam postulare attestetur Columella, sed nec huius alienam esse captantis vndiq; voluptatem acquirere. Siquidem is Pauonum decor est ac nobilitas, vt non dominos solos, sed exteros etiam oblectet; vt suo antè loco latissimè demonstrauimus, cùm alioqui damni sæpè plus *Educationis Pauonũ nobilitas.* *Pauones quã damna afferãt.*

quàm vtilitatis afferant. Maximam enim hortis pestem inferunt, & tegulas, tectorumque culmos euertunt. Sed antequam hoc caput ad coronidem perducamus, prius etiam dicendum est, quo & quanto cibo prouectos & adultos Pauones alere oporteat. Varro ex k Scio his in singulos menses, singulos quoq; hordei modios exhibet, hoc interim seriò seduloq; admonens, vt in fœtura vberius atq; largiori manu offeratur, nec non antequam salire incipiant. Cùm itaq; modius libras viginti sex cum octonis vncijs capiat, quotidiè circiter decem vncias hordeum offerri poterit. Sin fœcundiores reddere placet, tunc iuxta Didymi præceptum singulis hyeme sex cyathos, hoc est, sescunciam fabarum torrefactarum supra prunas, idq; ante alium cibum, aquamq; purissimam potandum exhibebis. Alia similiter Venerem stimulantia eandem ob causam exhiberi poterunt. Sin pinguiores velis tunc hordeum liberaliter offeras; nam hordeo, quamuis alioqui omni frumento vescantur, inter cætera grana, maximè oblectantur. Apud Nortmannos Galliæ populos, quos Pauonibus abundare, indeque ad alias nationes deferri supra scripsimus; pyratis (ita quosdam potus vocant) teste l Io. Bruyero Gallo, præcipuè pinguescunt: quippe, inquit, pyrorum malorumq; granis ac facibus in primis gaudent. Quod verò m Athenæus ex Aristotele Pauones πυροφάγους, hoc est, grandine victitantes vocet, id in ijs, quæ hactenus extant, Aristotelicis scriptis, neutiquam legitur: herbas tamen in summa frumenti inopia deuorare minimè negauerim; herbiuoros verò inde dicendos nunquam crediderim. Albertus serpentes à Pauonibus edi dixit: qua in re, si modò verum est, quod id faciant, Gallinacei generis naturam, quemadmodum pariter, in eo, quod herbis vescuntur egregiè referunt.

Prouectiorum Pauonũ educatio.

k lib. 3. c. 6.

Modius quot libras accipiat.

Vt pinguescant.

Hordeo gaudet Pauones.

l lib. 15. de re cib. c. 18.

m lib. 9.

Pauo herbas & serpentes vorat.

VOX. ÆTAS.

MVARRO *a* Pauones, vt pleraſq; alias volucres, à voce ſua dictos tradit, at Philomelæ author eos pupillare dixit hoc verſu:

Pupillat Pauo, trinſ at Hirundo noga.

b Ariſtoteles & Plinius Pauonibus ætatem tribuunt vigintiquinq; annorum. *c* Ælianus verò de Indico Pauone loquens ex aliorum relatu centum annos vixiſſe memorat, ſed hunc noſtratibus maiorem fuiſſe, & fortaſſis alterius generis.

a lib. 4. de ling. lat.

b 6. Hiſt. c. 9.

c lib. 11. de Animal. ca. 33.

VOLATVS.

Greſſus.

ARISTOTELES *a* Pauones & Gallinas inter aues enumerat, quæ parum volatu valent, & cauſam illius rei aſſignat, quòd vropygium ineptum, hoc eſt, non aptum flecti obtineant. Vropygium enim ad dirigendos volatus à Natura datum eſſe ait: quemadmodum temones nauigijs. Verùm cùm Pauo caudam non tantùm flectat, vt reliquæ volucres, verùm etiam in rotæ modum ſolus excepto Gallopauone, erigat, itaq; Ariſtoteles veram nobis rationẽ breuitatis huiuſce volatus nondum omnino expreſſerat, quare ſubinde longitudinem caudæ & corporis grauitatem adiungit, quorum nempe pondere oppreſſæ alæ, quas breuiuſculas etiam Natura dedit, in altum æthera eleuari, & volatum protrahere nequeunt. Quod verò vropygium volatus, vt temon nauem dirigat, vt ille ait, id quoque in omni auium genere locum non habet. Siquidem multæ, quales ſunt Ardeæ ac Ciconiæ, cauda omnino deſtitutæ, velociſſimum tamen volatum exercent, pedesq; ſuos tetrò rectà extendunt & caudæ loco volatum illis dirigunt, quemadmodum doctiſſimè ibi Philoſophus docet. *b* Iulius Scaliger ad grauem breuemq; hunc Pauonum volatum alludens, Iouem ait Aquilam ſuam tanta caudæ prolixitate non armaſſe, ne in cælum volaturæ illi aliquando foret impedimento. Quærit autem doctiſſimus ille in hunc modum:

a l. de inteſt. Animal.

Vropygij vſus.

Aues pedibus procaudantes.

b In Apicula.

Quor-

Quorsum
Ignea Pauonis caudam Iouis ales habebit?
Pulchra illi est, fateor: Pauonis pulchra, sed illi
Vt volet in cœlum sit sarcina prorsus inepta.

Legitur eiusdem carmen de Pauonis incessu in eos, qui vt in communi dicterio est, Iunonium ingrediuntur, hoc est, cum summa superbia. Pauonum etenim incessus fastuosus est, superbusq; ac lentus, ac si Iunonis sacra ferret. Canit verò:

Grallantur aliè gressibusq; Pauonum.
Timentq; crura commouere subsultim.
Sed fluctuante fœmore semper alternant.

MORES. INGENIVM.

QVANTI pulchritudinem suam faciat Pauo, quamq; munditiarum studiosus existat, & contrà quàm sordium ac labium hostis, cùm ex antea dictis; tùm ex solo eius incessu constare puto, quem eo modo componere nulla alia ratione videtur, quàm ne maculetur, imo verò Albertus, penes quem eius fidem esse volo, tradit, si dum adhuc pullus est, madidus fiat, & pollutus, mori, tanquam omnis immunditiæ planè impatientem. *a* Aristoteles equidē Pauones ornatus ac polituræ amantes esse dixit, & inuidiosos: super quare quid sentiamus, suprà demonstrauimus. Quod ad indolem ingeniumq; auis pertinet, illius minimè expers esse videtur, dum apertè præconem pulchritudinis, suæ eiusdemq; calumniat oremagnoscat. Nam si quis in præsentia sua eam, quā alioqui, & ipse velut admiratur, laudauerit, tunc floridas & auricomas caudę pennas expandit & ceu pratum floribus refertum erigens ostentat, & oculis ipse lustrans in orbem circumducit: sin spectator ille vel reprehenderit, vel non probauerit, tum subinde caudam, ac si calumniatorē illum odio sibi esse testari vellet, recondit, nec amplius illi spectandam præbet, quamdiu formam culpare audeat: quin etiam minari nouit, & pauorem incutere, quod vbi præstare cupit, tunc teste *b* Æliano, pennas primum explicat, deinde ad inijciendum terrorem his tanquam miles quispiam armis suis cōcrepat, capitisq; elatione, ac superbo supercilio ceu triplicem cristam iactat. Illud insuper, quod ibidem Ælianus scripsit, ingenij Pauonis acumen non mediocriter ostendit, nempe cùm refrigeratione ipsi opus est, tum passis pennis & in anteriorem reflexis, ex sese corpus suum operire, atq; ita coloris vim propulsare, frangereq;: sin retrò atq; à tergo ventus spiret, alas paulatim pandere, vnde ab interspirante, mollesq; & suaues auras ei affiante vento, ipse refrigeretur. Fœmina Pauo priuatim insigni atq; admiranda prorsus sagacitate prudentiaq; vtitur, dum oua sua, quibus incubitura est, sponte recondit, celatq; ne à coniuge suo conspiciantur. Probè, siquidem nouit marem ob nimium, quo flagrat, fouendi desiderium, ea fracturum: probè, inquam, nouit si fortè rumpi ea contingat, de spe futuræ prolis conclamatum fore. Sunt qui præsagiendi peritiā talem Pauonibus tribuant, qualis (si modò verum est ea præditos esse) vtinam nobis contigisset. Longè enim consultiùs meliùsq; cum rebus nostris ageretur, talem inquam, vt non agnoscant tantùm venenosi medicamenti apparatum, verùm ad locum etiam, vbi eiusce-modi insidiæ machinantur, procurrant, clamitent, alasq; quatiant, & medicamina è vasis dispergant, imo quod amplius est, si defossa sint terra eruant, atq; eo modo imminentes insidias manifestent. Quæ peculiaris sanè Pauonibus prærogatiua fuerit, si modò verum est, id facere: nam vt ingenuè loquar, apud me fide caret, alij quibus lubet, fidem adhibeant. *c* Ælianoverò lubentius crediderim *Pauonem fascini veluti naturale amuletum lini radicem inquirere, & sub alarum altera retrujam gestare* scribenti, nam etsi & id admiratione dignum est, veritati tamen omnino consonum est.

Pauonis munditiæ.

a li. 1. Hist. cap. 1.

Pauonis ingenium.

b lib. 5. de Animal. c. 21.

Quomodo homin. terreat.

Quomodo refrigeretur.

Fœmina in incubando sagacitas.

Præsagiendi peritia.

c lib. 11. c. 11.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

a lib.10.c. 48. Colũbæ, & Pauonis amor.

PAVONES & columbæ mutuam inter ſe amicitiam colunt teſte *a* Plinio; qui huius amoris reciproci cauſam non addit. An quia vtriq; ſeſe hominibus placere agnoſcant.

Pauo ſerpẽtes terret.

Pauo, ſi authori, quiſquis ille eſt, de natura rerum credimus, ſerpentes terret, & animantia omnia venenata non pollit tantùm, ſed hæc ipſa etiam audita eius voce ſponte fugiunt, nec prope morari audent. Quod hiſce verſibus expreſſit doctiſſimus Ioannes Khuenius Breidbachius Colonienſis olim diſcipulus meus chariſſimus.

Iunonis volucris, quæ caudâ ſidera portat,
Proſequitur Pauo colubros cantuq; repellit,
Omniaq; à colubris latè loca tuta putantur,
Ales vbi ſixit Iunonis Pauo pennates.

CORPORIS AFFECTVS.

Pennarum defluuium. a 6. Hiſt. c. 9. b lib.10.c. 20. Plin.& Ariſt. cõtradictio.

QVÆ hanc auem tanta venuſtate ornauit Natura, eadem morboſis quibuſdam affectionibus carere noluit, inter quas celeberrima illa eſt, qua pennæ, in quibus præcipuè formoſitas conſiſtit, decidunt: Vulgus hunc affectum, pennarum defluuium appellat. Quamuis autem *a* Ariſtoteles pennas ſimpliciter, nulla caudæ mentione facta, amittere tradat: *b* Plinius tamen id priuatim de cauda ſcribit. Rurſus Ariſtoteles cum primis arborum frondibus pẽnas amittere: recipere cum flore dixit, pudibundum interim Pauonem ac mœrentem lateribus quærere. Vt vt eſt, apertiſſima de tempore, quo pennas recipit, controuerſia eſt. Germen enim longè floribus præcedit, vt vel omnibus notum eſt. Verùm nunquid Plinio, an potiùs Ariſtoteli adhærere debeam necdum noui; alij qui Pauones ſtudiosè alunt, defectũ noſtrum ſupplere poterũt, & liberalia ſtudia promouere. Sunt qui huiuſmodi affectui mares in hoc genere tantum obnoxios eſſe velint, quod ſanè Plinianæ lectioni non parum fauet. *c* Palladius lãguores etiam pati aſſerit, qualibus nempe infantes torqueri ſolent, quibus primùm dentes erumpunt, eſſeq; magnũ illis periculum, cùm primùm criſta produci incipit. Præterea vitia omnia, quibus omne Gallinaceum genus infeſtari ſolet, eadem teſte *d* Columella, Pauones infeſtant; quare etiam eadem remedia requirunt. Quod ſi itaq; pituita & cruditate laborent, victum mutent: aer fiat ex fumo, ex lauro, & ſabina herba parato: cibus allium cum farre, aut aqua perfuſus, in qua lauerint Noctua, aut cum ſemine vitis albæ coctus: penna per tranſuerſas nares inferatur, & per omnes dies moueatur. Id enim non parùm ad ſanitatem recuperandam facit. Denique quod obiter dictum ſit cuſtos diligenter caueat, ne pulli ſeſe plus æquo madefaciant. Etenim ita facilè perire paulò antè ex Alberto diximus.

c li.1.de re ruſt.c.28. Lãguores. d li.8.c.11 Pituita, & eius cura.

COGNOMINATA.

a lib.3.de re ruſt.c.2. Fircellius Pauo.

AVIVM nomina hominibus ijſq; ſæpè non vulgaribus apud priſcos cùm Græcos, tùm Romanos impoſita fuiſſe, aliàs quoties nobis occaſio ſeſe obtulit, demonſtrauimus. Quem verò hic locum ex *a* M. Varrone daturi ſumus, licet iam aliquandiù impreſſum, non tanquam bis coctam cramben obtrudimus, ſed quia facetum, iocoſumq; Is autem eſt de quibuſdam, qui ab auibus cognominantur, quos inter Fircellius Pauo Reatinus etiam nominatur. *Imus*, inquit Varro de ſe & quodam Axio, *venimus in villam. Ibi Appium Claudium augurem ſedentem inuenimus in ſubſelijs, vt conſuli, ſi quid vſus poposciſſet, eſſe præſto. Sedebat ad ſiniſtram eius Cornelius Merula, conſulari familia ortus, & Fircellius Pauo Reatinus: ad dexteram Minutius Pica, & M. Petronius Paſſer. Ad quem cùm acceſſimus: Axius Appio ſubrindẽs: Recipis nos, inquit, in tuũ ornithona, vbi ſedes inter aues? Ille, Ego verò, inquit, te præſertim, cuius aues hoſpitales etiam nunc ructer, quas mihi appoſuiſti, paucis antè diebus in villa Reatina &c.*

Quare

Quare verò Fircellius Pauonis cognomentum obtinuerit, etiam nunc ignoro: iudicauerim autem ita dictum, quoniam has aues studiosè enutriret. Haud me latet tamen Pauones dici etiam posse, qui in vestitu honestam mediocritatem (quam in plerisq; alijs rebus, ita etiam in hoc optimam Cicero rectem dicebat) excedunt, & lecto nimis amœnoq; cultum, & magnifico impendio saturatas induuias affectant, & quales luxu perdita, fluxaq; excogitarunt hominum ingenia, sublustri gratoq; vibrantes splendore, & quod grauius est, diuersas quoq; & coloribus multifarias. Eiuscemodi enim homines minimè effugiunt hoc facetissimi Luciani scomma: ἐαρήδη, Ἐποθεν ὁ ταως, quod latinè redditum, sonat, *Iam ver est & vndenam Pauo?* Petrus cognomento Pauo professor medicinæ in celeberrimo Lugdunensium in Batauis gymnasio, vir vt audio cùm in medicina theorica & practica, tùm in cognitione plantarum versatissimus.

Pauones. qui dicẽdi

DENOMINATA.

ACERIS alterum genus, inquit *a* Plinius, crispo macularum decursu, qui cùm excellentior fuit, à similitudine caudæ Pauonum nomen accepit, in Istria Rhœtiaq; præcipuum.

Acer Pauo dictus.

Sunt qui hydropiper speculum Pauonium vocent; & Germanicè Pfauuen Krut, vel Pfauuen spiegel, hoc est, Pauoniam herbam, vel Pauonum speculum, quoniam eius folia ita nigris insignantur maculis ceu speculis oculisue, vt Pauonum caudæ: atque ideo hanc herbam Pauoni mari appinximus.

a lib. 16. c. 15.

Speculum Pauonis.

Quoddam fungi genus, seu boleti, globosum, sessile, terræ syluestribus locis hærens, quod initio album vegetumq; reperitur, deinde in aridissimũ puluerem nigrum redigitur, membrana tenui, nigricante inclusum, Galli crepitum lupi, Germani Pfauuen fijst, seu Pauonis fimum appellant. Huius puluerem chirurgi quidam post sectam vnam vulneri ad sistendum sanguinem inspergunt.

Pauoninus fimus fungus dictus.

Pauoniam seu potius Pauoninam gemmam nuncupant, quæ Pauonis caudam æmulatur partim viridis, partim amethestini coloris. Eiusmodi gemmam apud R. Iulium Mancinellum Societatis Iesu mihi aliquando videre contingit.

Pauonia gemma.

Pauonium dici potest illud marmor, in quo Rauennæ in Basilica S. Vitalis, duorum Pauonum sese inuicem mirantium effigies conspiciuntur.

Marmor. Pauonium

Tacta quædam *b* Plinio Pauonacea dicuntur, vbi de scissili quodam lapide loquitur hunc ferè in modum: *In Belgica prouincia candidum lapidem serra, qua lignum, faciliusq; etiam secans ad tegularũ, & imbricum vicem, vel si libeat, ad quæ vocant, Pauonacea tegẽdi genera.* Et quamuis complures viri docti hoc loco pro Pauonacea, pauita aut pauimenta, id est, pauimenti modo facta, & constructa, legendum esse contendant: mihi nihilominus prior lectio magis arridet, ac simul cum doctissimo *c* Iacobo Dalechampio Pauonacea interpretor picturatis lapidum impositorum quadris ad instar pennarum Pauonis fulgẽtia, & splendentia, vt hodiè fit in Principum, ditiorumq; ædibus, tegulis magna colorum varietate nitentibus, & conspicuis. *d* Scaliger Venetis Pauonaceum colorem dici scribit, qui suis vocatur morellus, nimirũ puniceus. Possint item Pauonacea dici lithostrata, & musaica omnia tàm lignea, quàm lapidea, qualia in multis Italiæ locis, & Senis Romæq; in æde D. Virginis, necnon etiam Bononiæ in D. Dominici templo conspiciuntur. Habebant etenim mensas prisci vndulatas, quas Plinius vndulatim crispas vocat, quales *e* Iunius è buxi radicum lignis constructas fuisse optimè iudicat. Has quis Pauonaceas non ineptè etiam nuncupauerit: siquidem *f* Plinius *maiorem gratiam habuisse* tradit, *cùm Pauonum caudæ oculus imitarentur.*

Tecta Pauonacea.

b lib. 38. c. 22.

c In cõmẽt. ad Pliniũ.

d Exer. 325. 13.

Lithostrata Pauonacea Mensæ Pauonaceæ.

Lecti quoque, quorum spondæ maximo sumptu ex plurimo colorum pulcherrimorum splendore constructi erant Pauonij dicebantur, sed an benè, ignoro. Meminit eiuscemodi superbissimorum lectorum *g* Martialis, dum ait.

e In nomẽclatore.

Nomina dant spondæ pictis pulcherrima pennis,
Nunc Iunonis auis, sed prius Argus erat.

f lib. 13. c. 15.

Phœniceum colorem siue puniceum Itali Pauonaceum vulgò nominant: quem quamuis nonnulli, vt Antonius Tilesius refert, à Pauone dictum existiment, parum attamen, aut nihil cum Pauone similitudinis genere constat. Flagrat autem velut viola flammea; atq; ita à multis olim purpura vocata fuit violacea. Facile verò fuit puniceũ pauonacium appellare.

Lecti Pauonacei.

g lib. 14.

Pauoneggiare verbum Itali deniq; à Pauonis superbia transtulerunt, pro eo quod est seipsum mirari, aut arroganter ingredi.

Pauonaceus color quis Italis

PRÆ-

PRÆSAGIA.

Pluuiæ præſagium.

QVAMVIS auium genus rationis prorſus expers ſit, nihilominus naturæ inductu cæli mutationes agnoſcere eas demonſtrauimus, ad quem locum lectorem modò ablegamus, ne ſæpiùs eadem repetamus. Ea qui legerit, haud temere nos Pauonibus præſagiendi peritiam attribuere nouerit. Theophraſtus Pauones, cùm paucitant, hoc eſt, cùm plus ſolito clamant, pluuiam præſagire teſtatur. Ex quo fortaſſis Antonius Mizaldus vocem noctù efferatam & clangoſam ſubindè ingeminantes, pluuiam iamiam imminentem ſignificare tradit, cauſamq; eius præter eam, quam nos ſuo loco adduximus, hanc quoq; adfert, quòd nempe vocis illius obſtreperæ congeminatio vegetum & acutum intus cum colore vocalem ſpiritum per arteriam vaporoſo aere imbutam erumpere teſtetur. Atq; hinc fit, vt auis ſit admodum clamoſa, idq; nocturno potiſſimùm tempore: quare Eupolis apud *b* Athenæum, *nunquam*, inquit, *nutriam per Proſerpinam Pauonem ſimilem, qui dormientes excitat*. Cardanus verò ita vociferari exiſtimat ob conſpectam crurium deformitatem, ſed id, vt *c* Scaligeri verbis vtar, planè plebeium eſt, & anicularum fabellas ſapit. *Quoties Pauo*, inquit Scaliger, *ſibi crura obtuetur; quare non ſemper, ſed aliquando luget inuiſum à natura decus? Quoties euenit ei, vt paſcatur nec crura conſpiciat ſua? vbi figat veſtigium, neſcit, niſi oculis captes locum, in quo ponat pedem. At ei ſpectaculo cum ſit à primis conſuetus annis quid noui patitur in veteri memoria? Quid verò eius pedes obſcœnitatis habeant, haud equidem ſcio*. Hæc ille: & reuera pedes Pauonum turpitudinis nihil præ ſe ferunt, attamen decori caudæ comparati, longè deformiſſimi exiſtunt, ſed horum deformitatem plorare, luctùmq; alto illo clamore teſtari, vt Cardanus voluit, haudquaquam mihi vnquam perſuaſerim, quamuis alij etiam nonnulli cùm noctù magis quàm interdiù vociferari eos viderent conſimili ſtoliditati eorum aſcribant, nimirum ideo clamare putantes, quòd in tenebris cõſtituti pulchritudinẽ ſe ſuam perdidiſſe exiſtiment Vt verò ad præſagia reuertamur pluuiam itidem indicant, ſi authori de natura rerum credimus, cùm altiùs ſolito aſcẽdunt. Si extra ſolitum tempus cantent, mortem alicuius ea in domo, vbi cantauerint, portẽdere Paracelſus ſcribit, quoniam, ſicuti Vulturi, inquit, à natura inſitum eſt cadaueris trans mare odorem percipere, & ad id aduolare, eodemmet modo Pauones futurum cadauer odorantur; ſed hoc quæſo alijs perſuadet, ego ſaltem eius rei penes ipſum fidem eſſe volo.

a In Ephẽ. tex. 1. cap. 43.

b lib. 19. c. 19.

Cardani error.

c Exercit. 238.

Mortis præſagiũ.

MYSTICA.

Pauo cur Iunoni ſacer.

PAVONES alij Iunoni Deorũ Dearumq; reginæ ſacros fuiſſe volunt, quod quemadmodum Pauo pulchritudinis ſuæ ſpectatores admirabundos detinet, ita pariter diuitiæ; quibus præfuiſſe illa Dea creditur, ad ſpectandum expoſitæ, omnium in oculos conuertant, vel vt alij, quia ſicut Pauo domorum tectis lociſq; eminentioribus inſidere gaudet, eodem modo diues conditiones ſemper, & dignitates maiores, & eminentiores totis ambit & quærit viribus; vel quod Iuno, quæ de corporis ſpecie cum ipſa Venere, vt ex iudicio Paridis conſtat, contendebat, & Dearum vt erat potentiſſima, ita etiam formoſiſſima haberi volebat, à Pauonibus auium omnium formoſiſſimis currum duci iuſſerit, & tanquam pediſſequis vti, vnde in multis numiſmatibus ante eius pedes depinguntur. *a* Athenæus verò ideo ei Deæ conſecratos ait fuiſſe, quoniam in Samo inſula, vbi præcipuè colebatur, prius viſi eſſent, & inde ad alias regiones translati. Ego Aquilam Ioui ob corporis robur, Pauonem Iunoni ob admirandam eius ſpeciem nuncupatum fuiſſe reor; etiãſi Paulus Iouius ſe ex veterum opinione ſcribere profiteatur, id ideo factum, vt fæminam non ſine pudore cum mare congredi innuerent.

a lib. 14. c. 25.



MORA-

MORALIA.

PAVONES, qui hominum vtilitati, vt vulgus credit, (id enim antea negauimus) inuident, excrementa sua abscondentes, viros doctos exprimunt, qui cum eruditione sua alios iuuare possent, eam intra proprios parietes celant; vel quosuis alios æmulos, qui proximis suis, dum sine vllo facultatum suarum dispendio prodesse queunt, de-
1 o stitutis ac fraudatis omni auxilio, ne consilium, quo iuuentur, aperiunt, at vel ti Pauo, si quid opis inde nancisci possint, inuident; de quibus D. Iob *a* loquitur dicens. *Cum dulce fuerit in ore eius abscondet illud sub lingua sua*: contra verò ait *b* Sapiens: *Sine fictione disci, & sine inuidia communicaui.* Eleganter Pauo Saluatoris nostri imaginẽ quandam etiam denotat, sicuti ex D. *c* Antonio Patauino habemus: cuius verba licet stylo illius ætatis conscripta (res hìc, non verba aucupari animus est) apposuisse non piguit. *Pauo*, inquit, *ejcit pennas suas cum prima arbore ejciente folia sua: & post nascitur ea pluma, cum arbores incipiunt frondescere & frutticare. Prima arbor fuit Christus, quæ plantata fuit in horto voluptatis .i. in vtero B. Virg. Huius arboris folia, sunt ipsius verba, quæ cùm prædicator in prædicatione ejcit, & peccator ipsi-*
2 o *susceperit pennas .i. diuitias abjcit. In generali verò resurrectione, qua omnes arbores, tàcti omnes sancti incipient virescere. Pauo ille, qui mortalitatis pennas abiecit, immortalitatis recipiet.* Eodem authore temporalis gloriæ contẽptus in eisdem auibus designatur, & quemadmodum pulchritudo in eorũ pennis, in pedibus deformitas consistit, ijsq; conspectis pulchritudo reprimitur ac compescitur, *Sic*, inquit, *pœnitentes huius mundi gloriam abjciunt per vtilitatis suæ, & incinerationis recordationem. Tales mentes vere pœnitentes deferunt de se, & sua quotidie non desinunt explorare.* Hæc ille. Tota verò auis corporis dispositio mysticum in se sensum habere videtur. Nam veluti caput cristatum, paruum, & vt ait Albertus, serpentinum est, cauda varijs decorata coloribus, incessus occultus, vox terribilis & clamosa; vnde vulgò plumis dicitur vestitus Angeli, vocem habere Diaboli, & incessum latronis. Ita quoq; plurimi capite serpentes, ideſt, ab initio fallaces & impostores, oculatã suam caudam, hoc est, opes facul-
3 o tatesuè suas ostentat, quò occulto suo incessu alienas faciliùs occupent, rapinasq; suas exerceant, in inuitos etiam voce sua horribili ceu minarum fulguribus vtentes. Eiuscemodi homines plumis prius pulchris, hoc est Angelico habitu amicti, sese proximos suos amare mentiuntur, mox proditorum latronumuè more sese eorum hæreditatibus immiscent, ac tandem impotentiores opprimunt, ac repellunt. Potest etiam ad Dæmonem tota istæc Pauonis historia extendi, cuius nempe impulsiones licet fraudulentæ, à principio tamen leues existunt, & quibus quis facilè queat resistere, quare si repulsam patitur, eadem iterum atq; iterum cum omni blanditiarum oblectamentorum q; quibus fruituros pollicetur, permixtas proponit, donec tandem eiuscemodi vanis promissis delinitos in casses ceu prædã petitam perduxerit, tunc etenim suam exercet tyrannidem. Occultus itaq; Pauonis incessus occul-
4 o tas illius tẽtationes, oculata cauda caducas hasce facultates, & delicias, vox terrifica tyrannidem significant, duodecim oua, quæ parere dicitur, duodecim grauissima peccata, quæ suggerere solet, nempe adulterium, fornicationem, homicidium, furtum, auaritiam, nequitiam, dolum, impudicitiam, luxuriam, blasphemiam, superbiam, stultitiam: de quibus consule *d* D. Marcum. Contrà Pauo voce sua animantia venenata fugare dicitur, adeo vt ne eo loco, vbi illa auditur, perseuerare audeant. Talia animãtia sunt Dæmones, eorumq; asseclæ hæretici omnes, sycophantæ, detractores, ac eius farinæ nequam homines omnes, qui vocem Pauonis, hoc est, viri insti salutares admonitiones, confessiones, conciones non tantùm non audiunt, sed ne loca, vbi celebrãtur frequentare audẽt tantum abest, vt aures præbeant. Pauoni masculo, qui fœmellæ ouis donec excluduntur, insidiatur, potẽtiores egregiè
5 o comparari possunt, nam pauperes ijs ad omne iniuriarum genus expositi sunt, nisi & ipsi aliquando opulenti euadant. Etenim tunc quemadmodum Pauo iam natos, & adultos pullos, eos veriti vel amant, vel saltem amare simulant: de quibus hoc *e* Sapiens dixisse videri potest: *etiam proximo pauper odiosus erit, amici verò diuitum multi.* Vel dicamus, nisi tenuioris fortunæ homines paucula ea, quæ maximo sudore sibi comparauerunt, clam domi suæ conseruent, magnos & ditiores positis insidijs cum summa iniuria vel clam vel palam studere, & eripiant, & in suum vsum, vel luxũ potius conuertant. Sicuti verò Pauo corporis eximiam speciem cum maxima iactitans superbia, visa pedum suorum deformitate, pennas recondit, ac superbiam deponit, eodem modo homines, qui formæ suæ decore, vel fragilium

Docti inuidi.

a Cap. 20.
b Cap. 7.
Saluatoris imago.
c In ser. v. in Domin. post Trin. de ascensu Christi in nauem.
Gloriæ contemptus.

Pauonis mystica historia.
Fallacium typus.

Dæmon designatus.

d Cap. 7.

Potentes.

e Prouerb. 14.

Superbi.

gilium ac caducorum fortunæ bonorum copiam nimis efferuntur, conſpectis pedibus ſuis hoc eſt, mobilis huiuſce vitæ exitu, pallida nempe morte, quæ æquo pede, vt Horatianis verbis vtar, pulſat pauperum tabernas, regũq; turres, rectiùs ſapere rebuſq; ſuis melius cõſulere admonentur, iuxta illud *f* Eccleſiaſtici, *memorare nouiſsima tua & in æternum non peccabis.* Sed & finẽ, quem ſortiri diuitiæ, earumq; cultores ſolent. Pauonis formæ egregiæ conparare poſſimus. Veluti enim pedum turpitudo, qui extremæ corporis partes exiſtunt, ſpeciem auis contaminat, ſic quoq; diuitiarum exitus in turpitudine plerunq; conſiſtit. Vnde Teophraſtus, cùm in ſpecioſa rerum oſtentatione, etiam alia circumſpicienda eſſe admonere vellet, ſapienter admodum dicebat, τ' ἄλλα πορίγνωθι, ac ſi turpia multa & fœda viſu dictuq; ſub tanta formoſitate deliteſcerent, ſicuti his verſibus, quibus illud Teophraſti dictum expreſſit, Horatius innuit, canens:

f Cap. 10.

Diuitiarũ exitus.

Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota,
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.

Porrò quemadmodum Pauo, dum vario pennarum ſplendore conſpicuus ſibi blandiri gaudet, ac ſeipſum admiratur, oculatam caudam explicare, & demonſtrare ſtudens verecunda ſimul ac pudenda detegit, pari pacto opulentus, dum purpura indutus & diuitijs iactabundus, adulationibus, pompis & vana gloria delectatur, corpus pulchrum & graphicè exornatum oſtentat, animum vilem, ſcurrilem, omni vanitate imbutum detegit. Poſtremò carni Pauonis auari ſimiles dici poſſunt: quemadmodum enim illa duriſſima eſt, & difficulter admodum concoquitur, neq; etiam facilè putreſcit, eodem planè modo auarorum natura adeò induruit, ac callum obduxit, vt neq; aliorum calamitatibus infortunijſq; moueantur, neq; miſerationes ſentiant, ſuæ ſcilicet carnis putredinis prorſus obliti: de quibus D. Iob: *Cor eius induruit quaſi lapis.*

Auari.

HIEROGLYPHICA. SYMBOLA.

Noctis & diei hieroglyphicum.

PAVO ſapientiſſimis illis priſcis Ægyptijs ſacerdotibus, noctis fuit & diei hieroglyphicum, idq; diuerſa quidem ratione. Nam noctem ſignificaturi, auem hanc ita depingebant, vt caudam in orbem ſurrectam teneret oculoſque ceu aſtra oſtenderet. Etenim per Pauonem, vt in fabulis dicemus, Argum intelligebant, & per hunc ſtellas, ſiue cælum nocturno tempore oculatiſſimum. Ἄργος autem ſplendorem & velocitatem, quæ præcipuè in aſtris conſpicitur, denotat. E contrà diem deſignaturi, Pauonem ita exprimebant, vt caudam demitteret, oculoſq; illos occultaret, quòd nempè diurno tempore aſtra non apparentia velut ſplendorem ſuũ abſcondant. Quoniam verò mira auis ſpecies in ſola cauda eſt collocata, quæ alioqui nihil ad inceſſum, nihil etiam ad velociorem volatũ facit, vt in pleriſq; alijs volatilibus ſolet, in quibus vicem, quàm in naui temon obtinet: itaq; pro tali hominũ genere depingi Pauo poſſit, qui rem ſuam vniuerſam perditiſſimo luxu dilapidat, quales nẽpè opibus ſuis non ad iuuandũ proximos, ſed ad luxuriam aburũtur. Sin hominis, quibus proprio laus ſordet in ore, ambitioſos videlicet, naſutos, Thraſones, ſua deniq; admirantes vellent indicare Ægyptij, Pauonem caudam in rotam explicantem depingebant: ſi quidem is tunc plurimum velut iactabundus oſtentat, cùm plurimos pulchritudinis ſuæ ſpectatores, & admiratores adeſſe videt; vt contrà vbi nullum adueniſſe cognouit, ceu indignatus caudam recondit. Ijdem teſte *a* Pierio Valeriano hominem denotaturi, qui modò diuitijs efflueret, modò rerum inopia præmeretur, varioq; euentu fortunæ volubilitatem iacturis & donis experiretur, caudam dũtaxat Pauonis faciebant, quoniam hic eam quotannis cũ primis arborũ frondibus amittat, & cum earũdem germine, denuò recipiat. Vnde etiam Homerum in Platonem abijſſe Platonici dixerunt, quia tãtam rerum varietatem poetici coloribus ornatam explicauerit. In ſumma in tota colorum varietas in Pauone facultatum humanarum iacturas, multiplice fortunæ viciſſitudines ac ludibria, externorum inſidias, deniq; amicorum cariſſimorumq; miſerias, calamitates & mortes, quæ omnia intimam animi partem eorum, qui alijs felices videntur, infeſtãt, deſignare poteſt. Deniq; Pauo vel pennæ eius dono datæ muneris ſymbolum ſunt, ex quo plus detrimenti, quàm commodi donatis cedit. Etſi enim auis viſu pulcherrima ſit, oculorũ tamen voluptas iſta plurimo aurium tædio compenſatur, quæ ſæpè tartareæ vocis ſuæ horrore fatigantur: præterea eo donati magnum domi impedimentum nutrient, eſcam vulpibus futurum, ni diligenter cuſtodiant, areæ foſſorem deniq; & cuius labore ſuperficies nũquam æqua manet.

Frugalium typus.

Ambitioſi.

Homo fortunæ ludibrio expoſitus.

a lib. 14. Hierogl.

Homerus cur in Pauonem abierit.

Peſsimi muneris ſymbolum.

PRO-

PROVERBIA.

DE philauto homine & qui sibi quacunq; tandem in re impensius placet, suoq; ingenio indulget, aut qui forma sua delectatur, hoc vulgatum est, *tanquam Pauo circumspectans se*. Adagium ex Synesio est desumptum à Dione Prusiæo sophisticis, politicisq; argumentis admodum delectato, loquente: *in illis resupinus gloriatur, in illis decorem ostentat, Pauonis in morem seipsum circumlustrans & quasi superbiens orationis splendore*. Simile est illud Philostrati, *exorsus à Pauone, vt qui laudatus pennas surrigat*. *In philautos.*

Ab hac aue aliud etiam prouerbium deducitur propter multiplicem pennarum varietatem, vt quicquid mirificè varium sit ποικιλώτερον ταῶνος, id est, Pauone magis varium dicatur. Legitur id apud Alexim Comicum. *Pauone varius.*

Ποιησαν' αὐτὸ ποικιλώτερον ταῶ, id est:

Sartaginem instruxit variam quàm Pauo magis.

Prouerbij quoq; faciem habet, quod scripsit Iuuenalis in auaros, qui carmina laudant duntaxat, nihil autem largiuntur poetæ. *In auaros.*

Didicit laudater auarus
Tantum admirari, tantum laudare disertos.
Vt pueri Iunonis auem.

Notior autem hæc parabola, quàm vt oporteat explicare.

VSVS IN SACRIS. ICONES.

Numismata.

HADRIANVS Romanorum Imperator in eo Iunonis templo, quod quindecim stadijs ad læuam Micænis distabat, in planiore Eubœæ parte situm, vt a Pausanias testatur, inter cætera memoratu digna, vel vt ille appellat, donaria, quæ ibi videbantur, aureum Pauonem lucidis pretiosissimisq; lapillis decoratum vnà cum aurea corona & purpurea, vbi Heraclis & Habes nuptiæ argenteæ cælatæ erant, dedicauit. Aenei Pauones inaurati Romæ duo ante templum Vaticanũ conspiciuntur, quorum pariter memini in libro, quem aliquãdo edidi de statuis Romanis. Eodem Pauone, aue quippe Iunonia in consecratione Imperatricũ, prout in apotheosi Imperatorum Aquila Iouis alite vtebantur, vt suo loco diximus, quemadmodum ex multis, quæ etiamnum extant, antiquissimis numismatibus videre est. Neq; obstat, quod in quodam Faustinæ Piæ numo, cuius inscriptio est, CONSECRATIO. Aquila, non Pauo conspiciatur: neq; hinc meo iudicio Pierius Valerianus rectè infert Pauonem in illius mulieris apotheosi non fuisse. Etenim tametsi id, vnicum illud, quod adducit numisma indicare videatur, plura tamen alia à nobis paulo infra describenda, in quibus Pauo, non Aquila depingitur, prorsus reclamant: quare vtramque alitem in Faustinæ consecratione fuisse quispiam non ineptè suspicari queat. Aquila autem huic matronæ virorum more concessa fuit, vt marito suo eam imperium dedisse denotarent, quod pariter suo iure plerisq; in rebus administrabat, non sita M. Antonini coniugis sui viri vndequaq; probatissimi nora; cui cùm amici authores essent, tantam principis sui ignominiam ferre nolentes, vt Faustinam, si nollet occidere, saltẽ repudiaret, quòd Commodum, vt fama erat, ex adulterio concepisset: Atqui respondit ille, hoc minime fieri potest, nisi dotem etiam reddiderimus: dos autem erat imperium. In huius itaq; Imperatricis quodam numo Pauo Iunonem tergori suo infidentem, sceptrumq; dextra ferentem per æthera vehit. Circumcirca scriptum erat CONSECRATIO, & à dextro Pauonis latere S. à sinistro C. nempe Senatus consulto.

Pauo in tẽplo Iunonis.

a In Corinthiacis.

Pauonis vsus in consecratione.

Faustinæ cõsecratio.

Aquila cur in numo Faustinæ.

In argenteo quodam eiusdem Faustinæ numo Pauo caudam in rotam surrectam habens conspicitur.

Aliud argenteum numisma est eiusdem Imperatricis, in quo sculptus est Pauo cum circumscriptione CONSECRATIO.

Sunt & bina alia Faustinæ numismata, argenteum vnum, alterum æreum, in quibus Pauo

uo caudam extenſa monſtrat: In argenteo auis ſupra aram, in æreo ante aram conſiſtit, vtriq; inſcriptum eſt IVNONI REGINAE.

In quodam alio eiuſdem Imperatricis numo identidem idolum quoddam, quod Iuno fuerit, videre eſt, cum lancea & patera; à pedibus verò Pauo conſiſtit: Inſcriptio eſt IVNONI LVCINÆ.

Eiuſdem deniq; Fauſtinæ æreum numiſma Iunonem veſtibus induatam habet ſculptam ſiniſtrà ſceptrum, pateram dextrà geſtantem, cui prope pedes Pauo Deam intuens aſſiſtit: huic numo erat circumſcriptum IVNONI REGINAE. à ſiniſtro latere C. & à dextro S.

Iuliæ Piæ numiſma. In quodam inſuper Iuliæ Piæ numiſmate Iunonis veſtitæ effigies conſpicitur. Dea dextrà gerit pateram, ſiniſtrà ſceptrum, & ad pedes Pauo aſtat, circumcirca ſcriptum erat IVNO.

Paulinæ numiſma. Diuæ etiam Paulinæ numus extat, in quo ab vna parte Pauo mulierem in dorſo inter alias ſedentem portat, cùm inſcriptione CONSECRATIO. Ab alia parte caput eſt mulieris natu grandioris ab occipitio velatæ.

Æneas Vicus D. Liuiæ D. Auguſti velatæ quodam numiſma pingit, in cuius altera parte Pauo conſpicitur caudam oſtentans cum circumſcriptione CONSECRATIO. & ad vtrumq; Pauonis latus ſcriptum erat S. C.

Domitiæ numus. In aduerſo cuiuſdam Domitiæ Auguſtæ numi latere Pauonis effigies eſt cum inſcriptione CONCORDIA AVGVST. Sunt qui ideo hanc inſcriptionem in hoc numiſmate factam velint, quòd Domitianus ſuſcepto ex Domitia filio eam Auguſtam ſalutauerit, & mox repudiauerit, repudiatamq; mox iterum non ſolùm deperierit, ſed in vxorem etiam rurſus duxerit. Cùm enim Iouem appellari ſeſe pateretur ille, Domitiam Iunonis, cuius Pauo ales eſt honore decorari voluiſſe veriſimile eſt. *a* Pierius Valerianus magnam numorum vim in agro Belluenenſi vico Plautereo ſuis temporibus erutam tradit, in quibus inſcriptum erat DIVAE MAXIMINAE, cum muliebri capite, quod Lunæ inſidet cornibus ſurſum verſis: ab altera facie ſolus Pauo cauda in totam expanſa: inſcriptio CONSECRATIO. Addit etiam ad huius ſimilitudinem factum & alium numum, quem Romæ apud Coleſium, alterumq; apud Georgium Anſelmum Parmæ ſe vidiſſe teſtatur, in quo pariter Pauonis ſimilis figura, & à cuius pedibus hinc inde S. C. notæ ſingulæ conſpicerentur: circumcirca CONSECRATIO: ab altera parte muliebre caput occipitio velato: litteræ DIVAE MARINIANAE.

a l. 14. Hierogl.

Maximinæ numus.

Marinianæ numus.

Antonini Pij numus.

In ætero quodam Antonini Pij numo, cuius etiam aliàs meminimus, ab vna facie Pauo, Aquila & Noctua depictæ ſunt, quibus Iuno, Iuppiter & Pallas denotantur. Huic numo inſcriptum erat COS. I. I. I. infra S. C. ab altera Antonini principis imago laureo ſerto decorata cum hac inſcriptione ANTONINVS AVG. PIVS PP. TR. P. COS. III.

Magnæ ducis numus. Sereniſſimi Magni Hetruriæ caſtiſſima vxor, vt Paulus Iouius refert, numum excudi iuſſit, in cuius aduerſo latere Pauo pullos ſuos ab vtraq; parte ternos ſub alis aliquantulum eleuatis fouet, cum verbis CVM PVDORELEATA FOECVNDITAS.

Pila antiquiſsima. Romæ itidem ex antiquiſſimo marmore excerpta conſpicitur pila, in qua Iouem. Aquila, Pauo Iunonem comitatur, Neptunus tridentem, Mercurius caduceum & galerum geſtat.

Samiorum moneta lib. 14. c. 15. Samij, quorum inſulæ Iuno præcipuè præ eſſe credebantur, monetas ſuas, teſte Athenæo, Pauone ſignabant.

VSVS IN EXTERNIS.

VVOLFGANGVS Lazius caudam Pauonis galeis impoſitam Auſtriæ Principum inſigne ornamentum fuiſſe tradit, atq; ad id *b* Claudianum hoc carmine alluſiſſe, etiamſi à nullo, inquit, Auſtriæ Grammaticorum hactenus ſit intellectum.

Gaudet metuens, & pollice monſtrat,
Quod picturatas galeæ Iunonia criſtas;
Ornet auis, vel quod rigidos vibrata per annos
Rubra ſub auaro criſpentur ſerica dorſo.

a In præfat. comme. de rep. Rom.

b In Panag. in ſex. Cõſ. Honorij.

Verùm vt ingenuè loquar, malim per Iunonis auem eo loco Struthiocamelum, quem alias eidem Deæ ex veterum Ethnicorum ſententia dicatum fuiſſe, & ex pennis eius galeas ornari

nari ſolitas, eumq; vſum ad noſtra vſq; tempora perſeuerasſe, luculenter oſtendi. Quare niſi Principibus Auſtriæ peculiare fuerit Pauonum pennis caſſides decorare, quod etiam prius probandum foret, Lazius vir alias doctiſſimus, & antiquitatum peritiſſimus hac in re, quod pace illius dictum, eſto, hallucinari mihi videtur. Non negauerim tamen eiſdem pennis caſſides ob oculorum pulchritudinē ornari poſſe, necnon pulchellis puellis pro ſertis & alijs ornamentis cedere. Lictores Louteorum eas in pileo geſtare legimus, vt ab alijs hominibus dignoſcantur. Elegantiſſima porrò atq; artificioſiſſima muſcaria, ſeu flabella, quibus muſcas abigimus, ſimiliaq; alia volucria inſecta, vel etiam vt aerem calidiorē, qua-
1olis æſtiuo tempore eſſe aſſolet frigidiuſculū reddimus, & caudis Pauonum non noſtro tantùm ſæculo fiunt, ſed veteribus etiam ex vſu fuiſſe vero verius eſt. Græci πτίρακιαδια dicunt. Meminit in primis Martialis, cùm canit:

Lambore quæ turpes prohibet tua prandia muſcas
Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit.

Et ante Martialem doctiſsimus c Propertius, inquiens:

Et modo Pauonis cauda flabella ſuperbæ,
Et manibus dura fingus habere pila.

Item Claudianus, eunuchos, vbi eorum officia enumerat, quæ ſcilicet mulieribus, quibus inſeruiebant, vt nunc ancillæ & pediſſequæ faciunt, præſtabant, etiam huiuſcemodi Pa-
2ouoninis flabellis, vbi incaluerant, eas refrigerare ſolitos ſcribit, inquiens.

Et cùm ſe rapido feſſam protecerat æſtu
Patritius roſeis Pauonum ventilat alis.

Ad huiuſmodi muſcarijs D. d Hieronymus egregiam deſumens parabolam ſic ait: *Quod autem matronis offertis muſcaria, parum animalibus ventilandis, elegans ſignificatio eſt, debere luxuriam ciò reſtringere, quia muſcæ morituræ oleum ſuauitatis exterminant.* Eiuſcemodi flabellis cùm in alijs regionibus, tùm potiſſimum in Italia in media æſtate prandium aut cænam ſumentibus proceribus famuli muſcas à cibis pellunt, aeremq; etiam interea frigidiorem reddunt: Qua in re huiuſmodi pennæ alijs præferuntur, non tantùm qui oculorum
ſuorum elegantiſſima varietate pulchriores exiſtant, verùm etiam quia longiores. Super
3oeiſdem muſcarijs epiſtola apud Ornithologum legitur, quam quòd ad propoſitam rem optimè faciat, ſimulq; concinnandi artem nobis tradat, hic non piguit adijcere. Cùm amicus quidam, inquit, mihi olim muſcariū ex pennis Pauonidæ caudæ faberrimè concinnatum donaſſet, ego, tum, vt illi gratias agerem, tum vt ingenium in elegantiſſimi muneris deſcriptione exercerem, hanc ad ipſum epiſtolā dedi. Accepi pulcherrimum munus tuum muſcarium Pauoninum, pro quò maximas tibi gratias habeo. Video & admiror in illo ſummam artem & manuum tuarum dexteritatem artificioſiſſima illa pennarum in capulo implexione, & nodis & internodijs elegantiſſimè confectis. Tu verò non contentus artificio tuo & natiua pennarum pulchritudine, ornamenta etiam alia addidiſti, filis diſtinxiſti aureis, ſericiſq; diſcoloribus, & villos bombycum textori operis molliſſimè inſtar, flexeq;
4ocomæ puellaris ad baſim capuli appendiſti. Caput eiſdem inſtar Gordij nodi pennarum caulibus ita implicaſti, vt nec initium vllius, neq; finis appareat. Quod idem in cæteris quoque nodis copuloque toto à te præſtitum eſt. Artificioſiſſimum verò illud eſt in omni opere, ſi ars quàm maximè occultetur: neq; ex initio aut fine partium operis, ratio eius & conſtructio prodatur. Ea enim quorum modum & rationem videmus, admirari deſinimus. Iam cùm caules in nodis craſſiuſculi ſint, per internodia verò in ſubtiles & tenuiſſimas fibras extenſi ſecundum capuli longitudinem, hoc quoque admirationem auget. Has ſtrias tanquam ſtamen in tela, tranſuerſis, & obliquis filorum è ſerico auroque ductibus veluti ſub tegmine intertextis, operis Muſaici & Phrygiorum, qui acu pingunt, æmulatione felici, rhombis aliſque figuris, & labyrinthis diſtinxiſti, cancellaſti, totumq; varium &
5ojucundiſſimum viſu opus perfeciſti. Hoc ſcilicet non modò conatus, ſed aſſecutus etiam mihi videris vt cum ipſa natura contenderes, & (ſi dicere fas eſt) ſuperares quodq;. Quod enim in ipſo Pauone & elegantiſſima eius parte, quam toties tanquam hinc ſe laudari intelligens, non ſine ſumma ambitione, & ipſe in ſe admiratur, & ſpectatoribus expandit, oſtentatq;: quid in hac inquam, tam pulchrum, ſplendidum, varium & admirabile eſt, qui oculi, quæ gemmæ, aut quouis modo appelles, quod in ornatiſſimo flabro tuo vel par, vel ſuperius ſpectetur? Fila caudæ plumata in opere tuo, vt ex pennis minutiſſimè ſectis conſtant, in multam longitudinem promiſſa, ſic leuiſſimo etiam impulſu auram copioſam citant, nec ventilando tantùm refrigerant, ſed muſcas, culices & omne volucrium inſe-

Louteorum lictores vt ſe ornent.

Muſcaria ex Pauonū pennis.

c lib. 2.

d Ad Marcellum.

Muſcarum Pauonium artificioſum.

Hercules muſciperda.

ctorum

ctorum genus abigunt, gratissimo per æstatem beneficio, vt Hercule muscipẽrda, cui in Olympijs olim Græci sacrificabant, nihil ad hanc rem opus sit. Sed desino tecum certare, hoc est, verbis exprimere velle speciosissimum donum tuum, cuius artificium ne Cicero quidem disertissimus, vt cum Roscio mimo contendere solitus, ipsenè verbis rem eandem variare posset, an Roscius histro gestibus corporis, satis pro merito depinxerit. Cedo itaq; tibi tuæq; arti, & me vinci fateor. Hac itaq; Ornithologus, quibus sanè muscarium insigni & miro artificio elaboratum describit, quod qui volet, imitari poterit. Hinc Pauonum domini ex eorum pennis ad eiuscemodi ventilabra concinnanda non vulgarem quæstum percipiunt. *e* Olaus Magnus causam indagans, cur in Ostrogothia, & Vestrogothia, necnon in Suetia cæteris auibus diligentiùs Pauones foueantur, cùm pennarum pulchritudinem, tùm aliam quoq; vtilitatem statuit. Pictores enim & textores Aquilonarium terrarum in colorum varietate distinguenda eos imitari tradit, cùm magnorum artificum picturæ rarò ob itineri prolixitarem à remotis terris eò perferantur. Ex eiuscemodi pulcherrimis pennis priscos coronas feciſſe nos *f* Lucianus docet, vbi omnium hominum certamina describit, atq; inter ea etiam poetarum: ait autem: *Ex poetis, vt verè dicam quam longè excelleret Homerus, vicit tamen Hesiodus. Præmia autem omnibus erat corona ex Pauonum penna confecta.* Tartarorum mulieres capita sua certis vasculis pedem longis cooperiunt, quæ vel holoserico exornant vel depictis Pauonum pennis, auroque & lapidibus pretiosis. Præstant etiam Pauones alios vsus, eosq; tam varios, vt ne excrementa vtilitate maxima careant. Varro stercus Pauonum ad agriculturam idoneum esse, & ad substramen pullorum, scriptum reliquit. Oua si credimus Kiranidi, ad aureum colorem rebus inducendum conferunt.

e l. 19. cap. 18. in Ephis.

f l. 2. Verbill.

Stercoris vsus.

Ouorum.

VSVS IN MEDICINA.

RASIS & Auicenna eos, qui sibi à venenatis animalibus metuunt, Pauones & Mustelas iubent alere, quòd illi clamore suo ea fugent, hæ eadem deuorent; sed quid hac de re sentiamus, suprà diximus. Ius Pauonis peculiari quadam virtute ac proprietate volunt, maximè si pingue fuerit, pleuritidem sanare, & linguarum esum è caduco morbo homines præseruare, ideoq; fortassis Heliogabalus his ex Apicij æmulatione, vti Spartianus memoriæ prodidit, sæpè vescebatur. Adeps cum succo rutæ & melle colicos affectus ab humore frigido dependentes, testante Simeone Sethi, optimè adimit. Ossa Pauonis vsta, & in aceto trita & illita lepras & vitiligines emẽdant, vt idem ille scribit. Hanc postremam facultatem nos Naturam docuisse ex auis colore ad nigrum vergente & maculatis pennis luculenter demõstrat *a* Ioan. Bapt. Porta, plantas atras, & animantia atra atræ bili & eius morbis mederi, necnon plantas, & animantia maculis insignita similes affectus sanare docet. Fumum è pennis combustis, si oculis excipiatur, lippos & rubescentes oculos curare Ornithologus in libro Germanico manuscripto sese legisse memorat. Quã pariter vim Natura, vt idem *b* Porta ait, quia oculis similes in cauda maculas dedit, nobis significare voluit. Fimus quoq; Pauoninus medicis insignes facultates præstat, sed quem *c* Plinius resorberi ab aue tradit, quia hominum vtilitatibus inuideat, vt supra diximus. Est autem in morbis oculorum ex omnium medicorum sententia singulare remedium, & vt nonnulli volunt, podagræ feruorem egregiè mitigat. Potus, Sexto & Kiranide referentibus, caducos mirabiliter sanat; sed quod idem ille Kiranides fabulas sæpè veris immiscere solitus eundem fimum & interiora dicat omne malum suffitu abigere, veritatis cancellos excedere putem.

Ius Pauonum.

Lingua.

Adeps.

Ossa.

a l. 3. Physiogn. c. 11. & lib. 5. c. 16.

b l. 3. Physiogn. c. 29.

Fimi vsus.

c l. 29. c. 6.

VSVS IN CIBIS.

MARSILIVS Ficinus carnem Pauonis inter eas enumerat, quæ mediæ naturæ sunt inter humidas & siccas, quales sunt Caponum, Perdicum, Gallinaceorum, similiumq; aliarum auium. Contra *b* Galenus Pauones Phasianis, quorum carnes Gallinis cõparat, duriores, fibrosiores, & ad concoquendum difficiliores esse testatur, quinimo *c* alibi Pauones inter aues difficillimæ concoctionis recenset. Sunt qui calidos & humidos esse contendunt, concoctioniſq; difficultatem, non temperamenti vitio, sed carnis duritiei attribuunt: Ego cum *d* Cardano frigidos & siccos puto: nam calida & humida facilè putrescunt, contrà ac Pauonum caro facit, quæ quamdiu incorrupta seruetur, præterquã quod cuius notum est, D. *e* Augustinus ex proprio periculo hisce verbis ostendit, atq; attestatur. *Quis nisi Deus creator omnium dedit carni Pauonis mortui, ne putresceret? Quod cum auditu incredibile videretur, euenit vt apud Carthaginem nobis cocta apponeretur hæc auis. De cuius pectore pulparum quantum vijum est seruare inuisimus: quod post dierum tantum spatium, quanto alia caro quæcunq; cocta putresceret prolatum atq; oblatum, nihil nostrum offendit olfactum. Itemque repositum est post dies amplius quàm triginta, idem quod erat, inuentum est: idemque post annum, nisi quod aliquantulum corpulentiæ siccioris & contractioris fuit.* Hæc ille: & Kiranides non solum Pauonis mortui carnem nec marcescere, nec fœtere dixit, sed tanquam aromatibus conditam vsq; perseuerare, addere non est veritus. Quod verò non putrescat, id partim temperamento, partim etiam occultæ proprietati tribuit Cardanus: nam de D. *f* Augustini authoritate, inquit, dubitãdum non est, neq; de grauissimi vllius viri: cùm maximè res ea sit, quam liceat rursus experiri. Ergo de proprietate nihil agam, quoniam si quæ est, obscura illius ratio est; de natura ipsa dicendum est. Est in Pauone temperies frigida siccaque: ob hoc exhausto exiguo illo humido, quod supereſt, putredini resistit: nec verò hoc sufficit. Nam Sturnorum caro hoc etiam efficere deberet. Oportet igitur non solùm talem esse, sed & densam, vt optimè concoctus humor pinguior putredini resistat. Oportet igitur carnem hanc melancholicam (vt Græci dicunt) & densam esset & humidum pinguissimum habere. Forsan qui nostra non legerunt, densum idem & terreum existimabant. At non sic est, sed densum ostendimus fore tenuium partium. Quamobrem caro Pauonis robustum præbebit alimentum, & difficulter cõcoquetur. Hactenus Cardanus. Circa huiusce carnis soliditatem quid obseruarim ego, hic obiter meminisse non piguit. Antonius Gigas Forosemproniẽsis vir pius, doctus & poeta non illepidus frustulum eius anno 1592. coctæ, anno postmodum 1598. mihi dono dedit, foraminibus quibusdam rotundis cribri modo peruium, ex quibus si leuiter quateretur, puluis excidebat; non aliter ac ex quibusdam arboribus caries: quare non omnino putredinis culpa carere videbatur: quamuis alioqui odoris gratiam non amisisset, sed proximè ad fœniculum accederet. Puluis verò excidens saporis erat salsi & subamari. Vt modò ad carnem reuertamur, inde fortassis *g* Iuuenalis Pauonem crudum vocabat, dum ait:

a l. 2. de vita producẽda cap. 6.
b l. 3. de alimẽt. facul. cap. 19.
c l. de solu. cont.
d lib. 7. de var. rer. c. 35.
e l. 21. de ciuit. Dei cap. 2.
Cur nõ putrescat Pauonis caro.
f l. 7. de re. var. c. 36.
Sturnorum caro.
g Saty. 1.

Crudum Pauonem in prandia portas.

nisi hominem crudum dicere noluerit. Nam crudus est, cui cibus incoctus & indigestus in stomacho est, cuius aspectus immitis ferè est, vnde & crudelis dictus: sed cibum crudum vulgò dicimus. Cùm itaq; adeo dura & fibrosa Pauonum sit caro, subit mirari, cur tãtopere gulæ Romanæ in cibo placuerit. Equidem dicendum est Romanos in carnis nidore summam collocasse voluptatem, id quod *h* Horatius facetissimè simul & prudentissimè hisce versibus innuisse videtur:

Crudus qui dicendum. Rom. gula.
h l. 2. Sat. 2.

Vix tamen eripiam posito Pauone, velis quin
Hoc potiùs, quàm Gallina tergere palatum
Corruptus vanis rerum, quia veneat auro
Rara auis, & picta pandat spectacula cauda.
Tanquam ad rem attineat quicquam, num vescaris illa
Quam laudas, pluma? coctone num adeſt honor idem?
Carne tamen quamuis distat nihil hac magis illa,
Imparibus formis deceptum te patet, esto.

Ostendit poeta helluonum, luxurioſorumq; cupiditates non esse naturales, neque rectas, sed opinione, ac vitio natas, ac deprauatas: propterea ea obsonia maximè conquirere, vehementissimèq; expetere, quæ vel rariſſima sunt & cariſsima, vel à naturali magnitudine discesserũt

Luxuriosorum cupiditate.

verbi gratia Pauonibus malunt vesci, quàm Gallinis, quamuis tamen Gallinarum caro Pauoninæ præferenda potiùs quàm assimilanda sit, vt ex Galeno diximus; Quare eleganter simul,& doctè Baptista Fiera Mantuanus,philosophus, medicus,Theologus ac poeta eiusce-modi Pauonis esum ridet, dum ait:

Cui tam seruata nocuit custodia vaccæ,
Ignea cui flamma est, cui caro lenta putret;
Quæ licet oblectet, sitq; in regalibus aulis
Deliciũm, pigra est nec leuis ille dapis.
Quid tamen Hortensi te illhac in prandia taxit
Num gula? num volucris fanaq; trux q, Venus?

Præterea verisimile est, eiusmodi homines Pauonis formam magis, quàm Gallinarum, quæ pulchritudine longè impares sunt, captos fuisse. Nam & *s* Martialis Pauonis vicem, quòd cùm ita speciosus sit, etiam occideretur, & in cibum hominibus cederet, dolet, cùm ait:

li.14.epig.

Miraris quoties gemmantes explicat alas,
Et potes hunc sæuo tradere dure coco?

Nihilominus tanti huiusce nobilissimæ volucris carnem fecerunt, vt alibi *t* Seneca ex *u* Horatio dixerit: *num ejurtens fastidis omnia præter Pauonem, rhombumue? ambitiosa non est fames, contenta desinere est: quo desinat, non minus curat*. M. Tullius ad Pœtum suum scribens, *Pauones*, inquit, *etiam plures confect, quàm tu pullos Columbinos*, iactitans nimirum se nobiliores sæpius carnes esitasse, quam Pœtus, cùm alioqui, & Columbarum esus, vt suo loco asseremus, nobilissimus esset. Eiusce modi verò luxus priscis Romanis, quibus vt *n* Ouidij verbis vtar, præter pennas nihil in Pauone placebat, planè fuit incognitus. Etenim M. Aufidium Lurconem primum circa nouissimum Pyraticum bellum Pauones saginare instituisse, & ex eo quæstu reditus sextertium, vt Plinius habet, vel numorum, vt Varro sexaginta millia habuisse historiæ tradunt: Hortensium verò Oratorem aditiali cæna sacerdotij, vt Plinius ait, Romæ primum cibi causa occidisse, quem ob id factum *o* Aelianus χρυσόπτερον, hoc est, ius vocatum, vel vt alij legunt καταπρίστατον, id est condemnatum fuisse ait: ideò gulæ luxus priscis illis displicuit. Sed quę Plinio cęna aditialis dicatur, age, dũ breuissimè ex eodem alibi epulum adijciale vocante, declaremus. Cæna erat opipara, & profluens, nimirum ab adijciendo teste Festo appellata. Fiebat inaugurandi gratia, aut in publica, aut in festa lætitia, ad quem sensum *q* Cornelius Tacitus: *Rhescuporis*, inquit, *sanciendo, vt dictitabat fœderi conuiuium adijcit, tractaq; in multam noctem lætitia per epulas & vinolentiam*. Vocatur eadem cæna adipalis, & pontificalis, quia dici, hoc est, religiosi, vt vult Macrobius, solennisq; instituti causa pontifex in ea epulari diceretur. Verùm vt ad Pauonem reuertamur, Caio Caligulæ *r* Tranquillus etiam vitio vertit, quod sibi Pauonem, Phasianos, mactari, immolariq; iuberet, similesq; volucres alias summo pretio comparandas, in eo nempè Hortensio prodigiosori, quòd hic Pauones in cibum exhiberet, ille sibi tãquam aliqui numini immolari velle. Vt modò ad nostra sæcula veniamus, Pauo sępè ita coquitur, vt viuus videatur, in magnis epulis: necatur, inquit Platina, aut penna supernè in cerebrũm dimissa, aut iugulatur, vt hœduli solent, quo sanguis exeat. A gutture deinde vlq; ad caudam pellis leniter scinditur, scissaq; cùm proprijs pennis à toto corpore ad caput trahitur, quo abscisso cùm pelle reseruato, cruribusq; Pauonem ipsum aromatibus, ac odoriferis herbis refertũ veru assabis, infixis tamen prius per pectus caryophillis, inuolutoq; collo linteo albo, continuè aqua humectato, ne omnino deficcetur. Coctũ Pauonem ex veru exemptũ propria pelle integes, & vt pedibus stare videatur, virgulas ferreas infixas tabulæ ad hoc fabrefactas per crura, ne cernantur, per corpus ad caput, & caudam adiges. Sunt qui ad ludum,& risum camphuram cùm lana ori indant, ignemq; dum ad mensam fertur, injciant. Inaurare etiam assum, & aromatibus conspersum bracteis aureis licet ad voluptatem, & magnificentiam. Sunt qui nisi domi enutritum in cibum admitti volunt: at salubrior erit teste Elluchasi, si antequam coquatur, suspensis à collo per diem,& noctem lapidibus condatur, & vinum generosum superbibatur. Haliabbas per triduum suspensos laudat. Hanc controuersiam, si controuersia est, soluit Isaac, æstiuo tempore per vnum, hyeme per tres, vel saltem duos suspendi, iubens: vel potiùs contradictio ita soluetur, dicendo, Elluchasim de Pauone loqui, qui primum ætatis annum nondum excesserit, cuius scilicet caro minus fibrosa est. Haliabbatem verò de prouectiori. Sauonarola decem dicbus suspensos tenet, at sine pondere. In summa, vt caro præstantiorem, & meliorem succum generet, iugulare oportet, in æstate per triduum, aut ad minus per biduum antequam coquatur, hyeme verò ad quatriduum, & vltrà, simulq; pe-

l Ad Lucilium.

m l. 1. Sat. 2.

n l. 6. Fast.

Pauonẽ qui prius sęginarit, & qui prius edit.

o l 2.de Animal. c.5.

Cæna aditialis quæ.

p l.29.c.4.

q lib.2.Annal.

Cæna adipalis.

r In Caligula c.22.

dibus

dibus onus lapidum appendatur: nam & eo pondere carnis durities mollitur, & distractione fibræ laxantur, atq; hoc modo coctus à ventriculo conficitur. Cæterum cum caryophillis alijsq; aromatis assatus elixo præstat: si tamen cum pipere & saluia elixetur. Platina non insuauem fore asserit: alioqui & ipse assatum laudat. Damnatur tamen & nimis curiosa & exquisita cum aromatis assatio, quòd carnes, quæ alias suapte natura nimia siccitate peccant, eo pacto nimis exiccentur, Tacuinus carnes meliores esse credit, si Augusto mense comedantur, sed id de nondum adultis Pauonibus haud dubiò dicendum, cùm prouectiores, quia sicciores & duriores hyeme magis conueniant. Caueant ab earum esu, qui quiete fruuntur; si quidem conueniunt, aut saltē minus nocent multùm se exercētibus, ijsq; tantūmodò iuniorū Pauonum vtpotè teneriorum. Hepaticis & spleneticis omnino noxius est eorum esus, & quos hæmorrhoides crebrò vexāt: atq; istæc de carne dicta sunto. Iam de ouis aliquid dicēdum existit, de quibus certè magna est controuersia. Communis omnium recentiorum opinio est pessima & humanæ naturæ planè inimica existere. Contra *s* Epenetus & Heraclides Siracusius apud *t* Athenæū primum locum inter oua Pauonis assignarūt, secundum Apanse inis, tertium Gallinaceis. Ego, vt quod sentio, liberè dicam, recentiorū opinioni lubens subscribo, & eiusmodi oua carnis qualitates sequi arbitror: in qua etsi voluptatem proceres collocent, est tamen, vt dixi, suapte natura nidorulenta, dura & fibrosa, & per consequens pessima, si sanitatis ratio habenda est, sin saporis, non ingrata. Fuit & in cerebellis Pauonū haud vulgaris apud Romanos luxuria. Vitellius enim teste *u* Suetonio, patinarius dictus ob plurimas, easque nefarias comessationes, quas omnes exupetauit dicatione illius famosæ patinæ, quam ob immensam magnitudinem clypeum Mineruę vocitabat: in qua scarorum iecinora, Phasianorū & Pauonum cerebella, linguas Phœnicopterum & id genus alios prodigiosos cibos exhibuisse proditur. Eam patinam CC. sestertijs condidisse illum *x* Plinius tradit, cui faciendæ fornax in cāpis exædificata erat, quoniam, inquit, eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris constet, quàm murrhina.

Oua Pauonum an in cibo conueniant.

s In lib. de parandis ob sonijs.

t li. 2. deip. cap. 17.

Cerebella Pauonum.

u In Vitellio. cap. 13. & 17.

Patina Vitellij.

x lib. 33. c. 12.

APOLOGI.

AVES creaturas regem Pauo orabat, vt se ob pulchritudinem eligerent. Eligentibus autem eum omnibus, Monedula suscepto sermone ait: sed si te regnante Aquila nos prosequi aggressa fuerit, quomodo nobis opem ferres. Morale significat Principes nō modò propter pulchritudinem, sed & fortitudinem & prudētiam eligi oportere. Alius est apologus de eadem Monedula siue Gracculo Pauonis pennis, vt pulcherrimus auium videretur, se exornante. Apologus iste prouerbij vicem obtinet, nam Gracculum Æsopicū vulgò dicimus, qui alienis bonis, quæ sibi vsurparant, exuti, rursus qui erant, Gracculi existunt, de quibus dicebat Horatius:

Principes qui eligendi.

Gracculus Æsopicus.

Moueat Cornicula risum Furtius ornata coloribus.

Memini pariter huius apologi in Gracculi historia: vbi elegantissimos, qui sequuntur, versus ex neotericorum poetarum corypheo etiam citaui, & nunc doctrinæ causa repeto. Inuehitur autem poeta in quendam Strumam, qui scripta sua carpens, ijs tamen sua adornabat; Inquit autem:

Rogas, quis is sit in meis scriptis canis,
Quem vocaui Nicticorum, quem voco Ægothelen?
Is Struma quidam est, Gracculusq; Aesopicus,
Turgidus Pauonis aura, gemmeisq; pennis,
Superum, inferumq; saturi odij meta vltima
Qui meum panem vorauit, & latrat farinam.

FABVLOSA.

NOTISSIMA Argi Arctoris filij fabula est, qui πανόπτης à Græcis cognominatus est, quòd totus oculis scateret. Hunc nempè Poetæ à Iunone Iûs Inachi filiæ à Ioue amatore in Iuuencam immutatæ, custodiæ adhibitum fuisse fingunt: nam

Argi fabula.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat
Inde suis vicibus capiebant bina quietem,
Catera seruabant, atq; in statione manebant,
Constiterat quocunq; loco, spectabat ad Io.

vt a Ouidius canit; vnde etiam παρὰ τὸ Aristophani appellatur, à quærendo, quòd τηρεῖν Græci dicunt. Hic, inquam, dum Io custodiret, à Mercurio Iouis iussu oculis sono filustræ consopitis interfectus fingitur. Oppianus ex interfecti cadauere terram protulisse vult auem, in qua etiamnum signa centum oculorum, quos habebat Argus, apparent, quasi ante Argi tempora Pauones nondum visi fuissent: alij aiunt eos à Iunone Pauonum pennis impositos, quos Ouidius sequitur, dum canit:

a lib. 1. Metamor.

Talia dicturus vidit Cyllenius omnes
Succubuisse oculos, adopertaq; lumina somno
Supprimit extemplò vocem firmatq; soporem
Languida permulcens medicatâ lumina virgâ.
Nec mora falcato, nutantem vulnerat ense,
Quà collo est confine caput, saxoq; cruentum
Deijcit: & maculat praruptam sanguine rupem.
Arge taces; quodq; in tot lumina lumen habebas
Extinctum est, centumq; oculos nox occupat vna.
Excipit hos, volucrisq; sua Saturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam stellantibus implet.

Mythologici, qui sub fabulæ cortice, veritatis moralisq; philosophiæ aliquid latere ostendunt, Argum interpretantur sphæram stelliferam innumeris oculis, hoc est, stellis refulgentem: Mercurium verò Solem, qui tunc Argum dicitur occidere, cùm diurno suo lumine stellarum lumẽ obscurat; vnde Argiphontes teste b Macrobio dictus est: Mysticè autem Argus est cælum stellarum luce distinctũ, quibus inesse quædam species cælestium videtur oculorum. Mysticum item sensum proculdubio etiam continet, quod Ennius, quem Horatius partem poetarum nominat, in principio annalium suorum, in somno se admonitum fuisse animam Homeri secundum Pythagoræ dogma in suum corpus migrasse scribit in eo anateleutico.

Sol Agriphontes.

b lib. 1. Satur. cap. 10.

Ennius in Pauonem.

Visus Homerus adesse poeta.

Ad quod c Persius quoq; respexit, dum ait:

c In Proœmio.

Nec in bicipiti somniasse Parnasso.

Pythagoræ somnium.

Fingunt namq; Pythagoram somniasse se Pauonem fuisse, deinde ex Pauone animam suam in Euphorbum, ex hoc in Homerum, ex Homero in ipsum, tum demum in Ennium infusam, vt sic accipias Ennium quintum fuisse à Pauone Pythagoræ, in cuius corpore habitauerit anima eius: vnde Persius.

Postquam destitui esse
Mœonides quintus Pauone ex Pythagorae.

HISTORICA.

Aquilæ in Virginem amor.

AQVILAM in Sesto à virgine educatam, eamq; libertate donatam scripsimus illi non solùm duplicem beneficij gratiam retulisse, vnam vt aues, alteram vt venatus virgini aggeret, verùm etiam post mortem eius diutius superuiuere noluisse, sed se in iam exurendæ rogum accensum iniecisse ac vnà cum illa conflagrasse. Simile omnino apparet, quod de Pauone a Athenæus ex Clearcho recenset: *Clearchus*, inquit, *ait Pauonem in Lucadia virginem sic deperisse, vt mox expirauerit illa morbo extincta.* b Ælianus pariter de Indico Pauone insignem, nescio num veram narrat historiam, quæ talis est. Aegyptiorum rex, cùm Indicum Pauonem maximum pulcherrimumq; dono accepisset, noluit cum gregarijs cæteris eum alere, vel cibi gratia vel nutrimenti. Itaq; Ioui vrbis custodi eum consecrauit, dignum hoc Deo munus huiusmodi alitem iudicans. Huius deinde capiendę desiderio, ventri ac luxui deditus iuuenis quidã locuples, vt splendidè epularetur captus est. Solebat enim ille semper indulgere genio, & varias quærebat dapes, etiam cum periculo, quauis occasione, quouis pretio, lucrum existimans omnia quis suam delectaretur improbitatem, & satiaret ingluuiem. Mercedem igitur huius sacrilegij ampla vni ex ministris Dei largitur, & insuper aliam promittit. Is verò ipe vana inductus eum accessit ad locum, vbi morari alitem norat, & capere iuueni adferendam aggressus est. Sed non apparuit Pauo, & loco ipsius aspis visa est, erecta & aduersus ipsum irata Quare territus retrocessit. Cùm verò gulosus ille vrgeret & instigaret, ad Pauonem venit, qui mox ambabus alis in aerem elevatus, neq; in sacra aliqua arbore consedit, neq; in alio sublimi, & excelso loco, sed in medio quodam

a lib. 13. c. 30.

Virgo à Pauone adamata.

b lib. 11. de Animal. c. 33.

De Pauone Indico Ioui consecrato miraculum.

dam inter templum & ipsos, vnde intrepidè illos expectans præ se ferre hoc videbatur, se illorum insidijs superiorem ac tutum esse, neq; capi ab eis posse. Itaq; re infecta luxuriosus ille pecuniam expensam repetit: negat ille se redditurum, quòd quantum in se esset, nihil non fecisset, rem verò sacram Deo auferre nequirent. Hinc ortam contentionem & clamores multi audiuerunt, & tandem summus quoq; sacerdos superueniens, litis in æde causam scisciatur: illi se inuicem accusant, & iuuenis ille diues minis conuitijs & maledictis affectus discedit, & alterius cuiusdam auis esse deglutito magno cum dolore è vita migrauit. *Sacrilegiorum pœna.* Ministrum verò improbum, vtpotè sacrilegium, ciuitatis princeps puniuit. Auis ab eo tempore neq; viua, neq; mortua visa est, sed cùm annis centum, vt ferunt, vixisset, euanuit. Hæc itaq; Ælianus: quæ, etiamsi fidem aliquatenus illis habere non habeamus, interim quantum Deus immortalis sacrilegos puniat, docere egregiè possunt.

DE PAVONE ALBO.
Cap. II.

ALBI Pauones regionibus Septentrionalibus peculiares fuerunt, vel saltem fuisse credebantur: vbi insuper & aliæ volucres nigerrimæ, vt Corui, Gracculi, similesq; aliæ ob immane frigus candidæ reperiuntur: Sunt tamen & in alijs regionibus: Siquidē in insulis, quas Maderas appellant, *a* Aloysius Cadamustus, & *b* Ioannes Laurentius Ananias in parua insula dicta plurimos albos Pauones nasci testantur. Quinimo binos in Gallia *c* Scaliger se vidisse ait, plures Mediolani Gaudentius Merula: & quem ego aliquando ad viuum depinxi, Bononiæ natus erat, & à nullo non visus. *d* Plotinus meo iudicio huiusmodi albos Pauones (loquor de ijs, qui in calidioribus terris nascuntur) ex imaginatione nasci rectè asseruit, licet alioqui Gybertus Longolius hos, cùm primùm ex Nouergia aducherentur, Coloniæ ceu rem raram & insolentem habitos gentiq; miraculo fuisse, numero deinde per seminium aucto, cùm penitus in frigidiora loca commearent, iamq; matres in ipso vere ouis incubantes niuosa illa montium iugà perpetuò ob oculos videretur, ex ouis iam animatis albos pullos excluderent, vulgatiores factos tradit: id enim in nostris regionibus minimè locum habere videtur. Quod si verò & in his albam sobolem procreari velis,

caueas, quibus includuntur, pariunt, incubant, excludunt, susq; deq; & ex omni parte albis velaminibus obtendens. Artificium hoc Antonius Mizaldus acceptum fert ornithotropho cuiusdam Principis viri licet etiam à multis, inquit, descriptum fuerit, at nescio, an probatum.

a Cap. de nauigat.
b In fabrica mundi tract. 3.
c Exer. 238.
d Lib. 3. Ant. 2.

Sequitur Pauonis albi à me obseruati icon.



Pauo albus cum tritico ſpica multiplici.



Pauo Iaponensis mas cum locustas.



Pauo Iaponenſis fœmina cum hordeo diſtico.



DE PAVONIBVS IAPONENSIBVS. Cap. III.

Quorum Icones habes duabus præcedentibus paginis.

10 QVOS modò descripturus sum, marem scilicet ac fœminam, Summo Pontifici ante aliquot annos à Iapponensium Rege ei gratificaturo inter alias aues ad viuum depictas, transmissos, Illustriss. & Excellentissimo D. Cæsari Facheneto Marchioni, & Senatori nostræ Vrbis amplissimo acceptos refero, cui pariter illi ab Innocentio Nono Pont. Opt. Max. Patruo suo donati fuerant. Mas itaq; talis erat: Cum nostrate, vt ex collocata vtriusq; descriptione videre est, nullam præterquam in cauda & pedibus, quæ & ipsa admodum exigua & penè nulla est, similitudinem gerebat. Rostrum erat, vt in nostrate cinericiũ, sed longiùs & subtiliùs. Vertex capitis, qui planus erat, & collum superius virescebant, & maculis cæruleis ceu punctis quæ pariter in medio exiguas lineas albas deorsum descendentes habebant, re- 20 spergebantur. Apex in capite quatuor fermè digitos longus partim viridis, partim cæruleus, figura filiginis spicæ non omnino dissimilis. Oculorum pupilla nigra, iris lutea, hanc ruber circulus ambiebat. Pectus & dorsum veluti ex squamis, sed colore variantibus constabant. Pectoris enim squamæ, si ita vocare licet, ex cæruleo, viridi, & aureo: dorsi ex cæruleo & viridi tantùm tingebantur. Alarum principiũ eiusdem cum dorso erat coloris, sed squamæ illæ virides haud ita apparebant, cęruleæ verò maiores erant & lucidiores. Pennarum secundi ordinis primæ eiusdem erant cum superioribus coloris; reliquæ in medio virides, vbi lineis nigris transuersalibus notantur: pòst subluteæ similiter nigris lineis notatæ; in extremitatibus denique nigræ. Venter, coxæ, & deniq; pedes colore leucophæo & maculis nigris insignuntur, quarum quæ in ventre sunt, lineas albas habent. Cauda pen- 30 nis, quàm in nostrate rarioribus, colore magis fusco ad castaneum vergente, calamo candidissimo. Oculi caudæ multò quam in nostrate maiores, primùm aurei, dein cærulei, postremò virides, vt in nostrate.

Maris descriptio.

Rostrum.

Caput.

Apex.

Oculi.

Ala.

Cauda.

Fœmina mare quidem minor est, sed capite toto, collo, dorso, pectore & alis simillima. Illud verò in hac admirandum est, suprà vropygium, nempe ad dorsi finem, quid veluti caudam habere, eamq; oculatam, vt in mari: sed oculi, licet quàm in illo sint minores, sunt tamen pro pennarum portione magni. Habebat itidem caudam viridem pennis in ambitu cæruleis, & calamis albis. Postremò in eo etiam à mare differebat, quod ventrem haberet prorsus nigrum.

Fœminæ descriptio.

40 DE GALLOPAVONE. Cap. IV. ORDO. ÆQVIVOCA.

HANC eximiam alitem, quamuis ex primo intuitu & moribus & figura corporis è Gallinaceo potiùs, quam Pauonino genere esse appareat, Pauonibus tamen adiunxi, vel hoc solo argumento adductus, quòd communem cum illis caudæ explicationem habens, eam pariter & ipse admiretur, & ab alijs videri gestiat: quare & vulgò Pauo Indicus appellatur. Cùm 50 verò & Gallum Indicum, & fœminam eius Gallinam Indicam vocent, operæ pretium est, antequam alia synonyma enucleemus, lectorem prius admonere, alias aues esse quæ eodem nomine gaudent: quales in primis sunt, quarum hisce verbis Cardanus meminit: *Gallina India occidentalis, imo potiùs Vulturis genus (Nam cadauera & res corruptas sequitur) benè olet ob caloris vehementiam & siccitatem temperiei.* Alibi etiam ita scribit: *Pauones Indi* (Gallopauones) *pulchritudine multum nostro Pauone inferiores sunt; sed caudam suam similiter mirantur in orbem conuersam: at contrà Gallinæ, quas ego vidi, Indicæ nostris pulchriores sunt: penniſque Pauonis decorantur: sed cauda ampla carent, quam nec in orbem erigunt. Igitur non à caloribus, sed operationibus ipsis species animalium sunt distinguenda.*

Gallina Indica Vulturis genus.

Gallinæ Indicæ Pauonis pennis.

a In dialogo de Aus. Gallina indica criſtata.

Attagen Syluatici.

guenda. Ab his rurſus:& à noſtro Gallopauone diuerſiſſima etiam eſt Gallina Indica;quàm Philippus Traiectenſiũ Epiſcopus,vt *a* Gybertus Longolius refert, in delicijs habebat,criſtata planè,hoc eſt,criſta ſpecioſa ornata,perq; omnia Gallinæ ſimilis,ſi colorem,quo Pſittaci in morem virebat,excipias. Eam,inquit,quanquam viuam non viderim,exuuiæ tamen, quæ Batauoduri in arce cuſtodiebantur, indicant Gallinacei generis auem. Ornithologus quærit an hęc auis ſit Attagen Syluatici,ſed cùm hic Attagenis pennas vario modo coloratas eſſe ſcribat,ſicut Gallina Indica (fortè Gallopauo) & Longolius ſuam auem omnino viridem eſſe dicat,itaq; quis non abſurdè diuerſas omnino eſſe iudicet: niſi Syluaticus Attaginem colore viridi & cæleſti aliquando videri putauerit; Sed hæc alij,iudicent, mihi Ornithologi coniectura non prorſus diſplicet.

SYNONYMA.

Gallopauus Pauo gallus.

Gallus Indicus.

Gallus peregrinus.

QVEM, de qua inſtitutus eſt ſermo, Ornithologus compoſito ex Gallo & Pauone nomine perquam appoſitè Gallopauum nominauit,quoniã ab vtroq; cùm animi, tùm corporis actiones participet: Poſſet eorum modo non ineptè Pauogallis appellari. Eadem enim etymi ratio eſt. Recentioribus alijs Gallina Indica; & Gallus Indicus, Petro Gylio Gallus peregrinus dicitur: Italis Gallo & Gallina d'India:Hiſpanis Pauon de las Indias: Gallis poulle d'Inde: Germanis Indianiſch, aut Calekuttiſch, aut Vuelſch hun: hoc eſt, Indica, aut Calekuttenſis, aut Italica Gallina: Anglis à Kok of Inde. Verùm cùm eiuſcemodi auis vix antè octoginta ab hinc annis in Europa viſa ſit, & ex noua India ad nos delata,hanc temerè ſuſpicari quiſpiam poſſit, nunquid antiquis Romanis & Græcis cognita fuerit. Notum etenim fuiſſe probare arduũ eſt,& in hoc multi ingenium hactenus exercuerunt. Turnerus & Bellonius viri vndequaq; ſanè doctiſſimi non tantummodo illis notam extitiſſe credunt, verùm etiam eorundẽ Meleagridem eſſe conijciunt;ad quorum coniecturam Ornithologus quodãmodo accedens,niſi eaſdem aues,congeneres ſaltem eſſe arbitratur. Ego verò diligentiſſimè veterum de Meleagride verba,præſertim exactiſſimam Clyti peripatetici Ariſtotelis diſcipuli deſcriptionem cum viuo Gallopauone conferens planè eaſdem eſſe ſubinde oſtendere tentabo, prius obiter admonens.

Pauo gallus an veteribus. Nõ. notus.

Gallina Africana.

Gallinam Africanam & Numidicam, & Aſram auem poetis dictam (vt Horatio;

Non Aſræ aues, non Attagen Ionicus,

Et Iuuenali:

Nec fructum capræ ſubducere, nec latus Aſra
Nouit Auis melior Tyrunculus.

Numidicæ gutture. a l.3.de Villa Fauſti. Aues Lybicæ.

Et Statio:

Quas vdo Numida legunt ſub Auſtro)

eiuſdem ſynonyma eſſe, vti etiam Numidicæ guttatæ, *a* Martiali dictæ,& aues Lybicæ. Itaquoq; Auguſtinus Niphus Meleagrides vulgò Tunes appellari tradit, nimirum à Tuneto Africæ vrbe; & Eliota Anglus Meleagrides interpretatur Hennes of Genny, nec non quidem alius Hiſpanicè Gallinam Moriſcam. Contrà antiquiſſimus *b* Columella Meleagrides ab Africanis manifeſtè diſtinguit, quòd Africanæ ſiue Numidicæ rutilam galeam & criſtam, Meleagris vtramq; cæruleam habeat. *c* Varro verò & *d* Plinius diſertiſſimis verbis Gallinas Africanas & Meleagrides eaſdem fecere. Ille enim Latinè Africanas,Græcè Meleagrides dici ſcribit; hic, *Meleagriaes*, inquit, *pugnat in Boetia: Africæ hoc Gallinarum genus &c.* Cum itaque carnoſam illam criſtam in Gallopauone varij coloris eſſe obſeruauimus, adeo vt modo albicans ſit, aut cinerea,modò ſubcærulea,modò adueniente ſanguine,cùm nempè velut ira percitus caudam in rotæ modum expandit, rutula aut rubra euadat, fieri poteſt, vt Columella eiuſcemodi caruncularum colorem non benè diſtinguens, diuerſas aues crediderit, ſeu potiùs,quòd magis veriſimile eſt,pro Aphricanis(eſt enim Columella Varrone recentior) Gallinas illas Chineas, pro Meleagride Gallopauonem intellexerit, quo modo doctiſſimus *e* Bellonius quoq; diſtinxiſſe videtur. Sed videamus tandem,num notæ omnes,quas Meleagridi ſuæ ſeu Gallinæ Aphricanæ antiqui tribuunt,noſtro Gallopauoni exactè conueniant. Clytus Mileſius referente *f* Athenæo,circa templum Virginis, inquit, in Olero Meleagrides aues ſunt. Locus vbi aluntur, paluſtris eſt. Pullos ſuos nullo amoris affectu hæc ales proſequitur,& teneros adhuc negligit, quare à ſacerdotibus earum curam gerioportet. Magnitudo ei Gallinæ generoſæ. Caput pro corporis magnitudine parvum

a l.3.de Villa Fauſti. Aues Lybicæ.
b lib. 8. de reruſt.c.2.
c l.3. de reruſt.c.9.
d l.10.cap. 26.
Gallina Chineæ.
e l.5.de Auib. c.8.& 9.
f l.14.cap. 26.
Meleagridis deſcrip.
Magnitudo.
Caput.

unum & glabrum (ψιλῶν) in quo apex (crista, λόφος) carneus, durus & rotundus spectatur claui vel paxilli instar eminens, corpus ligneum. Habet longam carnem apud maxillas pro barba, quæ incipiat à corpore: eamq; Gallinis magis rubicundam. At eam non habet, quæ ad Gallinarum rostrum nascitur, quam nonnulli barbam appellant: quare hac in re mutilum est animal. Rostrum habet Gallina & maius & acutius. Collum est nigrum, Gallinis crassius & breuius. Corpus totum variegatum, atq; cùm totus color sit niger, maculæ sunt albæ, quibus frequentibus, lentibusq; maioribus distinguitur. Sunt autem hi circuli in nigris orbibus totius coloris: atq; orbes idcirco, cùm niger color à multo candidiore habeatur, ipseq, niger rursus multò habeat candidiorem varietatē iucundam efficiunt. Color verò alarum albo colore, eoq; serratis quibusdam figuris distinguitur, qui vicissim variatur. Crura carent calcaribus, similiaq; sunt Gallinis. Fœminæ maribus sunt simillimæ, quare genus Meleagridum non facilè discernitur. Hæc sunt, quæ scripsit Philosophus de Meleagridibus interprete Nicolao de Comitibus Veneto: quæ profectò, nisi omnia, pleraq; saltem si diligenter examinentur, nostro Gallopauoni competunt. Etenim nutritioni pullorum suorum à principio, vt aliquoties ruri obseruaui, negligenter admodum incumbit, adeo vt præ nimia incuria eos pedibus suis calcãs occidat. Magnitudo quadrat, si progenerosis Gallinis; maximas intelligamus, quales sunt, quas vulgus Parauinas vocat, sed Gallinarum nomine Gallos potiùs intelligi voluerim. Nam Gallos in hoc auium genere, 2 omaior est. Caput pro corporis portione exiguum, glabrumque, & velut tumultos carneos, vel si mauis vocare carneas cristas λόφους, scilicet σάρκινος obtinet. Sed hic obiter lectorem admonitum velim Iacobum Dalechampium admodum ossitanter pro κεφαλὴν μείζονα, caput magnum vertisse; quamuis tamen reuera ita euadat, cùm velut iratus caudam in rotam versat. Tunc enim vnà cum collo intumescit. Quod verò Clytus addat καὶ τὸ σῶμα ξυλοειδὲς hoc est, & corpus ligneum, Hermolaus Barbarus, eumque secutus Ornithologus pro σῶμα χρῶμα legendum esse conijciunt, vt scilicet capitis color ligneus sit. Nam, inquiunt, de totius corporis colore postea agit. Ligneum autem colorem Barbarus subflauum exponit. Alij verò, qui σῶμα legunt ξυλοειδὲς, transferunt corporis lignosa duritia. Quod si ξυλοειδὴς pro colore accipiamus nondum colorem explicamus: nam quamuis Barbarus 3 osubflauum conijcit, hic tamen color in Meleagride meo iudicio locum non habet. Quapropter communis lectio τὸ σῶμα ξυλοειδὲς mihi magis placet, & de duritia capitis intelligi debere existimo: & fortassis Clytus sponte colorem capitis tacuit, satis se fecisse credens, si carneos illos tumulos indicasset; siquidem hos cum nulla alia, quod sciam, aue habet communes. Adde quòd colorem eorum pluries variet, adeo vt difficulter exprimi queat. Sunt denique qui pro eisdem dictionibus rostrum ligneum vertentur, sed hi etsi rostrum quidem tale sit, quod toto capiti debeant ascribere ad rostrum priuatim deduxere. Caput autem huic aui durissimum esse facilè crediderim, ideoq; à sagacissima rerum parēte Natura illi largitum esse, ne cùm sibi inuicem, vt fieri quotidiè videmus, grana eripiunt, robustiores debilioribus cranium, quod glabrum est, pertundant. Solent autem id 4 ocontinuè petere, vel ne ab ambientis frigiditate, quam nō mediocriter perhorrescunt natiuus cerebri calor detrimentum accipiat. Deniq; & hoc certò noui caput collo adeo tenaciter adhærescere, vt nisi cum summo labore, cùm occiduntur, ab eo auelli queant. Sed huiusmodi meam coniecturam saniori semper doctiorum iudicio subijcio. Gybertus Longolius eiusmodi, quem dixi, colorem ligneum ad vniuersum auis corpus extendit, cuius viri sententiam, cùm vix è quinquaginta, duas eodem colore præditas reperire sit, amplecti non possum: sed prosequamur. Ad malas Gallopauonis nostri caruncula longa veluti barbara propendet, sicuti de Meleagride Clytus scribit, quamuis pro ἀπὸ τῆς σιαγόνος, id est ab ore; ἀπὸ τῆς σώματος, id est, corpore in perperam impressis Græcis Athenæi libris legatur, quemadmodum diligentissimus Ornithologus etiam animaduertit; sed quod hu- 5 oiusmodi caruncula rubicundiorem esse dicat, quàm in Gallina, id fortè dicendum, & intelligendum est, cùm velut irascitur auis; nam eo potissimùm tempore non sanguineo dumtaxat colore tingitur, & intumescit, sed collum etiam anterius, quod aliàs liuidum & obscurum est. Ad hæc τράχηλον (hoc est, ceruicem) nigrum, crassiorem & breuiorem pro corporis portione, quam Gallina, obtinet. Palea etiam caret, vt Meleagris. Rostri qualitas ex æquo respondet, necnon & corporis varietas; siquidem quamuis plerumq; nigri dentur Gallopauones, semper tamen frequentibus maculis albis respersuntur. Nostro æuo cuiusuis propè coloris reperiuntur; at non absq; eisdem maculis, Meleagridum alas maculis ēt albis specie serrata digestis distingui ait Clytus, id pariter, si de maioribus

Barba in Gallinis quid.
Rostrum.
Collum.
Color.
Crura.
Gallopauonis natura.
Caput.
Dalechampij error.
Clytus explicatus.
Ligneus color qui.
Caput Gallopaui durum est.
Ceruix.
Rostrum.
Ala.
Crura.

pennis

pennis maximè intelligamus, in Gallopauone locum habet. Crura deniq; calcaribus carent, & fœminæ maribus sæpè adeo similes sunt, vt peritos etiam emptores decipiam. Ex quibus omnibus penitus affirmare ausim Clyti Meleagridem nostrum Gallopauonem esse. Quæ cum ita sint, videndum modò est, an Meleagris veteribus omnibus eandem auem significet. Inter Varronem enim & *b* Columellam apertissimam contradictionem esse paulò ante ostendi, illum nempe Gallinas Africanas Græcis Meleagrides appellari scribere: hunc verò Meleagrides Gallinis Africanis similes quidem dicere, sed ita distinguere: quòd illæ cristam & galeam cæruleam, hæ rutilam habeant. Ornithologus in verbis Columellæ mendum esse arbitratur, & pro galea palea legendum. Paleam autem vocamus, quæ ceu barba quædam à Gallinarum rostro dependet. Verùm cùm Clytus, vt ipsemet fatetur Ornithologus, barba seu paleis Meleagrides carere clarissimis verbis scripserit, eius itaq; coniectura nihil, aut parum ad rem facere videri potest. Ego quid de Gallinis Africanis Columellæ sentiam, suprà aperui. Num modo Clyti Meleagris cum Varronis & Plinij notis conueniat, modò dicendum est. Manifestè enim præcipuam notam, carnosam nimirum cristam vterq; omisit, quod sanè mirum est: at fortassis quispiam eiusmodi aues neutri visas esse suspicetur, eoq; magis cùm ipsemet Varro *magno ventre propter penuriam* scribat; quod pariter Plinius his verbis confirmat: *quæ nouissimæ sunt peregrinarum auium in mensas receptæ.* Nihilominus paucæ illæ, quas vterq; ascribit, notæ Meleagridi Clyti, & nostro Gallopauoni egregiè respondent. *Gallinæ Africanæ*, inquit Varro, *sunt magnæ, variæ, gibberæ* (hoc est, vt Beroaldus exponit gibbosæ) *quas Meleagridas appellant Græci. Hæ nouissimæ in triclinium generarium introierunt è culina propter fastidium hominum.* Hæc ille, quæ ferè Plinius ad vnguem mutuatus videtur, cùm ait: *Simili modo* (vt Memnonides circa Memnonis sepulchrum) *pugnant Meleagrides. Africa hoc Gallinarum genus gibberum* (aliàs gilberium, Volaterranus gilbarum legit) *variis sparsum plumis, quæ nouissimæ &c.* Quòd verò gibberas esse dicant, id meo iudicio ita intelligendum est, non quòd omnino gibbosæ sint, sed quia quodammodo tales propter colli breuitatem appareant, quam Clytus quoque suæ Meleagridi tribuit. Reliqua extra omnem controuersiam ad vnguem respondent: adhæc *i* Aristoteles Meleagridum oua punctis scribit distingui; his quoq; nostræ Gallopauæ oua maculata sunt. Atq; hisce hactenus satis dilucidè Meleagrides Clyti & Varronis nostros Gallopauones esse probasse videor; Quos verò *k* Ælianus alibi Gallinaceos maximos Indicos, vt in Petri Gyllij versione habemus, appellat, hi quoq; non aliæ aues fuerint, quam Gallopauones vel saltem illis congeneres, quemadmodum & Ornithologus iudicat; sed verba Gylij ascribamus; *In India*, inquit, *Gallinacei Maximi nascuntur, non rubram habent cristam vt nostri, sed in variam & floridam, quemadmodum coronam ex floribus contextam. Pennas posteriores (caudæ scilicet ὑπερα πτερυγια) non inflexas habent, neque in orbem reuolutas, sed latas, quas cùm erigunt, vt Pauones, trahunt, eorum penna smaragdi colorem gerunt.* Hæc ille, quorum sanè pleraq; in Gallopauone conspicimus. Et quantumuis cristã non vt in nostris rubram, sed variam ad instar coronæ è varij floribus contextæ esse tradat, nos contrà in Gallopauone cristam carneam nominauerimus, haud interim negauimus multoties colorem illum variare, imo verò modò ad album, modò ad cæruleum, modò ad liuidum, & subfuscum, modò ad purpureum & rutilum, rubicundumque sæpius accedere obseruauimus. Adhæc Gallopauo, quem nunc manibus contracto, smaragdi colore quidem non est, at egregiè, & cum summo splendore eum emittit. Quibus ita se habentibus nonnullos recentiores, qui Gallos Vros (Orhanen Germanis vulgò dictos) Meleagrides esse crediderunt, iure merito indoctos Gybertus Longolius vocat, sed quàm benè & ipse quasdam aues, quas eisdem populis Kurhen, nescio qua nominis origine dici ait, nidos locis vliginosis in nemoribus struentes, plumis varijs mirificè fulgentes, vt eminus videnti Phasiani videantur, crista purpurea, & cauda minimè longa, & corpore quàm Phasianus est, pressiore, Gallinas Africanas esse credat, prorsus non intelligo. Etsi enim Varro alibi dicat Gallinas Africanas, rusticis aspectu simile esse: facie tamen incõtaminata rusticas ab Africanis manifestè distinguit, quasi Africanę faciem habeant contaminatam, hoc est, vt ego conijcio, varios colores admittentẽ, quę si vera est coniectura, nihil amplius dubitãdum est, quin Gallina Africana nostra Gallopauo fuerit. Huius sententiæ etiã Iulius Cæsar Scaliger fuisse videtur; cũ ait:

Pauoq; Paui q; æmulus minus pręlus
Visenaus orbe nuper è peregrino
Meleagris is putatus è Clyti libris.

Gallinam autem Africanam nõnulli Perdicem terræ nouæ vocant, vt in scedulis meis annotatum reperi.

g li.3.de re rust. cap.9. *Meleagris an omnibus eadem.*

h li.8.de re rust.cap.2. *Palea quid* *Clyti Meleagris an cum Varronis & Plinij Meleagride eadem.*

Varro & Plinius explicati.

Meleagris cur gibbera dicta.

i 6. Hist. cap. 2.

k lib. 16. Hist.de Anim. c. 2. *Gallinacei maximi Indici.*

Vrogallos nõ esse Gallopauones.

Kurhen Germanis quæ aues.

Facies contaminata quid Varroni.

GALLO

Gallopauo mas cum oryza.



Gallina Indica cum ouo eius, & Melampyro luteo perpuſillo.



FORMA. DESCRIPTIO.

GALLOPAVO cùm apud nullas non Europæ gentes iam passim ita obuius sit factus, & exactè satis à Petro Gyllio sub peregrini Galli nomine descriptus, itaq; allata ab illo descriptione acquiescemus: si quid tamen notatu dignum omiserit, id maioris dilucidationis gratia è nostro addemus. Ille autem ita fermè scribit. Is quem ex nouo orbe delatum vidi, eadem est, qua Pauo, proceritate, quod ipsum simul cum capite à plumis omnino nudum est: tantùm purpurascente pelle obducitur; & tam valde crassum est, vt pellem, quæ antea laxa & vacua spectabatur, cùm vocem mittit, sic contendat & inflet, vt ad brachij crassitudinẽ accedat. Eius capitis vertex colore partim albo, partim cæruleo, partim purpureo distinctus crista caret, quædam rubra appendicula carnea ex eius summo rostro per superiorem rostri accliuitatem, tantoperè eminet, vt digiti longitudine inferius dependeat, quàm rostrum ipsum, quod quidẽ ea superintegitur, vt hoc nisi è transuerso videri nequeat. Hanc quidem appendiculam cùm pastum capit, contrahit, vt quę antea digito longior, quàm rostrum propendebat, modo contracta ad rostri longitudinem non accedat. Huius plumæ tunc Accipitris speciẽ similitudinemq; gerunt, tum extremæ albæ visuntur. Cruribus est procerissimis, eiusdemq; vngues similiter vt nostratium aduncitatem habent & distinctionem. Illius, quem vidi, corpus & rotundum erat, & Pauonis excelsitatem superabat. Oculorum ambitus cæruleo & purpureo colore efflorescebat, & perinde vt Accipitres acri atque acuto videndi sensu vigebat. Cùm quispiam ad Gallinam appropinquat, totis inhorrescit plumis, & gradu superbo exterrere accedentes conatur. Gallina illius alba erat, & Pauonem, cùm is plumas caudæ amisit, referebat. Hæc itaq; Gyllius, in quibus binæ eæq; non parui momenti notæ desiderantur: crura scilicet calcaribus carere, & marem à fæmina, cùm iam ad maturam ætatem peruenerint, setacea barba ante gulam distingui, carunculamq; illam in fæmina admodum exiguam esse. Quod verò pennas Accipitrinis similes esse dicit, id propter multiplices maculas intelligendum est. Adde denique rationem, cur caruncula illa capitis pro arbitrio suo mutet. Cardanus tradit, & ratio ipsa etiam docet, vnà cùm sanguine extendi, quanquam & viderim simul pallentem & extendentem: colligi verò & contrahi, quoniam tenuis est, & laxa: quomodo & scroti cutis quandoq; tota contracta videtur, quandoq; verò multùm extensa.

Collum. Caput.

Color. Crum.

Oculi.

Crura.

Scroti cutis.

LOCVS.

GALLOPAVONES loca calidiora amant, & in frigidioribus Europæ plagis ægrè admodum degunt. Pascuntur vnà cum Gallinis, sed longiùs à domo per agros diuagantur. Quod ad regiones spectat, quas habitasse à veteribus celebrãtur, in primis Mnesias referente *a* Plinio Africæ locum Cratiamne in Oceanum effluente à lacu Meleagride & Penelopas viuere scribit, quod profectò omnino nõ percipio, nisi fortè Meleagrides Mnesiæ ab alijs diuersæ fuerint. Antea enim *b* Plinius disertissimis verbis. *Num dicas Gallinas celebrari in parte Africæ Numidia, nunc etiam in Italia* dixerat. Numidicas autem Gallinas cum Africanis & Meleagridibus easdem esse antè ex Varrone & eodem Plinio probauimus. Penelopas verò aquas colore pulchrè noui. Contra *c* Athenæus Aetolos primos Meleagrides habuisse testatur. Ætolia autẽ in Achaia, est Achaia in Peleponneso, Peleponnesus peninsula Græciæ. *d* Diodorus Siculus cum Plinio consentire videtur, vltimam Syrię partem Meleagrides ferre scribens: itẽ *e* Strabo circa Arabiam degere inquiens, qui pariter alicubi in frõte portus magni sic dicti tres insulas esse refert, quarũ vna Meleagrides multas habeat. Clytus vero Mylesius circa templũ Virginis in Olero, inquit, Meleagrides sunt: codex Græcus habet σέρα Gyllius vertit ad templum æreum: Voloterranus ex Æliano in Lero Insula. Est autẽ Leros insula in mari Icario, vel, vt *f* Plinius habet, maris Ægei in ora Cariæ. Ornithologus in Olero legit, quæ, inquit, vrbs Cretæ in alto loco sita (supra Hierapytam *g* Ortelius) à qua Minerua (quam & Virginem vocant per excellentiam) Oleria dicta & festum eius Olerium apud Stephanum. Conijcit autem has aues Mineruæ sacras fuisse, cùm Athenis etiam in Acropoli olim educari solitæ fuerint. Hæc Ornithologus,

a l. 37. c. 2

b. l. 10. cap. 26.

c lib. 14.

d l. 3. Ant. cap. 12.

e l. 16. Geo.

f l. 4. c. 12.

g In thes. Geog.

sed Acropolis Lybiæ vrbs est, item Aetholiæ apud Stephanum, & apud Ætholos Meleagrides nascitur ex Athenæo diximus.

INCVBATIO. EDVCATIO.

COLVMELLA & Varro eandem ferè Numidicarum Gallinarum educationem esse volunt, quæ Pauonum, quas cum Gallopauonibus cùm easdem esse probauerimus, lectorem modò ad peculiare caput de educatione Pauonum remittimus. Sed quamuis non contemnendus ex Gallopauonum nutritione altoribus fructus & emolumentum cedat, sumptus tamen in educando alendoq; & curæ plurimum requiritur. Incubant verno tempore diebus tricenis, quod cum Pauonibus commune habent, sed hic mas non incubat. Mirum quod *a* Ioannes Bapt. Porta refert, nempe Pauones cum his auibus coire, & pulcherrimos ita pullos procreare: Cùm simul, inquit, domi cicuratæ essent Gallopauo famina, & Pauo masculus, nata sunt oua fœcunda, ex quibus pulli omnium pulcherrimi excluſi sunt, pennas habentes nitidissimo colore fulgentes, qui cum Pauonibus denuò se commiscent, totius ferè Pauoninis fuit partus.

Incubatus.

a l.2. Mag. natur. cap. 14.

Pauones cum Gallopauis coire.

VOX.

AELIANVS *a* Meleagrides, vt & Attagenes scribit suum ipsas nomen voce sua imitari: quod, vt ingenue fatear, non intelligo: Pollux verò verbum ad Κακκάζειν ad Meleagridum vocem etiam extendit: quæ sanè vox Gallopauoni quodammodo etiam conuenit. Eandem Hesychius Atticos ait de Gallinaceorum voce circa partum vsurpare. At Gallopauo vocem quandam ædit crocitationi Gallinaceæ Pauoninæq; non dissimilem cum fragore nempe per collum longè latèq; vagantem, quasi instar liquoris in dolium infusi obstrepentem.

a l.4. de Anim. c.41.
Κακκάζειν

DENOMINATA.

MELEAGRIA & μελίαγρα quædam radices dicuntur teste Suida, qui hæc innominati authoris verba citat: Ῥίζαις αὐτὸς μελιαγρίαις καὶ καρδίαις σαλάμων ἐδίζητο. Periti herbæ alicuius syluestris radices esse existimãt, easq; adeo dulces, vt mel syluestre dici meruerint, quales videtur illæ, quas vulgo dulcichinos vocamus, qui in amœnissimo Veronensium agro non procul ab vrbe sponte oriuntur, Trasi ib vocatæ, & Trasi dulci, & dolzolini. Pena appellat esculentos cyperos, quòd hæc planta prorsus sit è cyperi genere, siue radices, siue reliquam plantam spectes, nec differre videtur, nisi radicum sapore, qui gratus vescendo est, sapore castaneæ, nec minus vtilis. Sunt autem bulbosæ, vt scribit *b* Matthiolus, fabarum magnitudine, oblongæ, & cùm exiccantur, rugosæ. Sunt qui putant stirpem istam esse Theophrasti Cyperum esculentum, cùm cæterorum radices sint amaræ, & minimè edules.

Mel syluestre.
Dulcichini Veronẽ. cum Trasi.
Cyperus esculentus.
b In cõmẽt. c.138. l.2. Dioſc.

Botanici recentiores plantam quandam flore speciosissimam, bulbosam, è Tuleparum genere describunt, quam Lobelius Lilionarcissum purpureũ variegatum vocat: alij fritillariam: Dodonæus rectiùs Meleagridem dici posse arbitratur, quòd Meleagridis auis plumas non coloris quidem specie, at varietate, situ, magnitud neq; macularum referat. Hæc planta à Narcissis differt, Tulipæ similior, sed minor. Flos pulcherrimus deorsum vergens è senis filiolis componitur, violaceo colore purpurascens, quem dilutè admodum purpureæ ac quasi albicantes, ordine concinno digestæ, ac intertextæ maculæ elegãtissima varietate commendant, & foris quidem. Interiore parte nigricantibus sparsim dispositis lituris, circa basim maioribus ac frequentioribus exornantur. Stamina hinc quoq; sex, & medius pistillus, colore subluteo. Caulis tenuis, circa quem quina oblonga, angusta foliola, croci, è virore candicantia. Radix bulbosa, rotunda, & candida est: semen albidum, compressum, siliquis hæmero callidis minoribus. Hæc omnia *c* Iacobus Dalechampius: sed hic flos Gallinis Chincis, non Gallopauonibus aut Meleagridibus, vt perperam putabat Dodonæus, nomen inde detorquens, similis est, licet colore diuersus.

Lilio narcissus purpureus variegatus.
Fritillaria Meleagris herba.
c l.15. Hist plant. c.7.

VSVS

VSVS IN SACRIS Ethnicorum.

ISIDI Tithoreæ binæ quotannis nundinæ celebrabantur referente *a* Pausania vere nempe,& autumno. Tertio verò ante vtrasq; dies,quibus eius penetralia introire fas erat, incolæ Tithoreenses se arcano quodam ritu lustrabant,& eorũ,quæ porrecta fuerant superioribus nundinis, extorum reliquias in eundem locum semper deportatas defodiebant: atque iste eis solennis diei ritus erat. Postero verò diei institores tabernas sibi ex arũdine & alia fortuita quauis materia erigebant. Tertio postremum die,qui ad eas nundinas venerant, mancipia & quoduis genus pecudum, vestem etiam, argentum & aurum vendebant. Pomeridianis verò horis ad sacra animum adijciebant, lautioresq;, hoc est, ditiores, boues & capras; quorum tenuior res familiaris esset, Anseres, & Meleagrides aues Deæ immolabant.

Isidis Tithoreæ nũdinæ.

a In Phocicis.

EMBLEMA.

NICOLAI Reusneri de Meleagride emblema cum lemmate HEV CADIT IN QVENQVAM TANTVM SCELVS.

Dum cineres Meleagre tuos ad busta sorores
Collachrymant: syrias mox abeunt in aues.
Fratris adhuc nomen retinent, plangunt q; gemuntq;
Matris & accusant voce querente nefas.
Mens vbi materna est, vbi sunt pia vota parentum?
Vitam cui dederas est scelus eripere.

b l.2. Emblem.27.

VSVS IN CIBIS.

CARO Gallopauonum nostrorum in cibo lautissima est, & principum epulis digna, multum,si probè conquocatur,& cõstans alimentum præbens. Eodem modo Gallinæ Numidicæ veteribus in summo honoris culmine habitæ sunt: vnde Plinius eorum alibi gulam carpit,qui victu simplici & præsentibus non contenti,aues vltra Phasidem amnem & è Numidia peterent. Hæ, inquit *a* Varro de Meleagridibus loquens, *nouissimæ in triclinium ganearium introierunt è culina propter fastidium hominum*. Idem *b* Plinius repetit: *Quæ nouissimæ sunt peregrinarum autum in mensas receptæ propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobile eas fecit.* Sed quorum Varro *propter omnium fastidium*, Plinius *propter ingratum virus* nouissimas inter peregrinas aues in cibis receptas dicant, id sanè in Gallopauone locum non habent: Idem enim propè sapor cum Pauonis nostratis carne est, atq; alimenti facultas eadem, neq; minor ad concoquendum contumacia, nisi maceratorum prius ratione aliqua carnis durities corrigatur: quod ferè vitium paulò maioribus auibus commune est, nisi multis, vt hic etiam vsu venit nouitas, & raritas gratiam adderet: atq; hinc Martialis Capis & Gallinis hoc auium genus prætulit hoc disticho:

a l. 3. de re rust. c. 9.

b l. 10. cap. 26.

c In Xenijs

Si Lybicæ nobis volucres & Phasidis essent,
Acciperes: at nunc accipe coctis aues.

d Iuuenalis quoq;, vbi eos insectatur,qui cænas lautiores parant,quàm modus facultatum suarum ferre possit. Gallinas Afras inter pretiosiores delicatioresq; cibos enumerans canit:

d Saty. 11.

Nec frustum capere ac subducere, nec latus Afra
Notus auis nosset Tyrunculus, ac rudis omni
Tempore, & exigua fructis imbutus ofella.

Et Petronius Arbiter, *tuo*, inquit, *palato clausus Pauo nascitur, Gallina tibi Numidica.* Quapropter deniq; *e* Martialis miratus Hannibalem Afrum nunquam eiusce modi aues edisse, ita canit:

e In Dissticis.

Anjere

Anserè Romano quamuis satur Hannibal esset,
Ipse suas nunquam Barbarus edit aues.

Vt tenerior fiat.

Vt itaq; carnem hanc, quæ difficulter, vt dixi, ventriculo obtẽperat, licet palato hominum per se grata, teneriorem & per consequens eius esum salubriorem reddamus, tempestiuius auem ingulabimus, & ad pedes, vt in Pauone communi recitauimus, pendentibus ponderа adijciemus, aut tale aliquid aliud excogitabimus, vt si è ficu pepẽderint, vel perstringãtur diutiùs, fricenturuè & vapulent: nam & hæc factura ad discutiendam carnis duritiam, & diù pandam fibrarum tenacitatem plurimùm facit. *f* Apitius pullum Numidicum sic præparat: *Pullum*, inquit, *curato, elixato, lauato, lasere & pipere asperſum condito atque assato. Teres piper, cuminum, coriandri semen, laseris radicem, ruta, cariotam & nucleos iuffundes, piper asperges & inferes.* Gallopauo cùm elixus, tùm verò maximè assus nostro æuo editur.

f l. 6. c. 6. Pulli Numidici præparatio.

FABVLOSA.

Meleagri fabula.

MELEAGRI, quem Oenei Calidoniæ regis filium fuisse, perhibent, historia legitur apud Eustathium & alios Grammaticos. Huic finguntur, cùm pro regione frugum primitias Dijs offeret, & Dianæ non meminisset, iratam Deam immisisse aprum, qui & terram eius deuastaret, & multos homines interficeret: Meleagrum verò & Thestij filios, virtute quoscunq; præstantissimos è Græcia conduxisse, qui aprum interimerent. Qui cùm conuenissent, ac ferocissimam illam bestiam occidissent, tunc Meleagrum carnes eius distribuisse, caput verò, & pellem sibi soli reseruasse: Deam ira ob cædem sacri apri aucta loco pœnæ, rixam inter omnes excitasse, vt Thestij filij, & reliqui Curetes pellem peterent, præmij dimidium ad se pertinere dicendo, sed Meleagrum vi eis eam eripuisse; Thestijq; liberos occidisse: vnde cùm inter Curetes & Calydonios bellum esset exortum, Meleagrum ad id non exijsse, iratum nempe ob diras, quibus ipsum mater propter fratrum necem deuouerat. Cùm itaque Curetes iam vrbem essent inuasuri, vxorem Cleopatram ei persuasisse, vt Calydonios tueretur. Egressum ergo aduersus Curetes Meleagrum, cremata à matre sua face, quã illi Parcæ dederant, dicentes tamdiu victurum, quàm diu fax illa duraret, in prælio occubuisse, maximumq; eius necem Calydonijs luctum attulisse: Sorores ad sepulchrum eius continuè eum deplorauisse, donec Diana eas virga tactas in aues mutasset, & in Lerum Insulam detulisset, impositio Meleagridum nomine; easq; etiamnùm certo anni tempore Meleagrum lugere; Duas sorores, Gorgonem & Deianiram beneficio Bacchi, non transfigurasse. Hanc omnem narrationem ex Nicandro *a* Antoninus Liberalis. Eadem fabulam leges apud *b* Ouidium, qui primum Atalantam Schæneï filiam aprum confodisse & formam & pulchritudinem eius miratum Meleagrum apri interfecti exuuias concessisse fabulatur; reliqua verò cum superioribus ferè conueniunt;

Meleagri mors.

Meleagri sorores in aues.

a lib. 3. de mutationibus.

b l. 8. Metamor.

Quas postquam Oenei tandem Latonia clade
Exsatiata domus, præter Gorgenq; nurumq;
Nobilis Alemenæ: natis in corpore pennis
Alleuat, & longas per brachia porrigit alas
Corneaq; ora facit, versaq; per aera mittit.

Lachryma in succinũ. c l. 37. c. 2.

Fingebant autem etiam lachrymas eiusmodi auium in succinum conuerti, de quo *c* Plinius loquens: *Altos*, inquit, *putare in Numidia gigni, Super omnes est Sophocles Tragicus poeta, quod equidem miror, tanta grauitate cothurnus, & præterea vita fama, alias principe loco gentius Athenis rebus gestis, exercitu ducto. Hic vltra Indiam fieri dixit è lachrymis Meleagridum desentium auium Meleagrum. Quod & credidisse eum, vel sperasse alijs persuaderi posse, quis non miretur? quamuè puerilem tam imperitam posse reperi, quæ auium ploratus annuos credat, lachrymasque tam grandes, auelsque è Græcia, vbi Meleager periit, ploratum isse ad Indos? Quid ergo? non multa quæ fabulosa produnt poeta? Sed hoc eatenus, quæ quotidiè inuehatur, atque abundet, & hoc mendacium coarguat, sæpè quemquam dixisse, summa hominum contemptio est, & intolerauda mendaciorum impunitas.*

d Natalis Comes ignarus, vt apparet, alias esse Penelopes aues, alias Meleagrides, de Penelope Icarij & Peribeæ Naidis filia. Vlyssis vxore, quæ prius Arnæa vocabatur, historiam hanc nescio ex quo auctore recitat. Fama est Icarium, inquit, quo tempore gestaret in vtero Peribæa, iuisse ad oraculum propter quædam visa sibi in somnijs, vt scisciteretur, quid vxor esset paritura, & responsum retulisse huiusmodi.

d l. 8. Mythol. c. 24. De Penelope historia. Icarij somnium.

Ai20c

Αἰχρὸς ἔχει Περίβοια, κλέοστ' ἐν γάστριγον αἰκῶν.
Fæmineum Peribæa decus, Peribæa pudorem
Ferv tero.

Illud cùm audiuisset Icarius, neq; rectè Dei dictum percepisset, ratus aliquam insignem infamiam in suam familiam ex illa, quę nasceretur, redundaturam, continuò natam Arnæam in quadam pelui expositam in mare deiecit, fortunæq; ipsius puellæ totum negotium commisit. Hanc puellam Arnæam vocarunt, quòd eam nollent educare, cùm ἀρνᾶσθαι refutare & abnuere significet. Cæterùm peluis, vbi diutius miram quandam maris & ventorum tranquillitatem nacta fuisset, neq; recessisset ab eo loco, vbi primùm deposita fuerat, nisi quantum naturalis marinarũ aquarum refluxus illam sensim detulisset, dicuntur aues quædam ad eius vagitum aduolasse, quas Meleagridas vocant. Has aues arculam ad litus appulisse memorant, cùm parum distaret à littore, ac infantem per nonnullos dies educauisse. Illud miraculum ab incolis eius loci deprehensum, ac Icario narratum, ita misericordia puellæ eius animum commouit, adhortante & impellente præcipuè Peribæa, vt ad mare ipse profectus inuentam peluim cum auibus nutricibus domum detulerit. Illæ igitur aues cùm Penelopes per illud tempus Græcis dicerentur, nam Penelope est Gallinarum genus, quas nunc Indicas vocant, mox depocto priore Arneæ nomine filiam Penelopen vocauit. &c. Hæc itaq; ille: at mihi Penelope Anatum genus est, Gallinarum minimè. Quomodo enim Gallinæ arculam è mari ad littora perducant, natare non tantùm ignaræ, sed ad id præstandum etiam omnino ineptæ?

Icarius Arnæam filiã fortunæ maris committit.

Aues Arnæam pelui impositam è mari ad littora perducunt.

Penelopem quæ auis.

DE PHASIANO.
Cap. V.

SI à pennarum pulchritudine, & carnis præstantia institutum nobis ordinem metiamur, equidem non minor, aut fortassis etiam maior colorum varietas ac elegantia in pennis Phasiani, nec minor etiã caudæ ornamentum in hoc, quam in Pauonibus conspicitur: vnde sapientissimus olim Solon ab opulentissimo & in regali solio diademate purpura, auroq; superbiente Cræso interrogatus, nunquid vnquam speciosius quicquam spectasset, fertur respondisse, Phasianos & Pauones venustiores sibi videri, quoniam naturali ornamento decorati, non ascititio fuco spectabiles essent. Cùm verò eximiam cùm totius corporis, tùm maximè caudæ speciem ac formam hominibus ostentare, & tanquam in rotæ modum versare ac circumagere ignorent, quinimo turpissimo animi vitio nempe stoliditate laborent, quantumuis propter carnis etiam bonitatem præferendos, Pauonibus Iunoni consecratis alitibus postposuimus.

Solonis in Cresum scomma.

ÆQVIVOCA.

PHASIANI populi sunt teste Hesychio in Ponto ad Phasidem amnem, à quo pariter hæ aues, de quibus in præsentiarũ agendum est, nomen obtinuerunt. Regio horum populorũ teste diuino *a* Hippocrate, palustris est, calida, aquosa & densa, imbresq; in eam decidunt omnibus tẽporibus & magni & impetuosi. Ipsi verò vitam agunt in paludibus, domosq; ligneas & ex arundinibus in ipsis aquis habent extructas, neq; multum inde prodeũt, vt adeant vel emporia vel vrbes: verùm nauiculis ex vno ligno fabrefactis permeant sursum ac deorsum. Habet enim fossas ac ductus aquarum plurimos. Bibunt autem aquas calidas stagnãtes, quæ & à sole sũt putrefactę, & ab imbriũ casu auctæ. Ipseq; fluuius Phasis omnium fluuiorum stagnantissimus est, & quilentissimo cursu profluat. Fructus autem, qui illic nascuntur, omnes insalubres, euirati, imperfectique præ multitudine aquarum, neq; vnquam maturescunt. Hæc itaque Hippocrates. Regio verò, quam Phasis illabitur, Colchis appellatur, non longè, vt *b* Strabo scripsit, à Macrocephalis distans. Habet à Septentrione Sarmatia in Asia, ab occasu Pontum Euxinum, à meridie maiorem Armeniam. Flumen, quod centum & viginti pontes habuit, ortum ducit est Iberia, &

Phasiani populi, & eorũ regio.

a l. de aere, locis & aq.

Phasis fluuius.

Colchis regio.

b l. 1. Geogr.

Glaucum

Phaſis vrbs Phaſiana Deæ ſimulacrum.

Glaucum atq; Hippum è vicinis montibus cadentes in ſe recipit. Adiacet ipſi vrbs eiuſdem nominis, Colchorum emporium; quod ex alia parte amne cingitur, ex alia mari. Æb eiuſdem fluminis ſiniſtra manu Phaſianæ Deæ ſimulacrum conſpicitur, vt memorat *c* Arrianus; eſt autem eandem cum Rhea Dea, vt ex habitu, inquit, agnoſcitur. Habet enim cymbalum in manu, & à latere leones, & eodem modo ſedet, quo Rhea in templo Athenis. Apud Ariſtophanem Φασιανὸς quidam teſte Varino aues, alij equos interpretantur habentes inſigne (σκεύασμα) Phaſiani (in femore, vt Suidas habet, inuſtum) vel à ſuprà nominato à nobis flumine Scythiæ, vbi egregij equi naſcuntur. Tetraones quibuſdam etiam Phaſiani dicuntur, ſicuti apud *d* Athenæum Ptolomæus refert: & alibi ab Epinæto idem *e* Athenæus Tatyras dici ait, & à Ptolomæo Euergete τέτραρας, ſed eiſdem locis Tetraones fortè legendum, quemadmodum doctiſſimus Ornithologus conijcit. Vt verò veteribus Tetraones dicebãtur, ita pariter noſtri Tetraones, præſertim minores (Nam Vrogallum Germanorum, Tetraonem maiorem, ſiue ſimpliciter Plinij Tetraonem eſſe ſubinde ſuo loco demonſtrabimus) à quibuſdam vulgò Phaſiani montani, & Italice ab alpium accolis Faſanelle vocãtur. *f* Iulius Scaliger eiuſmodi Tetraones à Pyrenæis Pauones agreſtes, Taurinis Phaſianos ſylueſtres, & Gallis deniq; Phaſianos quidem appellari tradit, ſed addita cognominatione à vocis grauitate, Bruant, vti etiã *g* alibi hiſce verſibus atteſtatur.

Et phaſiana lucidæ notæ: namque
Verſicolor vltra terminos trahit caudam,
Ait ater alter vropygio curto
Seguſianis montibus frequens præda.
Transferre prudens pedibus ova deprenſa
Haud Phaſianus iure dicitur vulgo.
Quare Bruantis Francus addidit nomen,
Eſt Tetrao, ſed nominatus antiquis.

c In Epiſt. ad Adrianum Imp.
Phaſiani equi.
d lib. 14.
e lib. 2.
Tetrao Plinij.
Phaſiani montani.
Faſanelle.
f Exer. 230.
Phaſianus bruant.
g In Ata.

Faſiana Pannoniæ vel Norici oppidum, vt ex libro Notitiarum citat Abrahamus Ortelius Antuerpenſis.

SYNONYMA.

Phaſianus vox eſt Hebraica.
Phaſiani etymum.
a Num. 11. & Pſ. 105.

PHASIANVS, vtpote auis peregrina in pleriſq; linguis nomen vnum obtinuit. Cùm verò Hæbreorum lingua omnium antiquiſſima merito iure habeatur, vt varijs rationibus, ac argumentis in libro, quem aliquando conſcripſi de linguarum diuerſitatibus probo, itaq; eiuſcemodi vocem ab illis ad alias nationes dimanaſſe facilè mihi perſuadeo. Et quamuis ſanctiſſima D. Hieronymi translatio Phaſianos nuſquam nominet, ex vocis tamen ſimilitudine ſacra biblia eorum meminiſſe apparet. *a* Vbi enim bis Coturnices traduxit D. Hieronymus, textus Hebraicus habet Phaſionin, cuius ſingularis eſt Phaſion. Licet contrà alij etiam omnes Grammatici Phaſianos à Phaſi vel Phaſide amne apud Colchos (quem à Phaſide Colchi patre dictum Euſtathius tradit) quòd illic abundet, vel quòd ab Argonautis inde primùm in Græciam aduecti ſint, dictos velint; iuxta illud vulgatum *b* Martialis.

Argo à primùm ſum traſpertata carinâ,
Antè mihi notum nil niſi Phaſis erat.

b In Xen.

Et *c* rurſus de villa Fauſtini:

Et impiorum Phaſiana Colcherum.

c l. 3. Epi.

Porrò in lexico trilingui Piſeon pro Phaſiano etiam legitur, & pro Schelau aliqui etiam Phaſianum interpretatur; alij Coturnicem, quod Ornithologus magis probat. Syluaticus Adrungi, Adritigi, Atedemio, barbaras voces Phaſianum transfert, vti etiam pro Altedarugi Bellunenſis: quæ poſtrema vox, ſi articulum aldemas ad Tetarton, vel Tetraonem nonnihil accedit. Apud Auicennam alibi Alderariz legitur, quo loco idem Bellunenſis habet Aliedarigi, vti etiã alibi pro Atederaz: & rurſus alibi pro Atadrogi, Altedarugi. Altaiugi vel Alteiugi eodẽ teſte, alijs Perdix eſt, alijs Phaſianus; alijs vt Ebenbitar, auis in omnibus Coturnici ſimilis, niſi quòd ſuper alis quaſdã pẽnas nigras & albas habeat. Syluaticus etiã Altamegi, vel Altabiegi, Tueiugiq; Phaſianum traducit: alibi etiam Alcubi, inquit, ſecundũ quoſdam Perdix, ſecundũ alios eſt Phaſianus. Ego ea voce Altaiugi, & ſimilibus ſolùm Perdicem accipio, & non Cubi, ſed Cuberh pro eadem ſcribi ſuo pòſt loco dicam.

Piſeon. Schelau.
Synonyma Arabica.

Albertus

Albertus, vbi apud *d* Aristotelem Græcè κορυδος, id est, Alauda, legitur: habet Forador, quem nos, inquit, Phasianum dicimus. Alibi quoq; Foraydec, Phasianum transfert. Verùm omissis eiusmodi barbaris vocibus, ad notiores accedamus. *e* Aristoteles, & Speusippus apud Athenæum, & alij fere φασιανὸν absolute appellant. Alicubi, vt *f* ibidem Pamphilius scribit τετυρας (sic & Hesychius & *g* Varinus habent) & alibi ταυρος appellatur, vt Ptomolæus Euergetes ait: ac eiusmodi nomina, vt dixi, Tetraoni potiùs competunt. Ab Aristophane φασιανικὸς ὄρνις appellatur, & ὄρνις φασιανὴ, & Pollux ὄρνιθι φασιανικῇ dixit. Latini pleriq; Phasianum vocant, *h* Plinius & *i* Martialis etiam in fœminino Phasianam. Lampridius scribit per F à principio, Galenus in Theriacę ratione Gallũ syluestrem nominat: quem locum interpretatus Auicenna eo nomine teste *l* Cœlio Phasianum matem intelligendum cupit. Quare vbi apud Suidam & Varinum legitur φασιανοι ἀλεκτρυονες, καὶ ὄρνις τινες, doctissimus Ornithologus legendum censet, φασιανοι ἀλεκτρυονες, ὄρνις τινες. id est Phasiani Galli, aues quædam. Licebit enim, inquit, Phasianum Gallum nominare, & fœminam Phasianam Gallinam. Albertus Phasianum etiam Gallum syluestrem alibi nominauit. Phasidem alitem *m* Statius, Phasiacam *n* Titus Vespasianus Strozza, Scythicam volucrem *o* Iuuenalis, Phasidem *p* Martialis periphrasticè pro Phasiano dixerunt. Itys deniq; pro hac quoq; aue ponitur, vt quidam recentior scribit, quoniam eius nominis puer, sicuti in fabulis narraturi sumus in Phasianum immutatus fingatur. Ἰθυς Varino auis nomen est quærendum nunquid Itys potiùs legendum sit, vt Phasianus auis intelligatur, Italicè dicitur Fasan, Fasano, & Fagiano. Hispanicè Faisan. Gallicè vng Faisant. Germanicè Fasan: vel, vt alij scribunt, Pasian: apud Flandros, Fasant. Batauis priuatim Fasaen: Anglis à Fesan, vel Fesant; Illyricè Baziant; Polonis Basant: Turcis Surglùn.

d 6. *Hist. c.* 16. *Forador. Foraydec.*
e 5. *Hist.* 31. *& 6. c.* 2.
f l. 9. *Deip. Tetura. Taturos.*
g In Auib.
h lib. 10. *c.* 38.
i l. 3. *Epig. Gallus syluestris quæ auis Galeno.*
l lib. 16. *Ant. lect. c.* 13.
m li. 4. *Sil.*
n lib. 2. *Erot.*
o Sat. 5.
p lib. 16. *Itys. Ἰθυς.*

GENVS. DIFFERENTIÆ.

PHASIANVM auem pulueratricem esse colligitur ex communi prœceptore *a* Aristotele, qui interire illum scribit, nisi se pulueret, propter pediculos Alibi etiã apertissimis verbis pulueratricem esse tradit; & *b* Theophrastus Eresius apud *c* Athenæũ inter huiusmodi aues eum enumerat, inquiens: *Auium illa, quæ breuis volatus sunt, vt Gallus, Perdix, Phasianus, mox ab ouis exclusa, & ingredi possunt, & plumis vestiuntur.* A reliquo volucrum genere facillimè dignoscitur, vt ex subnectenda descriptione patebit. Veruntamen non vbiq; terrarum eandem seruant magnitudinem. Etenim Paulus Venetus, alijq; qui de nauigationibus in nouum orbem commentarios ediderunt, in regionibus Ergimul & Cerguth magno Cham stipẽdiarijs maximos Phasianos reperiri asserunt, caudà tantæ prolixitatis, vt decem & octo palmos excedant. *d* Bellonius duplex Phasianorum, quemadmodum Perdicum genus dari asserit, vtrumq; apice præditum, at vnum duntaxat depingit.

a 5. *Hist. c.* 31.
b 9. *Hist. c.* 49.
c lib. 9. *Phasianus vbi variet. Phasiani longissima Cauda.*
d lib. 5. *de Auib. cap.* 12.

FORMA. DESCRIPTIO.

CORPORIS pulchritudine Phasianus mas nulli volucrum, imo ne Pauoni, quem vt omnium pulcherrimũ celebraui, cedit; de qua pulchritudine loquens Gybertus Longolius, Phasianis, inquit, nunquam quicquam speciosius contemplatus sum. Valeãt pictores omnes. Ipse Apelles, si rediuiuus foret varietatem & splendorẽ pennarum plumarumq; imitari non possit. Et reuera non depictu difficilis tantummodò est Phasianus, sed descriptu etiam. Ex veteribus nemo est, qui in eo elaborarit; ex nuperis verò Albertus, igneis, inquit, & rubentibus pennis, & interdum viridibus in capite decoratur. Author verò de rerum natura paulò accuratiùs: Phasianus, inquit, est Gallus syluestris, auis perpulchra pennis coruscis instar ignis. Cæruleus interdum, ac viridis (fortè cæruleis interdum ac viridibus) rubeisq; pennis interscribitur nitor. Hæc ille. Verùm ego Regio Lepidi missum à Dom. Io. Baptista Pagano Hannibalis alumni mei patre Phasianum marem, ita descripsi. Ponderatus libras pendebat tres duodecim vnciarum, & à rostri extremitate ad caudæ finem quatuor, & amplius palmos longus erat. Rostrum coloris ferè cornei, crassiusculum, pollicis transuersi longitudine, eleuatum, & in extremo recurtum, & acutum, membranam habet carnosam, tuberosamq;, quà capitis suprà coniungitur

Pondus. Longitudo. Rostrum.

Vlyſsis Aldrouandi
Pauo mas cum helianthemo.



Phasianus fœmina cum fœno græco.



Caput. tur, ſub qua nares velut occultantur. Inferius roſtrum ſuperiori breuius eſt. Caput ſuprà in vertice eleganti colore cinereo ferè micat: ad latera, nempe ſupra coccineam illã maculam de qua poſt, & prope roſtrum viridi, & admodum vel in ſole, vel in vmbra varij, qui pariter elegantiſſimus color totum collum ſuperius occupat. Habet prẹterea ad vtraq; capitis parte è regione aurium pennas eleuatas: quas Plinius cornicula vocauit, vbi ait; *Phaſiana in capite cornicula ſurgit*. Sub ijs caruncula apparet, quæ muſculus eſt, cornicula illa mouens. Aures habet admodum latas, profundaſq;, & rotundas. Has, vbi libet, adnatis in inferiori earum angulo pennis cæteris longioribus ceu regmine quoſdam aperit, operitq; atq; hoc meo iudicio dixiſſe voluit Plinius his verbis: *Phaſianæ in Colchis geminas ex plumis aures ſubmittunt eriguntque*. Inter aues & roſtrum, ſcilicet ad latera colore eſt coccineo elegantiſſimo, nigris punctulis variegato. Oculi ferè in medio illius coloris conſiſtunt, eos tamen macula ſubiacet viridis, vt in collo ſuperiori, ipſi verò ferè cærulei, admodum profundi. Colli pennę infrà prope pectus, & pectoris etiam prope collum tribus coloribus variant, fuſco nempe prope radices, dein aureo & viridi, ſed viridis, niſi complicatis ſimul pennis nõ conſpiciuntur, nam ſi vnicam pennã à corpore ablatã examines, niger iã apparet: adeo eiuſmodi color in hac alite variat: aureus etiã, ſi pennas inuertas, ſplẽdorem lucemq; amittit. Eiuſmodi autẽ pennæ, quò dorſo ſunt viciniores, eò maiores exiſtunt, ſicut in ipſo quoq; dorſo eſt cõſpicere, vbi pariter plumæ prope radices ſuas fuſcæ ſunt, & aureus, quẽ diximus, color, ſed minus micans apparet, & in extremitatibus caſtaneus obſcurus, qui pariter medium locum in ijs obtinet, & ad ſolem verſus viridem ſplendorem edit. Hunc alba macula oualis percurrit, & inſignem etiam decorem aui conciliat. Calami harum, & colli pennarum aurei ſunt, & complicatis ſimul pennis, velut lineas aureas per collum,

Dorſum. & tergus (nam in collo inferiori, & in pectore non videntur) percurrentes oſtendunt. Quæ ſubſequuntur tergoris pennæ colore, magnitudine, figuraque à iam dictis differunt. Sunt enim totæ ferè ferrugineæ ad ruſſum vergentes, alba illa macula carent, longiores ſunt, & velut in exigua filamenta deſinunt: hoc tamen cum prædictis commune habent, quòd ad lucem in medio ſui viridem illum colorem edere videantur, cùm alioqui non ſit, præterea quòd caules earum ad aureum accedãt, totæq; in radicibus fuſcæ ſint.

Cauda. Cauda, ſi longiores pennarum, medium occupantes metiaris, duos dodrantes cum duobus palmis explet, eſt autem eius figura ferè organi pneumatici, nam vt in eo cãnæ ab vtraq; parte paulatim magnitudine aſcendunt, & maiores medium locum occupãt, ita quoq; in hac cauda euenit, nam binas, quas dixi, illas longiſſimas ſedecim aliæ, octo nimirum, vtrimq; à lateribus cingũt, omnes diuerſæ magnitudinis; ſunt autem coloris cinericij ad latera ferruginei, prope caules nigreſcentibus maculis inuicem in longiſſimis oppoſitis, in minoribus ab vno

Ala. latere tantummodò, aut minus ſaltem apparentibus decoratæ. Alæ clauſæ dodrantem longæ ſunt, expanſæ duos dodrantes latæ. Harum pennæ, vbi corpori annectuntur, coloribus eiſdem, quibus dorſi principium, variegantur; quæ vero has ſequuntur, poſteriora dorſi imitantur; coſtæ tamen, vt in Perdice cinerea, quarum item colorem pennæ remiges ad vnguem fermè exprimunt, ex cinereo nimirum fuſceſcentes, & albicantibus vbiq; maculis diſtinctæ. In colli pennis hoc in primis aduertendum eſt, quod pennæ eius tam igneo

Pectus. *Venter.* colore coruſcantes infrà prope pectus, quã ſupra prope dorsũ lõgè ſint breuiores, alioqui ex æquo cætera reſpondent. Pectus venterq; vbi ventriculus eſt, & quam eius partem alæ

Tibiæ. *Pedes.* operiunt, ijſdem quibus collũ coloribus, ſed obſcuriùs coruſcant, pennæq; hic multo maiores ſunt, prope annum, & in femoribus ex ferrugineo fuſceſcit. Tibiæ, pedes & digiti, atq; vngues coloris cornei, digiti tamen, & vnguium color magis fuſceſcit; digitis membranæ maiuſcula, qualis quòd ſciam, in nulla alia puluerarrice reperitur, ad natandum fortè non inepta, intexitur. Tibiæ calcaria habent, quàm in Gallo breuiora quidem, attamen acuta, coloris nigri, quæ tamen Albertus, & author de natura rerum in hac aue negauerunt. Fœmina mare, per omnia deformior eſt Coturnicis ferè colore.

LOCVS.

PHASIANVS loca plerunq; paludoſa quærit, & ab hominum conſortio remota, qualia prope Phaſidem amnem, à quo nomen obtinuiſſe perhibent, erant; quapropter fortè horridum eum Statius vocabat, dum ait:

Inter quæ ſubito caduntur volatu.
Immenſæ volucrum per aſtra nubes
Quas Nilus facer, horridiſq; Phaſis,

Quas

Quas vdo Numidæ legunt sub Aultre.

Ab hoc eodē amne eidē a Statio Phasidis ales, alijsq; poetis vocatur, vt Martiali hoc versu. a l. 4. Syl.

Si libyca nobis volucres & Phasides essent.

Et alibi:

Et impiorum Phasiana Colchorum.

Titus Vespasianus Strozza inde etiam Phasiacam auem dixit:

Non magni corporis ingens
Phasiacis robur profuit altitibus.

Apud b Textorem istæc leguntur epitheta omnia à loco eodem accepta: Phasianus Scyticus, Phasiacus, & Phasius: at dicendum potiùs Phasiaca aut Phasia aut Phasis auis quam c Tito Vespasiano Strozzæ Phasis auis longè alia volucris esse videatur, vtpote cui sermonem humanum attribuit: Scyticus verò epitheton est. Athenæus olim hasce volucres ex Media, quasi ibi copiosiores aut meliores essent, accersiri solitas tradit, & d Ælianus in Indiæ hortis vnà cū Pauonibus mansuetas olim enutritas esse. In Curiana regione, vt refert Petrus Martyr, Phasiani tam numerosè capiuntur, vt duabus aciculis singulos Christianis eò venientibus vendant. Stumpfius in montibus Helueticis quàm plurimos ali scribit. Ornithologo verò Heluetio nullos ibi vnquam obseruare licuit: quamuis etiam plurima loca montana sese penetrasse profiteatur. Neq; ego etiam Stumpfio hac in parte facilè crediderim, quia paludosa, vt dixi, plerumq; quærunt, & in nostris paludibus quandoq; capi intelligo. Fridericum Saxoniæ Ducem Phasianos memorant circiter ducentos per Saxoniam emissos capi vetuisse: itaq; etiamnum illic feliciter agere augeriq;. Olaus magnus non solùm Phasianos siue Gallos sylueſtres in quibusdam Scandinauiæ locis reperiri scribit, at, quod mirum est, absq; cibo sub niue latitare: Albertus alibi contextum Aristotelis interpretans, apud quem tamen nihil tale legitur à principio hyemis solum inter aues Phasianum loca mutare, & modò ad hac, modò ad illam syluam transcurrere, sed id non facere apud suos scribit: sed ibi per syluas distantias vagari, & aliquando in hortis, illis & vrbibus requiescere, & sæpius Coloniæ in horto suo inter saluiam & rutam latitantem lassum nimirum ex volatu obseruasse.

b In Epith.

c l. 4. Eroticon.

d lib. 13. de Animal. c. 18.

e lib. 8. dec. 1. ser. Ind.

Fridericus Saxon. dux

COITVS. PARTVS.

OBSCVRVS quidam Aristotelē citans Phasianos author est tempore libidinis tantùm gregatim degere, aliàs solos. Libidinem verò exercent, vt a Palladius testatur, mēse Martio vel Aprili, aitq; minus, quàm aliàs huius generis aues salaces esse, ideoq; duabus fæmellis vnum marem sufficere: viginti autem ferè ouis pariendi ordinem concludi. Quod ad incubationem spectat, iubet, vt oua Gallinis potius incubanda committantur, & quindecim Phasianina oua vna matrix cooperiat; cætera sui generis. Monet item, vt in supponendo eadē de luna & diebus, quæ ab ipso in alijs, à nobis in Pauone dicta sunt, obseruentur: semel tantùm in anno fœtificare, & trigesimo die maturos pullos in lucem emittere: quo loco Ornithologus fortè vigesimo legendum conijcit: sed an rectè equidem iudicare non possum, qui nunquā has aues alui: scio tamen Florentinum istæc oua non aliter quam Gallinarū ad vigesimam primam diem excludi scribere. De ouis harum volucrum loquens b Aristoteles punctis ea distingui ait, vt Gaza transtulit: & vt Græcus contextus habet: sed c Plinius, si modò ita vertit, vt in codicibus nostris legitur, nempe: *Ouorum alia punctis distincta sunt, vt Meleagridum: alia rubri coloris, vt Phasiani, Cenchridis:* Aristotelem inuertit: Quare si placet, locū ita restitue: Oua quædā punctis distincta sunt, vt Meleagridum & Phasianorum: rubrum Tinnunculi est: nam & de hoc ita Aristoteles scribit. Atq; hoc volut parergon interiectum esto. Antequam vero iam exclusos pullos educādi rationem docere egrediar, dicam prius ex d Gyberto Longolio, quomodo ex Phasiano mare & Gallinis Gallinaceis simul coeūntibus Phasiani procreentur. Super qua re ille cū interlocutore Pamphilo hunc in modum disputat. LONG. Noui quosdam, qui singulari artificio ingentem apud nostrates ex educatione & seminio Phasianorum quæstum faciebant, quorum fanè ædes rectiùs officinam, quàm viuarium Phasianorum quispiam appellauerit. PAM. quæso rationem istam explices. LONG. Phasianum marem, qua poterat diligentia, curabat quidam in domuncula decem pedibus longa lataq; viminibus & luto vndiq; bene ab aere tuta, in ea feneſtellæ omnes in meridiem spectantes, de summo tecto copiosè satis lumen

a l. 1. de re rust.

Quot diebus incubent.

b l. 6. Hist. cap. 2.

c lib. 10. c. 52. Plinius correctus.

d In Dialogo de auib.

Officina Phasianorum.

lumen adminiſtrabant, in medio crates vimineæ domunculam diuidebant. Interuallum cratium tantum erat opertum, quantum ſatis fuit auis capiti colloq; tranſmittendo. In altero macelli latere Phaſianus ſolus regnabat. PAM. Quid verò altera pars, carebatnè habitatore? LON. Audies. Sub initium veris, villicanas aliquot Gallinas ſibi comparabat: ſed fœcunditatis cognitæ, plumiſq; varijs, vt propemodum fœminam Phaſianum mentiri poſſent. Has aliquot diebus communi pabulo alebat, verùm ita obiecto cibo, vt Phaſianus in Gallinarum conuiuio, traiecto per craticulam collo, lucraretur. PAM. Quæ de cauſa obſecro non admittebatur? LON. Principio hac ratione conſueſcere cum Gallinis diſcunt, deinde moleſti eſſe nequeunt, cùm veluti carcere ab iniuria inferenda prohibeantur. Alioqui ita ferociunt capti, vt ne Pauoni quidem parcant; quin mox ore dilacerent. At vbi iam aliquot dies conſuetudine Gallinarum mitior factus eſt, vna, quam cognouit illi inter reliquas magis familiarem, intromittitur, plabulumq; copioſius ſuggeritur. PAM. Quid de reliquis fiet? LONG. Plerunq; primam iugulare ſolet: ne Gallinarius itaq; cuſtos omni ſpe ſua decoletur, reliquas in ſubſidium alit. PAM. Quid ſi res ad triarios redat: ſolaque vna ſupereſt ſpes gregis? LON. Tum latrone comprehenſo, candente ferro roſtrum illius tangunt, & vino chymico nates illius lauant. PAM. O Apicianam diligentiam. LON. vbi cognouerint Gallinas ab illo plenas factas, diuortium ſtatim procuratur, admittiturq; noua pellex, quam cupiunt vxoris more ab illo tractari. Vxorem autem ad ouorum portionem alunt. Oua autem, quotquot poſuit, incubantibus alijs ſupponuntur. PAM. Ea fortè ab Gallinaceis reliquis nihil diſtar. LONG. Imo punctis nigris vndiq; ſunt maculata, & longè maiora, ſpecioſioraq;. Vbi autem poſt animationem excluſa ſunt, à Gallina ſeorſim educantur: maximè polenta illius frumenti, quod vulgò non ineptè fagotriticum vocant, quod ſemen fago (id eſt, fagi ſemini) farinæ triticeæ perquàm ſimile ſit: idipſum aqua ex lacubus fabrorum hauſta ſubigunt, apij folia recentia cultellis domita, immiſcent: obijciunt autem baccas, quæ ex hyeme ſuperſuere ijs enim maximè delectantur, & ad incrementa proficiunt. PAM. Non tamen fieri credo, vt per omnia patri ſimiles ſint. LONG. Non ſunt: Verùm qui fucum iſtum non nouère, fraudem non facilè ſentiunt. Porrò fœminæ ex hoc ſeminio procreatæ, cùm ad patrem admittuntur, primo aut ſecundo partu genus ad vnguem propagant. PAM. Mirum ergo mihi, non omnia auiaria Phaſianis eſſe plena. LONG. Non dubito magnum prouentum cuiuis etiam polliceri, modò neque laboris ſit impatiens, & ſumptus magnos ferre poſſit. Cogitur enim paupertinos aliquot alere, qui pro baccis quotidiè in ſyluam excurrant. Nam ſiue ijs nihil ab illis boni ſperare licet. Hæc omnia Gybertus Longolius. Palladius vt ad communes Phaſianos regrediatur noſtra oratio, obſeruari iubet, vt nouelli ad procurandos fœtus parentur, id eſt, qui anno præcedenti ſunt editi. Veteres enim fœcundos eſſe negat.

Phaſiano-feritas.

Feritas quomodo corrigatur.

Eagotriticum vnde dictum.

VICTVS. EDVCATIO.

Saginatio.

PHASIANVS carpophagus & ſpermologus eſt, hoc eſt, fructibus, nempe baccis, & granis ſeminibuſque veſcitur. Auena verò quàm maximè teſte Alberto delectatur. Educatur, vt M. Varro ſcribit, cuius verba leguntur in Geoponicis Græcis, ſicuti Numidicæ, Perdices & Attagenæ, necnon & Pauones. Saginatur optimè incluſi. Prima die nihil offerri præcipit, ſecunda hydromel aut vinum, dein hordei farinam aquæ infuſione ſubactam, eamq; alternatim, paulatimq;, mox lomentum fabaceum, hordeum & milium minimè infectum (Græcus contextus habet κίκερος) poſtremò linoſpermon elixarum, polentæq; hordeaceæ permixtũ, atq; ita ex omnibus adiecto etiã oleo pulticulas fieri (μάζας, id eſt, offas) & ad ſatietatem concedi. Sunt qui ad quintum vſq; aut ſextum diem exhibent fœnugræcum, eo nimirum vacuari purgariq; volentes. Pingueſcunt autem vt plurimùm diebus ſexaginta. Atq; hæc ex Varrone. Quam eandem quoq; ſaginandi rationem Palladius aſſeuerat; & modij vnus triticeam farinam in breuiſſimas offalas redactam clauſo Phaſiano per triginta dies exhibitam ſatis eſſe tradit: vel ſi hordeaceam potiùs præbere velimus, vnius & ſeſſis modij per prædictos dies ſaginam explere, ſed obſeruandum eſſe vt offulæ ipſæ oleo aſperſo leuigentur, atq; ita faucibus inſerantur, cauendumq; ne ſub lin-

Auena.

Fœnugræcum.

gua

gua mergantur, nam ita statim perire: diligenterque curandum ne noua alimenta, nisi aliis cigestis subingerantur, quia onus tanti cibi in ventriculo hærentis eos facillimè extinguat. Iubet insuper quindecim dierum intervallo farre hordei decocto & leuiter refrigerato cum aspersо vini imbre pasci, dein triticum fractum præberi, & locustas & ova formicæ: Monet deniq; vt ab aquæ accessu prohibeantur, ne pituita eos infestet.

NATVRA. MORES.

Ingenium.

DE Phasiani moribus & ingenio nihil propemodum à classicis scriptoribus reperio exaratum, præterquam quod captum ita ferocire aiunt, vt ne Gallinis Pauonibusq; si vna nutriantur, parcat, quin inuadat, & rostro dilaceret. Obscurus quidam Aristotelem citans, licet aliàs in illis, quæ nunc extant ab ipso conscripta, non reperiatur, cælo pluuioso, tanquam id ægrè ferentem in rubetis & syluis sese abscondere asserit, pennasque dum nimis pinguescit, illi decidere, easdemq; rursus facili negocio renouari. Quod ad indolem, ingeniumque spectat, ob stoliditatem malè apud multos audit: ipsum tradentes capite in terram immisso, & abscondito totum se latere existimare. *a* Tertullianus quidem illud de Struthiocamelo tradit, cùm ait: *Struthiocamelum aiunt cùm delitescendum habet, caput solum plane totum in condensum abscondere, reliquum se in apertum relinquere: ita dum in copue secura est, nuda qua maior est, capitur tota cum capite.* Alibi quoq; idem de Phasiano scribit referente Ornithologo, qui hæc eius verba citat: *At nos Phasianos aues hoc facere videmus.* Verùm non in eo dumtaxat ingenij sui stoliditatem manifestat, sed in hoc quoque, quòd dum propriam imaginem, tanquam philautus quispiam Narcissus admiratur, capi se prius sinat, quàm aufugere queat. Cuius gnari aucupes imaginem eius in albo quodam linteo depingunt, eaq; ei obiecta in retiam pelliciunt. *b* Cardanus huiusce rei rationem reddens, eam in obtusam oculorum aciem, nec non in auis simplicitatem reijcit.

Stoliditas.

a l. de Virginib. velandis.

Phasiani philautia. Vt capiat.

b In appen. c. 36. d. varict. rer.

CORPORIS AFFECTVS.

ARISTOTELES & Plinius Phasianos tradunt pediculis interire, nisi sese puluerent: quem affectum, vi & quosdam alios cum Gallinaceo genere communes obtinent, de quibus sigillatim & eorum curatione post in capite de Gallinis abundè sumus dicturi, quoniam eisdem prorsus remedijs curantur. Illud tamen hic præterire nequeo vulgatissimum vitium nempe pituitam ex *a* Palladij præscriptio ita sanari: Allio, inquit, cum pice liquida trito rostra eorum debebis assiduus perfricare, vel vitium, vt in Gallinis fieri dicemus, auferre.

Pediculi. Pituita curatio.

a l. 1. de re rust. c. 29.

CAPIENDI
Ratio.

ANTEQVAM de ratione capiendi hasce nobilissimas volucres agam, obiter prius admonuisse placuit, nonnullis in locis non cuiuis hanc venationem esse concessam, quin tantam eius esse prærogatiuam, vt Carolus quartus Gallorum rex Christianissimus eiusmodi auibus, nisi à nobilibus habentibus merum imperium, vel eorum permissu intra sua pomeria iurisdictionem q; retia tendi concedere voluerit, & nisi barones sint, vinas capi, vel alio modo, quàm prædatorio auium aucupio vetuerit. Inter alia vtilissima agriculturæ dogmata, quę *a* Petrus Crescentiensis Senator olim Bononiensis rusticarum rerum scientissimus, sed quas barbaro illo sæculo natus stylo elegantiori conscribere non potuit, sed rem hic, non verba captamus, Phasianos capiendi modum hisce verbis docuit: Reti, quod

Quibus Phasianos capere concessum.

a lib. 10. c. 25.

Rete expegatorium. expegatorium vulgò vocatur, ſatis magno capiuntur Phaſiani, Cuturnices & Perdices & aliæ quædam aues cum auxilio catuli ad hoc inſtructi, qui aues inquirit, quas cùm viderit, ſubſiſtit, nec ad eas progreditur, ne depellat: ſed aucupem ſuum dominum reſpiciens retro caudam mouet: vnde auceps cognoſcit aues eſſe prope canem, & tunc ipſe ac ſocius rete trahunt, atq; aues vnà cum catulo cooperiunt. *c* Et rurſus hoc modo Perdices in agris & Phaſianos ac Coturnices in ſemitis nemorum, per quas tranſeunt capi tradit: Fiant, inquit, laquei multi de pilis caudæ equinæ, in funiculo eiuſdem materiæ texti, qui tenduntur in ſulcis frumenti, funiculo à terra eleuato vltra altitudinem auis, parum decliuis laqueis & apertis, vt auis tranſiens capite immiſſo capiatur collo. Hactenus ille. Phaſianus etiam ſic capitur, auceps ſcutum ex panno lineo fabricat, & in eius medio panniculum rubeum collocat: quem ruborem in albo auis fatua dum attentiùs contemplatur, inſolitumq; admiratur: auceps hærentem viſu cernens, in dorſum retrocedere cogit ſcuti conamine, donec in retia eminus parata captiuum deijciat. Aliter. Auceps panno, in quo Phaſianus depictus eſt, coopertus, ſeſe ei oſtendit, hic ſequens coopertum, nec fugientem, nec retrocedentem, tandem à ſocio aucupis in inſidijs latitante reti inuoluitur. Aliter ex Alberto: Auis fatua eſt, inquit, & facilè capitur. Si quis enim pannus albus quadrangulus inter quatuor virgas vel baculos, inde Pectibiliter diſtenſus pictum in ſe Phaſianum rubei coloris præferat, adeò Phaſianus miratur picturam, vt non aduertens venatorem retrorſum in rete contrudatur. Adhuc longè præparatum rete etiam per modum dictum quadrangulum erigitur, & baculo ſuſtentatur, ita quod leui motu cadere poteſt: & in baculo ſuſtentante eſt ſub niue chorda vel folijs ad la ibulum protenſa aucupis; & ſub illo reti cibus auenæ, qui eſt pabulum Phaſiani ſpoſitus, & ſuper congregatos ibi Phaſianos rete deijcitur. Capitur autem etiam laqueis in vijs per quas de ſylua vadit ad aquam diſtenſis. Hæc Albertus. Eiuſcemodi inſidiæ in aurora vel circa veſperam inſtrui optimè poterunt, nam tunc, vt Obſcurus quidam tanquam ex Ariſtotele ſcribit, de ſyluis egreditur. Curiacenſes orbis nuperrimè reperti populi, apud quos ex Petro Martyre ingentem harum auium copiam dari diximus, *d* eodem tradente callidi venatores ſunt, Phaſianoſq; certis ſagittis facilè interficiunt. Quomodo verò Accipiter ad aucupium harum auium ſit inſtruendus *e* alibi ex Demetrio Conſtantinopolitano docuimus.

c Cap. 26.

Inſidiæ quando ſtruendæ.

Curiacenſes vt Phaſianos occidant.

d L. 8. dec. 1. rer. Indic.

e To. 1. lib. 4. de Accipit. in genere.

DENOMINATA.

Phaſiana regio.

Phaſiani populi.

PHASIANVS quandoq; adiectiuum & nomen gentile eſt. Nam vt antè etiam diximus, Phaſiana quædam regio dicitur, & eius populi Phaſiani: quo modo Phaſianum alitem, & Phaſianam auem, & canem equumue Phaſianum dicere poſſimus; & fortè Phaſis aliquando adiectiuè accipitur, ſed tum φασίς ſcribendum cum acuto in vltima, vt ſcilicet differat à proprio fluuij & ciuitatis φασις quod penanflexum eſt, vt ſi quis Phaſidem auem, id eſt, auem Phaſianam dicat. *a* Ariſtophanes quendam φασιανικὴν appellat, quaſi ſycophantem, vti Scholiaſtes traducit, παρὰ τὸ φαίνειν. Et *b* alibi μητ' ἄλλος ὅστις φασιάνος ἐς ἀνὴρ etiam exponit ſycophantem παρὰ τὴν φάσιν, quod eſt, φαίνειν Phaſianarius Paulo iuriſconſulto dicitur, qui Phaſianos paſcit. Stephano gentilia ſunt φασιάτης, φασιανικὸς (fortè φασιατικὸς) & φασιανός, vnde fæmininum φασιανή. A Tito Veſpaſiano Strozza Phaſias pro Medea ponitur. Idem Phaſiacas alites dixit pro Phaſianis.

Phaſis auis.

a In Auib.

b In Acherenſibus.

Phaſianarius.

Phaſias pro Medea.

PROVERBIA.

Itys Phaſianum ſignificat.

NON ſi mihi Phaſianos dederis, quos alit Leogoras, Εἰ δοίης γέμοι τοὺς φασιανοὺς, οὓς τρέφει Λεωγόρας. dictum eſt Ariſtophanis, quod Scholiaſtes tanquam prouerbiale interpretatur in eos, qui quonis pretio aliquid ſe facturos negant. Sed alij hic pro Phaſianis equos, alij aues interpretantur.

a In Capt.

Itym, quia in Phaſianum, ſicuti ſubinde in fabuloſis dicemus, quandoq; pro ipſa hac aue accipi à poetis antea annotauimus. Atq; in hoc ſenſu meo: A iudicio, quamuis alij aliter interpretari conentur, prouerbiali figura *a* Plautus dixit: *I modo venare leporem, nunc Itym penes*: id eſt, hanc cænam quilemcumq; certam habens, quæ re alteram, ſi potes, potiorem. Quadrat adagium in eos, quos, vbi commodi quippiam nacti ſunt, iubebimus ad aliud ſeſe accin

Auctoris adagiorum Manutij error.

accingere. Adagiorum author, eiusque verba ad verbum transcribens Manutius, dum existimans deprauatum illum esse Plauti locum, nec Itym legendum, vt codices eius habent, nec Ichtyn, id est, piscem, vt perperam mutauit quidam, quoniam nec auis, nec piscis quicquam faciat ad venationem leporis, sed ictin, id est, Viuerram, quòd huic animali præcipua sit gratia propter venarum leporum & cuniculorum, dictionem leporum *b* Plinio, quem testem citant, de suo addunt, neq; enim in vllis codicibus legitur; siquidem & ratio suadet, & res ipsa monet, longè aliam cuniculos capiendi rationem esse, qui in suos multifores specus statim se abdunt, quò ictides, & mustelæ propter corporis paruitatem facilè eas sequuntur: aliam verò lepores, quorum sola salutis suæ spes in pedum velocitate consistit, dum quàm longissimè possunt concitatissimo cursu feruntur, vbi vix pernicissimi canes, hique soli, qui ab hoc munere leporarij appellantur, in equi possunt; tantum abest, vt mustelæ animantia, si canibus & leporibus comparentur, tardigrada, id, quod illi tradunt præstent. Itaq; meo iudicio prior lectio potior videtur; ac si diceret facetissimus & disertissimus ille Comicus, cænam habes opiparam ex aue lautissima, sed si potes, venare tibi ex quadrupedibus meliorem, nempe leporem, nam vt est in vulgatissimo illo Epigrammatarij, pentametro.

b l. 8. c. 55. *Coniculorum & leporum capiendi rationem diuersã esse.* *Canes leporarijs.*

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Scio tamen alios esse, qui pro Ity Cirin, hoc est, Galeritam legant, sed ea cæna parasito illi (quem gurgitem Plautus, & voraginem, & mare profundum, eleganter ad fundum alludens, vocat quasi mare quoddam sit, quo omnia forbeantur, & hauriantur) vtpote nimis tenui famem explere non potuerit. Rursus qui legunt, *nunc i, rem tenes*, nulla prorsus ratione nituntur. Neq; pariter *c* Adrianus Turnebus, eumque secutus, Dionysius Lambinus pro Ity irim legentes mihi satisfaciunt. Volunt enim, vt aromaticam & condimentariam Catonis radicem intelligamus ad commendandam cibi gratiam: quoniam, inquiunt, Ægio parasitum inuitans promittit condimentariam suam cænam esse, cùm sit hortensis tota ex oluscubis & heluellis, vnde addit.

Parasitus bellus.

c l. 13. *Aduers. c. 7. in cõm. i Pla.*

Non meus scrupeam victus commetat vitam;

hoc est parabilis & facilis est mea cæna, nec scrupea, nec aspera captatur via, vt cæna, in qua venatio est. Sic illi. At quomodo Ægio parasitum illum ad tam vilem & abiectam cænam, qualem ei haud domi suæ defuisse verisimile est, inuitare potuerit, prorsus non video. Quamuis enim Plautus subiungat: *non meus scrupeam* &c. & lepus etiam huiusmodi loca incolat, quid obstat, cur non Itys, siue Phasianus exhibitus fuerit; siquidem iam ipsum captum habebat, ac si diceret, si Phasianum asperneris, i, & rursus per aspera loca leporem venare.

VSVS. ICONES.

ORNITHOLOGVS. Phasianorum pennis nonnullos piscatores nescio quod genus muscarum certis anni temporibus repræsentare scribit, quibus hamo infixis pisces decipiant. Romæ in ædibus M. Curtij à Friapane prope D. Marci templum, Cupidinis simulacrum obseruaui nudum, Phasianum pullum brachij complectentis: fortè quòd eiusmodi auis illi Deo sacer esset. Ibidem in ædibus D. Francisci de Aragonia post templum D. Mariæ in via fontis simulacrum vidi cum duabus statuis integris, togatisq; quæ & ipsæ Phasianum adhuc pullum brachijs suis comprimebat.

Piscium capiendorum mira ratio.

VSVS IN MEDICINA.

ALEXANDER *a* Trallianus Phasianos non pingues, Perdices, Attagenes, Turdos & alios rurales Passeres purulentis pro cibo decoctos concedit, quòd eorum iura, vlcera magis detergeant, ventremq; humidiorem efficiant, & febres intendant. Marcellus verò Empyricus vinum, in quo extinctus est Phasianus ei, quo torsiones patitur, exhiberi iubet, confestimq; sanitatem inde pollicetur. Ex recentioribus quoq; Leonellus Fauentinus cuidam medicamento ad phtisicos restaurandos, carnes testudinis, aut Phasiani, aut cancrorum fluuiatilium adijci præcipit. Medulla arietis non castrati ab authoribus passim

a l. 7. c. 2. *Medulla arietis.*

passim inter venena numeratur, humanæq; naturæ adeò inimicâ esse fertur, vt memoriam aboleat. Cuius virulentiæ *b* Villanouanus carnes Phasiani resistere affirmat. Quod si verum est, fortè occulta proprietate fecerit, nisi dicamus omnibus venenis aduersari, quemadmodum vniuersaliter de sanguine huius aliti Kiranides scribit. Apud *c* Paulum Aeginetam adeps Phasiani, & Anseris miscetur emplastro diapyranu appellato, cuius compositionem legere desiderantes eò ablegamus. Eundem adipem tetanicis prodesse, & matricis paffioni: fel visum acuere, stercus inunctum, vel potum erectionem facere (ita habet) idem Kiranides attestatur. *d* Galenus adipem laudat in renum affectibus, dum ait: Posteaquam autem aluus satis exercuit, injicienda sunt, quæ vrinæ vias dilatare, relaxare, calculum deprimere, & morsus mitigare queant. Vtilis ad hæc materia est oleum anethinum, in quo elixatus sit adeps Gallinaceus quàm recens, maximoperè verò Phasiani adeps, vel butyrum recens, &c.

b l. 1. de dot. Theriacæ.

c l. 7. c. 17.

Fellis Stercoris.

Adipis vsus.

d l. de vet. affect. dignatione, & curat. c. 4.

VSVS IN CIBIS.

Phasiani in cibis laus.

PHASIANVM auem, inquit Longolius, omnium libri decantant, quem primum ferè in mensis esse iudicant propter carnis bonitatem, à qua medicinæ professores veluti à scopo de temperamentis ciborum iudicia auspicantur. Et reuera Galenus Phasiani esu multis in locis plurimùm cõmendat, adnumeratq; cibarijs laudatis, & quæ neq; tenuem neq; crassum succum gignunt, Eiusq; carnem, quod ad concoctionem, & nutrimentum attinet, Gallinarum carni similem, suauitate verò in edendo parem esse tradit. Et Simeon Sethi Phasianos probe concoqui ait, boniq; succi esse, & bonum laudatumq; sanguinem generare. Alij Perdici præferunt, alij medium inter Perdicem, & Capum locum tribuunt. Auerroes omni auium generi præfert, quem Petrus Apponensis, qui vulgò Conciliator dicitur, haud dubio secutus, sic scriptum reliquit. *Inter aues syluestres Phasiani præferuntur ad sanitatem, pariter & robur & fortè etiam domesticis, cùm Gallinis proximi sint, & eiusdem ferè speciei: sintq; illis succioris acris ac alimenti, & exercitij amplioris: sequuntur eos Perdices, Starnæ, &c.* Reliqui verò Arabes ferè omnes Perdicibus eos posponunt, vt Isaac *inter aues, Starnæ, &c.* inquiens, *Starna* (Perdix minori) *est subtilior* (leuior) *pullis Perdicis, & pullis Gallinacei: deinde Perdix, Phasianus, & Gallina.* Elluchasem quoq; Phasianos minus subtiles facit minusq; temperatæ naturæ, quàm Perdices. Deniq; & ipse princeps Auicenna *Alduragi* (Attagenis) inquit, *caro excellit, & Gallinarum est subtilior ea, & non sunt cum nutrimento carnium. Alchabegi, & Altaraigi, & Alderaigi, id est, Perdicis maioris & minoris, & Phasiani.* Alij rursus carnem Phasiani magis nutrire, quàm Perdicis, minus verò partes imbecilliores corroborare, restaurareq; asserunt. Verum Phasianus meo iudicio non solũ medium inter Capum, & Perdicem locum obtinet, sed omnibus etiam, quas recensuimus, auibus præferendus est, modo fraceſcens, prout expedit, edatur, & dùm etiamnum pullus est: Nam talis absq; omni controuersia, vt gustu saporeq; gratior, ac iucundior, ita pariter salubrior existit, quòd mihi non solùm Galenus, sed ipsa insuper experientia persuadet. Etenim sapor melior auem conditione potiorem omnino indicat, siquidem ex bonitate ea nisi bonum præstare nequit. Saporis enim suauitate allectus auidiùs eam amplexatur ventriculus, & facilè conficit: vnde recrementorum paucitas, contra alimenti copia, vt cuncta non dissimilia commoda tandem, procedit, hacque gratia Phasianus non iniuria meliore loco reponitur, non autem ob raritatem, quæ nihil facit ad alendi rationem, præstat, si rectè pensetur. Rara enim multa non sanè optima in cibis. Sed ideo quoq; bonitate Gallinaceum genus Phasiani vincunt, quatenus exercitatio cælumq; liberius (nam syluatici plerunq; existunt, contrà Gallinaceum genus domum parietibus includitur) pluſculum veræ gratiæ conciliat. Nec mnus profectò ex castratione discrimen existit, quæ cũ in Phasiano nulla sit, non enim Phasianos Capos audimus, vt Gallinaceos, in Gallo, nisi castretur, detegit malitiã carnis, fibrositatem, duritiem, succum malũ, fallum, nitrosumq; nõ æquè contingit in Phasiano, cuius etiam non castrati innocuus quin gratus, acceptuiq; perpetuo vsus est, sed maximo bonitatis, consentientisq; nobis alimenti argumento id vnum erit. s. minimè futuri huiusmodi, nisi temperatione vnà per totum, tempusq; omne carnis substantia, melioreq; & nutricandiui potiore quadam constaret. Phasiani itaq; cùm quia rari sint, tùm quia sapore iucundissimi, & tale, quale diximus, alimentum edentibus præbeant, ditissimorum mensis duntaxat nati videntur: fuerũt etenim sẽper in supremo honoris culmine habiti. *a* Philostratus aues à Phaside, Mæoniaq; aductas inter delicias enumerat. Plinius aues vltra cũ annẽ peritas veluti sũmã luxuriam

Perdicis minoris.

Phasianus quãdo præstet.

Rara an bona.

Phasiani in cibo meliores, quam Gallinaceũ genus.

Phasiani nõ castratur.

a l. 6. de vita Apollonij.

riam vitu perat. Clemens Alexandrinus gulæ, & ventri deditos vocat, qui ὄρνεις τὰς ἀπὸ φασιδος celebrare non desinunt. Ab hisce alitibus D. Hieronymus Saluinam, quam à secundis nuptijs temperare sese admonet, tanquam à præcipuis gulæ illecebris, sibi caueat, adhortatur, inquiens: *Procul sint à conuiuijs tuis Phasides aues, crassi Turtures, Attagen Ionicus, & omnes aues, quibus amplissima patrimonia auolant. Nec ideo te carnibus vesci non putes, si suum, leporum, & Ceruorum atque quadrupedum animantium esculentias reprobes. Non enim hæc pedum numero, sed suauitate gulæ iudicantur.* Et *d* alibi: *Momento quoq; huius sententiæ. Habentes victum, & vestitum, his contenti sumus. Vbi videris fumare patinas, & Phasidas aues lentis vaporibus decoqui, vbi argenti pondus, vbi feruentes Buricos manos, comatulos pueros, pretiosas vestes picta que tapetia, ibi ditior est largitore, cui largiendum est.* Et ante D. Hieronymum *e* Iuuenalis, vbi omnibus in rebus luxum vitandum esse admonet, mediocritatemq; ac temperantiã colendam, Scythicas aues, id est, Phasianos inter epulas luxuriã incitantes etiam nominat, ita canens.

d Saluinã de viduitate seruanda ad Pammach. super obitu Paulinæ vxoris e Saty. 11.

Sed nec structor erit cui cedere debeat omnes
Pergula, discipulus Trypheri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus, atq; aper & Pygargus.
Vt Scyticæ volucres, & Phœnicopterus ingens
Et getulus Orix, habeti lautissima ferro
Cæditur, & tota sonat vlmea cæna Subvrra.

In eodem planè sensu *f* Martialis pariter ait:

f In Xenijs

Si Lybicæ nobis volucres & Phasides essent
Acciperes; at nunc accipe cortis aues.

Lampridius Phasianum à Seuero in maioribus tantùm festis positum, Heliogabalum vero ista habuisse consuetudinẽ, vt vna die nihil præter Phasianos ederet alia verò de pullis Alibi etiam eundem eò prodigalitatis peruenisse testatur, vt Leones, & alia bruta Phasianis & Psittacis pasceret, auibus nimirũ peregrinis, & maximi pretij. Contra Pertinax & ipse imperator nimirũ illiberalis habitus fuit, quia, vt Iulius Capitolinus refert, Phasianum nũquam priuato conuiuio comederet, aut alicui mittere. Ita pariter rex Ptolomæus lib. 12. operis de palatijs regijs Alexãdriæ, & animalibus, quæ in ijs nutriũtur, se nunquã Phasianũ degustasse, sed tanquã quoddã κειμήλιον, id est rem pretiosã conseruasse gloriatur. Nostrũ verò singulis inquit, Athenæus Dipnosophista, apud Laurentiũ Romę cõuiuantibus singuli appositi erãt Phasiani. Quis amabo hinc nõ videat, quo in honore olim eius Phasiani habitus fueritis? Exclamemus itaq; cũ doctissimo *g* Petrarcha: quãto meliùs isti nostri Phasiani, & mẽsarum decus eximiũ, & gulæ sũma felicitas apud Colchũ semper, & Phasidẽ latuissent, quã huc ad corrumpendum nostrum orbem, & irritãdas illecebras aduolassent. Iulius Scaliger quendã homuncionem, Picatũ ei dictũ carnẽ porcinam Phasianæ, & Perdicum, atq; id generis lautissimis carnibus præferentem festiuo hocce epigrammate ludens porcũ nominat.

g De Remed. dial. 18. De porcina carne, elegans scomma.

Rogabat in conuiuio satis claro
Vbi sederent nobiles magistratus
Sestertiorum flesculus monetarum
Potissimùm quæ è carnibus probaretur.
Nil alios moratos, vt decet fortem
Statim Picatus dixit esse porcinam.
Tum Præsul. Ergo qui lepusculis fiet
Perdice, & Attagine, Phasianoque?
Hic ille, nare bisq; tergi permũcta
Hoc quod gerebat, vnctiore mantili,
Cerutce flexa, pendulum liberans mentum
Suo canora labra more dissplendens
Illas alendo ineptius culas, dixit
Illam simillimam esse carnis humanæ.
Macte, inquit ille, vera sicarit vates
Vetter Galenus, de Canopicis scribens,
Vocansq; asellos à cibis asellinis
Non ladet is, qui vel vocauerit porcos.

Picatus quidam porcus dictus.

Porcinæ carnis laus.

Sed quod si quis Picati illius partes tueatur, inquiens solam ex omnibus animantibus carnem porcinã temperamento nostro, vt idem ille Picatus statuebat, simillimã esse quòd profectò ad alimẽti iusti æquatiq; naturam declarandam terminandamq; primum ac necessa-

rium

Caro humana ſuilla loco hoſpitibus appoſita.

rium ſemper exiſtit. Reliqua enim omnia non ſolùm carnes, ſed ex quibus tandem alimentum capimus, à iuſto illo temperamento recedentia, alimenti puri ſynceriq; naturam amittunt, & tanquam medicamentoſam induunt. Vna itaq; Suilla caro hac culpa caret, videlicet, vt dixi, humano tẽperamento adæquata: adeo, vt Galenus teſtetur ſceleſtiſſimos quoſdam caupones hoſpitio ſuſceptis humanas pro ſuillis appoſuiſſe, ignaroſq; illos pro ſuillis tanquam eiuſdem ſaporis eſitaſſe, donec detecta fraude præhenſi fuiſſent, ac tanto facinore digna pœna mulctati. Quid iam ad hæc reſponſurus erat Scaliger? ſed hic ludit cum Picato illo, non diſputat. Vt modò ad Phaſiani delicias, vnde digreſſa eſt, oratio noſtra redeat; omnes volucres, ſeorſum verò Phaſianos, Perdices & Coturnices ſi ab Accipitre fuerint occiſę, longè ſapidiores, ac delicatiores eſſe multi tradunt, quã ſi laqueis, aut alia fraude interceptæ fuerint. Quod ad coquendi modum aut præparationem ſpectat, ea ferè talis eſt, qualem in Pauone præſcripſimus. Occiſi antequam coquãtur, hyeme tridui, æſtate bidui interuallo ſuſpendi è pedibus debẽt. Platina primùm iubet aſſari, additq; ſi cùm pipere, & ſaluia elixentur, non in'uaues euaſuros. Ius conſumptum ex Phaſiano, & Capo quomodo fiat, in Capi hiſtoria ex eodem dicemus: qui item alibi eſitum ex carne abdominis Porcini aut vitulini cocta aut conciſa cum caſei veteris parte dimidia ad carnẽ, pauco pingui, herbis odoriferis, & aromatibus parati ait, & quoſdam eſſe, qui etiam pectus Phaſiani aut Capi tunſi non incommodè addant. Sunt qui harum auium carnem hyeme minus ſalubrem aſſerant. Eo itaq; tẽpore caro pectoris, quæ reliqua ſiccior eſt, tutò concedi poteſt. Atq; iſtæc de carne Phaſiani dicta ſunto. Oua eius medicis, ac ipſi Galeno maximoperè commendantur. Ait enim hæc, & Gallinacea cæteris præſtare, & Auicenna, oua Gallinarum, inquit, ſequuntur oua auium, quæ curſu præcedunt, vt Abderagi, id eſt, Phaſiani.

Aues ab Accipitre occiſæ meliores.

Præparatio & coquẽdi modus. Ius cõſumptũ.

Oua.

a lib. 3. de alimentis.

FABVLOSA.

Tereus cur ſũmo ſupplicio affectus.

Terei, & Philomelæ fabula.

TEREVM Martis & Biſtoridis Nymphæ filium ob immoderatã libidinem grauiſſimo ſuplicio affectum fuiſſe poetæ fingunt; quippe cùm non à patria ſolùm exulari coactus ſit, ſed ea homine etiam in auem commutatus. Fabula hoc modo narratur. Tereus iſte aſſiduis prope Prognes vxoris ſuæ, Pandionis Athenarũ Regis & Zeuſippes filiæ precibus impulſus fertur, vt ad Pandionem ſocerum proficiſcerẽtur, rogaretq;, vt cum eo Philomelam ad viſendam ſororẽ mitteret; quod cùm facilè ille à Pandione impetraſſet, vtpote qui virum bonum, & temperantem generum ſuum arbitraretur; tunc ferunt in itinere Tereum, cùm ad Parnaſi vrbẽ Daulidem aduenisſet, Philomelæ amore captum, eam tandem per vim vitiaſſe, licet illa diu rectularetur, ne verò tam turpe facinus, & impurum illa poſtea ſorori aut alij cuipiam manifeſtaret, linguam præcidiſſe, ac in itinere mortuam eſſe, Progne annunciaſſe; contrà Philomelam rem clam per nuncios ſanguine ſuo ſcriptam ſorori miſiſſe, vel potiùs, vt ſentit Nicocrates, acu pictam illi deferendã curauiſſe. Progne itaq; tam atrox facinus non impune oportere eſſe rata, filium Itym, quem vnicum habebat Tereus, coctum epulandum patri appoſuit. Cùm verò hic Itym filium aduocaret, vxor Progne extremas filij partes oſtendit, eumq; à patre comeſum fuiſſe demonſtrauit; quibus is conſpectis ſtricto gladio ad vindicãdam filij cædem accurrit. Quare Deorum conſilio Progne in Hirundinem cõuerſa eſt, vt celerior ad fugam capeſſendam fieret; Tereus verò hanc ſequens factus eſt Vpupa, clamans πȣ̃ πȣ̃, vt ſolent aliquam rem quærentes. Philomela in Luſciniam verſa eſt, & Itys in Phaſianum. An verò Progne in Hirundinem, & Philomela in Luſciniam, vt nos Ouidium ſecuti diximus, immutata fuerit, an verò è contrà Progne in Luſciniam, vt pleriq; volunt, quia huius loci non eſt, aliàs exactè diſputabimus. Etenim hic Itym in Phaſianum transformatum fuiſſe, quod omnibus placet dixiſſe ſufficiat. Hanc eandem fabulam a Homerus, ſed longè aliter, quàm recentiores narrat. Neq; enim Pandionis (niſi Pandioni fortè alio nomine etiam Pandores dictus ſit) neq; Prognes, neq; Terei meminit, & Itylum vocat, quem recentiores Itym, eumq; è Pandorei filia, & Zetho procreatum canit his verſibus.

Itys Terei filius patri coctus apponitur.

Progne in Hirũdinẽ.

Tereus in Vpupam.

Philomela in Luſciniam.

Itys in Phaſianum.

a Odyſſ. T.

Ὡς δ' ὅτε πανδαρέου κουρηχλῷ νίς Ἀηδὼν
Καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱστάμενοιο
Δενδρέον ἐν πετάλοισι κατεζομένη πυκινοῖσιν.
Ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυήχεα φωνὴν,
Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον.

Sicut

Stent autem quando Pundarei filia floridula Luscinia,
Benè canis verè recens stanti, id est nouo.
Arborum in folijs sedens densis,
Quæ frequenter versans fundit personantem vocem
Filium autem lugens Itylum dilectum.

Quid verò per hāc fabulam significare voluerint antiqui, id quoq; suo loco declarabimus. Itym autem ideo in Phasianum conuersum fabulantur, propter carnis præstantiam, vt Platina autumat. Quid enim, inquit, decentius Regum ac lautorum mensis opponi queat, quàm Phasianus, non satis video; vt eò tandem redeat vnde digressus. Hoc tragico igitur scelere caret Pomponij mensa, qui cæpas & allium ascaloniumuè pro Ity conuiuis apponit: sic ille. Ad eundem sensum Bapt. Fiera, & fortè Platinam secutus, canebat:

Itys cur dicatur in Phasianum mutatus.
b l.4. de tuēda valetudine.
Pomponij mensa.

Phasidæ iam vehat Argos auem, nec lenta retardet,
Debuerat primis decubuisse thoris.
Illa leuis stomacho est; suaues imitata tepores,
Non volet in mensas rustica turba tuas.
Si primi huic intra volucres debentur honores:
Non malè; cùm fuerit regius ante puer.

DE VROGALLO, seu Tetraone. Cap. VI.

DE Vrogallo, quamuis ex Gallinaceo genere sit, hoc tamen loco agere visum est, quia syluestris est, & Phasianus dictus: sed veterum Tetraonem esse, quemadmodum ego credo probare volenti difficillimi extricatu modi occurrunt propter diuersas doctorum virorum sententias: quibus certè veteres ipsi ansam dederunt, quoniam tam ossitanter, & tam paucis notis hanc auem descripserunt; adeo vt ipsemet alias antiquissimus *a* Athenæus vix eam sese agnoscere scribat. *b* Plinius & *c* Suetonius soli ex veteribus Tetraonas nominant: & Plinius has notas attribuit: *Decet & Tetraonas suus nitor, absolutaque nigritia, in supercilijs cocci rubor.* Cuiusmodi sanè notæ Vrogallo maiori Germanorum, vt postmodum in descriptione apparebit, exactè congruunt. E contrario non ita clarum est, an Vrogallus & Tetrix Aristotelis sint eadem aues, vti Ornithologus putat & ego pariter approbo. Quamuis enim non nido, sed condenso frutice Vrogallus prolem nutriat, vt de Tetrice *d* Aristoteles scribit, id tamen & aliæ etiam aues factitant. Attamen cum ob hoc, tùm ob alia, ac maximè propter nominis vicinitatem facilè adducor, vt easdē aues esse credam. Tetricem autem Aristoteles Atheniensibus Vragen nominari tradit: quæ sanè vox non parum ad Vrhaen Germanorum accedit, & fortassis ita Græci illi erant pronunciaturi, si Germanicè loqui calluissent, sed hoc alij asseuerent, qui hos græcisasse olim volunt. Vt modò verisimile videtur Tetricem Aristotelis, seu Vragen Vrogallum esse, & per consequens Tetraonem Plinij, ita rursus Tetracem maiorem Athenæi cum illis eandem esse, vt Ornithologus existimat, vnico dumtaxat, eoq; admodum leui argumento innixus, ob parem nempe magnitudinem, nequaquam mihi persuadere possum. Nam cùm formam ei Porphyrionis ascribat, & ex vtraq; aurium parte paleam, vt in Gallinis dependere dicat, eiusq; admiretur τὸ εὐάνθες, quod est, vt Hermolaus vertit, formam conspicuam, itaq; Tetrao seu Tetrix seu Vrogallus esse nequit, vbi nihil tale reperire est, quemadmodum Politianus quoq; aduertit. Quem cùm Ornithologus validissimis scilicet argumentis fretum, easdem esse constanter negare videret, quas primùm easdem dixerat, iam congeneres saltem esse contendit, vtrasq; videlicet in Gallinaceo genere maximas: sed & in hac determinatione sibi ipsi refragatur, siquidem Otidem Gallinaceo generi ascribit, quæ tamen Tetraone seu Vrogallo maior est. Mihi Athenæus Tetraones, vel non agnouisse, vel diuersum à nostro descripsisse videtur. *e* Alibi enim Phasianos eos vocat, & in Ægypto etiam reperiri ait, cùm tamen Phasianus à Phasiano Tetraone diuersissimus sit, qui non nisi frigidissimis locis viuit, quales sunt Germaniæ montes, & cælum tepidum, quale est Ægypti, vix tolerat, adeò vt planè regij sumptus & magnificentiæ fuerit, eas aues Alexandriæ nutrire. Rursus Nemesiani poetæ Tetrax ab hisce omnibus diuersus est: neq; tamen Otis est, vt Ornithologus &

Tetrao cur incognitus.
a l.9. c.20.
b l.10. cap. 12.
c in Calig. c. 22.
Tetrix Aristotelis.
d l.5. de generat. c. 6.
Vrage.
Tetrax maior Athenæi Ornithologi error.
Ornithologi alius error.
e lib. 14.
Tetrao vbi viuat.
Nemesiani Tetrax.

Lon-

Ornithologi & Logolij error.

Longolius rentur. Verba poetæ suo loco apponam, ex quibus colligo eam auem esse, quam ante aliquot annos clarissimus Martinus Foxius Cracouiēsis medicus mihi Cracouia dono transmisit, cuius mox etiam descriptionem dabo, estq; illa, quam Oruithologus per onomathopœiam Grygallum maiorem appellat. Sed prius quid alij præclari doctiq; viri sentiant, videamus. *f* Hermolaus Barbarus, & Merula Tetraones cum Stardis seu Tardis auibus, quas Otidas vocarig Plinius disertissimis verbis tradidit, vel confuderunt, vel saltem non rectè distinxerunt, quod vt probemus, eorum verba operæ pretium est apponere, vt quisq; quod lubet, ex eis iudicet Barbarus in castigationibus Plinianis ita scriptū reliquit:

Grygallus maior.

f In castig. Plinij. g lib. 10. c. 22.

Vbi vulgati, inquit, codices habent, *decet & Tetraones suus nitor*. Politianus legit similiter ex *h* Suetonio, qui ait, Phœnicopteri, Pauones, Tetraones, Numidicæ, Meleagrides, Phasianæ. Et herculè codices antiqui ferè habent Tetragones, quod & fortassis rectius est, quàm Tetraonas; quoniam Græci eas Tetracas appellant. Tetracis enim meminit Aristophanes, & Athenæus; *In Mysia & Paonia*, inquit, *nascuntur Tetraces Porphyrionis similes, maximis Gallinaceis maiores, crista* (barbis) *ab vtraque aurecula pendentibus, voce graui, forma conspicua* (florida) *Struthionis sapore: Est & aurecula*, inquit, *pusillæ nomen Tetrax Alexandro Myndio, Epicharmoque*. Ergo Tetraones, siue Tetragones, aut eædem sunt, quæ Tetraces, aut valdè similes. Merula non dissentit quidem penitus, sed & Erythrotaones quoq; dici eas posse credit, scripta ad nos epistola his verbis: Peragraui, inquit, fines patrios, secus Æmiliam viam oblatæ mihi sunt pascentes aues haud ita multò Ansere maiores: quarum ceruix, quatenus alas contingit, rubro perfunditur. Rubescunt item cilia. Rogati de nomine rustici, respondere Stardas appellari, & nidificare inter maturas segetes, pręterea caudam in modum Pauonis surrigere, quarum carnes qui comedere non insuaues aiunt esse. Eas contenderim Erythrotaones Plinio vocari Tu quid sentias, quando ocium fuerit, perscribe. Respondi ad hunc modum, de Erythrotaone, si quæris de nomine subdubito, cùm propter illa Suetonij verba, qui Tetraonas aues appellat, tùm quòd omnes Pliniani codices manuscripti Retragones & Tetragones habent, nullas Erythrotaonas: sin de re, tecum sum, vt genus hoc intelligam, quod, vt scripsisti, Ligures Sardas vocant. Nam & Veronæ Aquileiæq; modò Stardas, modò Trapos, eas nominãt, Hispani Tardas, à tarditate dictas, vt arbitror; quoniam, vt inquit eodem loco Plinius, alterum earum discrimen Vulturum magnitudine coloreq; conspicitur. Nec vlla, inquit, auis excepto Struthiocamelo maius corpore implet pondus, in tantum austa, vt in terra quoq; in mobilis prehendatur; deinde sequitur; proximæ eis, inquit, sunt, quas Hispania Tardas appellat, Græci Otidas, vt tria videãtur eius alitis fastigia; sed vulgus differentias & interstitia tueri diù nescit; proindeq; tria earum genera tanquam vnum eodem vocabulo significat, Tardas appellando. Hæc itaq; omnia Hermolaus, quæ sanè tam docto viro planè indigna existunt. Etenim primò, quod ait Tetraones Plinij, Athenæi Tetraces esse, nullum prorsus habet argumentum; nã Athenæus, vt suprà monui, longè alias notas Tetraci suo attribuit, quàm Tetraoni Plinius, secundò in maiorem errorem impegit, dum Tetraonem Stardam seu Trappum esse probare nititur, nam eiusmodi aues, vt interim alias clarissimas differentias præteream, toto genere discrepant, siquidem Tetrao digitis pedum quatuor, tribus nempè antè, retrò vno, Otis seu Starda tribus dumtaxat ingreditur, vnde Tetradactilos dici meruit: præterea Plinius bina tantùm Tetraonum genera agnouit; vnum cui cilia cocci colore rubeãt, quod Germanorum Vrogallus est; alterum Vulturum colore & magnitudine, & manifestò Otidas à Tetraonibus excludit, dum ait: *Proxima eis sunt, quas Hispania Tardas appellat, Græci Otidas*; ac si diceret, Otides proximè ad pondus ad magnitudinem Tetraonum secundi generis accedunt, nam secundum illud genus, si modò verum est, quod Vultures adæquet, vt Plinius ait (mihi enim videre id hactenus nunquam contigit) Otide multo maius est, cùm Vultur, vt in eius historia ex Bellonij authoritate diximus, qui eos sæpe obseruauit, Aquilam, quæ Otidi vix cadit, sesquialtera proportione superet. Quod si verò secus viam Æmyliam Tetraones seu Erythrotaones Stardas vocent, dicendum Merulam Tetraones agnouisse, cùm cilia rubescere dicat. Id enim in nostris Stardis seu Tardis minimè conspicitur. Quod verò caudam Pauonum more surrigere dicat, id fortasse non ita intelligendum est, vt cùm lubet, iactantium Pauonum in mortem in orbem eam expandat, sed surrectam Gallinacei instar portet. Turnerus & Olaus magnus, dum Erithrotaonem Trappum etiam interpretantur, vterq; in eundem errorem, inquam Hermolaus, impegit. Trappus enim, seu Trapgans, vt Belgæ vocant, Otis est seu Tarda auis: cum quas lapsus similiter Gyb. Longolius, vt Arogallum Tetracem Athenæi, & Nemesiani eandem auem

Retragones.

Tetrao & ortis toto genere discrepant.

Tetradactilos.

Plinius expositus.

Vulturis magnitudo.

i l. 2. de Auib. cap. 1.

Turneri & Olai error.

Longolij errores.

facerent

faceret, hunc ferè in modum differit: Tetracem esse arbitror, quam Aristoteles etiam Tetricem vocat. Athenæus Porphyrionis speciem esse docet Indicat autem Porphyrionis vox nescio quod purpurascentis, quem tamen colorem in Vro Gallinaceo nondum deprehendi. Certè Athenæus Terracem ita describit, vt Mysiorum potiùs nomenclaturæ videatur tribuere, quod asserit, quam veritati. Refert autem in Mysica sibi in sporta allatum magnitudine maximi Gallinacei, specie Prophyrioni perquam similem, vtrinq; ab auribus, propendentibus Gallorum instar paleis, voce graui, floridoq; corpore Certè Vrus noster non paleas, verùm vestigia tantùm palearum habet, neq; Porphyrionis forma conspicitur, cùm non adeo longo sit collo, sed instar Pauonis aducto & gracili, nullaq; rubentium, aut virentium plumarum imagini spectabilis: vt Tetracem tamen appellem, Nemesiani poetæ authoris, qui de aucupio Latinis versibus conscripsit, me adducit, eos hic recitat: nos suo loco eosdem recitabimus, quibus allatis, sic iterum insit. Principio poeta autem istam stultam vocat, quòd laqueum, quem sibi cotam parari videt, non fugit, sed abeunte aucupe, mox accurrens, sese huic inuoluit: deinde caccabanti colore & maculis similem esse ait, hoc est, si quid sentio, Perdici. Etenim me legisse alicubi memini, caccabare Perdicis esse vocem; neq; aliter nunc sonat: deinde de magnitudine quàm bene conuenit, ad Anseris pondus collata. Aristoteles non tecto, sed aperto nido oua ponere scribit; idq; plurimum in fruticibus: id quod nos etiam obseruauimus, & nidum eius congestum potiùs quam constructum vidimus. Est sanè Vrus Gallus etiam puluerator, vt omnes propemodum frugilegæ. Nec alius videtur Tetraon vel Erythrotaon Plinij, quem è Germania vel Septentrione Anseris specie nigricantem, rubro paulò perfusum venire asserit. Non enim speciem ad similitudinem, sed ad magnitudinem refero. Quod rubro autem perfusum prædicat, id & in Coturnicibus & Perdicibus videre licet, & in nostro Tetraone eundem colorem animaduertere. Nam & is à Perdice nulla propemodum ratione, præterquam magnitudine, quæ vel quatuor prope Gallinaceos vincit, distat. Quin etiam & gregarius est & puluerator & frugilegus. Sub autumnum ad nos gregatim aduolat, agrum quem insidere, ouium grege occupatum diceres tanta est volucris magnitudo, sæpiùs mihi conspectæ: nec vllam pestem magis odere olitores. Nam ventrem rapis fultit, & non mediocri præda contentus esse solet. At non video, cur vulgò Anseris nomine venat, cùm nulla in tam magno corpore mica sit, quæ Anseris speciem præbeat, nisi quia Anserum modo gregatim volat. Hæc omnia Longolius, qui ex quatuor diuersis auibus vnam eamq; toto genere diuersam, Otidem nempe, componit. In primis enim quòd Tetracen Athenæi esse dicat, nullam prorsus firmam rationem adducit, quin imò Athenæum tanquam mendacem in describendo Tetracem accusare non est veritus. Quæ verò Athenæ Tetrax sit, ego, vt ingenuè loquar, omnino ignoro, interim benè perspicio Nemesiani Tetracem ab illo toto quod aiunt, cælo differre: neq; tamen Otis est, vt ille, illumq; secutus Ornithologus arbitratur. Stultitia enim illa, quam Tetraci suo poeta tribuit Phasiani naturam sapit, qui aut antè ex Tertulliano diximus, capite recondito totum se latere credit: solæ tamen dorsi maculæ Otidi respondent: magnitudo nempe Anserina aut Gruina, licet non omnino aduersetur nostræ aui, quam depingemus, magis conuenire mihi videtur, cùm Otis longè maior sit. Quod verò Otidem quia aperto eam nido oua ponere, & vt plurimum in fruticibus obseruari, idcirco Tetricem Aristotelis qui id de ea testatur, esse dicat, id leue admodum argumentum est, cùm idem & aliæ multæ aues faciant, quas tamen ideo nemo Otides dixerit. Præterea Aristoteli Tetricem & Otidem diuersas aues esse, vel ex eo constat, quod diuersis locis, diuersisq; nominibus de vtraq; scribat. Idem Longolius quosdã Grammaticos Tetraonas cũ Meleagridibus confundere asserit; at quàm bene inde colligat Gallinas Aphricanas à Meleagridibus diuersas esse, ipse viderit. Nos Gallinas Numidicas seu Africanas cum Meleagridibus easdem esse diximus. Hallucinatur etiam egregiè Augustinus Niphus Tetricem Aristotelis Alaudæ speciem esse credens, absq; crista, magnitudine verò & colore cristatæ similem. Etenim id minimè omisisset Aristoteles, cùm alias vbi de cristata sentit, semper αὖν λοφον ἔχουσαν addere soleat. Quod si verò Tetricis nomine paruam aliquam auem Aristoteles intellexit, ea non alia quàm Tetrax alter Athenæi, cuius eodem capite meminit ex Alexandro Myndio, fuerit, magnitudine nempe Spermologi. Non possum nec debeo hoc loco insignem Bellonij lapsum præterire, vtpote qui pro hac Alexandri Myndij Tetrace autem Galliæ peculiarem, quam Canne petiere, hoc est, Anatem campestrem dicunt, interpretatur, auem inquam, maximam, tridactylon, & vt ipsemet ille iudicat, Otidis speciem. Iacobus Dalechampius illum haud dubio secutus alibi

Caccabare.

Longolij audacia.

Nemesiani Tetrax quæ auis.

Tetrix Aristotelis non est Otis.

Bellonij error.

Canne petiere.

Dalechampij error.

apud eundem *d* Athenæum, vbi habet. *Tetraci ſemina humi ſparſa legentes*, Tetraces Cannes petieres, ideſt, Anates terreſtres, in margine transferens, in eandem Scyllam incidit. Athenæus enim auem minimam eſt ait, nimirum magnitudine Spermologi, id eſt, Paſſeris cuiuſdam ita dicti, non vt perperam idem Bellonius Gallicè vertit, vn Freux, hoc eſt, Cornios frugilegæ, cum qua turſus Graculum, qui & ipſe ſpermologus eſt, confundit. Sed vt ad Tetricem Ariſtotelis ſeu Vrogallum reuertamur, Albertus pro ea dictione habet Radoryz, *& eſt*, inquit, *Picorum ſpecies Tardo ferè ſimiles*; cùm tamen velut ſui oblitus ita ſcribat: *Tetrix minus velat eoq; non in nido, ſed frutice condenſo prolem ſuam edit, nidumq; aurea patentem habet*, quemadmodum nimirum Ariſtoteles ſcripſit. Rurſus alibi erat Vrogallum veterum Ortygometram intrepretans, dum ait: *Ortygometra, genus eſt Gallinæ maximum, Anſeris magnitudine, pennis in pectore hyacinthi coloris, in dorſo cinerei. Vocatur autem Orhan ab incolis alpium, in quibus maximè abundat. Incolit ipſa iuga montium, & ex glacie, quæ illic perpetua eſt, aliquando cryſtallos dejcit: & inueniuntur aliquando parui cryſtallini beryllis ſimiles* (pappis) *eius*. Hæc ille: cùm alioquin iſtæc deſcriptio nec Ortygometræ competat, nec Vrogallo, cui dorſum minimè cinereum eſt: neque etiam verum eſt cryſtallum ex glacie congelari, vt ille vulgus ſecutus exiſtimat. Atq; iſtæc de diuerſis authorum opinionibus ſuper hac aue dicta ſunto. Antequam tamen ad reliqua ſermonem conuertam, eorum etiam verba aſcribam, qui noſtram opinionem adſtruunt, Ornithologus in omnibus nobiſcum ſentit, præterquam quòd Nemeſiani Tetracem Otidem eſſe credat, & Otidem è Gallinarum genere faciat, cùm ego toto genere differre dixerim. *Ego*, inquit, *in Trappis illis ſeu Tardis tribus, quos aliquando vidi, cilia vel ſupercilia, vt Plinius de Tetraone ſcribit, neutiquam rubere animaduerti: ſed in ea aue potiùs, quam noſtri Vrogallum* (Orhan) *appellant, cui etiam nitor, & abſoluta nigritia conueniunt*. In eadem ſententia ſunt cùm alij quidam viri docti, tùm *e* Georgius Agricola, qui Germanicè Tetraonem interpretatur Birchuner, hoc eſt, Gallum montanum; & Auerhaen quaſi Vrogallum: & alibi etiam, *Pauci*, inquit, *aues hyeme in ſyluis manent, vt Tetraones, Attagenes*, &c. quod Vrogallis etiam competit. Paulus Iouius neſcio, nunquid vel ex propria, vel an aliorum potiùs authoritate, ita ſcribit: *Capitur apud Moſcouitas auis ſubnigra, puniceis ſup rcilys, magnitudine Anſeris: quæ palparum ſapore Phaſianorum ſuperat dignitatem, Moſcouitica lingua Tetrao nuncupata quæ Plinio. Erythrotao vocatur, Alpinis populis cognita, & maximè Rhatis, qui ſaltus ad Abdiæ omnis fontes incolunt*. Eſt autem hinc omnino Vrogallus noſter. Verùm quod Moſcouitarum idiomate Tetraonem, Plinio Erythrotaonem dici ait; id neutiquâ verùm eſt, cùm Erythrotao in nullis codicibus legatur, vt enim Hermolaus Barbarus affirmat: ſed de hac re in ſynonymis latiùs agemus. Sigiſmundus Galenius non ineptè etiam ex ſimilitudine nominis, quo Vrogallus apud Illyricos venit, Tetraonem eſſe iudicat. Dici autem illis ait Tetrzeuu, & Tetres, quæ quidem voces cùm ad Tetraonem, tùm ad Tetricem non parùm accedunt. Deniq; noſtræ ſententiæ Bellonium aſſertorem habemus.

d lib. 2. Tetrax minor Athenæi quæ auis.

Alberti error.

Ortygometra quæ auis Alberto Orhan.

Opinio author. à quibus probata.

e lib. de ſubter.

Birchuner.

Auerhaen.

Pauli Iouij error.

Tetrzeuu.

Tetres.

Dukiphat.

Alharbari fortè Tetrao.

ἀντρὶξ.

οὖραξ.

Retrago.

Tetrago.

Trao.

a In Caligula.

Cedron.

Gallo ſaluatico.

b lib. 5. cap. 11. de Auib.

Coc de bois.

Stolzo.

Stolgo.

Stolco.

Stoltz.

SYNONYMA.

IVDÆI quidam recentiores Dukiphat Hæbraicam vocem Germanicè interpretantur Vrhaen, hoc eſt, Vrogallum. Andreæ Bellunenſi quædam auis magna, ſicur Anſer non multum volans, & Damaſci venatoribus nota Alharbari vocatur; pro qua voce Auicennæ interpres Tardam vertit; ſed cùm Otis Anſere longè maior ſit, itaq; Otis eſſe minimè poteſt. Nam & Auicenna ſimum eius ad impetiginem laudat, & oua ad denigrandos capillos: quæ remedia de Otide Græci minimè ſcripſerunt, quare fortè Tetrao fuerit, auis nigra, quales ad capillos nigros reddendos Corui exemplo alibi probauimus, facultatem habere. Ariſtoteli *οὖραξ*, dicitur, Athenienſibus, vt idem teſtatur, *ἀντρὶξ*, quæ poſtrema vox ad Germanorum Vrhaen proximè accedit. Plinio Tetrao, vel vt in manuſcriptis codicibus, teſte Hermolao Barbaro, legitur Retrago, vel Tetrago, vel vt in vetuſtiſſimo Mediceæ bibliothecæ codice Politianus haberi dicit Trao. Mihi prior lectio magis arridet, quia *a* Suetonium Tetraones nominare video. Vnde Merulam, & Iouium errare conſtat, qui Plinio Erythrotaonem dici tradunt. Itali circa Tridentum Cedron vocant, & alibi, vt circa Vincentiam Gallo ſaluatico, quo nomine, qui circa Tridentum habitant, alterum ſylueſtris Galli genus, domeſtico ſimile, aut parappellant. Gallum ſyluaticum dicunt Sabaudi; Galli, teſte *b* Bellonio, vn Coc de bouis. Circa Rhetiam Stolzo, ſeu Stolgo, ſeu Stolco. Cuius vocis etymum Ornithologus Germanicum videri poſſe ait. Hi enim, inquit,

quit, Stoltz apellant quicquid magnificum, aut superbum est, vt fortè propter magnitudinem, ac pulchritudinem ex adiecto nomine ei proprium factum est. Germanis dicitur Orhaen, Vrhaen, seu Auerhaen. *c* Christophorus Encelius Vrhaen vocari putat à senio longissimo, aut cauda, quæ Græcis vra est; Auuerhaen verò ab aura, quam facillimè sentit propter rarissimum corpus. Verùm nunquid etymologia istæc auis naturæ competat, alijs dijudicandum propono, ne quis Germanicæ linguæ imperitus, de ea iudicans, ceu sutor videat vltra crepidam procedere. Malim tamen à magnitudine ita dici, vt Ornithologus quoq; existimat. Vnde in sylueſtrium etiam boum genere maximum, vocant Vrum, Vrochſs, Auuerochſs. Agricolæ etiam Pirkhuener vocatur, Encelio Birkhuner; sed cùm eiusmodi voces Gallinæ Betulæ, quam arborem Birck Germani nominant, etiam conueniat, Birghun, id est, Gallina montana, appellari potiùs possit. Sunt item qui Phasianis adnumerent, atq; ita appellent Bergfasan, quasi Phasianum montanum. Illyricè nominatur, vt dixi, Tetrzeuu, & Tetrez.

Vrhaen, eius etymũ. c l. 2. de lapidib. c. 54

Gallina montana. Phasianus montanus.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

ORNITHOLOGVS eruditos ait Vrogallum Otidi congenerem facere, seseq; illis adstipulari: Ego toto genere differre dixi, quòd Vrogallus quatuor digitis incedat, Otis tribus tantummodò. Nemo enim aues tridactilos cum tetradactalis congeneres dixerit. Quod verò ait ex Gallinaceo genere esse, id verissimum est, vnde etiam Gallus sylueſtris quibusdam dictus est. Quomodo ab alijs auibus, cũ quibus à scriptoribus confunditur, differat, paulò antè monstrauimus. Differt verò à Tetrace Nemesiani (loquor autem de Vrogallo maiore, seu Plinij primo Tetraone) quòd cacabantis instar maculatus non sit. Per Cacabantem autem Perdicem intelligit poeta, cui Philomelæ author eandem vocem attribuit. *b* Plinius, qui aliud genus agnouit, sic distinguit, quòd primum genus (id verò est de quo nunc sermo est) *suum habeat nitorem, absolutamq; nigritiam, & cocci ruborem in supercilijs*: secundum verò *colorem & magnitudinem Vulturum, nec vllæ auis sit, excepto Struthiocamelo, quæ maius corpore impleat pondus in tantum aucta, vt in terra quoque immobilis prehendatur*. Quod equidem genus nunquam obseruare mihi licuit, nec ab alio visum noui, quicquid interim nonnulli nugentur.

a Cap. de Otide.

Gallus sylueſtris.

b l. 10. cap. 22.

FORMA. DESCRIPTIO.

CVM satis exactè vtrumque Tetraonem, maiorem nempe, & minorem Ornithologus describat; vtriusq; etiam ab illo delineationem mutuari placuit. De maiori autem ita scribit: Vrogallus à me inspectus huiusmodi erat. Collũ dodrãtale, plumis vestitum nigricantibus, sed cinereo diluto colore sparsim notatis. Alarum longissimæ pennæ palmorum quinque, nigricantes aut fuscæ potiùs: reliquæ in alis, minores dico & minimæ, castaneo ferè colore, nigricantibus punctis distinctæ. Caput nigrũ, pars infra rostrum nigrior. Rostrum Gallinæ breue, gibberum, latum, validum. Supercilia & pellicula circa oculos rubra. Collum pronum punctis cinereis varium, quibus pennæ virides succedunt. Pectus & venter colore nigro. In medio thorace, vbi os pectoris maximè prominet, plumæ aliquot ab altera parte albæ, altera nigræ sunt. Minores plumæ sub alis albissimæ, præterquam in summo: reliquæ albicantes, fusco admixto splẽdidæ. Cauda quinq; palmos longa, aut paulò plus, pennis nigris condita, maculis paucis albissimis, extremitates minorum pennarum, & punctis variarum insignentibus. In metaphreno (dorso superiore) plumæ castaneorum coloris, punctis aspersæ, vt in alis: in inferiore (dorso) cinereæ, magis variæ punctis quàm in collo, longè pulcherrimæ. Poplites & femora plumis albis vestiuntur, quæ in cruribus fuscæ vsque ad digitos pedum descendunt, vt in Grygallo quoque, & Vrogallo minore: quibus etiam digitos pedum similes habet, & appendiculas quasdam pectinatim vtrinque à digitis, sed breuiter eminentes, & alia vbique toto corpore multa similia, vt congeneres esse aues, magnitudine ferè tantùm & colore distinctas, non sit dubitandum. Longitudo Vrogalli à capite extensi ad pedes, dodrantes quatuor cum dimidio. Cauda extensa semicirculum reddebat, trium in circumferentia dodrantem. Ex albis in

Collum. Ala. Caput. Rostrum. Collum. Pectus. Venter. Cauda. Poplites. Femora. Longitudo.

Vrogallus, ſeu Tetrao maior cum abiete.



Vrogallus, seu Tetrao maior alter, quem fœminam esse conijcio, cum tritico aristis circumuallato.



cauda maculis ætas conijcitur. Quo enim maiores ſunt, eò pauciores illas habere feruntur, marem à fœmina, quod ad colorem nihil differre audio, niſi quòd fœmina minus nigra ſit. Hactenus ille. Verum quem nos ſecundo loco damus depictum, pennas capitis non ita, vt alter ille primus erigebat, quod neſcio quid differentiæ conſtituit. Vter verò eorum mas ſit, ignoro. Stumpfius quoſdam Vrogallos reperiri ſcribit, quî libras duodecim, aut quatuordecim appendunt: ſed id de libris Germanorum intelligendum eſt, quæ ſedecim, vel octodecim vnciarum ſunt. Siquidem is, quem Tridento mihi ante aliquot annos Eminentiſſimus, ac Reuerendiſſimus Cardinalis Paleotus Archiepiſcopus, ac Princeps Bononienſis, eo tempore Auditor Rotæ, cùm ibi ſancta Synodus celebrabatur, tranſmiſit, vigintitres ne-ſtrates libras appendebat.

Pondus.

LOCVS. COITVS.

VERSANTVR Vrogalli in altiſſimis montium iugis, aut altiſſimis potius ſyluis, Germaniam & Septentrionalia loca amant. De coitu huiuſcemodi auium portentoſa iſtæc tradit *a* Chriſtophorus Encelius: Hæc etiam, inquit, de fœmina loquens, coit ore menſe Martio, ſed multò aliter, quã Bonaſæ. Gallus huius ſpecici ſperma ex ore tempore coitus in verè excrear & euomit, & voce magna aduocat Gallinas ipſas (ſicut domeſticus Gallus aduocat Gallinas inuento aliquo grano) quæ cùm aduenerint, ſperma eiectum & excreatum à Gallo in terram ore legunt, ac reglutiunt, & tali modo concipiunt. Quas deinde ludens Gallus omnes ordine comprimit, (quaſi verò illud comprimere non ſit coire) & quaſi ratum facit ſemen comeſtum. At non coit, quod vidi: ſicuti fœmina quorundam piſcium, tantum afflatu maſculi, teſte Plinio, rata redduntur, vt ita dicam. Nam ſuper quas Gallinas non aſcendit, oua illa hypenemia pariunt, vt domeſticæ Gallinæ. Quicquid verò fugatis Gallinis, caſu aliquo remanet in terra de ſpermate Galli excreato, hoc operante ſole nonnunquam, forſitan rore, aut pluuia ſuperueniente, & putrefacta materia mutatur in vermes & ſerpentes, qui dicuntur à Germanis Vrhanſchlangen & Birgſchlangen, id eſt, Vrogallorum ſerpentes, & montani ſerpentes. Harum copia eſt in ſylua, quæ à Tangera fluuio nomen habet in veteri Marchia. Quicquid è contra remanet in terra de ſpermate excreato iſtius Galli, pluuia non ſuperueniente aut rore (non) coincidente, mutatur, & coagulatur quaſi in veſicam transludicam & candidiſſimam, & veluti lapideſcit, & fit gemma, quæ à paſtoribus, & venatoribus colligitur: & reperitur in locis, vbi tali modo Galli iſti coeunt, auffdem paltz platze, tempore verno, vuan yhr paltz zeit iſt. Hæc illa ipſa gemma facta & coagulata ex ſpermate Galli excreato, mirum in modum facit ad conceptum datum (data) mulieribus ſterilibus. Incitat ad Venerem, & auget appetitum prolis. Gemmæ tales magnitudine, & forma, & candore margaritarum apparent. Nonnumquam grana arenæ vnà coagulata in his reperiuntur, aut plures. Hæc omnia Encelius. Ego cum Ornithologo huic ſerpentium & gemmarum è genitura Galli generationi non facilè crediderim. Nam ſi huiuſmodi res alienæ prorſus natutæ ex auis ſemine naſci poſſent, ex aliorum quoque animalium ſemine, quod proculdubio ſæpe in terram delabi contingit, multa & varia, cur minus, quàm è Galli ſemine naſcerentur? Sed quis amabò hoc auium genus ore coire credat? Scribere tamen non veretur ipſe Encelius ferè omnes Gallinas ſylueſtres, ore coire, ſed modo diuerſo. Et paulò antè, Multæ aues ore, inquit, concipiunt, & coeunt, vt ſunt Corui, exoſculatione facta, vt fit in Columbis: licet hoc neget Ariſtoteles; nec ego admodum affirmo: quia non vidi coeuntes. At ſi hoc non credit, cur omnes ſylueſtres Gallinas ita coire credit? Equidem mirum eſt, quomodo vir alias doctiſſimus & philoſophus non aſpernandus illud ſibi perſuadere potuerit, cùm ne pueri id coacti etiam admitterent. Attamen per totam fortè Germaniam monſtruosè concipere haſce volucres fama, percrebuit. Nam & Ornithologus refert aucupes quoſdam Vrogallos coituros aream dicere aliquam puram & planam in terra parare, in qua coeant: fœminam à coitu maris genituram, quæcunque effluxerit, deuorare, atq; ita concipere. Quibus qui volet fidem adhibeat; mihi id nunquam perſuaſerint.

a li. 3. de la pidib. cap. 54.

Vrhãſchlãgen. Birgſchlangen.

VSVS

VSVS IN CIBO.

QVOD ad carnem huius auis attinet, eam aiunt tam grati saporis esse, vt ne Phasianæ quidem cedat; adeo vt Principum mensis tantum modò nata videatur. Hanc auem etiam sceleratissimus Caligula sibi immolari voluit in templo suo numini proprio, vt a Suetonius tradit. *Carnis bonitas.*

a In Caligula c. 22.

DE VROGALLO MINORE. Cap. VII.

SYNONYMA.

AVEM hanc Vrogallum minorem, vel Tetraonem minorem appello, vulgus Germanicum secutus, quod eandē in alpibus Germanicè sic appellat Kleiner Orhaen. Nonnulli Laubhaen appellant, à frondibus, siue foliis arborum & fruticum, quibus vescitur: alij Brigfasan, hoc est, Phasiannm montanum: alij Grijgelhaen, quasi Grygallum dicas à voce: sed alius est Grygallus, cuius historiam iam dabimus; alius etiam Spilhaen Grygallo minor, nec aliter ferè differens. Imperiti quidam & vulgus hominum hæc nomina confundunt; sunt qui sexu tantùm differre putent, sed falluntur, vt Ornithologus ait, qui seipsum singula hæc genera diligenter inspexisse; & à viris harum rerum peritissimis, præcipuè clarissimo viro Aegidio Scudo Claronensi, differentias eorum didicisse tradit. Italicè nominantur Fasan negro, vel Fasiano alpestre, à montiū incolis, & vicinis. Stumpfius nominat Phasianus quosdam montanos, nigros & fuscos, veris Phasianis maiores, qui non in summis montium altissimorum, vt Vrogalli maiores, sed medijs plerunque syluis reperiantur: de his ipsis, vt video, Vrogallis minoribus loquens. *Vrogallus, seu Tetrao minor. Kleiner. Orhaen. Laubhaen. Brigfasan. Grygelhaen. Fasan negro.*

GENVS. DIFFERENTIÆ.

EX Gallinaceo haud dubio genere est, multaq; cum Vrogallo maiore communia habet, & post ipsum inter syluestres Gallinas maximus est. Ornithologus, à quo istæc omnia mutuati sumus, ita magnitudine à maiori: & vtroque Grygallo distinguit, comparatis singulis ad Attagenem (sic voco Francolinum) vt Grygallus minor (Spilhan) sesquialter sit; Vrogallus minor, de quo nunc sermo est, duplus: Grygallus maior omnium maximus, qui etiam Anserem quandoq; excedat.

FORMA. DESCRIPTIO.

IDEM Ornithologus hunc Tetraonem minorem sic describit: Vrogallus minor à me, inquit, conspectus multò maiora supercilia è pellicula rubente (Cærulea quandoque ni fallor) quàm Vrogallus magnus habebat; plumas in vertice nigras. Rostrum nigrum, breue, longitudine tātùm transuersi pollicis. Collum quinq; aut sex digitorum longitudine, cæruleis vel Indicis plumis vestitum. Infra collum in medio dorso, & alis plumæ nigricant. Alarum tamen mediæ partes candidæ sunt, item interiores. Venter quoque nigris plumis integitur. Post medium dorsi, quod nigricare diximus, iterum caudam versus plumæ sunt Indicæ, vt in collo: vtrobique tamen non totæ plumæ huius coloris sunt, sed margines tantùm earum & extremitates, ferè vt in Pauonibus. Cauda pennis suis nigricat, quæ in medio multæ curtæque sunt, ita vt latè extendi possint: vtrinque verò tres longiores *Superciali. Rostrum. Collum. Ala. Venter. Cauda.*

Vrogallus, ſeu Tetrao minor, cum glauce vulgari.



giores extrorsum reflexæ, ita vt lilij figuram, qualis depingi solet, cauda extensa quodammodo referat. Circa vropygium & poplites plumæ densissimæ, quæ ad digitos vsque pedum extenduntur, quasi natura ipsos munire voluerit, ne frigoris iniuria læderentur, vt & Grygallum maiorem (nam minorem non vidi) & Vrogallum maiorem, & maximè Lagopodes. Digitis pedum squamatim compactis, vtrinq; squamosæ quædam; vel corticeæ appendices eminent, vt in caudis cancrorum ferè, sicut in alijs etiam Gallorum montanorum generibus. Magnitudo totius alitis, instar Gallineæ villaticæ, vel paulò maior, & oblongior. Plumæ pedum nigricant, sed maculis albis distinguuntur: & tibiæ anterius tantùm, non etiam posterius, plumis induuntur. Fœmina in hoc genere mari similis est, sed minus nigra, & magis fusca, vt in Vrogallo maiore. Hæc omnia Ornithologus, quibus exactè respondet auis quam ante aliquot annos Illustris vir, cuius nomen nunc mihi non occurrit, Prætorianorum militum alæ tunc in hac vrbe præfectus ex Heluetia mihi dono transmisit, vir humanus, & mearum rerum studiosissimus. Aiuntrarò viuam capi. Capitur enim laqueo, ita vt collo astricto suffocetur, & instar furis pendeat. *a* Olaus Magnus in Septentrione (in Nouergia & finitimis regionibus) Vrogallos minores tradit sub niue duobus aut tribus mensibus sine cibo latitare, interim tamen à venatoribus capi. Verùm nunquid id nostris Vrogallis minoribus competat, mihi minimè constat: Ornithologus similes aues illis putat, de quibus alibi *b* Aristoteles, aut eius simillius, mirabilium scilicet author, ita scribit: *In Ponto, aiunt, per hyemem aues quasdam reperiri, quæ neq; excernant, neq; cùm pennæ eis auelluntur, sentiant, neque cùm vero transfiguntur, sed tam demum cùm ab igne incaluerint.* At quis ambo ita mentis inops, qui istæc credat? horrerem membra frigore ita concessurum, vt nihil sentiant, id similiter in gliribus expertus, veru verò transfigi sine læsione nec Cicero, eloquentissimusue alius mihi vnquam persuaserit.

pedes.

Magnitudo.

Plumæ pedum.

Natura & capiendi ratio.

a lib. 19. Epist. hist. de gent. Septent.

b in mirabilib.

DE TETRACE NEMESIANI Poetæ, seu Grygallo maiore. Cap. VIII.

DE Tetrace suo quem perperam Longolium, & Ornithologum cum Otide confundere diximus, Nemesianus ita scribit:

Et Tetracem Roma, quem nunc volitare Tetracem
Cœperunt, Auium est multò stultissima, nunquam (namq; fortè)
Cùm pedicas necti sibi contemplauerit adstans,
Immemor ipse sui, tamen in dispendia currit:
Tu vero adiatos laqueis cùm senseris orbes,
Appropera, & prædam pennis crepitantibus aufer,
Nam celer oppressi fallacia vincula colli
Excutit, & rauca subsannat voce magistri
Consilium & læta fruitur iam pace solutus.
Hic prope Pentinum radices Apennini
Nidificat; patulis quà se sol obijcit agris.
Persimilis cineræ dorsum, maculosaq; terga
Inficiunt pullæ (nigræ, vt in Perdice) *cacabantis imagine notæ.*
Tarpeiæ est custos arcis non corpore maior:
Nec qui te volucres docuit Palamede figuras.
Sæpe ego nutantem sub tuique pondere vidi
Mazonoim (Mazonomi lego) *puerum, portat cùm prandia, cirro*
Quæ consul Prætorue nouus construxit ouanti.

Hæc Nemesianus, quibus an hæc nostra auis, quam mox exhibebimus, exactè respondeat, iam videndum est. Sultitia in primis, quam Tetraci tribuit, huic potiùs, quàm Otidi, competere videtur; etenim ea Phasiani naturam sapit; at fortassis surditas auis alios imposuerit, vt cum Vrogallis ideo eandem crederent; quòd his, vt aiunt, dum Gallinas voce alliciunt, & inuitant, visus, & auditus intercipiatur, atque interim opus esse maxima celeri-

Stultitia.

tate

tate aucupis, vt bombardæ globo feriat; aliàs auditum eorum acutissimum esse. Verùm & surditas talis huic nostræ aui magis congruit, vt pote quam clarissimus Martinus Foxius Cracouiensis medicus, cui hanc alitem & præclara alia multa accepta refero, mihi scripserit adeo surdam esse, vt nec bombardæ sono abigi queat. Quod cùm ita sit, facili modo ab aucupantibus decipietur, atq; ita stultam fortè poeta dixerit. Secunda nota, quod scilicet in radicibus Apennini nidificet, huic nihil aduersatur, si Apennini nomine alios etiam montes intellexeris. Tertia nota, dorsum nempe cinereum, etsi exactè non competat, ita tamen poetæ mens intelligi potest, vt cinereus color in dorso magis, quàm alibi sit conspicuus; alioqui enim toto corpore maculata est more Perdicum, vt poeta etiam testatur.

Dorsum.

Magnitudo. Denique ascripta magnitudo, Anserina nempe, optimè quadrat. Est itaque istæc pulcherrima volucris iam dictæ magnitudinis, rostro quodammodo adunco, gibboso, colore ferè
Caput. nigro: capite plano, à rostro ad aurium foramina vsq; cinereo, nigris maculis conspersо;
Color. quod reliquum est, item & collum, pectus, venter, & coxæ, coloris ruffi, modò nigris, mo-
Dorsum. dò albis maculis respersi, in colli inferioris extremitate nullæ maculæ existunt. Dorsum
Ala. & Alæ cinerea, maculis eiusdem coloris, sed longè maioribus insigniuntur; quarum par-
tium etiam quædam pennæ in extremitatibus candicant. Remiges pennæ nigræ sunt, circumcirca cinereæ. Cauda ruffa, sed magis quàm reliquo corpore ad castaneum accedit,
Cauda. & maculis nigris maximis conspergitur. Tibiæ cinereis plumis & tabellis nigris ornatæ.
Tibiæ. Digiti cinerei, nudi, quatuor. Oculorum cilia coccineus color ambit, vt in alio Tetraone.

Tota auis, si rostrum haberet more rapacium aduncum, & aduncos vngues, & paruo corpore foret, vt Lithofalcus, vel Accipiter Fringillarius videretur. Sed videamus, num hisce Ornithologi descriptio de Grygallo (dixi enim easdem aues esse) quadret. Sic itaque ferè scribit: Auis hæc ad viuum depicta, in Helueticis alpibus, circa Claronam præcipuè
Grygelhã. vocatur ein Grygelhan per onomatopœiam, quam ego secutus. Latinè etiam Grygallum dicere malui. Græcè etiam γρυχόκοκυξ nominari poterit. A particula gry ad vocis imitationem facta & verbo κοκκίζειν, quod voci Gallinaceorum peculiariter tribuitur: vnde &
Γρυχόκυξ. Orthiococcyx pro Gallinaceo legitur. Quod si quis propter mirificam colorum varietatem, qua Attaginem & Gallinaginem etiam superat, Attaginem alpinum nominare vo-
Orthriococcyx. luerit, præsertim cum delicatissimam esse in cibo existimem, non ineptè is mihi facere videbitur, etsi magnitudine Attagene doctis plerisq; existimatos (Francolinos) vt præcedente
Grigalli descriptio. capite docui, triplo ferè excedat. A capite ad pedes extensa auis, quam vnicam in hoc genere vidi, longa erat tres dodrantes & palmum, rostro vt Vrogallus maior, sed minore ac
Magnitudo. nigriore. Toto corpore Perdicis ferè, præsertim rusticæ vel Gallinaginis instar colorato,
Rostrum. & punctis distincto vbiq; maculisq; nigricantibus: reliquus color ruffus est, vel ad castaneæ colorem vergens. Est & cinerei aliquid in collo præcipuè. Sunt & albæ quædam alicubi maculæ. Iris oculorum rubicunda. Colore circa oculos, retrò præsertim, rubente,
Color. angustius tamen, quàm in alijs Gallis syluestribus, nisi fœmina fortè hæc fuit, quam vidi.
Collum. Ima colli pars prona rubet, intercedentibus lineis ex cæruleo virentibus. In ventre plu-
Venter. rimum albi est. Cruta pedesq; & digiti similiter, vt in Vrogallis. Varietas quidem colorum
Crura. tam multiplex est, vt varietatem decoremq; eius verbis exprimere nequeam. Hæc ille, vti
Pedes. nam in hac opinione constans, nam in appendice operis sui de auibus, quàm pòst edidit, eandem prorsus, aut cognatam sibi videri cum Bellonij Attagine scribit, quod profectò nullo argumento nixus facere videtur. Cùm enim *a* Bellonij Attagenem in foro Venetorum Bononiensium consimiliumq; populorum, qui montibus vicini sunt, quandoq; præstare tradat, ibiq; Grygalli prorsus incogniti sint, non video qua ratione opinioni eius subscribere debeam. Scio tamen & Attagenes in agro Bononiensi, vel non esse, vel saltem à me hic nunquam hactenus obseruatas. Semel verò mihi Attagen ab Eminentissimo Cardinale Palæoto missa Tridento, alias Sicilia Perdicibus erat paulò maior. Præterea cum *b* Bellonius suam Attagenem Gallorum Canne petiere siue Anate campestri, quam Tetracem esse alibi contendit, multo minorem, Tetracem verò Phasiani corpulentia esse scribat, quo modo obsecro Grygallus iste esse poterit, cuius magnitudinem ipsemet Ornithologus inter Tetraonem vtrumq; mediam constituit?

a lib. 5. de Auib. c. 6.

b l. 45. c. 4.

Grygallus maior, siue Tetrix Nemisiani, cum betula.



DE GRYGALLO MINORE. Cap. IX.

Grygallus minor. Spilham. Birkhoun. Gallina Betulæ.

ALIAM auem superiori per amnia similem, sed dimidio minorem Ornithologus Grygallum minorem vocat, & vulgò in Helueticis montibus, Claronæ præsertim Spilham, vel Spilhan nominari ait, sed causam se nominis ignorare; vt etiam an eadem auis sit, quæ circa Coloniam, & alibi Birkhoun, id est, Betulæ gallina nominatur, quam Gybertus Longolius Attagenem esse putat. *Perdici, inquit, persimilis est, sed maior. Nomen Germanicum habet, non à montibus, sed ab arbore Betula. Densa enim ilea, & opaca, vt venatoris insidias, maximè bombardarum minas fugiant petunt quamobrem sæpe in betuleto latent; de quo subinde, si diligenter adsis in fœnilia, & fata callidissimè excutere videas. At quod nunc non eadem natalitia obseruant, in causa est bombardarum frequentes vsus, qui multis præclaris auibus Germaniam spoliauit. Alioquin ego non tam à montibus, quam à Betulæ colore auem nuncupatam reor. Nam supremum à Betula, corticem si detrahas, qui albo subest, in nigrog; russescit, præcipuum huius altis colorem imitatur. Perdice enim paulò magis russescit, vt de Attaginne Alexander Mynaius tradidit. Dorsum quoq; instar Perdicis maculosum habet.* Hactenus Longolius. Quærit Ornithologus an hæc vel eadem sit cùm Grygallo minore: vel fortè fœmina in eodem genere, quod Morhennam appellant. *Morhenna.* Talem enim, inquit, omnino describit Turnerus, & dubitat an sit Attagen vel Gallina rustica. Marem verò in eo genere totum nigrum facit. Fieri autem potest, vt vel Turneus deceptus sit (quòd magis puto) talem huius Galli fœminam existimando, vt vtrunque genus diuersum sit, vel Longolius talem huius fœminæ marem esse ignorauerit. Ego quidem in nullo animalium genere, fœminam mari colorum varietate, & pulchritudine anteire puto. Hæc Ornithologus, cuius super hac aue opinionem amplecti malui, quàm de re nunquam mihi visa diuersum quid astruere. Quòd verò in nullo animalium genere fœminas maribus formosiores esse dicat, id profectò non vsquequaq; verũ est. Secus enim in rapacium auium genere, maximè Accipitrum, & Falconum euenire videmus, in quibus non modò speciosiores fœminæ, sed masculis etiam sæpè duplo maiores sunt, & robore etiam superant.

Ornithologi error. Fœminæ paciũ formosiores maribus.

DE ATTAGENE. Cap. X.

INSTITVTVM à nobis ordinem neutiquam (nisi fallimur) inuertemus, si modò de Attagene agamus. Nam spermologus est, pulueratrix, & gratissimi saporis. Ad hæc Longolius cùm Gallina Betulæ, vt paulo ante diximus, eundem facit. Quæ itaque sententia nunquid erronea sit, vt mihi videtur, alijs viris doctis ex subsequentibus, quæ dicturus sum diiudicandum relinquo.

Attaginus vir. Attaginus piscis. Attagenis. Francolinus. Gallina Attagẽ dicta. Attagene herba.

ÆQVIVOCA.

ATTAGINVS Herodoto nomen proprium viri est Attagenus (Ἀττάγηνος) non Attagenus per T. simplex vt Hermolaus scribit, Athenæo è genere piscium est, qui & Scepinos dicitur. Attagenem Itali Francolinum, vt dicemus, vocant, sed & id nomen æquiuocum est. Ita enim Zacharias Lilius Lagopen (Lagopodem intelligere puto) in agro Vicentino vocari scribit, & Francolinus Nicolao Massæ Columbarum syluestrium genus est, nisi fortè, vt Ornithologus vult, Gallinarum potiùs quàm Columbarum genus esse dicere voluerit. Gallina quædam syluestris, cuius mas niger est, fœmina magnitudine Perdicis, Polonis Attagea dicitur: Attagena item herba est, ex qua fomites ignis laudantur, vt scribit doctissimus a Io. Baptista Porta.

a Lib. 4. Physogn. c. 24.

SYNO-

SYNONYMA.

ALDVRAGI, inquit *a* Bellunensis, *sunt aues, quæ dicuntur Francolini Latinè*, vbi Auicennæ vetus translatio habet Durax. Apud Syluaticum etiam eiusmodi barbaræ voces leguntur, ab Attagene, vt videtur, corruptæ; Actago, Attago, Atage, Atchemigi & Atacuigi. *b* Aristoteles, qui bis tantùm huius auis mentionem facit, vtrobiq; Ἀτταγῆνα nominat: Atticè apud *c* Aristophanem Ἀτταγᾶς legitur, teste Varino; vltima circumflexa; at non rectè ita scribi Athenæus & Eustathius volunt, quoniam quæ in ας desinunt plusquam dissyllaba barytona sint, vt καδίμας: dicendum igitur, inquiunt, ἀττάγης & non ἀττάγῆς, atqui ἀτταγᾶς quoq; à Polluce nominantur. Legitur item ἀττάγας neutro genere apud Hesychium & Varinum hoc modo: ἀτταβυγᾶς τοῦδε καὶ τὸ ἀτταγᾶς: quo loco Ornithologus mauult legendum, ὁ καὶ ἀτταγᾶς. Conijcio enim, inquit, eandem auem esse. Inuenio etiam ἀταγᾶς per ι simplex scriptum, & Galenus aliquoties ἀταγῆν appellat. Apud Suidam ταγὴν legitur auis nomen, quæ sanè nõ alia quàm Attagen esse videtur; nam & ipse ταγηνάριον vocari aliàs scripsit; quod postremũ nomen Bizantij, teste *d* Bellonio, retinuit. Latinis dicitur Attagen fœminino. Plinius & Horatius Attagenem Ionicum dixerunt, Varo, Gellius, & Martialis Attagenam, vt Gaza etiam apud Aristotelem transtulit. Italis dicitur Francolino, cuius vocis etymum idem Ornithologus a Franco voce diminutiua, id est, nobili deriuare putat, quod hæc auis in cibo nobilissima, delicatissimaq; sit. Quod si verum est, exteram vocem necesse est esse, vt ipse etiam admittit, cùm tamen in Germania nullam auem eo nomine insignitam reperiri scribat. Francos autem Germaniæ populos esse omnibus notum est. Cùm verò Germanis, vt ille credit, Haselhun dicatur, mirum videtur, cur Itali, dum Germanicam vocem ei indere voluerunt, non hanc potiùs imitarentur, quàm nouam fingerent. Quare meo iudicio Francolini vox non tantùm Germanica est, sed & Itala. Vtraq; enim lingua Franci liberi dicuntur, seu immunes: quod Etymum Attagenis præstantiæ competere videtur, quòd nempe vulgaribus eas venari interdictum, & libertas viuendi à principibus concessa sit. Idem Ornithologus Attagenem Bononiæ Franguellum dici scribit, sed maximo errore, cùm Franguellus Bononiæ sit Fringilla, auicula vel decuplo minor. Vocatur item nonnullis, quemadmodum in schedulis meis annotatum reperi, Perdix Asclepica.

a l. 2. cap. 122.

Actago. Atage. Atchemigi. Atacuigi.

b l. 9. Hist. cap. 26. & 49.

c In Auib. Ἀτταγᾶς. Ἀττάγη. Ταγὴν. Ταγηνάριον.

d lib. 5. de Auib. c. 6.

Francolinus vnde dicatur. Heselhun.

Frenguellus Bononiæ quod.

Perdix Asclepica.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Descriptio.

ASTRVERE modò, & certò iudicare, quæ veterum Attagen sit, admodum arduum est: siquidem *a* Aristophanes Attagenem subito post palustres aues, & quæ locis riguis & Marathonijs pratis gaudent, nominans, multis viris doctis occasionem dedit, vt palustrem putarẽt, quemadmodũ apertè eius Scholiastes, eumq;, vt apparet, secutus adagiorum author fecerunt. Contrà philosophorum princeps, & semper virtdicus *b* Aristoteles pulueratricem esse scribit: vnde cùm idem philosophus alibi docuat, palustres minimè pulueratrices, sed lotrices esse: itaq; Ornithologus haud ineptè dubitat, an Attagen palustris sit dicẽdus, licet & ipse interim nihil certi concludat. Ego Aristotelem malui sequi: & reuera. Aristophanes Attagenem nõ inter palustres & campestres, sicuti multi putarunt, at post illas nominat. Nam subinde in singulari addit, *Auisque varie pennatæ Attagas*, & fortassis synechdochicῶς speciem pro genere accipiens, auem nempe monticulam pro monticulis omnibus. Etenim paulò pòst eandem auem simul cum Perdice nominat, quam sanè nemo palustrem dixerit: vel dicam us, doctissimus *c* Bellonius ad eiusmodi difficultatem respondet, fieri posse, vt ex montibus ad loca vicina descendat, per aliquod tempus ibi degens, & deinceps inde ad montes iterum reuertatur, vt Gallinago (Beccasse) etiam facere obseruatur: an ne ideo palustris erit dicenda? Ad aliud *d* Comici locum, vbi sic habet τὸν πηλοτρώγων Ἀτταγᾶν τυρβάζει καδίζων, id est, vt communis interpretatio habet; *cœnum tanquam Attagen turbabis iens*, dici possit, pro τὸν πηλὸν, puluerem traduci posse, etsi propriè ea dictio canum significet. Quomodo enim per cœnum

a In Auib. & in Vespis.

b 9. Hist. c. 49.

Aristophanes explicatus.

c l. 5. de Auib. c. 6.

Gallinago. Beccasse.

d In Vespis.

iens,illum excitare possitè Solent autem aues puluerarrices, vbi puluerulenta loca frequentant,puluere sese purgare, quo tempore ceu nubem ex eo faciunt,quòd fortè Comicus dixisse voluit:suum tamen interim cuiq; iudiciũ relinquo. Quòd si verò quispiam pertinaciùs asseueret, palustrem esse Aristophanis Attagenem, ego cùm illo, vtpotè nihil certi habens, non contenderim,sed diuersam ergò ab Aristotelis Attagene esse concedere cogetur. Cum itaq; inter viros doctos nondum constet,quæ auis Attagen esse possit,itaq; aliorum opinionem prius examinabo, deinde quid in tam obscura re sentiam,adferam,vt qui istæc lecturi sint,quam malint,opinionem amplectatur. Turnerus subolens minimè palustrem esse,& alterius iudicio subijciens,fortè quòd nullam auem vidisset,quę exactè ad Attagenis descriptionem accederet: si Attagenem, inquit, auem palustrem,& variis maculis distinctam esse ab adagiorum authore verè scribitur, Anglorum Godwittam, siue Feduam Attagenem, esse, indubitãter affirmare auderem. Est autem ipsa Gallinagini ita similis (huic etiam Aristoteles Attagenem assimilat)vt nisi paulò maior esset,& pectoris color magis ad cinereum verteret,altera ab altera difficulter possit distingui. Viuit in locis palustribus,& ad ripas fluminum: rostrum habet longum: sed capta triticum, non secus atq; Columbi, comedit. Triplo pluris quàm Gallinago apud nos venditur; tantoperè eius caro magnatum palatis arridet. Gallinagionẽ intelligit,auem illam palustrem,& maculis distinctã,quàm Belgæ Snep-pam vocant, Galli Becassam, Angli Vuodcoccum: de quo idem rursus. Falluntur,inquit, Britannici ludimagistri,qui suum Vuodcoccum Attagenem faciunt, qui solis vescitur vermibus,& grana nunquam attingit,quasi verò Godwitta sua Attagen foret: vnde etiam Hadrianum Iunium haliucinari constat, qui Attagenem etiam Scolopacẽ vocari asserit,cum Scolopax Gallinago sit. Ornithologus Germanorum Hasselhun,idest,corylorum Gallinam sic dictam,quòd inter corylos versari soleat, Attagenem esse putat,hoc præcipuè argumento fretus, quòd in Italia audiuerit, & ex icone Francolini Venetijs dicti, & à doctissimo medico Antonio Mundella sibi missi, citra vllam,vt credit,hæsitationem, cognouerit. Verùm id meo iudicio admodum leue argumentum est. Quamuis enim pleriq; viri docti in Italia hanc auem Francolinum vocent vt fecit etiam doctissimus Melchior Guilandinus, qui mihi eam sub eodem nomine aliquando dono Patauio transmisit: haud tamen inde sequi puto Attagenem esse,siquidem istęc auis,cuius hic subinde iconem exhibebo,Siculis, apud quos abundat,etiã Francolinus dicta descriptioni Attagenis meliùs respondet. Qualem etiam apud Leonardum Cognosciutum nobilem Ferrariensem inter multa alia volucrum genera, quæ in Ornithone suo amici causa alebat, mihi videre contigit, vnà cùm Gallina Germanica,illi admodum simili,quæ alia non erat,quã Gallina corylorum. Videamus itaq; num nostra auis cùm veterum Attagene conueniat. *c* Aristoteles Gallinaginem (Scolopacem) Attagenis colore describit. Color Gallinaginis magis ad meam auem,quam ad Gallinam corylorum accedit: nam hæc minus, quàm nostra auis maculata est. Alexander Myndius apud *d* Athenæum Attagenem *Perdice paulò maiorem esse* ait, *totum circa dorsum* κατασταζειν, id est versicoloribus pictum maculis, *figulinæ illæ colore, sed magis russum, corpore graui, alis brevibus.* Quæ omnia in meo Attagene exactè reperiuntur; magnitudo in primis,dein dorsi color; & corpus certè valde graue est,& ad volandũ ineptum: alæ denique multò quàm in Gallina Corylorũ breviores,vt expressa etiam icon demõstrat. Syluaticus nostræ descriptioni nihil aut saltem admodum parum aduersatur, cùm ait: *Attagen auis optimæ carnis maxime abundè in Rhodo; de qua g Hieronymus ait: Tu Attagenem euellat, & ad conuiuia asserve gloriosa. Aliqui Phasianum, alij Perdicem interpretantur, sed neutri bene, cum Galenus ab vtrisque distinguat. Reuera autem est auis, quæ ab aliquibus vocatur Francolino magnitudine Phasiani* (Ornithologus Gallinam corylorum ad Gallinam accedere scribit) *sed cauda dissimilis* (brevior nempe; in nostra aue cauda multò prolixior est, quàm in Gallina corylorum) *pennis vario modo coloratis, sicut Gallina Indica, interdum tamen colore viridi, & caluus conspicitur: sapore quidem delicato.* Hæc ille, an verò nostra auis alibi viridis,& cærulea reperiatur, planè ignoro *h* Bellonij descriptio, quantũ ex verborum penuria colligere possum, nostro Attageni potiùs quam Gallinæ corylorũ respondet, si per Coturnicem, cuius colore Tetricem suam (Canne peticre, hoc est, Anatem campestrem) esse ait, marè intelligamus. Etenim Attagenem suum, quoad colorem, Anati campestri similẽ esse scribit: Anatem campestrem verò Coturnicibus bene maculatis: Eodem modò Syluaticus etiã alibi ait Attagena esse Coturnicem; *Sunt autem quædam, inquit alibi, Coturnices magnæ similes Columbis, & hæ sunt Attagenes; aliæ verò paruæ quæ vulgò dicuntur Qualeæ.* Sed hic per Columbas, maiores fortè intelligendæ veniũt, siquidẽ aliàs Phasianorũ magnitudine esse dixerat. Porrò quamvis

Goduuittã Anglorum Fœdus.

Gallinago. Sneppa Belgarum. Beccassa. Vuodcoccus. Scolopax.

c 9. *Hist. c.* 49. *lib.* 9.

d Epit. 15. *de fest. am.*

h lib. 5. *c.* 6. *de Auib.*

Attagen cum tritico multiplici ſpica.



Porrò quamuis Bellonij Attagenis descriptio quodammodo cùm nostra aue conueniat, reuera tamen, vel diuersa est, vel fœminam (modo fœmina à mare in hoc genere discrepet, quòd ignoro) descripsit. Etenim nostra velut cristam in capite gerit, qua Bellonij auis, quemadmodum ex pictura agnoscitur, destituta est. Vel aliquot species fuerint: nam Florentiæ apud Serenissimum Magnum Ducem binas diuersas obseruaui, vnam nostræ similem, alteram quam marem credebat, rostro pigro, sed in extremo rubescenti, oculi pupilla nigra, iride cinerea, maculis albis per ventrem, dorso ferrugineo nigris maculis insignito, pedibus etiam ferrugineis. Præterea [a] Iulius Alexandrinus diuersum Attagenum genus sese vidisse tradit, magna diligentia ex Hispania allatũ, paulò nostrate maius, longiore collo, & cruribus, plumis non eisdem macularum notis distinctis, quòd, vt nostrum nos, sic Francolinum vocat Hispani suum. Quæ notæ equidem nostræ aui omnino competunt, quæ talis est. Magnitudine, & toto habitu ad Phasianum accedit. Rostrum habet breue, nigrum & in extremo recuruum. Color toto ferè corpore variat: Caput in primis aspectus pulcherrimi cristam in medio vertice erectam habet subluteam nigris & albis maculis variegatam. Pupilla oculorum nigra est: iris lutea: supercilia vt in Tetraone ex pellicula coccineo colore rubente. Sub rostro, & gulæ principio ceu barba ex tenuissimis plumis dependet. Collum longiusculum, & ad corporis habitum assimilatum, tenue & exile, cinereum, item maculis nigris, & albis conspersum: quæ in eo differunt, quòd hic albæ in capite nigræ sint intensiores. Pectoris macula eiusdem coloris, easq; ferrugineæ etiam aliæ percurrunt. Venter, cauda, coxæ, & tibiæ, quæ plumis vestiuntur, subcinerea, seu plumbea, & nigris item maculis respersa. Pedum digiti anteriores longi, posterior breuis singuli adunco hamo armati.

Attagenũ genera.

a lib. 13. salub. cap. 5.

Attagenis nostratis descriptio.

Color.

Caput.

Collum.

Pedum digiti.

LOCVS.

ATTAGEN montium incola est [a] Bellonius ad plana descendere negat, atq; hinc rarò in Gallia conspici; nisi aliundè inferantur: prostrare tamen nonnunquam in foro vrbium, quæ montibus adiacent, vt Venetijs, Bononiæ, Romæ: relatum etiam sibi esse à quibusdam fide dignis ex Pyrinæis & Auernienſibus montibus allatos Francisco Christianissimo Gallorum Regi in cibum cessisse: quòd postremum, quòd nempe in Pyrinæis montibus Attagenes degant, etiam [b] Iulius Scaliger hisce versibus attestatur.

a lib. de Auib. cap. 6.

b in Ata.

Et dilicatore quæ valens succo
Maiore corpulentia Attagen præstò est
Oris prouincialibus Pyrinæis
Nomen minutiore deferens sexu,
Nam Francelium turba nuncupat vulgi.

Idem fortassis quoq; [c] Plinius dixit, cùm ait: *Capitur & in Gallia, Hispaniaque & per alpes etiam.* Verùm qui in Hispania nascitur, vt ex Iulio Alexandrino diximus omnino noster videtur. Quòd verò Bellonius ait nunquam ad plana descendere, in eo sibi ipsi contrarius est, nam paulò pòst Aristophanem interpretans id nõ tantùm fieri posse admittit, sed etiam vt aliquo tempore ibi moram trahat; neq; id etiam verum est, quod in Bononiensi foro Attagen prostet; quinimo nostris aucupibus planè ignotus est. Auis, cuius nos iconem dedimus, in Siciliæ montibus, vt dixi, satis abundè reperitur. Ex Ionia allatus olim in magno pretio erat, vnde Plinius ait, *Attagen maximè Ionicus celebratur, quondam existimatus inter varias aues.* Ionicum etiam nominat [d] Martialis, Clemens verò Ægyptias à gulosis commendari scripsit. Frequentes quoq; in Rhodo insula sunt teste Syluatico. In Cypro Insula etiamnum domi ali Alexander Benedictus refert, sed cùm veteres Attagenes captos à cibo abstinere dicant, dubitandum videtur, num alias aues Attagenes vocet: nisi forsitan ibi alantur, dum pulli adhuc accipiuntur: nam & [e] Varro docet, qua ratione educentur. Mirum verò videtur, quòd à [f] Plinio proditum memoriæ est in Creta ceruos non esse præterquam in Cydoniatarum regione, item apros & Attagenes. [g] Ambrosius Leo Nolanus nullos etiam in Campania reperiri scribit, quemadmodum neq; Perdices, cùm inquit, alioqui in ea abundet Phasiani, & Coturnices, quas Qualeas, & Coturnices magnæ, quas Starnas illi nuncupant. Cuius rei causam rationemq; inquirens, aconitum negat ea in regione nasci, quo cùm se aues istæ purgent, vt ille tradit, itaq; mirum non esse, si ibi non degant. Sed

Bellonij error.

Attagẽ Ionicus.

c lib. 10. c. 48.

d li. 3. Epigram.

e In Graecis Graecis.

f lib. 8. cap. 82.

g Probl. 343.

ipsum

ipsum audiamus: Cur in Campania, inquit, nullæ comperiuntur Perdices, neq; Francolini; cùm in ea abundent & Phasiani & Coturnices magnæ, quas Starnas vocant Campani. Contra in Sicilia sunt Perdices & Francolini innumeri; vacatq; ea insula tum Phasianis, tùm Starnis? An quia Perdices & Francolini maximè purgantur Aconito, aut alia venenosa herba quæ in Campania aut non est, aut vix, ineptauè nasci creditur: quod pharmacum abundè venit in Sicilia? Eadem ratione non sunt in Sicilia Phasiani, neque Starnæ, quòd illic purgationem nullam reperiunt, quæ in Campania vulgò optimaque reperitur. Siquidem quæ cibatui harum auium omnium apta sunt, hæc ipsa in singulis memoratis regionibus & abundè oriuntur & comperiuntur. Neq; Campanus ager, qui Siculo est paruo Septentrionalior, diuersus est à Siculo cælo, ita earum auium aliquas minus alere & tolerare possit. Qua pro re si quæ ad alendum & nidificandum omnia in singulis apta habentur, ea deficere intelligendum est, quæ ad purgationem faciunt. Aues enim illæ non solùm alimenta, vt nutriantur, sed etiam medicamenta, vt purgentur, disquirere dicuntur. Habent enim suas medicinas animalia cætera: quippe cùm animalia præter stirpes; etiam proprias ægritudines sentiunt. Hæc itaq; Nolanus. Verùm aconito purgari Attagenes siue Francolinos & Perdices, an alicuius authoritate scribat, an ex propria experientia planè ignoro, nam nunquam mihi id ab aliquo exaratum videre contigit: hoc saltem ei vix credo, Campanis maiores Coturnices vulgò Starnas nuncupari nam in tota, nisi ego turpiter fallor, Italia Starnæ, minores Perdices dicuntur, maiores siue rustæ Coturnices. Mirum etiam cur & alij non scripserint Francolinos & Perdices in Campania non prouenire.

Siculi cum Perdicibus & Francolinis abundent, & careat Phasianis, & Starnis.

Campania cur quibusdã auib. destituatur.

Aues eæ regiones in primis colũt, vbi alimenta, & medicamẽta habeat.

Coturnices maiores apud Cãpanos Starnæ nũcupãtur.

Perdices maior. vulgò Italis dicũtur Coturnices.

VOX. EDVCATIO. VICTVS.

RAPHAEL Volaterrannus Ἀτταγᾶν tanquam ex Aristophane dulce canere interpretatur: atqui apud Comicum, vel vllum alium authorem nunquam huius auis cantum memoratum, noui & planè id somniare videtur Volaterranus: Vereor autem veluti memoria lapsum, quod Æliano debebat, id Aristophani ascripsisse. Ille enim ita scribit: *Attagenæ auis meminit etiam Aristophanes Comicus in suis auibus. Loquitur hæc nomen suum, quapotẽsi voce & decantat.* *b* Plinius alias vocalem, captum obmutescere author est. Nutritur & educatur eodem modo, quo ex *c* Varrone diximus in Phasiano, ad quem locum lectorem remitto, ne velut bis coctam cramben eadem obtrudam. Spermologus est teste Alexandro Myndio apud *d* Athenæum, id est, frugibus & granis vescitur, sicut Gallinacei, vt Gillius & Leonicus de suo addiderunt. Nonnulli dubitant an dictio ista σπερμολόγος vertenda sit *frugibus victitãs*: an potiùs seminibus, *frugibusue* erutis atq; effossis, vt Spermologus auis, dicta, quam ex Athenæo scribunt ab eruendis seminibus nomen habere. Sed quis non videt, parum referre, siue effossis in agro antequam prouenerint, siue aliter repertis vescatur, modò illa in cibum recipiat.

Volaterrani error.

a lib. 4. de anim. c. 42.

b lib. 10. c. 48.

c In Geop. Græcis.

d l. 9. Deip.

Spermologus auis vnde dicta.

NATVRA. SYMPATHIA.

Antipathia.

ATTAGEN, inquit *a* Aristoteles, pulueratrix est, vt reliquæ aues non altiolæ, sed terræ propinquæ. Idem Alexander Myndius testatur, item captos non solùm non mansuescere, sed ne vocem quidem amplius edere, nisi denuò liberi dimittantur; Et hoc pariter Gilius repetit, qui præterea ab Attagene ceruos amari ex Oppiano scribit, & eorum dorso insilire. Contrà *b* Ælianus has aues & Gallinaceos inimicos esse asserit.

Attagẽ pulueratrix auis est.

a li. 9. Hist. c. 49.

Ceruos Attagẽ amat, & Gallinaceos odit.

b li. 9. Hist anim. c. 45.

PROVERBIA.

Attagenes qui dicantur.

ATTAGEN, Ατταγᾶς; *Suidas indicat hoc cognominis prouerbiali ioco dici ſolere* in ſeruos ſtigmaticos, quòd hæc auis plumas habeat varijs colorum notis diſtinctas. Atq; ita ſanè Ariſtophanes eandem vocem accipit, inquiens;

Εἰ δὲ τοῦ χἀνεῖ τις ὑμῶν δραπέτης ἐστὶ μέτρος
Ἀτταγᾶς οὗτος περ' ἡμῖν ποκίλος κεκλήσεται.
Si quis è vobis erit fugitiuus atq; vſtus notis
Attaginis ſanè apud nos varius appellabitur.

Pauones qui.

Ad eundem modum ταώς, id eſt, Pauones appellant Græci nitidiùs cultos, & verſicoloribus amictos.

Serui cur Attagenes vocati.

Menſis initiũ vt Græci vocant.

Numenius auis ſimilis Attageni.

Aliud adagium eſt apud eundem Suidam, Ατταγᾶς νουμηνία, ἐπὶ τῶν, nec plura: apparet autem locum eſſe mutilum. Adagiorum author traduxit. *Attagenæ nouilunium, & refertur*, inquit, *hoc adagium à Suida, nec explicatur, niſi quòd è diuerſis locis haud difficile coniectura colligi poteſt, dictum fuiſſe in turbam abiectorum & ſeruilium hominum. Siquidem Attagen auis eſt paluſtris, verſicoloribus plumarum maculis diſtincta, vnde ſeruum hominem ſtigmaticum, & cui tergum ob plagarum vibices, varijs punctis eſſet picturatum, Attagenam vocabant. Porro ad nouam lunam (ſic enim Græci vocant initium menſis, cùm calendas non habeant) & ſerui diſtrahebantur apud Athenienſes, & militum delectus agebatur, vt Suidas ſcribit in voce* Νουμηνία. Hæc ille. Sed ignorabat Numenium auem eſſe Attageni ſimilem, de qua plura Deo volente in propria eius hiſtoria dicam: Itaque quadrabit prouerbium, ſi duo inter ſe ſimiliter improbi, & varijs dolis referti (vt aues iſtæ maculis) conuenerint. Neſciebat etiam idem planè prouerbium eſſe quod alibi retulit, *Conuenerunt Attabas, & Numenius*, Συνῆλθον Ατταβάς τε (legendum Ατταγᾶς τε) καὶ Νουμηνίος, *Quidam*, inquit, *legunt Attagas* (& reuera ita omnino legendum eſt) *Dici ſolitum quoties improbus aggregatur cum improbo. Diogenianus tradit hos inſigne par furum fuiſſe. Meminit huius Diogenes Laertius in vita Timonis Nicei. Nam hoc prouerbio notabas eos, qui putabant intellectu atteſtante ſenſibus eſſe credendum, cùm ipſe nec rationi nec ſenſibus aſſentiendum putaret. Simillimum illi, quod alibi dictum eſt, cum Pitho Baccius.* Hæc idem ille, deceptus, vt apparet, à Diogeniano, qui auium nomina, hominum nomina fuiſſe putauit.

Ardea in auem.

Attagenæ macularum varietate ſimilis eſt etiam Ardea ſtellaris, quam ex ſeruo (nimirum ſtigmatia) in auem mutatam fabulantur, eadem ſcilicet ratione, qua ſeruus improbus, vibicibus & liuoribus, aut etiam cauterijs notatus, Attagen dicitur.

Hanc item parœmiam; τρὶς τοῖς κακούργοις, κακά id eſt *malis ter mala*, hoc eſt, digna dignis eueniunt, aiunt ab huiuſmodi quadã fabula profectam. Narrant Attagenes aues, cùm primùm è Lydia in Ægyptum eſſent deportatæ, atq; in ſyluas dimiſſæ, Coturnicis vocem edidiſſe; deinde eueniſſe, vt exiccato Nili fluminis alueo, peſtilentia regionem Ægyptiorum infeſtaret, magnamq; hominũ vim abſumeret; Interea Attagenes vocem edere cœpiſſe humanam & articulatam, aliquanto maiorem puerili, dicentes, hæc verba; τοῖς κακοῖς τρὶς κακά, id eſt, *malis ter mala*, a Athenæus huius fabulæ authorem citat Socratem in libro de terminis ac locis, tùm de igne ac lapidibus, ſic efferens adagium, τρὶς τοῖς κακούργοις κακά.

a l. 9. c. 12.

Circumfertur inter Græcas ſententias & hic verſus;

Ἐσθλῶ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ διδοῖ θεός: id eſt;
Viro bono bona largiuntur cælites.

Referuntur & hi ſenarij ex poeta quopiam in commentarijs de audiendis poetis;

Εἰ μαρμένον γὰρ τῶν βουλεύμα τῶν
Κακὰς ἀμοιβὰς ἐσὶ καρμοῦσθαι βροτοῖς,
Conſilia ſi quis deſtinarit improba,
Huic neceſſe eſt præmium ferre improbum.

VSVS IN CIBIS.

Caro Attagenũ quali.

APleriſq; medicis, maximè Galeno & Oribaſio in ratione alimenti Attagenes cum Perdicibus ferè coniunguntur. Caro earum facillimè excoquitur, & probum ſuccũ generat. In hanc, inquit *a* Iulius Alexandrinus, nõ immeritò omnes congeras alimenti probi laudes; ſiue laudatus ſuccus ſit ex ſanguinis optimi generatione, vnde clari maximè illuſtreſq; ſpiritus gignantur; ſeu ſpectanda copia, quæ, vt in auibus expectari hinc 10 poteſt, idq; pauciſſimo excremento, multa; ſeu concoctionis facilitatem ſequamur, cum alimenti, vt diximus, non exigua copia coniunctam. Indicio horum omnium fuerit carnis in primis candor totius, & teneritudo, fibris prorſus nullis, quæ manifeſtò bonitatem nobis alimenti hanc præſtent, quam experimur. Hæc ille; & Galenus reuera *ſuccum ex Attagenum carne laudabilem, neque tenuem, neq; craſſum* gigni ait. *Duraz auis*, inquit *b* Auicenna, vt Bellunenſis emendat, *præſertur carni Cubigi* (Coturnicem interpretatur Bellunenſis, Venetijs dictam hoc eſt, Perdicem, cuius roſtrum & pedes rubent *& Alſuacat* (hoc genus Turturum eſt, vel Palumbium colore camelino, aut cinereo, Bellunenſis) *eadem temperantior, teneriorq; ac ficetor eſt carne Altedarugi* (hoc eſt, vt idem Bellunenſis vertit, Phaſiani, vel Per- 20 dicis, vel Auis Coturnici ſimilis) *Et minus calida*. Et alibi rurſus; *Inter aues melior eſt caro Alduragi, & Gallinarum eſt ſubtilior ea, & non ſunt cum nutrimento carnium Alchabagi, & Altedarigi* (qui locus eſt obſcurus, & haud ſcio an deprauatus.) Attagenis eſus non aliter ac cæterarum præſtantiſſimarum auium ſemper in maximo honore habitus fuit. Phœnicides apud *c* Athenæũ, dum varias ſe delicias deguſtaſſe refert, vtpotè myrta, vel propylea quam vocem pro cibo nuſquam inuenio) iſchadas, nihil horum cum hocce volucrum genere conpiſces commendare volentes, Perdici marino comparant, ita (inquit) antiqui Attagenem Perdici præferentes, huiuſmodi delicatos cibos Attagenes marinos nuncupabant Non mirum itaq; ſi *d* D. Hieronymus in luxurioſum & gulæ delicijs deditum inuectus. Attagenem 30 eructare, & de comeſto Anſere gloriari obijciat. Veteres ac in primis *e* Plinius Ionicum m tanquam ijs, qui & alijs regionibus afferretur, delicatiorem celebrabant. Hinc legimus etiam apud *f* Flaccum.

Caro Attagenũ quali.

a l. 13. Salub. c. 5.

b lib. 2. cap. 223.

Luxus in eſu Attagenum.

c lib. 14. Deipn.

d l. 5. de Auib. cap. 6. Perdix marinus.

e Epiſt. 14. ad Aſellam de fict. amicis.

Non Afra auis deſcendat in ventrem meum
Non Attagen Ionicus;
Iucundior quàm lecta de pinguiſſimis
Oliua ramis arborum.

f l. 10. cap. 48.

g In Eod.

Laudat eoſdem *h* Martialis.

Inter ſapores fertur alitum primus
Ionicarum guſtus Attagenarum.

h l. 3. Epigram.

40 *i* Aulus Gellius verò Attagenam Phrygiam ex Satyra Varronis, quæ περὶ ἁρπαγῆς inſcripta eſt, id eſt, de peregrinis ciborum generibus, nominat inter genera & nomina edulium & domicilia omnibus alijs præſtantia, quæ profunda ingluuies veſtigauit. Scaliger Hibericum celebrat, inquiens;

i l. 7. Noct. Attic. c. 16. Attagena Phrygia.

Turgenſq; noſtro ſanguine eructet Pagrum
Aut Attagena Hibericum.

Condituram harum auium leges apud *k* Apitium, *In Perdice*, inquit, *Attagena, & in Turture* (ſcilicet condimentum) *piper, liguſticum, mentham, rutæ ſemen, liquamen, merum & oleum calefacies.*

k l. 6. c. 3.

50

MEDICA.

GALENVS alibi, quibus Attagenum carnes conueniant, docet, & ſtomachicis prodeſſe aliàs etiam dixit. In libro de renum affectibus, qui eidem Galeno aſcribitur, pro nephriticis etiam laudantur. Hinc Alexander Benedictus victus rationem pro calculoſis deſcribens; Laudatiſſimus, inquit, in cibo eſt Attagen, ſi domi non educatus fuerit. Cerebrum & intellectum ac genituram auget, teſte Auicenna, libidinemque promouet. Trallianus Attagenes etiam purulentis in cibo concedit.

a l. 6. de ſanit. tuen. l. 8. de comp. med.

DE

DE GALLINA CORYLORVM. Cap. XI.

Longolij error.
Orix quid Alberto.
Lagodia quæ & vnde dicta.
Lagopus vnde dicta
Perdix alba, vel mõtana.
Heſelhen.
a In opere de re metall. l. 3. c. 54.
Gallina vicium.
Bonaſa & eius etym.
Auisbona.
b lib. 5. de Anib. cap. 54.
Otis Longolij, ſed perperam.
Perdix ruſtica, vel montana.
Bellonij.
Gelinette ſauuage.
Gallina ſyluestris.
Perdis de montagne.
Geline de boys.
Tſchaſarmadar.
Cæſaris auis.
Rzierzia-bek.
Iabantau.
Pernis alpedica.
Faſanella.
Frãcolino.
Gelinette.
Morehen.
Gallinæ corylorum cũ Perdice ſimilitudo.

VAMVIS iſtæc etiam auis, quam nunc in manibus aſſumpſimus, fortaſſis cuipiam huc non pertinere videri queat: nobis nihilominus viſum eſt, antequam ad alias ſermonem noſtrum conuertamus, de ea prius aliquid dicere, vel hoc potiſſimùm argumento adducti, quòd plerique viri docti, veterum Attagenem eſſe credant, præter vnum Gyb. Longolium, ſed qui turpiter cum Otide, aut decuplo fermè maiore, & tridactylo, vt mox patebit, confundit, nominis fortè vicinitate deceptus. Otix enim Alberto, & authori de rerum natura, Gallina corylorum dicitur: quam barbaram vocem fortaſſis cum Græca Otis eandem eſſe iudicans, eandem quoque auem eſſe coniecit: & forſan pariter ex Lagodiæ nomine, quo Alexander Myndius apud Athenæum Otidem hanc ſcilicet cum Oto aue nocturna implicans, dici ſcribit, ad eandem ſententiam impulſus eſt. Mihi Lagodiæ nomen à lepore factum, & non Otidi, ſeu Oto Noctuæ ſimili conuenire videtur, eò quòd pedes plumis villoſos & leporis fermè ſimiles habeat: qua ratione etiam Lagopodi, quam Perdicem albam, vel montanam appellant, inditum nomen.

SYNONYMA.

GERMANIS, apud quos hæc auis Alberto teſte, abundat, dicitur ein haſelhun, id eſt, Gallina corylorum, vel vt a Chriſtophorus Encelius ait, Raebhuner, hoc eſt, Gallina vitium, quòd ſub eiuſmodi arboribus degat. A Græcis & Latinis Attagenẽ appellari pleriq; docti arbitrãtur; quibus & Ornithologus aſtipulatur. Ego quid de Attagene ſentiam præcedenti capite expoſui. Albertus & author de natura rerum hanc auem vocant Bonaſam, at qua ratione, ignoro: Ornithologus originem Gallicam eſſe ſuſpicatur, vt ſcilicet Bonaſa dicatur, quaſi auis bona, quòd in cibo laudatiſſima ſit. Idem Albertus etiam Oticem appellat, Longolius Otidem, falsò, vt diximus, nominis vicinitate. Petrus Bellonius Gallinam ruſticam M. Varronis: Et b alibi vt Ornithologus annotat, Perdicem montanam, & ſyluaticam dici poſſe ſcribit. Italis pro locorum diuerſitate, diuerſis etiam venit nominibus. In locis non longè ab alpibus diffitis, & circa lacum Verbanum Petrus alpedica, ideſt, Perdix alpina: ab alijs, vt Bellinzonæ Faſanella, alijs deniq; Francolino, vt probat Ornithologus ex doctiſſimi medici Aloyſij Mũdellæ epiſtola ex Italia ad eum miſſa vnà cum auis icone, quæ omnino cum Gallina Corylorum eadem erat. Galli vocant Gelinotte, vel gelinette ſauuage, id eſt, Gallinam ſyluestrem, vt in Burgundia & Lothoringia, Perdis de montagne, id eſt, Perdicem montanam: item Geline, vel Gelinote de boys. Angli Morehen, vt quendam ſibi interpretatum fuiſſe Ornithologus memorat; ſed hoc nomine potiùs quædam ſyluestris Gallina ſignificari videtur. Vngari Tſchaſarmadar, id eſt, Cæſaris auem, fortè ob carnis præſtantiam, quaſi Cæſare digna ſit. Illyrij Gerzabelk, vel Rzierziabek: Turcæ Iabantau.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

GALLINA Corylorum prorſus ex Perdicum genere videretur, niſi maior eſſet; vnde dicebat Lõgolius, Otis (intelligit autem Gallinam coryli) Perdici adeo ſimilis eſt, vt præter hoc inditium (nimirum quod plumas circa aures non erigit, vt Otus, ſed demittit, vt palearũ quandam ſpeciẽ repræſentet potius, quàm auricularũ) & quòd roſtro paulò longiore eſt, ab illa patũ diſtet: corpulẽtior tamen & cruribus plumoſioribus currit, vt fortaſſis ob hoc ab Alexãdro Myndio Lagodias dicta ſit, ob id quòd tanquã villis leporinis hirta videatur. Hęc ille. Cũ itaq; Perdicibus multò maior ſit, & ad Gallinã propè accedat, itaq; ad Gallinarũ fortè genus potiùs referẽda videtur: ſuũ tamen interim cuiq; iudiciũ relinquo

relinquo. Quòd verò Longolius palearum quandam speciem repræsentare dicat: id in Gallina corylorum minimè videntur habere locum.

FORMA. DESCRIPTIO.

GALLVS Coryli, inquit Ornithologus, quem ipse consideraui, talis erat: paulò minor Gallina, rostro breui, nigro. Palpebra superior croceo aut ferè cocci colore splendebat: puto autem in maribus hunc colorem intensiorem esse, in fœminis remissum (vnde mea, quam mihi doctissimus Melchior Guilandinus pro Attagene aliquando Patauio dono misit, fœmina fuerit; nam in ea talis color admodum remissus erat.) Pennæ vndiq; variæ, sic vt color glaucus siue cinereus, niger, castaneus & albus in eis spectarentur. Color. Denique; tota erat varia & elegans auis. Cauda quàm Perdici longior: in extremitate coloris glauci; paulò interius verò linea latiuscula erat nigra. In supina etiam capitis parte plumæ nigræ. Pedes omnino hirsuti plumis ad principium vsq; digitorum pertinentibus, quæ villos leporinos ferè referebant. Digiti pedum corticosi, squamosi, glauci, multis lineis articulati, vt in Gallo syluestri illo, quem Gallum frondium (Laubhan) nostri vocant. Hactenus Ornithologus. Mirum videtur, cur fuscam eam maculam tacuerit, è qua eiusdem coloris tenues quædam pennæ ceu villi dependentes tanquam barbam efficiunt Quam verò lineam nigram in cauda vocat, ea profectò maxima potius macula dicenda est: in qua etiam aduertendum est, quòd superiores pennæ, quæ cæteras tegunt, ea careant. Verùm sicuti mutila quodammodo hæc Ornithologi descriptio est, ita contrà exactiorem ex doctissimo a Petro Bellonio præterire nolo. Auis, inquit, quam syluaticam Gallinam vocant, Lutetiam Parisiorum quandoq; ex Hercina sylua defertur media potissimùm hyeme. Arbitramur autem hanc eam esse, quam veteres Romani Gallinam rusticam dicebant. Qui has volucres ad nos deferunt, ex Lothoringiæ oris veniunt, & cùm Phasianis delicatiores esse sciant, duobus etiam aureis nonnunquam eisdem vendunt: nam Principum œconomi emptas ab ipsis portatoribus ad aulas deducunt, vel priuatis etiam magnatum epulis nuptijsq; ceu aptissimas volucres reseruant. Ratio cur eiusmodi alites, veterum Gallinas rusticas esse suspicati sumus, haud deest; siquidem quæ M. Varro, vbi ait: *Gallina rustica sunt in vrbe raræ, nec ferè manuetæ, sine cauea Romæ, similes facie non his villaticis Gallinis nostris, sed Africanis aspectu, & facie incontaminatæ: in ornatibus publicis solent poni cum Psittacis, & Merulis albis: item alijs id genus rebus inusitatis: neque ferè in villis oua, aut pullos faciunt, (in seruitute enim non fœtant, sed in syluis)* Rusticæ Gallinæ tribuit, ea omnia egregiè admodum huic Gallinæ syluestri conueniunt. Nomen fecit hæc auis insulæ maris Ligustici, Gallinariæ inde dictæ, quod hæc eiusmodi etiam aues copiosè subministraret. Hinc quoque factum est, vt nonnulli existimauerint Perdices, quas incolæ sunt. Ieræ pingues vocant, esse has nostras Gallinas syluaticas. Pennæ superioris dorsi similes sunt Ascolopacis (Beccasse) quæ verò sub ventre è regione ventriculi sunt, albescunt, nigro, maculatæ, & quæ in collo sunt, vt Phasiani. Caput & rostrum instar Perdicis; rubedinem habet in supercilijs, vt Perdix. Cauda etiam, vt in Perdice minore, fulua (grisea) in extremitate alba, & deinde nigra ad pollicis magnitudinem, cætera colore colli Tetraonis. Pennæ, quæ sunt supra ossa sacra longæ ac duplices, colore, vt in dicta Perdice. Remiges alarum adinstar Aluconis maculatæ sunt. Tibiæ plumis ad digitos ferè vsq; tectæ. Pedes habet, vt Perdix, quam diximus: qua nota ab Attagene distinguuntur, sicuti etiam corpulentia, quæ Gallina minor est. Rostrum obtinet breue rotundum & nigrum. Habet pariter pennas phœniceas, hoc est, colore dactylorum in vtroq; latere stomachi sub alis. In summa quicunq; imaginatur sese Perdicis conspicere speciem colore inter rubrum & cinereum medio, quæ præterea aliquid de Phasiani plumis participet, hic Gallinam hanc syluaticam conspexerit. Hactenus Bellonius.

Gallinaria insula.

Descript. Dorsum.

Caput.

Ala.

Tibiæ.

a lib. 5. de anib. c. 11.

Gallina syluatica.

Gallina rustica.

Gallina Corylorum cum Ægylope, ſiue feſtuca.



LOCVS VICTVS.

HOCCE auium genus Alberto teſte frequenter corulis inſidet, & iulis ſeu nucamentis, quæ piper longum ſpecie referunt, veſcitur. Sed cùm eiuſmodi iuli toto anni tempore non dentur, itaq; pronunciandum videtur, eos tantùm alijs cibis
1 opi præferre; alioqui, vt a Georgius Agricola tradit, in condenſis opacis ſyluis degere ſolet. Idem ait plurimas in montanis ſyluis circa radices alpium reperiri, præſertim vbi coryli & rubi abundant, nimirum vt alantur ijs in locis, & auium rapacium inſidijs tutiores ſint, hyeme itidem in ſyluis manere, ac corylis veſci, minimè. Idem ferè Aloyſius Mundella in epiſtola ad Ornithologum ſcripta aſſerit: In noſtris regionibus, inquiens (circa Brixiam Venetorum) ea auis capi non conſueuit, licet auceps quidam mihi proculdubio affirmauerit, ſe plurimas per anteactam hyemem venando cepiſſe, eaſq; per mõtes tantùm arboribus conſitos, per ſyluas videri nõ per campeſtria, vt quæ rapacium volucrum inſidias magis timeant, quàm hominum aſtus; ac quandoq; in arborum ramis humilioribus inſidere, & velociter, vt Coturnices quoq; aſſolent, currere. Hæc ille. Sed quo victu vtantur, nemo ex-
2 oplicat; vnde omnino crediderim ſpermologas eſſe. Pullos vbi educauerunt, vt iam volari poſſint, aliò adducunt extra locum educationis ipſorum; illi verò bini, mas & fæmina alij aliorſum ſe conferunt, quod indubitanter ob alimenti inopiã facere coguntur. Ornithologus aucupem narraſſe ſibi tradit, ſe captæ cuiuſdam ingluuiem & ventriculum reſcidiſſe, & cibo, quo aleretur, in eis animaduerſo, aliam quandam deinde multo tempore pauiſſe; ſed & in cibum non nominat, cùm alioqui nominare ſanè debebat.

a l. de ſubterraneis.

Cur in ſyluis agat.

COITVS.

30 NEGANT, inquit author de natura rerum, Gallinas coryli more aliorum animantium coire, ſed libidinis tempore marem hiante ore diſcurrere, donec ſpuat, ſeu ſpumam eijciat, quam fæmina mox deuorat, & concipit. Sed hoc falſum eſſe Albertus hac ratione affirmat, quod ore, inquit, accipitur, in ventrem fertur, vbi alteratum nutrit, & quod ſuperfluum eſt, aluo redditur. Vnde meritò omnibus ſeſe ridiculũ proponit
a Chriſtophorus Encelius vir alias vndiquaq; doctiſſimus, omnes fermè Gallinas ſylueſtres ore, ſed diuerſo modo coire pronuncians. Hæ ſpecies, inquit, Gallinarum ſylueſtrium, quæ à corylis & viribus nomen habent; item quæ ab agris requieſcentibus nomen inuenere in Marchia, coloris cyanei, optimi ſaporis, boni chymi coeunt ore circa æquinoctiũ vernum, oſculatione facta, vt ſolent Columbæ. Gallus enim iſtarum ſpecierum roſtrum inſerit in
40 os fæmellæ, & ita ſperma infundit more viperarum, in fæmellam. Hinc credibile eſt, quod fuerũt aucupes & venatores, Gallos de ſylueſtribus Gallinis, quæ à corylis nomen inuenere (quas aliàs neſcio an bene, Bonaſas vocant) ſenio confectos oua more fæmellæ ponere, quæ excludant buffones, & ex illis naſci baſiliſcos ſylueſtres, ſicut ex ouo Galli Gallinacei domeſtici poſt nouem annos excluditur Baſiliſcus per rubetã domeſticus; id quod teſtatur experientia. Sunt enim iſti ſerpẽtes verè baſiliſci ſylueſtres deſcriptione Nicandri, qui baſiliſcũ ſylueſtrem deſcribit. Neq; eſt genus perſe & rariſſimè reperitur. In Marchia & in ditione Abbatis Zinnenſis, prope vrbem Luckenualdam contigit mihi videre talem ſerpentem interfectum à paſtore, & profectò magna in ſyluis ibi eſt copia talium Gallinarum. Serpens erat capitis acuminati, flaui coloris & fermè crocei, longitudine ad tres palmos
50 & vltrà, immenſæ craſſitudinis, cauda turbinata in latus multis notulis candidis aluo inſignitus, tergore tendente ad colorem cyaneum, oris immenſi proportione corporis. Paſtor qui eum interfecerat acuminata ſecuri, narrabat mihi illum veſci ranis, ſerpentibus & omnium generum animantibus, præter Bonaſas, vt de quarum proſapia ſit genitus. Habitationem eius eſſe ad paludes, præcipuè vbi coryli ſint, mirum in modum delectari lacte, propterea interficere eam vaccas venato ictu & propterea ipſum quoque eo magis peti à paſtoribus & interfici. Retulit idem mihi paſtor eius vocem eſſe veluti Anſeris defendentis pullos, & hanc vocem Nicander vocat tygen. Hæc omnia itaque ille, quæ qui volet, credet, ego penes ipſum fidem manere volo, & profectò nemo vnquam etſi diſertiſſi-

a In oper de re metall. lib. 3. c. 54.

Encelij ineptiæ.

Baſiliſci fabuloſa generatio.

Tygẽ quid.

mus

mus mihi persuaserit animalia vlla ore coire aut cõcipere, aut ex auium cuis serpentes generari. Refert porrò similem subinde fabulam de Vrogallorum conceptione, & serpentium quorundam ex spermate eorum in terram effuso generatione, vt suo loco etiam diximus.

Basilici sylueſtres, & domeſtici.

Basiliscos etiam aliquos sylueſtres, alios domesticos esse, & illos à Nicandro describi nullo authore aut teste, ne ipso quidem, quo nititur, Nicandro defenderit. Quamobrem ad accurationem de hisce serpentibus inquisitionem, hoc scripto nostro, si fortè inciderit, excitari ipsum velim, aut nimis credulos alios homunciones eius assecias, ita quidem ne vulgo, & pastoribus temerè fidem adhibeant.

CAPIENDI RATIO.

STVMPFIVS Gallinas corylorum bis quotannis capi asserit, mense nimirum Martio, & Autumno. Capturus eas auceps, inquit, vocem earum diligenter obseruatam fistula imitatur in sylua: illæ si præsentes fuerint, respondent. Tum auceps in Tugurio aliquo humili se abscondit, & rete erectum aliquot passuum longitudine ante tugurium extendit. Tum autem fistula vocat: aduolat illa, & per terram iuxta tugurium huc illuc discurrens reti implicatur & capitur. Et rursus; Si gallus, inquit, tantum huius generis capiatur, Gallina relicta, Gallum alterum adducet, ita vt plures Galli vnam semper fœminam sequentes deinceps aliquando capiantur. Gallina verò capta, Gallus alteram sequitur Gallinam, nec amplius ad pristinæ habitationis locum reuertitur.

SYMPATHIA.

Otis equum amat.

GYBERTVS Longolius, qui vt aliquoties diximus coryll Gallinam Otydem veterum facit, illam quoq; equis (quod veteres de Otide scribunt) gaudere tradit, nescio ex proprianè experientia, an inde tantùm, quòd auem eandẽ esse persuasum habebat. Verba eius in dialogo hæc sunt. LONG. Et tibi Otin (Otidem potius) vt equo delectatur, caudam illius, vt vellicat, vt assilit sternutanti. PAMPH. Nidum parat, quamobrem setas equinas colligit. LONG. Nihil minus, naturalis est amoris; quamobrem ij, qui vel visco, vel retibus, vel arcu illam fallunt, equum adducunt, sed cum aucuparium, qui bombardæ, vel scorpionis fragorem non exhorrescit. Nam fictis equis, quibus Perdices illaqueat, rarò prehenditur.

VSVS IN CIBIS.

Carnis qualitas.

Cibi nobilitas.

NOSTRI, inquit Ornithologus, cibum prorsus nobilem, & ferarum auium omnium laudatissimam hanc auem prædicant; ita vt principibus etiam interdum postridie quam cocta est, apponatur sola auium, aut omnino animalium fortassis. Sunt qui colores quatuor diuersos in eius carne inueniri dicant. Hæc ille, sed quales non addit. Albertus carnem foris nigram intus albam esse scribit, teneram verò & gratissimi saporis. Author de natura rerum, & Aloysius Mundella in probitate succi Perdici eam comparant, Mundella etiam præfert. Capta, vt Stumpfius ait, per excrementi locum exentetari, sali, condiriq; potest, vt cum plumis etiam diu seruari, aut procul deferri possit.

VSVS IN MEDICINA.

Bonasæ facultas.

IDEM Stumpfius Bonasam epilepticis salubrem ex alijs tradit, sed quorũ authoritate nitatur nõ nominat. Mulieres audio, inquit Ornithologus, harum auium pennis certo tempore decerptis aduersus vteri suffocationem vti; nescio suffitunè, vt Perdicum Paonumnè pennis an aliter; sed tale remedium, vt ille etiam fatetur, superstitione non caret. Eodem referente Hippiatri quidam recentiores, Bonasarum tres quatuoruè ventriculos vnà cum cibo in eis contento equis asthmaticis deuorandos dari præcipiunt.

DE-

DE OTIDE SEV TARDA AVE.
Cap. XII.

OTIS siue Tarda auis, quamuis toto genere à præcedentibus auibus differat, nimirum trydactylos à tetradactylis, antequam è manibus excidat, non abre fuerit hoc loco de ea pertractare, cùm quòd cum proximè præcedentibus pleriſq; ferè confuditur, quemadmodum satis superq; demonſtrauimus, tùm etiam quòd pulueratrix eſt, & frugibus veſcitur; ſiquidem de pulueratricibus & frugiuoris hactenus egimus, agemuſq; donec auium natura patietur. Vt verò quàm breuiſſimè repetamus, cum quibus auibus Otis implicita ſit, dicimus Hermolaum & Longolium perperam exiſtimaſſe Otidem Tetraonem eſſe: rurſus eundem Longolium & Ornithologum lapſos, dum credunt hanc auem eandem eſſe cum Tetrice Nemeſiani poetæ. Idem Longolius Gallinam córy lorum, de qua proximè egimus, auem, inquam Otide noſtra vel quaſi decuplo minorem cum Otide eandem eſſe aſſerit, errore tam manifeſto, vt vel cæcus de eo iudicet, quod ceu in Vrogalli hiſtoria omiſſum hic addimus. Adhæc Turnerus ſcribit aliquot Germanorum litteratores, vt Murmellium Pygargum, Aquilæ genus interpretari Trappum turpi errore: Siquidem Trappus Germanorum, vt ſubinde patebit, Otis eſt, ſeu Tarda. Poſtremò [a] Syneſius ſcribit Otidem ab imperito aliquo Pauonem exiſtimare poſſe. Sed ne diutiùs in recenſendis Neotericorum erroribus tempus teramus, amabo examinemus veterum monumenta, videamuſq; nũquid & ipſi ſibi conſtent. Equidem Athenæum qui legat, & parum etiam attentè legat, niſi prorſus ἄμουσος ſit, indubitanter iudicaturus eſt omnia, quæ de Otide prodidit, cum Oto aue toto genere diuerſa, vtpotè nocturna, [b] peſſimè confudiſſe. Ridiculosè item Oppianus pro Otis Otides inducit, hiſq; cornua affingit. Sed quid & hoc miramur, cum nec Plinius, immo verò (ſi Deo placet) nec ipſemet Ariſtoteles ſibi conſtare videantur. Apud [c] illum enim, vbi hunc Ariſtotelis locum traducit, Linguolaca, Otus, Cenchramus cum Coturnicibus auolant, Otis legitur: ſed cùm paulò pòſt ipſemet dicat: *Otus Bubone minor eſt*, citra controuerſiam vtranq; auem ſimul confundit. At fortaſſis primo loco typographi mendum quiſpiam ſuſpicari queat, atq; ita Plinium excuſari, defendiq; poſſe, is ſanè Ariſtotelem, qui pariter in ſimilem errorem impegit, nempè vbi rationem adfert, cur Otus commodiùs ſaltationem (quæ & ipſa Otus dicta eſt, quemadmodum in huius auis hiſtoria ſcripſimus) perficiat, (nam hoc in loco Otum eſſe ait planipedem) tueri non poterit, nam nec Otus, nec Otis, cum qua confundit, planipes eſt: quare ſuſpicandum eſt neutram agnouiſſe, atq; iccirco [d] vbi Otum cum Coturnicibus migrare ait, ſuſpecta pariter mihi eſt lectio, eamq; parum circunſpecte Plinium in ſuam hiſtoriam tranſtulit. Etenim nocturnas aues migrare mihi nouum atq; prorſus inſolens eſt audire, neq; vnquam aliàs ab ipſo Ariſtotele proditum: neq; etiam Otis migrat, quod vt credam multorum virorum fide dignorum experientia didici: quapropter omninò concludo Otum Coturnicibus concomitamen hactenus incognitum eſſe, eiuſq; deſcriptionem apud authores nondum extare. Verùntamen quamuis omnia tam implicitè de Otide cùm à priſcis, tùm à recentioribus ſcriptoribus ſint exarata, nihilominus nos exactiſſimam hic, dilucidiſſimamq; de ea hiſtoriam pollicemur, ſed proſequamur.

Ordinis ratio.

Otis cum quibus auibus implicita.

Pygargus.

[a] *In Epiſt.*

Athenæi error.

[b] *lib. 9.*

Oppiani nugæ.

Plinij & Ariſtotelis lapſus.

[c] *lib. 10. c. 23.*

[d] *8. Hiſt. c. 10.*

SYNONYMA.

VETERES Hæbrei Anapha exponunt, vt Paulus Fagius ſcribit, genus Milui, Iudæi Heluetiam incolentes Trappum, hoc eſt, Otidem. Interpres Auicennæ pro Alhabari Tardam vertit, & fortaſſis non ineptè: nam & Andreas Bellunenſis, Alhabari, inquit, eſt auis ſicut Anſer, non multùm volans, nota apud venatores Damaſci. [a] Galenus Ὠτίδα per omicron legi teſtatur apud [b] Xenophontem, apud Ariſtotelem Ὠτίδα per omega; quod & Varinus repetijt. Apud Xenophontem nihilominus per ω legitur, nempe hoc modo, Ἐπέσαν δὲ καὶ Ὠτίδες καὶ ὄρνιθες. Ego per omega legerim, vt ſcilicet Otis dicatur, quia inſignes, & memorandos aurium meatus anfractuſq; habet. Otum vel Otidem

Anapha.

Alhabari.

[a] *In Gloſſis.*

[b] *l. 1. Anabas.*

b lib. 9. Lagodia. b Alexander Myndius referente Athenæo omnia confundente, vel aliorum potiùs confundentium verba citante, quoq; Λαγωδίαν vocari tradit. Mihi Ornithologus Lagodiæ nomen rectè à lepore deriuare videtur, conueniretque Oto, non autem Otidi, de qua nunc agitur: Nam Otus pedes habet villoſos, & quodammodo leporinis non abſimiles, qua nimirum ratione Lagopus, id eſt, Perdix alba nomen meruit, vt antè dictum eſt, & pòſt rurſus ſuo loco dicetur. Romani proprium nomen olim habuiſſe non videntur: ſiquidem *c* Plinius, *Hiſpania*, inquit, *aues Tardas appellat, quas Græci Otidas*. Huc pertinet ridiculum prorſus, exibilandumque Auguſtini Niphi etymum, Otidem videlicet Tardam dictam fuiſſe exiſtimantis, quia tardè Romæ conſpecta ſit. Quis vel mediocriter tantùm in litteris verſatus non videat amabo ita à corporis tarditate appellatam? Nam & *d* Iſidorus Iſpalenſis Hiſpanus, *Tarda*, inquit, *auis apud nos dicitur, eò quòd tardo, & grani velatu detenta, nequaquam, vt cætera volucres velocitate pennarum attollitur. Græcè autem Gradipes appellatur.* Quam poſtremam vocem, quemadmodum neq; aliam ſimilis ſignificationis reperiri de hac vel aue alia apud Græcos non arbitror. Sed fortaſſe hocce etymum quibuſdam magis adhuc ridiculoſum videatur, vtpotè quod linguam Hiſpanicam cùm Romana confundat: debebat enim, inquiunt, ex Hiſpanico idiomate Hiſpanicæ dictionis etymum peti. Sed his ego vnà cum doctiſſimo *e* Ioanne Goropio reſponderem Latinorum tardus, & Hiſpanorum tarda ab Anglorum tardimanaſſe: apud quos, vt in tractatu pòſt patebit, hæc auis abundat, & patria voce à Buſtard, vel à Biſtard appellatur; vnde etiam recentiorum Biſtarda, & Starda. His autem populis Taridem eſt, quòd moror, aut pigrè procedo, quòd Otidi proprium eſt. Trappus verò recentiorum à Trapo Germanorum promanauit, ſed hæ, per metatheſium ſiue litterarum tranſpoſitionem à Tar Anglorum: Ad hæc Trapp ijs idem eſt, quod gradus, nobis eodem ſenſu ſcalino, quòd pedetentim, hoc eſt, tardè & paulatim conſcendatur. Belgæ addunt gans dicentes Trapgans, hoc eſt, prorſus, ſeu omninò Trap, ſiue piger aut tardus. Non enim hic gans Anſerem ſignificat, vt hactenus totius Germaniæ, litteratores credidere, ſed omninò, quòd veluti ſubodoratus Gyb. Longolius, non video, inquit, cur vulgò Anſeris nomine veniat, cùm nulla in tam magno corpore mica ſit, quæ Anſeris ſpeciem præbeat, niſi quia Anſerum modò gregatim volat. Eodem prorſus ſenſu Scoti Guſtardes appellant, licet Ornithologus Gulz Anſerem Britanni dici ſcribat, cùm alioqui in Anſeris hiſtoria inter ſynonyma Anglica eius mentionem nullam faciat. Neq; etiam aliter Oſtarde, Ouſtarde, vel Otarde, Biſtarde Galli, quàm à tarditate vocant. Sed ne ego Italus Germanici ſermonis imperitus, tanquam cæcus de colore iudicaſſe videar, itaq; fateor me ingenioſam hancce etymologiam Ioanni Cornelio VVteruuerio Batauo, Med. doctori, quemadmodum & alia longè præſtantiora debere. *f* Sigiſmundus Galenius Trapauem Illiricè Droſa vocati ſcribit, & eam eſſe conijcit, quæ in Lexicis Græcorum Πάφος appellatur, nempè Heſychij & Varini: ſed cùm nulla præterea Raphi auis mentio aut deſcriptio extet, nos eandem auem eſſe non aſſeremus. Pelacanus quidem Kiranidi alio nomine etiam Ramphos dicitur, à roſtro videlicet, quòd inſigne, & omnium latiſſimum habet. Nos Picam Breſilicam pariter propter miram roſtri magnitudinem Ramphaſton appellauimus. Petrus Apponenſis Patauinus, alias Conciliator dictus, vt citat Antonius Gazius Patauinus, nominis vicinitate, vti apparet, deceptus, Starnam cum Starda confundit, inquiens: *Starna à recentioribus dicta, vel eſt Perdix minor, vel eſt auis magna, vt Anſer, griſea*, cinerea, *cuius caro laudatur, maximè cum iuuenis fuerit*. Hæc enim auis magnitudine Anſeri Starda ſeu Tarda eſt, non Starna, quæ Perdix minor eſt, auis externa Plinio dicta, vti ſuo loco manifeſtabitur. Neq; etiam Perdices Anſerum magnitudine, quas in India Oneſicritus apud Ælianum reperiri ait, meo iudicio Stardæ ſeu Tardæ ſunt, quamuis id Ornithologus ob conſimilem colorem, & parem magnitudinem exiſtimet. At vt de colore nihil dicamus, qui & ipſe ſcilicet parum reſpondet, nam Perdix veterum ruffa eſt: pedum diſpoſitio ſaltem Tardas à Perdicum genere diſcernit: illæ namq; tribus duntaxat, hi quatuor digitis pedes inſtructos habent.

Lagodia.
Lagopus. ſ lib. 10. c. 22.
Niphinuga. Etymum. d l. 12. c. 7.
e li. 7. Hermoth. Buſtard. Biſtard. Taſtard. Anglis.
Trappus, & eius etymum.
Guſtardes.
f In Lexico. Simphono. Πάφος.
Pelacanus cur Ramphos dicatur.
Picæ ramphaſtos.
Conciliatoris lapſus.
Starna quæ auis.
Perdices Anſerum magnitudine.

GENVS

GENVS.

QVÆ eadem pedum constitutio tantum apud me ponderis obtinet, vt quod alibi à *a* me scriptum est, nunc tanquam exibilandum & spongia dignum iudicem: id autem est, quod neotericos secutus, atque inter hos maximè Ornithologum, Otidem rectè in Gallinaceo genere recenseri, pronunciauerim; neque iam ampliùs probare possum cùm eundem *b* Ornithologum: tùm item *c* Petrum Bellonium, quorum ille sese **astipulari ait**, qui Vrogallum Otidi congenerem faciunt; hic verò apertissimis verbis **Tetraonis** siue Vrogalli aliud genus nuncupat, vterq; Plinium secutus, sed quantum ego iudico, perperam intellectum. Commodè, inquit Bellonius hoc loco post Struthiocamelum de Otide agemus, quam *d* Plinius alterum Tetraonẽ vocauit, cùm duas species faciat, ita hic agere oportet de secũda Tetraonis specie, quam esse arbitramur Otidem. Nam cùm scribat alteram Tetraonis speciem Vulturum colorem referre, & prima specie corpulentiorem esse, nullumq; aliud auium genus, si vnum excipias Struthionem, maius existere; cumq; nulli alij aui hæ notæ conuenire magis videntur, quàm Otidi; quare facilè mihi persuadeo ipsum Otidem intelligere, siquidem præcitato loco ait; *Alterum eorum genus Vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit*; nam exposuerat colorem Vulturum, & pòst subiungit; *nec vlla est auis excepto Struthiocamelo maius corpore implens pondus, in tantum aucta, vt in terra quoque immobilis prehendatur.* Et quoniam non capiuntur in campestribus Italiæ, iccirco subiungit; *gignunt eas alpes & Septẽtrionalis regio.* Et ne ijs similes videamur; qui, vt nihil ignorare videantur, etiam peruersè de rebus iudicant, demonstrare volumus hæc non ab re ab illo conscripta; nam subinde ibidem addit; *Proxima eis sunt, quas Hispania aues Tardas appellat, Græcia Otidas, damnatas in cibis; emissa enim ossibus medulla, odoris tædium extemplò sequitur*; Intelligit de Oto, id est, Asione; nã inuenimus & Otum Asionem significare. Hæc omnia ille, Plinium, sicuti dixi, malè intellectum secutus; tametsi Plinius proximas Tetraoni Otides faciat, nõ video tamen, quomodo inde colligat Bellonius, alterum eius genus esse, quare ego arbitror Plinium de magnitudine & pondere loqui, vt videlicet Otides proximè accedant ad magnitudinem atq; pondus alterius Tetraonis, quo ille nullam auem excepto Struthiocamelo maius corpore implere pondus dixit: Otidem autem corpulentam esse, carnosam, ponderosam experientia didici, vti postmodum in descriptione patebit, præterea à tarditate motus nomen obtinere iam antè probauimus. Quod si verò quispiam pertinaciùs potiùs, quam iustè mecum contendat Plinium ex mente Bellonij intelligendum, adhuc errabit Bellonius, eritq; Otis tertium non alterum, vt ille ait, Tetraonis genus. Verùm nunquam mihi aliquis persuaserit Plinium auem tridactylon cum tetradactylis congenerem fecisse; docti iudicent, indocti non intelligunt. Adhæc si eiusdem generis esse credidit Plinius, cur hac voce (*proxima*) vsus est, cur non potiùs tertium eorum genus dixit, quemadmodum paulò antè alterum eorum genus dixerat? Possent tamen ita congeneres simul hæ volucres dici, quia omnes pulueratrices sunt & frugiuoræ; aliàs profectò nequaquam. Separata itaque hoc modo aue tridactylo à tetradactylis, antequam ad aliàs tetradactylos nos accingamus, duas alias aues tridactylos Otidis historiæ, Bellonium imitari subnectemus.

a To. 1. ca. de Oto. l. 8.

b Ca. de Vrogallo.

c li. 5. ca. 3.

d l. 10. ca. 22.

Plinius explicatus.

Otis est ponderosa auis.

DESCRIPTIO.

ELEGANTISSIMAM hanc auem primùm ab Eminentissimo piæ memoriæ Card. Palæoto, cui eo tempore de illa historiam dedicaui, dono datam, deinde rursus visam apud germanum Illustris ac Excellentissimi D. Æneæ Vizanij publici in hoc almo Gymnasio professoris, & viri ob multi iugam eruditionem longè celeberrimi, & mei amantissimi, non descripsi, quòd ab Ornithologo & Bellonio exactè descriptam reperirem. Ego, inquit Ornithologus, duos ex eis ponderare volui, quorũ alter libras nouẽ, duodecim vnciarum appendebat, alter libras tredecim cum dimidia. Eosdem cùm diligentius inspicerem, conscriptionem feci huiusmodi. Trappi color parte prona, id est, dorso & alis, collo excepto, quod cinereum est, qualis Grygalli, vel Perdicis rusticæ, id est, Beccasse, præsertim minoris, vel etiam Ardeæ Stellaris, sed magis ruffus, nigris maculis

Æneas Vizanius.

Pondus.

Color.

Otis Ornithologi cum farre Cluſiuo Dalechampij.



Otis mea cum cicere arietino.



Rostrum. vndantibus ferè eleganter distinctus. Rostrum Gallinæ: Caput, & collum cinereum: sed
Caput. supina colli pars ad album vergit: pectus quoq; & venter, & crura quatenus plumis vestiun-
Pectus. tur, ad media vsq; femora, alba sunt. Cauda digitos quindecim longa, hoc est, palmos fe-
Venter. rè quatuor: pennis pulchris, russis, cùm tænijs quibusdam & maculis nigris superiore inte-
Cauda. rioreq; parte albis, vt etiam in extremitate, ornata. Collum dodrantale: reliquum corpus
Collum. à collo ad vropygium, circiter quinq; palmos longum; cauda tres palmos. Alarum pennæ
Ala. maiores candidæ, circa finem nigræ. Crura fusca paulò breuiora duobus dodrantibus. Di-
Crura. giti pedum, & vngues, vt in Gallina: sed digiti terni tantùm antrorsum tenduntur, nullus re-
Bellonius sibi nõ constat. trò. Vola vel pars interior retrò densa torosaq; est. Hucusq; Ornithologus. Sed qui auem 1 ●
collo depingit nimis longo, quare missam mihi Tridento & hic visam exactiùs delineaui,
cùm prius iconem ab eo mutuatus essem, quare, & vtramq; depictam exhibeo: prior Ornithologi est, altera me. Bellonius verò hanc auem ita describebat. Otides terrestrium auium
Magnitudo. maximæ sunt exceptis Struthiocamelis. (Sed hic Bellonius sibi ipsi contradicit, vtpotè
qui paulò pòst ex Plinio probare nititur, Otidem alterum Tetraonis genus esse, quod *a* Pli-
a lib. 2. c. 1. de Auib. nius Vulturum magnitudinem excedere, ait ipse verò Vulturem Aquila sesquilatera proportione maiorem. Atqui Aquila Otide, nisi maior, saltem par dici potest. Adhæc ego primum
Tetraonis genus, quòd Plinius altero minus esse innuit, aliquando mihi ab Eminentissimo
Card. Paleoto Tridento missum ponderaui, inueniq; viginti duas libras appendere, cùm
Otis tantum tredecim pendeat, sicuti ex Ornithologo diximus: quot nunc alterum illud ge- 2 ●
nus appendeat? quare vel sola magnitudo Bellonium errasse indicat, Otidemq; cum altero
Tetraone confudisse.) Tetraci (Canne petiere, hoc est, Anati terrestri) adeo similes, vt præter magnitudinem nulla obseruetur differentia. Otis multo crassior est & validior Grue, & corpulentiæ Cygni comparari potest. Caput, si id solum inspicias, diceres esse Vulturis,
Caput. tam est crassum, atq; inconcinnum. Rostrum habet robustum valdè, Gallinacei haud dissi-
Rostrum. mile. Caput & collum coloris sunt cinerei ad ventriculum vsq; procedentis. Alæ inferius
Collum. candicant, qua sola nota à Tetrace (Canne petiere) differt, si magnitudinem excipias. Tibiæ
Ala. quia longæ sunt, collum quoq; longum fuisse oportuit. Totum dorsum castaneis ac subni-
Tibiæ. gris maculis respersum est: cætera candida, exceptis pennis alarum longioribus, quarum
Dorsum. extremitates nigræ sunt. Meatus auditorij in hac aue, quàm in vlla alia terrestrium auium 3 ●
euidentiores, adeoq; patuli, vt extremitatem digiti imponat. Si introspicias, duo apparent
Meatus auditorij. anfractus, vnus rostrum versus, alter rectà ad cerebrum vergens. Latent sub plumis, quas
nisi auferas, meatus non videbis. Pennarum Otidis radices rubræ sunt, quemadmodum &
in Canne petiere. Femora albicant, Tibiæ crassæ pollicem, medium pedem longæ, squamo-
Femora. sæ seu corticosæ. Crura pennis nuda. Pedes admodum crassi, sub quibus callus conspicitur
Tibia. magnus instar musculi: vngues breues: digiti pedis vtriusq; contra reliquarum auium mo-
Pedes. rem terni tantùm. Cauda inferius, qua podicem spectat, alba, superius castanei coloris nigris
Vngues. maculis respersa. Pectus crassum est, ac rotundum: lingua serrata, vtrimq; acuta, & in extre-
Cauda. mo dura. Hactenus Bellonius. Ex veteribus, qui Otidem descripsere neminem, quod memi-
Pectus. ni, habemus. Athenæus quidem Otidi colorem Coturnicis tribuit tanquam ex Aristotele: 4 ●
Lib. 9. ex quo hæc etiam citat. *Otis auis fidipes est, tribus insistens digitis, magnitudine Gallinacei maioris, capite oblongo, oculis amplis, rostro acuto, lingua ossea, gracili collo.* Nos horum in
b 9. Hist. c. 39. ijs, quæ extant, *b* Aristotelis nihil legimus, sed de internis partibus quædam, item Otidis magnitudinem Scythicam quandam auem esse: quod pariter Plinius ex eo repetit. Quæ po-
Alberti error. steriora Alberto fortassis occasionem præbuerint, vt ex Otide auem rapacem fabricare co-
natus sit, hoc modo scribens: *Bistarda auis est bis, vel ter saltum dans, priusquàm de humo eleuetur, vnde, & ei nomen factum. Magnitudine & specie Aquilam refert: rostro est curuo, vnguibus aduncis, alis & cauda alba, reliquo corpore varia. Carnibus vescitur vt Aquila: voluceres tamen non prædatur, sed cadauera fortè inuenta comedit; vel animal innocens, aut agnum vel lepusculum occidit: quod quidem sola facere non audet, sed à pluribus sui generis auibus adiuta. Herbis etiam in fame vescitur; cæteris, pisi & leguminum herbis præcipuè delectatur; quòd rarum est in auibus carniuoris. Nidificat non in sublimi propter tarditatem, sed in terra parit, cùm matura seges est.* Hæc ille, quorum quidem quæ de herbis, quibus vescitur, &
Niphi nuga. de nidificatione dixit, Otidi nostræ congruunt, cætera spongia digna, exibilationeq; scho-
liastica. Quæ tamen illustris ille Aristotelis commentator Suessanus authoritate sua confir-
c 9. Hist. c. 33. mare nititur, cùm se dubitare dicat, an auis illa Scythica, cuius *c* Aristotelis, vti dixi, meminit, quæ ouà in leporina aut vulpina pelle deponit, Otidis genus sit, sed ab Otide nobis nota diuersum.

ANA-

Otidis quædam partes internæ.



ANATOMICA.

Iulius Cæsar Aurantius.

SECVIT olim mihi hanc auem clarissimus Iulius Cæsar Aurantius, quo in secandis corporibus nemo vnquam peritior, nemo in explicandis diligentior extitit. At quas diligentissimus ille vir diuersas ab alijs auibus partes in hac alite obseruauit, præter paucas, easq; nudas, quas iam exhibuimus, icones in vastissimo litterarum pelago reperire non potui. Secuit eandem auem ex veteribus Aristoteles, ex neotericis Ornithologus, qui, ventriculus, inquit, magnus & herbis quibusdam (auricula muris, genere quodam viciæ syluestri, & dauci vel apij, refertissimus erat, vnà cum duobus calculis albis. Aliàs etiam in ventriculo capti in maxima nine ⅓ lapillos tantùm quosdam & cortices arborum inuenimus. In extrema gula ante stomachum, seu os ventriculi pars est capacior (a Aristoteles totam gulam amplam habere scripsit, & latam: sed contra indicant icones gulæ ab Aurantio sectæ) & ex multis rotundis ferè carunculis compacta & intricata quodammodo. (Hasce carunculas etiam in nostris iconibus videas) Intestinis diductis & extensis, id quod à fundo ventriculi ad aluum rectà procedit, dodrantum est septem cum dimidio: appendices verò duæ ab aluo retrocedunt (atq; hoc est, quod scripsit Aristoteles: *Appendices etiam habet non suprà, sed infrà, quà desinit intestinum*) quarum altera tenuior est, circiter tres dodrantes longa, altera amplior longa dodrantes duos cum dimidio. Tres isti meatus iuxta aluum in vnam capacitatem conueniunt. Habes in adiectis, quæ nobis supersunt, iconibus, primùm rostri dentati supinam & pronam partem, secundum linguam serratam pariter pronè & supinè depictam: tertiò oculum; quartò gulam duabus iconibus expressam, quarum prima partem ostendit, quà se in vastam illam capacitatem insinuat; item rotundas, quas dixit Ornithologus carunculas; secunda tunicam exteriorem. Habes postremò iecur Otidis; cui lien oliuæ magnitudine insertus cernitur.

Ventriculus.

Gula.

a 2. Hist. c.

Intestina.

Rostrum.

Lingua serrata.

Oculus.

Gula.

Caruncula.

LOCVS.

OTIS, inquit *a* Bellonius, naturaliter in campis degit spatiosis more Struthionum. Arboribus nunquam insidet, aquas non frequentat, nisi eas quæ post pluuias in camporũ foueis relinquuntur, sitis sedandæ causa, quare & paludes amat. Hispania, inquit *b* Strabo, Otides producit, & *c* Plinius tanquam eidem regioni peculiares credens: *Hispania*, inquit, *Tardas appellat, quas Græcia Otidas.* *d* Pausanias circa Cephissum potissimùm nasci prodidit. At cùm Strabone teste plures sint huius nominis fluuij: alius scilicet in Bœotia, qui oritur ex Lilæa, Phocidis vrbe, alius in Attica apud Trimenios, ortus, qui, circa Athenas in mare emittitur: alius in Salamine; præterea alius in Sicyone: alius in Scyro: postremò Apolloniæ Epidamno vicinæ fons quidam Cephissus Straboni dicitur; ita q; ego de illo fluuio Pausaniam loqui arbitror; qui ex Lilæa ortum ducit: nam de Phocicis ibi agit. Copiam Otidum in Anglia esse audio ab ijs, qui hanc insulam peragrarunt; quibus quo magis credam, facit Hectoris Boetij viri grauissimi disertissimiq; historici authoritas, apud quem istæc lego; *In Marchia Scothia regione nascuntur aues Guttardes vernaculo sermone dicta colore pluma ac carne Perdicibus nam dissimiles, sed quæ Olores corporis mole exuperant.* Non minor quoq; in Belgio, maximè in Hollandia Otidum prouentus; ad quos populos sub autumnum gregatim aduolant, & in agris procul ab vi bibus diffitis versatur: Agros, quos obsident, ab ouium grege occupatos, eminus iudicares, tanta est earum magnitudo. Italia nostra has aues, nisi fortè ventorum turbine aduectas, non habet. *e* Aristoteles quemadmodum supra monui Otum scribit auolare cum Coturnicibus, eundemq; locum à *f* Plinio esse, repertum, sed in huius codicibus & Otus & Otis legi. Ornithologus non Otum Noctuæ similem, quamuis tum Plinius, tum Aristoteles ita interpretentur eodem mos in loco, sed Otidem cum Coturnicibus auolare existimat, sed corporis grauitate impeditam persequerare non posse, & in locis proximis remanere, vt de Glottide etiam legimus. Ego contrà hoc certò noui, quod vt paulò antè scripsi, sub autumnum ad Hollandos (fortè ex Anglia vel Hispania) migrent, populos nimirum Septentrionales & frigidissimam insulam incolentes, tantum abest, vt cum Coturnicibus auolare credam; illas enim ab eo tempore nostras oras deseruisse constat. Adhæc aiunt

a lib. 5. de Auib. c. 3.

b l. 3. Geo.

c lib. 10. c. 22.

d In Phocidis.

Cephissi fluuij plures.

Angliam Otides habere.

e 8. Hist. c. 10.

f l. 10. cap. 23.

Otis an migret.

aiunt Batauí in media ferè hyeme etiam ibi quandoq; scloperis peti. Sed hæc Ornithologus ceu sui oblitus scripsit: siquidem ipsemet alibi ita scribit. Est Otus, qui cum Coturnicibus auolat, idem Scops Aristoteli non satis cognitus, vt fatetur, cùm præteruolando tantùm per biduum appareat; pinguis & esculentus alioqui. Hic apud Plinium non rectè Otis vocatur: & apud Aristotelem Otus legitur; & in quibusdam Plinij codicibus quamquam Glotis & Otis & Cenchramus legatur, paulò pòst tamen, Otus Bubone minor est, legitur, quod probo, quoad nomen: de re ipsa verò iudicium meum adhoc cohibeo: neq; enim vlla nocturna auis auolare videtur: quod si quæ auis Otus dicta, cum Coturnicibus auolat, illius fortè descriptio apud authores non extat. Nam Otis magna, si ea est, vt docti credunt, quam vulgò Trappum vocant, non auolat, nisi fallor, ex nostris regionibus (etsi Heluetiæ rara est) & hyeme etiam apud nos capitur interdum. Huc vsq; ille.

Ornithologi error & contradictio.

VOLATVS.

OTIS volatu admodum breui vtitur, nimirum propter corporis sui pondus: vnde fit, vt quandoq; manu capiatur, si quis celerius instet, antequam se ad volandum componere queat vti a Xenophon memoriæ prodidit, & est à Plutarcho comprobatum. Huc spectat Alberti etymum, *Bistarda*, inquit, *auis est, bis vel ter stadium dans, priusquam de terra eleuetur, vnde & nomen ei factum, nempe quasi bis tardans stadium.*

a lib. 6. Exped. Cyri.

MORES. PROPRIETAS.

OTIDES timidas esse & pusillanimes aiunt, adeo vt vel leuiter vulneratæ ocyus moriantur. Hector Boethus humanum aspectum plurimùm abhorrere scribit: nuda humo oua parere, quæ si ab homine contrectata, aut eius anhelitu & afflatu vel leuiter imbuta senserit (quòd facilè naturæ beneficio agnoscit) extemplò veluti in idonea ad pullos procreandos relinquere alioq; ad oua parienda se cõferre. a Athenæus cibũ ruminare prodidit; atq; id Eustathius repetit, quod nunquid verum sit, etiamnum subdubito. Non me latet enim, quæ ruminant, animalia, teste b Philosopho reticulum omasum, abomasum & ventrem maiorem habere. Nos gulam prope ventriculum multò capaciorem obseruauimus, an verò ruminet, nequaquam. Esse & piscem nouimus, quem ruminalem dicunt, quia ruminare creditur.

a lib. 9.

An Otis ruminet.

b 2. Hist. c. vlt. Ruminans piscis.

NIDVS. INCVBATVS.

ALBERTVS, qui, sicuti scripsimus, Otidem cum aue rapace confundit, nidificare dixit, non in sublimi propter tarditatem, sed in terra parere, cùm matura seges est: quòd sanè Otidi competit, quemadmodum etiam paulò ante ex Hectore Boetho diximus; atq; quamuis id de hac aue priuatim nõ dixerit Aristoteles, nihilominus eius doctrinæ minimè repugnat. a Is enim de Perdice loquens tradit, cui volandi facultas deest, huic nidum non prodesse. Cæterùm idem b alibi Otidem vt reliquas aues magnas tricenis diebus incubatum absoluere prodidit.

a 9. Hist. c. 8.

b 6. Hist. c. 6.

VICTVS.

TARDA auis granis viuit, frugumq; maximè, si ad manum sunt, herbis alioqui famelicum explens ventrem, nec vllam pestem magis, inquit, a Gyb. Longolius, odere olitores, nam ventrem rapis fulcit, & non mediocri præda contentus esse solet. b Ælianus vnam ex Aquilarum genere, quæ Iouis appellatur, carnes nõ attingere prodidit, sed ad victum ei herbam satis esse: cùm contra Aquila Iouis, quã Chrysaeton siue Aquilam regalem esse suo loco indicaui, carnibus ijsq; viuis tantùm pascatur. Quapropter aliquando

a In Dial. de Auib.

b l. 9. de Anim. c. 10. Aquila Iouis qua.

do dubitaui, nunquid Ælianus, cui aliàs fabuloſa falſaq; ſæpe veris immiſcere ſolenne eſt, Otidem Aquilæ nomine dignetur, nimirum propter magnitudinem, viri docti iudicent. Albertum ſcribere Biſtardam carnibus veſci more Aquilæ, ſuprà ſi benè memini, ſcriptum eſt, eumq; hanc auem cum rapace, & fortaſſis Vulture confundere.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

QVEMADMODVM vulpeculæ cum paucis admodum auibus amicitia intercedit, ita pariter eius cum Otide communis diſſenſio eſt: at ſummo aſtu in huius venatione vtitur, ſi a Ælianо credimus ita tradenti: *Vulpes ſic Otidas venatur, vt & ſeſe auertens, & in terram abijciens, tanquam auis collum, ſic caudam extendat: ea autem hac inſidiarum inſtructione ſeducta, ad illam, tãquam ad ſuam gregalem accedunt: illa verò ſe vertens nullo negotio capit.* Idem b Ælianus, quomodo Otides ſibi à canibus metuant, in hæc verba ſcriptum reliquit: *Canem nulla non auis parui facit: vnam Otidem excepto quæ propter corporis ſui grauitatem & tarditatem, canem perhorreſcit. Eam enim ponderoſa corporis mole conſtructam ala non facilè alleuant, idcircoque demiſſo atque humili volatu vtitur, quia pondere deprimitur. Ex eo fit, vt nonnunquam à canibus capiatur; itaque conſcientia ſuæ humilitatis perculſa, ſimul ac canes latrantes audiuerit, in dumeta aut paludes excurſione ſe impellit, quibus & protegatur, & ab inſtanti periculo ſeruetur.* Otidem verò à cane ſibi metuere, etiam Phileſ teſtatur. Contrà verò equum amat: nam hoc modo Gillius habet ex Oppiano: *Attagen cervum amat, Perdix damam, Otis equum.* Et rurſus: *Otides circumpedes equorum concurſant*; idem teſtatur c Athenæus, nec non d Ælianus inquiens; *Equum vbi aſpexerit, ſtatim gaudio ad ipſum aduolat.* Meminit præterea eiuſdem amicitiæ doctiſſimus e Plutarchus, qui, vbi oſtendiſſet, cur hegemon, hoc eſt, dux ſiue ductor cetorum ſemper magno aliqui ceto adſit, prænatanſq; eius curſum dirigat; *dignum verò eſt*, inquit, *his ſocietatibus & conſenſui eas amicitias componere, quas Ariſtoteles narrat, vulpium & ſerpentium, quia communem inimicum habeant Aquilam? aut Otidibus cum equis, quibus appropinquare & ſimum deijcere gaudent?*

a 6. de Animal. c. 24. *Vulpis aſtus in capiendis Tardis.*

b l. 5. c. 24. *Otis cur canem metuat.*

Attagen cervum amat, Perdix damã. Otis amat equum.

c lib. 9.

d 2. de Ani. c. 28.

e lib. de ſole. animal.

Hegemon dux cetorum.

CAPIENDI RATIO.

IAM diximus Otides Equorum præſentia delectari, qui ſanè amor ipſis vitæ perniciem adfert, quando ita eorum opera in retia illiciantur, quemadmodum ſcripſit a Oppianus his verbis. *Qui Perdicum in cervos, idem in equos Otidum amor eſt, quamobrem huiuſmodi induſtria falluntur. Retia aliquis prope fluuium aut ſtagnum idoneo loco erigit, angulloque per medium tranſitu relicto, quo eques vnus tranſire poſſit, equum auibus oſtendit; ſequuntur illæ ſtatim pennis omnibus expanſis, donec equus ex loco illo angulto receſſerit, ipſæ verò incluſæ omnes irretiantur.* Capiuntur præterea manibus, antequam ſe ad volandum componere queant teſte b Xenophonte, qui ſic ſcribit; Otides, ſi quis celeriter inſtet, capere poteſt; breui enim volatu vtuntur, ſicut Perdices, & mox fatigantur. Quam Xenophontis ſententiam Plutarchus aſtruit, qui multas huius generis aues in Alexandriam ex adiacẽte Lybia volare tradit. Intelligit autem meo iudicio Xenophon, ſi corpus maioribus, vt quandoq; fit, pluuijs madeſcat, vt ſcilicet præter nariuam tarditatem pluuia quoq; iam degrauante madidæ inſequentes haud longis ſpatijs effugiant, donec breui defatigatione laſſatæ, dum nec prouolare, nec procurrere iam vlterius poſſunt, vltrò ſe capiendas præbeant. Tempus verò capiendi Otides eſt magis oppottunum, cùm ventus ceſſauit. Capiunt eaſdem Falcones & Accipitres.

a lib. 3. de Aucup.

b l. 1. Expedit. Cyri.

Capiendi tempus.

HIEROGLYPHICA.

AEGYPTIORVM ſapientes hominem viribus imbecillem ſignificaturi, qui fortiorem inſequentem fugiat, Otidem auem & equũ pinguefiãt teſte Oto Apolline. *Volat enim*, inquit, *illa viſa equo.* Sed Otis equum ſubinde viſum ſequitur, tantũ abeſt, vt auolet; quare huiuſmodi hieroglyphicum ſignificare mihi videtur hominem, qui ad patronum ſuum fugiens, damnum potiùs quã auxilium inde reportet. Ad quem ſenſum etiam

A ſperato auxilio damnum. Paſſeris & Noctuæ hieroglyphicum.

Paſſerem

Passerem & Noctuam pingebant. Ille enim ad hanc tanquam ad tutricem confugiens, pe-
iùs ab ea tractatur, quàm erat ab illo tractandus, quem fugit, quemadmodum in Noctuæ,
historia luculenter scriptum est. *a* Pierius Valerianus idem hieroglyphicum repetit sub lem-
mate IMBECILLVS FORTIORI ASSVRGENS, & contrario etiam quàm Otus, modo *a l. 5. Hie-*
interpretatur, inquiens: Aegyptij sacerdotes hanc (Otidem nempè) quoq; hieroglyphicis an- *rogl.*
numerarunt. Quippè si hominem imbecillum, qui ferociori potentioriq; assurgeret, ac in
rebus gerendis, sententijsq; dicendis primas illi partes cederet, significare vellent, aut ita
faciendum admonere, Otidem auem & equum adpingebant: illa siquidem simul ac equum
aliquem in conspectu habuerit, nihil quicquam cunctata; illum quadam veluti veneratio-
nis ostentatione excipit, circumq; volitando & subsequendo deducendoq; officium facere
quodammodo videtur: Hæc ille, & quidem optimè; sed in hoc hallucinatus, quòd in pictu-
ra sui hieroglyphici Otum nobis pro Otide obtrudat.

VSVS IN CIBO.

GALENVS, cui subscripsit Simeon Sethi, Otidum carnem mediam esse ait inter *ali. 3. de fa-*
Gruum carnem & Anserum; nimirum minus duram, quàm sit Gruina, duriorem *cult. alim.*
verò Anserina, esseque excrementitiam, ac proinde ijs vitandam, qui salubri, id *cap. 20.*
est, tenui victus ratione vti volunt. Atqui Xenophon citante Athenæo, Otidum carnes sua-
ues esse scribit, & Demetrius Constantinopolitanus Accipitribus escas præscribens (quibus *Otidis caro*
nisi lautas epulas concedit) Mergorum & Otidis carnes ad saturitatem vsque præbendas *quibus vi-*
consulit, quia scilicet suauissimas. Quis modo hinc non videat *b* Plinium Otidas scriben- *tanda.*
tem in cibis damnatas, quòd emissa ossibus medulla, odoris, tœdium exemplò sequatur,
Otidem cum Oto, cuius carnem elui ineptam *c* Aristoteles damnat, confudisse ex malè in- *b lib. 10. c.*
tellecto philosopho & *d* Bellonius etiam Otidem auem esse ait delicatam & in conuiuijs *20.*
cæteris auibus præferri. *e* Iulius pariter Alexandrinus appositam potentiorum mensis lau- *Plinij er-*
tioribus. Otidis carnem ta pè tese degustasse memorat, gustu, vt in aue magna, non pessi- *ror.*
mo, sed nigram & duriorem, ita vt concoctu peruicax existimari facilè possit, & excremen- *c 9. Hist. c.*
tis redundans, & melancholico humori procreando apta: valenter tamen alere, si rectam *28.*
atq; exquisitam in ventriculo concoctionem adepta fuerit. Quod vt melius fiat, non statim, *d l. 5. de A-*
vt aut iugulata fuerit, culinæ mandandam esse, sed vt præduræ carnis auibus quærendam *uib. cap. 3.*
rationem, qua durities demetur. Id temporis in primis moram efficere, ne nisi veluti mar- *e lib. 13. de*
cescentes dierum pluisculorum spacio, hyeme, æstate nunquam, pridianas minus in mensas *salubr. 5.*
venire sinant.

VSVS IN MEDICINA.

QVI morbo caduco olim laborabant, Otide aue abstinere iubebantur; teste Medico- *a l. de mor.*
rum principe *a* Hippocrate. Plinius de adipe Otidis ita scriptum reliquit; *Phryges &* *sac.*
Lycones mammis puerperio vexatis, inuenere Otidum adipem vtilem esse. Auicenna- *Adipis v-*
simi vsum prædicat contra impetiginem. *sus.*

Finis.

VSVS IN EXTERNIS.

PENNAS Otidum audio à piscatoribus requiri, vt repræsentatas ex eis muscas pro *Pennarum*
inescandis piscibus, hamis suis annectant. Eædem vsum scribendi præbent, vt Anse- *vsus.*
rinæ. Alharbari, id est, auis tardæ siue Otidis oua teste *a* Auicenna, sunt tinctura bo- *Oua.*
na capillorum, vt fertur: quod quidem, inquit, experimento apparere aiunt, & lanco eis in- *a l. 2. c. de*
serto, & donec nigrescat, relicto. Kiranides Ciconiæ oua referente Ornithologo, cum vino *Ouis.*
soluta capillos denigrare scribit, & nos alibi oua Corui canos nigredine occultare *b* diximus; *b In hist. de*
nec de aliarum auium ouis tale quid proditum inuenimus. *Coruo.*

DE ANATE CAMPESTRI, Canne Petiere Gallorum, ſeu Tetrace Bellonij Cap. XIII.

a lib. 3. de Auib. c. 4.

BELLONIVS Otidis hiſtoriæ propter conſimilem digitorum numerum, auem, quam Galli Canne petiere, dicunt, necnon Oedicnemum ſubiungit: quod & nos illum ſecuti fecimus, quamuis interim an pulueratrices ſint, nec ne, ignoremus. Cùm verò auis Canne petiere vocata mihi nunquam viſa ſit, niſi fortè ea ſit, cuius ſubinde iconem dabo, nam ſaltem Tetrax Athenæi non eſt, vt vel mediocriter verſatus in rerum naturæ diuerſitatibus facilè colligat, ſi Athenæum cum *b* Bellonio conferat: itaq; Bellonium audite. La Canne petiere, inquit, id eſt, Anas terreſtris, nobis auis videtur Gallinæ peculiaris; vbi vel quilibet ruſticus nomine tenus eam nouit; ſed pro locorum diuerſitate nomen etiam immutat: Sunt quibus Oliua dicitur: & quantum ego iudicare poſſum, Italia rariùs eam vidit. Nam cùm aliquando Ferrariæ eam Legatis Venetorum & Summi Pontificis monſtrarem, nemo omnium agnoſcebat: & quia nonnihil Phaſianum referat, nonnulli Phaſianum eſſe audacter etiam contendebant: ſed longè aliter ſe res habet; atq; quantumuis multum elaborauerimus, nullam tamen ab antiquis petitam nomenclaturam accommodare potuimus; ſuſpicamur tamen Tetracem eſſe: ſiquidem *Tetrax* (inquit *c* Alexander Myndius) *auis eſt magnitudine Spermologi, colore figlino, ſordidis quibuſdam maculis, lineiſq; magnis variegato. Frugibus veſcitur, & quando pepirit, quadruplicem vocem.* Pro Spermologo intelligas Cornicem craſſam, quam Galli dicunt vn Freux. Vocatur autem Anas terreſtris, non quia auis aquatica ſit, ſed quòd Anatum Aquaticarum more terræ inſideat: quin nullam habet cum auibus aquaticis ſimilitudinem; eſt enim campeſtris, Phaſiani corpulentia, capite, ſi craſſitiem demas, Coturnicem; roſtro pullum Gallinaceum referens: Auis nomine tenus magis quàm formâ nota eſt: habemus enim vernaculum nobis prouerbium in ſuſpitioſos, dum eos Anatem terreſtrem agere dicimus (faire de la Canne petiere) Capitur in campeſtribus more Perdicum laqueis aut retibus, & à la forme, necnon & Accipitribus: ſed ſummo aſtu ſeſe nouit defendere, propè humum volatum ducentos aut trecentos paſſus protrahens, at impetuoſum exercens, & cùm in terram dilapſa fuerit, tam velociter currens, vt ne homo quidem valeat inſequi. Tres dumtaxat in pedibus digiti ſunt vt in Otide, & Pluuiali. Radices omnium plumarum tubræ, ac quaſi ſanguineæ, ita cuti annexæ, vt in Otide; vnde & Otidis ſpeciem eſſe arbitramur: vtraq; enim ad inſtar Cygni, maximè verò Tetrax ſub ventre candicat dorſum verò tribus aut quatuor coloribus, nimirum flauo tendente ad rubrum, ſubcinereo, & rubro intermixto variegatur. Quatuor pennæ alarum in ſuperiori parte in extremitatibus ſuis nigreſcunt: ſub roſtro ad pectus vſq; candicat; pectus alba torquis iuxta ingluuiem, vt in Merulis Sabaudienſibus circundat (ſed hæc torquis in adiecta icone non conſpicitur.) Color capitis & colli ſuperni, ſicuti in dorſo & alis ſupernis. Roſtrum nigrum, minus quam in Attagene Ionico. Tibiæ ad cineritium vergunt. Qui exactam auis deſcriptionem deſiderat, is imaginetur ſibi Coturnicem Phaſiani magnitudine, at valdè maculatam: nam talis omninò Anas campeſtris eſt. Omnia intus cum graniuoris auibus communia. Numeratur inter aues delicatas, nec Phaſiano deterior iudicatur. Veſcitur grauis abſq; diſcrimine omnibus, necnon formicis, ſcarabeis, & muſcis, item frumento, cùm etiamnum herba eſt. Et quamuis color colli & capitis ſemper idem non ſit, & in hoc maris à fœmina differentia conſiſtat, dorſum tamen & alæ nunquam colorem immutant. Hactenus Bellonius.

b lib. 9. Deſcriptio. Oliua. De Canne patiere aliorum iudicium. Tetrax. c l. 9. apud Athen. Spermologus. Freux. Anas terreſtris & cur ſic dicta. Deſcriptio. Caput. Roſtrum. Prouerbiũ. Capiendi ratio. Pedes. Venter. Dorſum. Ala. Pectus. Caput. Collum. Roſtrum. Tibiæ. Carnis bonitas. Victus. Maris à fœmina diſcrimen.

Stella Auis Romæ dicta, cum ranunculo aquatico, & gammaro.



DE STELLA AVE DICTA. Cap. XIV.

POSTREMO depictam auem tribus etiam digitis incedentem piscatores Romani, nescio qua de causa Stellam nuncupant. Arbitrabar cùm Belloniano Canne petiere eandem esse, sed ex collata vtriusq; descriptione diuersam esse iudicaui. Toto corpore, si ventrem, & caudam, & alias maiores, excipias ex albo luteo & nigro ita variegata est, vt qui color superet difficile sit iudicare. Ventrem autem atque coxæ candicant, ita pariter & cauda, maculis nigris plurimis, quarum binæ transuersales insigni sunt magnitudine, consperſa. Alæ item quà ventrem tangunt, albæ sunt, remiges verò nigræ extrà intus cinereæ. Pedes sublutei digiti tres, crassiusculi, vngues nigri, breuissimi: Rostrum longiusculum, in extremitate parùm recuruum, nigricans: sub rostro albicat.

Color.

Pedes.

Rostrum.

DE OEDICNEMO BELLONII. Cap. XV.

AVEM quam Bellonius Oedicnemum interpretatur, cùm ex inuitu appositæ iconis, tùm ex collata descriptione hactenus ab ea, quam perperam Ornithologus Charadrium appellat, nihil omnino differre animaduerti. Placuit autem vtriusq; dare iconem, ne quis nos temerè iudicasse putet: prior icon ex Bellonio excerpta est, altera ex Ornithologo, quæ magis placet, ille rostrum nimis breue depingit, & caudam nimis crassam. Attamen de vtraq; hic, tanquam de eadem aue agemus: & ne temerè Ornithologum reprehendisse videamur, quàm breuissimè quæ auis Aristoteli Charadrius appellatur, aperiemus, sed prius Belloniũ audire. Aues, inquit, quarum icones exhibuimus, omnes in potestate nostra fuerunt, & manibus pertractauimus, vt diuersa naturæ indigaremus mysteria, quis est, qui ignoret me plurimas Græciæ Arabiæq; ortas peragrasse? Beneficentiæ D. Danielis Barbari patritij Veneti, Patriarchæ Aquilienſis ita deuinctus sum, vt ingenuè fateri cogar, multas me ab ipso, cùm Venetorum nomine legatus esset, picturas accepisse. Ille etenim, vt est vir prudentissimus ac diligentissimus mysteriorum diuinorum, operum, inquam, naturæ perscrutator, ne quid intactum relinquat, pictorem secum duxit, vt si quæ pictu existant digna, quã ocyus depingat. Cùm primò versarer in Anglia, auem obseruaui Otidi, quo ad pennas pedesq; persimilem; quare etiam Otidis genus paruum esse credebam: at cùm postmodum in nostris etiam regionibus eam reperissem, nonnullisq; monstrassem, à quibus & propriam nomenclaturam expectabam, respondebant, se quidem quàm sæpissimè contrectasse, ac in conuiuijs adhibuisse, sed nomen proprium ignorare. Tardè parit hæc auis: repertæ enim sunt à nobis sub finem mensis Octobris, etiamnum ad aduolandum ineptæ. Magnitudo ad Elorium accedit. Peculiarem notam, qua vel sola agnosci queat, obtinet, quæ talis est: Tibiæ infra genu admodum crassæ sunt, nimirum propter os, quod valdè crassum est: vt ita q; notiorem redderem, eã appellaui Oedicnemũ. Digitos habet in pedibus ternos tantùm, vt Anas cãpestris, Pluuialis, Otis. Rostrum longiusculũ, in extremo nigrũ, & flauum quà capiti iungitur, prohibet, cur non paruam Otidem esse iudicẽ. Nam reuera alis intus albis, extra nigris Otidẽ refert, dorso verò Attagenem; est enim coloris fumosi maculis nigris per longitudinẽ ductis variegati, qualis videlicet in multis auibus cãpestribus conspicitur. Propter tibiarũ longitudinem, & maximè femora nuda penè adducebar, in aquaticis reponerem: at digitorũ breuitas me ea opinione abstraxit, cogitq; campestribus annumerare. Hæc itaq; Bellonius, quibus planè atq; exactè descriptio Ornithologi, quã suo Charadrio applicat, respondet: Charadrium inquit conijcio eam esse auem, cuius imaginem apposui: (Ponit aũt eandem, quam nos.) Ea Germanicè, ni fallor, Triel vel Griel nominatur, Italis Coruz. Hãc aliquãdo apud ciuem meũ, qui vno altero anno domi aluerat, consideraui. Videtur nõnihil ad Accipitris speciẽ accedere, nisi quòd rostrũ nec pedes vncos habet, sed pẽnis vt Accipiter

alib. 5. de Anim. ca. 5. Charadrius Ornithologi.

Danielis Barbari laus.

Oedicnemo Otidi similis.

Descriptio.

Tibiæ.

Pedes.

Rostrum.

Color.

Tibiæ.

Charadrij Ornithologi descrip.

Triel.

Griel.

Coruz.

Oedicnenus cum pseudocypero.



Charadrios Ornithologi, cum ſagittaria minore.



ter aut Tinnunculus subruffus est, collo, capite, pectore, & ventre maculosis, ijsdemq; partibus ex luteo subruffis, nisi quòd colli pars posterior magis ad fuscum tendit. In dorso & alis maculas quasdam ruffas habet, cæterò color fuscus his partibus. Cauda breuis & angusta. Magnitudo ei quæ Gallinæ paruæ aut Columbæ. Crura oblonga duos palmos excedunt, colore tota subluteo: in quibus digiti terni breuibus interiore parte membranis iuncti (Quare non rectè Bellonius campestribus annumerat, nam in hoc potissimùm aquaticæ à cæteris differunt, quòd membranam inter digitos obtineat.) Digito posteriore caret, vt Tarda & Struthio. Vngues breuissimi, mutili. Pupillam circulus flauus vel aureus ambit. Rostrum longiusculum anterius nigricat, posterius flauet, extremis partibus, inferiore scilicet, superioreq; leuiter decussatis, quod in pictura non satis apparet. Auis est stolida & stupida, vnde homines etiam stolidos nostri vocant Triellappen. Domi inclusa subinde ambulat, aliquando in orbem ad multum tempus, circa columellam aut aliud quippiam: aliquando recto tramite, & si quid impedimento fuerit, transilit potiùs, quàm à via recta declinet. Oculos etiamsi digitos admoueas, non claudit. Facilè mansuescit: nam etiamnum libera ruri parum sibi timet ab homine. Aquatica est & in pratis palustribus, vel circa paludes degit. Audiui aliquando in lacu nostro glacie astricto, manibus sese capi permisisse. Noctu etiam in domibus mures captat. In Germania inferiore abundare audio, noctu vagari, & vocem tanquam fistulæ edere. Videtur sanè & morbus arquatus siue icterus ei conuenire, cùm crura tota, rostrum & iris oculorum flauo luteoue colore in ea spectentur, & tota pars corporis supina ex ruffo colore pallescat. Hic igitur, ni fallor, Charadrius Aristotelis fuerit. Hactenus Ornithologus, deceptus, vt apparet, auis colore: nam cum videret nonnullos esse, qui pronunciarent ex Charadrij aspectu icterum sanari, auem hanc ex maiori sui parte luteã Charadrium esse coniecit, sed hi, vt ipsemet fatetur, Charadrium cum Ictero confundunt. Mihi, longè alia auis Charadrios videtur, quemadmodum quoq; longè alia, quàm quæ à *b* Bellonio describitur, Gallis Delphinatibus Herpens dicta, quam & *c* alibi palmipedem esse dicit. Et quo minus auem ab Ornithologo descriptam Charadrium esse credam, facit quòd in palustribus degat: nam vbi ibi hiatus, quos subeat? Attamen si verũ est noctu mures venari, posset fortè ea ratione Charadrios dici. Charadrios enim noctu apparet, diu aufugit teste Aristotele: quare vnicuiq; suum relinquentes iudiciũ, auem quam nos Charadrium putamus, in alium locum ablegamus. Nunc verò hic aliam auem colore potissimùm à superiori Oedicnemo diuersam & depingere & describere operæ pretium apparet. Quam itaq; statim delineatam dabimus, si agnouisset Bellonius, rectiùs paruam Otidem, quàm suam Oedicnemum appellare potuisset: siquidem quantum ex nuda icone (auem enim videre nunquam mihi contigit) conijcere licitũ est. Oedicnemo multò corpulentior est, tridactylos item, sed absq; membranis inter digitos, & femora pennis vestita; quæ duæ posteriores notæ campestribus auibus annumerandam esse indicant, quemadmodum contrà Oedicnemum Bellonij aquaticis. Auis itaque crassitie corporis Otidem refert, nec non pedum constitutione, cauda tamen huic, quàm Otidi longè breuior est, & rostrum contrà multò longius, si magnitudinis proportio habeatur. Color capitis, ceruicis, dorsi, caudæ, alarumque ex flauo & castaneo elegantissimè dilutus, maculatusque. Gula atque pectus albicantia intercurrentibus, maximè in pectore, vbi maiores sunt, maculis ceu squamulis, deorsum descendentibus, subluteis. Venter totus, femora, cauda & alæ intus candida: rostrum pedesq; rutili: vngues breues, crassi parum hamati, nigerrimi. Rostrum duorum & amplius digitorum inferius superiusq; æquè longum, vt in Otide rictu ampliſſimo, naribus valdè patulis, vt in Anſere. Tibiæ ſi digitos pedum compares, longiſſimæ, & digitos nulla membrana intercurrit.

Cauda.
Magnitudo.
Crura.
Pedes.
Vngues.
Rostrum.
Mores.
Triellappē quid Germanis.
Vox.
Charadrij aspectus icterũ sanat
Charadrius Arist.
b l. 2. c. 37.
c l. 3. c. 27.
Oedicnemo congeneris forma.
Cauda.
Rostrum.
Color.
Gula.
Pectus.
Venter.
Femora.
Rostrum.
Pedes.
Tibiæ.

Oedicnemo congener, cum anagallide aquatica.



DE PERDICIBVS IN GENERE. Cap. XVII.

IAM ad Gallinaceum genus noſtra conuerſa foret oratio, niſi nobiliſſimæ alitum Perdices illatam ſibi à nobis iniuriam caccabante ſua voce quererentur, quòd quæ in principum epulis principem etiam locum obtinent, hucuſq; intactæ relictæ fuerint. Et reuera generoſiſſimæ hæ aues, ſplendidiſſimæ vbiq; terrarum in magnatum potentiumq; menſis deliciæ, vtpote ſine quibus ignobiles, habentur, vulgares & nullius exiſtimationis, carnis ſuæ prærogatiua, à qua multæ quoq; aliæ aues lautiſſimæ, vt Attagen, Gallina Africana, Gallina corylorum, Lagopodes, ſimileſq; aliæ Perdicis nomenclaturâ gaudere videntur, ſuperioribus volucribus haud quaquã cedunt. Veruntamen quoniam ſeries ordinis noſtri (vt quiuis, qui ſuperiora iam legerit, videre potuerit) ita expoſtulet, haud abre, quin neceſſariò in huncuſq; locum à nobis reſeruatæ ſunt, alioqui cum [a] Iulio Cęſare Scaligero Attageni etiam præpoſituris, niſi Attagen (ordinis ſeriem iam obiter in memoriam reuocamus) à Gyb. Longolio, vt dictum eſt, cùm Gallina berulæ, de qua omnino nobis erat loquendum perperam confuſus, vt ſui diuerſitatem ab ea Gallina oſtenderet, ſeſe nobis prius obtuliſſet. Sed Scaligerum audiamus.

Ordinis ratio.

[a] In Ata.

Iam caccabantes gaudio intimo laudunt
Quæ lautiores etiam expetuntur ad lances,
Rubella perdix delicata & aſtuta,
Et nigripes, quam Heſruſcus autumat Starnam,
Et quas niuales candida alunt alpes
Et quam ſapore præditam minus firmo
Taurina gens Gallinam vocare iuſsit.
Et delicatior e quæ valens ſucco
Maiore corpulentia Attagen præſto eſt
Oris prouincialibus Pyrenæis
Nomen minutione deferens ſexu:
Nam Francolinum turba nuncupat vulgi.
Et quæ fluentis Hiſtrices Sauæ & Draua
Deponit æſtum. Pannones feri quodam
Dicunt Coturnum. Sola verò Perdicum
Abit, reditq; & manſueſcit in tectis.
Ritu Columbi pluma cui pedes veſtit:
Scolopaxq; quam Franciloqua lingua Beccaſſe
Appellat: non roſtra nominat beccos
Et comitiali obnoxiæ Coturnici.

Maximam equidem clariſſimi huius viri verba lucẽ in refutandis multorum ſuper quæſtione, quæ veterum Perdix ſit, ſententijs nobis attulere. Sed cur & ipſe inter enumeratas aues Beccadã Scolopacem, auẽ nimirum prope aquas degentẽ nominat, quiſpiam admiretur: at idcirco id fecerit fortè, quoniã & [b] Martialis hanc auẽ Perdicis nomine celebret, inquiẽs.

[b] In xenijs. Perdix ruſtica.

Ruſtica ſum Perdix, quid refert, ſi ſaporidem?

Adhæc pulueratrix eſt, ſicuti ſuo loco fuſiùs demonſtraturi ſumus, vbi ſimul etiam docturi Pet. Bellonium diuerſam nobis à Scolopace auem pro Perdice ruſtica depinxiſſe. Nos interim nunc, quæ veteribus, maximè Ariſtoteli & Plinio Perdix ſit, diligenter inquiramus. Ardua ſanè ea res eſt, ac propter varias variorum ſcriptorum ſententias intricata. Quam difficultatem videns Marcellus Vergilius Florentinus vir alias doctiſſimus, dicere ſolebat: *De Perdice non ſatis compertum eſt, quo nomine indicetur noſtra ætate hæc auis: tam multiplex eſt diuerſis locis earum autum genus & femineum.* Qui Perdicem minorem vulgarem, veterum eſſe contendunt, quorũ ceu dux eſt Gulielmus Turnerus, his potiſſimũ & ſanè nõ exigui momẽti argumentis nituntur. Quæ Ariſtoteles, inquiunt, & Ouidius de Perdice ſcribunt, omnia noſtræ Perdici vulgari conueniunt, nempe volandi nidulandiq; ratio, aſtutia, circa prolem ſolicitudo, corporis grauitas, & vocis ſtridor, à quo etiam nomen accepiſſe videtur. Veruntamen

Perdix veterum quæ. Marcelli dictum de Perdice.

Perdicem vulgarẽ q & quare veteru Perdicem eſſe credunt.

Cõfutatio. runtamen quamuis hæc ita se habere verum sit, nondum tamen video, cur ideo concludendum sit, vulgarem hanc Perdicem esse eam, de qua nobis Aristoteles scripsit; siquidem cum
c l.9.c.13. c Athenæus Perdicem rostrum tribûit cinnabarino colore, huicq; omnia, Aristoteles suæ, atq; ex ipsomet Aristotele describat, Turneri sententiam amplecti non possum, nec debeo,
Perdix veterum quæ ex opinione authoris. ac contra statuere eam auem veterum Perdicẽ esse, quam ineptũ vulgus perperam in Italia, ac Sicilia vulgò Coturnicem nuncupat, etsi interim huius assertionis protectorẽ, patronumue neminem, quod sciam, qui ex professo affirmet, habeam. Neq; me à proposita sententia mouet d Hermolaus Barbarus, qui Perdices rostro purpureo præstantissimas esse inquiens, at tales Italiam non habere scribens, manifestissimè prodit sese Coturnices nostras
d In Coral. ad Dios. vulgò appellatas vel non agnouisse, vel nominis amphibologia deceptum cum Coturnicibus Latinorum eandem esse existimasse. Neq; audiendus Aloysius Mundella, dum hanc
Hermolai error. nobis vocatã Coturnicem, vel Gallinaginis, vel auis Numidicæ speciem esse credit, quam, inquit, quidam deserti Gallinam nuncupant. Nos (vt id interim obiter dicamus) qui de
Aloysij Mũd. error. Gallina deserti sentiamus, veluti etiã de aue Numidica supra videre est. Grapaldum, quandoquidem neq; Porphirionem, neq; hanc nostrã Coturnicem planè agnouit, simul vtranq;
Grapaldi turpis error. turpissimè confundens, pueris explodẽdum tradimus. Sed audi amabo hominis ineptientis planè inepta verba: *Porphyrionem inquit, crediderim eam auem, quam Siculi, & Romani vernacula lingua Coturnicè appellant. Nam aliam esse à Phœnicoptero ex pennis rubentibus nomen adepto, certo certius est.* Hæc ille. Porphirio autem, vt Deo fauente aliquando ostende-
Porphirio. mus, præterquam quòd quadruplo fortassis maior est, nihil planè cum hac nostra Perdice, quam Coturnicem dicimus, similitudinis gerit: Contra doctissimus e Gybertus Lon-
e In dialogo de Aui. Longolij de Perdicibus opinio. golius duplex Perdicum genus delineans, eamq; cui rostrum colore cinnabarino rubet, ijs annumerans, f Athenæi nimirũ authoritate fultus, hanc nostram (*ni fallimur*) Coturnicem intelligit, sed verba eius maioris dilucidationis gratia adscribamus. PAM. Quas nos Perdices vocamus, tu forcassis alio nomine cum istis sciolis, quibus nihil vulgò acceptum, no-
f lib.9. minabis. Nam in Agrippina Colonia ante annos aliquot vir magni nominis, cùm Plinij
Germanus quidã Otidẽ cũ Perdicib. confundit. caput de Perdice interpretaretur, Germaniæ ignotam auem non dubitauit asserere, videbaturq; in eam sententiam protensus, vt ex Otide Perdicem faceret. LONG. Certè nimia diligentia, vt dici solet in hisce signis & inditijs ignotarum exquirendis, vt molesta ira sæpe inutilis, cùm pro regionum varietate, & differentes quoq; nõ forma modò, verum etiam sono & moribus aues eiusdem generis videantur, id ipsum sanè in Perdicibus animaduertere maximè licet. Athenæus miratur in Italia Perdices rostris non esse cinnabarinis, cum in Græcia eo colore, quotquot sunt, spectabiles sint. Germania nostra vtrumq; genus habet. Nam & vulgares istas, nemo est qui ignorat, & qui rostro cinnabari colorato sunt, sæpè te vidisse in hac vrbe arbitror. PAM. Nunquam ego has Perdices vidi, nisi tibi speciosæ illæ auiculæ, quas Illustrissimus ab Eppestein Comes in delitijs habet, Perdices sint. LONG. Istas ipsas dico, quanquam neq; ego credidissem Perdicum genere contineri, donec Athenæus delitiæ meæ me id docuisset. PAM. vnde aduehunt? LONG. An tu
Athenæi laus. ignoras me paulò antè dixisse Germaniam nobis etiam secundas istas suppeditare. In vi-
Locis vbi degunt. netis ferè victitant, sed ijs, quæ in montibus sita sunt, & arbustum aliquot densum sibi vicinum habent. Ego illos primum prope arcem nobilem, quàm à speciositate situs Chorostephanum vocant, haud ita multum à Regiomago distantem conspexi. Nulla dies erat, qua non ad excelsissima vsq; mœnia gregatim scandebant. Gaudebant enim elutabulo, quo sordes culinariæ profluebant. Hucusq; Longolius, at in eo nimis liber, quod Athenæum Perdices in Italia mirari ait, quibus rostra colore cinnabarino non rubent; nam disertissimis
Lõgolij audacia. verbis, vt suo loco dicemus, duplex in Italia Perdicum genus agnoscit. Sed in hoc saltem
Longolius qua parte nobis astipuletur. Longolius nostræ opinioni astipulatur, dum auem illam rostro cinnabarino, nimirum nostratẽ Coturnicem, Perdicem, esse asserit. Idem facit Ornithologus, vocans eam Perdicem
Perdix maior Ornithologi. maiorem: Syluaticùs Perdicem (simpliciter scilicet ita dictas) magnas etiam Perdices esse
Syluaticæ inconstãtia Coturno. ait; sed hic parum sibi constat, dum alibi Attagenem interpretatur Coturnicem vulgò dictam, quæ nimirum Perdix est rostro, pedibusq; rubris. Bellonius alibi, Coturnix, inquit, Italis dicta, in Creta etiã Coturno vocatur, crassitie, Gallinæ, nam Perdices nostræ Gallis vulgò grises, vel goaches cognominatæ, ibi non reperiuntur; Hæc ille: sed quas Italia Coturnices vulgò dicit, non sunt diuersæ à Perdice maiore ruffa, quam pariter in Gallia reperiri
Bellonij error. asseuerat. Quapropter vel ex vna aliter duas fecerit, cùm duobus separatim de ea agat capitibus, vel quòd potiùs credendum est, Coturnus Græcorum à Coturnice Italorum diuersus fuerit, statuendumq; Italos id nominis à Græcis potiùs, quàm Græcos ab Italis, vt

ille

ille putat, mutuatus. Iulius Cæsar Scaliger Coturnum à Perdice ruffa (nam hanc eum intelligere in antè allatis verſibus per rubellam Perdicem arbitramur) diuerſam facit: & reuera noſtra Coturnix tam magna non eſt, vt ad Gallinæ craſſitiem accedat, niſi id de minoribus Gallinis ſiue pulaſtris intelligamus. Interim haud credendum eſt, ſi magnitudinis differentiam magni faciamus, Coturnum cum Coturnice noſtra eundem eſſe, quando teſte eodem Bellonio Coturnus triplo maior eſt. Ex hiſce, ni fallimur, ſatis conſtat noſtram Coturnicem Perdicis nomine ab alijs etiam celebrari, & ſola magnitudine à Coturno Græcorum differre: At iudicare modò num noſtra Coturnix, an verò Coturnus ſit veterum Perdix, hoc opus, hic labor eſt. Qua in difficultate, quamuis nihil certi affirmemus, conabimur tamē in tam tenebroſa luce ère dubia ac incerta veritatem eligere: *g* Bellonius ex hoc quòd *h* Ariſtoteles Perdicem ait cum alijs auibus, modò magnitudo par ſit, coire, Coturnum Græcorum illius Perdicem eſſe iudicat, quoniam is cum Gallinis rem habere ſit viſus, nimirum propter ſimilem magnitudinem; reliqua verò omnia Perdici ruffæ, quæ eſt noſtra Coturnix, communia eſſe ait: verùm & coitus ille non Coturnici modo noſtrati, ſed minoribus etiam Perdicibus promiſcuè, vt in hiſtoria apparebit, communis eſt: quapropter cùm præter ſolam magnitudinem Coturnix & Coturnus non differant, ideoq; noſtra auis, vt diuinamus, vulgò Coturniſe, quaſi Coturnulus ſiue Coturnus minor appelletur, vtrique eeu vni ſpeciei ſoli omnia conuenire arbitramur, quæ ſuæ Perdici veteres tribuerunt. Neque abſurdum eſt ſtatuere in Græcia, quàm in Italia maiores eſſe: nam & id in hominibus (ne longiùs abeamus) obſeruamus, quæ res etiam à *i* Columella quondam conſiderata eſt. *Si rerum naturam*, inquit, *velut acrioribus mentis oculis intueri velimus, reperiemus, parem ingenij fœcunditatis eam dixiſſe virentibus, atque hominibus, cæteriſque animalibus, nec ſic alys nationibus, regionibuſue proprias tribuiſſe dotes, vt alys in totum ſimilia munera denegaret: quibus quam generoſam prolem dedit, vt Ægyptijs & Afris, quibus gemini partus familiares, ac pene ſolennes ſunt, ſed & Italici generis eſſe voluit eximia fœcunditatis Albanas Curtiaæ familiæ trigeminorum matres; Germaniam decorauit altiſſimorum hominum corporibus, ſed & alias gentes non in totum fraudauit præcipuæ ſtaturæ viris.* Sic *k* Iulius Scaliger in Allobrogibus Perdices eſſe ait, quas Gallicas vocant, mediocri pullo non minores. Idem de Coturno tradit, quod abeat, oredeat, & manſueſcat in tectis. Et *m* Hieron. Cardanus Perdicem omnino cicurem, & manſuetum eſſe iudicandum ſcribens de Coturno fortè intelligendus fuerit, *quia*, inquit, *in Cypro manſueſcunt in cauea etiam parit.* Ad eundem quoq; ſenſum Alexander Benedictus, *in Hydrope aſcite*, inquit, *conueniunt Turtures, Perdices, & quæ roſtro pedibuſq; rubris, phœnicea alis, frequenti in Creta & Cypro inſula ſolole domeſtica, etiam nam manſueſcunt & fœtura Perdices ab incolis vocantur.* Eiuſmodi ingenium cicur, mite, manſuetum, atq; domeſticum in noſtra Coturnice dicta etiam obſeruatur, quemadmodum fuſiùs & in adducendis quoq; exemplis poſt in hiſtoricis demonſtrabimus. Et *n* Bellonius, vbi de Perdice ruffa agit, qua, vt diximus, noſtra Coturnix eſt, quid nobis inquit, dicendum de Perdicibus ſupereſt, quando de ijs copioſè ſatis veteres ſcripſere? quaſi nimirum ad hanc ea optimè referri queat. Adhæc præter otam parui momenti diſcrimen, vnicam nobis eamq; ruffam depictam exhibuit, & ſequenti ſubinde capite de Perdice cinerea aſſerere nō eſt veritus, hanc veteribus incognitam fuiſſe cùm Græcis, tùm Latinis, quando, inquit, nihil nobis de ea prodiderint. Auguſtinus Niphus Sueſſanus Perdices propriè dictas maiores vulgaribus eſſe rectè quidē cenſet, at quā benè, & quo iure minores vulgares Plinij Ruſticulas eſſe inde concludat, ipſe viderit. Nos interim quādo iam dilucidè ſatis conſtare arbitramur, noſtratibus Coturnicem nuncupatam Perdicibus antiquorum potiùs, quàm vulgares illas minores reſpondere, & *o* Plinio quidem cognitas haſce poſteriores fuiſſe, ſed ab *p* Athenæo Perdices minores appellatas, iam probare aggrediemur. Hieronymus Accorōbonus haud vulgaris medicus, alijſq; nonnulli viri docti, fortè cùm propter carnis præſtantiam, tùm verò maximè, quia tota deſcriptio Pliniana, vt ſubinde patebit, hiſce minoribus Perdicibus quadrare viderent, vnas eaſdemq; cùm externis auibus (puto autem ita olim vulgò vocatas eſſe, Plinium verò nouas nominaſſe, vt plerumq; viri docti facere ſolent, ne iiſdem, quibus plebs, vocibus vtantur) eſſe affirmant: quorum opinionem non poſſum non ſatis approbare; neq; interim mihi ipſi repugnare, vel vt dici ſolet, me meo gladio iugulare credo, quòd ex veteribus Athenæum Perdicibus annumerare, taliq; nomine appellare, Plinio verò nouas ſiue externas indefinitè vocari ſcribam. Siquidem Athenæus ſub Antonino, Plinius ſub Veſpaſiano vixit, inter quos Imperatores anni interceſſerunt ſexaginta, & plures. Sed Plinium audiamus loquentem, vt vel ex illius ſolis verbis opinionem noſtram ſtabiliamus: *aduenerunt*, inquit, *bellis*

Perdix rubella quæ Scaligero.

Coturnix Italorū, vt à Coturno Cretēſium differat.

g l. 5 de An. cap. 13.

h l. 3. de gener. c. 5.

Omnes Perdices iā magnæ quam parua cum alijs auib. eeunt.

Coturniſe.

Homines magnitudi nē variant pro regionis varietate.

i li. 3. de re ruſt. c. 6.

k Exerc. 236. 3.

l In Act.

Coturnus auis eſt manſueta.

m lib. de Var. rer.

Coturnix Italorum manſueta eſt.

n l. 3. c. 14 Niphi error.

o l. 10. c. 49.

p lib. 9.

Aues externa ſeu nouæ.

Athenæus, & Plinius quo tēpo-

re vixerint Perdices minores dici Plinio nouas seu externas aues. Starna. Athanei Perdices minores sunt aues nouæ Plinij.

bellis Bebriacensibus ciuilibus in Italiam aues nouæ, quæ adhuc nomen retinent, paulò infra Columbas magnitudine, Turdorum specie, sapore grato. Hæc ille. Si autem vel nomenclaturam examines, vel magnitudinem, vel speciem, vel denique, saporem, ne tantillum quidem ex traditis notis, Perdicibus minoribus deesse videbis. Nomen in primis (loquitur autem de nomine, quo olim à vulgo nuncupatas fuisse verisimile est) in toties à barbaris, qui barbarum suum idioma cum veteri Latino confundentes, multa nomina corruperunt, multa etiam penitus ac radicitus extirparunt, deuastata Italia, quamuis non integrum, saltem haud ita corruptum obtinent, quin vel idiota quiuis aut duræ ceruicis homo id etiamnum cum Pliniano congruere optimè iudicet, nã Starnas tanquam externas etiamnũ vocitant. De magnitudine Lectoris oculos velim iudicare: at hæ maculatæ sunt, vt quædam Turdorum species, postremò vtinam de sapore persæpe mihi cùm lectore dijudicare detur: haud enim dubito, quin absq; vlla hæsitatione, Principe, Rege, Imperatore dignis sese epulis frui sit pronunciaturus. Quod si verò sciolus quispiam ac nasutus aut ardelio Athenæum tam delicati saporis in minori sua Perdice non meminisse, ideoq; diuersam ab externis auibus Plinij obijciat, is tributas cæteras ab eodem Athenæo notas examinet, nam velit nolit, eas Perdici minori, ac per consequentiam externis Plinij exactè congruere, admittere cogetur, sed audi, quid dicat q Athenæus: *Perdicum in Italia alterum genus est, corpore minus, colore obscurius, rostro non cinnabarino.* Hæc ille. Vulgares equidem Perdices ruffis minores sunt vtpotè paulò infra Columbas magnitudine, vti paulò antè ex Plinio diximus: color obscurior etiam est, vnde griseæ in Gallia teste r Bellonio nuncupantur, hoc est, vt ipse vertit, fuluæ malim cinereæ, quemadmodum quoq; alibi apud eundem transtulit doctissimus, mihiq; charissimus / Carolus Clusius Atrebas, rostrum insuper non est cinnabarino colore rubrum. De sapore verò tacuerit fortassis Æthenæus, Perdices vocasse sufficere sibi existimans, ita & nos de cuiuscunque carnis bonitate ac præstantia iudicaturi, Perdici eam assimilamus. At rursus aliquis à me petat, Tu pro Perdicibus nobis tarnas obtrudis, quas nonnulli, vt Ant. Gazius etiã annotat, Anseres maiores aues esse scribunt? pudet sanè me horum imperitiæ, qui nimirum nulla in tam clara luce magnitudinis habita ratione Starnã cùm Starda siue Tarda, quæ Otis est, nominis vicinitate decepti quã turpiter cõfundunt, quemadmodũ quoq; illi hallucinantur, sed minus fœdè, qui Starnas cùm Attagenis casdẽ credunt, quos quidem Volaterranus reprehendit, nostræ opinioni astipulans, nam Starnæ, inquit, aues externæ vocantur. Idem facit Syluaticus, & cuius vbiq; maximi facio t Iulius Scaliger, canens.

Et nigripas, quam Hetruscus autumat Starnam.

u Iulius pariter Alexandrinus ad eandem sententiã inclinat, sed nihil certò audet affirmare, cuius tamen doctissimi viri verba tanquã plurimum lucis hic opinioni allatura, hic transcribere non piguit. Non admodum inquit, cesserit de alimenti bonitate Perdix huic (Attageni) sed maior illa Rubro rostro pedibusq; maior & carnosior: Cothurnos vocat Italia tota. Nec valdè hoc loco contenderim, sitne hæc meliorũ authorum Aristotelis Plinijq; vera Perdix, quando ambigi posse video, quæq; ab his Perdicum generi tribuuntur, vulgato frequentiq; magis (Starnas Italiæ magna pars vocat, Perdices multi) conuenire potiùs videntur, nidificandi ratio, ouorum pullorumq; numerus, educatio, atq; etiã eductio (fouẽt enim, secumq; educunt Gallinarum more) illarum captura, salacitas, malitia, pullus color, quo sæpe inter non dissimilis coloris terræ glebas occultatæ fallunt, à superuenientibus non animaduersæ: quædamq; præterea cum Coturnicibus cõmunia, tradita ab authoribus de his, & nunc quoq; obseruata. Eodẽ namq; modo nidulantur, incubant, excludunt fœtus suos alũt, numerosiores sẽper, quàm alterius generis, quòd prius diximus, rostri purpureo colore insignis, cuius raritas longè maior, nec is vnquam pullorum numerus, qui Perdicum minorum. Aucupes sæpissimè audimus, nidum se consectari Perdicum, dicentes decẽ, duodecim, aut his etiam interdum plurium simul volantium: quòd in maiori illo genere nunquam visum, infrequẽti valdè, nec paulò rigidioris cæli patiente importatas fuisse nouimus Germaniæ ac Bohemiæ, nec adhibitis licet blandimentis omnibus, ferre tamen diu alieni cœli plagam potuisse, ijsdem locis, quibus in media Germania introducti Phasiani iam feliciter prolem suam propagent. Perdicum verò minorum, quas Starnas vocari diximus, vbiq; locorum vberrima copia visitur, vt vel hoc vnum, peculiare genus quoddam facere Cothurnorum videatur, cum vnicum tantùm prodiderint authores hi, non tacituri alterum vsq; adeò diuersum, vt eadem comprehendi specie haud possint, si quidem duo noniissent illarum genera. Quumque hæc ab eruditis pro maiore Perdicum genere constitui animaduerterem, legisseque apud Plinium aliquando meminissem, venisse in Italiam Bebriacensibus,

Starna cũ Starda cõfunditur, & cum Attagene.

t In Att.

u l. 13. de salub. c. 6.

Perdicis maioris & minoris discrimen.

r lib. 5. de auib. c. 19.

s lib. 1. obser. cap. 10.

q lib. 9.

bus bellis ciuilibus nouas aues, easq; etiamnum tum id nominis retinere, vt nouæ vocarentur, Turdorum specie, paulùm infra Columbas magnitudine, sapore gratas: suspicabar corrupta voce vernacula Italiæ lingua, sed significato eodem, Starnas dictas, quasi externas aues, pro nouis, aue magnitudine Columbas inter & Turdorum genus maius: quum aliam non haberem Italiæ nunc familiarem, quæ rectè reddi Plinianis nouis auibus, referriq; ad eas posset, auem: viderentur autem præterea maculatum punctis quibusdam, vt Turdi, distinctæ, & sapore acceptissimæ Starnæ. Quod si reciperetur, iam esse nobis pro veterum Perdicibus pedibus rostroque purpureo insignes illæ possent & quas nunc Starnas vocamus, pro externis Plinij auibus depuraremus: vel si hoc non placet, fiat sanè hæ primùmq; illud rostri pedumq; rubedine notandum genus, Perdices, itaque vocentur, quando nihil hic aliud quærimus, quàm vt alendi ex his vires, potestatemq; tradamus. Hæc omnia itaq; Iulius Alexandrinus, nihil certi affirmare ausus, & in eo quòd Perdicem russam Germaniæ Bohemiæq; loca ferre non posse asserit, Gyb. Longolio contrarius, ex quo suprà circa Coloniam Agrippinam vtrumque Perdicum genus reperiri diximus: neque etiam verum est Perdices russas hic rariores esse, quin contrà abundantiores, & quò ad pretium, etsi corpore maiores, attamen viliores. Nobis interim vnus Scaliger patronus nostræ opinionis sufficere debeat. Sed quid rursus Iacobo Dalechampio atque Augustino Nipho Suessano respondebimus? quorum hic [x] Aristotelem, ille Plinium commentans Rusticulas Plinio dictas minores Perdices esse putat, quamuis tamen quibus id faciant, rationes non adferant: Ego Plinij Rusticulam potiùs Gallinaginem illam esse existimo, nimirum Ascolapa siue Scolapacem Aristotelis. Præterea sunt qui adeo insaniant, vt Perdices cum Gallina rustica confundant. Nec denique Pierius Valerianus vtrumq; Perdicum genus se satis calluisse paullò infrà ascribendis verbis demonstrauit, quando quas omnes minores vocant, illas maiores esse affirmet, nobisq; pro minoribus Coturnices Latinorum obtrudat. *Sunt vero*, inquit, *Perdices aliæ nobiles, aliæ rusticæ. Nobiles longè grandiores sunt; syluasq; & saltus plurimum incolunt: rusticæ arua & segetes peruagantur. Grandiores illæ sunt etiam pictu rariores, & plerisq; Italiæ locis nomen retinent incolume: Roma tamen Starnas vocant, de quibus fortè Plinius dixit: Misit Hispania externas aues. Rusticæ longè minores, fusciore pluma & quodammodò cineritia. Idem vtriusq. ingenium, sed dolosiores, pugnaciores esq; rusticæ, quas nunc Italia à sono vocis, Qualeat ferè vbiq; vocat.* Hæc ille. Verùm postquam iam satis, ni fallimur, probauimus Perdices russas siue Coturnices vulgò nobis dictas, veterum Perdices, Perdicesq; minores, nouas siue externas aues esse, omnes verò cùm animi, tùm corporis actiones, quas veteres Perdicibus generatim tribuerunt, vtriusq; communes esse, superest modo, vt consueto nobis ordine historiam aggrediamur, quæ vtrumq; genus simul complectatur.

Iulius Alexandrinus Longolio cõtradicit.

x In com. li. 10. cap. 38.

Rusticulæ Plinij quæ.

ÆQVIVOCA.

Aues Perdices dictæ Bugloſſum piſces.

Mullus piſcis.

QVOT aues Perdicum nomine celebrentur, cùm ex superioribus satis innotescat, itaq; ea repetere superuacaneum duco. Sunt qui buglossum piscem Perdicem marinam vocent: & [a] Gulielmus Rondoletus inter synonyma mulli piscis hunc quoq; piscem quibusdam Gallis Moil, idest, maris Perdicem vocari scribit. Perdix ab [b] Ouidio fingitur Dędali fuisse ex sorore nepos, & serræ vsum inuenisse. Hunc Perdicem Fenestella Martialis tradit initio fuisse venatorem, cui cùm cruentum institutum, & solitudinis studiosa meditatio displicere cœpisset, assiduis agitata curſibus, simulq; quod intueretur eiusdem studiosos Æthona, Adonium, Hippolitũ pessimo interijsse exitio, artis pristinæ affectui misisse repudium, atq; eo studio desito agriculturæ totum se mancipasse, quo nomine terram quasi matrem omniũ generatricem dici adamasse. Eo labore consumptum ad maciem prolapsum: quod verò cunctis venatoribus detraheret, serram veluti linguæ virulentiam fingi inuenisse. Attamen secundum [c] Diodorum Talaus, non Perdix, adolescens filius sororis Dædali, qui ab eo erudiebatur reperta serpentis maxilla, paruulum cùm sciuisset lignum, imitatus postea dctium serpentis spissitudinem serram ferream primus omnium fecisse perhibetur. Perdix item Aristophani aliquot in locis cuiuspiam claudicãtis caponis nomen est, de quo item prouerbium legitur, Περδικος σκέλος, id est, Perdicis tibia; item Περδικος πους, id est, Perdicis pes.

a lib. 10. de piscib. ca. 3.

b Meta. 3.

Perdix viri nomẽ & eius historia.

Serræ vsũ quid inuenerit.

c lib. 5.

Talaus Dædali nepos.

Caupo claudus Perdix dictus.

SYNO-

SYNONYMA.

PERDIX auis Hebraicè vocatur, ideſt, Kore. Sannates Pagninus ita dici putata vocando: addit tamen rationem ſibi eſſe ignotam. *a* Ioſephus verò Scaliger pro Kore, Quore ſcribit, ideſt, inquit κλητός, quod vocet pulos. *b* Kimi referente Ornithologo Gallica voce, ideſt, Perdicem pro Kore exponit. Chaldæus etiam *c* alibi Korea habet, & *d* alibi etiam Koriath. Rabbi Salomon aliàs Perdicem interpretatur, alias vulgari lingua Gallina: Coquu autem Gallicè Cuculum nũcupant. Nicolaus Lyranus auem vulgò dictam Coquin, quæ inſequatur muſcas, & alias res viles. *e* Septuaginta quodam loco, quo Hieronymus Perdicem tranſtulit, Nycticoracem habent, *f* alibi tamen Perdicem: vbi quoque D. Hieronymus Perdicem vertit, Scriptores Arabici vel eorum interpretes ea de aue Cubeth ſcribunt, quæ Græci de Perdice. Ornithologus id nominis Perdicibus minoribus cõpetere ait, maioremque dici Cubigi, vel Cubegi, Cabegi, vel Cabagi, aliquoſque primæ litteræ C aſpirare, plerumque etiam articulum al præponi; ſed nos eiuſmodi ſynonyma maiori Perdici conuenire etiam credimus. Nam *Alchabegi*, inquit Bellunenſis, *ſunt Coturnices, quarum roſtra & pedes rubent, magnitudo par eſt Perdici, & vulgo à Venetis Perdices appellantur*. Vetus Auicennæ gloſſographus perperam pro Alcubigi intrepretatur Alaudam campeſtrem. Apud Bellunenſem Theiugi quoque vel Teyuz Perdices ſunt, item Altauigi vel Alteiugi, pro qua voce, alij Phaſianum, vt in eius hiſtoria, niſi nos memoria fallit, docuimus, transferunt; alij, vt Ebenbitar aſſerunt anem eſſe, quæ Coturnici in omnibus ſit ſimilis, niſi quòd ſub alis habet quaſdam pennas nigras, & albas. Cubigi, inquit Auicenna (Bellunenſis Cabegi legit) eſt, cui Attuigi communicat in formis ſuis, Agens de ouis oua Alchabegi & Alteiugi .i. vtriuſq; Perdicis, comparat ouis Gallinæ. Et alibi, *Inter aues*, inquit, *præſtat caro Alduragi* (Attagenis) *& Gallinarum eſt ſubtiliora, & non ſunt cum nutrimento carnium Alchabagi & Atheiz* (Bellunenſis pro Atheiz legit Altaiugi) Altei, vel Alteiem, vel Alteiei, eſt Perdix maſculus, vt Syluaticus, & vetus Auicennæ gloſſographus volunt. Altereze apud eundẽ Syluaticũ, eſt Perdix mas, & Alcubi Perdix ſimpliciter, vel Phaſianus. Diuerſas item barbaras voces Adurãti, Altinagi, Roſelageli. Bonion, omnes pro Perdice exponi reperio, ſed Politicum ipſi priuatim eſt parua Starna. Perdix eodem nomine Latinis nominatur ac Græcis: recentioribus verò πέρδικη, vel πέρδιξ. Vtriuſque etiam & maſculino, & fœmineo genere effertur. Apud Græcos *oi* πέρδικες paſſim legitur, & *ai* πέρδικες apud *g* Ariſtotelem, vbi de fœmineo ſexu loquitur. Apud Latino, vt annotat Nonius, Varro admirandos, Perdices Bœotios dixit. Nonnulli teſte *h* Athenæo nominis ipſius mediam ſyllabam contrahunt, vt Archilocus: at frequenter apud Atticos producitur, vt Dalechampius transfert, Ἀπερδὶξ ſit περδίκιον diminutiuum, ideſt, paruus Perdix. Vtitur hac dictione *i* Athenæus, inquiens, περὶ ἐφέτου περδίκια, καὶ χλωρὰ ὄσπρια. Item rurſus *l* alibi ex Philippo Comico: Ἁλικτρύονιον, φασσίον, περδίκιον. Alias περδίκιον herbæ nomen eſt vt in denominatis dicitur. περδικίδιος vero eſt pullus Percis. Reperiuntur etiam alia ſynonyma apud Grammaticos Græcos ſignificantia Perdices, vt apud Heſychium & Varinum Πάρδξ, quo nomine Cretenſibus vocari ſcribit, *m* Belonius tamen illis populis Coturnum dici ſcribit, & minores Perdices, ad quos fortè quis id transferre velit, in ea inſula non naſci. Σισίλαρος, vt ijdem aiunt, Perdix dicitur Pergæis: apud quos deniq; legitur Κηπίδος σκέλος, τὸ περδίκος Καχάβα Heſychio Perdix eſt: vox nimirum ab auis ſono conficta, qua ante Heſychium *n* Athenæus Alcmanem quendam vſum fuiſſe ſcribit, & à nonnullis etiam dici καχάβιδας. Apud authorem lexici medici pro καχαβα Caccabi legitur: ſed καχάβα vel καχάβη, vel καχάβος apud eundem Athenæum cacabus eſt, ſiue olla teſtacea; & Carthago pariter, vt ait Euſtathius, καχαβα dicta eſt. καχάβος verò etiam *o* Diſcoridi linguâ Pœnorum ſolanum ſomniferum eſt. Quod modo ad Perdicis Etymologiam pertinet, ea non vna tantùm ſtatuitur. φέρδιξ, inquiunt Etymologus & Varinus, παρὰ τὸ φερισσὸς ἄδειν, ἢ παρὰ τὸ πηδᾶν ἀπὸ τοῦ πῶν τὸ πόδιον ἢ ὁ περισσὸς διωκόμενος καὶ φεύγων. ἢ παρὰ τὸ πίδειν, ὀσμᾶσθαι τὴ χαμαί, τὴν γῆν. Χαμαὶ γὰρ τὰς γὰρ τὸ ζῶον, καὶ μὴ σεσόφα εἰς ὕψος ἀρόμενον μηδὲ περιδινεῖσθαι ἐν ἀέρι δυναμένον. *p* Iacobus Dalechampius ἀπὸ τοῦ πέρδειν Perdicem dici aſſerit, quoniam cum ſonum edat aut volando imitetur. Recentiorum nonnulli, ignari, vt apparet, Perdicis nomen Græcum eſſe, ridiculam nobis etymologiam è latio peritam adferunt, dicentes, Perdices à perdendo

a In verbis etymol.
b Hier. 17.
c 1. Re. 26.
d Hier. 17.
Coqun.
Coquin.
e 1. Re. 26.
f Hier. 17.
Cubeth.
Alchabegi.
Teiugi.
Cubigi.
Cabegi.
Altei.
Altereze.
Alcubi.
Politicum.
g Hiſt. c. 1.
h l. 9. c. 13.
Περδίκιον.
i Lib. 14.
l Lib. 8.
Περδίκιον herba.
Πάρδξ.
m Li. 5. de Auib.
Σισίλαρος.
Καχάβα.
n l. 9. c. 13.
Caccabi.
o l. 4. c. 72.
Perdicis etymum.
p In comm. ad Plin. ca. lib. 30.

dendo oua esse dictas. Verum quidem est Perdices mares, vt pòst fusius patebit, quando nimia libidine turgent, oua fœmellarum suarum perdere, rumpereq; sed quàm eleganter Perdicem inde nomen meruisse concludant, ipsi viderint. Nos interim reliquarum nationum synonyma prosequamur. Circa alpes & in Longobardia Perdix iuxta teste Ornithologo, Perniso vel Pernisa appellatur: at nou verum est Pernise Italis dici ad differentiam Perdicis minoris, vt ille putat, nam vbiq; Coturnise dicunt: quare Codornix Lusitanica vox ad maiorem potius, quàm minorem pertinere videtur: Sabaudis hæc Coturnix Perdris gaue, vel gaille vocatur, vel vt aliqui scribunt, gaule, id est, diuersorum colorum. Quidam 10 circumloquuntur, Perdris aut pieds rouges. Peruise apud Sedunos, tam illos, qui Sabaudicè, tèm qui Germanicè loquuntur. Gallicè Perdris Franche teste Bellonio, vel Perdris rouge. Perdiz vocabulum Hispanicum, ni fallor, tam maiori, quàm minori attribui potest: maior Germanicè ein pernysen aut Pernisse, aut VVeltschraphun, ein Rothun: circa Coloniam Eit tot raphun. *p* Castor Durantes Italicè ita circũscribit, Perdices & Saturna montana, c'hà il becco rosso. Minor Perdix Gallis simpliciter Perdris, vel Pedris gringette, aut griesce, vel Perdis des Champs, vel Perdris grise (à colore) vel Perdris goache teste Bellonio. Circa Montempessulum Rasele per onomathopœiam. Nobis Italis Perdice, vel Pernice; circa lacum Verbanum Pernigona; Starna item, quasi externa, sicuti diximus. Germanicè Raphun, Valdhun: Belgicè Perdijs, non autem Perrijs, vt Ornithologus ait, 20 Anglicè à Pertise: Illyricè Kuroptvva: Polonicè Koropathvva: quæ voces aliquo pacto ad Hebræorum Kore accedun: Turcicè Zal.

Perniso. *Coturnise.* *Codornix.* *Perdris gaye.* *Perdris Franche.* *Perdiz.* *p In thes. san.* *Perdicis*

GENERA. DIFFERENTIÆ.

PERDICES *a* Aristoteli pulueratrices appellantur: idem ait *b* Aelianus, sed periphrasticè inquiens: Non se quidem lauant, sed puluere respergentes nitidos efficiunt. Aristoteles, Plinius q; quorum hic vtrumq; Perdicum, vt ostendimus, ille vnicum dun- 30 taxat genus recenset, non videntur Indicos illos agnouisse, quos vulture & Anser maiores esse *c* Strabo tradit, nisi ea differentia in sola consistat magnitudine, vt quispiam suspicetur, maximè cùm Strabo nullam aliam differentem notam Indicis istis attribuat. *d* Bellonius quinq; aues totidem diuersis capitibus, sub nomine Perdicum describit, nimirum Perdicem Græcam, Perdicem maiorem ruffam, Perdicem griseam, id est, cinereã, quamuis ipse fuluam vertat, Syroperdicem siue Perdicem Damascenam & Perdicẽ albam siue Lagopodem. Nos quid de Perdice Græca & ruffa sententiamus, supra indicamus, vbi diximus sola magnitudine differre. At quam pro Syroperdice nobis depingit, pedibus penna vestris, ea meo iudicio aut Lagopus altera *e* Plinij est, de qua hic ita scribit: *Est & alia eodem nomine* (Lagopus nimirũ dicta) *à Coturnicibus magnitudine tantũ differens, croceo tinctu, cibis gratissima*: aut saltem 40 Lagopodi potius quã Perdicum generi ascribenda. Hanc eandem auẽ *f* Iacobus Dalechampius Alpinis Gelabre vocari scribit. *g* Aelianus verò Syroperdicem vocat auem, quæ circa Antiochiam Pisidiæ lapidem ex est, & conficit. *Perdice*, inquit, *minor est, & niger, excepto rostro, quod ruffum est. Non mãsuescit vt alius Perdix, sed semper perseuerat ferus esse. Eius carnes, & densiores sunt quàm cæterorum, & suauiorem cibi vsum præstant.* Hæc ille: quæ sanè cum Bellonij Syroperdice, in qua rostrum non rubet, cuiq; pedes pennis vestitos tribuit, mihi conuenire non videntur. Idem *h* Helianus quosdam Perdices Cyrrhæos vocat, qui neq; ad certamina valent, neq; pulchrè cantare sciunt, de quibus item prodidit, & est ab *i* Athenæo quoq; attestatum; allio vesci, vt eius odore infectæ carnes eius ineptæ reddantur, atq; ita ab aucupibus contemni tanquam ad mensam inhabiles: verum an ciusce mo- 50 di ab alijs diuersi sint, non addunt, & ego id ignoro. Qui de re recens inuentis regionibus scripsere, præter iam dictos Perdices, longe alios dari testantur. Andreas Theuetus in America nostratibus maiores reperiri ait, quos vernacula sibi voce Macouacana appellant. *k* Iulius Cæsar Scaliger apud Troglodytas Perdices dari tradit, Gallinacei magnitudine, quorum quibusdam rostrum, & crura lutea sint, quibusdam fusca; sapor verò qui nostratibus. Mirum quidem, quod Gonzalus Quicedus scribit, in ea orbis parte, quam continentem appellant, Perdices nasci gratissimi saporis, magnitudine Hispanicarum Gallinarum, dupli ci pulpa, alia nimirum alteri substrata, adeo vt duo carnis discrimina habeant, eamq; tantæ molis, vt ne insignis etiam helluo vnicam auem vna mensa absumat. Colore ait esse in pecto-

a 9. *Hist. c.* 49. *b* l. 3. *de Anim. c.* 16. *Perdices Indici.* *c* l. 17. *Geo.* *d* lib. 5. *de Auib.* *e* lib. 10. *c.* 48. *Lagopus altera.* *Gelabre.* *f* In cõ. ad locũ Plinij. *g* li. 17. *de Anim. c.* 7. *Syroperdix.* *Æliani.* *h* l. 4. *c.* 13. *Perdices Cyrrhæi.* *i* l. 9. *c.* 13. *Macouacana.* *k* Ex. 236. 3. *perdicum mirum genus duplici carnis pulpa.*

in pectore, alis, atq; collo, cinereo: cætera noſtratibus ſimiles. Oua magnitudine ouorum noſtratium Gallinarum, colore lapidem cæruleum æmulante. Teſtatur etiam, idem ſolum alias dare volucres, Perdices ab incolis vocatas propter ſaporis gratiam, ſuperioribus minores, coloris quoq; cinerei, & cætera noſtratibus Perdicibus haud diſſimiles. His auibus ſaporem minus, quàm ſuperioribus gratum tribuit, ſed ægris ſalubriorem, vtpote concoctu faciliorem. Cinereas Perdices mihi aliquando Alexandria Aegypti miſſurum ſeſe pollicitus eſt Io. Paulus Oliua Genuenſis. In Chio Inſula, vt narrat *l* Nicolaus à Nicolais Perdices naſcuntur rubræ, Gallinæ magnitudine, de quarum admiranda natura pòſt dicemus, hoc tantùm hic obiter admonentes, has forſan eaſdem eſſe cum ruffis Græcorum. Hiſpaniola inſula, referente And. Theueto, exiguas Perdices, diuerſicolores, ſuauiſſimi ſaporis profert, quas ruriculæ domi alunt Gallinarum more. *m* Iohannes verò Boetius Benenſis in hac inſula varia Perdicum genera procreari atteſtatur. Gonzalus Ouidius in inſula Cubæ Perdices inueniri ait exiguas, at colore voceq; Turtures referentes, ſed gratiore ſapore, capi maxima copia, & incolas viuas domum ferre, facileq; trium quatuorue dierum interuallo cicurari, habereq; torquem in collo: ſed fortè Turturum ſpecies fuerunt, quarum item grata palato caro eſt. In Æthiopia in diœceſi Baruæ, quæ ciuitas regni Barnagaſſi emporum eſt, tria aiunt reperiri Perdicum genera noſtratibus haud multum abſimilia, ſed magnitudine, & colore roſtri pedumq; inter ſe diuerſa: alias nimirum magnitudine Caporum, pedibus, & roſtro luteis, cætera noſtratibus ſimiles, alias non maiores Gallinis, pedibus, roſtroq; purpureis, alias deniq; roſtro & pedibus cinereis. *n* Ariſtoteles quoq; albas Perdices dari nobis author eſt; ſed has ita ab inſigni loci vel temporis frigore euadere, alibi à nobis ſcriptum eſt, vbi multas alias aues candeſcere etiam diximus, quæ in alijs locis ita non ſunt.

l li. 2. Itin. Orient. c. 8.

Perdices rubræ.

Perdices parua.

m in Relat.

Perdices Turturum voces edẽtes.

Perdices magnitudine Caporũ.

n lib. de col.

Perdices albæ.

LOCVS.

NON hic, quo loco, montanoue, an campeſtri gaudeant Perdices, dicere inſtitui, ſed apud quos populos abundantiùs reperiantur. Terra ſancta referente *a* Brocardo Monaco Perdicibus & Coturnicibus abundat. Hegeſander teſte *b* Athenæo, tradit Samios, cùm Sibarin nauigarent, & ad regionem Siritin (Siris & Aciris fontes duo ſunt, inter quos ſita eſt Heraclea, olim etiam dicta Siri Sibari vicina teſte *c* Plinio) appuliſſent, euolaſſe Perdices magno ſtrepitu, qui perterriti, & in fugam verſi, naues conſcenderint, ac inde ſoluerint. Quiſpiam autem non abſurdè ſuſpicetur eiuſmodi populos, quorum portentoſa laſciuia prouerbio locum fecit lautiſſimas has aues ad luxum ſuum enutriſſe, & ex alijs etiam regionibus aduexiſſe. Apud Tarnaſſaros miram quoq; Perdicum fœcunditatem eſſe narrant, necnon & leporum. Abaſſienſes Perdicibus, Anſeribus, Gallinis, Leporibus, & eiuſmodi animalibus alijs teſte *a* Botero ea propter abundant, quòd venari ea nondum ſint edocti. Cyprus & Creta Perdices copiosè gignunt: in Creta tamen minores nullas teſte *e* Belloniо reperire eſt. Io. Rauiſius Textor ex malè intellecto *f* Plinio, qui albi Perdices ſcribit nõ tranſuolare Bœotiæ fines in Aticam (ſic enim ex Athenæo corrigendus videtur ille locus: nam in vulgaribus exemplaribus legitur in Attica) Perdices in Bœotia reperiri negat. *g* Athenæus hoc addit miraculum, ſcilicet, ſi quæ fortè illuc migrauerit, voce ab indigenis (Atticæ) dignoſci. Hiſpania noua Perdices, vti diximus, profert plurimas, & diuerſorum colorum. Qui de Sicilia ſcripſere, aiunt in monte Peloro Perdicum Leporumq; magnum prouentum eſſe. In Procyta regni Neapolitani quadam inſula Perdicum ac Phaſianorum copia eſt, inſulamq; propter aucupium reddunt celeberrimam. *h* Leander Albertus Perdices maiores Coturniceſq; cùm à nobis abeunt, ad Capren inſulam ſe conferre ait, adeoq; ibi pingueſcere, vt adipem eximant incolæ, & in futura conuiuia reſeruent. Perdicum vtrumq; genus noſtri quoq; montes alunt, ſed maius in Sedunorum, Rhœtorum, & verſus Longobardiam & Sabaudorum alpibus magis capitur, non tam altis, nec tam ſylueſtribus locis, vt Lagopodes. Gallia, Luſitania, Hiſpania Perdicibus minimè carent. Audio in Belgio ruffas vel non eſſe, vel ſaltem admodum raras. Boterius quoq; Hiberniam Perdicibus & Phaſianis carere perdidit. Et *i* Antonius Liberalis in Lemniorum inſulis, quæ Neæ ſeu Nouæ vocantur, non naſci Perdices dumtaxat negat, ſed illatas etiam mori aſſeuerat, & alij affirmant emori, ſi vel à longè eam terram conſpexerit. Contra *k* Athenæus author eſt, à duabus Perdicibus in Anaphen inſulam immiſſis tantum vim eſſe procreatam, vt iam incolæ de loco deſerendo cogitarent.

a in deſcri. terræ sãct.

b lib. 14.

c lib. 13. c. 11.

Sibaritarũ laſciuia.

d in relat.

f lib. 10. cap. 29.

Plinius correctus.

g l. 9. c. 13.

h in hiſt. It.

Perdices ruffæ vbi raræ.

i in congr. narat. mir.

k l. 9. c. 13.

ANA.

ANATOMICA.

THEOPHRASTVS *a* peritissimus philosophorum, vt referunt *b* Plinius, *c* Aelianus, & Aulus Gellius, Perdices omnes in Paphlagonia bina obtinere corda prodidit; quod tamen mihi nunquam persuaserit; è cõtrario facillimè *d* Aristoteles, qui Perdicibus ventriculo ingluuiem propositam esse scripsit, habereq; appendices non suprà, sed infrà, quà desinit intestinum. Idem *e* alibi inquit earum testes, cùm Venerem exercent, insigni tantisper magnitudine augeri: hybernis verò mensibus nullos quidem in ijs, prout nonnulli credebant, haberi.

a l. 1. c. 17.
b l. 10. cap. 35.
c l. 10. cap. 15.
d 2. Hist. c. vlt.
e 3. Hist. c. 1.

SENSVS.

IDEM *a* Aristoteles olfactum credi Perdicibus exquisitum esse prodidit.

a l. 6. Hist. cap. 2.

ASTVS. DOCILITAS. Ingenium.

HAVD mirabitur aliquis, cur Perdicis astus in prouerbium abierit, vbi, quæ hic tradentur, perlegerit, *a* Aristoteles in primis hanc auem malitiosam vocat, & astutam. *Callida*, inquit D. *b* Basilius Magnus, *volucris, astuta, ac zelotypa Perdix est, malitiosè q; cum venatoribus in præda agit.* Quem astum malitiosum *c* alibi, quamuis Perdicem non nominet, ita prosequitur: *Vidi ego tam auis astuta naturam, cùm pullos suos videat adhuc ob debilitatem præda periculo expositos, sese aucupi ante illos vt prædæ paratam offerre, ita sese vertentem ac gestus dispensantem, vt nec periculo penitus, aut manibus se præbeat, neq; item insidianti spem omnino eripiat. Sic itaq; illum inter vtrumq; versando, occupando, in se retinendo, spatium dat natis ociosè fugiendi, ipsa ad extremum euolat.* Hæc ille: sed astus iste, quem malitiosum vocat laudabilis potiùs existit, hominibusq; imitandus, vtpotè cum fœtus ardenti amore coniunctus. *Cùm ad nidum quis accesserit*, inquit *d* Aristoteles, *prouoluit sese ante pedes venantis, quasi tam possit capi, atq; ita allicit ad se capiendum hominem, eumq; sic illudit, donec pulli effugiant, tum ipsa auolat, & reuocat prolem.* Idem astus, à Plinio, Aeliano, Plutarcho, & Athenæo reperitur, quos lector per se adire poterit: *e* Aelianus addit, pullos, vbi à matre appellantur iam è venatoris faucibus elapsa, maternam vocem agnoscere, atq; ocyus ad illam aduolare. Nolim interim Plinij super hac versutia, verba præterire, quia, non dilucidiùs solum eandem repetit, verum maiorem etiam adiungit. *f* Ait autem: *Si ad nidum is caperit accedere, procurrit ad pedes fœta prægrauem, aut prælumbem sese simulans, subitoq; in procursu aut breui aliquo volatu cadit fracta aut ala, aut pedibus: procurrit iterum iam iam prehensurum effugians, spemque frustans, donec in diuersum abducat à nidis. Eadem pauore libera, ac maternæ vacans curæ in sulco resupina gleba se terræ pedibus apprehensa operit.* Nota quæso ingenij vim, aciemq; in hac alite, quæ cùm aliàs pro pullis sese capiendam antè pedes aucupis prouoluit, vt illi, donec ad capiendam intentus est auceps, præsenti periculo sese eripiant, nunc cum nulla prolis cura est, haud opus callet, vt se venatori obijciat, & maiorem pro salute artem excogitans, terræ gleba pedibus prehensa corpus cooperit, idq; in sulco facit, vt ille terræ glebam esse, ratus ab insequendo desistat. *g* Cælius Rhodiginus in simili periculo expositam, nimirum si ad hoc fuerit, vt capiatur, lapidem ait sibi colore correspondentem quærere, & inibi spinam se componere. Verùm quomodo corpus suum eiusce modi lapidi, subijciant, non ita video: quare festucis, alijsq; quisquilijs potiùs tunc se cooperire verisimilius est, vt Scholiastes Aristophanis, necnon Plutarchus tradunt, quin etiam frondibus, ac simili alia in pratis passim obuia materia. Porro fortassis iam enarrata auis astutia minus

a 9. Hist. c. 8.
b Homil. 8. in Hex.
c Hom. 13. Exhort. ad baptism.
d 9. Hist. c. 8.
f lib. 10. c. 33.
Nota astũ.
g lib. 29. Ant. lect. cap. 26.

admiranda videatur, niſi & eam fœtus ſuos docere noſceret: noſſe autem nobis author eſt *h* Plutarchus haud vulgaris ſcriptor, inquiens: *Alium æſtum cum fœtus amore coniunctum Perdices vſurpant. Adſuefaciunt enim pullos ſuos, qui nondum volare poſſunt, vrgente aucupe ſupinos tacere, & glebam aliquam, aut quiſquilias corporis injicere, ac prætendere, tanquam vmbraculum, aut tegumentum quoddam. Ipſa perſequentem aliorſum abducunt, atq; circumagunt hinc inde volitantes, paulatimq; loco cadentes, donec lætatum ſpe capiendi longè à pullis auellant.* Et *i* alibi rurſum: *Quod ſi negas, inquit, diſci à nobis artes, etiam doceri eas à nobis audi Perdices ſuos pullos docent inter fugiendum occultare ſeſe, & glebam pro ſe obtendere, poſtquam ſupini corruerunt.* Hactenus Plutarchus. Nonnulli pullos in paſcua educturas, ſi fortè hominem viderint, ſibilo id illis ſignificare aſſeruat: hos verò confeſtim ſupinos ſe collocare, terraq; aut quiſquilijs adeò artificiosè corpus tegere, vt ne, ſi palpitando pericliteris, aduertere quidem queas: mox rurſus, vbi venator quadantenus eſt progreſſus, patrem ſibilare, hoſq; protinus euolare. Eodem planè æſtu fœmella teſte *k* Ariſtotele vtitur in ouorum conſeruatione. Sed hæc hactenus de hoc æſtu, quo nimirum venatoribus ſeſe eripiunt, dicta ſunto: nunc declaremus, oſtendamuſq; Perdices animalia eſſe docilia, venationiſq; artem perquam miro modo addiſcere ac tanto artificio alias ſui generis in retia pellicere; vt homines potiùs, quàm aues eſſe iudices: & quamuis huius loci non ſit de aucupio loqui, tamen propter ſingularem ac penè admirandam, ingenij aciem, quam in eo exercent; quæ in hæc verba ſcripta ſunt ab Ælian o, præterire minimè poſſum: *Vtitur verò Perdix*, inquit, *venator ille cebris quibuſdam ad allectandos ferros, ante rectia enim propoſitus cantum edit eos laceſcentem ad pugnam, eoſdemq; vt ex inſidijs in laqueos inferat, incitantem. Syluestrium dux contrà cantet & ſuum gregem præcurrens obuiam procedit cum hoc luctaturus: cæcur autem per malitiam ſemper inſidias inſtruens, pedem refert, ſe timere ſimulans: alter verò ſpe, atq; animo inflatus ſimul, & ſibi victoriam tam defrondens impetum facit, ſed mox captiuus compage tenetur.* Fortaſſis quiſpiam ex eiuſmodi lucta ingenij hebetudinem potius quam æſtum colligat, cùm feros ab aucupium edoctis tam facilè falli dicamus is ſi aduertat animum, omninò opinionem immutabit: nam ideò Perdices Perdicibus decipere homines ſciet, quod hi ab iſtis auibus decepti, dum venarentur, nihil proficerent, ideoque nouam capiendi rationem inueſtigare coactos fuiſſe, nimirum Perdices Perdicibus tanquam animalibus plus æſtu & ingenio pollentibus aucupari. Fœmella Perdix, niſi & ipſa mari ſuo imponere calleret, actum iam conclamatumq; de toto Perdicum genere foret. Etenim cum quolibet loco etiam in præſentia maris teſte *m* Ariſtotele parere cogatur, quoniam hic oua, ne illa incubatu ouorum detenta ad coitum non ſit parata, frangat, itaq; vt oua ſeruentur, nouit tantiſper ibi remanendum eſſe ſibi, quouſque ille deceſſerit: tunc enim aliò, inquit *n* Solinus, ea tranſuehit, neque in hoc diù perſeuerat loco, ſed ne quis locum percipiat, longioris temporis mora; vt ait Ariſtoteles, immutat, nec non teſte Solino clanculo reuertitur, ne indicium loci conuerſatio frequens faciat; in eo etiam Caco, qui boues Herculis auerſos per caudam in antrum ſuum petraxiſſe dicitur, aſſutior; illum enim auerſa veſtigia prodiderunt, hæc ne ſeſe prodat, nulla facere nititur ne quandoque detrimento eſſe queant. Eo propterea quo ingenio ſobolis propagationi ſtudeat, non marem dumtaxat ſuis amplexibus fraudans, ſed homini etiam nullam inueniendi oua occaſionem præbens. Sed audi quæſo qua in nido fabricando verſutia vtantur hæ volucres, ſpinis & fructibus ſic illum munientes, vt contra feras dicente *o* Plinio, abundè vallentur, vel vt ait Solinus, vt animalia, quæ infeſtant, arceantur à ſpinis ſurculorum. Inſuper aciem ingenij, qua vigent, proſequi volentibus longè maiora forſitan ſuperſint dicenda, adeò vt Statius *p* Papinianus grauiſſimus poeta dociles intellexiſſe videantur, aptaſq; humano ſermoni enunciando, cum ſyluula quadam de Pſitaco Melioris ita canat:

Quiq; refert ingens iterata vocabula Perdix.

Scio tamen nonnullis hunc verſum non ad docilitatem, ſed vocem κακκαβίζειν referri: quorum homuncionum aſſertiones tanquam nugales (& vt ait ille) Cryſippi ſyllogiſmis & Platonis legibus frigidiores *q* Cælius aſpernatur; & reuera ad hoc confirmandũ, quod dociles ſunt, nullis vincis aut arietibus opus eſt, nam id ex verbis poetæ nullo negocio coarguitur: quod quò manifeſtus pateat, Poetæ ipſius carmina, quæ ante id, quod iam iam citaui, leguntur operæ pretium eſt hic ſubijcere, quibus nimirum eas tantummodò aues enumerat, quæ humani ſermonis enunciationi ſufficiunt: ait autem:

Plangat Pœabus ales
Auditaſq; memor penitus dimittere voces
Sturnus, & Aonio verſa certamine Pica,
Quique refert ingens iterata vocabula Perdix,

Et

h li. de Solert. anim. — *Perdices pullos quid doceant.*

i In Grylle.

k 9. hiſt. c. 8.

Perdices eſſe dociles.

Quo æſtu vtantur in capiendis alijs.

l l. 4. de anim. c. 16.

Cur homo Perdicibus.

Perdix fœmella cur Perdices capiat.

Marem fallat.

m 9. hiſt. c. 8.

n Cap. 12.

Caci æſtus.

Nidi fabrica.

o l. 10. cap. 23.

p l. 2. Syl.

q lib. 29. Ant. lect. cap. 29.

Aues humanũ ſermonẽ addiſcentes.

Et quæ Bistonio quæritur soror orba cubili *Ferre simul gemitus.*

Quod si quis penultimo inductus carmine in diuersam sententiam abripiatur, quoniam & Hirundinem poeta ibi nominet, quam humanum sermonem addiscere nemo dixerit: respondeo de Progne in Hirundinem transformatione expositionem esse quidem à Varrone confirmatam, & à nostris ferè omnibus; cæterùm Græcorum nonnullos, à quibus eiuscemodi fabulæ confictæ sunt, in Lusciniam malle: quod inter Latinos *r* Probus non ignorauit, & videtur / Ouidius secutus, cum ita canat.

Hirundo sermonem humanum non dicit.

Sola viram non vltra pius mœstissima mater
Concinit Ismarium Daulias ales Itym. Et rursus *s* alibi:
Deflet Trebittum Delias ales Itym.

Progne an in Hirundinem, an in Luscinian mutata.

Philomellæ porro docilitatem siue Luscinię quis ignorat? Drusus nonne & Britannicus Claudij filij Luscinias habuere Græco & Latino sermone loquentes? Quod si feras rursus & monticulas, ideoq; ab humano consortio penitus abhorrescere quispiam dicat, atq; ita, quę diximus, parũ vero similia esse, is profectò non satis harum auium naturam perspectam sibi habet, nam facili modo captæ cicurantur; quin immo Aloysius Mundella cum in Burmijs Rhœtorum medicum ageret refert nostratium se Coturnicum marẽ & fœmellã habuisse altiles in domo sua, quæ adeo cicures, & mansuetæ redditæ sint, vt postmodum cum domesticarum Gallinarum cohorte promiscuè habitarent, simulq; sine pauore cibũ caperent. Stumpfius etiam scribit, si à prima ætate ab homine alantur, planè cicures & amabiles reddi. Mirum prorsus, quod de Perdicum in Chio insula mansuetudine ac docilitate prodidit *u* Nicolaus à Nicolais hunc ferè in modum: Agricolæ, inquit, huius insulæ maximos Perdicum greges alunt: interdiù adhibitis custodibus ad vicinos montes ad inquirendum sibi victum dimittunt: custodes eas sub vesperam edito sibilo reuocantes simul omnes domum reducunt; & illæ alias sibilo custodum nondum assuefactas, & etiamnum feras comites sibi asciscunt. Similis historia narratur ab Odorico de Foro Iulij his verbis: In regionibus circa Trapezuntem, quæ Pontus olim dicebatur, vidi hominem ducentem secum supra quatuor millia Perdicum. Is iter faciebat per terram. Perdices per aerem volabant, quas ducebat ad quoddam castrum nomine Thanega, quòd à Trapezunte distat trium dierum itinere. Hæ Perdices cum duci ipsarũ homini quiescere aut dormire libebat, omnes quiescebant circa eum tanquam pulli Gallinarũ; & sic ducebat eas Trapezuntẽ vsq; ad Palatiũ Imperatoris; Cùm verò sic quiescebant circa eũ, capiebat de ipsis quantũ volebat numerum, reliquas ad locũ, in quo prius erant, reducebat. His, si placet, adde quod ex *x* Baside quodã recenset *y* Athenæus, nempe pygmæos, qui aduersus Grues bellum gerunt, vti Perdicibus ad bellum iunctis, vel vt Ornithologus legit annotante Dalechampio, Perdicibus inequitare. Quæ res, tametsi planè fabulosa appareat, attamen Perdicũ interim docilitatem maximã demonstrat. Eiuscemodi itaq; mãsuetudinẽ & ingenij acumen si in Perdicibus agnouisset Domitius Papinij interpres, humani sermoni enunciandi rationem poetę fortassis haud reliquisset excutiẽdã. Quò minus verò absurdũ videatur Perdices humano assuescere posse sermoni, Plinij authoritatem adduco, qui & ipse eam à communi præceptore Aristotele mutuò accepit: *Linguam*, inquit, *omnibus ys in suo cuiq; genere, quæ humanum imitantur sermonem, esse latiorem, quanquam ta penè in omnibus contingit*: Perdicibus autem linguam latiusculam esse ex sectione didici. Quod si adhuc cuispiam non acquiescat, *z* Plutarchum adeat, qui disertissimis verbis Perdicis loquacitatem nominat, vocalemq; esse ac discere etiã alibi asseuerat, *a* Porphyrius insuper refert se Carthagine Perdicem ita cicurem aluisse, vt nõ tãtùm vocata aduolaret, at temporis progressu adeo familiarem euasisse, vt & adulari colere se & colludere videretur, suaque etiam voci occurrere, & quantum fieri poterat, respondere alio quodam tenore, quam quo se inuicem Perdices vocare solent. Quibus verbis quamuis Porphyrius humana voce vsam fuisse non dicat, insignem saltem nobis aptitudinem ad discendum eam ingerit, quando ex familiaritate, qua secum vtebatur, ferinam immutasset, imitatura indubitanter humanam, si is vel docuisset, vel docere calluisset. In Lyconia Perdices pariter vocales haberi ostendere videtur doctissimus *b* Athenæus, cùm Aristomonem Athenien sum Adriani libertum scribit à patrono solitum dici Atticoperdica, quod esset comediæ veteris histrio. Ita quoq; *c* Plutarchus alibi quendam proscindens ipsum ἀφωνότερον Περδίκων, id est, Perdice magis mutum dicit. Ex quibus omnibus iam satis liquidò constare arbitramur, Perdices ad humanæ loquelæ imitationem non esse ineptas. Verùm in alijs quoque ingenij sui indolem ostendunt, quemadmodum in primis in eo quod proprios parentes à falsis, quorum incubatione excluſi sunt, dignoscere norint, quos

r In Bucol. Virgil.
s In Epist. t Ad Liuiã Luscinię, Græcè & latinè loquentes.
Perdix facile cicuratur.
Mira Perdicum docilitas.
u l. 2. naui. Oriẽt. c. 8.
Alia mirabilis historia de Perdicum mãsuefactione.
x li. 2. ver. Ind.
y l. 9. c. 13.
z In Symposiacis.
a l. 3. de abst. à carne.
b lib. 3.
c l. contra vsuram.

Perdicum pulli parentes proprios agnoscunt. d l. 2. Ver.

ne homo ipse, quem Deus omnium animantium perfectissimum procreauit, si à parentibus in infantia, quod proh dolor nimis sæpe contingere videmus, deseratur, ex alijs discernere callet. Tradit hoc de Perdicibus Theodoricus Gothorum Rex referente *d* Cassiodoro, ad Symmachũ scribens, Perdicibus nempe hunc esse morem, oua perdita per alterius matris damna resarcire, vt adoptione alienæ sobolis incõmoda suæ reparent orbitatis: verum natos mox, vbi fiduciam habere cœperint ambulandi, in campos exeuntes cũ matre, vt fuerint materna voce cõmoniti, ouorũ suorum genitricẽ potiùs petere, quamuis ab alia furtiuis fœtibus educentur. Atque hoc est, quod à veridico propheta *e* Hieremia scriptum est:

Perdix alienaua furto ablata cubat. e cap. 17.

Perdix congregauit, quæ non peperit, faciens diuitias absque iudicio: cum media relinquens ætate, & tandem erit insipiens. Et D. *f* Hieronymus in commento: *Aiunt*, inquit, *scriptores naturalis historiæ tam bestiarum & volucrum, quàm arborum herbarumque quorum principes sunt apud Græcos Aristoteles & Theophrastus, apud nos Plinius Secundus, hanc esse Perdicis naturam, vt oua alterius Perdicis, id est, aliena furetur, & eis incubet foueatque, cumque fœtus adoleuerit, auolare ab eo, & alienum parentem relinquere.* Illud prætera in hoc auium genere admirandum, at cum generoso quouis ac magnanimo viro commune quodammodò esse videtur: quod in pugna succumbentes sese alijs risui ac ostentui fore non ignorent tantùm, sed ne in conspectum amatæ suæ, cuius causa pugnam cum aduersario instituerant, pudore nimio suffusi denuò venire audeant, & in latibula sese abdant. At ne id comminisci videamur velut nimis Perdicum naturæ studiosi; itaque facundissimi *g* Æliani, qui eiusce modi verecundiam ceu singulare naturæ domum brutis hisce inesse ait, ampliſſimum testimonium, transcribere nobis, minimè piguit. *Ex auibus*, inquit, *Perdices, quòd ad libidinem Veneris inflammatissimi sint, idcirco cum faminis assiduè versantur. Homines autem, qui Perdicis ad certamen alunt, cum eos ad pugnam inter se incitare volunt, suam cuique vxorem præsentem esse curant. Hac enim machinationis commentatione Perdicum timiditas repellitur, & ignauia vitatur. Nam male pugnando victus nunquam in conspectum, nec ad amatam, nec ad coniugem audet venire; ac potiùs morte occumbit, quam pugna turpiter deserta, ab hoste suo auersus eam, cui probari tantoperè cupit, inueri sustineat. Tale quiddam Cretenses etiam de duobus amantibus prædicant. Sic enim audio, amatorem cùm alijs rebus præstantem, tum bellicis strenuum habuisse in amore puerum adolescentem summa indole virtutis, liberali forma, virili animo, & summo ad optimas disciplinas ingenio, sed ætate nondum militia apta. Nomen quidem vtriusque alio loco me dixisse memini. Et hunc ipsum aliquando in pugna strenuè versantem, hostium frequenti cohorte toto impetu in eum irruente ad humi stratí cadaueris offensionem collapsum fuisse. Iacenti cum hostium proximus quispiam gladio stricto plagam ei auersam illaturus esset: retrò ad hostem versus intuens, nequaquam, inquit, turpe & imbelle vulnus tergo inferas, sed aduerso potiùs pectori infligat, cum vt timiditatis me meus amator condemnet, tum ne me turpitudinis notis inultum aspiciat. Atqui hominem rationis participem ad timiditatis & ignauiæ crimen pudore affici, non admodum mirabile videri debet: at Perdicem rationis expertem huiusmodi verecundiam retinere, singulare donum naturæ videtur.* Hactenus itaq; Ælianus, cui subscribens *h* Galenus, Perdices velle vincere dixit. Sed quid si Perdicibus nostris præsagiendi quoq; scientiam tribuamus, eamq; cum summa generis humani vtilitate coniunctam? siquidem apud *i* Ætium ita scriptum leges: *Piso Perdicem, qua domi nostræ alitur, vociferaci acclamare, atque lacerare ipsam coortem, in qua Perdices nutriuntur, vbi senserit medicamentum quippiam lethale, aut aliud venenum intra ades parari.* Alant itaque Principes Perdicum greges, nam & bonis & malis sæpè eiusmodi insidiæ struuntur. Admirandũ etiam ac vix verisimile est, quod de Cirrhæorum Perdicum ingenio priuatim prodidit *k* Ælianus, quòd nempe seipsos emacient, quia ita se ab aucupantibus spretos iri præsagiant: *Ex Perdicibus*, inquit, *qui vocis contentione & cantu valent, & lingua facultate confidunt: quinque pugnaces & & ad certamina habiles sunt, se minimè dignos credunt, qui ad extruendas mensas capiantur: vnde fit quod parum contra venatores de sua libertate depugnent, quo minus comprehendantur, sibi præsidentes, quod à cæde studiosè ad cantus & certamina seruabuntur. Reliqui autem Perdices & potissimum qui nuncupantur Cirrhæ, sibi conscij, quòd nec ad certamina valent, neque pulchrè cantare sciunt, & si capiantur, futuros se prandium his, qui capiunt, naturali quadam machinationis commentatione ipsos macie conficiunt, nimirum cùm ab omni alia esca, quæ ad pinguedinem eos perducere queat, se sua sponte abstinent, tum vt ineidonei sint ad hominum mensas, cupidè alijs vescuntur, cuius rei experientes, his præteritis, alio venationem conuertunt. Qui verò hoc ipsum ignorant, eos, si facultas sit, capiunt, quicunq; autem ipsos captos decoxerit, eorumque insuaues carnes expertus fuerit, se iam & tempus, operam cognoscit in his venandis perdidisse.* Hucusq; ille. Eodem modo, nimirum ab eiusce modi auium astu, sumpto exemplo, multi quibus peregrè eundum est, latronum in longis itineri-

Perdicis victi pudor. g l. 4. de Anim. c. 1.

Cretensis militis verecundia ex auerso vulnere.

h l. 5. de pla. Hipp. & Pl.

i lib. 13.

Perdices venenũ agnoscunt. k l. 4. de Ani. c. 13.

Perdicum Cirrhæorũ vafritia.

bus

bus sæpe obuiorum insidias veriti, tenuiter sese ve stiunt, fœtoremq; vestibus conciliant, vt tanquam in tabidos ac mendicos latrones incidentes, & pecunijs destitutos, quarum causa alios petunt, non attingat. Ouidius itē longè adhuc maiorē, quàm qualem hactenus recensuimus, ingenij vim celebrare videtur (quod tamen vt poetæ dictum proponimus) siquidē & cōdolere amici casum & lætari inimici ac hostis infortunio, desumpto ab Icario filio Dædali, à quò è turri præcipitatus Perdix etiamnū homo dicitur, exemplo scribat his versibus. *Perdix amici, & inimici casum agnoscit.*

Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramosa prospexit ab ilice Perdix,
Et plausit pennis, tectaq; gaudia cantu est.

Postremò, vt huic rubricæ tandem finem imponamus, Perdix ijs iure merito annumerari debet animalibus, à quibus res salutares discere homines possunt. Quod forassis *l* Aristoteles non inficiatur, porri facultatem ad sonorā vocem indicans Perdicum exemplo, quòd eo in tali casu vtantur pro remedio. *Cur porrum*, inquit, *prodest ad vocem soueram? nam & perdici commodum eadem in re nouimus. An quod allium quoq; elixum delinit, & quidem porrum lentitiam quandam obtinet, quæ fauces detergere possit.* Nouit & in alijs affectibus sua sibi inuenire remedia, homine & felicior & ingeniosior: Si quę acceperit vulnera, origanum herbam mansam vulneri imponit, & absq; humana ope sanatur, si *m* Æliano credimus: qui *n* pariter fascinationem oculorum arcana & mirabili quadam natura cauere Perdicem tradit, arundinis lecta coma, & in nidum imposita, vel vt Philes ait, comesa. Lauri folijs teste Plinio annuum fastidium purgat, quòd his versibus Ioan. Khuenius expressit. *Quibus animalibus annumerāda. l 11. Probl. 39. Perdix sua remedia agnoscit. m lib. 5. de Anim. c. 46. n l. 1. c. 35.*

Graculus, & Merula, Perdices atq; Palumbes
Annua deturbant foliis fastidia Lauri.

o Ruellius arundinem nido ingerere putat, vt noxias bestiolas fuget. Vt vt est, in eo saltem Perdicis ingenium admirandum est, quòd & hanc herbam inter alias non dignoscere tantùm, sed in suum, qualiscunq; autem ille sit, vsum conuertere noscat. Perdicium etiam herbam ab ipsa denominatam *p* Theophrastus, atq; ex eo *q* Plinius erui tradunt, quod haud dubio ideo fecerit, quia in ea aliquam sibi salutem latere non ignoret. Sed istæc de ingenio huius auis dicta sufficiat, à quo haud temerè Dedala poetis dicitur, hoc est, ingeniosa. *o lib. 1. de stirp. c. 22. p l. 2. Hist. Plant. c. 3. q l. 21. cap. 17. Perdix Dedala dicta.*

VOLATVS.

ARISTOTELES *a* causam inquirens, cur Perdices more cæterarum auium nidum non extruant, eam reijcit in volandi impotentiam. Parum autem volare præter quotidianam experientiam *b* Xenophon quoque innuit, si verè eius verba citat *c* Athenæus, quæ hæc sunt: *Otidas si quis repentè ac celeriter in fugam vertat, capere licet; parum enim volant, vt & Perdices, & citò fatiscunt.* Haud tamen inde statuendum prorsus non volare Perdices ab illis dici, sed propter corporis grauitatem in altum aerem, vt aliæ alites pleræq; solent, non elenari: vnde & *d* Ouidius de Talo seu Perdice in auem immutato sic canit. *a 6. Hist. c. 8. b l. 1. Exped. Cyri. c l. 9. c. 13. d 8. Metā.*

Quemq;
Reddidit, & medio velauit in aere pennis,
Sed vigor ingenij quondam velocis, in alas
Inque pedes abijt, nomen quod & antè remansit
Non tamen hac altè volucris sua corpora tollit
Præter humum volitat, ponttq; in sepibus oua.

Sic *e* Plinius quoq; currere Perdices & Rusticulas scribens, volatum demere ipsis putandus non est, sed hoc dicère voluisse, quòd cursu plus quàm volatu valeant, & pedum velocitate magis, quàm pennarum auxilio ab aucupibus se defendant. Certùm interim est, quandò se ad volandum componunt, etsi humilem, velocem tamen etiam & impetuosum volatum exercere; atq; hoc modo Ouidij paulò antè citatus versus intelligendus venit. *e l. 10. cap. 39. Perdices cursu valent. Ouidius explicatus.*

Sed vigor ingenij quondam velocis, in alas
Inq; pedes abijt.

Aiunt qui eorum naturam perspectam habent, hyberno tempore gregatim, verno verò cum proli studeant, binas tantùm volare. In Bœotia, nisi fabulam pro vero nobis obtrudat *f* Solinus, præscriptas aeris metas habent, quas volatu præterire non audeant. *Perdices*, inquit, *cùm vbiq; liberæ sint, vt aues vniuersæ, in Bœotia non sunt: nec cùm volant, sui sunt iuris, sed in ipso aere, quas transire non audeant, metas habent. Inde vltra notatos iam terminos nusquam exeunt, nec in Atticum solum transmeant. Hoc Bœotijs proprium.* *g* Plinius sanè, ex quo pleraq; *f c. 12. Polyhist. g l. 10. cap. 29.*

sua

ſua Solinus tranſcripſit, Bœotiæ finis in Africam tranſuolare negat, cæterùm id tantum miraculum non eſt, vt fabuloſum iudicemus.

VOX.

ALBERTVS Perdices à ſono vocis appellari tradit, cui aſtipulans *a* Iacobus Dalechampius, addit dici ἀπὸ τῆ πέρδειν. Sed *b* Ariſtoteles non omnibus eandem vocem aſſignat, alios caccabere, alios ſtridere ſcribens, & *c* alibi non modò canere, ſed ſtridere etiam, & quaſdam alias voces emittere. Quæ omnia aſtruens *d* Ælianus maiorem etiam vocum varietatem adiungit, inquiens: *Peraicum non eadem vox eſt, ſed varia & multiplex alia Athenis, alia alibi. Tam variarum vocum, quæ ſint nomina Theophraſtus explicat: In Bœotia & Eubœa idem ſonant, ac (vt ſic dicam) eiuſdem ſunt linguæ.* Citat eundem Theophraſti locum *e* Athenæus, ſed longè aliter, ac maius addit miraculum. *Perdices*, inquiens, *non omnes caccabant. f Theophraſtus ſcribit Athenis Perdices citra Corydalum pagum, oppidum verſus caccabare, vltra verò* τιττυβίζειν: pro qua voce Natalis de Comitibus Venetus vertit garrire, & Ouidius Serenuſque Perdicem garrulam dixerunt. Dalechampius ad marginem Athenæi eiuſcemodi addit ſcholiolum: nomen illud, inquit, nempe τιττυβίζειν, ſtridulam magis vocem oſtendit, quàm caccabum & velut τὸ τριγμὸν. Sunt præterea qui referente *g* Antigono Liberali ferunt Atticas Perdices vocales eſſe, Bœotas verò admodum exili voce vti. Ex his itaque haud abſurdè quiſpiam ſtatuat non bene dici à ſono vocis nuncupatam, niſi dicamus talem ſonum, qualem dicit Dalechampius, maxima ex parte edere, cùm verò ad Venerem incitatur, κακκαβίζειν, vti opinatur idem Dalechampius. Sed aues tempore coitus loquaciores eſſe ſolent: κακκαβίζειν verò veteribus non garrulitatem aut loquacitatem, quàm per τιττυβίζειν & τρίζειν indicarunt, ſed contrà concentum quendam quodammodo ſignificat, vnde Caccabas à quibuſdam, vt ab Alemane dici his verbis prodidit *h* Athenæus: *Inuexit & Aleman cantus, tuuentamque à ſe & compoſitam cantionem Caccabidum, vulgari lingua dedit, apertè ſignificans Perdices canendi magiſtras ſibi fuiſſe. Quamobrem & Chameleon Ponticus ait, priſcis hominibus repertam ac excogitatam muſicam ab ijs auibus, quæ in ſolitudinibus Perdices canunt, ad earumque imitationem inſtitutam fuiſſe muſicis diſciplinam.* Ad quem fortè ſenſum dicebat alibi *i* Ælianus Perdices quaſdam vocis contentione & cantu valere. Atq; fortaſſis etiam hinc quidam Grammatici Perdicem dictam putant παρὰ τὸ πειρωνὰς ἄδειν. Quapropter cum pro temporis locorumq; diuerſitate vocem mutent, à ſolo πέρδειν, veluti Dalechampius ſtatuit, etymum deduci nequit, ſed quàm diuerſimodum hoc ſit ſupra oſtendimus. Pro κακκαβίζειν apud Euſtathium legitur κικκαβάζειν, vnde, inquit, apud Comicum aduerbium κικκαβαῦ habetur: atqui apud *k* Ariſtophanem (nam huic intelligit) κικκαβαῦ de voce Noctuæ legitur, quare & Euſtathij lectionem probare non poſſum. Cælius tamen apud eundem Comicum κικκαβίν de voce Perdicis legi ſcribit, ego reuera eum locum diu quæſitum reperire non potui, & Latini Alemanes ante citatam vocem caccabas, non κικκαβᾶν ſequuntur, nam

Caccabat hinc Perdix, hinc gratitat improbus Anſer.

vt ait author Philomelæ, eumq; ſecutus Thomas Radiuus inquiens: *Sturnas pinſitans, Perdix caccabans.* Heſychius κακκάζειν quoq; habet de ſono Perdicum. Scribit enim κακκάζειν ab Atticis dici τὰς ὄρνεις πρὸς τὸ τίκτειν φθέγγεσθαι, ſicuti Gallinæ etiam faciunt. Pollux verò τὸ κακκάζειν Meleagridum eſſe vult, Perdicum verò τὸ κακκαβίζειν & τιττυβίζειν: quam poſteriorem vocem Varinus etiam de Hirundinis voce vſurpari docet. Petrus Bellonius ex Perdicum cantu certiſſimum iam appropinquantis diei ſignum colligi aſſerit, quaſi verò non alio tempore, quam in aurora pulchellam illam ſuam cantilenam occinant.

a In comm. ad Plinĭ. *b* l. 4. Hiſt. cap. 9. *c* 9. Hiſt. c. 8. *d* 3. Hiſt. animal. c. 15. *e* l. 9. c. 13. *f* l. de varia voce anim. *g* In congerie mirab. Aues tẽpore coitus magis garriunt. Caccabas cur dicant Perdices. *h* l. 9. c. 13. Perdices canẽdi magiſtra. Muſicæ inuentio. *i* lib. 4. de Anim. c. 13. *k* In Auib. ll. 9. c. 10. Ant. lect. κακκάζειν. *m* lib. 5. de Anib. c. 14. Diei aduenientis ſignum.

ÆTAS.

ARISTOTELES *a* Perdicibus quodam in loco ſuæ hiſtoriæ vita extendit ad quintum, & vigeſimum annum, ſed cùm *b* Athenæus annos quindecim tantummodò viuere eas dicat, eiuſq; ſententiæ authorem citet Ariſtotelem, multi viri docti haud temere in libro Ariſtotelico mendũ eſſe à typographo cõmiſſum ſuſpicantur, maximè cùm & *c* Plinius ſcribat harũ auiũ vitam ad ſexdecim annos durare exiſtimari, quin & ipſemet

a 9. hiſt. c. 7 *b* l. 9. c. 13. *c* l. 10. cap. 33.

d Ariſto-

d Aristoteles alibi de Palumbis scribens: *Vita*, inquit, *Palumbium vel ad quadraginta annos durare existimatur: Perdicum amplius quam sexdecim.* At rursus hoc loco, quo philosophus de Columbaceo genere agit, Ornithologus vocem περδικας suspectam esse ait, aliisq; vt Niphus tradunt in quibusdam codicibus legi πελειας, hoc est, Columbæ Liuiæ: quòd si verum est, & Athenæo credimus, Perdicum ætas ex Aristotele colligi non poterit, & Athenæus peculiarem, quo nos caremus, librum habuerit, ex quo & hoc fortassis etiam transcripserit, nempè quod fœminæ diutiùs quàm quindecim annis viuant, longioreq; vita sit fœminis auium, quàm maribus.

10

SALACITAS. COITVS.

SALACISSIMIS profectò animalibus etiam Perdices debent annumerari, si quæ de procacitate earum in libidinem cùm *a* Aristoteles ac *b* Plinius, tùm cæteri quoq; authores peritè tantoperè celebrant, rata faciamus. Cur verò salacitatis libidinisq; symbolum à Perdicibus potiùs, quàm à Gallis Gallinaceis detorserint antiqui (Perdices salacitatis symbolum fuisse testatur Athenæus) non satis capio. Neq; enim id ideò fecisse mihi persuadere possum, quoniam fœminæ in hoc auium genere absq; vllo cum maribus congressu, at
20 sola illorum aura siue afflatu concipiant, nam hoc peculiare cuiusdam fœcunditatis potiùs, quàm nimiæ libidinis argumentum est: Neq; hactenus sufficerit mihi quamuis longè grauior ratio, videlicet furor ille, quo in coitu feruntur, dum non hiantes tantùm cocant, vt Aristoteles, & Plinius inquiunt, verùm etiam toto coitus tempore lingua exerta volent, vt ex Alexandro Myndio prodidit Athenæus: nam & hoc noster Gallinaceus quotidiani sui coitus frequentia, qua vnus reliquas quot-quot sunt, volucres vincit, sicuti suo loco fusiùs ostendemus, diluere potest, sibiq; idem symbolum vendicare. Sed iam quæ de Perdicum libidine veteres scripsere, videamus. Clearchus teste *c* Athenæo Perdices scribit, Passeres, Coturnices & Gallos Gallinaceos non modò cum vident fœminas, semen emittere, sed etiam cùm earum vocem audiunt: causam esse in animo impressione, quod ipsum tempore coitus cognosci, si con-
30 tra eos speculum posuerimus, & ante hoc ipsum tendicularum insidias, nam ad imaginem, inquit, suam accurrentes, capiuntur, & semen emittunt, Gallinaceis exceptis, quos imago conspecta ad pugnam tantùm excitat. *d* Aelianus hasce volucres intemperantes esse prodidit, & nata iam oua disperdere, ne circa pulliciem educandam occupatæ fœminæ marium congressionem negligant. Oua verò frangi à maribus ob allatam ab Aeliano causam, fidus testis est philosophorum princeps *e* Aristoteles, qui etiam addit, fœminam omnibus neruis elaborare, ne id fiat, diffugientemq; clanculum parere, fieriq; sæpius, vt præ turgore pariturientiqui-libet loco edat oua, & in maris quoq; præsentia. Quare cum alibi *f* Aelianus scribat Perdices, quia ad libidinem Veneris inflammatissimi sint, idcircò cum fœminis semper obseruari, id ita accipere debemus, quousq; nondum fœminæ pepererint, nam tunc vel illæ eorum atrocitatem,
40 quam diximus, veritæ, clam pariturę succedunt, vel amore futuræ prolis etiam incensi mares, relicta libidine simul incubant, quamuis diuerso loco, quemadmodum disertissimè *g* Aristoteles docuit. Idem *h* Aelianus alibi Perdicem intemperantem, & in adulteria pronum esse tradit, itaq; clam ad fœminas; & minimo etiam strepitu accedere. Item *i* Aristoteles, nec non Plinius adeò salaces esse Perdices inquiunt, vt in aucupantes corruant, & capitibus eorum infideant, & facilè capiantur. Quin tanta libidinis titillatione sæpè pruriunt, vt cum fœmellæ desunt, nempè quando ad incubandum sese seduxerint, inter se non vocibus tantum, & pugna procacitatem testentur, sed promiscuo inter se coitu illo netario, hominibusq; cum internecionis pœna interdicto conspurcent: De qua turpitudine ita *k* Aristoteles scriptum reliquit: *Sed*
50 *cùm diffugerit fœmina, vt incubet, mares tumultuantur, clamitant, pugnamq; inter se conferunt, quos calibes vocant, qui autem victus in pugna fuerit, sequitur victoris Venerem patiens, nec ab alio quàm à suo victore subigitur, sed si à comite principis, aut quouis valgati vincatur, clausula à principe, ac furto subigitur: verùm hoc non illi fieri semper, sed certo anni tempore, planè est. Perdices mansuefacti iam & domestici subiungunt feros & spernunt, coitumq; huiusce modi tractant.* Hæc illæ, quæ sic à Plinio repetuntur: *Illa quidem & maritos suos fallunt, quoniã intemperãtia libidinis frangunt earum oua ne incubando detineantur. Tunc inter se dimicant mares de adulterio fœminarum. Victum aiunt Venerem pati. Id quidẽ, & Coturnices Troglas & Gallinaceos aliquando, Perdices verò à domitis feros & nouos & victos inire promiscuè.* *m* Aelianus, qui & illęc omnia repetit, addit præterea victum victoris Venerem, fœminarum vicè tã diu pati, quousq; & ipse alterius etiã victor factus

a l. 9. Hist. cap. 8.
b l. 10. cap. 33.
Salacitatis symbolum.
Perdices absq; coitu concipiunt.
Quo ardore cocant.
Gallinaceus cur salacitatis symbolum esse queat.
c l. 9. c. 13.
d l. 2. c. 5. de Anim.
Perdix mas cur oua frangat.
e 9. hist. c. 8.
f lib. 4. c. 1. de Anim.
Aelianus explicatus.
Mas & fœmella incubant.
g 6. Hist. c. 8.
h 7. de animal. c. 19.
i 9. Hist. c. 8.
k 9. Hist. c. 8.
ll. 10. cap. 33.
m 3. de Anim. c. 16.

Phocilidis & Grylli sophistæ error. factus flagitiosissimam illam libidinem exerceat in victum. Phocilides itaq; animalium naturam haud exactè calluisse videtur, quando in brutorum genere masculam Venerem reperiri negat, vti Gryllus sophista quoq; apud Plutarchum à Circe in brutum deformatus, nam præter Perdices, Ichneumon quoq; eadem turpitudine sese maculat teste *n* Aeliano, & nos Gallos quoq; idem facere, nec non etiam Columbas quandoq; suo pòst loco dicemus. Perdices à nonnullis ob eiusmodi crimen Sodomiticæ dicuntur: quo epitheto pariter vsus est *o* Georgius Pictorius hoc disticho.

Animalia sodomiam exercentia.

n 10. *de Ani. c.* 47.

Hucetiam numeranda venit Sodomitica Perdix
Quæ volucris fertur luxuriosa nimis.

o In Pantopolio.

Et ad hoc fortassis respiciens Baptista Fiera Perdicem vocat, turpem hoc est, turpiter salacem hoc versu.

Turpe salax Perdix caueis occluditur arctis.

Perdices cum proprijs pullis coeunt.

Quemadmodum verò huiusmodi, quam diximus, libido detestabilis, & execranda, grauissimaq; qualibet pœna digna: ita iam multò grauius, ac intolerabilius, quin Romanorum culeum, ac taurum Phalaridis & millies sæuiorem pœnam meretur peccatum, quod improbios pullos committunt, & hos nempè simul fermè ac exclusi sunt, subagitantes: quod in ijs præterea eò minus ferendum est, quandoquidem cùm non semper victos, veluti ex Aristotele diximus, pullos verò semper ineant: quapropter mirum adeò videri non debet, si Marcellus Perdicem ex auibus virili genere appellandam ex Varronis authoritate contendat. Romani quidem pro turpissimæ huius notæ puero pullum dicere solent: quapropter Q. Fabium, cui Eburno propter candorem nomen fuit, pullum Iouis appellarunt, quod natis eius fulmine icta fuerit, quasi eam Iupiter appetisset, cùm potiùs interpretari debuerint, & eius amatores omnes igne perdendos esse: qua pœna eò dignior Perdix est, quòd non cum victo à se, & cum proprijs liberis rem habuisse contenta, etiam alijs auibus, quæ sui generis non sunt, sese permiscear. Cuius criminis testis nobis est *p* Aristoteles, alibi cum alijs auibus generatim, alibi præsertim cum Gallinaceo genere coire, ac quid tertium procreare scribens. *q* Iulius Cæsar Scaliger huiusmodi congressum sympathiæ, siue mutuæ inter se amicitiæ ascribendum esse existimans, quærit, nunquid etiam ex Turture, & Psitaco, quarum aurum arcta ad inuicem est necessitudo, quippiam generari queat: sed vt verum fatear, hanc illius viri opinionem astruere nequeo; nam & *r* ipse velut sui oblitus, Perdicis cum Gallina copulam inter aliorum animalium congressus recenset, quæ ob similitudinem vnà se permiscent, dum canit.

Perdix cur masculini generis putata.

Pullus qui Romanis dictus.

Q. Fabius Eburno.

Cur pullus Iouis dict.

p 2. *de generat. c.* 2.

q Exer. 402. 3.

Scaligeri incōstātia.

Tygris item, vulpesq; canis, paradusq; Leana,
Perdicem patitur, quæ parit ova domi.

r In Farag.

Nec *s* Bellonius quoq; rem acu tetigit, dum Aristotelem priuatim de græca Perdice intellexisse affirmat, vt scilicet consimilis magnitudo aues ad coitum inuitet, nam vt hoc quidem vero simillimum est, haud tamen inde concluserim; id nostratibus, in quibus omnes illæ libidinis notæ à veteribus attributæ, pariter obseruantur, nequaquam competere. Atq; istæc hactenus de marium salacitate dicta sunto. De fœmellis nunc dicendum restat, quarum sanè non minus coeundi desiderium, in hoc tamen temperantiores, quòd incubationem inuitis etiam sæpè masculis exerceant. Si aduersæ maribus steterint, ventusque inde afflet, ac libidine turgere; volatu quoq; supernè marium effici idem posse, videlicet dum mas ipse in fœminam fœtificum spiritum demittit. Ephesius fœtificum illum spiritum interpretatur vaporem, qui defert calorem eleuatum à genitali semine maris: quiq; susceptus per meatus Perdicis penetrat ad menstrua illius, & sic conceptio fit, vt recitat Niphus, cuius verba paulò pòst citabimus, postquam Alberti contrariam opinionem refellerimus, qui super hac re sic scripsit. *Quod Auicenna dicit Perdicem fœminam concipere ex vento flante à mare, & voce maris, & commisceri eos per linguas in coitu nec Aristoteles aixit, nec verum est, sed potiùs hæc tria (ventus à mare, vox, & lingua exerta) libidinem ante coitum excitant, & postea coeunt, sicut Gallus & Gallina, vt sæpissimè in Germania visum est, & nos etiam in domesticis Perdicibus obseruauimus.* Et rursus: *Perdices & alias quasdam aues quidam falsò concipere autumant sine coitu. Libidinem quidem sentientes ad se inuicem conuertuntur, & confricando mares ad coeundum excitant, sicut & Columba: coeunt enim, & semen inferius sicut aliæ aues, recipiunt, & coitus tempore fœtant.* Hæc ille, à quo illud in primis, quod Aristotelem id dicere neget, nimis præcipitanter scriptum est, nam & ex eodem veluti veritati consonum *y* Aelianus & *z* Athenæus repetunt. An modo verum sit, quod ita concipiant, aliorum esto iudicium, ego Aristoteli, maximè

Fœtificus spiritus quis.

Alberti opinio de conceptu.

Perdicum alijs; mare refellitur.

s lib. 5. de Auib. c. 13.

Fœmellarū Perdicū sagacitas.

t 5. *hist. c.* 5.

u l. 10. *cap.* 33.

x li. 17. *de Ani. c.* 15.

y 17. *de Anim. c.* 5.

z l. 9. *c.* 13.

cùm

cùm veteres omnes id ceu rem miram ex eo repetant, potiùs adhærere malim, quàm cum Alberto idipsum inficiari. Veritatem autem huius rei Augustinus Niphus ita astruere conatus est. Videtur, inquit, Ephesius hoc quod Aristoteles dicit de conceptione facta ex aura flante à mare, intelligere de ouis subuentaneis, quibus impleri ait præ nimia libidine. Quam expositionem Albertus probauit, asserens se non credere eam conceptionem posse esse fœcundam, nisi fortasse ad ouum, non ad pullum, quoniam, vt inquit ad pullum, necessaria est receptio seminis corporea. Præterea se obseruasse ait domesticas Perdices coire, vt cæteræ aues faciunt. Insuper euaporatio seminis non habet præfinitum motum, in vuluam fœminæ, cùm multiplicetur circulo ab mare Perdice, qui est veluti cæterum circularis euaporationis. Sed Alberti, & Ephesij sententiæ aduersantur verba Aristotelis (illa nimirum quæ nos suprà citauimus) vbi apertissimè Aristoteles expositit, Perdices non solùm ad oua, sed ad pullos concipere per contrapositionem maris. Si enim Aristoteles intelligeret de conceptione ad ouum, & non ad pullum, non solùm Perdix conciperet in contrapositione maris, sed etiam nullo mare inspecto, nec audito. Quare cùm hæc expressè asserat in Perdice, & in nulla aliarum auium, fit vt Perdix sola, ea ratione concipiat, & ad ouum, & ad pullum. Et quanquam Albertus dicat ad conceptionem, quæ est ad pullum necessarium esse corpoream seminis receptionem: negaret tamen hoc Aristoteles, quoniam in solius Perdicis conceptione aliquando præ nimia libidine sufficit spiritalis genituræ receptio. Quin nos etiam obseruauimus Perdicem bifariam concipere posse, aliquando receptione seminis corporea, cum non nimia libidine agitur, aliquando sola spiritali seminis conceptione, cùm furit præ nimio amore: nec obstat, quòd affert de circulari euaporatione, tum quia spirante vento à mare diffunditur vapor seminalis per sphæram conuersam in rectum, tum etiam quoniam Perdix fœmina tunc concipit spiritalis receptione seminis, cùm nimio amore exardet, & inuenitur intra circulum euaporationis. Huc vsq; Niphus, pluribus etiam in libris de generatione se hac de re dicturum pollicitus. Et reuera Aristoteles nihil miri erat dicturus, nisi ita pullifera oua concipere intellexisset, nam & multæ domesticarum auium absente, & nunquam etiam viso vel audito mare hypenemia, siue subuentanea concipiunt: præterea non eadem videtur ratio in domesticis Perdicibus, ac in feris: illæ namq; propter continuam præsentiam, tanta, vt hæ, libidine non accendũntur: quemadmodũ etiã in nobismetipsis euenire videmus, qui propter diuturnam carentiam amatarum, vel in somnis, vel etiam ob repræsentationem earundem imaginis, semen effundimus nonnunquam etiam tanta abundantia, vt ne tantum in vero coitu eiaculemur. Velim interim id à grauioribus philosophis examinari. Modò filum orationis nostræ recipientes dicimus huiusmodi conceptionem prolificam, aut non prolificam, non nisi à summa fœcunditate, necnon salacitate oriri. [a] Varro autem, vt id obiter tanquam prætermissum adijciamus, eiusmodi conceptionis Archelaum quendam, non Aristotelem authorem citat. Cæterum libidinis intemperantia in fœminis ex hoc potissimum elucescit, quòd ne incubantes quidem, contra aliarum auium morem, à coitu sibi temperare queant. Nam etsi id [b] Plutarchus inficiari ausus sit, id tamen [c] Aristoteles, [d] Plinius, [e] Athenæus, atq; Oppianus attestantur: quin posterior hic scriptor non reijciendus, nonnunquam eò libidinis progredi ait, vt totam pullitiem negligant, nimirum ne incubatione detentæ, aut educatione pullorum, quoties lubet, à maribus iniri nequeant. Idem ferè habes in Plinio dicente: *Neq; in alio animali par opus libidinis. Si contra mares steterint fœminæ, aura ab his flante prægnantes fiunt. Hiantes autem exerta lingua per id tempus æstuant, concipiuntq; superuolantium afflatu, sæpe voce tantùm audita masculi. Adeoq; vincit libido etiam fœtus charitatem, vt illa furtim & in occulto incubans, cum sensit fœminam aucupis accedentem ad marem recanat, reuocetq; & virò se præbeat libidini.* Quam Perdicis fœminę incubantis zelotypiam Plinius ex [f] Aristotele transcripsit, qui sic habet. *Si verò Perdix fœmella sit (suprà diximus propter libidinem capi, & quomodo id fiat, pòst dicemus) & dux syluestrium ad eius vocem accurrerit, tum vniuersæ eum inuadunt feriunt, fugantq; ab ea fœmina, inuidentes quod non sibi sed illa accesserit. Vnde hic tacitus sæpè accedit, ne voce percepta oppugnetur. Nonnunquam marem adeuntem efficere, vt fœmina obmutescat, ne recognita pugnare cũ cæteris maribus cogatur, periti referunt. Sæpè & fœmina incubans exurgit, cum marem fœminæ venatricis attendere senserit occurrensq; seipsam præbet libidini maris, vt saltatus negligat venatricem.* Ex his itaq; quæ hactenus diximus, satis superq; liquere existimamus, libidinem Perdicum ad vtrumq; sexum æquè extendi. Nam quamuis mare promiscua se Venere contaminent, crimen hoc quadamtenus eleuare studeant, cùm in fœminis adulteria castigent. [g] Aelianus author est Perdicem captam, si fœmella est, ab omnibus percuti, vt quæ libidine accensa in seruitutem inciderit, si verò

Niphi opinio de conceptu Perdicũ abstinentia coitu.

Authoris opinio.

Homo cur sæpè in somno semen emittat.

Perdices fœminæ dũ incubant, etiam coeunt.

a Varro lib. 3. de re rust. c. 2.

b lib. de solertia animal.

c 9. Hist. c. 8.

d lib. 10. c. 33.

e l. 9. c. 13.

9. Hist. c. 8.

f Perdices masculi, adulteras fœminas castigant.

g l. 4. c. 16. de Anim.

si verò mas, cæteros captiuos opem ferre conari. Vt verò salacitati huic finem imponamus credimus Heliogabalum non deliciarum tantùm causa Perdicum plumulis in stratis, in pului-naribus, necnon etiam accubitis passim vsum, quantum naturæ similitudine, cùm protentosus ille Imperator, ne dicam bellua aut brutum potiùs, nullum nequitiæ genus, pudore prorsus omni perdito ac profligato, intactum reliquerit.

Heloigabalus cur in stratis ex Perdicum pennis cubaret.

GENERATIO. PARTVS.

NISI tam effrenæ libidini, qualem recensuimus, aliquando modum adhiberent Perdices, iam diu totum earum genus fortè extinctum. At diuina prouidentia, quæ omnia tùm vniuersalia, tùm particularia regit, animantia cuncta velut stimulo quodam excitata generis sui propagationem, quin & aternitatem quærere voluit. Vnde neq; semper aues hæ adeò in libidinem efferascunt, vt non quandoq; ardor ille deferueat, & vnanimi concordia mas & fœmina rem familiarem curent: quia in re multis viris prudentiores sapientioresq; sunt, qui adeò ad libidinem procliues sunt, vt vel vxores ducere nolint, vel si duxerint, ijs contenti viuere non possint, de quibus iure illud a Claudiani dici potest.

Sed quia cæcus inest vitijs amor, omne futurum
Despicitur, suadentq; brevem præsentia fructum,
Et ruit in vetitum damni secura libido.

a *lib. 2. in Europ.*

Quæ res sacerdotibus Aegyptiacis ansam præbuit, vt rei familiaris concordiam in consortibus per duas Perdices incubantes exprimerent. Præterea tanto eas desiderio incubandi flagare aiunt, vt cùm propria desint, aliena oua furto sublata incubent. Atq; hoc est (ni fallor) quod dicebat b Propheta. *Perdix incubauit oua, quæ non peperit &c.* de qua re suprà abundè diximus. Quòd modo ad partum, & numerum ouorum attinet, Albertus hoc auium genus bis quotannis oua quatuordecim, aut quindecim, vno partu octona, & altero totidem aut paulò pauciora parere scribit; è contrario c Aelianus ad quindecim, d Aristoteles non pauciora quàm decem, sed sæpius sexdecim edere prodiderunt: quæ controuersia ab aucupibus decidenda videretur, nisi suspicaret veteres illos de Perdice russa, Albertum de minore loqui, nam hanc circiter decem parere supra annotauimus, attamen nunquid hoc bis quotannis faciat, rursus ab aucupibus erit petendum. Vt vt est, vtrumq; genus fœcundissimum est, cuius rei cùm earum copia restis est, tùm verò maximè, quod narrat de Anaphe insula. e Athenæus miraculis penè annumerandum, vel saltem in tantæ salacitatis auibus, ouaque præ nimia libidinis titillatione plerunq; rumpentibus prorsum memorandum, nempè cùm quis duabus ibi Perdices intulisset, tantam post exortam fuisse harum auium vim, vt incolæ de relinquenda insula, sæpè consultarent. Oua Perdicum f Aristoteles alba esse dixit, & quidam ex neotericis Columbæ ouis similia.

Rei familiaris concordiæ Hieroglyphicum.

Perdix alijs sublata oua incubat.

b *Hierem. cap. 8.*

Quoties pariant.

c *lib. 10. de Anim. cap. 35.*

d *9. Hist. c. 8.*

e *l. 9. c. 13.*

Albertus cum veteribus conciliatur.

f *lib. 9.*

Perdicum in Anaphe fertilitas.

NIDVS. INCVBATVS. EXCLVSIO.

IDEM a Aristoteles alites, quarum corpus graue est, ac ponderosum, nidum sibi facere negat, hisq; Perdices quoq; & Coturnices accenset: rationem eius rei adiungit huiusmodi, quia scilicet ipsius volandi potestas desit. Quamobrem loca emant, sepibus, & arbustis consita, montana nimirum, quæ dum deserunt, facilius capiuntur, quemadmodum ex adiectis Hetruscorum poetarum principis versibus est videre, quibus binæ ex hoc auium genere captæ, Emmentisc. Cardinali Columnensi, cui eas poeta dono miserat, casum suum hoc modo deplorant.

Perdicum oua.

a *6. Hist. c. 2.*

a *9. Hist. c. 8.*

Perdices nidum non faciunt & cur.

A piè de'colli, cue la bella vesta
Pose de le terrene membra pria
La donna, che colui, ch'à te n'inuia
Spesso dal sonno lacrimando desta.
Libere in pace passauan per questa
Vita mortal, ch'ogni animal desia
Senza sospetto di trouar fra via
Cosa ch'al nostro andar fosse molesta.
Ma d'il misero stato, oue noi semo

Con-

Condutte da la vita altra serena
Vn sol conforto de la morte hauemo,
Che vendetta è di lui, ch'à ciò ne mena.

Ad eundem sensum Gyb. Longolius circa Coloniam Agrippinam in vinetis montanis versari Perdices dixi. Cur verò Ouidius ilici insidere Perdicem faciat, alia ratio est, nam à terra casum Icari, longè prospicere nequibat, quem itaq; vt videret.

Garrula ramosa prospexit ab ilice.

Vt verò modò ad nidum reuertatur oratio, dicimus Perdices, quamuis nidum non extruant more cæterarum auium volatu præstantium, nihilominus in aprico, vt *b* Aristotelis à Gaza translatis verbis vtar, aream facere eamq; materia quadam, sicuti vepribus aliquibus congestis prærnunire. Eiusmodi area *c* Plinius appellat receptaculum, cùm ait: *Perdices spina, & frutice sic muniunt receptaculum, vt contra feras abundè vallentur. Ouis strangulum mulis pulueres contumulant, nec in quo loco peperere, incubant.* Quibus verbis apertè indicare videtur Perdices, easq; tantum fœmellas quæ oua pariunt, incubare; cum è contrario *d* Aristoteles disertissimis verbis bina ouorum receptacula facere, & in altero fœminam, in altero marem incubare, quin etiam sua vtrumq; excludere atq; educare attestatur. Cur verò nidum siue receptaculum suum muniant, *e* alibi etiam docuit, nimirum vt Aquilarum, Accipitrumq; iniuriam, ac rapinam euitare possint. *f* Aelianus qui & hoc ex philosopho repetit, aliam insuper causam *g* alibi recensct, nempè ne oua à rore decidente imbribus, omni denique aerea humiditate affi-
ciantur. Nam si fortè, inquit humectentur, nisi mater statim incubitu suo ea denuò concalfaciat, & infœcunda redduntur. Fuit certè Aelianus apprimè diligens in tota Perdicum historia, maximè in ijs, quæ ad generationem spectant, de qua ita scribentis verba hic præterire nolui. *Perdices*, inquit, *cùm fiunt vicinæ ad partum, aream, vt vocant, è fruticibus sibi substernunt: Contextus is cauus est, & ad incubandum accommodatus. Cùm enim pulueres infuderint, & molle quippiam velut cubile effecerint, in idipsum ingrediuntur. Post sese desuper fruticum involucris occultantes, contra auium rapacitatem, hominumq; insidias in multa pace incubant. Non vni loco oua committunt, sed quasi migrantes ea in altum locum important. In magno enim timore sunt, ne quando deprehendantur, si in eodem diù commorentur. Itaq; alio loco nidificantes, rursus pullos, etiamnum teneros inuehant fouentque.* Hæc ille, qui pariter *h* alibi Perdicem septem diebus nidum contexere, septem consumere in pariendo, septenis deinde pullos enutrire dixit, adeò vt vnius & viginti dierum spacio omne generationis tempus absoluat: Quæ res si modò vera est, paucis ad nodum sanguineis competit, *i* Ouidius simpliciter oua in sepibus ponere dixit. Vt modò ad Aristotelem regrediamur, qui vtramq; Perdicem incubare scripsit, eius rei veritas profectò ab aucupibus esset petenda, nam aliàs parum verisimilis apparet, si enim verum est, quod multi testantur fœminas victori in posterum adhærescere, non video quomodo hic tot nidis sit suffecturus, maximè cum & victi victores postmodum sequantur, tanquam essent fœminæ, vt Beritius tradit: Adhæc si vterq; incubet, cur *k* Aristoteles mares ἄῤῥενας (Gaza cælibes transtulit) appellat, quòd fœminis incubationi intentis quasi vidui existant? Quod modò ad exclusionem ouorum pertinet, pullos aiunt tanquam moræ impatientes minimè expectare, vt oua ad tempus incubatione aperiantur, sed occupatis spatijs sponte erumpere, pertusisq; ouis, vbi primum caput exeruerint, pedesq; protulerint, reliquo verò adhuc adhærescente procurrere, sibiq; cibum inquirere, vt facundè admodum docet *l* Aelianus, qui etiam *m* alibi scribit pullos, simul ac pedes exeruerunt de tegumento velocissimos esse ad cursum.

b lib. 9. Hist. c. 8.
c lib. 10. c. 33.
d 6 Hist. 8.
e 9. Hist. c. 8.
f lib. 3. de Anim. c. 16.
g lib. 10. c. 35.
h l. 17. cap. 15.
i 8. Meta.
k 9. hist. c. 8.
l lib. 4. de Anim. ca. 12.
m l. 10. va. hist. cap. 3.

Perdicum nidus.
Aeliani lapsus.
Excusio.

EDVCATIO.

QVAMVIS iam Perdicum pullos ex Aeliano dixerimus subinde ac nati sunt, cibum sibi inuestigare non tamen id per se facere pronunciamus, nam parens eos more Gallinarum in agros educit. *Mox cum exclusérit*, inquit *a* Aristoteles, *protinus pullos educit, propterea quòd nequit suo volatu ijs cibum administrare.* Educit autem per agros, vbi messis stetit; ad quod alludens *b* Baptista Mantuanus canebat:

Cum sobolis paruæ longo grege Dædalo Perdix
Deciduam fruges legit; & matertera Phœbi
Herculeo nunquam morbo afficienda Coturnix.
Sedula per stipulas tenera cum prole Coturnix
Pascitur, & magno natorum examine Perdix.

Et *c* libi rursus:

a 9. Hist. 8.
b lib. 5. Al.
c In Vill. Bucol.

Hoc verò maximè Perdicum pulli cum pullis Gallinarum commune habent, vt mox nati gradiantur, & plumis obuestiti sint, & cibum capiant: Matres etiam pullos fouent, vt Gallinæ, suis scilicet sub alijs tepefacientes, penniſq; tanquam fasciolis, sicut ait sertissimus Aelianus quibusdam inuoluentes.

d 3. de Anim. c. 16.

CIBVS. SAGINATIO.

PRÆTER grana frugesq; & semina alijs etiam rebus hoc volucrũ genus vescitur *a* Aristoteles author est, vbi Perdices sunt, non reperiri limaces, quoniam omnes ab ijs absumantur: & *b* Athenæus scribit hasce easdem aues in insula Sciatho cochleis vesci. Vnde quispiam pamphagas esse non ineptè suspicetur, nisi eiusmodi animalibus, vel propter occultam aliquam antipathiam, vel pro remedio vesci dicamus: nam & *c* Plinius helxinem herbam quibusdam Perdicium vocari dixit, quoniam Perdices ea præcipuè vescantur. Arbitror autem huiusmodi plantam, non vt famem expleant, depascere, sed quia aliquam in ea sibi salutem latere agnoscant. Huc pertinet etiam quod de Citrhæis Perdicibus allio vescentibus *d* Aelianus prodidit, ex eius esu fœtidam, & abominandam carnem facturas se non ignorantibus. Nec ob aliam pariter causam fabulum comederint: quo vesci eas ex proprio periculo tradit *e* Iulius Cæsar Scaliger his verbis: *Nonnulla vorant fabulum. Quam in natura verbis mirum narrare possum. Perdices in ea parte Vasconia, cuius ager fabulosus est, estiui. Offensi sunt dentes inter mandendum, lapillorũ duritia. Primum ibi cum misero coquo putata est ratio eius operæ, non sine iurgio. Ille negare. Atq; vt innocentiam securiore fecerat sui conscia sedulitas poposcit alam, ac momordit. Illico tam mundem causatus, sectam intus ostendit lucidissimis arena granulis differtam, postridie narraui ordine, quasi miraculum amicis. Quos inter Regulus quidã aucupij studiosus. Quid mirum, inquit, si in fabuletis victitans auis, sui sibi referi primordia? Vbi facta sementes sunt, inopi pabuli alibi se confert Perdix.* Ad sanguinationem modo quòd attinet, M. Varro has volucres neq; propter fœcunditatem, neq; propter suauitatem saginari dixit, sed sic pascendo pingues fieri. Et *f* Plinius eas enumerat inter ea animalia, quæ non pinguescunt. Quomodo verò educentur in Phasiano ex Varrone, alijsq; docuimus. Qui vult, inquit *g* Petrus Crescentiẽsis, Perdices, Turdos, Merulas, vel alias, quæ pinguescarò veneunt, habere locum faciat clausum, & tegulis, vel rete magno coopertum, magnum secundum quantitatem auium, quas includere volet. In hoc tectum aquam venire oportet per fistulam, & eam per canales angustos serpere, qui facilè extergi possint: nam si lata diffusa est aqua, inquinaretur facilius & biberẽtur inutilius, & quę superat, ad potum auium per fistulam exeat, ne luto aues laborent, ostiũ habere oportet humile & angustum, quo custos vix intrare queat, fenestras raras, per quas non videantur extrinsecæ arbores aut aues, eò quòd earum aspectus, desiderium macrescere facit volucres inclusas, tantum luminis locum habere oportet, vt aues videre possint, vbi assidant, vbi cibus, vbi aqua sit: circa ostia ac fenestras talis sit munitio, ne mus vel mustela, vel alia bestia intrare possit. Circa huius ædificij parietes intrinsecus multi sint pali, vbi aues assidere possint, & etiam perticæ inclinatæ ex humo ad parietes, quibus multæ perticæ adnectantur ex transuerso modicis interuallis ad speciem cancellorum, cibatui Turdorum ponantur offæ glomeratæ ex ficis & farre mixto, cæteris tribuantur grana, quibus vti consueuerunt, & ea præcipuè auidè sumunt, diebus viginti antequam tollere vult Turdos, largius det cibum, & farre subtiliore incipiat alere. Cum opus est vt hoc fumantur armario, excludantur idoneæ in minusculum armarium, quod est cum maiore coniunctum: ostium lumine illustriore ibi sit, cum numerum habet exclusum, quem sumere vult, omnes occidit: hoc ideò in secluso iã debet facere, ne reliqui si videant, terreantur, & ante tẽpus venditionis vendantur. Vtilitatis & delectatio in his est, quia multi parui pretij includuntur, & impinguati carò veneunt, & dominorum esui satisfaciunt ad votum per se, & quibuscũq; voluerint, quotiescunq; fuerit opportunũ. Hacteaus Crescentiensis, qui nobis plurima certè agriculturæ & saginationis animalium præscripsit præcepta, at vtinam stylo paulò latione. A nostri æui ornithotrophis raro admodum hoc auium genus saginatur, quin mortuæ potissimum & recens captæ fermè semper venduntur. In Perù tamen oppidum quoddã est Gliachu nomine, cuius incolas tãtum Perdicũ numerũ alere domi suæ tradunt neoterici, vt nauigantes ab eiusmodi auibus oppido nomen imposuerint. Et *h* Paulus Venetus affirmat ingentem earundem abundãtiã in quibusdã casis iuxtà ciuitatẽ Cianiganiorum ali, easq; pro Tartarorum rege illuc diuertente reseruari: quod sanè non fecerint, si ex saginatione deteriores aues euaderent. Locus vb. alantur, Polluci περδικοτρόφειον appellatur.

a 9. hist. c. 37.
b lib. 9. cap. 13.
c lib. 11. c. 17.
d lib. 4. de Anim. ca. 13.
e Com. in p. l. Ari. de plaui.
Saginatio.
f l. 11. cap. 37.
Educatio.
g l. 9. c. 39.
Locus saginæ aptus.
h Cap. 64.

PVGNA.

HOC auium genus pugnax est, atque in obtinenda victoria pertinacissimum, adeo vt a Galenus Perdices velle vincere dixerit. Pugnant autem non solum sibi inuicem, verùm etiam cum alijs animalibus. Pugna inter se, nisi ex libidinis nimia turgescentia oritur, ad quam verno tempore præcipuè mouentur, & cùm gregatim per nemora pascentibus fœmina sese ceu futuri certaminis spectatrix offert, & nisi victori copiam sui faciens, cui vbi ea cesserit, ille protinus tãquam præclarus aliquis bellator auro aut puella, aut alio honorario munere donatus exclamans teste b Oppiano (Plinius ante inceptam pugnã canere ait) voce victoriam testatur, in hoc (modò verum sit id facere) Gallo Gallinaceo similis. Verùm melius profectò cum ipsis ageretur, si nunquam inuicem pugnarent. Etenim pernitiosa ipsis ea pugna est, cuius nimirum causa in manus aucupum incidunt: nam capti ad pugnam instituti feras capare docent hoc modò, referente c Aristoteles his verbis: *Perdicem venatorem dux sylvestrium primus inuadit, pugnamq; obuiam conserit, quo capto tempage, alter occurrit, tum alius atq; ita singulis diuicatur, si mas sit, qui venatur, sed si fœmina est, vbi dux ad eius vocem accurrerit, cæteræ vniuersæ cum inuadunt, fugantque.* Hinc nimirum homines, qui has aues ad certamen alunt, quando eas inter se ad prælium incitare volunt, suam cuiq; vxorem præsentem esse curant. Hac enim machinationis commentatione earum timiditas repellitur, & ignauia vitatur: nam male pugnando victus, nunquam in conspectum, nec ad amatam, nec ad coniugem veluti ex d Æliano ante diximus, redire audet, quin moritur potiùs, quam pugna turpiter deserta, ab hoste suo aduersus eam, cui probari tantummodò cupit, intueri sustineat. Cyprij referente F. e Stephano Lusignano Perdices etiamnum ad eiusmodi certamina enutriunt, idque tam frequens ipsis existit, vt ne rustici & rudis plebecula ab eo vsu abstineat. Olim verò cum alijs quoq; animalibus pugnare Perdices instituebant. f Ælius Lampridius Alexandrum Seuerum Imperatorem tradit per dies festos Perdicum & Catulorũ certamine sese obiectasse, ideoq; id sæpius instituisse. Et reuera tam pugnax animal Perdix est, vt sponte sua absq; vllo magisterio cum diuersis animalibus dimicet. Refert Ornithologus se Perdicem aluisse olim, è Sedunis allatam, quę præsente etiam aliquo felem mordere auderet, tantum abest, vt eam expauesceret. Hoc verò longe maiori admiratione dignum est, quod g Antigonus Liberalis scribit, & cuius authorem facit Aristotelem, nimirum pullos harum auium, cùm primùm educuntur ad coitum, pugnare sua cute armatas, quam asperam reddant, affricando ad arbores, cœnoq; contaminando & resiccando. Cæterum creduntur quidem pugnaciores euadere, si trichomanes & politricum eis in cibo offerantur.

a l. de dec. Hipp. *Cum quibus pugnent, & quare. Quomodo Venerẽ sentiant.*

b l. 11. ca. 51.

c 9. Hist. c. *Perdicis victi verecundia.*

d lib. 4. de Ant. c. 1.

e In Hist. de Cypro.

f In Alex. Seuer. *Perdicum catulorum certamen.*

g In cong. nat. mir.

ANTIPATHIA. SYMPATHIA.

PERDICES inimicos paucos, amicos verò aliquot habent. Ælianus atq; Philes testudines ipsis hostes esse aiunt: & Meneclas referente a Athenæo Perdicibus pugnã esse ait cum Pygmæis, quamuis Basilis, sicuti diximus, Pygmæos dicat Perdicibus inequitare, atq; ita aduersus Grues in bellum exire. Amat hoc auium genus quæcunq; fermè maiora quadrupeda, vtpote equos, boues, vaccas, ceruos, dorcadas: Verùm eiusmodi amor sæpè ipsis perniciem adfert, quemadmodum postea patebit. Amicitiæ, quam cum dorcadibus exercent, meminit b Oppianus, inquiens:

Perdices flamma collo rutilante decori
Fœdus amicitiasq; colunt cum dorcade dulces
Floribus assuescunt ijsdem, tabulantur eodem,
Atq; vnà virides sumunt alimenta per herbas. Et rursus alibi:
An non prodigium est Antagenas terga salire
Cornigeri cerui, & Perdices verbere leui
Dorcas mulcentes alto haurire vaporem?

Hæc profectò mutua amicitia est, cùm & à Dorcadibus Perdices amentur: Ceruos verò, eodem Oppiano teste, tam mirificè amant, vt non solùm, cùm vnà pascuntur, discedere ab ipsis nolint, verum etiam dorso ipsorum insidentes, pilos vellicent.

a l. 9. c. 12. *Amor perniciosus.*

b li. 2. de venat.

CAPIENDI RATIO.

Caroli IV. edictum.

PERDICVM, ac Phasianorum non cuius vbiq; terrarum concessa venatio est, at pleriſq; in locis tantùm nobilioribus, tanquam horum mensis natarum auium. Carolus eius nominis quartus Gallorum rex non ab alijs, quàm à nobilibus, hiſq; merum habentibus imperium, vel eorum permiſſu, ac tum niſi intra ſua pomeria Perdicibus retia tendi voluit. Prohibuit etiam nobilibus omnibus, niſi barones eſſent, vivas capere, vel alio modò quàm prædatorio auiũ aucupio: immo verò quod amplius eſt, tanti ſemper earum auium aucupium Principes feciſſe legimus, vt facinoroſos aliquãdo & ob alia ſcelera morte plectẽdos homines, propter huiuſcemodi volucrũ aucupiũ ſe ſuſpẽdere finxerint, penniſq; earum circumdari iuſſerint, nimirum vt ita ruſticos ab earum venatione deterrerent. Quod pertinet autem ad capiendi rationem, mille equidem hodiè inſidiæ Perdicibus ſtruuntur: ſed verò præcipuè cum propter nimiam ſuam libidinem, tùm propter ſtolidam illam ſympathiam, qua quadrupedes proſequuntur, capiuntur. Etenim cùm viderent homines, quod inuicem propter fœmellas pugnaret, ferat poſtmodum ad huiuſmodi certamina inſtituerunt, atq; ita harum opera alias capere docuerunt: quæ venatio antiquiſſima eſt, ipſiq; etiam [a] Ariſtoteli nota, qui ſcilicèt nobis eam primùm his verbis depinxit: *Perdices manſuetudinem & domeſticè ſubigunt feros, & ſpernunt, contumelioſeq; tractant. Perdicem venatorem dux ſylueſtrium primas inuadit, pugnamque obortam conſerit, quo capto compage* (ita vertit Gaza inſtrumentum aucupatorium, quod Ariſtoteles πάτταν nominat, alias πατρίδας: videtur laqueorum vel tendicularum genus eſſe, nam [b] Ælianus πάγλῳ dixit) *alter occurrit, tum alius, atq; ita ſingulis dimicatur, ſi mas ſit, qui venatur; ſed ſi fœmina eſt, vbi dux ad eius vocem occurrerit, cætera vniuerſa eum inuadunt* &c. Quapropter quamuis fœmellarum, vt dictum eſt, deſiderio potiſſimùm pugnam committant, allectrix fœmina improbatur: nam & [c] Ælianus ait fœminas, quæ extrà ſunt, marem ex caſu in laqueum propinquo ſeruare ſuo cantu tanquam amatorio retractum: *nam vbi* inquit, *plures & ſibi conſuetas viderit fœminas, ad illas libentius relicta allectatrice accedit*: vnde etiam hodie marem cicuratum caueæ includunt aucupes, quamuis è contrario [d] Xenophon fœminarum aucupium præferre videatur; Cæterùm ſiuè mas ſit, ſiuè fœmina, cantu ſuo alios alliciunt, ad quem velut preces delinientis proci, procaueè geſticntes conuolant: atque ideo ſaltem mares venatores præferri debeant, nimirum propter maius emolumentum: ſi enim fœminæ ad illum acceſſerint allectæ, has ſubinde matres omnes (niſi ſint qui aucupij fraudem ſobolent) ne cum eo rem habentes, ſuos amplexus Veneremq; ſpernant, illicò ſubſequuntur, ſimulq; omnes ſuæ libidinis, ſalacitatiſq; pœnas dantes, à venatore retibus inuoluuntur: Sin venator cuius fœmina, eſt, nedum deſperandum eſt; nam & hæc caueæ incluſa ſi teneatur, cui ſit introitus, exitus verò nullus, ad conſpectam eminùs feri aduolabunt, ſuaque ſeſe ſponte caueæ includent; ducem ſuum plerumque cæteri ſubſequentes. Venator omnis è multis eligendus; nam non æquè omnes ad capiendum apti ſunt. [e] Ælianus eligendos arbitratur, qui vocis contentione & cantu valent & linguæ facultati confidunt, quiq; pugnaces & ad certamen habiles ſunt, quoniam tales miro naturæ ductu ſponte ſua ſe in retia præcipitent, quòd nõ ignorent ſe à ca de ſtudioſè ad cantus & certamina ſeruandas iri. Capiuntur præterea propter candẽ libidinẽ maximè coitus tempore, ſi contra eas ſpeculũ polueris, & ante hoc ipſum tendicularũ inſidias, nam ad imaginẽ ſuam, quæ in ſpeculo repræſentatur, accurrentes ſeſe in retia præcipitant. Alter modus, vt diximus, capiendi eſt cum quadrupedibus, quæ naturaliter amant; ſiquidem horũ pellibus decipiuntur, nimirũ ſi quis cerui pelle indutus, cornua capiti imponat & ſortiim accedat, illa verum cerum eſſe ratæ ſuſcipiunt, coluntq; eum, & accedente gaudet adeo, vt diſcedere ab eo nolint, ac ſi familiarẽ aliquẽ & coætaneum adoleſcentẽ à longa peregrinatione reuerſum cernerent, cùm alioqui miſerrimæ nihil aliud iduam retia aut laqueos hac benevolentia ſibi lucrentur. Eodẽ modo fictis equis nonnullis eas illaqueant / Robertus Stephanus bouis etiam imaginem ex linteis fieri ſcribit, quæ ab aucupe geſtetur, ita vt poſt illam lateat, & ſic decipi Perdices. Et rurſus: Quidam, inquit, ad aucupiũ Perdicũm (à la touelle, ou tomberel Galli vocant) vtuntur vaccæ effigie è ligno, aut equi, coloribus additis & ſic effigiem ceu animal vium paulatim admouent, donec Perdices tẽdiculis ante effigiẽ diſpoſitis implicẽtur. De Dorcadibus & Perdicibus, quarũ vt dictũ eſt, reciproca, aut vtriuſq; permitioſa eſt amicitia, ſic canebat [g] Oppian.

Perdicum venationis nobilitas.

Capiendi ratio.

Perdicibus Perdices capere.

a 9. Hiſt. c. 8.

b lib. 4. de Anim. c. 16.

Mas venator fœmina venatrici præfert.

c l. 4. c. 16.

d In Apom nemo.

Quæ propter venatorẽ eligẽda.

e l. 4. ca. 1.

Quomodo ſpeculo capiantur.

Quando per quadrupeda capiantur.

f In appẽd. dict. Gallico latini.

g lib. 2. de Vener.

Nennun-

Nonnunquam verò coniunctus amarus vtriuſq;
Extitit, inſuaues & amicitiæ, quibus ingens
Fraus hominum inſidias occultis comparat armis.
Dorcadibus ſiquidem tendunt Perdicis amicis
Illecebras dulces, itidem Perdicibus aſtu
Dorcadas obiciunt, vt pelliciantur vtriq;
Fraudibus infectis venantùm in retia dira.

Indorũ aliqui ſuas Perdices, quas ſcripſimus noſtratibus longè maiores eſſe, fiſtula alectas
1 eirretiunt, quod quomodo faciant, operæ pretium eſt indicare: E cæſarie ſua quam in ſuperiori fronte longiuſculam nutriunt, miro modo fiſtulam conficiunt, qua ſonum edunt Perdicum voci ſimilium, ad quem dum accurrunt, in laqueos, quos ex filis habequen dictis ad hoc inſtitutum præparatos reſeruant, incidunt. Eiuſmodi autem fila ex quadam herba gladiolo non multum abſimili: quam Cabuyam vernacula voce dicunt, conficiuntur, quemadmodum qui de India ſcribunt, teſtantur *b* Petrus Creſcentienſis Perdices irretiendi binos modos præſcribit; In ripis, inquit, fluuiorum ab vtraq; parte figitur arbor altiſſima, vel duæ ſimul iunctæ vt longior ſit arbor, habetq; per totum cuniculos ad aſcenſum in ſummitate tirellam, in qua ponitur funis retis, cuius longitudo eſt ſecundum fluminis latitudinem, & arborum diſtantiam, & eius latitudo eſt, vt ſuperius è leuata vſq; ad
2 medias dependeat arbores, deinde homines vſq; à remotis veniant per glaream fluminis, omnes volucres, quas inuenerit expellentes, quæ volantes à ſplendore aquæ non diſcedent, donec in retia inciperint; & tunc declinetur rete cum finibus ſuis, & volucres capiantur. Et modus iſte locum habet, niſi cùm tempus fuerit nubiloſum, & aer obſcurus, alioquin aues eleuatæ facilè à flumine deuiarẽt. Et aliàs: Sũt, & alia, inquit, retia, quibus capiũtur Perdices, quæ sũt lõga, & ſtricta: in medio quandã caudã ad modũ ſacculi longã habẽtia. Hoc modo aucupator, qui die venatur, pãnũ rubeũ cũ virgulis ad clypei modũ formatum ante ſe portat per agrũ, pergẽs foraminibus duobus inſicit, & Perdices, inquirit, cùm eas viderit, circa ipſas retia tendit, quibuſdã palis affixis ad finẽ retiũ annexis, & caudã circulis apertã extendit ſemper ante ſe retinẽs clypeũ verſus Perdices, quibus extẽſis, ſe Per-
3 odicibus appropinquat, & in caudã retiũ paulatim impellit, nõ ſolũ timore, ſed ẽt pedibus, ſi opus erit. Qui autẽ nocte venatur, in ſero locũ inquirit, vbi nocte morantur, & cùm aeris integra obſcuritas ſuperuenerit, ad eũdem locum cum igne reuertitur: eſt autẽ ignis cũ vaſe ſic formato, quod nec ipſe videtur, & apertè videt ſpatia vniuerſa prope ſe, & per vnum agri ſulcũ accedit, & per aliũ reuertitur circa locũ, in quo Perdices reliquit, vt cùm eas viderit, ipſas operis cum reti, quod habet apertũ in capite perticæ formatæ ad modum huic negocio opportunũ, vel ſi habet rete ſuprà dictũ, poteſt id extẽdere circa ipſas, & impellere, & capere vniuerſas. Eſt & aliud paruũ rete in capite perticæ præparatũ, vt apertũ exiſtat, quo vnus ſolus vtitur aucupator, & ad Qualeas ſolus cum quaſi latorio, cuius ſonus eſt per omnia ſimilis voce Qualeæ generis fæmineæ, ad quẽ ardenter accedunt maſculi prope
4 ipſum, quas tunc operit atq; capit. Hæc omnia Creſcentienſis. Cæterùm quotquot hactenus capiendi modos recẽſuimus, ij, niſi vbi certò Perdices eſſe nouimus, exerceri nequeũt; nam ſi quærere haſce aues opus eſt, tunc canibus, ijſq; ſagaciſſimis, & ad hoc aucupiũ edoctis opus eſt. *i* Petrus Bellonius Perdice tanto in conſeruandis pullis aſtu vti teſtatur, vt venator ſine canis opera eos capere nõ poſſit. Eiuſcemodi enim canes, non Perdices dũtaxat ac alias aues, verũ Lepores etiã, in sũma omnes feras, quas venari ſolemus, aduerſo vẽto vagãtes odoris ſagacitate inquirunt, & tã egregiè nõ nunquã ad venationẽ inſtituũtur, vt in ea non tantũ intellectu vti videãtur, ſed ipſos etiã homines ea in parte ſuperare. Sunt qui has aues proprio marte viuas capiunt, dominiſq; ſuis, qui ſæpe nihil tale ſuſpicãtur, deferunt; alij quàm primùm eas conſpexere, tanquã attoniti ſubſiſtunt, & tanquã digito heris
5 oſuis monſtrantes, fulminalibus ſiue ſclopetis, vel alijs inſtrumentis occidẽdas tradunt, quin immo ſępius Accipitribus eripiũt, quemadmodũ luculẽter doctèq; vt omnia oſtendit *k* Ludouicus Arioſtus Ferrarienſis, Hetruſcus Homerus, vbi de auaro illo medico loquitur, qui, quòd Philandro Gabrinæ perfidiſſimæ mulieris præcepto, machinauerat venenum, ab eadem ipſius haurire cogebatur. Verſus poetæ adſcribere non piguit, qui ſic habent.

Come Sparuier, che nel piede grifagno
Tenga la Starna, e ſia per trarne paſto,
Dal can, che ſi tenea fido compagno
Ingordamente è ſopraggiunto, e guaſto,

Indi quemodo Perdices venẽtur.
Fila habequen.
Cabuya.
b l. 19. cap. 10. & 24. & 25.
Aliter.
Aucupium Perdicũ cũ canibus.
i li. 5. de Auib. c. 15.
Canum ſagacitas.
k Cant. 21. Stanz. 63.

Così il medico intento al rio guadagno
Donde sperana aiuto, hebbe contrasto.

Quomodo canis opera retibus capiantur, etiam docet Crescentiensis inquiens: Est & aliud rete, quòd expegatorum vulgo vocatur, satis magnum, quo capiuntur Perdices, & Qualeæ, & Phasiani, & quædam aliæ aues cum auxilio catuli ad hoc instructi, qui aues inquirit, quas cum viderit, stat, nec ad eas progreditur, vt expellat, sed aucupatorem dominum suum retrò respicit, & caudam mouet taliter, quod ipse cognoscit aues esse pabulum, ante tamen, & tunc ipse & socius rete trahunt, & aues & catulum operiunt, & sic eas accipiunt. Hæc ille: Atque hoc ferè pacto canes, altores suos remunerant. Bellonius Turcas scribit Hispanicos canes ad Perdices odoratu persequendas alere, tantum cæteris præstantiores. Quomodo Accipitribus capiantur, satis superque in eorum historia scripsimus, vbi quoq; diximus aliquos Perdicotheras vel Perdicarios vocari, quod sua spōtè naturæq; doctu Perdices venari oblectentur. Atq; istæc de capiendi ratione dicta sunto. Sponte enim tanquam superuacaneum, & nullius momenti præceptum Beritij de capiendi Perdicibus praterijssemus, nisi nobis omnia exactè quo ad fieri licet, scribere animus esset. *Perdices*, inquit, *facilè venaberis, si farinam vino madefactam obieceris. Omnis enim auicula facile corripitur, si vinum aqua dilutum, vinosius tamen in vasculis, appolueris. Vnde enim vel parum inde ebiberint, loporantur, & obstupescunt.* Sed quis in libero aere degentibus eiusmodi potum exhibeat, vbivis obuia existente aqua?

l. 3. Obs. c. 3.

Accipitre Perdicarij. Beritij nuge.

PRODIGIVM. AVGVRIVM.

NICEPHORVS *a* Calistus inter alia prodigia, quæ Theodosij Imp temporibus euenerunt, hoc etiam ceu memorandum recenset; duo nimirum hominum corpora tunc quoq; visa fuisse, alterum quidem in Syria supra humanam naturam magnitudine excedens: alterū verò in Ægypto infra incredibilem staturæ breuitatem consistens: Syrum in longitudinem cubitorum quinque & vnius palmi excreuisse, quamuis pedes eius reliquæ corporis magnitudini proportione non responderent, introrsum nempe intorti, & varij. Homini nomen fuisse Antonio. Talem pariter sua ætate sese vidisse, & pro monstro habitum esse, quem breuis admodum staturæ mulier in lucem protulerat. Ægyptum verò tam breuem fuisse narrat, vt Perdici persimilis esset: neq; ingratum spectaculum extitisse, si cum ille in globo (hominum scilicet) conuersaretur, & ad contentionem excitatus colluderet. Porrò quod mirabile dictu est, prudentiam in eo fuisse, qualis homini formoso competit; quippe cui corporis exilitas ea de re nihil ademisset; vocem à musis non abhorruisse; sermonem mentis generositatem spectandam exhibuisse; vtrumq; eodem illo tempore viguisse; nec statim vitam finijsse: maximum enim viginti quinq; explcuisse annos, minimum multum ab eis abluisset.

a l. 12. hist. Eccl.

Duo hominum corpora prodigiosa, vini maximū, alterū minimum.

Homuncio Perdicis statura.

Perdices è veteribus nec inter oscines, nec inter præpetes, vel qua suis alias augurium facientes aues recensitas fuisse reperio. Præclarus quidam historiographus Germanus scribit referente *b* Scipione Mazzalla Neapolitano quēdam ex antiquissima atq; illustrissima Columnensium familia, dum olim Gothi in Italia tyrannidē exercerent, ne in eam incideret, cū toto suo grege sese in Germaniā contulisse, ibiq; in Franconia syluā emisse vagam & amœnam, ac prope eam ædificasse castrū, quod à conspecta ibi Perdice Hennenberg appellauerit. Verùm hæc vox, sicuti à Germanis audiri, illis montē Gallinarum, non Perdicum sonat: quare suspicor syluestrē Gallinam illi heroi vitam, locoq; nomē fecisse, quam nimirum indoctiores cū Perdice facile confundunt, omnes delicati saporis aues Perdices nūcupantes.

b l. de nob. fam. Neap.

Hēnēberg castrū vnde dictum.

VSVS IN SACRIS.

PERDICE Sciuidam Deo à Pentilibus dicatas fuisse nunquam, quod memini, hactenus legi. *a* Ælianus tamen authores habere scribit, qui dicant Iouem & Latonam his auibus delectari. Americani, vel idolis suis Perdices consecrant, vel saltem admodum religiosè eas colere verisimile est, quando earum pennis tam superstitiosam vim tribuunt, referente And. Theueto, vt procellosum mare, ac maximè intempestum sedandum iri crebant, si in id eas iniecerint.

a l. 1. c. 35.

Americanorum superstitio.

DE-

DENOMINATA.

VERBVM ἐκπερδίκισαι metaphora à Perdicum ingenio sumpta, Græcis dolo & astu effugere significat. Vtitur eo *a* Aristophanes his versibus. *a In Auib.*

Περδὶξ γὰρ ἐνθάδ' ἦν πατρὸς πρόσθιον,
Ὡς ἄνδρ' ἐοικὸς κἀπερδίκισαι ἐμέ.
Perdix & versatus similiter, vt pater fiat,
Decipere enim apud nos nihil turpe est.

Loquitur autem de Pisæ filio portas infantibus prodere volente, vnde Scholiastes in verbum προδοῦναι accipi posse putat, vt Pisiæ filius tanquam exilio mulctatus traducantur, *nam Perdices*, inquit, *suauissimæ facilè ab aucupibus eundunt, sæpè se resupinantes, & retibus integentes.* Auctor adagiorum idem verbum ad omnes aues extendit, quæ nonnunquam è laqueis seu retibus elabuntur. Pro ἐκπερδίκισαι apud Varinum & Hesychium legitur quoq; in eodem significato διαπερδίκισαι.

Perdicas Macedo à Perdicibus nomen obtinuerit, neq; id Sophocles videtur inficiari, ita alibi Latinus factus inquiens: *Perdicas.*

Venit in celebres Athenienſium vrbes
Quicum aue Perdice nominis ſocietatem habebat.

Fuit autem iste Perdicas inter comites Alexandri Magni, & in regni etiam partem successit, tantæ vir audaciæ, simul & fortitudinis, vt in Lcænæ latibulum ingredi ausus, eaq; non repertacatuli seu per vim auferret, cuius rei testis est *b* Ælianus. Hic etiam Hippocratem ad se vocasse legitur in illius vita. *Perdicæ fortitudo.* *b l.12.V.H. c.39.*

A Perdicum venatione quoddam Accipitris Genus Græcis περδικάβιρας, Latinis Perdicarium appellatur, quòd naturali quoddam instinctu hasce alites insectetur. *Perdicar. Accipiter.*

Pruna quædam nigra, duriore carne, sed gratissimo sapore, vulgo Pernicona cognominant, vt scribit doctissimus *c* Andreas Cisalpinus: de quibus pariter, ni fallimur, sed paulò fusiùs Ioan. Bapt. Porta loquens, Neapoli, inquit, vocantur prune pernigone, à Perdice deductum nomen, vt credo; quemadmodum n. inter aues ipsa carnis suauitate excellit; sic hęc inter prunorũ genera, à citerioris Hispaniæ regione nobis allata, ob id nobis etiam prima Catalonica dicta sunt, sed quibusdam in hortis asseruantur, dulci succo prædita, carne duriore, gustu suaui purpureoq; splendet colore parte qua solẽ spectant, ex aduersa candicãt, pressum digitis interũ dimittunt, oblonga, exili nucleo ac longo. Sed ego existimarẽ Iberica pruna esse, quæ nobis de Frate dicuntur, nam inter cæteraea facilè principatũ obtinent, innoxiè præbentur ægris, ac minus stipticitatis, quã Damascena obtinẽt, colore gramineo, ingrato, succo melleo prædita, callosa, oblonga, os intus oblongum, compressum, acutumq; Sunt alba nigraq; sed nigra dulciora, maiore, oui magnitudine, ac magis serotina. Hæc ille. *Pruna pernicona.* *c lib. 2. de plant. c. 13* *Pruna Catalonica.* *Prune de Frate.*

Perdicium Theophrasti, à perdicio Latinorum nimirum Cornelij Celsi ac Plinij, longè diuersũ existit. *a* Plinius binas herbas eo nomine, ac vtraq; à Theophrasto perdicio, quod tamen etiam illi cognitum fuit, vt mox apparebit, complectitur. *c* Theophrastus de suo perdicio scribebat interprete doctissimo *f* Iacobo Dalechampio: *Et perdicium appellatum. Etenim id crassas & multas habet radices aut folias; vocatur autem perdicium, quòd Perdices ad id se volutent, & id effodiant.* Idem *g* Dalechampius Plinium alibi de hoc Theophrasti perdicio loqui existimat, his verbis statim post cichorium vulgare: *Cichorium, & similia circa terram folia habent, germinantibus ab radice post Vergilias. Perdicum & alia gentes, quam Ægyptij edunt; nomen dedit auis, id maximè errans.* Quæ sanè ex Theophrasto Plinium conuertisse perspicuum est, nisi quod ab Ægyptijs, aut ab alijs gentibus edi Theophrastus non scripsit. Herba perdicium dicta. *d l.2.c.17.* *e l.1. Hist. c.11.* *f l.12. Hist. plãt. c.28.* *g l.21.cap. 17.* *Perdicium Theoph.*

Nonnulli hocce perdicium eam plantam esse credunt, quam Dalechampius cichorium bulbosum appellat, & Romæ hodie herba hæmorrhoidalis dicitur, atq; ipse etiam Dalechampius pedibus ire in eam sententiam videtur, quoniam huiusmodi cichoriam crassas habeat radices, nempe bulbosas, & non solùm plurimas, vt ait Plinius, sed & folia, vt scribit Theophrastus, si quis radiculas innumeras ex caulis humi iacentis nodis prodeuntes intelligat. Nonnulli rursus bulbosam aliã plantam, quam *h* Ruellius primus bulbum syluestrem nuncupauit, Theophrasti perdicium esse crediderunt, quod & hæc radices crassas habeat, & plures radices, quam folia, multis in vnam accumulatis. Cornelij Celsi verò perdicium doctissimorum herbariorum consensu est Helxine, officinis parietaria dicta & muralis, *Cichorium Bulbosum.* *h l. 2. de stirp. c. 100.* *Bulbus syluestris.* *Perdicis Celsi.* *Hexine.*

quod

quòd muros ac parietes natales locos sibi elegerit. *i* Celsus eandem herbam parthenium dici testatur. Hinc Plinius hononymia deceptus, duas herbas diuersissimas in vnam confudit, nimirum parthenũ Dioscoridis, & helxinem siue parietariam. Sic enim ille *k* Celsum citans: *Parthenium, alij Luecanthemum, alij amaracum vocant. Celsus apud nos Perdicium & muralium &c.* quæ de parthenio Dioscoridis intelligenda nã herba muralis siue perdicium à Celso quidem parthenium dicitur, sed non hoc, de quo hic Plinius & *l* Dioscorides tractant, verùm id, de quo infrà *m* Dioscorides & *n* Plinius ipse his verbis: *Helxinem aliqui perdicium vocant, quoniam Perdices ea præcipuè vescantur, alij sideritim, nonnulli parthenium* &c. Ex mox de secundo perdicio: *Perdicium*, inquit, *siue parthenium (nam sideritis alia est) à nostris herba vrceolaris vocatur, ab alijs asteriscum, foliis similis ocimo, nigrior tantùm*, &c. *o* Dalechampius hanc plantã eam esse suspicatur, quæ ocimoides minus siue album herbarijs dicitur: sed cùm Plinius hanc vrceolarem vocari scribat, ac ipse verò *p* Dalechampius alibi id nominis parietariæ competere dicat, vel Plinius, vel ipse has herbas simul confundunt, quod de Plinio potiùs est dicendum; nam parietaria detergendis vrceolis aptissima est. Antequam verò perdicium è manibus excidat, obiter admonemus, vbi alibi apud *q* Plinium legitur; *Palumbes, Graculi, Merula, Perdices lauri folio annexum fastidium purgant. Columbæ, Turtures & Gallinacei herba, quæ vocatur helxine*: Iacobum Dalechampium rectè verba hæc transpondenda censere, legendumq; esse; Palumbes, Gracculi, Merulæ lauri folio annuum fastidium purgant, Perdices, Columbæ &c. herba quæ vocatur helxine.

Perdicitim siue perdiciatim lapidem ad omnes duritias pollentem requiri inuenio in compositionem illam, quæ à Paulo *r* Aegineta pamplethes & diacinabareos appellatur, sed vt ingenuè loquar, necdum noui, quis lapis ille esse queat: Inquirendum esset, num ille sit, quem doctissimus *s* Georgius Agricola in tractu Hildesheimo, quà itur versus occasum à fossa Mœniorum vrbis Septentrionem spectante, scribit reperiri, & striis & colore Perdicum pennas, quas in pectore habent, exprimere.

Templum quodam Athenis iuxta Acropolim Perdicis dictum fuit, at à Perdice Eupolami filio, non abaue, ita vocatum, de quo Perdice agemus in fabulis.

i l. 2. c. 33. Parthenũ. Plinij error.
k l. 21. c. 30
l l. 3. c. 38.
m l. 4. c. 81.
n lib. 22. c. 17.
o l. 5. Hist. pl. cap. 52. Ocimoides minus. Vrceolaris.
p l. 11. c. 14 Plinij alius error. Plinij locus correctus.
q l. 8. c. 27. Perdicitis lapis.
r lib. 7.
s lib. 5. de fos. Templum Perdicis.

MYSTICA.

SANCTÆ Rom. Eccl. Theologi per Perdicem (quam diuinus vates *a* Hieremias vociferante, pullosq; non quos pepererat, sed alienos congregantem, atq; eo modo familiam suam imprudenter augentem, dicebat à pullis ad matris vocem accurrentibus derelictam insipientiq; fæ admoneri) eos interpretãtur, qui ex alienis per fas nefasq; ereptis ditescentes, illud duntaxat Horatianum in ore habent:

Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.

vel generis humani hostes, dæmones nimirum, eorumq; sequaces hæreticos: illos, quia Dei fœtus in nido prauitatis sibi enutrire adulterina student educatione; hos verò, genus scilicet hominum Perdicis instar malignum, fraudulentum, callidum, quodque decipiendis alijs plurimum operæ insumit. Sed age, ipsa Theologorum verba quouis nectare suauiora seruato quem vbiq; instituimus, ordine ascribamus. *Huiusmodi Perdices*, inquit D. *b* Hieronymus, *diuites sunt, qui alterna diripiunt, & absque cogitatione iudicij Dei factunt diuitias non cum iudicio, quas in medio tempore relinquunt, subita morte subtractis, quandoe dicitur eis: Stulte hac nocte repetent animam tuam à te: quæ autem præparasti, cuius erunt? Nihilq; insipientius quàm non prouidere nouissima, & breuia putare perpetua.* Hucusq; de falsè turpiterq; ditescentibus: procedit deinde, docetq; quomodo Dæmonis typus esse dicatur. *Aly verò*, inquit, *& propter superiorem historiam & propter alteram, qua dicunt Perdicem esse pugnacissimum & immundum, ita vt victum polluat: diabolum sub eius nomine interpretantur, quòd alienas sibi diuitias congregari, & dicens ad Dominũ: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Quem relinquent diuitia sua, quæ malè ab eo fuerunt congregatæ; & per Apostolos conuertentur ad Dominum, & qui sibi videbatur prudentissimus, erit omniũ iudicio insipiens.* Ad eundem penè sensum D. *f* Augustinus de vero Pastore loquens: *Pascit ille cum iudicio*, inquit, *dispertiens propria proprijs, hæc illis, illa illis, debita eis quibus debetur, hoc aut illud. In prophcta enim Hieremia clamauit quidem, Perdix congregauit, qua non peperit, faciens diuitias suas non cũ iudicio. Contra istum Perdicẽ facientem diuitias suas non cum iudicio, pascit iste Pastor cũ iudicio. Quare ille sine iudicio? quia congregauit, quæ nõ peperit. Quare iste cũ iudicio? quia sonet, quod peperit: de Pastore tamẽ bono loquitur. Pastores boni autẽ nõ sũt,*

aut

a Cap. 17. Imustè ditescentium typus. Dæmones & hæretici designati. Hæretici quales.
b l. 4. com. in Hier. ca. 17.
c Luc. 11. Perdix quomodo dæmonem notet.
e Matth. 4.
f In serm. de pastor.

aut latent. Si nox sunt, quid agimus? Si latent, quare de eis tacetur? Perdix quidem ille à quibusdam maioribus, & ante nos scripturas tractatoribus diabolus intellectus est congregans quæ non peperit. Non enim ille creator, sed deceptor est faciens diuitias suas non cum iudicio. Non enim ad eum pertinet, quis isto aut illo modo erret: omnes errantes vult quibuslibet erroribus. Quam diuersæ sunt hæreses &c. Diabolus cur Perdix

Diuus pariter *g* Ambrosius mellifluam hanc super eodem mysterio protulit sententiã Perdicẽ astutã nouimus, quæ aliena oua diripiat hoc est, Perdicis alterius, & corpore foueat suo, sed fraudis suæ fructũ habere non posse, quia cũ eduxerit pullos suos, amittit eos: quia vbi vocẽ eius audierint, quæ oua generauit, relicta ea ad illã se naturali quodam munere & amore conferunt, quã veram sibi matrem ouorũ generatione cognouerint, significantes hanc nutricis fungi officio, illam parientis. Itaq; incassùm proprios fundit labores, ac fraudis suæ pretio mulctatur: vnde Hieremias ait; *Clamauit Perdix & congregauit, quæ non peperit;* id est, oua congregauit, & clamauit, quasi ouans suæ fraudis effectu: sed ludit opera, quia in impenso labore alij educat, quos ipsa diuturnæ fœtu sedulitatis animauerit. Huius imitator est diabolus, qui generationes creatoris æterni rapere contendit, & quos insipientes, & sensus proprij carentes vigore potuerit congregare, fouens eos illecebris corporalibus, vbi primùm vox Christi paruulis fuerit infusa dilcedunt, ad eam se conferũt matrem, quæ pullos suos sicut auis materno amore cõplectitur. Cõgregauit enim diabolus gentiles, quos non creauerat: sed vbi in Euangelio suã vocem Christus emisit, ad eum se potissimũ contulerunt, quos sub vmbra alarũ suarũ ipse suscepit, & matri dedit Ecclesiæ nutriendos. Hæc ille: Et rursus *h* alibi in eodem fermè sensu totã auis naturam detorquet in hæc verba: Dicitur itaq; auis, inquit, ista plena fraudis, fallaciæ, quæ decipiendi venatoris vias calleat, atque artes nouerit, vt eum a pullis auertat suis, omniaq; tentamenta versutiæ nõ prætermittere, quo posset venantem abducere à nido & cubilibus suis. Certè si insistere aduerterit, tam diù soboli fugiendi signum tribuat, & potestatem. Quã vbi euasisse senserit, tũc se & ipsa subtrahit, & lubrica arte deceptũ insidiantẽ relinquit. Fertur etiã promiscuæ esse permixtionis, vt in fœminas cũ summo certamine mares irruant, & vaga calescant libidine. Vnde impurũ, malequolũ, & fraudolentũ animal aduersario, & circumscriptori generis humani, fallacissimoq; & impuritatis authori conferendũ putatur. Clamauit ergò Perdix, quia perdendo nomen accepit, Satanas ille, qui Latinè cõtrarius dicitur. Clamauit in Eua primum, clamauit in Cain, clamauit in Pharaone, Datam, Abiron, Core. Clamauit in Iudæis, quando petierunt fieri sibi Deos, cum Moyses legẽ acciperet. Clamauit iterũ, quãdo de Saluatore dixerunt, crucifigatur, crucifigatur, &c. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Clamauit, quando sibi regem fieri postulauerunt, vt recederent à Domino Deo rege. Clamauit in omni vano & perfido. His vocibus congregauit sibi populos, quos nõ creauerat. Deus enim hominem ad imaginem fecit, & diabolus sibi hominem vocis suæ fraude sociauerat. Congregauit sibi nationum populos, faciens diuitias non cũ iudicio. At verò Iesus quasi iudex bonus cum iudicio omnia agit, qui venit, sicut scriptum est, *i* dicens: *Ego loquor iustitiam & iudicium saluberis.* Ea igitur gratia deprædatus est Perdicem illum diabolum, abstulit ei malè congregatas diuitias, reuocauit ab errore animas gentium, mentesq; nationũ deuianti. Et quia diaboli voce deceptos sciebat, & ipse, vt vincula nexusq; veteris erroris soluere, &c. Videamus modo, quomodo eiusmodi Perdix eisdem Theologis hæreticos significet aduersarij ministros. Docet id in primis D. *k* Augustinus his verbis: Perdix nimis contentiosum animal, notum est quanta auiditate ipsius contentionis currat in laqueum. Nõ enim disputare audent hæretici, sed quoquo modo superare impudentissima peruicacia, vt congregent, sicut his dixit, quæ non pepererunt, Christianos enim quos maximè Christi nomine seducũt, iam per ipsius Christi Euangelũ natos inueniunt; & faciunt illos diuitias suas, non sanè cũ iudicio, sed cum temeritate inconsiderata, &c. Item in hoc sensu D. *l* Hieronymus: Leones, inquit, intelligamus aduersarias potestates, aut hæreticorũ principes, qui terram Ecclesiæ desolantes, omnes illius vrbes hæretico incendio vastauerunt, & illo igne, de quo scriptum est: *Omnes adulterantes quasi clibanus cordacorum.* Illi enim verè dant vocem suam, & in hoc eodem propheta sub Perdicis personæ clamant, Congregant quæ nõ pepererunt, faciuntq; diuitias nõ cũ iudicio &c. Et *m* rursus. Quodq; à Septuaginta dicitur: *Clamauit Perdix*, ad hæreticorum personam referendum videtur: quòd perdix iste diabolus clamauerit per principia hæreticorum, & congregauit quæ non peperit, & receptorum sibi multitudinem congregarit, quæ postea dimittat eum, & omnium iudicio stultissimus comprobetur. Est postremò pessimum ac detestabile, pernitiosumq; prauorum aliud hominum genus, hypocritæ, quos Perdix etiam designare potest, atque

g 6. Hexa. cap. 3.

h Enarrat. in cap. 17. Hier. Perdices natura.

Starnas contrarius, & Perdix à perdendo dicti.

i Esaiæ 63.

Perdix vt signet hæreticos.

k lib. 3. contra Faust. Manich.

l li. 1. Comment. Hier. cap. 1.

m li. 3. Cõ. Hier. c. 17.

Hipocritas. Perdix significat.

atq; huius potiùs quàm alterius alitis typo eos exprimens S. Antonius Patauinus ita ſcribit: *Perdix eſt auis doloſa, & immunda, & hypocritas habentes, vt dicit Petrus, oculos plenos adulterij & inceſſabilis delicti ſignat.*

MORALIA.

a Hom. 13.

Exẽplũ ab aucupes Perdices inſequente.

MAGNVS ille cognomento *a* Baſilius ab aucupe Perdicis pullos habentis venationi, vt apparet, intento, & ambiguo vtrum vel ſolos pullos, vel ipſam ſimul matrem, quæ ſeſe pro fœtibus ei ſponte offert, inſequi debeat, & omnes ſimul è manibus abire ſinat, deſumpto argumento, nos pariter cauere admonet, ne ſimilia patiamur, certa pro incertis relinquentes, aut ſpem firmam vana commutantes. Sed quid ſi per hunc eundem aucupem Chriſti ſequaces intelligamus, quem Perdix, hoc eſt, huius mundi illecebræ fallacijs ſuis remorans, ab inſtituta venatione, hoc eſt, à bonis operibus facilè auertit, & ad vanitates ſuas allicit, vt relicta priori bona vita, planè ſe irretiendum illis præbeat Th odoricus verò rex apud *b* Caſſiodorum falſam Perdicis adoptionem deteſtans, & pietatem pullorum adoptatorum erga veros, legitimoſq; parentes ſuos collaudans, exaltanſq; nos ad ſimilem pietatem adhortatur inquiens: *Perdicibus etiam mos eſt oua perdica per alterius matris damna ſarcire, vt adoptione alienæ ſobolis incommodo ſuæ reparent orbitatis. Sed mox vt nati fiduciam habere cœperint ambulandi, ad campos exeunt cum nutrice, qui vt fuerint materna voce commoniti, ouorum ſuorũ potiùs genitricem petunt, quamuis ab alijs fortiuis fœtibus educentur. Quid ergò homines facere debebunt, quando & hanc pietatem auibus ineſſe cogneſcunt? Romulum itaq; qui facti ſui acerbitate pollutus, nomen fœdat Romanum, ad veſtrum facite venire iudicium, & ſi cum patri ſuo Martino manus ſuas inteciſſe conſtiterit, protinus legitimam ſentiat vltionem. Quia ideo elegimus mores veſtros, quia crudelibus parcere non poteſtis. Quando genus pietatis eſt in illos diſtringere, qui contra naturæ ordinem ſceleratis ſe docentur actionibus miſcuiſſe.* Hactenus ille.

b l. 2 Var. Epiſt. 14.

Exẽplũ falſæ adoptionis.

Pullorum Perdicis erga matrẽ pietas.

Romuli crudelitas.

HIEROGLYPHICA.

a li. 4. Hierogl.

Hominis in euitandis periculis cauti typus.

Pædicationis ſymbolum.

b l. 2. Hierogl.

Perdicis nimia libido.

c lib. 2. de Ant. c. 7.

Celeris profectus typus.

Homo aberrans, in viam ſe recipiens.

Contumelioſorum typus.

d lib. 29. Ant. lect. c. 26.

PIERIVS *a* Valerianus, vt ab aſtutia Perdicum hieroglyphica exordiamur, hominem in euitandis periculis vaſerrimum, aſtuq; maximo pollentem ſignificantes, Perdicem & venatorem depingere ait; Sin impudentiſſimum, ac effrenatæ libidinis virum, qui nec ſexus diſcrimine habito, maſculis, vbi fæminæ deſunt, ſeſe permiſcet, quod peſſimum, ac nequiſſimũ genus hominum prædicatores vocant, denotare vellent ſacerdotes illi Ægyptiaci, tum geminos Perdices teſte *b* Oro Apolline cælare ſolebant. Hi enim amiſſis fæminis inuicem coeunt, vti ſatis ſuperq; oſtendimus. Addit præterea Valerianus nihil ad eneruatiſſimam libidinem & impotentiſſimam ſalacitatem exprimendam Perdice commodius eſſe, quoniam hæc auis tanta plerunq; de coitu efferatur rabie, tantoq; æſtu, & libidinis intemperantia, vt oua fæminæ frangat, ne incubando detineatur. Quia verò hæc eadem auis velut moræ impatiens neutiquam expectat, vt ouum incubatione ad tempus, quod alioqui breuiſſimum eſt, nẽpe quod *c* Ælianus ſeptẽ dierum interuallo abſolui ſcribit, aperiatur, ſed occupatis ſpacijs ſpõte erumpat, pertuſoq; ouo, vbi primum caput exeruerit, ac pedes protulerit, reliquo adhuc adhereſcente cortice procurrat, itaq; idem ille celerem profectum ex eiuſcemodi pullo, quem eo, vt dictum eſt, modo, ex ouo erumpentem addita etiam icone depingit, ſignificari poſſe arbitratur. Item aberrantem aliquandò hominem, falſaq; opinione ductum, ſed viæ demum redditum, & recta ſentientem oſtendere, inquit, qui volunt, Perdices duas grandiores faciunt, pullis aliquot inter vtramq; pictis Sed huiuſmodi hieroglyphicum DD. Hieronymi & Ambroſij authoritate nititur, quos Perdicem cum oua ſua fracta compererit, tanto incubationis ſtudio affici ſcribere diximus, vt aliena ſurripiat & nido refoueat ſuo, quam opinionem, quamuis aliqui refutent, nos aſſeruimus. Ægyptij item per haſce eadem volucres contumelioſos intellexerunt, quoniam inquit *d* Cælius iſtiuſmodi aues ſenio confectæ inuicẽ contumelia afficiant: Verum an hoc ſit verum, necdum habeo compertum, & a nemine præterquam ab ipſo Cælio exaratum video, quare lubens Valeriano aſſentior, qui ideo ſignificari contumelioſos per has alites credidit, quòd in ſuo genere maximè tumultuari, diſſidere & altercari inuicem aſſiduè conſueuerint, quod ſanè veriſſimum eſſe ex ſuperioribus clarum eſt.

APO-

APOPHTHEGMATA.

ARISTIPPVS, quem Diogenes canem regium appellabat, quòd Dionysio ad diuitibus ventris gratia adularetur, lautiorem victum nemini ad benè viuendum impedimento esse dicebat, voluptatem bonorum, dolorem malorum finem constituens. Is fertur, vt scribit *a* Diogenes Laertius iussisse aliquando Perdicem vnam quinquaginta dragmis emi, & tantam luxuriam grauiter ferenti cuidam respondisse: Tu istam obulo non emeres? & cùm annuisset ille: dixisse, mihi quinquaginta dragmæ tantum valent: significans luxum non ex pretio, sed ex voluntate existimari.

a In Aristippo.

Aristippi dictum.

Fulgosus de B. Ioanne Euangelista elegantissimum recitat apophthegma, quo viuentem hominem innuit in negocijs perpetuò versari non posse, ita ne aliquando ocium attingat. Cùm enim sæpè animi recreandi causa sanctissimus ille vir cum Perdice luderet, eamq; ob rem ab adolescente quodam amatore irrideretur, arbitrante parum conuenire seni homini, qui sanctimoniæ exemplum atq; speciem esset vt ociosus cum aue animi laxamentum quæreret. Ioannes pendere arcum ab eius humero conspicatus, petijt vt arcum tenderet. Quòd cum egisset adolescens, sæpiusq; sagitasset, demum à Ioanne dimissus, arcum remisit. Tum Ioannes remittendi causam quæsiuit. Respondente, aut adolescente, arcui funem se detraxisse, ne cùm vti eo necesse fuerit, sagittationi inutile non inueniat. Tunc Ioannes & ego & cæteri honesto ocio interdum relaxamur, vt maioribus viribus orationi atq; ieiunio sufficere possimus. Quod fieri non posset, si semper eodem tenore viueremus. Idem de Amasi rege Aegyptio narrat *b* Herodianus.

Aliquando otiandum esse.

D. Ioannis dictum.

b lib. 2.

EPIGRAMMA.

DE Perdice venatore Simmiæ antiqui poetæ epigramma legere est hoc modo.

Οὐκ ἔτ' ἀν' ὑλῆθεν δρυὸς ἔυσχιον ἀγρόπα Πέρδιξ,
Ἠχήσεις ἐνεῖν γηρυν ἀπὸ στόματος
Θηρεύων ἀγρίους συνομήλικας ἐν νομῇ ὕλης.
Ὠχεο γὰρ πυματαν εἰς ἀκερόνθος ὁδον.
Non amplius in vmbrosa sylua ò venatrix Perdix
Canis vocem edens ab ore
Captans feras (Perdices) æquales tuis in syluæ pascuis
Namq; postremum ad Acherontem peregisti.

EMBLEMA.

DE Perdicibus emblema habet Nicolaus Reusnerus sub lēmate, χρύσις πλούτου μάρτυς.

Surripit oua salax Perdix aliena; fouensq;
In nido pullos educat inde nouos.
Pullus at eductus nutricem deserti vltrò.
Cantantis pendens matris ab ore suæ.
Condit auarus opes, defessoq; incubat auro,
Per fas atq; nefas condit auarus opes.
Vnde habeat, nihilis curat: sed oportet habere,
Et citò vult fieri diues, inopsq; manet.
Nam mors aut vilem redigit communis ad assem
Eripit aut partes turpe tribunal opes.
Magni parta malis, pereunt maiore dolore
Quod dat cuiq; deus, sorsq; benigna, sat est.

VSVS IN CIBO.

Aristippi luxus.

PERDICVM esum nobilissimum apud priscos fuisse inter alios quamplurimos vnus testis sufficiat Aristippus, qui vnam Perdicem quinquaginta aliquando dragmis velut auem Principe dignam, ac palato maximoperè arridentem emere non est veritus. Quare nunquam laudare potui *a* Martialem primam gloriam in tota auium familia Turdo dantem. Et *b* Horatius planè diuersum ab alijs palatum habuisse videtur, aut nunquam Perdices degustasse, cùm ait:

a In xenijs.
b l. 3. Epist.

Cùm sit obeso
Nil melius Turdo, nil vulva pulchrius ampla.

Iecinorum esus aestimatio.

Neq; Cyro deniq; satis noræ hæ extiterunt volucres, quando Anserina iecora (quæ regijs olim mensis fercula erant longè lautissima) amicis suis integerrimis è mensa sua mitteret, vt simul secum tantæ voluptatis, quam ex eorum esu percipiebat, participes essent. Nobis pariter Anserina iecora, necnon Gallinacea in delicijs habentur, sed Perdicum caro longè, ac omnibus, quod aiunt, parasangis præfertur, quemadmodum quoq; apud veteres factum esse arbitramur, nam & ipse *c* Martialis multis in locis non tanium celebrat Perdices, sed & rarissimas, hoc est, vt nos exponimus, pretiosissimas propter carnis præstantiam, appellat, inquiens:

c In xenijs.

Ponitur Ausonijs aues hac rarissima mensis
Hanc in lautorum mandare sæpè soles.

Iulius Cæsar Scaliger doctissimus ac nobilissimus heros princepsq; elegantissimè inter volucres Perdicem, inter pisces saperdam principem nobilitatis locum, quo ad saporem, obtinere tacitè subinnuit, quando eiusmodi *muneribus* seu strenis causidicorum (*nos id hominum genus procuratores*, Galli & Belgæ aduocatos nominant) animos conciliari scribat his versibus:

Placida Libonis puteal, toral, matella
Ardenti cadi fulgure, Perdice, saperda.

Caro Perdicis quibus exhibenda.

Idem Scaliger Picatum quendam quomodo porcinam carnem Perdicibus, Phasiani atque Attageni præferentem vocet porcum, in Phasiano (ni fallimur) diximus. Vt verò medici cognoscant, quibus eiusmodi caro exhiberi queat; non enim omnis caro lauta, atq; delicata ægris capta est, itaq; videndum quid Galenus alijq; medici de Perdicibus memoriæ prodiderunt: quæ quamuis non vsq; adeò vtriq; cùm minori tùm minori generi conueniant, hic tamen recensere placuit. Elluchasim Starnas, id est, Perdices minores ait esse naturæ temperatæ, sed ad caliditatem declinare, pinguesq; ex ijs humidas fieri. Et rursus: Starnæ, inquit, Phasianis natura proximæ sunt: quod ad temperamentum & subtilitatem primo loco Starnæ habentur, deinde Phasiani, tertio Perdices (maiores scilicet nostrates Coturnices. Ecce vt id obiter dicamus, quomodo minores Perdices Starnas maiores, simpliciter Perdices nominat) propter vim exiccandi earum. Vnde de priori etiam locutus mihi videtur Rasis, inquiens: *Caro Perdicis maris calida est & humida, inflat, Venerem promouet, obesat, calfacit, & sanguinem multum auget.* Nam vterq; conualescentibus conuenire etiam dixerunt, quorum corpus, vt ait Rasis, refrigeratum & imminutum fuerit: Ventriculo enim frigido, vt Elluchasim habet, nocent; Quæ noxa emendatur, si præparentur cum fermento. De maiori verò intellexit Auerrois, cùm auium laudatissimas Perdices esse dixit, sed declinare parum ad frigiditatem, & siccitatem. Rasis easdem frigidas & siccas esse alicubi scribit, nimirum maiores, nam alibi vt paulò ante annotauimus, Perdicem marem calidum, & humidum facit, de minori scilicet loquens. Sunt qui Phasiani carnes magis nutrire dicant, quàm Perdicis, sed minus imbecillas particulas roborare: aiuntq; carnes Phasiani medias esse inter Perdicem, & pullum Gallinaceum. *d* Galenus Perdices cibarijs laudatis, & neq; tenuem, neq; crassum succum gignentibus annumerat: & *e* alibi concoctu faciles esse, & sanguinem gignere laudatissimum scribit. *f* Alibi, rursus boni succi esse, præsertim iuuenes, sicuti item *g* alias montanas edendas in victu attenuante: *h* præterea conuenire stomachicis. Quibuscunq; verò istæc à nobis dicta haud satis distincta videntur, ij quæ forsan distinctiùs scripsit *i* Iulius Alexandrinus legant, perlegant, sunt auem istæc. Maioris generis caro, diuersa solidior, durior, neq; dura tamen. Duriorem diximus minoris generis carnis respectu. Tenerior enim omninò hæc, proinde, & tenuioris alimenti, & resolubilis, difflabilisq; citius, simul, & concoctionis facilioris: qua gratia pertulisse

d lib. de cib. bo. & mal. sue.
e lib. 3. de alim. fac.
f De re fa. par.
g De vict. atten.
h lib. 8. de comp. med. sec. loc.
i lib. 13. salub. cap. 6.
Iulij Alexãdrini opinio de Perdicis carnis facultate.

Gallinis,

Gallis, & Phasianis, Perdices Galenum legimus eo loci, quo ephemera febre correptorum victus rationem instituit, minoris huiusce generis teneritate cõmodè ad rei, quam tunc tractaret, vsum captata. Cæterùm non æquè candida hæc caro, vt hac parte, neq; absolutã quidem ideo ex toto succi bonitatẽ, aut certè non qualem quantãq; genus alterũ spondeat, nobis promittere possimus, maiorum corpus vt carne plenius solidiore ac densiore: sic vberioris quoq; nutrimenti in eo copia maior, eadem ac diuturnior, neq; tamen ea in concoquendo carnis peruicatia, vt venti iculo aduersetur nimirũ, acceptæ statim, atq; attractæ, arctoq; contentricis vndiq; facultatis amplexu, quo iuuari maximè atq; in primis concoctrix facul-
1 tas solet, fotæ, ac mox exquisitè concoquendæ. Color niuei prorsus candoris irreprehensus optimi laudatissimique omni ex parte sanguinis, succiq; spem facit simul, & præstat. Hæc vtriusq; generis priuata. Cõmunia illa excrementis multis vacare, pinguescentiam facere, Venereas operationes iuuisse, colorẽ corporis bonũ addidisse, superfluas ventriculi humiditates eduxisse, restitisse putredini, solutiorem aluũ cohibuisse, præsertim verò adultas, aut senescentes iã, hoc facere, frigiditatis, ac siccitatis excessu, quamuis paruo, idq; ætate tantũ accersito. Nam adolescentiũ adhuc ac nouellarum temperamentũ mirũ, calorq; potiu cum humore; sed modici ambo ac frigiditatis tantum, & siccitatis, quæ senescentibus insunt, respectu. Vnde recolligentibus se ex morbis ad virium refectionem præstabilius nihil, vt hoc quoq; obiter tollãtur Arabum discordia de his dicta, modò frigiditatem, & siccitatem his,
2 calorem modò, atq; humorem tribuentium, ætatum diuersitate considerata. Temperamẽto namq; cum sint ætatis tempore potiore æquo, labente ea inclinanteq; se, facilis in frigidum siccumq; excessus, atq; is non magnus. Quod si quis tamen est temperamenti in Perdicibus iusti, ætate quoq; meliori lapsus: is sanè minoris solummodò generis fuerit per siccitatis exiguum aliquid, cui tenuitatem simul substantiæ maiorem ascripsimus: vnde minus etiam permanens, qua in maiore alimentum, & ex siccitate suppressio alui, humiditatumq; exustio & putredinis resistentia. Hucusq; Alexandrinus Iulius. Aloysius Mundella de nostra Coturnice scribens, boni, & laudabilis nutrimenti esse, vtile ducit, si postquam interempta fuerit sua dio per aliquot dies ad gelu relinquatur, priusquam eam elixes, aut asses, vt magis tenera, & friabilis reddatur eius caro: quæ paulum quidem, inquit, solida est: accidet
3 enim vt facilius deinde à ventriculo cõcoquatur. Item Simeon Sethi Perdices recẽtes non esse edẽdas monet, sed post vnum diem aut alterum, vt amittant, quod est durum. Galenus verò id faciendũ scribit in multis volucribus, quę alas fibrosas, & vniuersam carnem huiusmodi habent, quales sanè Perdices nemo dixerit, si quis tamen eas vltra diem vnam, aut alteram mortuas reseruet aeri expositas, haud dubiò teneriores sunt euasuræ: vti quoq; verissimũ est ab Accipitribus captas suauiores, ac delicatiores esse. Sũt qui pullos veteribus præferunt, ex quibus forsã etiã Scaliger est, qui nimirũ & alibi scriptos reliquit hos versiculos.

Aloysij Mũdellæ, optimo de Coturnicis nostratis carnis vtilitate.

Perdicis caro quãdo sit esui apta.

k In Hippõ. in Nat. P. Alarũ laus.

Iam fumat hædus mulleusq; pinguisq;
Matrisq; proles tusta cura Perdicis.

Qui verò circa gulam exercitati sunt homines, ij in Perdicibus alas potissimum prædicant.
4 Isidorus Perdicis pectus cum superioribus perquam sapidum esse ait, inferiorem partem non æque, sed obseruandum etiam, est Perdices circa Cirrham, propter pabulum carnẽ minimè esculentiam habere. Eiuscemodi enim Perdices sibi quodammodo conscij, vt *l* Ælianus refert, nulli virtuti se esse idoneos, degustatis alijs de industria marcescunt. Quod modò ad coctionis modũ attinet, elixãtur Perdices, vel assãtur: nostrates plerũq; assant. Ex recentioribus Antonius Gazius, præstare mihi, inquit, videtur, Perdices vt elixentur, potiùs quã, vt cõmuniter fit, assentur, vt ex humiditate aquæ siccitas earũ nonnihil tẽperetur, nisi corpora sumentium humida sint. *m* Platina quoq; assari quidem iubet, sed elixam etiã cum pipere, & saluia non insuauem videri asserit. Nicophon apud Athenæum Perdices elixas etiam celebrat in Cheirogastoribus, aut manuarijs artificibus, qui totius operæ quæ-
5 stum ventri impendunt, aut quibus venter improbior est. In Perdice, Attagena, & Turture ex Apicio, in elixis: *Piper, ligusticum, Apij semen, mentham, myrrham, & baccas, vel vuam passam, mel, vinum, acetum, liquamen & oleum: veteris frigido Perdicem cum plumis sua elixabis, & coctura madefactam depilabis. Concisa Perdix potest ex iure coqui, dum indurescat, si iterum ferbuerit, elixa, censeri debet.* Aliter in Perdice, Attagena, & Turture. *Piper ligusticum, mentham, rutæ semen, merum, & oleum calefacies.* Hæc Apicius. In omni assatione (vt modò de hac aliquid dicamus) maximè verò Perdicis Arnoldus obseruandum esse asserit, ne nimium siccentur, & torreantur. Patina Catellonica in Perdices ex Platina. *Perdices assæ ac propè* (Ornithol. legit probè) *cocta alas, & pulpam circumquaque abscindes, indeque*

l lib. 4. de Anim. c. 13.

m li. 9. Deip. 13.

Patina Catellonica.

in locum

in locum modicum salis; armatum caryophillorum contusorum, succus citri, aut maliarantij, quò melius simul hæreant, misceri his debet. Involuatur tamen citò necesse est, & calida devorctur oportet. Edulium cum pectore Perdicis ab eodē *n* alibi describitur. Item quomodo ex Perdice ius consumptum paretur, leges in Capo Artocreas de Perdice ex quodam coquo Gallo. Impone Perdici lardum minutatim incisum, & insperge zinziber tritum cum caryophillis. Atque istæc hactenus de carne Perdicis dicta sunto. Fuerunt etiam exta earum, præterea & ova veteribus in delicijs, nam Heliogabalus perditissimus princeps, qui in eo totus erat, vt parta omnia dilapidaret, Palatinis, teste Lampridio, ingentes dapes exhibuit extis illarum refertas, & Perdicium ouis. *o* Avicenna ova Perdicum inter ea recensēt, quæ corroborant, aitq; naturæ esse temperatæ, & velociter in sanguinem conuerti, parum excrementi relinquere, clarum, & subtilem sanguinem generare, hoc est, conformem sanguini, quo nutritur cor. Alibi etiam eadem ova ouis Gallinaceis comparat, Elluchasim verò putat his esse subtiliora, & minoris etiam nutrimenti. Probè autem appabuntur eiusmodi ova, si elixentur in aqua bullitę cum sale, & aceto, ita vt superficies aquæ æquetur extremæ superficiei ouorum. Nec minus laudatur modus præparationis cum oleo, garo, & modico vino in vase aperto, & suspēso in caldario continente aquam calidam. Frixa in oleo mala sunt: gignunt enim calculos, & fastidium mouent, & colicam: in aqua verò cocta meliora sunt.

n l.7.c.43.

Artocreas de Perdice

Exta.

o l.de Med. cordi.

Ouа.

Ouorū præparatio.

VSVS IN MEDICINA.

INTER cibos elephantiacorum Aretæus Perdices omnes laudat. *a* Hieronymus Cardanus scribit, non malè illum consuluisse, qui morbum Indicum solum Perdicibus assatis curauit. Sunt qui Perdicem coctam cum malis cydonij, & esiratam, iusq; potum cum vino styptico cœliacos, & stomachinos sanare tradunt: Sed caro Perdicis per se sola ventrem sistit, & ventriculi humiditatem exiccat, putredinem aufert. *b* Hippocrates Perdicum carnibus assis vtendum iubet citra condimenta in alui fluxu. Medici quidam pulpas Caponum aut Perdicum medicamentis quibusdā miscent ad restaurandas vires ægrorum deiectas, sed id nullus ferè Medicorū eruditorum probat. Iure verò teste Plinio stomachus recreatur: idem ad iecoris dolorem. Serenus sumi tradit, & Plinius ileo resistere, nec non regio morbo, vt quidam citant ex eodem. Sed Simeon Sethi non ius, sed medullam Perdicis icterico ait sanare, sicum vino hauriatur: & Plinius cerebrum Perdicis è vini cyatis tribus potum, eidem morbo scribit resistere; cui & Sextus, & Constantinus scribunt. Idem *d* Plinius ventriculum Perdicum per se contritum atq; ex vino nigro potum ad ileum commendat. Iecur item aridum tritumq; potum comitiali morbo laborantibus confert, si Haly, & Simeoni Sethi credimus. Sanguinis teste *e* Plinio calis suffusis eximiè prodest alibi etiā Nyctalopas sanare dixit. Fellis verò vsus apud medicos maximè celebris, adeo vt id ceu præstantissimum *f* Dioscorides celebret inquiens: *Fel inter aues præstantissimum Perdicis, Aquilæ & Gallinæ albæ.* Laudat id pariter *g* Galenus ad medicinæ vsū præstare asserens, præcipuè ad remedia aduersus hebetudinē visus & incipientes suffusiones. Recipitur in cōpositiones quasdam ad ocm visus hebetudinē, & cicatrices & incipiētes suffussiones apud *h* eundem, & *i* Ætium. Compositioni cuidam Antonij Musæ ex acuenti visum & ad glaucedinem, vt idē *k* Galenus refert, miscetur fel Perdicis syluestris, & non altilis, sed aliàs legitur succi herbæ perdicij. Ad quem locum commentans Cornarius: de hac electionis, inquit, diuersitate commune fecit rectè vel Antonius Musa, cui pharmacum inscribitur, vel ipse Galenus, cùm valdè diuersa res sint succus herbæ Perdicij, & fel Perdicis syluestris, & ad præsentem vsum fel longè accommodatius sit, ac efficacius (vel fuit etiam alia fellis genera, quorum suprà ad suffusos Galenus mentionem fecit,) quam Perdicij succus. Apud Græcos autem facilis fuit occasio substituendi πετρικὴς βοτάνης χολὴν pro περδικὸς ἀγρίας χολῆς ob similitudinem scripturæ vocum. Apud nos verò etiamsi perdicium latinè dicamus cum Celso, vt Plinius testatur, quam Græci Parthenium vocant, tamen fellis, & succi non est ea similitudo, quæ est apud Græcos χολὴν & χολὴν. Hæc ille. Trallianus Alexander citante Donato Antonio ab Altomari ex felle Perdicis cum melle, & sueco fæniculi illitionem faciendam esse præcipit in suffusione oculorum. Idem Donatus Antonius in cura nyctalopis ait Ætium commendare fel Perdicis, capræ aut hirci ex interuallis. Fel Perdicis cum mellis æquo pondere ad claritatem oculorum laudatur à *m* Plinio, vt quidam citant, & placet, quamquam apud hunc ita refertur, ac si contusis oculis medeatur. *Ad caliginem incipientem suffusionem, & lacrymato* (glaucoma habet Marcellus) *hæc est*, inquit *n* Sextus, com-

a In comix Apib.

Carnis vsus.

b l. 3. de diæta.

Medulla.

c Cap. 3.

Ventriculus.

d l. 30. c. 6.

Iecur.

Sanguis.

e l. 16. c. 8.

Fel.

f l. 2. c. 72.

g l. 10. de simp.

h De cōp. med. suo loc lib. 4. c. 4.

i l. 7. c. 111

k lib. 4. de comp. med. sec. loc. c. 6.

Galenus correctus.

l ca. de suf.

m l. 29. c. 6

n Cap. 9.

compositio vera, vehemens, quod ipsi experti sumus. Perdicis fellis vesicula quicquid habuerit, ad hæc commiscens opobalsamum cyatho vno cyprum sydonia (Cyperi sydonij Marcellus) *cyatho dimidio in se commixtum contere diligenter* (ad summam leuitatem Marcellus) *& repone in pyxide stanea siue argentea* (plumbea Marcellus) *& inde tnunges, miraberis. Et licet quod prorsus non videat, sed tamen si pupillam integram habet, sine difficultate curabitur. Hoc non ipsi frequenter tentauimus.* Eadem descriptio apud Constantinum Africanum legitur, sed deprauatior. Ab albugines sæpè comprobatum remedium. Perdicis masculi felle ex melle illinito: ex *p* Galeno. Fel Perdicis cum melle, & opobalsamo, & succo Marathri visum acuit: ex Kiranide. Idem fel temporibus illitum vt penetret, semel in mense plurimum aiunt ad memoriam confirmandam prodesse: auctor est Simeon Sethi. Nicolaus Myrepsus fel Perdicis ad difficilem auditum & surditatem calidum instillari iubet. Pennæ enim harum auium in medicorum vsum cedunt, quas nimirum nonnulli aduersus vteri strangulationes crematas in linteolo ad olfaciendum porrigant. Ornithologus ex libro quodam manuscripto Germanico ad Apoplexiæ periculum præcauendum, huiusmodi sese remedium reperisse scribit, nempè si fiat suffitus è cumini syluestris genere, quod consolidam regiam vocant, pennis Perdicis, & thure albo. Oua quoque suas vires habent, easq; celeberrimas, atque vtinam multis mulieribus cognitas. Si sorbeantur fæcunditatem facere putantur, & lactis copiam teste *q* Plinio Kiranides soluta cum adipe anserino, mammisq; nutricum inuncta copiam lactis educere ait. Alibi etiam partum accelerare scribit, soluta cum melle, visum acuere. Quemadmodum etiam alibi in cibo sumpta dixit Venerem stimulare, amatoriumq; potum esse. Actius etiam eis, quire venerea vti non possunt, inter cætera, vt Perdicum quis vescantur, consulit, adeo vt oua auium salacitate plurimùm pollentium ad excitandam libidinem in hominibus etiam iuuent, stimulosq; addant. *r* Plinius eorundem ouorum putaminum cinerem cadmiæ mixtum, & cæræ stantes mammas seruare, ne scilicet corrugentur, & flaccescant, putareq; nonnullos scribit, ter circumductas ouo Perdicis mammas non inclinari.

p 3. Eup. 14.

Pennarum vsus.

Oua.

q lib. 30. c. 14.

r Loco citato.

PROVERBIA.

PERDICIS libidinem, inquit Cælius, vsurpari adagio posse scimus, pro efferata, turpi, atq; infami, demumq; pernitiosa: & paulò infrà post recitatam Perdicis in auem sui nominis figurari fabulam, cæterùm, inquit, vt à fabulis ad historicam demigremus veritatem, videtur auis quoque adagio gradum fecisse, nec enim, vt rerum periti tradunt, in animali alio par opus libidinis. *a* Hadrianus Iunius quoque Pherecratis siue eius, qui Chironem composuit, versiculum ab *b* Athenæo repetitum prouerbialiter prolatum esse scribit, qui talis est.

a Cent. 3. Adagio 13. *b* l. 9 c. 3.

Huc inuitus egreditur Perdicis modo.

hoc est vel libidine incitata, vel astutia subdola.

Περδίκας τὺς, siue Περδίκος σκέλος. *Perdicis pes, aut Perdicis tibia*, Prouerbium quod à Suida refertur. Adagiorum author in loripedes quadrare asserit, ac à Perdice caupone claudo ortum esse, conuenireq; crura gracilia atq; distorta. Sed esto aliquid in significatione claudicationis, natura tamen Perdicis efficit, vt ad dolos, & vafritiem spectare adagium arbitremur, cùm scilicet subdolo quempiam ingenio hac progressum speras, ille tamen è vestigio illac se proripit, atq; ita vacillatioue spectantium spem eludit, vt iter eius, aut rerum progressus, euentumq; nunquam possis certa coniectura comprehendere. Nam qui apud Athenæum citatur versus:

Perdicis pes.

Ἔγχει πίδι μοι καὶ τὸ περδίκος σκέλος,

ad huiusmodi pedum inconstantiam, titubationemq; eam, quæ oritur ex nimio potu, facere videtur. Pedes enim tentat vnum luctator dolosus, vt apud Comicum est; Nullum autem inter aues animal Perdice dolosius, neque astutius: vnde illud eiusdem Comici ἐξεπέρδικασας, quippè Perdicis more periculum euadere.

Vinum pedes tentat.

Perdix congregas, quæ non peperit, vt est apud Hieremiam, prouerbialiter etiam dici potest in eos, qui hoc vnum agunt, & student, vt aliena corradant, & in re augenda cum altorum dispendio laborant: siue in eos qui opidus malè partis, incubant iniantque. Tale est. *Tollis quod non posuisti*. Item *metis vbi non seminasti*.

ICONES.

Perdix vbi picta.

IN Rhodo erat pulcher ille Perdix celebre illud Protogenis parergon, de quo in hunc modum *a* Strabo. *In Rhodo Iouis Colossus vnum ex septem miraculis fuit. Iuxta columnam Protogenis pictura erant Ialysus, & satyrus: super columna Perdix, ad quam ita homines habitant, cum nuper tabula esset posita, vt illam solam admirarentur. satyrum verò contemnerent, quanquam perfectissimum opus. Augebant admirationem Perdices mansueta, quæ à nutritoribus allata, & contra pictam oppositæ cancbant ad picturam, & congredi gestiebant. Protogenes videns rem præter opinionem euenisse, ædituos rogat, vt se aclere permittant, quod & ita factum est.*

a lib. 14. Geog.

FABVLOSA.

Perdicis fabula.

PERDIX Dædali nepos fuit, nempe sororis filius, aliàs Talus dictus. Hic reperta serpentis maxilla paruulum cùm secuisset lignum, imitatus postea dentium serpentis spissitudinem ferream serram, teste *a* Diodoro, primus omnium fecit. Reperit etiam tornum, & rotam figuli. Ita cum pluribus rebus profuisset, magna laude celebratus est. Hunc igitur puerum Dædales inuidia motus existimans turpe magistrum ab adolescente gloria vinci, dolo interfecit. Alij Perdicem non Dædali nepotem faciunt, sed sororem, & ambos Eupalami filios. Perdicis verò filium nomine Talum à Dædalo propter inuidiam artis occisum, atq; propterea Perdicem se ipsam suspendisse. Athenienses verò ei honores decreuisse. Cæterum *b* Sophocles Perdicem, non Talum, illum quem Dædalus occidit, vocatum esse scribit. *c* Ouidius à Dædalo ab excelsa turri præcipitatum fabulatur, Deorumq; misericordia in auem sui nominis transformatum: quæ etiam nunc ruinæ illius memor excelsa vitet, humi nidum construens: At audiamus canentem Ouidium: cuius versus quod ad Perdicis naturam maximè spectent, eamq; explicent, ascribere non piguit.

b In comi.

c Met. 8.

Perdix in auem.

Hunc miseri tumulo ponentem corpora nam
Garrula ramoso prospexit ab ilice Perdix:
Et plausit pennis: testataq; gaudia cantu est
Vnicatum volucris, nec visa prioribus annis,
Factaq; nuper auis, longum tibi Dædale crimen.
Namque huic tradiderat fatorum ignara docendam
Progeniem germana suam, natalibus actis
Bis puerum senis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio spinas in pisce notatas
Traxit in exemplum: ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes, & serra reperit vsum
Primus, & ex vno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, & æquali spatio distantibus illis
Altera pars staret: pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit, sacraq; ex arce Minerua
Præcipitem misit, lapsum mentitus: at illum
Quæ fauet ingenijs, excepit Pallas, auemq;
Reddidit, & medio velauit in aere pennis.
Sed Vigor ingenij quondam velocis, in alas
Inq; pedes abijt, nomen quod & ante remansit,
Non tamen hæc altè volucris sua corpora tollit,
Nec facit in ramis, altoq; cacumine nidos:
Præter humum volitat, ponitq; in sepibus ouæ.
Antiquiq; memor metuit sublimia casus.

Huius

Huius figmenti (vtor Pierij Valeriani verbis) talis fertur interpretatio. Impuri homines cùm à sapientiæ arcæ deciderint, à rectis, honestisq; studijs alieni facti, tam etsi astutia freti aliqua suis in rebus excellere videantur, hisq; tractandis super alias attolli, sordidis tamen, & improbis negociationibus implicati, sublime nihil sapiunt; sed humi volitantes, doliſq; & fraudibus omnibus freti, rem quocunque modo facere tantùm studeant, libidinum, & cupiditatum suarum laqueis, & retibus impliciti obuolutiq; eò Perdice deteriores, quòd illis vaferrima est ars ad elabendum, capturamq; declinandum, quod Græci dicunt, ἐκπερδίζειν, hi neque capti fugam moliuntur, neque si euadere possint, studium adhibent vllum, vt salui fiunt. Astutiæ huiusmodi causa factum puto, vt Eucherius eacodæmonem ex Perdicis imagine significari dixerit eo loco (*Clamauit Perdix, congreganit quæ non peperit.*) In fabulis quoque fertur à quibusdam Perdicem venatorem matris amore deflagrasse, vt antè in æquinoctis annotauimus. Sed & hæc fabula ab aue Perdice orta videtur, vt scilicet eadem improbitas sit filiorum in matres, quæ in hoc auium genere parentis in filios. Sunt qui eodem figmento historiam, sunt qui Philosophicum sensum explicent: At ipsa eius impudica procacitas argumentum fabulæ suppeditauit. Homerum infantem Aegyptijs parentibus ortum fabulantur, cùm mel aliquando ex Aegyptiæ nutricis vberibus in os eis manasset, ea nocte nouem voces diuersas edidisse, Hirundinis Pauonis Columbæ, Cornicis, Perdicis &c. vti in Columbæ historia à nobis fusius recitabitur. Nunc ad particularium auium descriptionem properamus.

Dæmonem per Perdicē significari.

DE PERDICIBVS IN SPECIE

& primum de Perdice Græca Bellonij.

Cap. XVII.

AGRÆCA Bellonij Perdice cæterum particulariū descriptiones aufpicandas esse, vel ea saltem ratione operæ pretium fore arbitramur, vt nimirum ex Bellonio attributis similitudinem lector perspicias, quæ ei cum nostrate Coturnice siue Perdice ruffa intercedit, quā fortè idem videns Bellonius Græcæ Perdices nullam nobis iconem exhibuit, exhibiturus proculdubio si peculiaribus notis ab hac differt. *b* Ille verò à nobis Latinis factus hunc ferè in modum de Perdice Græca scripsit. Perdix crassa quam Græci ad imitationem nominis Italicis vulgò Coturnum dicunt, nobis cùm à Galliæ, tum à Gothiæ Perdicibus diuersa esse videtur: nostratibus enim duplo crassior est rostro, pedibusq; rubris, maculis ad anteriorem ventriculi partem, eisdem quibus nostra respersa, mediocris Gallinæ magnitudine. Hocce Perdicis genus in rupibus Colmensibus (Colme) insulisq; Cycladibus, ac maximè in Crætæ maritimis ita frequens est, vt cæteras aues sua frequentia superet. Vocem earum quis à nostratum Perdicum voce distingui existimet; magna siquidem hæc est, sonitumq; faciens, maximè partus tempore, & cùm ad coitum incitatur hanc vocem (caccabis) exprimit, sæpiusq; reiterat. Prosequuntur se inuicem in rupibus. Hinc sit, vt Græci Latinos docuerint, caccabare esse more Perdicum canere. Hoc Perdicis nomen accepimus ab earum voce, nam vulgò Perdris dicuntur, aut alio nomine Cacabis. De hoc genere, quantum ego iudico, intelligendus Aristoteles est, cùm ait. *Gallinæ si cum Perdicibus coeant speciem quandam generant diuersam.* Nidificant sub Dio, tempore Maij, in quibusdam herbis, quo tempore ex rupibus descendunt, loca quærentes, in quibus commodè pullos possint educare: ouа edunt in terra sub aliquo magno lapide, quandoque octodecim, quandoque sexdecim, plus, minus, ouis Gallinæ similia, minora, & alba, & maculis subrubris, frequentibus exiguis respersa, esui, vti Gallinacea, peridonea, sed quorum vitellus non congeletur. Posteaquam pullos exclusere, eos foras educunt in campestria ad pabulum inquirendum. Quapropter hoc Perdicum genus diuersum omnino esse arbitramur à nostra: nam in quibusdam Italiæ locis vtraque reperitur, & diuersis nominibus indigitatur, hac nimirum adhibita distinctione, vt vna Coturno vulgò vocetur, altera Perdicis nomen referat. Hucusque Bellonius.

a l. 5. c. 13.

b lib. 5. de Aui. c. 13.

Coturni descriptio.

Magnitudo

Locus.

Vox.

Caccabare quid.

Nidulatio.

Oua.

Educatio.

DE PERDICE RVFFA, siue de Perdice maiori. Cap. XVIII.

NECESSARIVM profecto fuerit ob allatam superiori capite rationem, hic quoq; inferere, quæ de hac auc idem *a* Bellonius prodidit. Cùm, inquit, iam in Perdicis Græcæ mentionem inciderimus, placuit etiam de nostratibus iam nunc verba facere: nam & moribus, & natura cum illis conueniunt: cum Aristoteles in multis locis, maximè libro quinto capite quinto abundè de Perdicibus scripserit, & Plinius ea ad verbum in suam historiam transtulerit, itaq; pauca nobis dicenda supersunt, nisi etiam eadem reperere velimus. Perdices omnes propè humum volant, & impetuosè, neq; arboribus insident, neq, in eiusdem nidulantur, at propè terram versantur, quemadmodum & cæteræ aues corpulentiores. Hyberno tempore gregatim volant, sunt enim istiusmodi naturæ, vt quindecim, aut sexdecim pullos vnico incubatu excluſos educent, hiq; tota hyeme inuicem degant. Sed vere, cùm mas fœmellæ se adiungit, binatim volant, nam tunc volatus, earum inuicem separatur. Fœmellam ferunt duobus in locis parere, hanc in vno, in altero masculum incubare. Mas siquidem, vt fœmina incubant, & educant. Vterq; suos educit in agros. Victitant grauis. Vbi opus est pullos suos sub alis Gallinarum more fouent: quod si quis fortè fortuna ipsam cum pullis reperiat, non auolat, sed huc atq; illuc currentes pullos conuocat, quibus natura prospexit, vt optimè currant, & sese abscondant, ita vt ex receptis illis in locum munitum, vnum eorum capere arduissimum sit. Quod ad hoc verò attinet, quod aiunt matrem seipsam pro ijsdem venatori ceu capiendum sponte offerre, vel alam, vel tibiam læsam habere fingere, vt scilicet interea temporis illi effugiendi tempus habeant, id & verisimilium est, & cùm in Perdice Græca, tùm in nostrate obseruari potest. Etenim inuentos pullos, si quis prosequatur, capiatuè, illa conti nuò modò huc, modò illuc volitat, atq; importunâ aucupanti sese præbet quinimo, nisi etiam valde sagax catulus sit ad manũ, nulla amplius capiẽdi illâ spes supereſt. Ex cantu Perdicum iam matutinum crepusculum appropinquare signum est longè certissimum. Noctu simul degunt, at suboriente luce inuicem secedunt, hæc huc, illa illuc victum quæsitura. Voce enim inuicem edita congregare nouerunt. Perdices, & Coturnices teste *b* Aristotele admodum salaces sunt: idem ait calibi mares dum fœminæ incubant, cęlibes vocari, atque tunc pugnam inter se conserere, victum victorem sequi, ab eoq; solo fubigi, nisi à comite Principis, aut quouis vulgari vincatur, nam tunc clam à principe, ac furtim iniri. Verùm hoc fieri, nisi certo anni tempore planum est mansuetorum exemplo: nam vt ait Aristoteles: Perdices mansueti, & domestici subigunt feros, & spernunt, contumelioseq; tractant. Perdices semper in delicijs habitos vero simillimum est. Carne enim sunt valdè firma, & quæ saporis prærogatiua cæterarum volucrum carnem facilè superat, quamuis apud antiquos non tanti, vti nostro æuo æstimata fuerit. Martialis sic canit:

Carior est Perdix, sic sapit illa magis.

Cumq; Perdici caro delicata admodum sit, palatoq; gratissima, ita pariter maximopere laudatur, quòd multum nutriat, faciliq; valde negotio digeratur, atq; optimum in corpore sanguinem generet: gratior est, si aliquantulum mortua reseruetur. Hippocrates fel Perdicis in argenteo vale seruatum laudauit aduersus affectus oculorum, & ad clariorem vsum. Sanguis Perdicum etiam prodest in recentioribus oculorum viceribus, ruboreq; aliquoties eorundem curauit. Hæc omnia Bellonius, nullam nobis auis, cuius alioqui iconem exhibet, descriptionem afferens. Quod autem Hippocratem scribat, Perdicis felle vti aduersus oculorum mala: id quidem lapsus memoria fecisse videri potest, quando nihil tale in Hippocratis operibus legitur, cuius ego sparsas sententias, quæ de medicamentis agunt à rebus naturalibus acceptis in ordinem alphabeticum redegi, & fauente Deo aliquando in lucem edere constitui: opus me hercule medicis omnibus perquam vtile, & necessarium; ex cuius enim lectione facilè agnoscant, nullum ferè morbi genus dari, cui suum remedium apud illum virum non sit assignatum, quando iam à barbaris ferè solis, & ipsi fortassis barbari sua præsidia hauriunt; sed stylum orationis institutæ recipientes, Coturnix nostratibus

a lib. 5. de Aui. c. 14.

Volatus.

Partus.

Cursus.

Victus.

Amoris signum.

b l. 1. de hi. cap. 1. c 9. Hi. c. 8.

Perdices cælibes quæ.

Caro.

Fellis vsus Sanguis.

Bellonius memoria lapsus.

Perdix ruffa cum gramine ſpicato facie panici.



Coturnicis Italorũ descriptio. stratibus appellata siue Perdix rufa, siue maior (his enim potissimùm nominibus indignatur) describenda restat. Descriptionem autem accuratissimam nobis dedit Ornithologus, quam ne quid actum agamus, eamq; aspernari videamur, libentissimè in nostra istæc commentaria transtulimus. *Rostrum.* Rostrum, inquit, in hac aue (vt ipse manibus tractans obseruaui) *Pedes.* cocci colore: pedes minus rubent. *Color.* Color cinereus per dorsum, pectus, & caput. *Oculi.* Ab oculis linea nigra retrò per collum tendit: inde reflexa per pectoris partem supremam semicirculum facit: quod intra eam est, albicat. Oculorum quoque palpebræ marginibus rubent. *Venter.* Venter subrufus est. Vtrinque ad latera pennæ varijs coloribus distinguuntur, albo, subrufo, & nigro splendente. Magnitudo, & rostri figura quæ Columbæ. Hæc ille: & reuera tota auis Columbam ita exprimit, vt nisi caudæ breuitas obstaret, qui aliàs eam non vidit, ex Columbarum genere iudicaturus fuerit.

DE PERDICE MINORE, siue Cinerea. Cap. XIX.

a lib. 5. de Aui. c. 15. DE hoc Perdicum genere ita scribebat a Bellonius. Minorem hanc Perdicem cineream (ita enim grisè transfero, licet ipse Gallus fuluam vertat) Græcis ignotam fuisse præsupponendum est, quando eius gentis authorum nemo illius meminerit, quemadmodum quoque nemo latinorum, nisi auis sub primæ nomine illam quoq; comprehensam ab ipsis statuas. Minor est rufa, ne- *Magnitudo* que eam præsefert excellentiam quam rufa, sed in omnibus maculis inferior est, hoc est mi- *Color.* nus colorata: quare etiam minoris venditur. Vocata est cinerea à pennarum colore, ad quem rostrum quoq;, tibiæ, pedesq; vergunt: habet item rubri aliquid in temporibus vti rubra, & Græca, quo pulli nisi iam trimestre excesserint, carent. Gregatim volat, vt aliæ antè dictæ, vere verò binatim: summa summarum eiusdem naturæ est, ijsdem minoribus prædita, cæterùm *Volatus.* vbiuis frequens. Hucusq; Bellonius haud satis perfectè, notam alitem describens: si qui ac- *Mores.* curatiorem descriptionem desiderent, Ornithologi, qui in delineandis animalibus, maximè verò auibus diligentissimus fuit, descriptionem legant: quam hoc loco qui nihil in hoc opere quantum fieri potest, præterire volo, ponere non piguit. Est autem huiusmodi. Perdici *Rostrum.* nostrati color omnino varius, nec facilis descriptu. Rostrum subfuscum est. *Crura.* Crura è fusco albicant. *Caput.* Sinciput, partes circa oculos, & prora capitis cum initio colli inferioris rufo colore *Collum.* simplici insignuntur. Reliquum caput superius è rufio fuscum est. *Pectus.* Singulæ autem plumæ per *Venter.* medium maculis distinguntur ruth coloris diluti. Collum, & pectus cinerea sunt, exiguis maculis nigris quasi per versus crispos, & vndantes interstincta, qualis in sciuris Ponticis color apparet. In medio ventre vtrinque pennæ quædam ruth coloris ad fuscum tendentis sunt. Inferiora ventris, & crura modicæ supra genu plumæ albicantes subfuscæ vestiunt. *Dorsum.* Dorsum, *Cauda.* cauda, & alæ, varios alternis colores indicant. Nam in dorso, caudaq; nigricantem, subfla- *Ala.* uum, & ruffum saturum colores videas per transuersum alternatim dispositos: minimum autè nigri est, & quasi per puncta versuum vndantium. In alis pennæ maiores fuscæ sunt maculis ruffis maiusculis per transuersum aspersæ. In ijsdem minores, superioresq; pennæ magis variæ, & splendidæ sunt, eodem ferè quo per dorsum colore, sed singulas linea media albicans, elegantissimè distinguit, latere etiam cinereo colore sunt, vt in collo, & pectore, sed maculæ aliquot latiusculæ ruffæ per transuersum intercipiunt. Longitudo cauda digiti quatuor, & colli similiter, vel paulò minus. Et talis quidem mas erat, ni fallor, mihi hæc contemplanti in- *Pennæ.* spectus, fœmina fortè nonnihil differt. Vncias appendebat duodecim cum dimidia.

DE

Perdix cinerea, siue Starna, cum Origano Heracleotico.



Perdix Damaſcena cum perdicio, ſiue parietaria.



DE PERDICE DAMASCENA. Cap. XX.

AVIS, cuius hic modò iconem delineatam exhibui, tota specie, breuitate corporis, crassitieq; ad Perdices accedit, color verò adeo minoribus similis, vt vix ex primo intuitu distinguas: pedes tamen in hac quodammodo lutei sunt: rostrum item prolixius, cùm alioqui auis multò sit minor, quam uis contrà expressa hic icon ostendat: etenim pictor nimis magnam reddidit. Hanc nescio quis mihi transmisit sub titulo Perdicis Damascenæ: verùm nunquid Damasco deportata sit, me etiamnum latet. Syroperdix Ælianinon est, etsi magnitudo respondeat: non enim nigra est nostra auis, neq; rostrum habet ruffum, vt de Syroperdice ille tradit, quam pariter in Antiochia Pisidiæ lapides exesse & conficere memorat, necnon & nunquã mansuescere, & semper in feritate perseuerare: carnes item densiores esse, quàm cæterorum, & suauiorem cibi vsum præstare. *b* Bellonius, vti antea quoq; annotauimus, Lagopodis quandam speciem pro Perdice Damascena tradit. Quare operæ pretium fuerit deinceps de Lagopodibus agere, tum ob hanc, tum ob aliam rationem, nimirum quia propter carnis quoque præstantiam Perdices albæ hodie communiter appellantur.

Color. Pedes. Rostrum. Magnitud. Syroperdix Aeliani.

a lib 16. de Ani. c. 7.

b l. 5. c. 16.

DE PERDICE ALBA, siue de Lagopode. Cap. XXI.

ÆQVIVOCA.

AVEM, quam *a* Plinius Lagopodem vocauit, *b* Bellonius nonnullique alij Neoterici Perdicem albam nuncupant: at hęc vox vulgaribus Perdicibus albis etiam competit. Albas autem has reperiri, inter alios fidissimus testis est *c* Iulius Cæsar Scaliger, qui eas, vti etiam albos Lepores in Allobrogũ alpibus sese esitasse scribit. Præterea ciuis quidam Curiæ Rhætorum, referente Ornithologo, vir non indoctus Perdices albas in montibus Rhætorum inueniri affirmauit, nihil à vulgaribus nostris differentes, nisi quod colorem, quem æstate fuscum, & nostris similem habent, hyeme in candidum mutent, quemadmodũ & Lepores in ijdem montibus, quorũ pedes etiam villosos Perdices illæ repræsentent. Alebat autem totas esse candidas, præter minimas quasdam notas, quæ circa aues nigricent: Lagopodes verò, quamuis eadem magnitudine sint, non tamen esse Perdicum generis: & in frigidissimis montiũ iugis, vel acuminibus niorari: vbi ne frutices quidem vlli præ frigore nimio crescere possunt: Perdices locis non adeo frigidis reperiri, & maximè inter iunipe-ros: Hæc ille vir: at non satis distinctè, siquidem albæ Perdices non habent villosos pedes, quos Lagopodas esse, hoc est, leporinis pedibus, nocturnis quibusdam auibus quomodo competit, licet alioqui inferius, seu sub pedibus villos non habeant, vt Pliniana Lagopus: vnde in hoc parum circumspectus Albertus, alioqui Philosophus eximius, atque vtinam Latinioræuo natus, Lagopoda Plinianam cum nocturna aue confundens hunc in modum scribit. *Lagopus pedes habet leporinos, & villum pro plumis, & male volat: & ideo in specubus sub terra viuit, quod si ad prædam aliquando prosilit mox eam capta ad antrum redit & comedit:* & mox hoc ex Plinio addit, *non mansuescere captam mori & citissime putrescere.* *e* Martialis carmen (vt vulgaria exemplaria habent) Lagopoda auritam nominans.

Si meus aurita gaudet Lagopode Flaccus.

mea quidem sententia de nocturna aue intelligendum, quando Lagopus Pliniana neutiquam aurita est: ad hæc Martiali non de lautis auibus sermo est, at de quodammodo porrosis, quales nocturnæ sunt. Quare satis mirari nequeo, neque Ornithologum, neque Bello-

a l. 10. cap. 58.

b lib. 6. de Aui. c. 16.

c Exer. 591.

Perdices albæ.

Lepores albi vbi.

Lagopodes vbi degãt.

d l. 10. cap. 48.

Lagopodes quæ sint.

Alberti error.

e l. 7. Epig. Lagopus aurita.

Martialis explicatus.

Bellonium hæc vidisse, quæ videns doctissimus, & Cæsare Scaligero patre dignus f Iosephus Scaliger in expositione huius Propertiani versus, *Graucidos & catulæ vox est mihi grata querenti*, pro Lagopode apud Martialem legendum scribit Glaucopide, aue scilicet nocturna, sed verba clarissimi illius viri ascribere clarioris doctrinæ causa non debeat pigere. Graucidos, & catulæ lege, inquit, Glaucidos, ita vocat ab oculis. Glaucos oculos intelligit, quos Galli vulgò vocant Veronos: quales sunt in plerisq; catellis. Quin & multos catellos vidimus, qui altero rauo, altero glauco erant. Glaucopides, qui vtroque glauco sunt, Græci vocant. Tales aues nocturnæ: omnes enim vna appellatione γλαυκωπίδων comprehenduntur. Martialis.

f lib. 4. in comm.

Catulæ glaucis oculis quæ.

Glaucopides qui.

Si meus auritæ gaudet Glaucopide Flaccus.

Martialis correctus.

In qua lectione etiam in manuscriptis exemplaribus menda inoleuit, vt pro Glaucopide Lagopode legatur. Atqui tria absurda sequantur necesse est. Primum Lagopodem non esse auritam. Est enim Lagopus, quam Perdicem albam Inalpini vocant. Deinde prima syllaba corripitur. Postremò auis illa pulcherrima est: ideoq; non videtur inter monstra, & deformia portenta naturæ annumeranda: quum tamen hoc agat Martialis, vt ostendat, monstra placuisse illis viris, quos ordine recenset. At contrà Glaucopis seu Bubo, & aurita, & sanè non inter illa venusta animalia numeranda. Hæc omnia Scaliger filius: è quibus facillimè constare arbitror ignaros rerum naturalium Grammaticos nobis pro Glaucopide aue Lagopodem toto genere, & natura diuersam obtrusisse: quorum quoq; alij eò inscitiæ deuenere, vt Lagopice legerint, & quàm vocem quidam omnium ineptissimè ancillæ nomen interpretantur. Rursus diuersa à Lagopode nostra Lagodia est. Nam Alexander Myndius, referente g Athenæo, & Otidem cum Oto, qui Lagodia dici potest, confundente, Otidem λαγωδίαν cognominari ait. Quidam viri docti Germani Lagopodem croceam Germanicè interpretantur Emmerling. Goldammer quod est genus Passerum, Ornithologo teste. Lagopus autem crocea apud Plinium secunda species est, sola magnitudine à Coturnicibus differens: quæ mihi longè alia auis est, vt suo postmodum patebit loco. Postremò Lagopus Dioscoridi plantæ genus est, at quod tam paucis perstrinxit, vt ex eius verbis, quisnam verus sit Lagopus veterum, intelligere vix quispiam possit: sed de hoc nos suo aliquando volente Deo, agemus loco.

Lagopice. Lagodia.

g l. 9. c. 13.

Emmerlig Goldämer.

Lagopus crocea.

SYNONYMA.

LAGOPVS nomen Græcum est, vel ipsomet a Plinio teste, qui & id in latium transtulit, inquiens, *pedes leporino vllo ei nomen dedere*. λαγὼς enim lepus est. Hæc auis Hesychio, & Varino λαγωὶνις meo iudicio dicitur: neque alia fuerit Lagois b Horatio, etsi multi interpres piscem transferat, quemadmodum etiam Calepinus facit, qui tamen aliàs auis genus esse concedit, quæ leporinas habet carnes: quod ex Acrone Horatij scholiaste transcripsit, apud quem sic legitur. *Aut Lagois est auis, quæ carnem leporis habere perhibetur aut genus piscis, quod in mari Italo non reperitur:* ignarus scilicet & ipse, quid Lagois Horatio significet piscemne, an auem, in eo à Plinio dissentiens, quòd carnes leporis habere dicat, quando hic à pedum leporis similitudine nomen, vt dixi, deducat. Verùm videbat Acron Poetam à delicato ad delicationem victum progredi, itaq; ceu leporinis carnibus similem carnem celebrare Horatium cogitabat, nam

a l. 10. cap. 38.

λαγωλὶνις Lagois Horatij.

b l. 2. ser. 2

Calepini, & Acronis error.

Leporinæ carnis laus

Horatius explicatus.

Inter quadrupedes gloria prima lepus:

Vt inquit ille: neq; ita longè à scopo aberrauit, siquidem Poeta postquam nobiliores pisces, vti exempli gratia scaurum, & ostrea nominasset, ab his ad maiora oblectamenta, quæ ex delicatioribus carnibus percipiuntur, transit, quod vel ex subsequenti saltem versu manifestò satis constare cuiquam potest, sed Poetam audiamus canentem, quò melius intelligamur.

Sperne cibum vilem; nisi Hymettia mella Falerno
Ne bibitis diluta feris est promus, & atrum
Defendens pisceis hyemat mare, cum sale panis
Latrantem stomachum leniet. Vnde putas, aut
Qui partum? Non in caro nidore voluptas
Summa, sed in te ipso est. Tu pulmentaria quære
Sudando: pinguem vitijs, albumq; nec ostrea,

Non

Nec scarus, aut poterit peregrina viuare Lagois.
Vix tamen eripiam, posito Pauone, velis quo
Hoc potius, quàm Gallina tergere palatum
Corruptus vanis rerum: quia veneat auro
Rara auis: & picta pandat spectacula cauda.

Lagois cur Horatio Peregrina dicatur.

Veruntamen dictio peregrina morosioribus quibusdam Grammaticorum ingenijs fastidium mouerit, qua Poeta ceu epitheto Lagois vtitur, cùm interim ea nostra opinionem non parum astruat, ac confirmet: nam hæc nostra, aut potiùs Pliniana Lagopus rarò, vel nunquam in Italia, nisi Tridentinis quandoq; montibus Germaniæ conterminis delata capitur. Sed mirum cuipiam videatur, quomodo etymum suum hæc auis Lagopus, vt dixi, vel Lagois dicta è Græcia agnoscat, cùm alioqui *c* Aristoteli planè fuerit incognita, qui nempè alibi nobis scriptum reliquit: nullum animal præter vnum leporem pedes villosos habere. Quapropter Aristoteli existimem hocce auium genus prorsus fuisse incognitum, & Plinium ex alio Græco id nomine descripsisse. Sed iam cætera synonyma, si quæ supersunt prosequamur. *d* Bellonius Gallicè vocat Perdix Blanche de Sauoie, id est, Perdicem albam Sabaudicam. Ornithologus in Sabaudia Vallesijs finitima Arbenne vocari sese accepisse scribit: cui inquit proximum nomen est Vrblan, Italis in Lombardia vsitatum: sed eiusmodi vox mihi, & Italo, & Lombardo quodammodo, planè inaudita est, neq; Italica videtur: Burmij in Rhetis Italicè loquentes appellant, Rhoucas, teste eodem Ornithologo, & alibi Herbei: alibi Perdice alpestre: qui circa Tridentum habitant, Pernise bianche della Montaigne, id est, Perdicem albam montanam. In quibusdam Italiæ locis audio vocari Perdices petrosas. Ab Heluetijs montium incolis Germanicè nominatur Schechun, Schneuuogel, ei Vuyld Rabhun, ein Vuild VVyszhun steinhun, circa Lucernam schrathun: Quæ vocabula partim à colore candido facta sunt, partim à locis vbi degunt, niuibus scilicet, & scopulis circa montium vertices. Postremæ vocis significationem Ornithologus Heluetius ipse se non assequi scribit, tantùm abest, vt ego eius rationem assignare valeam.

Lagopus Aristoteli incognita.

c l. 3. Hist. cap. 12.

d lib. 5. de Aui. c. 17.

Perdix blanche. Arbenne. Vrblan. Rhouca. Herbey. Perdix petrosa.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

BINA Lagopodis genera *a* Plinius describit his verbis: *Alpium peculiaris auis est Lagopus, præcipuo sapore: pedes leporino villo insignes ei nomen hoc dedere, caterò candida, Columbarum magnitudine. Non extra terram, in qua nascitur, ea vesci facilè, quando nec viua mansuescit, & corpus occisæ statim marcescit. Est & alia nomine eodem à Coturnicibus magnitudine tantum differens croceo tinctu, cibis gratissima.* Prima itaq; Pliniana Lagopus ea fuerit, quam *b* Iulius Cæsar Scaliger depingit, inquiens: *Est in Pyrenæis Perdicis facie, cuius rubra crura tegit pluma Columbarum more: ipsa tota candida. Hanc equidem puto Lagopoda Plinianam. Vbi locis inferioribus liquantur niues, altiora, & soli auersa loca persequuntur: in quibus nix perennat. Idcirco rarò capitur in campis. Tanti candoris est, vt à venatoribus hoc solo, quod niues superat, visu deprehendatur. Latet enim homine conspecto: eoq; dissimulato, sese motu prodere cauet. Tanta ei fallendi fiducia niuis similitudine, & quæ sequuntur.* Quæ profectò descriptio quoad auis colorem, magnitudinem, & locum, in quo degit, absq; vlla controuersia Plinianæ ex æquo respondet. Quam enim Ornithologus depingit, binas autem, easq; diuersas depingit, vniusq; nobis iconem exhibet, alterius quoq; in appendice operis iconem daturum pollicitus, sed in fine operis eandem nobis pro diuersa obtrudit, estq; ea, quam & nos depictam damus, & quæ ex Heluetia mihi & ab Eminentiss. & Reuerendissimo Card. Paleoto tunc temporis Auditore Rotæ ad sacratissimam Tridentinam Synodum à Paulo Quarto Pontifice Optimo Max. propter multi iugam eius eruditionem misso mihi transmissa fuit, propter aliquot nigras potissimum pennas, quas, vt mox in descriptione patebit, habebat, neutra Plinianæ ex æquo respondet, quemadmodum neq; illa quam aliquando apud Serenissimum Magnum Hetruriæ Ducem obseruaui, cui propè rostrum, & vropygium macula erat nigra. *e* Olaus magnus in septentrione genus auium niualium esse attestatur, quæ in sæuissima hyeme tantùm, & magnis niuibus prodeant, Turdi magnitudine, & sapore, totaq; candidæ. Has aues Ornithologus Lagopodes esse iudicat, vel eis congeneres: at magnitudo a Plinio Lagopodi albæ ascripta non respondet. Quod modò ad secundum Plinianum genus attinet, inter omnes, quotquot hactenus scripserunt, & quotquot rerum naturalium peritiam profitentur, nemo præter vnum Ornithologum, qui suspicatur illud genus

a lib. 10. c. 48.

b Exer. 59. Lagopus Pliniana.

Ornithologi Lagopoda non esse veram plinianam.

e l. 19. ver. sept. c. 19.

Aues albæ Lagopodes creditæ.

Authoris humilitas.

esse, quod primo loco nos exhibebimus, nemo inquam hactenus de eo iudicauit. Quapropter oratos & exoratos quosdam homines velim, qui in iudicando nimis sæpè superstitiosi tacere omnino malunt, quàm propriam opinionem super aliqua re ambigua in medium afferre: vt si ipsis noua istæc mea super hac alite minus arrideat, saltem æqui boniq; consulant. Opinor itaq; sicuti quoque in Perdicum historia annotaui, hoc secundum Lagopodis genus eam auem esse, quam *a* Petrus Bellonius nobis descripsit, depinxitq; sub titulo Perdicis Damascenæ, vel Syriacæ. Conferte obsecro Plinianis verbis Belloniana, & vos etiam, qui nimis scrupulosa curâ paruula quæque momenta examinatis, non dubito, non hæsito, quin opinionis meæ ocyus & accessores, & patronos habuero. *a* Plinius sola magnitudine hanc Lagopodem à Coturnicibus differre dixit, innuens interim colore quodammodo similes esse, sed croceo tinctu: circũ oculos nimirũ quod Perdicibus omnibus cõmune est, imo & Lagopodi tum nostræ, tum Ornithologi, & (vt opinor) Plinianæ, & Scaligeranæ. Nam & apud Alphonsum eius nominis Secundum Serenissimum Ferrariensium Ducem, Lagopodem obseruaui eiusmodi oculis, cætera candidam. Bellonij Damascena Perdix Coturnicis instar diuersicolor est, dorso, & collo Gallinaginem, seu Rusticulam æmulans. Accedit par vtriq; magnitudo: est enim rubris, & cinereis Perdicibus minor, hoc est media inter Coturnices, & Perdices minores magnitudine: Attamen hoc vnicũ duntaxat signum obstat, quod Bellonius Perdici suæ torquem in pectore tribuat: cuius sanè, & Plinius erat facturus mentionem, si eo sua auis decorata fuisset. Sed cùm & id in icone, quam Bellonius exhibet, & quam mox ex eo nos quoq; dabimus, non conspiciatur, itaq; id ceu parui, aut nullius fortassis momenti, & tanquam parum conspicuum à Plinio fuisse omissum arbitror. Erant enim veteres in descriptionibus suis vel admodum negligentes, vel saltem parum circumspecti, quemadmodum & nos sæpe in rebus tritis delineandis.

Lagopus altera Plinij quæst. 2. lib. 2. obseruat. cap. 93. & 5. de Anib. c. 14. & l. 10. cap. 38.

Plinius expositus.

Lagopus croceis oculis cætera candida.

FORMA. DESCRIPTIO.

Magnitudo.

Color.

Pedes.

Rostrum.

Cilia.

LAGOPODA mihi missam ita descripsi: magnitudo alitis à rostro ad caudæ vsque extremitatem commensuratæ respondebat magnitudini Columbæ, duos nimirum fermè dodrantes explens. Tota erat candida, si caudæ pennas excipias, quarum pleræq; nigræ erant. Pedes, & digiti pennis vestiebantur. Rostrum nigricabat. Supercilia in mare magis quam in fœmina rubebant: nam in hac erant pallidiora. Auriũ foramen satis patulum. Mas habebat in collo maculas quasdam nigricantes, quæ in fœmina nõ erant. Plumarum radices in vtraq; erant nigræ. Ex hisce, nisi turpiter labimur, vel cœco clarum arbitramur hanc eam Lagopoda esse, quam Ornithologus variam appellans, ita delineauit. Alterum etiam Lagopodis genus in Heluetiæ montibus reperitur. Auis huius generis, quam descripsi, mas erat, ventre candido, & alis quoq; albissimis. A posteriore parte tamen pennæ aliquæ partim fuscæ, partim varia (στικται) erant. Caput, collum, & dorsum plumis fuscis, & maculosis distinguebantur. Collum supina parte plurimum albi, nigri parum habebat: prona partim varias, partim albas plumas. Pellicula supra oculos vtrinque semicirculi figura rutila eminebat. Rostrum perbreue, nigrum: cuius pars superiori incuruata, inferiorem canaliculatam in se recipiebat. Cauda digitos quinque, longa duodecim pennis nigris constabat, & duabus in medio candidis, & tribus, aut quatuor varijs. Circa coxas densæ, & mulctæ erant albæ plumæ, ad imos vsque digitorum vngues adnatæ, ita vt nihil planè nudum appareat exceptis vnguiculis nigris. Vola pedis tantùm, & interna digitorum pars sine plumis erant; digiti tamen vndiquaque cocuntibus plumis tanquam pilis integi poterant. Magnitudo Columbæ, aut paulò maior. Longitudo totius circiter palmos quinque. Hanc auem circa Tridentium Italicè puto dici Otorno: circa Verbanum Lacum Colmestre. Nostri priuatim Stheinhun, id est saxatilem Gallinam appellant, & vt præcedentem (quam mox describemus, & depingemus) aliqui. Sunt qui, distinguendi gratia, magnitudinis differentiam adijciant. Gonijcio autem secundum hoc genus paulò maius esse. De priore quidem genere dubium mihi non est, quin sint Lagopus prima Plinij, candida, &c. Hoc secundum verò, etsi dubitari fortè potest, an secunda Plinij Lagopus sit, quam à Coturnicibus magnitudine tantùm differre scribit; omnino tamen ad idem genus cum prima referri debet. Hæc omnia Ornithologus. Mihi neutra Plinianis Lagopodibus respondere exæquo videtur. De Lagopode verò, quam Plinij primam esse affirmat, hunc in modum scribit addita icone.

Lagopus varia Ornithologi.

Color.

Collum.

Cilia.

Rostrum.

Cauda.

Coxæ.

Pedes.

Magnitudo.

Lõgitudo.

Otorno.

Colmestre

Steinhun.

Lagopodis Plinianæ descriptio.

Allata

Lagopus auis, cum lagopode herba.



Allata eſt mihi aliquando Lagopus, initio Maij capta magnitudine Columbæ, tota candida, niſi quòd pennæ in cauda vtrinque nigræ erant, (Plinius totam candidam eſſe ait) Pedes, & digiti vndiquaq; hirſuti, vt in lepore. Roſtrum quale Galli Corylorum dicti, quem Attaginem interpretor. Auriculæ nullæ, nec aliquid aurium inſtar eminens, vt mireris, cur Lagopodem auritam Martialis dixerit. Amplius corpus mari, & à roſtro oculos verſus linea nigra, qua fœmina caret. Supercilia etiam, ideſt, ſemicirculi ſupra oculos in mare magis rubent, in fœmina pallent. Æſtatem fuſcam eſſe aiunt, non albam: eas verò, quæ non aſcendant in montes, ne hyeme quidem albeſcere. (Vel hinc ſaltem quis Plinianam Lagopoda non eſſe non videat?) Eadem in ijs quæ in Perdicibus, obſeruari, quòd oua humi pariant, & quòd gregatim volent, nec in ſublime. Vocem edere non diſſimilem ceruinæ. Propè niuem, & glaciem degere in Alpium verticibus tota hyeme. Canis equorum veſtigijs per niuem aliquando inſidere, vnde, ſi quis fortè accedat, ſubitò euolent. Viatore propè admittere, minimè ſuſpicaces. Capit interdum pane tantùm obiecto, alio accedente à tergo. Hactenus ille. Supereſt Belloniana Perdix Damaſcena, ſeu Syroperdix, de qua his verbis a latinus factus loquitur. Quamuis reperiantur authores, qui Perdicis mentionem faciunt, quæ latinis Syroperdix appellatur, tota nigra præter roſtrum, quod rubrum eſt, nulla ratione manſueſcens, frequens verò in Antiochia, & Piſidia. Veruntamen Damaſci morantes aliam auem ſpeciem obſeruauimus, quam, cum nullum, quod antiquitatem ſaperet, nomen ei accommodare ſciremus, Perdicem Damaſcenam appellauimus. At ne eadem, quæ de ea ſcripſimus diuerſimodè repetamus, itaq; iſtæc ex capite nonageſimo tertio libri ſecundi noſtrarum obſeruationum excerpſimus, vbi ita ſcripſeramus. Nullæ ſunt Damaſci

Auricula. Supercilia.

Vox. Locus. Capiendi ratio. Perdicis Damaſcenæ deſcriptio. a l. 6. Hiſt. anim. c. 16. Color. Roſtrum. Nomenclatura.

Lagopus altera, Perdix Damaſcena Bellonij, cum gramine phalaroide.



Magnitudo Color.

(vtitur nunc interpretatione doctiſſimi Caroli Cluſij Atrebatenſis, qui Bellonij obſeruationes ex Gallia in latium tranſtulit) ſylueſtres aues magis inſignes, quã eius regionis Perdices: minores eæ ſunt rubris, & cinereis. Dorſi, & colli colore Gallinaginem, ſiue Ruſticulam æmulantur: alis verò alius ineſt color, nam quæ corpori iunguntur albis, fuſcis, & fuluis

pen-

pennis integuntur: decem verò remiges pennæ cinereæ sunt, alarum pars interior, & venter albent, torquem habet in pectore, vt Merula torquata, vel Tetrax, rubro, & fulgo flauoq; coloribus constantem: alioqui capitis, & colli inferiore parte rostro, & oculis Perdicis similes, breuisq; cauda. Eam inter alterius Ortygometræ, seu Perdicis Rusticulæ, aut Pluuier Gallorum genera reposuissemus, nisi crura haberet pennis vestita, vt Allobrogica Perdix alba, quæ Lagopus est, vel Columba plumatis pedibus. Iconem in nostris obseruationibus non expressimus, at spontè in hunc locum exprimendam reseruauimus. Hæc ille.

NATVRA. MORES.

LAGOPODES non extra terram, teste *a* Plinio, in qua nascuntur, facilè vescuntur, tantæ nimirum feritatis atq; indomitæ naturæ, vt viuæ nunquam mansuescant, & corpus occisarũ statim marcescat. Atq; hæc tantummodò de natura Lagopodum apud veteres exarata inuenias. Recentiores autẽ in eius inuestigatione longè diligentiores extiterunt, sed ex quorum relationibus tamẽ nihil certi colligas, Perdicumnè naturam sapiant, vt affirmat *b* Bellonius, an cõtra animalia sint simplicia, ac penitus stolida, vt *c* Scaliger significare videtur, tantam simplicitatem eius tribuens, vt à venatoribus dispositã lapidum seriem transilire non audeant, sed secundum illam, quasi secus murum insuperabilem decurrentes in decipulas incidant. Sed Bellonium hoc latuerit, & quod idem Scaliger subdit tantummodò examinauerit, idq; vafritiei, calliditatiq; ascripserit, potius quam ingenij stoliditati, videlicet, quòd conspecto homine lateant, corporis candori, quem cum niue, in qua perpetuum degit similitudinem gerere nouit consisæ. Sed & hoc tanti momenti non est, vt Perdicum naturam sapere dici mereans. Præterea subinde patebit, quàm facilè sese capi auis ista sinat.

a lib. 10. c. 38.

b lib. 6. de Aui. ca. 17.

c Exe. 59.

Lagopus an stolida auis, an calida.

Lagopus conspecto homine vt lateat.

LOCVS. NIDVS.

LAGOPVS, inquit *a* Plinius, *Alpium peculiaris est*, sed nunquid in Italiæ Alpibus reperiatur, adhuc dubito. Necdum enim hactenus obseruaui. Solus tamen Zaccharias Lilius, Lagopis, inquit, quos Francolinos appellant, ager Vicentinus abundat, qui optimi saporis bonitate Phasianos, & Perdices superant. Sed verendum est, ne vir iste Francolinos Attagenes (quas ibi reperiri proprio loco diximus) cum Lagopodibus confuderit, falsus scilicet nominis homonymia. Et reuera Horatio Lagois (supra diximus eandẽ esse forsan auem cum Lagopode) peregrina dicitur. Vera Pliniana prima Lagopus teste *b* Scaligero in Pyrenæis montibus reperitur, & in summis iugis eminentibus (vtimur interim eius verbis) ei valli, cui Arbusti cognomen est, qua fauces aperiunt iter, inter Tarrocorionensem frequentissima. Scribit ibidem idem Scaliger, vbi locis inferioribus liquantur niues, altiora, & Soli auersa loca prosequi, in quibus nimirum nix perennat: atq; idcirco rarò capi in campis. Ea item auis, quam pro Lagopode ex Ornithologo dedimus depictam, in alpium verticibus propè niuem, & glaciem tota hyeme degere dicitur. Ex quibus Lagopodem non tantùm frigore gaudere videmus, sed calorem, quin tempore Solis tanquam naturæ suæ hostem aspernari. Sed non semper id facere putandum est. Nam vbi nidulentur? vbi incubent? Vbi pabula quærant? Ornithologi Lagopodem humi parere inquiunt, addo ego, Perdicũ more. Cui enim volandi facultas deest. (Nam neque in sublime volare aiunt, & gregatim) huic teste *c* Aristotele, nidus non prodest.

a li. 10. ca. 38.

b Exer. 59

Nidus.

c li. 9. Hist. cap. 8.

VOX.

LAGOPVS depicta ab Ornithologo vocem dicitur edere nõ dissimilem ceruinæ *a* Bellonio verò, eadem, qua Perdices vti scribit, quare rei veritas aperienda foret. Ego quid de voce dicam non habeo.

a l. de Aui. cap. 17.

CAPIENDI RATIO.

Lagopus facilè capitur.

PERDICVM genus quàm difficulter capiatur, suprà videre est. Contrà hic euenit in capienda Lagopode propter auis simplicitatem, adeo vt interdum pene tantùm obiecto capiatur alio accedente à tergo. Lagopus, inquit Stumpsius, non procul volat, & facilè capitur, tanquam simplex, & stolida auis, hoc ferè modo. Lapides oblongo ductu disponuntur, tanquam ad muri extruendi initium. Eò cùm peruenerint Lagopodes, non transiliunt, sed iuxta illum subinde ascendunt, descenduntq;: tum auceps funem longum laqueis instructum iuxta eundem extendit, & cum illic viderit aues, funem tam diu huc illuc trahit, donec illæ collo illaqueantur. Quin & simplicius ac minori opera interdum alij capi asserunt, nimirum hoc pacto. Aucupum alter pileum manu rotat, quem dum admiratur auis, alter cum longa arundine, & laqueo accedit.

VSVS IN CIBO.

a lib. 50. c. 38. PLINIVS *a* Lagopoda præcipuo sapore esse dixit. Et quantum eam prædicet *b* Horatius, habes in superioribus. Ornithologus se assatæ Lagopodis carne gustata, subamaram reperisse ait, at gustu non ingrato, & delicijs quæsitam. Mihi missam gustare propter marcorem, quem ex itinere conceperat, non licuit. Aiunt Norici attestante *c* Scaligero, earum carnes esse saluberrimas: quarum esu naturalis calor mirificè roboretur. Addit idem, omnium carnes celerrimè corrumpi.

b 2. ser. 2.

c Exer. 59.

DE COTVRNICE LATINORVM.

Cap. XXII.

Ordinis ratio.

PRÆTER anni tempus, quod vel solum me ad conscribendam huius auis historiam inuitare debebat (nunc enim egregiam illam suam cantilenam passim in agris, & in caueis etiam inclusa occinit) natura eius etiam hunc sibi locum vendicat. Quid enim Coturnix cum Perdicibus præter nimiam illam his attributam versutiam, non habet commune? Cuncta equidem, si *a* Aristoteli credimus. Par ei libido, par in libidine improbitas, victus, volatus, nidus, incubatus idem, eadem pullorum educatio: nec non pugnacitas eadem, ac fortassis etiam maior. Huius item pugnam multi celebrarunt, qui tamen Perdicis non meminerunt. Quo in ludo illa (vt id obiter dicamus) præcipuè celebratur, quam omnium victricem mirata est Alexandria, Vrbs quippe tota in huius alitis præconijs occupata. Hanc tanti fecit Cæsar, qui primus Augusti cognomine vsus est, vt Erotem Ægypti præsidem, cùm nescio quia morositate hanc in ludibrium emisset, assumque devorasset, inquisitum super hac re, ceu pessimo, ac detestando scelere, fassumque malo nauis iusserit affigi, ac tam abominando mortis genere ducem illum tanquã hominem pessimæ indolis afflecisse, quo morte tam celebris in pugna auis eo honestaret, aliosq; posthodum à simili audacia deterreret. Meminit huiusce tam atrocis mulctæ *b* Plutarchus. Refert pariter *c* Fabius Quintil. eloquentissimus scriptor iudicium Areopagitarum, quo damnatus sit puer, quòd inuentus esset Coturnicibus omnibus, quas posset cõprehendere, oculos eruere. Hinc nanque euidentissimum tibi capiebant argumentum pernitiosissimæ mentis, multisq; malo futuræ, si adoleuisset. Ex quibus exemplis quanti olim ab omnibus, maximè principibus, Coturnix æstimata fuerit, quis non videat? At cõtrà fortè Plinij secta quispiam, & Coturnicum osor mihi obiecerit dicens, neutiquam Coturnici inter hasce hactenus recensitas lautissimas volucres locum esse assignandum, postquã veratri semine vescatur, & iccircò veterũ mensas eam damnasse: simulq; Comitialem propter morbum despui suetam, vt *d* ille memoriæ prodidit, Galenusq; atque Princeps Arabicæ scholæ Auicenna repetunt. Cui, vt modò respondeam, loci istius conditio prohibet, quare deferam responsum ad rubricã de vsu in cibis, vbi dilucidè firmisq; ac validissimus argumentis eiusce modi opi-

a 9. Hist. c. 8.

Coturnicè pugnacem quãti fecerit Augustus Erotes Ægypti præfectus cur suspensus.

b in Apophtegm.

c li. 5. Inst. Orat. c. 9.

Puer Coturnicibus oculos eruens, vt punitus: Coturnicis æstimatio.

d lib. 10. c. 23.

di opinionem multis hactenus hominum mentibus radicitus infixam pessundabo. Illud tamen vtpotè ad hunc locum spectans silentio inuoluere nec possum, nec habeo, eò insaniæ nonnullos deuenisse, vt Coturnicem Italis vulgò dictam, quæ absque omni controuersia Perdix ruffa est, vti abundè scriptum est à nobis superiùs, veterum Coturnicem esse contendere non vereantur. Quorum Mehercule error crassior est, quam vt nos in eo refellendo, vel tantillus temporis cõtendere dignemur, eoq; maximè cũ doctissimo viro *a* Aloysio Mundella satis superq; sit reprehensus. Quicquid autem de Coturnice sua Veteres scripsere, ea ad vnguem in nostra Qualea (eo enim nomine nostris aucupibus venit Latinorum Coturnix) obseruare licet: quini nò sola vox nobis sufficere deberet, à qua nimirum plerisque volatilibus nomina indita sunt. Nam si quis iteratim sonet Coturnix, ita vt singulas syllabas toni tractu pronunciet, auis vocem liquidè, ac exactè imitatum se agnoscet. Quare non est, vt in profligandis hisce anilibus deliramentis diutiùs immoremur.

Coturnicẽ Italorũ cur Coturnice Latinorum aliqui confundunt.

c li. Epist. Med. Ep. 9.

ÆQVIVOCA.

Χεννίον, idest, vt vertunt, Coturnix parua, de qua sic *a* Athenæus, *Auium, quas Chennia nominant. Sunt autem pusillæ Coturnices: meminit Cleomenes sua ad Alexandrum pistola sic. Phaleridas sale conditas decies mille: Tylanum quinque millia: Chennia salsa decies mille. Hipparchus in Iliade Ægyptia: Non mihi vita placuit quam degunt, Ægyptij Chennia vellentes & salpas comedentes.* Eiusmodi animalia quæ sunt, hactenus, vt ingenuè fatear, mel latuit: Coturnices tamen esse non credo, nam hę diminutiua voce, idem Athenęus ibidem ex Eupoli Ορτόγια vocat. *b* Iacobus Dalechampius vir vndequaque doctissimus χέννια interpretatur aues Alaudis similes, maiores, corpulentiores, rostro latiore, quas Galli Calendere dicunt. Verum quo argumento id faciat, omnino nõ video. Suspicati quispiam posset Chennia pisciculorum quoddam genus potiùs esse quam auium. Vnde enim tanta auium copia, vt decies mille sale condirent? Ad hæc pisces sale condire vsitatissimum, non item aues. Hæc subolentes Hesychius, & Varinus, vterq; nimirum dubius auibusne, an piscibus potius χέννια ascribere, χέννιον, inquiunt auicula quædam est apud Aegyptios sale asseruari solita, & genus piscis. Hanc meam coniecturam doctis viris discutiendam relinquo, futurus in hac opinione audacior, & pertinacior, nisi Æhenæum eo loco scirem ad auibus agere. Stelephuron herbam nulli non notam *c* Plinius quibusdam Ortyga, id est Coturnicem & plantaginem vocari etiam scribit: Sed Theophrastus, ex quo id suam historiam ille transtulit, Plantaginem quibusdam, Ορτυγα dicit ait, non autem Stelephurũ: sed vtramque herbam dicit esse spicosam, *spicosa igitur, d* inquit, *oculus caninus, & cauda vulpina, & Plantago quæ Agnina lingua à quibusdam vocata est, & ab alijs* Ορτυξ: (Gaza vertit Coturnix) *huic quodammodo similis bibinella est.* Nec alia fortè quam Plantago fuerit illa herba, quæ Hesychio, & Varino Ορτυξ appellatur.

Chennion. a lib. 9.

Chennia qualia animalia.

b In marg. Athenæi.

Calendere Gallorum.

c lib. 21. ca. 17.

Plantago Stelephuros.

Plin. error. d 7. Hist. Plant. cap. 10.

Ορτυξ.

SYNONYMA.

COTVRNIX Hebræis appellatur Schelau, & Scalium Coturnices licet *a* septuaginta, alibi Ortygometram, id est, matrem Coturnicum verterint. Dauid Kimki autem interpretatur auem præpinguẽ, quæ dicatur vulgò Qualea. Idem facit Rabbi Salomon Iosephus, & D. Hieronymus astipulantur. Miratur Sanctes Pagninus esse, qui ac si per Scin dextram scribatur, huius etymum afferunt, quòd in abundantia frumenti iuxta apologum ociosa, & secura desiderat, pinguedine ingrandescens. Est enim auis præpinguis. Chaldæus interpres Selau habet. In dictionario Syrochaldaico legitur Scilua. Arabs Salui, Persa Moreg Zag, & *b* alibi Arabs, similiter & Chaldæus Shaliu. Persa Moreg Zeha. *c* Alibi vbi Chaldæus Phasiani, Arabs Elschalui cum articulo el. In dictionario trilingui pro Coturnice legitur Schalau, Salua, & Kakli, quæ postrema vox etiã in Syrochaldaico dictionario reperitur, quemadmodum & Saluain. Dorache Auicennæ interpres exponit ex *d* Aristotele Coturnices. Bellunensis apud eundem Auicennam Seman interpretatur Coturnicẽ, vel Qualeam: Altedarugi verò (aliàs Altaiugi) Phasianum vel Perdicem, vel auẽ Coturnici similem. Græcis Ορτυξ appellatur, hodie verò vulgò Ορτύκη, vel Ορτικι. Eupolis teste

Schelau. a Exo. 16.

Selau. Scilua. b Num. 11. c Psal. 105

Scalau. Dorache. d 8. Hi. ca. 10.

Ορτυξ.

Ορτυκι.

teste e Athenæo imminuente vocis significato, in Vrbibus Ορτύγια tanquam Coturniculas dixit his verbis: *Aliquando Coturnices nullas in aluisti: Ego verò postea μικρὰ ὀρτύγια, id est, exiguas Coturniculas: quid inde? Antiphanes in rustico sic ὀρτύγιον dixit. Et quid nam facere potes Coturnicula cum animum habeas?* Porrò idem Athenæus ibi scriptum reliquit dictionis ὄρτυγος mediam syllabam ab Atticis produci, testemq; citat Demetrium Ixionem, qui id scribat in libro de consuetudine loquendi. f Aristophanes verò versus seu metri causa corripuit. Docet item quomodo ὄρτυξ declinandus sit, in quiens: ὄρτυξ, κόκκυξ declinatur per υγος, nam nomina υξ masculina bissyllaba, si consonantem aliquam immutabilem initio secundæ syllabæ habent, declinantur per κος, vt κήρυξ, excipe ὄνυξ: reliqua per γος, vt ὄρτυξ. Pro Coturnice Albertus deprauatas, quasdam voces habet, vt Antogos pro ὄρτυγος, Hakalokirim, & Harcoyz. Alij inquit ipse, Guagias (forte Qualeas) vocant. Multi, quos inter etiam g Beda est, perperam Coturnicem Græcis Ortygometrã esse dixere, de qua nos seperatum agemus, κορτίλος Hesychio, & Varinò auis genus est aut Coturnix, item serpens, iaculus nimirum, qui ἀκοντίας aliàs dicitur, quasi acontilus. Pro ὄρτυξ apud Varinum κόρτυξ quoq; legitur Longolius, Coturnices existimat Theophrasto dici Perdices nanas. Quod ad etymum attinet Græcæ vocis ὄρτυξ, h Isidorus ait ita vocari, quia in Ortygia insula priùs visa sit hæc volucris: mihi contrà insula, quæ aliàs dicitur Delos, vt suo loco dicetur, ab aue potius nomẽ obtinuisse videtur, quã auis ab insula; Latini nulla vtuntur synonymia. Comestor tamen vulgò Currelium dici vult à currendo: ait id nomi-nis Perdicibus, similibusq; alijs auibus, qui plus pedibus quam alis ferè valent, attribui testi. Italis nobis Quaglia dicitur, quã vocem nonnulli parũ Latini in Latiũ trãstulere, Qualeam dicentes: Plautus alibi Coturnix dixit in fœminino genere, & nos hac in re ipsum sequi volumus. Prima syllaba corripitur, legitur tamen producta apud Lucretium hoc versu.

At capris adipes, & Coturnicibus auges.

Hæc poetica licentia vsus etiam est doctissimus i Hieronymus Fracastorius canens.

Viteturq; grauis Coturnix tarda saginæ.

Periti etymum à sono vocis deducunt, sonat enim iteratim Coturnix, vti suprà diximus, Blondus Qualeam quoque hinc dictam scribit: Antonius Gasius Quaquilas scribit communiter appellari. Apud Arnoldum Villanouanum Quisquila in eodem significato legere est, vti pariter apud Albertum, Coturnicem Galli Gaille vocant: Hispani Cuaderuiz. Germani superiores Vuachtel: Belgæ Quartel, non autem Quackel, vt habet Ornithologus: Angli Quayll. Illirij Krziepelka, vel Krzepelka.

f in pace.
ὄρτυξ, vt declinetur Antegos. Hakalokirim. Harcoyz. Guagias.
Bedæ error
g In exp. c. 16. exo. κορτιλὸς. ἀκοντίας serpens. κορτυξ.
Perdices nanæ.
h l. 12. c. 7.
Ortygiæ insula etymum.
Correlius. Quaglia. Qualeam.
i lib. 2. de morbo Gal.
Etymum. Quaquila. Quisquila

GENVS. DIFFERENTIÆ.

VNVM duntaxat hactenus à me Coturnicum genus obseruatum est, neq; aliquem video aliud obseruasse. Nam quamuis a Aristoteles scribat visam quandoq; Coturnicem albam, ea diuersam speciem minimè constituit. Cur verò quibusdam in locis aliquando albescant aues, & ipsemet ibi Philosophus disputat, & est à nobis sæpiùs indicatum. Veruntamen iam in mentem mihi venit legisse me aliquando apud b Martinum Cromerum in campis Russicis, & Podolocis (an forte Polonicis elegendũ) reperiri Coturnices virentibus, pedibus quarum vsus etiam spasmũ inducat. Nostrates pedes virides non habent & nunquid spasmũ, & conuulsionem comesæ inducant, alio loco à nobis disputant.

a lib. de col.
b lib. 1. de Polonia.
Coturnices virẽtibus pedib.

FORMA. DESCRIPTIO.

NOTÆ quotquot suæ Coturnici veteres ascripserunt, ad vnguem omnes in nostris reperiuntur. a Plinius paruam auem vocauit, & nostra parua est. b Athenæus pedes fissos tribuit, eiusq; testem adducit Aristotelem, & nostræ eiusmodi pedum constitutio conuenit. Rursus c Aristoteles, si modò verus Aristoteles, Coturnicibus, & Gallinaceis pinnas duras esse, inquit, quod pariter signũ nostræ Coturnici cõmune est. Verùm huiusmodi notæ omnes multis alijs cõpetunt. Lõgolius arbitratur Theophrasto fortè Perdices nanas dici, quoniã ita per omnia Perdicẽ imitantur, vt prẽter exiguitatẽ, & pressitudinẽ corporis planè nihil distẽt. Cui verò doctiss. viro cur hac in re repugnẽ non video pictam

Perdi-

a lib. 10. c. 22.
b lib. 9.
c In Phisio.
Coturnix cur Perdix nana vocata.

Coturnix mas cum adianto.



Coturnix fœmina cum elleboro nigro adulterino.



Perdicem vocabat Martialis, quod epithetum Beroaldus Coturnici attribuit inquiens.

& picta Coturnix
Pressa sub Accipitre fata cruenta gemens.

a lib.9. Fœmina, & Maris differētia.

Fœmina Coturnix, inquit Alexander Myndius apud *a* Athenæum, quàm mas collo est graciliore, parte mento subiecta minimè nigra. Sed & alijs notis distinguuntur. Totus fœminæ color quodammodo testaceus est superius ad ceruicem, dorsum, caudam, & alas, ad mentum, & pectus subluteus, ad ventrem ferè albus. Mas longè maior, caput, ceruicem, dorsum, caudam, & alas fermè nigra albis, oblongis deorsum tendentibus lineis, obtinet. A rostro supra oculos, & aures linea insignis longitudinis ad ceruicem vsque excurrit. Quod Alexander Myndius sub mento nigrum vocabat: id ad colli inferioris initium desinit, sed supra oculos, sub nempe paulò ante nominata oblonga alba linea circulares aliquot maculas habet, seu mauis appellare lineas, albas nimirum binas, tres nigras alternatim positas: quæ res non parum decoris aui conciliat. Rostrum in mare etiam magis, quam in fœmina nigricat. Mas supra rostrum ceu capillos quosdam habet, qui in fœmina desunt. Collum planè ruffum albis intercurrentibus lineolis. Pectus, & venter, vt fœmina, quasi alba, sed huic ruffæ versus alas maculæ sunt. Cauda fœminæ pro portione maior. Pedes in mare minus quam in fœmina lutescunt: quorum digiti ita constituti sunt, vt medius primo, & tertio (qui ferè æquè longi sunt) longè maior sit: posterior, nempe quem pro calce habent, admodum exiguus.

ANATOME.

Ossa. Gula. a 2. Hi.vl.

COTVRNIX internas quasdam partes obtinet diuersæ ac in multis alijs auibus constitutionis. Ossa in primis, teste Oro Apolline, dura, & solida, vtpote quæ difficulter afficiantur, qualia nimirum auem pugnacem decebant. *a* Aristoteles gulam infrà ampliorem esse dixit, & paulo pòst, *Coturnices*, inquit, *præcæteris hæc propria habentur, vt & ingluuiem, & gulam prope ventriculum amplam, & latam habeat.* Alexander verò Myndius apud *b* Athenæum in fœmina Coturnice dissecta ingluuiē ait amplam non videri: magnum verò cor habere, atq; id τρίβολον, (triu sculum vertit Dalechampius) muricis modo, in tres velut cuspides diuisum. Iecur, & fellis conceptaculum intestinis agglutinata: (*c* Aristoteles simpliciter fel intestinis iungi dixit) fellis ad intestina labentis canalem paruum, & vix spectabilem: testes iecori subditos, vt Gallus.

b l.9. Cor. Iecur. Fel. c 2. Hist.c. vlt. Testes.

LOCVS.

Coturnix nigrat, & quomodo. a 8. Hist.c. 12.

LOCA amat campestria, in segetibus viridibus primum, mox maturis, deniq; in earum stipulis latitans, nulli non genti nota auis, at migratoria, & quæ quotannis ad nos vere aduolat, & nedum elapsa penè æstate discedit. *a* Aristoteles author est hoc auium genus, cum hæc loca adeunt sine ducibus pergere, ac cum hinc abeunt, ducibus Lingulaca, Oto, & Matrice (Ortygometra) proficisci, atq; etiam Cinchramo, à quo noctù etiam reuocentur. Cuius vocem cùm senserint aucupes intelligere parari discessum. Dixit insuper discedere antequam Grues: alteram enim Augusto, alteram Septembri mense incipere. Sed *b* Plinius quod hic Aristoteles de discessu scribit, id ad aduentum transtulit, inquiens. *Coturnices ante, & semper aduentant quam Grues.* Fuit tamen Plinius in describendo earum discessu, & aduentu diligentior, quam Aristoteles. Quare neque verba illius ascribere clarioris doctrinæ causa piguit. *Aduolant & hæ*, inquit, *simili modo non sine periculo nauigantium, cùm appropinquauere terris. Quippe velis sæpe insiliunt & hoc semper noctu, merguntque nauigia. Iter eis his par hospitia certa. Austro non volant, humido scilicet, & grauiore vento. Aura tamen vehi volunt propter pondus corporum, viresque paruas. Hinc volantium illa conquestio labore expressa. Aquilone ergò maximè volant Ortygometra duce, Primam earum terræ appropinquantem Accipiter rapit, semper hinc reuocantes comitatum solicitans, abeuntque vnà perfusa Glottis, & Otus* (ita legendum, non autem Otis, vt vulgaria exemplaria habent) *& Cychramus. Glottis prælongam exerit linguam, vnde et nomen. Hanc initio blandita peregrinatione autè proficiam, pœnitentia in volatu cum labore scilicet subit. Reuerti incomitatam piget, & sequi, nec vnquam plus vno die pergit. In proximo hospitio deserit. Verum inuenitur alia antecedente anno relicta: simili modo in singulos dies Cychramus perseuerantior*

Coturnix migrat, & quomodo. a 8. Hist.c. 12. Discedere volentes, vt nescat auceps. b l.10.cap. 23. Migratio. Coturnicū descripta.

uerantior festinat etiam peruenire ad expetitas sibi terras. Itaque noctes eas excitat, admonetque itinere. Hæc omnia Plinius. *c* Blondus verò vbi ille velis insidunt habet, incidunt legit, & hanc lectionem Solinus Plinij expilator alias, & simia, quoq; secutus est, & ex *d* Oppiano eadē atteri potest. *e* Belloniustamen priorem lectionem approbare videtur scribens se in itinere obseruasse, cum ex insula Rhodo Alexandriam pateret, quæ magna numero fessæ quiescendi gratia nauis, & velis insiderent. Marcus *f* Varro verò in Pontijs insulis (quæ duæ sunt nō longè a Palmaria regione Formiarum) Coturnices cum ad Italiam veniunt, prima volatura requiescendi causa paucos dies morari testatur. Vt vt est, Plinio non facilè crediderim tanto numero nauibus insidere, vt nauigantibus periculum naufragij adferant. Neq; ēt verum est, vel saltem Aristoteles, dicit, Coturnices, vt ille habet, comitatum abituras quærere. Nam hoc modo statuendum esset, Coturnicem potiùs quam Otum, Ortygometram, Glottida, & Cychramum, vt Aristoteles vult, ducem itineris esse. Quamuis id à *g* Solino repetitum sit, qui eam etiam rem latiùs explicat: cuius verba itaq; non omittam, ne quid vnquam desiderari hoc in opere possit. *Aduentendi*, inquit, *habent tempora ætate depulsa. Cum maria tranant, impetus differunt, & medio spacij longioris vires sua nutriunt tarditate. Vbi terram persentiscunt, coeunt cateruatim, deinde globatæ vehementius properant, quæ festinatio plerunq; exitium portat nauigantibus. Accidit enim plerunque noctibus, vt vela incidant, & præponderatis finibus aluos inuertant. Austro nunquam exeunt, nam metuunt vim flatus contrarij. Plurimum se Aquilonibus credunt, vt corpora pinguiora atq; ea tarda facilius promouat siccior & vehementior spiritus. Ortygometra dicitur quæ gregem ducit tutat. Eandem terræ proximantem speculatus Accipiter rapit* (Plinius primam Coturnicē, non Ortygometram ab Accipitere ita rapi dixit. Quæ res ab experientia dependet: mihi quamuis nihil habeam certi, Solini lectio probatur: hæc enim ceu dux cæteris præuolat. Coturnices, sequentes cateruatim volitant) *ac propterea operæ est vniuersis, vt soluerint ducem generis externi, per quem fruantur prima discrimina.* Hactenus Solinus. *b* Oppianus verò longè aliā rationē affignat, quare nauibus incidant nimirum propter aquarū timorem. *Timida interim*, inquit, *vt maris aspectum exhoreant, & oculis connitentes, vnde aliquando velis illisæ nautis capiuntur.* Quod verò volatu ceu auium celerrimas non intermisso mare superare dicat, id non vsq; adeo verum est, vti Bellonius obseruauit, & Marco Varroni aduersatur, quemadmodum ex superioribus videre est: ad hæc sunt qui in Delum etiam insulam è mari deferri scribant, vt non vno continuo volatu mare traijciant. Illud postremò quòd Solinus dicit, quod aduentendi tempora habent æstate depulsa, id cū experientiæ, tum Aristotelis authoritati repugnat. *i* Hic autem discedere eo tempore non aduentare scribit inquiens, *Discedunt antequam Grues, altera enim Augusto, altera Septembri mense incipiunt.* Quod modò ad Aquilonem ventum attinet, quo flante has aues mare tranare Plinius, & Solinus dicunt, id verissimum est, etiamsi sacræ paginæ repugnare videatur, cui explosis illis profanis ethnicis credendum est. *k* Hæc enim populo Israelitico in deserto carnes poscenti Deum arreptas trans mare Coturnices immissurum, Austrum abstulisse de Cælo tradit, & in virtute sua introduxisse Aphricum, ventum scilicet vehementem, & procellosum, de quo dicebat *l* Virgilius:

Vrit Eurus, Notusq; ruunt, creberq; procellis
Aphricus.

Sed facilè Plinius & Solinus eum sacra pagina conciliantur. Nam quamuis Aphricus vehementia, vt dixi Aquiloni proximus sit, situ tamen proximus Austro est, nimirum inter hunc & Zephirum spiratus. Accedit situs regionum, nam si Aphricus, qui transuersim flat iuxta Austrum, Coturnices in castra Israelitarum impulit, vt *m* Psalmographus dixit: Boreas qui est è regione oppositus eas expulisset, tantum abest, vt induxisset: atque ita nulla vis naturæ illata est, sed secundum eius ordinem omnia disposita. Cæterùm ex hisce, quæ hactenus dicta sunt, nemo non videat, Coturnices aues esse migratorias: ausus est tamen Albertus id negare, inquiens: *Coturnicē multi credunt trans mare anolare, quod falsum esse conuincitur: quoniam trans mare per hyemem non inuenitur. Latet ergò sicut aues cæteræ quibus superflui, lentiq; humores concoquendi sunt.* Debebat saltem Albertus hic mare nominare, trans quod per hyemem Coturnices reperiri inficiatur. Quasdam maria non transuolare verissimum est, quæ nempè ad loca tepidiora, vt nonnullæ quoque aliæ, quæ frigidioris auræ nostrarum regionum sint impatientes, sese recipiunt: at nullas migrare, vt ille contendit, falsissimum est. Cùm è Rhodo Alexandriam Aegypti, inquit *n* Bellonius, nauigaremus, plurimæ Coturnices à Septentrionem meridiem versus volantes, in naui nostra captæ sunt: vnde certo persuasus sum cælum mutare. Nam prius etiam cùm è Zacyntho insula in Moream seu Nigropontum nauigarem verno tempore, Coturnices contraria profectione à

Meridie

c In latinis
d Cap. 18. Polyhist.
e l. 5. c. 20. de Anim.
f l. 3. de re rust. c. 5.
g Cap. 18.
Coturnicē an Ortygometrā primā rapiat Accipiter.
b In Excuticis.
i 8. Hist. c. 11.
k Psal. 74.
l Æneid. 1.
Cum sacra scriptura Aristoteles, & Plinius Conciliantur
m Psal. 77.
Aues quæ latent.
n l. 5. de Anim. c. 17.

Meridie ad Septentrionem volantes obseruaram, vt illic per totam æstatem degerent: quo tempore etiam permultæ in naui nostra captæ sunt cum diuersis alijs migrantium auium generibus. Obseruo ego hic volandi modum: siquidem si Aquilone spirante volantes vtuntur, Austroq; à volatu sese contineant, sicuti ex Plinio, ac Aristotele diximus, contrario vento volare dum accedunt ad nos, pronunciandum est: quod sanè rationi, sensuiq; nostro repugnare apparet. Aquilo enim à celerrimo Aquilæ volatu nomen habens velocissimus ventus, item valdè impetuosus: contrà Coturnices volatum exercent admodum debilem, propter nimiam corporis grauitatem, debilitatem verò, vt Plinius atq; ipsemet, si Deo placet, Aristoteles testantur, querula voce significant. Quomodò itaq; hoc flante vento ad nos venerint, planè mihi persuadere nequeo, nemoq; alius facilè persuaserit. Quapropter arbitror ego abeuntes à nobis huius venti opera vti, adeuntes nequaquam: quin mò nisi ad discessum Aquilo detur difficulter ad optata loca peruenire: multaq; nimia pinguedine (Autumno nempe quàm verè sunt pinguiores, vt dicebat *o* Aristoteles) graues nisi ob hanc causam apud nos hybernare, ac prohybernis, hic loca tepidiora inquirere. Neq; hanc meam opinionem Aristotelicis dogmatibus prorsus refragari reor. Is enim demigratione harum auium agens, *Hybernas*, inquit, Gaza vertente, *apud nos non patiuntur: nisi pauca locis apricis remanserint, nimirum grauitate, pondereq; corporis & vento apto non aspirante impedita. Cum ceciderint, si serenum sit, aut Aquilonium tempus foctantur, prosperè degunt; sin Australinum, molestè propterea quod parum volant. Humidus enim grauisq; Auster est, quamobrem qui aucupantur, Austrum, non Aquilonem obseruant.* Non negat itaq; hic Aristoteles Austrino tempore volare Coturnices, vt facit Plinius: sed molestè tunc agere asseuerat; sed quòd molestè sit, tamen fit aliquando. Ab hac migratione Coturnix peregrina à poetis dici meruit, vt ab Angelo Politiano canente:

Volandi modus dũ migrant.

Aquilo vẽtus qualis & vnde dictus.

Quando Aquilone vẽto vtuntur, autoris opinio.

o 6. Hist. c. 11.

Flet viduus Perdix quæritum peregrina Coturnix
Inclusa cruces.

Vsus est eodem epiteto Antonius cognomento Gigas olim integerrimus noster amicus hoc versu.

Non ibi vel Perdix deest vel Peregrina Coturnix.

Atque istæc de Coturnicum migratione, seu mutatione cæli dicta sufficiant. Nam quod nonnulli, qui se theologos, & morales iactant, scribunt has aues, dum mare tranant, lassas vna ala volatum promouere, altera verò natare, id fabulis fabulosius est, & omni mendacio falsius & quòd ne poetis quidem in scholis persuadeant. Videamus modò quibus in regionibus magis abundent. Quas inter Delus insula prima mihi sese obtulit, quam olim Ortygiam fuisse dictam tradit *p* Strabo, etsi causam eius non assignans, sed Phanodemus apud *q* Athenæum, nec non Aelianus ita nuncupatam volunt, quòd eiuscemodi volucres gregatim mare tranantes, illic ob accessus, & tanquam portus commoditatem subsistant. *r* Solinus contra quòd in ea Coturnices primùm visæ sint, secutus vt videtur fabulam, vel illam, quæ Latonam ex Ioue in Coturnicem mutato Dianam, & Apollinem concepisse, eosque in Delo peperisse narratur, vel aliam illam, quæ Asteriam Iouis concubitum fugientem se ipsam in Coturnicem immutasse, & in mare prosilientem factam esse insulam fingit, vnde hæc eadem insula alio nomine etiam Asteria appellatur. Neque aliunde Lycophron sanè insulam ὀρτυγία πτερωμένη, idest Coturnicem alatam appellauerit. At ego vel à copia Coturnicum ita dictam putauerim, vel quia in ea, sicut antea annotauimus, ad nos accedentes lassæ quiescendi causa aliquandiu remorentur. Arabicus sinus, teste *s* Flauio Iosepho, Coturnicibus plurimùm abundant: quæ fortassis earum reliquiæ fuerint, quibus Deus Israelitas in deserto cibaui, de quibus nimirum ille ibidem loquitur. Superior Aethiopia abundè Coturnices alit, multaq; alia auium genera: item Terra sancta, nec non Madera insula, vt Cadamustus scribit, & plurimæ noui orbis regiones. Circa Tænarion, quæ nunc Cereapolis, teste Protocopio, dicitur, tantus Coturnicum numerus est, vt hodie mutato ab eis nomine, Porto de Qualeis, vel, vt alus quidam, Porto delle Quaglie nuncupari meruerit. Tanta copia in agrum Neapolitanum ex Africa propelli Coturnices, nonnulli referunt, vt glomeratim sæpè in ædes maritimas incidant, & fine vlla difficultate capi queant. Ad Capreas Tyrrheni maris insulam sub hyemem imminentem sese multæ Coturnices conferunt: neque mirum, si id faciunt, nam insula tantæ amœnitatis est, vt Augustus, & Tyberius Imperatores eam quoque sæpè animi relocillandi causa peterent, quod Tyberij arx, quam *u* Plinius eam fuisse nobilem scribit, & cuius etiamnum vestigia extant, locupletissimè attestatur. Idem etiam contingere *x* Aloysius Mundella ait ad maritimam circa Pisaurum regionem. Belgas ferunt hoc auium genere plurimum abundare,

Coturnices vbi abundent.

p lib. 10. Geor.

q lib. 9. Delus insula cur Ortygia dicta.

r C. 18. Polyhist.

s l. 13. c. 1.

t lib. 13. de Bell. Vnd. Coturnicũ portus.

Caprearum insulæ amœnitas.

u lib. 3. c. 6.

x In Epist. Med.

præci-

præcipuè qui Oceano adiacent, vt Hollandi, Zelandri, Flandri, quos aiunt quotannis maximam earum capturam facere, nauibusq; in Angliam deuehere. Narbonensis item Gallia vim ingentem Coturnicum habet, ideoq; in vnoquoque fermè diuersorio loca instituta sunt, in quibus saginentur. Mediterranei Galliarum verò tractus alunt quidem Coturnices, sed raras admodum. Auerroes, referente *y* Galeoto Martio, author est, Coturnices, & Alaudas in Andalusia insula non reperiri. In conuallibus Alpium Helueticarum apud Rhætos, Sequnos, & Leopontios non pauciores, quam alibi capiuntur.

y l. de promisc. doct. Coturnices & Alaudæ vbi reperiantur.

10

INGENIVM.

EX superioribus Coturnices temporis qualitates nosse palam est, quibus tutiùs abituræ, & venturæ mare traijciant. Sed nec ita id tranare tentant, nisi receptis primùm viribus. Moderandam nempe ipsam in rebus omnibus actionem secundum virium suppetentiam non ignorantes. Atq; ita ab his, vt à plerisq; alijs brutis docetur ignauus homo vires suas metiri. Cùm mare transuolant, inquit *a* Oppianus, vt intelligant, superatumne iam ipsis mare si, nec ne, singulæ ternos ore lapillos ferunt, quorum singulos per interualla demittunt, & diligenter obseruant, vtrum in mare lapillus quisq; decíderit, vlteriusq; volandum sit, an in terram, & tempus iam sit quiescendi. Quæ res, nisi veritatis terminos excedat, non mediocrem quidem in hoc auium genere prudentiam indicat. Oppianus, id forte ex *b* Plinio transcripserit, sed qui nõ semper ipsas id facere videtur innuere, at cùm ventus, (vt ipsius verbis vtar) agmen, (traijciendi scilicet mari) aduersò flatu cœperit inhibere. Nam tunc pondusculis lapidum appensis, aut gutture arena repleto, stabiliras volare eas attestatur. Idem Grues facitare nonnulli prodiderunt. Sed cùm *c* Aristoteles hoc falsum esse scribat: itaq; & Coturnicem hoc facere non facilè Plinius, vel Oppianus mihi persuaserit. Alij id diligentius inquirere poterunt. Petrus Bellonius vir cùm doctissimus, tum fide dignissimus, viuas in medio mari in naues incidentes aperuit, milium & hoc fermè recens in ingluuie reperit, lapidum eorum, aut arenæ, si inuenisset, haud dubio mentionem facturus. Seneca referente *d* Andrea Theueto, memorat, Coturnices, & alias aues, necnon quadrupedia aliquando terræmotu interijsse. Hinc, inquit Theuetus edoctæ hæ alites in posterum circa flumina versantur, gnaræ scilicet loca fluminibus proxima, & paludosa minus quam alia terræmotui esse obnoxia. Verum nunquid & hoc verum sit Theuetus videris. Coturnices inter segetes, & earum stipulas, quæ saltem in paludosis locis pauciores sunt, habitant, quamdiu apud nos agunt: ad hæc locum illum in Senecæ operibus diu quæsitum reperire non potui. Attamen illud Theueto concedendum, paludosa loca minus quã alia terræmotu concuti: exemplo sit celeberrimum illud Dianæ Ephesiæ templum, quod ducentis, & amplius annis integrum perseuerasse dicitur, adhuc diutius ita durandum, nisi Heluidius quidam, vt memorandum de se posteris, famam, & celebrem nomen relinqueret, vt scribit Herostratus, id incendisset. Ob eandem pariter rationem Romæ ad Tyberim Herculi templum ædificarunt.

Vires in omni re examinandæ.

a In Ixeut. Cur lapillos ore ferant.

b l. 10. cap. 23.

c 8. Hist. c. 12.

d l. 2. Hist. Ind. Terræmotu animalia intereunt. Loca terræmotui minus obnoxia. Dianæ Ephesiæ templum cur à terræmotu tutum. Heluidij factum.

VOLATVS.

COTVRNICIBVS, Perdicibusq; volandi facultatem deesse docuit communis præceptor *a* Aristoteles, vbi rationem reddit, cur nidum sibi non faciant. Eandem volandi imbecillitatem innuebat *b* Plinius, inquiens. *parua aut, & cùm ad nos venit, terrestris potiùs quàm sublimis.* Aquilonio tempore melius degunt: contra Austrino ægre volant, quòd huius venti humiditas corporis grauitatem per se alioqui ad volatum parum idoneam augeat, veluti ex *c* Aristotele diximus, cùm de migratione ageremus. Hinc est, quod Hieronymus Fracastorius Veronensis, medicorum, ac Poetarum nostri temporis coryphæus appositio admodum corporis grauitati epitheto tardam vocet, inquiens:

a 9. Hist. c. 8. Quo tempore velociores. c 8. Hist. c. 12.

Vtcturq; grauis Coturnix tarda sagina.

Verùm prudentissima Natura, quæ nullibi deficit, volatus debilitatem, pedum velocitate recompensauit. Currunt enim satis velociter. Coturnicem, inquit Comestor, Currelium vulgò dicimus à currendo.

Coturnicis velociter currunt.

VOX. CANTVS.

a 9.Hi.c.9.

IN nonnullis, inquit *a* Aristoteles, auium generibus cantus maribus tantùm datus est, vt Gallinaceis, & Coturnicibus. Albertus verò fœminæ non tantum vocem attribuit, verum etiam, vt apparet, maiorem, dum ait: *Coturnix mas vocem edit exilem ferè, sicut Grillus, fœmina crassam.* Vtrasque canere facilè crediderim. Sed nunquid fœminæ vox grauior sit, ignoro. Vere canere incipiunt, præsertim Aprilis mensis initio: at nunquid subito ac ad nos venerint, subdubito: nam si verum est vt *b* Blondus ex Plinio tradit eas in Campania eo tempore magno numero videri, priusquam venisse credantur (venisse autem sese voce maximè produnt) itaque fuerint iam aliquo tempore, antequam aduenisse sese voce significent sua. Eadem vox pugnam huius auis, & Perdicis distinguit. Nam Perdix antequam dimicare incipit, illa verò, teste *c* Philosopho, in media dimicatione canit. Qualem autem vocem edant, præter quàm quod iam antè diximus, nemini non notum est: propter quam, licet omnino absona sit, & audientium aures offendat potiùs, quàm oblectet, multi tamen non infimæ sortis homines, quin & viri sepæ patricij eas domi caueis inclusas enutriunt, & pulchellum illud suum Coturnix quò pluries reiterant, eò nobiliores censent. Hanc tamen dissonam vocem aliò torquere, ac laudare, quemadmodum contra alij vituperare volenti, neutri sua sibi defutura argumenta crediderim. Laudare eam Pratinas in primis apud *d* Athenæum videtur, dum Coturnicem ἀδύφωνον, idest, suauissimam, seu iucundissimam vocem edentem appellat. Ex eadem voce antiqui illi Reges seu sapientes (nam non nisi tales in reges eligi solitos tum temporis satis constat) non contemnendam hauriebant vtilitatem, nam cognita Coturnicis natura, quæ ceu verum cantu suo signat horoscopi emersum animalis huius opera tanquam gnomone quodam vtebantur, & non ociose in id intenti certum exortus ipsius punctum deprehendebant. Seruat enim in voce istæc auis certum numerum. Verùm quemadmodum ea ratione laudem meretur ista vox: ita contra, quia, vt dixi prorsus inconcinna est, & quam non aliter ac ipse Cuculus semper eandem, & vix absono huius cantu suauiorem reiterat. Vnde ab hoc tam ἀμουσῶ cantu elegantissimum, quod nunc in omnium ore obuersatur, scomma detorsit facetissimus *e* Martialis: quo lepidè admodum clancularium quendam Poetam, hominem scilicet illiberalis ingenij, & qui corniculam Aesopicam referens suos ineptos versiculos nomine Martialis in vulgus spargebat, ratus futurum, vt titulo decepti lectores, Martialis esse crederent, Coturnicem appellauit se verò Psittacum, quasi diceret præter Coturnicis morem, & naturam fore, vt concinna, atque articulata voce quali Psittacus solet humanum sermonem edoctus vteretur, atq; ita vt Coturnix se sua voce prodit, Pseudopoeta ille se suis ineptis versibus. Alij scomma hoc ad auis ingenium referunt. Destituitur enim Coturnix eo discendi ingenio, & aptitudine, quæ in Psittaco maxima est, vt in Psitacco scripsimus. Dicebat autem Martialis.

Quãdo canere incipiunt.

b In latinis

c 4.Hi.c.9.

Coturnicis vox an laudanda, aut an vituperanda.

d lib.9.

Coturnicis vox quare laudabilis.

Coturnix prognomone.

Coturnicis vocis detestatio.

e lib. 9.

Poeta ineptus cur.

Coturnix dictus, & cur Martialis Psittacus.

Credis hoc Prisce
Voce vt loquetur Psittacus Coturnicis.

SALACITAS, SEV LIBIDO.

a 9.Hi.c.9.

ARISTOTELES *a* cùm Perdicum pugnam quam pro fœminis sustinent, descripsisset, & marium in hoc genere salacitatem, dixissetq; fœminas ad incubandum aliò diffugientes, clam parere, ne oua à maribus propter salacitatẽ frangãtur, & mares interim cœlibes inter se pugnare, victumq; victoris Venerem pati, nec ab alio, nisi suo victore subigi, idque non semper sed certo tempore anni fieri: demum subdit; Hoc idem à Coturnicibus quoque agi animaduertimus. Idem ferè Plinius scribit ex eo, vt apparet, mutuatus. In summo eadem planè Coturnicibus, quę Perdicibus libidinis procliuitas. Vsque adeo verò vtræque, teste *b* eodem, copia libidinis gaudent, vt in aucupantes corruant, & sæpenumerò capitibus eorum residant: quam postremã sententiã *c* Athenæus repetit ex Alexandro Myndio, sed apud hunc pro κατιζοντας ἐπὶ τῶν κεφαλῶν legẽdum ex Aristotele κατι-

b 9.Hi.c.9.

c lib.9.

Athenæus correctus.

ζοντα

ζάπυρ ἐπὶ τὰς χηραλάς. Apud eundem Athenæum Clearchus Coturnices etiam inter illas aues recenſet, quæ & quando fœminas vident, & cùm earum vocem audiunt, ſemen emittunt, vti quoque in Perdice ſcripſimus. Salacitas autem in duobus conſiſtit, nempe vt vnus mas multis fœminis, vt Gallus, ſufficiat, vel coitum ſæpius reiteret, vt Paſſeres aliæque quàmplurimæ, quibus ego Perdices, & Coturnices annumero. Nam Coturnicum generi, teſte Alberto, proprium eſt, vt rara inter eas fœmina ſit, mareſq; multi vnam fœminam quærant. Quare mirum non eſt, ſi coitum ſæpius repetant, nam ſemen, vt in homine etiam contingit diu retentum acredinem quandam acquirit, cuius cauſa, vel ſponte, vel coitu excernitur impetuq; erumpit. Vnde etiam Galli, vt ſcribit a Io. Bruyerus Gallus, libidinoſum hominem ſignificaturi Qualea, ſeu Coturnice ſalaciorem dicunt.

Salacitas in quo conſiſtit.

Coturnix quibus ſalacibus aſcribenda.

a li. 5. cap. 33. de re cibar.

Salacis hominis typus.

NIDVS.

ARISTOTELES a Coturnices nunquam in arbore, ſed humi ſemper conſiſtere nidulariq; tradit: nidum verò non facere, vti neq; graviores aues alias, ſed facta in aprico area (alibi enim nunquam inquit, pariunt) atque materia, vt vepribus equibuſdam congeſtis, quoad Accipitrum, & Aquilarum iniuriam deuitare poſſint, ouadere, & incubare: ſicuti in Perdice quoq; ſcriptum eſt.

a 9. Hiſt. c. 8

Nidi qualitas.

INCVBATVS. PARTVS. EDVCATIO.

QVO loco pariunt, non incubant, teſte a eodem Philoſopho, ne quis locum perciat longioris temporis mora Pariunt autem oua numero ſexdecim Coruinis ouis ſimilia, ſi b Bartholomeo Anglico credimus, ſunt qui quotannis quater prolem edere velint, bis nempe in illis regionibus, ad quas à nobis abeuntes migrant, item bis hic apud nos, & quę priùs edita proles eſt, hanc quoq; antequam diſcedant, ſoboli ſtudere, argumento quòd innumerabilis harum auium numerus, licet quotannis infinita earũ millia cùm in aduẽtum, tùm diſceſſu varijs capiãtur modis, tamen ſemper abire conſpiciatur, atq; redire. Aucupes tantam earum copiam admirantes dicere conſueuerunt, incubanti Maio menſe Coturnici mortem inferentem, ſpem centum, & amplius Coturnicum perdere. Neq; id à veritate alienum videtur. Illa enim ſexdecim ouis incubãs totidẽ pullos excludit, ex his verò quæ fœminæ ſunt, rurſus Auguſto menſe pariunt ad minus decẽ: quem numerum ſi ſupputemus, nõ mirabimur, cur tanta Coturnicum copia vbiq; capiatur. Cum Perdicibus commune habent, quòd pullos alis ſuis more Gallinarum fouent, eodemq; modo per agros ad pabula educent, quòd c Baptiſta Mantuanus ſic expreſſit.

a 9. Hiſt. c. 8

b l. 9. cap. 103.

Quoties proſẽ edant Aucupum de Coturnicũ fœcunditate dictã.

c In ville Refrig.

Stadula per ſtipulas tenera cùm prole Coturnix
Paſcitur, & magno natorum examine Perdix.

CIBVS.

ALOYSIVS a Mũdella Coturnicem, quòd milio potiùs quam alijs granis veſcatur, Miliarem auem eſſe arbitratur, imo contendit. At nos hoc nomen minori aui ſuo loco attribuemus. Veſcitur porrò præter milium Coturnix, & alijs granis, maximè poſt demeſſas ſegetes, inter quarum ſtipulas plerunq; verſatur. Cùm verò omni tempore grana ad manum non ſint, quare & alia in cibum ipſis cedere credẽdum eſt, nempe dum ſegetes adhuc virent. In Capreis certè inſulis, vbi maximoperè abũdare diximus, & multas illuc ſub hyemem ſeu ad hyberna ſeſe conferre, cùm grana nulla producãt, vt qui de ea ſcribunt, atteſtantur, alio victu vti coguntur, Acinos herbarũ comedere certo certius eſt. Hinc & apud Hollandos Brioniæ acini. Quartelsbeyen, ideſt, Coturnicum acini dicuntur teſte b Hadriano Iunio Hollando. Io. Bapt. Porta ſparteis reſtibus arborẽ claudi tradit ab alijs ſcribi, ne Coturnicibus aut Coruis, alijſue auibus malũ Punicũ laceretur, ac ſi Coturnices eo etiã veſcantur, quod nullibi lego. Spermophagæ ſeu ſeminuoræ etiã ſunt, atq; inter alia

a In epiſt. med.

Miliaria aues.

Quartelsbeyen vnde Hollandis dicantur.

b In Nomẽclat.

semina peculiari quadam naturæ suæ prærogatiua ellebori seminibus, quæ nobis venenum sunt, innoxiè vescuntur. Testatur hoc Lucretius, inquiens.

lib. 4. de nat. rer.

præterea nobis veratrum est acre venenum
Et capris adipes, & Coturnicibus auget.

Idem legere est in libro illo de plantis, qui falsò Aristoteli ascribitur, nimirum hoc modo. *Hyosciamus, & ellebrus noxius homini est, cibus Coturnicis.* *d* Plinius procul omni dubio de hoc ellebori semine intelligendus est, quādo inquit: *Veneni semen gratissimus cibus, quam ob causam eas damnauere mensæ.* Scio multos esse, qui pro dictione veneni legant veratri, atq; ego etiam ita eram lecturus, nisi primùm *e* Solinus Plinij expilator, seu potiùs simia veneni legeret, eandemq; lectionem Iulius *f* Cæsar Scaliger confirmaret commentans paulò antè allatum Pseudoaristotelis locum: *Meminisse*, inquit, è Galeno, *quid reprehendant in Auicennæ codicibus. Plinius in decimo veneni appetentē Coturnicē prodit, neq; nominat.* Sed & ipse Plinius *g* alibi eodē libro interpositis aliquot capitibus. *Venenis*, inquit, *capreæ* (Lucretius de capris hoc dicit) *& Coturnices, vt diximus pinguescunt placidissima animalia.* Galenus verò, & Auicenna ellebrorum nominant, *Cicuta*, inquit *h* Galenus, *Sturnos nutrit, nos verò interimit, & ellebrus Coturnicis pro cibo est, homini venenū.* Recentiorum nonnulli, inter quos est Stephanus Aquæus Bituricensis Plinij scholiastes, Coturnicē arbitrantur nō cibi causà ellebrorum comedere, sed recuperandæ salutis. Etenim Plinius, & Galenus tradunt Coturnices Epilepsia tētari, quā ellebrus vel ipso *i* Dioscoride testu sanat. Verùm etiāsi id nō inficier, eiusmodi tamen opinio, cui aliàs libenter assentior, Lucretio, Plinio, Galenoq; repugnat, qui vno ore Coturnices ex eius vsu pinguescere dixerunt. Estq; eiuscemodi esus, vti paulò superiùs diximus ipsis peculiaris. Fit .n. cōcoctio non modò vi, & ardore caloris, sed tota etiā ventriculi substātia, atq; quadā proprietate. Eodē modo fruges aridas, & præduras minutissimæ auiculæ conficiunt, ac in substantiā sui conuertunt, quæ vix homo audeat attingere. Hanc proprietatē cōcoctionis in Coturnice agnouit *k* Alexāder Aphrodisęus illustris ille Peripatheticus inquiens. *Quid est quod Gallina æditoua setacea aliqua se, & omnia lustrat, quare Coturnices veratro, cicuta Sturni vescantur, quæ toxica esse hominibus certum est &c.* Quæstionū ratio partim ex se certa, manifestaq; est, partim inexplicabilis; modūq; penitus humani ingenij excedēs, Deo duntaxat cognita immortali, qui rerū omniū parens & author est. Operis quidē solertissimi cuiuspiā rationē artifex, qui extruxit integrè tenet: cæteri verò, qui artis illius sunt ignari, rationem nullā reddere queunt, sed tantūmodò rem inspectant, & demirantur. Ita pariter nobis Coturnix, qua ratione semen istud in naturam suā cōuertat, miraculo potiùs habetur quàm verā eius cōcoctionis rationē assignare queamus, nisi, vti diximus ad occultam eius naturā confugiamus: In quo sensu D. *l* Ambrosius, *Ellebrū*, inquit, *pertis loquuntur ejcam esse, & alimonias Coturnicū, eò quod naturali quodā temperamento sui corporis vim pabuli nocentis euitent. Etenim, si ratione medicinæ plerunque ad salubritatem humani quoque corporis temperatur, cui videtur esse contrarium: quanto magis proprietati naturæ ad cibum proficit, quod meditatali manu conuertitur ad salutem?* Magnus etiam ille Basilius herbarū eiusmodi venenatarū exēplo probans nullas à Deo frustra generatas esse: ita in eodem sensu scribebat. *Illarū autem rerū nullā prorsus extimare oportet, aut otiosè, aut frustrà creatam esse. Aut .n. nonnulli animalibus expertibus rationis sunt pabulum, aut & nobis ipsis ex his nonnullis morbis depellendis ab arte medendi remedia cōperta præstantur. Nam cicuta quidem Sturni vescuntur, & tamen propter corporis constitutionem à veneno non occupantur. Cùm enim pertenues habeant ad corda penetrantes meatus: fit, vt antea deuoratam cicutam concoquant, quam inde letale gelu ad præcordia perueniat. Elleborus Coturnicibus est cibus, nec ab eo peculiari quadam temperatione detrimenti quicquam percipiunt. Sunt hæc ipsa nonnunquā tēpore opportuno etiam vtilia nobis, &c.* Multi eam D. Basilij opinionem approbant, nempe ideo ellebori esum Coturnicibus, cicutæ Sturnis innoxium esse, quòd propter venarū arteriarumq; angustiam ad cor penetrare nequeat: sed eiusmodi sententiam minores aliæ Coturnicibus aues, quæ eius herbæ elu intereunt, pessundant vel ¡vt falsam. Arabum nonnulli Napello pasci Coturnices scripserunt, sed hi Napellum cum elleboro turpiter confunderunt. Atq; hinc est, quod Antonius Gainerius aduersus Napellū puluerem Coturnicis, vel Turdi vtiliter dari posse suspicatur, deceptus scilicet hac Arabum cōfusione. Sed & Turdum perperam pro Sturno hic nominarunt, qui & ipse non elleboro, sed cicuta vescitur: adeo vt eiuscemodi Barbari cùm in auiū, tùm in veneni nominibus intoleranter hallucinati sint. Atque hinc etiam *m* Arnoldo Villanouano Orobus Coturnicum Auicennæ Napellus est.

d lib. 10. ca. 23.

e Cap. 18. Polybist.

f In cōmēt. ad l. Arist. de Plant.

g Cap. 72.

h Ad Pisonem.

Stephani Aquæi opinio de Veratri esu in Coturnice refellitur.

i l. 4. cap. 146. Quomod. innoxiè ellebrorum edant.

Concoctionis proprietas.

k In Proœmio probl.

l Hexam. lib. 3. c. 9.

Nullas herbas à Deo frustra creatas esse.

Sturni cur cicuta non afficiātur.

Arabes Napellum cū elleboro confundūt.

m In lib. de venenis.

SAGI-

SAGINATIO.

NVLLA quispiam apud priscos Coturnicum auiaria fuisse arbitretur, quoniam à cibo teste *a* Plinio damnatæ erant. Veruntamen *b* Marcus Varro Plinio longè antiquior, quosdam in Ornithone præter Turdos, & Merulas, aliasq; quæ pingues veneunt carè, vt Miliariæ, ac Coturnices, adiecisse tradit. Quod ad saginam spectat, milio, & tritico, & lolio, præterea pura aqua nutriendæ sunt: ita enim *c* Dydimus pinguescere prodidit. *d* Pet. Crescentiensis docet, quomodo Coturnices, & aliæ aues inclusæ pinguescant: vti in Perdice à nobis scriptum est, ad quem locum lectorem remittimus, ne sæpius illi eadem ceu Cramben bis coctam obtrudamus. Locus vbi nutriuntur, ὀρτυγοτροφεῖον dici potest, siue cohors sit siue cauea, quemadmodũ ὀρτυγοφόρβιον, qui eas gestat: Cupedinarij, qui eas in caueis saginant, altum locum eis minimè permittunt, quòd salientes caput offendant, atq; ita minus pinguescant, quare caueas vetant cubiti altitudinem excedere, at longitudinem nõ prohibent. Caueas vidi aliquando, quæ trecentas, & plures caperent aues, adeo verò humiles, vt vix Coturnicum altitudinem superaret. Loca in quibus saginantur, teporem desiderant. Cibaria ad satietatẽ offerre oportet. *e* Io. Bruyerus præter fruges, seminibus cannabis maximè opimari scribit. Opimantur autem ocyssimè, & tantam sæpe adipis copiam corpori adijciũt, vt adiposa illa mole mortuas esse quãplurimas exploratissimũ habeamus.

a lib. 10. ca. 23.
b l. 3. de re rust. c. 5.
c In Geoponicis.
d l. 9. c. 93.
ὀρτυγοτροφεῖον.
ὄρτυγοφόρβιον.
Cauea qualis debeat esse.
e l. de re ci. c. 33.
Quantum pinguescat.

PVGNA.

PERDICES pugnaces esse diximus, & id fortassis Coturnicibus potiùs competere dicendum est, nam Aristoteles, vel saltè quisquis ille fuit Physiognomicorũ author, aues, ait quibus duræ sunt pennæ, fortes esse, & pugnaces, quas inter Coturnices, & Gallinaceos nominat. Pugnant autem, vel legitimo *a* Aristotele teste pro fœminis, & inter cælibes etiam mas victus victoris venerem patitur mansuetæq; inter se spectaculi gratia certaturæ committuntur, vt referemus. *b* Plinius Pergami certamen Gallinaceorum quotannis publicè edi solere prodidit. Id & Athenæis factitari cæptum, author est *c* Ælianus, à Themistocle superatis Persis. Lucianus adijcit & Coturnicũ certamina, eaq; ibidem spectari consueuisse tanti decoris, vt ad illa tanquam ad gladiatorũ munus effusissimo studio omnes conuenirent. Quinimo Solonem narrantem inducit legem Athenienses fuisse, vt iuuenes Coturnicibus, & Gallis pugnãtibus spectandis tempus impẽderent, vt eiuscemodi auium rostris ad extremam vsque virtũ defectionem pugnantium certamina, intuentes ad fortiter subeunda pericula, & contemnenda vulnera, ne auibus ingenerosiores haberentur, inflammarẽtur. Ita Herodianus Seueri filios scribit, dissidere solitos puerili primùm certamine edendis Coturnicum pugnis, Gallinaceorumq; conflictibus. Eiuscemodi enim aues in tali ludicro certamine productæ, vel etiam sua sponte mutuẽ dimicãt, mutuisq; ictibus collidunt, caput, & ceruicem erigentes. In nonnullis Italiæ vrbibus maxime Neapoli pugnaces etiamnum alunt, & ex earum certaminibus maximam voluptatem, & etiam lucrum sæpè percipiunt: certaturis primò milium ad satietatem offerunt, dein super oblongam alicuam mensam ab vtraque scilicet parte vnam collocant: illæ more Gallinaceorum inuicem totuè aspicientes, quasi minarentur, quid audaciter præstitutas, tacitę subsitũt, at mox non aliter ac si duo fortissimi equites in vallo concurrent, vbi ad aliud milium, quod in medio mensa ponitur peruenere, tanto ardore, tantaq; velocitate inuicem aggrediũtur, manuisq; conferũt, vt nisi euulsis sibi pennis, ac sanguine ex acceptis vulneribus effluẽte à pugna discedant, atq; tamdiu dubio marte dimicant, donec alterutra, tãquam se victam fassa, victori locum cedat, ac pudibunda aufugiat. Tunc verò victoris dominus præmio, de quo certatum est, potitur, victricemq; suam magni ęstimat, adeo vt si ita aliquoties acie vincat, decẽ, & duodecim sæpè aureis vendat. Quanti verò apud priscos fieret eiuscemodi certamen, cùm ex paulò antè dictis, tum verò exemplo potissimum Augusti Cæsaris innotuit, qui Erotem Ægypti præfectum, quòd victricem per cõtumeliam edisset, morte, eaq; infami mulctauit. Etlõgè ante tempora Cæsaris diuinus *a* Plato eos redargues, qui nimis illis tribuerent,

Aues quæ fortiores.
a l. 9. Hist. cap. 8.
b l. 10. cap. 21.
c lib. 2. Var. c. 28. in Anacheside.
Atheniẽsiũ lex in dessidiosos iuuenes.
Seueri Imp filior. pugna.
Coturnicũ certamẽ apud Neapolitanos.
Coturnicis victricis pretium.
d In Hyside.

buerent, quanto in pretio haberentur, innuit, *Potiùs*, inquiens, *ego mihi amicum probum optauerim, quàm optimam* (strenuissimam scilicet) *inter homines Coturnicem, aut Gallinaceum.* Sed an semper ita inuicem dissideant, vt e Ouid. mihi in sequenti disticho innuere videtur, dum scribit inde facilè senescere, me latet, quamuis id facilè credam.

e In epitaphio Psittaci.

Ecce Coturnices inter sua prælia viuunt,
Forsitan, & sunt inde frequenter anni.

Sed nonnulli viri docti pro prælia prandia legunt vt scilicet ad elleborũ, quo Coturnices pasci scripsimus, referatur, at qui elleboro vesci dixerunt, non ex huiusmodi esu senescere voluerunt, vt hic Ouidius: at cõtrà pinguescere; quare non malè meo iudicio prælia legendum, quemadmodum etiam, quotquot ego vidi exemplaria habent. Porro Aristides sophista apud Philostratum hanc pugnacitatem innuens cuidam deprecanti, ne Sparta muris cingeretur, respondisse fertur. *ne capita illi damus mœnibus Coturnicum assumpto ingenio.* Huc pariter spectat, quòd f Aristophanes Carcini poetæ filios ὀρτυγας οἰκογενεις, idest, domesticas Coturnices, aut potiùs domi genitas vocauerit, quòd videlicet domi continuè inter se contenderent: quare ὀρτυγίη ψυχὴν ἔχει, hoc est *Coturniculæ animum habere*, parum rectè, vtpotè contrà auis naturam, prouerbialiter de formidoloso, & pusillanimo homine Antiphanes comicus apud Athenæum hoc versu protulit.

f In pace. Carcini poetæ filij Coturnices dicti. Coturniculæ animum habere.

Σὺ τί ποεῖν δύνασαι ὀρτυγίη ψυχὴν ἔχων,
Tu quid facere vales, Coturniculæ animum habens.

Meticulosi enim homines non pugnant, vel si cogantur pugnare, terga, vbi possunt, vertunt: è contrario Coturnix sponte dimicat, & nisi victa, ac plerunque nisi vulneribus acceptis pugnam deserit. Haud abre fuerit hic docere, quomodo Coturnices per se alias pugnaces, pugnaciores reddantur. g Dioscorides author est Adianti herbæ esu ad pugnam accendi. Quod si itaque pugnãtiũ domini milij vice pugnaturis exhibuerint præliabuntur audaciùs, aduersariasq; facile superabunt. Id verò inter Coturnicum, Perdicum & Gallorum prælium differentiæ, est quod illæ in pugna cantent, Perdix ante aggressam dimicationem, Gallus post debellatum hostem.

Meticulosorum pugna. Vt pugnaciores reddantur. g lib. 4. ca. 131.

CORPORIS AFFECTVS.

EPILEPSIA, siue Comitiali morbo Coturnices tentari, author est a Plinius: idque non pauci, referẽte Aloysio Mundella, nostro tempore obseruarunt. b Aristoteles tamen inuestigans cur solis hominibus oculi peruertantur, solos eos inter omnia animalia epilepticos esse asseuerat. Sed Aristotelem hallucinatum esse non sola Coturnix testatur, sed multa etiam alia animalia. c Hippocrates in primis Capras, & oues eo morbo vexari tradit. De Capra idẽ profitetur Plutarchus, atque propterea veteres sacerdotes ea vehementer, vt morbida abstinuisse, quamuis contrà Varro neget eam epilepticam fieri. d Iulius Cæsar Scaliger, canes ea lue interijsse ex ipsa experiẽtia testatur, quemadmodum & e Cælius, qui præter canes Feles addit, & arietem; Absyrtus equos: Brodæus Accipitres, & Gracculos. f Aloysius Mundella se ab alijs accepisse refert, Capos Gallinaceos, Alaudas, Picas epilepsia torqueri. Ex quibus constare arbitror lapsum Aristotelis, nec nõ ipsius Plinij, qui præter homines solas Coturnices hoc morbo laborare scripsit. Dici tamẽ potest ad defendendum Plinium, non solas quidem Coturnices post hominem, sed illas potissimum huic morbo abnoxias esse. Baptista verò Mantuanus id in Coturnice negare non veretur, vt ex hoc versu videre est.

a l. 10. c. 23
b Sect. 10. Probl. 49. Aristotelis error.
c lib. περὶ τῆς ἱερᾶς νόσου.
Animalia epileptica.
d In comm. Aristot. de Plant.
e l. 6. antiq. lect. c. 7.
f l. 3 c. 23.
g In comm. li. 6. Hipp. de morbis comm. tex. 36.
Galeni opinio cur Coturnix epilepsia patiatur, explosa.

Herculee nunquam morbo officienda Coturnix.

Sed huius auctoritas apud me tanti non fit, vt circa eam me exercerem. Nondum tamen vidi aliquem, qui rationem afferat, cur eo morbo Coturnix laboret, præter vnum g Galenum, qui multos propter Coturnicum esum in musculorum distentiones incurrisse scribit, quoniam veratrum illæ comedant. Sed nisi aliquis aliam rationem assignet, nondum Galeno acquiescã, quia Veratrum, quemadmodum paulò antè ex Dioscoride dixi, epilepticos curat, tantum abest, vt Epilepsiam indicat: neque etiam homines crediderim ex harum auium esu distentionibus corripi. Nam has aduersus morbum illum volare suo loco dicam: præterea omnia illa, quæ recensuimus animantia epilepsia afficiuntur, quæ tamen veratro pasci nemo dixerit.

SYM-

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

COTVRNICEM tradunt reperto aquæ etiamsi lympidissimæ fonte simul ac biberit, reliquam aquam rostro pedibusq; corrumpere, lutosumq; reddere, puluere etiã in eo ingesto: quod facere eam hactenus multi credidere, ne quodpiam aliud animal eius potu fruatur: à qua nimirum auis natura tanquam inuida, improba, ac maligna Ægyptij etiam argumẽto sumpto malignum hominem per eius hieroglyphicum significarunt. Verùm cùm nonnulla animalia suapte natura puram in potu aspernentur, turbulentamq; & crassam præferant, vt exempli causa Cameli, quos aiunt, qui eorum naturam perspectam habent, nõ è fluuio prius bibere, antequam pedibus protrita terra aquã eius soliorem reddiderint. Nec alio Elephanti quoque potu gaudent, quos autem ideo turbidam reddere volunt, ne imaginis suæ foruitate terreantur. Itaque nõ absurdè, meo iudicio quispiam dixerit, & nostram Coturnicem id ob occultam aliquam cum horum aliquo, vel forsan vtroque amicitiam, vel quia ipsa fortassis tali potu delectetur, nõ malignitate, aut inuidia aquæ, postquam potauit, puluerem ingerere, si modo verum est quod faciat: nemo enim grauissimorum tradidit. Grauissimos voco Aristotelem, Plinium similesq; alios, qui de animalium natura scripsere: apud quos illud quoque non reperias, quod de eadem aue, & Luna Orus Apollo referente Pierio Valeriano prodidit, atque hoc docti videant, nunquid sympathiæ, an antipathiæ, quam hæc auis cum Luna habet, adscribendum sit. Est autem hoc, atque bis verbis à Valeriano traditum Quotiescunque Luna oritur, Coturnix inauspicatos clamores excitat aduersus eam, non quæ Deam saluare iubeat, aut laudatione prosequatur, vt solem Gallinacei, sed manifestissima det indignationis aduersus eam signa, quod apud ipsos (Ægyptios) magna dabatur impietati: cùm summo Lunam cultu prosequerentur. Antè omnia autem terram fodicat (ita intelligendum τοὶ γὰρ ἀκροδίοις αὐτῆ σκίλαισ ἀναρυσσων τὴν γὴν) pupillasq; identidem sibi conscribillat, vtpote quæ indignè ferat Lunam apparere, quam neque quidem intueri patitur: atque eadem facit in ipsius Solis tam diuini astri exortu: qui mos nonnullis Æthiopum nationibus in Solis ortu, quem velut hostem maximè reformidant, & ne spectent in loca palustria fugientes, vbi non alia fruticum, aut syluarum copia fuerit, ibi delitescunt, Deum omni execratione prosequentes. Hæc ille, vbi etiam annotat, in vulgato codice Græco mendum animaduerti, in quo nimirum Oryx quadrupes animal pro Coturnice positum & ita traductum: neque enim, inquit, hic quicquam de Oryge apud Orum, apud quem in vetustis codicibus manuscriptis Ορυγα, non Ορυγα legas. Et eodem capite vulgati etiam codices habet τὰ μόνα τῶν τετρ. quod satis manifestum facit de aue, non de quadrupede hæc dici. Pelicanum, & Coturnicem sibi inuicem dissentire volunt. *De Coturnicis exitio*, inquit *a* Ælianus, *Pelicanus, acerbe, & crudeliter cogitat: rursus Coturnix ab eo vehementer dissentit.*

Coturnix bibens cur aquã turbet.

a Malignè hominis hieroglyphicum.

Cameli turbidã bibũt.

Elephanti cur bibituri aquam turbent.

Coturnix cur puluerẽ in aquã parã ingerat, opinio authoris.

Grauissimi authores quæ.

Coturnix an cũ Luna sympathiam habeat.

Ægyptij Lunã honorant.

Coturnix Lunã non intuetur.

Æthiopibus Sol hostis est.

Pelicanus & Coturnix hostes. al. 6. de anim. c. 49.

CAPIENDI RATIO.

RATIO capiendi Coturnices diuersimoda admodum est, prout nimirum anni tempus expostulat. Siquidem vbi primùm ad nos accedunt, segetesq; etiamnum virescunt, masculi fœminas propter libidinem prosequuntur, atque ita fœmina inclusa caueæ, vel etiam fistula ex osse, & corio confecta (nostri Quagliarolo, Piceni Truffello, Galli teste *a* Bellonio Cursalet vocãt,) illectæ retibus ab Aucupibus irretiuntur: atque hoc de maribus dixi, quia paucę admodũ fœminę eo modo capiuntur. Sed elaborandum est, vt fœmellæ venatrices egregiè canant: canere verò hoc pacto eas docent: inclusas caueis cystæ includũt; vt planè in tenebris habeãtur, mane verò, & vesperi alternatim apposita candela, aut lucerna milium in cibum exhibent, idq; tandiu cõtinuant, donec iam egregiè pulchrum illud suum Coturnix didicerint: ad hanc siquidem vocem allecti mares, ceu ad coeundum inuitatio cyssimè accurrunt, & se ipsos in extensa retia præcipitant, tantoq; nonnunquam impetu id facere visi sunt, vt antequam auceps extendere retia posset, caueam perforare voluerint, eorum præsentiam minimè expauescentes; quin imo quod amplius est, retia ipsa fregerint. Sed hoc modo paucæ capiuntur; plurimæ verò, quin innumeræ

Mares vt capiantur. al. 5. de Anim. c. 17.

Quomodo doceantur canere.

Quando multæ capiantur.

cùm

cùm primùm mare transuolant, fœlæ scilicet, vt Baptista Mãtuanus hisce versibus expressit.

Altilia in cœnas veniunt, venit assa Coturnix,
Nam genus hoc auium dum se super æquora magnis
Vere refert turmis volitans in retia fissum
Visa cadit, capiturq; manu peregrina volucris.

b In latinis.

Circa Neptunium Italiæ oppidum (inquit b Blondus) aucupium est Coturnicum. Nam cùm ad prima Veris signa Hirundines, & simul cum ipsis Coturnices transmisso mari Infero in Italiam redeunt, omnia Antiatum quondam littorum supercilia passus quinque millia Neptunienses contiguis retibus complent, sedensq; vnusquisque in fundi proprij, & magno pretio comparati loco ad particulam propriam retium venientes noctu Coturnices fistula illectat: & cùm turmatim illæ retibus intricentur, si aliqua de longissimo volatu fessa extra rete in sabulum ceciderit, eam auceps manu percipit, fuisseq; audiuimus intra mensem vnum, quo id continuatur aucupium, dies aliquot, in quorũ singulo centies huiusmodi auicularum mille sit captum. Hactenus Blondus. Ad cuius narrationis confirmationem placuit referre hoc loco, quæ antè aliquot annos D. Franciscus Arriuabenus Mantuanus à cubiculo Eminentiss. ac Reuerendissimi Cardinalis Paleoti super eiusdẽ loci aucupio ad Illustrem D. Camillum nostræ Vrbis quondam Senatorem amplissimum dictiq; Cardinalis Germanum scripsit in hæc verba. Quid Neptunij, vbi triduum pernoctauimus, viderim tibi significare non grauabor. Cùm hinc Eminentiss. Cardinalis germanus tuus discederet, Asturam (alterius, ni fallor, oppidi nomen est) visitaturus, vix oppido egressi incidimus in Coturnicum aucupium. Retia quatuor millia passuum explebant, & maximus auium numerus capiebatur. Dicebant aucupes eò ferri ex barbaria, vnicoq; volatu mare tranare, sub vesperam discedere illinc, huc verò summo manè appellere, sese quandoq; semen Basilici auium ingluuie exemptum terræ commisisse, feliciterq; germinasse, quod certè celerrimi itineris inditium est. Præfectus loci interrogatus, quot hoc manè captæ essent, ex aucupum relata fide decem, & amplius millia respondit. Quod verissimum fuisse sequenti die comperi, quin imo multò plures capi, cùm interim aucupes venti inculparent, iniuriã, vtpote qui aliò eas differret: & reuera ventus flabat vehementior, adeo vt appellens, quædam nauis, dum pranderemus, vix portum tenere posset. Aucupes captas Neptunium ferunt, & Ὀρτυγόπολις Romanis harum duntaxat auium gratia huc migrantibus vendunt, centurias singulas quindecim Iulijs, hoc est, aureo cum dimidio. Hactenus ille Iã verò dicẽdum restat, quomodo capiantur, cùm libido cesserit, & nullam iam amplius vocem edũt. Tunc sagaci, venandiq; artẽ edocto cane opus est, qui eas ceu digito monstret, simulq; in vnum locũ coire cogat, vt ita ab aucupibus rete ab vtraque agri parte ferentibus, duobus nempe, cooperiantur. Galli, teste Bellonio, id genus retis riraz vocant, nostri tragino. Depingit eleganter admodum hunc cum cane aucupãdi Coturnices, & Perdices modum Angelius Bargæus hisce carminibus.

Neptunienses, vt Coturnices capiant.

Franciscus Arriuabenus.

Astura.

Retia maxima.

Quomodo capiantur cũ non turgent libidine.

Tirazapud Gallos quid.

Præterea latos quærtes extendis in agros
Prædaturus aues, quarum Latona tuetur
Alma genus: seu sit Regum gratissima mensis
Coturnix magno quondam dilecta Tonanti:
Siue sit inuenta primum cui lamina ferræ
Attulit exitium miseræ male prouida Perdix:
Ipse tibi aucupij catulus dux, ipse magister
Antferat celeres gressus, palsimq; pererret.
Cùmq; adeò steterit campis immotus, & ore
Despiciens crebro caudam vibrarit: inanes
Rumpe moras omnes subito, & cauaretia pande;
Qua tecum sublata manu comes vnus, & alter
Substolant, raptimq; tegant volucresq; canemq;.

Augustinus Gallus inter alios Geoponicos recentiores facilè princeps maximum numerum simul capi scribit Augusto mense cùm iam abitum parant, si Coturnix, quæ ab Aprilis initio vsque ad Iulij mensis exitum in tenebris reseruata fuit, tribus horis ante exortum solem in medio agro milio consito collocetur. Ad hanc enim, inquit, cantilantem non solùm illæ accurrent, quę in eodem agro existunt, verùm etiam omnes alię, quotquot cantilantis vocem audierint. Hanc capiendi rationem c Oppianus non videtur ignorasse, inquiens. *Coturnices noctu retibus, quas nubes vocant capiuntur; clamantibus alijs natu maioribus*

c In Ixeut. lib. 3.

Retia nubes dicta.

(παλαιστίρων,

(παραιστὴρων, iam olim captis, vnde forsan verbum παλιὼν factum, de quo nos fusiùs in Columbarum tractatu agemus:) *ad quarum vocem dum accurrunt, in sagenas incidunt. Interdiu etiam in terra hoc modo capiuntur? Reti extenso aliquis tunicam supra caput erectam calamis vtrinque sustinens mouet paulatim progrediens, metuunt ille sibi, & dum vestis huc illuc nutantis vmbram fugiunt retium laqueis inuoluuntur.* Docet idem Gallus, quomodo alio genere retis, quod strusam vocari ait, item alio, quod piombinam magna multitudine simul capiantur, quæ omnia lector ipse per se legere poterit. Crescentiensis etiam describit aliqua, quibus capiuntur, retia, de quibus in Perdice egimus. Vbi ex Clearcho quoque descripsimus, quomodo speculis eis insidiemur. Qua ratione verò ab Accipitre capiantur, in huius etiam tractatu luculenter ostendimus. *Strusa. Piombina. d In Aui.*

COGNOMINATA, & Denominata.

APVD Aristophanem Midias quidam Ορτυξ cognominatur his verbis Καὶ γάρειν (lege pro ἔχει, vt Suidas interpretatur) Ορτυγα τὸν συροκόμην τὸν ἐν κεφαλῇ πλεγμάτια, quo loco Scholiastes, *Ammonius*, inquit, *Midian putant* Ορτυγα cognominatum esse διὰ τὸ κυβιστᾶν εἶναι, καὶ ἐν τοῖς (forte γράφειν) τοὺς Ορτυγας κόπτειν. *Nam & alibi* μοιχὸν Ορτυγοκόπον *appellat: & alibi rursum Gallinaceorum studiosum eum fuisse scribit. Traducitur alioqui tanquam vir improbus, & fur publica pecunia,* πτωχαλαζὼν. *Habent autem plerique codices* συροκόμην *dictionem obscuram; quam aliqui interpretantur Coturnicem pugnacem* παρὰ τὸ συρίττειν κόπτειν: *fictio nomine autis* παρὰ τὸ καλύπτειν τὴν κεφαλήν, ὃ συμβαίνει τοῖς Ορτυξι. *Dionysius Zoppyrus* ὀρτυγόπορνον *legit, & u literâ (propter carmen, aut forte de industria, vt simul* κόμωσι, *id est factum hominis notaret) insertam ait.* Hæc ille. Mihi quidem, inquit Ornithologus, in mentem venit posse etiam τυφοκόμην legi apta significatione & hominis, qui notatur, moribus conueniente: sunt enim τῦφος, & κόμπος vocabula synonyma, quibus fastum, & superbiam Græci appellant. Erat autem Midias homo fastuosus, & inde πτωχαλαζὼν etiam cognominatus. Vt sensus sit Midia vocabatur Ορτυξ, eò quòd præ nimio fastu Coturnicem capite ictam referret. Videntur enim Coturnices in ludo ab hominibus, vel ipsæ inter se certantes percussæ præsertim pugnaciores, vt & Gallinacei, caput, & ceruicem magis erigere. Sed vide, nunquid etiam ita cognominatus Midias fuerit propter contentionem, seu cõtentiosam naturã. Nam eidem *b* Aristophani alibi Carcini Poetæ Tragici filij, quos tres fuisse Scholiastes eius memorat Ορτυγες etiam dicti sunt ab eadem indole, *vti suprà annotauimus, quãuis c Cælius arbitretur ita cognominatos à paruitate corporis, nam,* inquit, *Corpore minutili, perbreuesq; Ortyges dicuntur.* At hoc nostræ opinioni non repugnat. Solent enim eiusce modi homunciones admodũ contentiosi esse: cuius rei mihi exemplum esto famulus meus monstrosæ (si paruitatem spectes) propemodũ staturæ, vix pygmeo maior, tam verò superbus, vt nihil præter rixas, iurgia, blasphemias, & contentionem in ore habeat, etiamsi nemo ei occasionis tãtillum præbeat, adeo vt ne mei sæpe rationem habet. Iam prosequamur. Apud *d* Athenæum etiam vir quidã Ορτυγη nominatur. De Ortigia insula suprà diximus, hoc modo hìc addentes aliquos esse, inter quos etiã Nicander est, qui ita dicta volunt ab Ortygia oppido. Quod fortè dicere voluit *e* Virgilius, inquiens:

Linquimus Ortygiæ portum.

Fuit & Ortygia alia circa Siciliam ex oppositio Plemmyrij Siciliæ amnis quæ ponte iungitur Syracusis, & fontem habet Arethusum, cuius pariter meminit Virgilius caneus.

Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum; nomen dixere priores
Ortygiam, &c.

Ephesus etiam Ioniæ vrbs olim, vt scribunt Eustathius, & Stephanus Ortygia dicta est. Augustinus Niphus Accipitrem Qualearum appellat, qui Qualeas, hoc est Coturnices capiat. Sed vide nunquid is idem sit cum Perdicario, vel hunc dicere voluerit. Corqualeatũ Galli nonnulli mensem Aprilem nominant, eò quòd tunc fermè cantillare Coturnices incipiant. Hollandi, quemadmodum suprà diximus, Brioniæ acinos Quartalbeyen dicunt, quò his Coturnices vescatur.

a In Aui. Midias Ortus dictus.

Συροκόμπος.

Midias cur Coturnix dictus.

b In pace. Carcini Poetæ filij, Coturnic. cur vocati. c l. 26. Ant. lect. c. 25. Paruuli sunt cõtentiosi. d lib. 6. Ortyges vir. Ortygia insula. e li. 3. Aen. Ephesus. Accipiter Qualear. Aprilis cur Corqualeatus dictus. Quartalbeyen.

HISTORICA.

Populum Israeliticũ Coturnicibus saturatus.

ISRAELITICVM populum, dum Moyse duce in deserto degeret, & terram à Deo promissam peteret, in itinere ei obmurmurasse testantur sacra Biblia, & carnes quibus vescerentur non sine alterationibus à Moyse expostulasse: Deum verò obmurmurantibus Coturnices immensa, ac inumerabili copia, necnon & Mannam, quibus ceu delicatis cupedijs gulam explerent, immisisse. Legitur hæc sacra historia in [a] Exodo his verbis ex traductione, quam semper ante oculos quisq; vir christianus habere debet, vulgata: *& murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron in solitudine: dixeruntque, vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate, &c. Locutus est Deus ad Moysen dicẽs, Audiui murmurationes filiorũ Israel, loquere ad nos, vespere comedetis carnes, & manè saturabimini panibus; scietisq; quod ego sum dominus Deus vester. Factũ est ergo vespere & ascendens Coturnix cooperuit castra, mane quoq; ros iacuit per circuitum castrorum.* [b] Flauius Iosephus etiam hanc historiã in suos libros transtulit velut sacræ paginæ calcar addens, atq; in hæc verba, Sigismundo Galenio interprete, scribens. His auditis Moyses descendit ad multitudinem: illi verò animaduertentes promissionibus diuinis lætũ, & ipsi posito mœrore vultus hilares sumpserũt. Tum ille stans in medio cõcionis ait se præsenti necessitati à Deo remediũ afferre, nec ita multò pòst magna vis Coturnicũ, quod genus auiũ præ cæteris Arabicus sinus alit, superato interiacente mari, longo volatu fessarũ, qui alioquin etiã nõ est sublimis, in Hebræos differtur. Illi verò cibos diuinitùs oblatos certatim comprehendentes, remediũ inopiæ quærebant: & Moyses rursum ad supplicationes vertitur ob auxiliũ à Deo promissum simulatq; exhibitum: qui ad hunc modum pastis, alia mox alimenta demisit. Nam interim, dum Moyses palmas deprecabundus attollit, ros de cælo dilabitur: qui cùm manibus eius hærens concreuisset, suspicatus ille hanc quoq; alimoniam à Deo demitti, degustat: lotusq; re comperta, turbam ignaram, & putantẽ hyberba tempestate ningere, monet opinione falli, nec vulgarem rorem de cælo descendere, sed alimoniam, quæ ope alia destitutos periculo famis eximeret, ac mos præguſtatum offert, &c. Meminit eiusdẽ Dei erga Israelitas amoris [c] Psalmographus inquiens. *Petierunt, & venit Coturnix; & pane cæli saturauit eos. Dirupit petram & fluxerunt aquæ* &c. Dirupit petram, nempe Moyses, à quo rursũ murmurantes potũ extorquebant. In hac enim ciborum copia interuenit magna potus inopia, vt interim [d] Philonis Iudæis verbis vtar interpretatione eiusdem Sigismundi Galenij, iamq; deplorata erat salus omnium cùm Moyses sumpta illa sacra virga, per quam in Aegypto prodigia patrauerat, numine correptus rupem percutit, quæ ceu vena opportuno ictu aperta, seu aquis tũ primùm eò corriuatis per occultos cuniculos erumpentibusq; præ impetu more fontis tantũ profundit, quantũ ad sitis remedium, *& ad diuturnam aquationem sufficeret tot millibus. Vt verò ad Coturnices regrediamur*, dubitare quispiam possit, vnde tanta Coturnicum copia à Deo accersita, ac in tot millia hominum, eorumq; stolida carnium fame laborãtium immissa? Cui vsus eiusdem Philonis verbis respondeterim, illum non nouisse scilicet Deum, nec quærere vt agnoscat: alioqui certo certius sciret *miracula ista esse Dei ludrica collata cum serijs operibus, quale est creatio* cæli cum fixis, erraticisq; sideribus, lucis, diei, Solisq; productio, itidemq; nocturni Lunaris luminis, terræ fundatio in terum meditullio, insularum, & continentis immensa magnitudo, animalium, stirpium q; in tot species diuersa varietas: ad hæc maris æstuaria, fluuiorum cursus, præterea tot mutationes aeris, tẽpora discreta annuis horarum vicibus, aliæq; pulcherrimæ, res innumeræ, quibus recensendis vix tota hominis vita sufficiat, quæ nec ad vnius cuispiam mundi partis miracula singulatim excutienda satis sit, etiamsi contingeret longissima. Verùm ista cùm digna sint admiratione maxima contemnuntur propter consuetudinem: quæ autem inusitata sunt, quamuis minora miramur, indulgentes nouis imaginationibus. At redeamus in viam, & ne videamur frustrà, aut impiè de hac dubitatione locuti, addemus quę super eodem miraculo sacra pagina habet, nam & ibi ipsemet videtur Moses vix potuisse adduci, vt crederet, quomodo Deus tanquam gentem ad nauseam vsq; ac per multos dies carnium esu exaturaret, sed [e] sacra verba adducamus, quæ sic habent: *Vnde mihi carnes vt dem tanta multitudini? Flent circa me* (inquit Moyses) *dicentes; Da nobis carnes, vt comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est &c. Populo*

quoque

[a] Cap. 6.

[b] lib. 3. Ant. Hebr. c. 1.

Manna descriptio.

[c] Psal. 104

[d] lib. 1. de vita Moys. *Moyses aquam dat miro modo Israelitis.*

Dei omnipotentis opera.

Mosis dubitatio.

[e] Num. 11.

quoque dices (verba Dei sunt ad Moysen) *Cras sanctificamini, & comedetis carnes. Ego enim audiui vos dicere. Quis dabit nobis escas carnium? Bene erat nobis in Ægypto, Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis: non vno die, vel duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem, sed ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, &c. Et ait Moyses ad Dominum sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis, dabo eis esum carnium mense integro? Numquid ouium, & boum multitudo cædetur: vt possit sufficere ad cibum? Vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Cui respondit Dominus. Numquid manus Domini invalida est? &c. Ventus autem egrediens à Domino arreptas trans mare Coturnices detulit, ac demisit in castra tantum quantum vno die confici potest ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. Surgens autem populus toto die illo, & nocte, ac die altero congregauit Coturnicum multitudinem.* Quam multitudinem exprimere cupientes *f* Psalmographus, & *g* Philo Iudæus, ille eas pulueri, & maris arenis, hic nubibus assimilabat. *Nubes*, inquit hic, *Coturnicum aduolabat à mari, tota castra inumbrans, terra tam propinqua, vt facile præberet aucupium.* Ille vero sic habet. *Transtulit austrum de cælo, & induxit in virtute sua Africum. Et pluit super eos sicut pulueres carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum, & manducauerunt, & saturati sunt nimis &c.* Meminit ex Christianis doctissimus inter alios Poetarum *h* Prudentius sub rubrica, Manna in deserto datum, canens:

f Psal. 76.
g l. 1. de vita Moysis.
h In Dittochæo.

Panibus Angelicis albent tentoria Patrum
Certa fides factis tenet vrceus aureus exin
Seruatum Manna, ingratis venit altera nubes.
Atque auidos carnis saturas congesta Coturnix.

MYSTICA.

VIDEAMVS modò quod nobis sacra illa, quam iam recensuimus, historia mysterium doceat. In cuius traditione nihil à nobis afferetur, nisi quæ S R E. Doctores, atq; Antistites scriptis mandauere. Attingit in primis hunc locum Diuus *a* Cyrillus Archiepiscopus Alexandrinus, explicans illa Saluatoris verba. *Sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum: panis enim verus est*, &c. Atq; Coturnices illas legem quodammodo denotare hoc pacto docet. Numquam enim, inquit, auis hæc volatu effertur, sed propè terram semper volat. Nam & disciplina legis, terrestris quodammodo est, animalium oblationes, & purificationes continens Iudaicas, quibus illi non multum è terra leuabantur. Vespere autem traditur, vel quia magna obscuritate figuræ legis inuoluitur, vel quia mundus tenebrarum effusione tenebatur, luce vera carens, quæ est Christus. *Ego, b* inquit, *lux in hunc mundum veni.* Cognituros autem ait, quod Dominus eduxit eos ab Ægypto: quia vniuersalis quædam ac confusior in Mosaicis libris salutis cognitio solummodo est. Nondum enim aderat gratia, quod ipse significauit dicens: *Mane videbitis gloriam Domini, dum det vobis panes in saturitate.* Solutis enim nocturnis legis iam tenebris, & Sole nobis intelligibili orto, præsentis Domini gloriam intuentes, copiosissimè panem cælestem, ipsum rursus Christum assequimur. Factum est ergò vespere, & ascendens Coturnix operuit castra: manè quoq; ros iacuit per circuitum castrorum, quumq; operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine album, & minutum quasi coriandrum. Considera rursum spiritalium ordinem sensuum. Nam de Coturnice quidem dicitur, quòd castra operuit: de manna verò quia cessante rore mane de cœlo descendit per circuitum castrorum in facie deserti. Legalis enim disciplina, quam per Coturnicem intelleximus, figuris, atq; vmbris Iudæorum populum contegit. *Latet enim* (vt ait *c* Paulus) *velum in corde ipsorum, & cæcitas ex parte:* sed postea quam manè factum est, oriente iam sole vero, Euangelica doctrina fulgente, quum etiam ros, id est rudis: & pruinosa legis obseruatio iaceat, atq; desinat (finis enim legis, & Prophetarum Christus) tunc verum de cælo descendit manna, tunc Euangelica doctrina rutilauit non in Hæbreorum congregatione, atq; Synagoga, sed per circuitum castrorum in facie deserti, & solitudinis, in omnibus videlicet gentibus, in Ecclesia gentium. Hæc, & quæ subsequuntur D. Cyrillus. Cui astipulatur *d* Beda in hunc modum. Potest quidem & volucrum esca veteris legis significare eloquia, quæ populum carnalem tanquam carnalem eleuat per verba diuinitùs missa. Per volatilia, vnde & vespere dantur, finem habent. A manifesto lumine fidei datur manna populo Dei, i. Christus, qui est panis viuus.

a l. 3. Enäg Ioan. c. 34.
Lex per Coturnices denotata.
Cur vespere immissæ dicantur.
b Ioan. 12.
c 2. Cor. 3.
d Expos. in Exo. c. 19.
Manna est Christum.

Hoc

Hoc autem volucrum genus apud Hebræos vocatur Coturnix, apud Græcos Ortygometra, auis marina in Latina: (quod poſtremum apud neminem legas, præterea Ortygometra Græcis longe alia auis eſt, quam Coturnix.) Alij dicunt per Coturnicem humanitatem Chriſti poſſe intelligi; per mannam ipſius diuinitatem. Veſpere enim Coturnix percutitur, quando carnis Chriſti occiſionem ſignificat. Manè manna diuinitatem, corporis præcellentiam, nobis myſterium ſapientiæ, & corporis Chriſti notantur (ita habet exemplar Baſilicæ impreſſum.) Alibi rurſus idem *e* Beda, poſtquam per has volucres, & eſcas niſi prædicationes diuinitus millas intelligi dixiſſet (quæ tranſcurrunt per verba ſonãtia, quaſi per aera volatilia pennata, quibus per fidem paſcantur, hi qui ad patriam regni cæleſtis peruenire contendunt,) ſubiungit: Poteſt quidem & volucrum eſca ſignificare legis eloquia, quæ plebem carnalem tanquam carne alebat, per verba diuinitùs miſſa quaſi per volatilia. Vnde & veſpere dantur, quia cuncta, quæ carnaliter illis conceſſa ſunt, finem habituram erant: manifeſtato autem lumine fidei datur manna populo, &c. Vt modò de ethnicis aliquid dicamus, habebat & hoc auium genus ſua apud illos myſteria. Namq; teſte Solino in Latonæ tutela exiſtimabantur conſtitutæ: quoniam hæc Dea, vt inter fabuloſas transformationes latiùs dicetur, ex Ioue in Coturnicem transformato Dianam, & Apollinem concepiſſe crederetur, eoſq; in Delo inſula, quæ poſt Ortygia dicta eſt peperiſſe, licet alij aliter hanc fabulam recẽſeant. A Phœnicibus verò Herculi Coturnices immolari ſolitas Eudoxus Cnidius in libro primo circuitus terræ ſcribit referente *f* Athenæo, quia Hercules Iouis, & Aſteriæ filius in Lybiam proficiſcens, & interfectus à Typhone, Iolao Coturnicem ei admouente, & præbente olfaciendam, reuixerit. Illum enim cum orbem terrarum ambiret, & peragraret, hoc animali, inquit Athenæus delectatum fuiſſe Iacob. Dalechampius hoc addit ſcholium, vel eius eſu aut ſpecie. Sed quid ſi ob epilepſiam, qua Hercules laborabat, eiq; nomen fecit? vt ſcilicet hanc auem ſecum ferret, vt quotieſcunq; hoc caduco morbo torqueretur, eius opera ceu reuiuiſcens acceſſionem breuiorem redderet. Coturnicem huic morbo opitulari ſuo loco dicemus Heliorodus Pertinacem refert boum, & Coturnicum greges præmiſiſſe partim, vt ex vnoquoq; genere ſacrificaret hecatomben, partim populo inde pararentur epulæ: verum non addit, cui hecatomben illam ſacrificaret, putarem tamen Herculi. Iuuenalis traducent eos, qui cum pro amicorum, vel Parentum ægrotantium ſalute ne minimum quidem ſumptum facerent, pro diuitibus orbis, quorum hereditatem expectabant, magniſicè impendebant, canebat.

Chriſti humanitatem Coturnix ſignat.

e 40. 8. in Quæſt. ſup. Exc. c. 23.

Coturnices cur Latonæ ſacræ.

Herculi cur ſacra Coturnix. f lib. 9.

Authoris opinio.

Pertinacis hecatõbe.

Coturnix

Nulla vnquam pro parte cadet.

Meſſicani Peruẽſes, ac multi alij noui orbis incolæ ſuis idolis etiam Coturnices immolant: idoliq; caput, quod ſiccitatibus, pluuijs, & ſterilitati præeat, Coturnicum pennis exornant.

Meſsicani Coturnices immolant.

MORALIA.

COTVRNICVM ex noſtris hiſce ad alienas terras migratio, eorum ad vnguem conditionem vitæ exprimit, qui procelloſum huius mundi pelagus nauigantes toto corde cæleſtes ſedes affectant. Illæ enim gregatim volant, & ducem eligunt itineris, hi ſimul degere gaudent, & ducem vnum ſequuntur: illæ Auſtrum vitant, & Aquilonem quærunt: hi carnales huius mundi proſperitates fugiunt, pœnitentiæ ſe ſuaq; committentes per hanc ad littora cæli faciliùs pertingunt, nam, vt ait D. Gregorius, *mala, quæ hic non præmunt, citius ad Deum venire compellunt.* Quemadmodum verò illæ longitudine itineris defeſſæ, quo quieſcat, locum quærunt, ita pariter eiuſmodi bonorum genus hominum durioris iſtius vitæ quam agunt, ſpacia trutinãt, & ne longitudine eius deficiant, vires ſuas examinantes, paulatim hunc Oceanum penetrant. Quod contra nõnullos dictum eſto, quia principio vitam aſperitatibus, ac omni moleſtiarum genere plenam inſtituunt, ac ſi primo impetu ad ſuperos iretur; at vix in medio itinere cõſtituti, turpiter deficiunt, tantum abeſt, vt id continuent, aut perficiant. In quos illud D. *a* Pauli optimè quadrat: *Currebatis benè, quiſquis nos impediuit?* Sed proſequamur. Coturnices occiſo, qui comitabatur, & dux erat gregis, ab Accipitre, alieni generis alium ſibi in ducem adoptant: ita hi mortuo ſuo Paſtore, alterius Principis auxilium implorant, ne in Accipitres, hoc eſt ſæuos, rapaceſq; prædones, bonorum expilatores incidant: Principum enim eſt probos iuſtoſq; contra eiuſcemodi nequam homines, vindicare, tueriq;, maloſq; punire. Vel dic Coturnices ſignificare genus

Migratio Coturnicũ quod ſignet

a 5. ad Gal. Principum munus.

Chriſtus bonorum dux.

genus humanum, & patres veteris testamenti, quibus (quia statim ac mare huius mundi nauigauerant, ab Accipitre Diabolo in infernum præcipitabantur) opus erat duce alterius generis, & naturæ, videlicet Christo, qui opus ceu Dux præcederet, iuuaret, & ex vnguibus eius eriperet.

SOMNIVM.

COTVRNICES, inquit *a* Artemidorus, his, qui eas libenter alunt, nuncios significant per mare affuturos iniucundos & malos, & per mare quidem: quantũ etiamsi ipsæ quidem vernaculæ regionis incolæ sint, tamẽ per mare accedunt. Iniucundos verò, quòd pugnaces sint, & breuis vitæ, & in sodalitatibus, & amicitijs, & nuptijs, & vitæ commertijs, seditionum, & contentionum significationem habẽt, & ægrotis, siquidem traijciant, mortem significant propter vitæ breuitatem non traijcientes, minus periculum. Sed & ad peregrinationem malæ sunt: dolos enim, & insidias, & deprædationem significant. Nam & ipsæ è domibus discedentes, in manus incidunt eorum, qui ipsis insidias struunt.

a l. 3. de sõ. inter. c. 5. *Cur malos nuncios significent.*

HIEROGLYPHICA.

ORVS Apollo Niliacus narrat, eam fuisse Aegyptijs de Coturnicibus opinionem, vt in hieroglyphicis omnis immunditiei, & nequitiæ signũ esse facerent. *a* Valerianus Picrius addit, sacerdotes illos sola hęc animalia ex volatilibus, quæ ciborum vsum præbent, nullo tamen mactationis honore illis habito, comedisse, vtpote quæ contentionem quandam habere viderentur aduersum præcipuum Deum illorum, Lunam videlicet, in cuius exortu Coturnices, aiebant, inauspicatos clangores excitare, quemadmodum sub rubrica de Antipathia & Sympathia scripsimus. Perditissimæ item malignitatis hieroglyphicum Pierio recensentur Coturnices, quòd postquam bibere reliquam aquam, puluere etiã ingesto, lutosam reddant: sed hoc ad Sympathiam cum quibusdam alijs animalibus non refragante Pierio transtulimus. Orus Apollo item Coturnicis osse picto stabile, ac tutum quippiam eisdem Aegyptijs significat um fuisse, ait quoniam difficulter admodum huiusce animalis os afficiatur, aut quicquam patiatur.

Nequitiæ signum.
a lib. 24. Ægyp. quo modo Coturnices ederent.
Perditissima malignitas.
Stabilitatis typus.

VSVS IN LVDIS.

COTVRNICVM veteres quàm studiosi fuerint, iam suprà ostendimus, & vel inde constat, quòd eas etiam in ludicris, tùm in serijs ludis alerent. Hinc (nisi fortè propter pugnæ voluptatem) Ὀρνιθομανία *a* Athenæo dicitur, hoc est, insanus Coturnicum amor. Pueros in primis Coturnicibus collusisse ex *b* Plauto habemus, eosq; patritios. *Nam vbi eo aduenj*, inquit, *quasi patritus pueris aut Monedulæ, aut Anates, aut Coturnices dantur quibuscum lusitent.* Et *c* rursus: *Dic igitur me tuum passerculum, Gallinam, Coturnicem, Agnellam, hœdilum.* *d* Plutarchus de Alcibiade scribit, sub veste Coturnicem gestasse, cumque aliquando plaudente populo in Senatum Athenienſem cooptaretur, præ lætitia auis oblitum fuisse, eaq; territa, & fuga se proripiente, maiorẽ ab Atheniẽsibus plausum sublatũ, multoq; ad capiendã auem accurrisse: captã ab Antiocho gubernatore, & redditã, ideoq; hunc sumoperè adamatũ Alcibiadi. Atis adolescens sanè, non puer erat, neq; est quod cum aue collusisse putemus. Cur igitur heros ille fortissimus aue ea delectatus? Pierius Valerianus magistrã ei extitisse arbitratur, qui scilicet dato Pericli consilio de ratione potiùs nõ reddenda, tranquillam ciuium suorum quietem perturbaturus esset. Sed huiusmodi ratio nescio num admittenda fuerit. Quid si dicamus ideo Alcibiadem Coturnicem secum portasse, quia auis est libidini plurimũ indulgens, vt scilicet ille, qui ad luxum, & cæteras voluptates procliuis esset, auem quoq; salacem, voluptatibus deditam amaret. Nam & Aristophanes amatores pueris, quo deperibant, alios Coturnices, alios Porphyriones, alios Anseres donare solitos scribit. Atque huc spectare videtur, quod M. *e* Antonius scribit, nempe se à

Ὀρνιθομανία. *a lib. 11. Pueri Coturnicibus ludunt.* *b In Capt.* *c In Asin.* *d In Alcib. Alcibiadis Coturnix.* *Alcibiades cur Coturnicem sub veste ferret.* *Coturnices amatis donata.* *e In sua vita.*

Diogneto didiciſſe, ne amici cauſa Coturnices aleret, aut ſimilium rerum (impudicarum) ſtudio, & cupiditate teneretur. Vt verò de alijs ludis, quos Coturnices exhibebant, aliquid dicamus, Iulium Pollucem adeamus: ex quo Cælius Calcagninus tradit his verbis: *In præſcripto circulo Coturnicem ſtatuebant, tum alter eam digito percutiebat: alter in aduerſum nitebatur illam intra circulum continere: quod ni feciſſet Coturnicis dominus ſuccumbebat.* Hæc ille. Sed Pollux ſimpliciùs ſic ſcribit, vt vertit doctiſſimus Ornithologus: *Coturnicem in circulo circumſcripto poſitam aliquis digito feriebat: quod ſi illa ictui cedens extra circulum ſe reciperet (ἀνεχαιτίζειν ἔξω τοῦ κύκλου) iam victus erat Coturnicis dominus.* Hucuſq; Pollux, *d* qui etiam hæc Eupolidis verba citat, Οὐκοῦν περιγράψεις ὄζον εἰς ἄριστον κύκλον ἀποκρίνετα. Τί ἐστιν εἰς ἅμιλλαν: ἀριστήσομαι ἥκω ψόμαι τὴν μάζαν, ὥσπερ ὄρτυγα. Vbi pariter paulò poſt vocabula aliquot ad hoc certamen pertinentia recenſet, vt ſunt Ορτυγοκοπεῖν, Ορτυγοπία, Ορτυγοκόποι, qui & στομφοκόποι dicebantur. καὶ τὸ κόπτειν τοὺς Ορτυγας, καὶ ἀνερεθίζειν, παροξύνειν. *Et hæc*, inquit, *vocabula ſunt* Ορτυγοκοπικά. Et rurſus ibidem: *Circulum*, inquit, *deſcribebant in area aliqua (τηλία) qualis piſtorum eſt, vel eorum, qui panes vendunt, in quo Coturnices* (duas nimirum pariter) *ſiſtebant inter ſe certaturas: quod ſi altera è circo excederet retrò conuerſa, vincebatur & ipſa, & dominus ipſius: præmium victori erat, pro quo certabant, aliàs ipſa Coturnix, aliàs argentum. Interdum verò aliter* (hominum ſcilicet ſic certantium) *Coturnicem ſiſtebat: alter digito indice feriebat, & plumas è capite vellebat; quod ſi Coturnix ſuſtineret, victoria penes illum ſtabat, cuius erat alumna: ſin cederet, & refugeret, penes ferientem, & vellentem. Sic victis Coturnicibus remedium adhibebant, inclamando in aurem, quod* Τρυλλίζειν, vel Εντρυλλίζειν *nominabant, vt Coturnicis, quæ victrix extiterat, vox quàm citiſsimè è memoria eius tolleretur.* Hæc omnia Pollux, interprete Ornithologo: vnde apparet non rectè ſcripſiſſe Calcagnignum, alterum ex ijs, qui concertabant percuſſiſſe Coturnicem, alterum verò in aduerſum intra circulum eam continere conatum, neque enim alter alterius conatus impediebat: ſed Coturnix iſta ſibi permittebatur, vt vel maneret intra circulum, vel excederet. Ad eiuſcemodi luſum parum decuiſſe viros graues, & cordatos, colligitur ex *e* Plutarcho, apud quem ſit ſcriptum reperire eſt: Et quibus verbis Achillem in Scyro inter Virgines ſedentem Vlyſſes increpat.

Pugnæ in præſcripto circulo.

d l. 9. de ludis.

Ορτυγοκόποι.

e l. de Audiend. Poet.

Generis illuſtre lumen extinguis tui,
Proles parentis Graium præſtantiſsimi,
Lanificium tractas?
Poſſe & prodigo dici, & turpi quæſti debito, &
Succordi, & erudito.
Potas parente natus Graiorum optimo.

aut teſſeris ludis, aut Coturnices cædis, aut cauponaris, aut fænebrem exerces rem, nihil magnum, aut genere dignum cogitans? &c. Alium ludum recenſet idem Pollux, in quo Coturnices in gyrum (γύρον ſimpliciter κύκλον περιγραττὸν dicit: alioqui γύρος Græcis ſcrobem ſignificat) collocant, quas feriunt in capite, & is qui Coturnicem in gyro comprehenderit, lucratur ſibi deinceps quotquot poteſt: ſin fruſtretur, alteri Coturnices ferire permittit, idq; alternis fit. Huiuſcemodi ludus eodem Polluce teſte vocabatur, Ορτυγοκοπία, quemadmodum, qui ludebant Ορτυγοκόποι, ad quem ludum etiam alluſit Eupulis in θαξιαρχοῖς dicens, κόψομαι τὴν μάζαν ὥσπερ Ορτυγα. Meminit & *f* Plato: *Non*, inquit, *cum hominibus abiectæ ſortis nobis certandum eſt, ſed cum præſtantiſſimis: quare non negligenda nobis res eſt, neq; tanquam ferientis Coturnicibus ludamus, agendum.*

Alius ludus.

Ορτυγοκόπια.

Ορτυγοκόποι.

f In Alcib. & Phet.

PROVERBIA.

OPTYΓΩN ἀναπτεσθαι γυσιν, id eſt, *Coturnicum induere ingenium*, prouerbium deſumptum ab earum pugnaci, atq; contentioſa natura: quadratq; in pugnaces, & ferocis ingenij homines, quiq; velut re præclara victa criſtas attollũt, quemadmodum Coturnices facere ſcripſimus: vbi etiam oſtendimus perperam ab Antiphane comico puſillanimes dici, & formidoloſos Ορτυγιοῦ ψυχὴν ἔχειν, id eſt, *Coturniculæ animum habere.* Neque pariter rectè meo iudicio adagiorum author Κιχλίζειν tanquam prouerbiale verbum Coturniſſare tranſtulit: nam κίχλα Græcis Turdum, non Coturnicem ſignificat.

Coturnicũ ingenium inducere.

Κιχλίζειν. *Coturniſſare.*

Ορτυξ

Ορνιξ ἰσώσω Ἡρακλῆα νοι κρατέρον, ideſt, *Seruauit Herculem Coturnix ſtrenuum*. Senarius eſt Græcis prouerbij vice celebratus, quem tamen Zenodotus negat apud vllum veterum ſcriptorum inueniri. Cæterùm dici ſolitum, inquit adagiorum author, de his, qui periculo ſeruati eſſent ab his, quibus minimè ſperarent. Sed ego Herculem agnouiſſe crediderim eam in Coturnice virtutem, atque ideò in longis itineribus ſemper ad manum habuiſſe, vt quotieſcunque Epilepſia corriperetur, ea vteretur ceu remedio præſtantiſſimo. Nam quod à Tiphone finguntur interfectum Coturnice ab Iolao naribus eius admota reuixiſſe, id fabulam ſapit, ſub cuius cortice illud latere arbitror, quod iam pronunciaui. At ne noua, atque inſolens, veteribuſq; hæc opinio videatur repugnare, operæpretium fuerit de vſu Coturnicis ſubinde agere, quem ægris cùm in cibo data, tum pro remedio præſtet.

Sanauit Herculem Coturnix ſtrenuum.

Hercules Coturnicũ virtutem agnouit.

VSVS IN CIBIS.

COTVRNICES, quæ inter primas nobis fermè epulas exhibentur, apud veteres à menſis amouebantur. Plinius cauſam aſſignat, quòd veneno alantur, & comitiali morbo laborent. *a* Vnde veritos eos fuiſſe putandũ eſt, ab auibus venena edentibus, ac eo morbo laborantibus, ſi ederent, veneno inficiendos iri, atque in Epilepſiã incurſos. Quin imo *b* Galenus in Dode, Bœotia, & Theſſalia plurimos ſe obſeruaſſe affirmat, qui ex Coturnicũ eſu muſculorũ diſtentionibus corriperẽtur, quoniam veratro, inquit, vescũtur aues iſtæ. Huic falſiſſimæ Galeni, ac Plinij doctrinæ, Arabicæ ſcholæ Principes Auicenna, nonnulliq; Arabes alij, necnon & aliqui Græci ſubſcripſere. *Ex Coturnicũ cibo*, inquit Princeps Mauritanus, *timetur Tetanus, & Spaſmus: non quia comedant elleborum tantùm, ſed quia in ſubſtantia earum hoſtes prouocenat affectus facultas inſit*, quaſi diceret cæca quadam, ac abdita cauſa Coturnices eiuſcemodi affectus parere, quemadmodum etiã nõnulli peruicaces homines aſſerere non verentur. Et tam altas radices egit falſiſſima hæc opinio, vt *c* Dydimus remedium Coturnices edentibus præſcripſerit his verbis. *Quandoquidẽ Coturnices, quæ paſcuntur elleboro, eos à quibus comeſtæ fuerint, in tantum vitæ diſcrimen agunt, vt diſſendantur, conuellanturq; ceu correpti vertigine, cum illis milium cerè elixandum eſt. Quod ſi aliquis priuſquam ſi proſpexerit, ſibi ex eis comedens tale corripiatur affectu, is milium decoctum hauriat. Idem etiam faciunt myrti baccæ. Milũ quidem naturali quadam facultate venenis reſiſtit. Nam ſi ex milio panem confectũ comederit quiſpiam à nullo deleterio laditur.* Hæc ille. Galeno in primas, ac Plinio quędã alia animalia repugnãt, quæ licet venenis veſcantur, bonũ tamen, & innocuum ſuccum generant. Exempli gratia Sturni cicuta, vt idẽmet Galenus author eſt, aluntur, quibus quis nõ impunè veſcitur? Si ideo à veterum menſis Coturnices reiectæ ſunt, vt Plinius quoque aſſerit, quia Epilepſia afficiantur: boues etiam, capræ, arietes, necnon capones erunt reijciendi: quoniam & hæc animalia cuncta eodẽ morbo laboraſſe obſeruata ſunt. Sed fortè argutus, vel naſutus potiùs quiſpiam, mihi ſacrum illũ de Coturnicibus locum à Deo Opt. Max. populo Iſraelitico immiſſis obtruſerit, inquiens populum hunc in varios morbos ex earum eſu poſtmodum incidiſſe. Cui reſponderim hunc eundẽ locum noſtræ ſententiæ non parùm patrocinari tãtùm abeſt, vt repugnet. Deus enim, vt murmurantes, & incredulos debita mulctaret pœna, eiſdem quibus tantopere inhiauerant, & quibus ad nauſeam vſque iam diu ſe impleuerant, cupedijs punire voluit. Coturnices enim ſępius, & largiori manu comeſæ humores generãt craſſos, & pituitoſos, viſcidoſq; aptos nimirùm Epilepſiam, Tetanum, ſimileſq; morbos alios procreare: quæ etiam cauſa fuit, cur Hebræi, vt interim pœnas, quas morte luebant (nã Deus adeo ſe Coturnicibus ingurgitaturos dixerat vt nauſeam facturę eſſent, & per nares exituræ, & paulò poſt. *Adhuc carnes* (inquit ſacra pugna) *erant in dentibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percuſſit, cum plaga magnanimis vocatuſq; eſt ille locus ſepulchra concupiſcentiæ: ibi enim ſepelierunt populum, qui deſiderauerat*) diuerſis morbis corriperentur. Nimis enim ſe his ingurgitauerant. Quod modò ad Auicennam, eiuſque aſſeclas attinet, dicentes ſcilicet Coturnices propria ſubſtantia Spaſmum, Tetanumq; gignere, vix dignor reſpondere. Quis enim non dicam in hac vrbe, non dicam in tota Italia, ſed tota Europa eſt (loquor cum diuitioribus, nam à pauperum menſis, vt qui minoris impenſæ cibis veſci conſueuerunt, & carne bouilla, & pecorina famelicum ventrem exſaturare, ablegatæ ſunt) qui eas non ſemel, non bis autter, quaterue, imo centies, & amplius intermiſſo tempore (nam alioqui pituitoſos morbos,

a l.10. cap. 23.

Cur veteres a Coturnicum eſu abſtinuerit.

b l.6. Epid. comm.5.

c In Geoponicis.

Milij vis contra venenum.

Refutatio.

Animalia Epilepſiam patiẽtia innoxiè edi.

Iſraelitæ cur ex Coturnicũ eſu in varios morbos inciderãt.

Coturnices quando noxiæ.

bos, vt dixi, gignere idoneæ sunt) impunè edit? Si itaq; Coturnicum esus tam creber est, imo omnimodus, pullorum, adolescentium, adultarum, cur non conuellimur? aut si conuellimur, cur tam rarenter? Aut cur tensiones illas non experimur? Nonne magnes ferrum cùm appropinquauerit, rapiet? Aut purgatorium Pharmacum nonne ad quem factum est, humorem trahet? Quæ si cuncta rerum proprietate fient, abditaq; euenire semper, aut perquam ratò cessare oportet: cùm videlicet vel agentis efficacia quoquomodo euanuerit, vel quod perpeti debet, longius quàm par sit, abfuerit; vel impedimenti tandem aliquid medium sese interposuerit. Quorum cùm nullum in Coturnicum esu contingat, parata enim promptaq; omnia profectò, si peculiaris proprietas aliqua causam præberet conuulsionibus, aut musculorum tensionibus, non tam id ratò videremus contingere. Quapropter opinionibus cùm Galeni, tùm Auicennæ eorumq; assectarum valere iussis, ex modico Coturnicum esu vobis polliceor sanguinis optimam qualitatem, quemadmodum contrà ex immodico, maximè quando pinguiores sunt, sanguinẽ omnino putredinalem. Quas quoque damnat Hieronymus *d* Fracastorius hoc versu:

Coturnicũ esus modici laus.

d lib. 2. de morb. Gal.

Viteturq; grani Coturnix tarda pagina.

e 8. hist. c. 12. Sunt autem, teste *e* Aristotele, autumno, quàm vere pinguiores, & vere cum redeunt ad nos, insipidæ: quare nec nimium pingues, nec macilentas probauerim, maximè à morbis conualescentibus, quibus nostri medici impunè, imo cum summo iuuamine præscribunt, & vix Perdicibus posthabent. Quanti verò Proceribus æstimetur harum auium vsus, elegant, vt omnia, *f* Hetruscus Satyricus his versibus indicat, in animalia istæc propter conuiuia nata inuectus:

f Satyr. 5.

Diuenta giotto, & hoggi Tordi, e Quaglie,
Diman Fagiani, & vn'altro di vuol Starne.

g Cant. 43. act. 76. Et rursus *g* non Satyricus, sed Vergilius Hetruriæ, vbi nimirum Adonium omnia bona sua propter Anselmi vxoris Amorem dilapidasse scribit, hasce easdem aues Perdicibus, & Phasianis annumerat, inquiens:

Sola restò, tosto, che fù priuata
Di Starne, di Fagian, di Coturnici.

Baptista Fiera veteres sequutus de Coturnicum esu ita scribebat, & ipse explodendus.

Sint autumnales crocco tibi pabula lumbo
Sine Coturnices, sine vetes Qualeas.
Sensibus hæc mala sunt, tenebrisq; replentia fascis,
Ventri inutila, malis febribus exitium.
Si tamen vlla tuos circumuolitauerit orbes,
Cœna tibi non sit, sed leue prandiolum.

Rectiùs Grapaldus

In pretio nunc sum, olim damnata Coturnix.
Vox nomen, pretium dat sapor ipse mihi.

Gal. Coturnices sale condunt.

Eduntur plerumque assæ, atq; ita etiam magis probantur, cùm, quòd sapidiores sunt, tùm quia salubriores. Gallorum nonnulli, vt audio Coturnices findunt à superiori parte, reliquum corpus sale condiunt, adipem verò liquant, seruantq; in alabastris, condiendis epulis iucundissimum, quod genus geneæ cum maiores nostri ignorarunt, tum etiamnum tota Italia ignorat, aliàs eiusce modi gulæ illecebrarum nimium studiosa.

VSVS IN MEDICINA.

Plantæ, & animalia cũ Lunacõ sensum habentia. al. 8. phytogn. c. 10. 11. 12.

PLANTÆ noctu lucentes, vel ad Lunæ motum se mouentes, & nonnulla animantia quandam cum hoc nobilissimo sidere occultam amicitiam habere doctissimus *a* Ioannes Baptista Porta Neapolitanus amicus noster quamplurimis adductis exemplis ad morbum Comitialem, & ad cerebri vita valere audet affirmare: cuius viri sententiam non possum non amplecti, maximè cum ea opinionem nostram non parum roboret, qua pronunciauimus celeberrimum illum monstrorum domitorem Herculem Coturnices secum vexisse, quocunque iter faceret, vt & earum remedio epilepsiæ suæ mederetur. Sed ad corroborandam magis hanc nostram

Hercules cur Coturnices secũ ferret.

Portæq;

Portæq; opinionem, non piguit aliquot exempla, quibus nempe studentium vulgus magis, quam rationibus credit, adducere. Pæoniam dicit Apuleius, noctu lucere tanquam lucernam, ob id noctu à Pastoribus inueniri, & alio nomine Aglaophotim dici. Quis est amabo tam parum in medicinæ studio progressus, qui huiusce herbæ frequentissimum in Epilepsia vsum ignorat? Si epileptico iacēti imposita fuerit, periodum morbi breuiorem reddit: & si eam secum tulerit, rarò eo afficietur. Simias Luna caua tristes esse, nouam exultatione adorare. *b* Plinius & *c* Solinus scribunt Ægyptij pro Luna Cynocephalum pingunt, propterea quod animal hoc consensum queandam, quo ad Lunæ cum Sole coitu afficitur, 10 habet; vbi enim aliquanto tempore Luna cum Sole congrediens expers luminis permanet, tum mas quidem Cynocephalus, nec quoquam intuetur, nec vescitur quicquam, sed demisso in terram vultu, Lunæ tanquam reptæ vicem dolere, & indignè ferre videtur: fœmina verò præterquam quod nusquam oculos contorquet, eademque cum mare paritur, insuper è genitali vase sanguinem emittit, idemque ad hęc vsq; tempora in sacris ipsi Cynocephali nutriuntur, vt ex ipsis coniunctionis Solis, & Lunæ tempus cognosci possit. Lunam orientem indicare volentes, Cynocephalum pingunt stantem, manusq; in cælum attollentem, quia hoc habitu videatur Cynocephalus Lunæ congratulari, vt prodidit Orus Apollo. Cor simiæ assum, & aridum potum drachmæ pondere cum mellicrato vetere, valet, teste Rase, cui plurimum fido, quòd centum annis medicinam fecisse, multaq; propria 20 experientia didicisse dicitur, contra comitialem morbum. Nota est Elephantis religio, & veneratio siderum, & Solis quoque, & Lunæ, ab interlunio crescente Luna. Elephantos intelligo quadam naturæ recondita ratione ex sylua primùm, vbi nascuntur, ramos decerpere, eosq; deinde sublimes ferre, tum verò illos ad Lunā suscipere, ac leniter ramos mouere, tanquam supplicationem quandam Lunæ prætendentes. Ebur exhibetur cum mulsa valde insigni facultate in comitialibus. *d* Plinius in eisdem morbis Elephantis iecur commendat. Ex auibus Gallinaceum exoriente Luna quasi diuino quodam spiritu afflatum bacchari, atq; exultare memorant: huiusce auis testes ex aqua cælesti bibendos dant, antecedente dierum abstinentia ad Comitiales, ex *e* Plinio, & *f* Sexto. Nos cùm de Sympathia, & Antipathia ageremus, viris doctis iudicandum reliquimus, nunquid Coturni- 30 ces vel Sympathia, vel Antipathia, quā cum Luna habeant, clangores, quos, quotiescunq; hoc sidus exoritur, edant, & terram fodicent: nam hoc de illis Orus Apollo scribit. Cæterum vt vt est, Coturnicem animal Lunare esse nemo negauerit, si modò verum est, quod id faciat. Sin lector hoc non accipiat, alia ratio est, quæ Lunarem esse hanc auem demonstrat: nimirum capitis, cerebri potissimùm humiditas, quæ lunari potestate augetur, & minuitur: atque hac potissima causa est, cur hæc auis Epilepsia corripiatur: vnde dicebat Plinius, citante eodem Io. Baptista Porta: *Caput Coturnicis apertum humidum est, & fœtidum, ob id epilepsiæ obnoxium.* In hoc enim morbo cerebrum nimis humidum est: Cognouerit hoc autem quis maximè ex auibus præsertim, & capris. Hæc enim animalia frequentissimè eiusce modi morbo corripiuntur. Quod si caput autem horum secueris, reperies absq; vlla 40 controuersia cerebrum humidum, sudore refertum, & malè olens. Hinc Plutarchus veteres sacerdotes à capra refert, vt morbida vehementer abstinuisse. Lunari verò potestate corpora augeri, & minui Horatius meminit Conchiliorum exemplo.

Lubrica nascentes implent conchilia Lunæ.

Sed, vt rem propositam agamus, dicimus capræ carnē comitialibus prodesse, maximè si in rogo hominis tostæ fuerint. Plinius author est cerebrum capræ traiectum, priusquam lacdetur infantibus, distillari contra comitiales morbos: Galenus verò iecur propinat. Dioscorides lac. Quibus etiam semper humidum cerebrum eidem affectui, vel *h* Galeno teste opitulatur. Ad morbum comitialem, inquit, remedium valde efficax: *Coturnicum cerebrum ex vnguento myrteo tritum stanneo vase reponito: & cùm quempiam morbo comitiali prolapsum videris, eo faciem illinito. Admirabitis enim huiusce naturalis auxilij efficaciam. Namstatim agrotus exurget.* Bartholomæus cognomento Anglicus, oua pariter Coturnicum epilepticis ex *i* Plinio valere scribit: sed hoc, quod nouerim Plinius non habet. Kyranides de ouis scribit, si testes inungantur, voluptatem inducere, & pota libidinem augere, vt scilicet auis libidinosæ oua, libidinem pariter in hominibus excitandi vim habeant. Quidam etiam Ioannes Kuefnerus referente Ornithologo, medicus adipem Coturnicis cum pauco elleboro ad vim veneris excitandam membro pudendo inungit. Apud *k* Actium ad promouendum conceptum, eiusmodi pessus describitur. Radicis Altheæ expurgatæ, & lotæ ʒ iij. diligenter contusas in olei sextario torrefacito: deinde abiectis radicibus, adipis Coturnicis

Pæonia noctu lucens ad epilepsiā valet.
Simiæ cum Luna amicitia.
b Cap. 40. Porphir.
c li 8. c 14.
Cynocephali Lunam adorant.
Coniunctio Solis, & Lunæ à Cynocephalo significata.
Cordis simiæ facultas contra epilepsiam.
Elephantis religio in Lunam.
Eboris vis.
d l. 28. c. 8.
e l. 30. c. 3.
f lib. 2. c. 8.
Coturnicē animal lunare esse.
Coturnicis cerebrum.
Cur epilepsiā patiatur Coturnix.
Ouum, & caprarū cerebrum.
g In quæst. rer. Rom.
Cerebrū capræ, & ouis.
h lib. de re. facile par. 155.
i l. 19. cap. 103.
Ouorū Coturnicūvis.
k lib. 16. c. 34.

nicis vncias ſex, cæræ vncias duas admiſceto, ego verò dr. iij. admiſceo. Vnguentum præclarum ad tunicas, vel cicatrices, vngues, & diuerſa vicia oculorum ex libro manuſcripto apud Ornithologum, mellis vnciam, adipis Coturnicis ſemunciam Myrrhæ, calchanti (alibi) vtriuſque drachmam, miſce, cola, fiat vnguentum: quo dormiturus bis ſingulo menſe oculos illinat, & nunquam opus habebit alio remedio aduerſus varios oculorum affectus. Sunt qui equorum oculis, cùm eiſdem vitijs laborant zinziber tritum cum adipe Coturnicis ſubactum inungant, vel adipe per ſe inuncto oculos incolumes ſeruari promittant. Tarentinus Coturnicum carnem inueteratam miſcet ad eſcam porcorum piſcium. De oculis Coturnicum Kiranides tradit, ſicum radice ænotheræ (alias alteæ) ſuſpendantur, ophtalmiam ſanare, & tertianam, & quartanam.

Aduerſus oculos mirum remedium.

Carnis vſus.

ᵉ In Geoponicis.

Ouorum.

FABVLOSA.

ᵃ In argumento Pythiorum.

Aſteria in Coturnicē.

SCHOLIASTES Pindari Latonam ait ex Ioue in Coturnicem mutato Dianam, & Apollinem concepiſſe: quos peperit in Delo, quæ prius inde Ortygia vocata ſit. Sed hanc fabulam aliter recenſet Perottus. Iupiter, inquit, cùm Latonam compreſſiſſet, ſorbrem quoq; eius nomine Aſteriem vitiare conatus eſt, quæ Deorum miſeratione in auem conuerſa eſt, quam nos Coturnicem vocamus: at Iupiter ſeſe in Aquilam, vt eam raperet, vertit. Illa verò rurſus Deorum miſeratione in lapidem tranſmutata eſt, qui diu ſub aquis latuit. Tandem verò precibus Latone à Ioue in ſummas aquas deductus eſt.

DE ORTYGOMETRA.

Cap. XXIII.

DE Ortygometra, quamuis propter eius in hiſce agris raritatem ignoremus, nunquid præcedentium auium more pulueratrix ſit (quod aliàs facilè nobis perſuademus) vel ideo ſaltem hic nobis agendum eſt, quòd diſcedentibus hinc Coturnicibus vnà cum Gloditte, & Cenchramo, ſeu Cynchramo duces exercitus ſeſe præbeant, quemadmodum ex Ariſtotele ſcripſimus, capite antecedenti.

NOMENCLATVRA.

Schelau.

Etymologia.

ali. 10. c. 7.

HEBRAICAM vocem Schelau nonnulli Ortygometram interpretantur: ſed magis non probamus, qui Coturnicem ſimpliciter hac voce ſignificari ſcribunt, Ορτυγομητρα dicitur Ariſtoteli, non quòd Coturnices comitetur abeuntes, vt Iſidorus, alijq; multi credunt, ſed quia maior ſit, & quodāmodo earum mater, ſiue matrix. Nam μητρα vox Græca in compoſitione magnitudinem, & in ſuo genere principatū ſignificat. Ad quem ſenſum Heſychius Ορτυγομητραν prægrādem Coturnicem exponit. Plinius eadem voce Latinè vtitur. Cōtrà Theodorius Gaza, Plinij aliàs aſſecla, ne dicam ſimia, Matricem tranſtulit. Perottus vero in Ortigometræ aſſignādo etymo turpiſſimè hallucinatus eſt, ab Ορτυξ, & μίτρα, id eſt, menſura id detorquēs Producit enim penultimā hęc vox, & Græcè vt diximus per η ſcribitur, non per ι, vt ille exiſtimat. Varinus inſuper, & Etymologus rem acu, quod aiunt, neutiquam tetigerunt, dū Ορτυγομητραν παρὰ τὸ ὄρω τὸ διεγείρω deriuant, niſi dicamus locum hunc eſſe corruptum. Alioqui Ορτυξ dictio eſt ſimplex, & à verbo ὄρω, quod eſt excito, deriuari poterat: fortè quòd facilè ad pugnam animo concitetur, quamuis magis placet per onomatopœiam dici. Albertus Ortymetram, & Ortygem confundit. Facit item alibi Ortygometram Galli ſyluestris genus maximum, quod vulgo Germanis dicatur Orahan, quam eius interpretationem Auguſtinus Niphus repetens non improbat. Plerique populi proprium ignorantes nomen id circumſcribunt. Atque ita Itali il rè delle Quaglie, Galli le roy emere de Cailles, Germani quidam Der

ᵇ l. 10. c. 23

Matrix.

Perotti error.

Alberti error.

Lib. 23.

Orhan.

Rè delle Quaglie.

VVachteln

VVachteln Kijnig, id est, Coturnicum Regem nuncupant. Alijs Germanis dicitur Scricà ein Schrecke, teste Gyb. Longolio, qui solus omnium recentiorum hanc auem agnouit, sed & ipse maximo errori sese inuoluens, dum Ortygometram seu Scricam cum Cenchra mo confudit, ex duabus auibus, quas disertissimè communis Præceptor Aristoteles distinxit, vnam faciens. *Coturnicũ Rex. Scrica. Longolij error.*

FORMA. DESCRIPTIO.

DE forma Ortigometræ pauca admodum maiores nostri, easq; multis alijs auibus cõmunia prodidere. Quæ sanè causa fuit, cur tot præstantissimi viri alij alias pro hac aue depinxerunt. [a] Petrus Bellonius videns forte assis [b] Aristotelem Ortygometræ formam auium lacustriũ attribuere, cùm in obseruationibus, tùm in ipsa auium historia imprudenter admodum auem, quam Ga li Rasle vocant, circa aquas versantem pro legitima Ortygometra Aristotelis nobis obtrudit: quamuis interim, & verã agnouerit Ortygometram alteram in genistis degẽtem appellans. Sunt qui eisdẽ Aristotelis verbis decepti Ortygometram interpretati sunt Germanicè ein Schnepff, quæ est Rusticula: in quà sententia video fuisse Arnoldum Villanouanum, qui pro Ortygometra Ethigometrã scribit, & auẽ interpretatur lautam, Perdici similem, lõgo rostro. Alij rursus Ortygometrã cum Crece quam Herodotus Ibidis magnitudine esse scripsit, eandem esse credunt, alij cum Cynchramo, vel Cenchramo confundunt. Verùm si ad trutinam (quod aiunt) Aristotelis verba examines, Ortygometram quidem auibus aquaticis forma, id est, corporis specie similem esse dixit, sed non colore, aut aquæ frequentatione. Aquaticarum autem hæc ferè species est, vt crura oblonga habeant, digitum qui pro calce est, perbreuem, corpus gracile, & plumas plerunque varias, ventrem albicantem, caudam breuem, rostrum longiusculum, modicè flexum. E quibus nobis cùm plurimæ Ortygometræ competant, iure Aristoteles, a quaticarum forma esse dixit; Ortygometra enim, vel saltem quam ego Ortygometram existimo, nam & aucupes nostri, qui ecce hæc scribenti mihi ceu tariùs hic apparentem auem adducentes Rè delle Quaglie vocant, licet rostrum, quàm aquaticæ minus, longè tamen quã Coturnices maius obtinet, & caudam perquam exiguam ac penè nullam, crura pedesq; pro corporis portione longos, colore inter croceum, & viridem medio. Totus ferè capitis, colli, dorsiq; nec non maior alarum pars, quà dorsum spectant testaceus, in summa Coturnici potissimùm fœminæ perquam similis, quare rectè Rex Coturnicum, quasi magna Coturnix appellabitur. Alæ, quà ventrem contingunt ruffescunt. Collum anterius, & pectoris initium prorsus testacea. Venter, & coxæ, vt in accipitre stellari. In fœmina omnia pallescunt. Hanc eandem auem alias Eminentiss. ac Reuerendiss. Cardinalis Palcotus Tridento, cùm ibi Synodus haberetur, mihi dono misit. Sed quam nunc viuam emi cauęç inclusa milio, & frumento adeo se replet, vt Gallinam voracitate superet. Huic nostræ aui, omnia, quæ [c] Bellonius de Ortygometra altera in genistis degente prodidit, exactè respondere videtur: quapropter ascribere hic illa non piguit; ne quid in hoc auium Oceano quis desiderare amplius possit. Quæ verò de Gallorum Rallo scribit, vt hic impertinentia sponte præterimus, & meliori loco reseruamus Ortygometra, inquit, in genistis degens, Ortygometram nigram (Rallum nempe) corpulentia aliquantulum excedit. Non omnino rubra est, sed ad ruffum vergit, qualem colorem conspicimus in pennis Vulturis. Pennæ, vt in nigra, sed alterius coloris. Differunt, & magnitudine cùm corporis, tùm etiam rostri. Tibiæ, pedesq; proportione similes. Caput Perdicis cinereæ simile, aut parui pulli. Colot præcipuus ruffus, aut subrubens in alarum costis: femora castanei coloris maculæ albæ intercurrunt. Pascitur in nemoribus, vt Rallus, prope riuos aquarum. Vescitur genistarum seminibus. Romani, meo iudicio, vocant Perdicem Rusticulam. Nam, si videas, iurares, Perdicem campestre esse, vnde facile credimus, Martialem, cùm ait:

Rustica sum Perdix, quia refert, si sapor idem.
Gratior est Perdix, & sapui illa magis.

De hac Ortygometra in genistis degente intellexisse: quæ altera (Rallo) paulò rarior est, & delicatior, ita pariter magis laudatur, quia maior sit. Sed hic rursus Bellonius in alium errorem incidit, dum hanc Ortygometram cum Perdice Rustica, quæ est Scolopex Aristotelis, simul implicat.

[a] *l. 4. de Auib. c. 19.* [b] *li. 8. hist. cap. 2.* *Bellonij error.* *Basle Gallorũ nõ est Ortygometra.* *Ortygometra in genistis degens.* *Arnoldi error.* *Ethigometra.* *Aquaticarum auium forma.* *Ortygometræ descriptio.* *Rostrum.* *Crura.* *Color.* *Ala.* *Collum.* *Venter.* [c] *li. 4. de Auib. c. 20.* *Ortygometra in genistis degens.* *Magnitudo.* *Color.* *Crura.* *Victus.* *Perdix rusticula.* *Bellonij alius error.* *Perdix rustica est.* *Scolopex.*

DE

Ortygometra cum geniſta.



DE CYNCHRAMO.
Cap. XXIV.

Ordo.

QVAMVIS reuera certò affirmare non ausim, quæ auis Aristoteli Cynchramis sit, aut Cynchramus, aut Cenchramus, vt alij legunt, & meo iudicio rectè; attamen de hac nobis vel ideo saltem aliquid hic dicendum est, quòd non solùm hinc abeuntes Coturnices comitatur, quemadmodum de Ortygometra proximè præcedenti capite diximus; verumetiam voce eius audita, aucupes Coturnicum discessum intelligant: Quin imo *a* Plinius author est, perseuerantiorem esse, quàm sit Glottis (quæ nunquam plus vno die cum eis pergit, & proximo hospitio eas deserit) festinare; etiam, vt cum eis ad expetitas terras perueniat: itaq; eum noctu illas excitare, atq; itinetis admonere. Sed verò neq; ego, vt dixi, quæ auis Cenchramus sit necdum certò noui, neq; alium retiorum video, qui se agnouisse eam asseuerer, præter Gib. Longolium, & Bellonium, quorum ille Cenchramum, cum Ortygometra, quas vtrasq. *b* Aristoteles, vt diximus, apertissimæ distinguit, confundit: hic auiculam quandam Gallis Prælier dictam, quòd in campis abundet rostro breui, tuberosoq; pro Cenchramo Aristotelis, & miliaria Marci Varronis obtrudit, nulla alia ratione nixus, quàm quòd milio vescatur. Ornithologus verò ambiguus, cui aui hoc nomen tribueret: Heluetij, inquit, auem quandam Brachuolgel appellant, à mense Iunio, quo capitur, vel in quasdam regiones aduentat: alij Brachammsel, quod magnitudine corporis Merulam referat (fortè, & colore partis pronæ) Reperiri eam audio in pratis paluſtribus, plerumque rostro oblongo, cruribus longis, auolare Autumno, deinde verno tempore cum Coturnicibus redire. Hæc quidem Ortygom tra, an Cenchramus sit (alteram enim esse suspicor) nondum mihi constat. Sed Cenchramũ potiùs esse conijcio, quòd differat ab ea, quam ex Italia accepi (dixerat paulò antè Ortygometram sibi missam fuisse à clarissimo medico Aloysio Mundella, & ego existimo, eandem fuisse, quam ego depinxi, quia ait fuscam fuisse) Ortygometræ effigie. Figurã eius infrà dabimus inter Gallinagines aquaticas. Et rursus vbi de Cẽchramo ex professo scribit: Est apud nos, inquit, auis Brachuolgel dicta, cruribus proceris, & rostro quoq; eodemq; inflexo modicè; altera maior, quã Latinè Arquata nominaui: altera minor inter Gallinulas aquaticas descripta: quarũ altera rutra, an Cenchramus esse possit, inquirendum: Hæc itaq; ille. Cum verò peritiores apud Aristotelem Cenchramum legant, vti etiam in Plinio manuscripto legitur, non video, si Bellonio licuit suam auem Cenchramum appellare, cur nõ potius id nominis nostris Hortulanis tribuere possim, iudicareq; Miliarias Varronis cum Cenchramis easdem esse, esse verò nostros Hortulanos. Hæ enim auiculæ mirum quantum pinguedinis exmilij, seu Κυρίδις esu corpori adijciant: & quàm grati delicatiq; saporis sint, quorum causa carè veniſſe Miliarias *a* Varro prodidit. Principes, patritijq; norunt, quibus solis eas edere propter ingentem caritatem concessum est. Etenim Perdicibus, omnibusq; magni pretij, boniq; saporis auibus alijs præferuntur, & apud nobiles magno in pretio habentur, suauissimi quidem saporis sunt, boni succi, facillimæ concoctionis, & valdè salubres, atq; hyeme altiles fiunt. Has aues ager Bononiensis, ac Florentinus alit, patritijq; nostri, necnon & aucupes ipsi eas magno numero Romã depilatas ac in farina asseruatas in scattulis recẽtes, & intactas trãsmittunt; illi vt proceribus gratificentur, hi, vt casè vendant Ornithologus quidem admittit Hortulanos cũ Miliarijs easdem esse aues, sed Cenchramos diuersas ab his existimat, nulla alia ratione ductus, quã quòd Græcè etiam Cynchramus legatur. Sed textum corruptũ esse facilè apparet, nã quàm facilè fuit pro Cẽchramo Cynchramũ, vel alio, vt dicemus, modo, legi ab hominibus, qui de rebus ignotis scribentes, nomina plerũq; vel corrũpũt, vel aliter scribunt, vel cũ similibus confundunt Nam præter quam quod in quibusdam exemplaribus Κιγχραμος legitur, quã lectionẽ sequuti sunt Theodorus Gaza, & Hesychius, in alijs etiam Κιγχραμος, absq; ϛ habetur, quam lectionem Varinus sectatur, in alijs Κυχραμος reperitur, quam postremam dictionem in manuscripta Plinij historia legere est, quamuis nunc multi corrupto Aristotelis textu decepti Cynchramus legunt, vel Cychramus. Inuenio, & Κίγχαμαι, apud Hesychium, & Varinum. Errat præterea, vt opinor, Ornithologus, dum hanc vocem per onomathopœiam factam videri putat. Nam à milio, quod Græcis Κεγχρὶς est, mea

al. 10. cap. 23.

Cenchramus, quæ auis.

b Hist. c. 18 & l. 5. de auib. c. 20.

Præter Gallorum.

Brachuolgel.

Brachãmsel.

Brachuolgel forma.

Arquata.

Hortulanus Cenchramos dici posse.

Horulani vnde pinguescant.

d l. 5. de re rust. c. 5.

Locus.

Καχράμος Κίγχραμος.

Κεγχρὶς.

Coturnix miliaris vocata.

e l. 4. de lin. lat.

f l. 3. de re rust.

Cenchris.

Ruelli error.

Linaria.

Cenchritæ aues quæ.

Cenchris Tinnunculus est.

Hortulani descriptio.

Magnitudo Color.

est, mea quidem sententia deriuari videtur, miliariamq; Latinè traduci posse, non adiectiuè, in quo fortè sensu doctissimus Aloysius Mundella Coturnicem auem miliarem vocauit, hoc est, milio vt plurimùm vescentem: sed substantiuè, vt scilicet eadem sit cum Miliaria e Varronis: siquidem *Miliariæ*, inquit, *à cibo dicuntur, quòd milio fiant pingues.* f Alibi verò, *in Ornithone præter alias aues quidam alunt Miliarias, quæ pingues veneunt carè.* Quæ sicuti paulò antè dixi, mirum quàm Hortulanis nostris competant. Nec alia Cenchris Aretæo, cæterisq; Græcis fuerit, quam ægris præscribunt. Perperam etiam Ruellius auiculã quandam vulgò dictam linariam Miliariam facit: de qua nos suo loco. Diuersæ item sunt Miliariæ, seù Cenchramì à Cenchritis auibus, & si à milio nomen pariter obtinentibus, quòd & eo pariter pinguescunt. Cenchritæ enim aues aquaticæ sunt ex Anserum genere. Postremò alia à miliaribus auis est Cenchris, nimirùm à varietate punctorum milij instar dicta. Hæc autem Tinnunculus est ex Accipitrum genere, de quo nos in primo Tomo abundè, & exactè egimus. Superest modò vt Hortulanum nostrum, quem Cenchramum, seu

Hortulanus mas cum panico ſpica foliata.



Hortulanus fæmina cum panico maiori ſpica herbacea.



Miliariam arbitramur, & describamus, & depictam exhibeamus. Auis est Alaudæ fere magnitudine, at paulò minor. Rostrum, crura tota, pedumq; digiti rubescunt. Caput, collum, & pectus in mare flaua intercurrentibus punctis croceis: in fœmina hæ partes coloris sunt partim flaui, partim viridis, discreti scilicet vtriusq;. Mas sub oculis ad latera maculam habet rotundam, intensè luteam, quæ in fœmina non est. Alarum pennæ intercostales in vtraq; ex flauo, & nigro colore constant: remiges verò, item & cauda vtriq; nigræ in extremitatibus, & ad latera flauæ. Venter croceus cinereis quibusdam maculis distinctis. Hæc itaq; cùm maris Hortulani, cùm fœminæ descriptio est. Iconum prior maris est, 1 o secunda fœmellæ. Verùm cùm in hoc genere alias ab his diuersas obseruarim, ne quid in hisce nostris commentarijs desiderari possit, itaque & has delineatas exhibere non piguit. Quæ auis primo post nunc descriptas, delineataſq; loco ponetur, tota flauescebat colore Quæ auis primo post nunc descriptas, delineataſq; loco ponetur, tota flauescebat colore propemodum paleari, exceptis alarum costis, & remigum pennarum extremitatibus, quæ erant albæ. Crura item & rostrum erant rubicunda. Altero loco pinguenda, tota erat candida, quin ipso fermè Cygno candidior. Tertio loco ponēdam Aucupes etiā Hortulanum nuncupant, & reuera auis est tota Hortulani forma, sed colore non nihil differens. Caput ex subcinereo ad flauum vergit. Collum cinereum nigris maculis punctatim distinctum. Venter, & crura, pedesq; toti, crocea. Costæ alarum, & remiges albæ, cætera partim cinereæ, partim nigræ. Cauda tota fusca, ad latera lutescentes. Quarto loco collocanda capite, 2 o collo erat viridi, rostro rubicundo, cruribus cinereis, cætera nigricant. Habet tamen in vertice capitis, necnon in duabus tantùm remigibus maculam albam oblongam. Quinto loco ponendā Albicillam vocare licet: cauda enim erat alba; cætera vulgaribus Hortulanis simili, sed in omnibus pallidior. Quam postremo loco dabimus aucupum alij Spipolæ, alij Hortulano congenerem faciebant, & reuera ego Spipolæ potiùs quàm Hortulani speciem fecerim: rostrum enim longiusculum est & tibiæ pedesq; fuscæ, qui in Hortulanis lutescere solent. Toto corpore item fuscescit, pectore & alatum extremitatibus albi. Modò videamus, quid de suo Cēchramo scribat ℊ Bellonius. Le Pruyer, aut Preyer, inquit, auis est, quo ad pennarum colorem, Alaudæ aut Linariæ similis, quamuis tanta in alis albedo illi non sit. Arbitramur esse migratoriam, atque Aristoteli Cenchrarum dici, fierique poresť

Sexus distinctio.
Ala.
Cauda.
Venter.
Hortulanus flauus.
Hortulanus albus.
Hortulano congener, & eius descriptio.
Caput.
Color.
Albicilla.
ℊ l. 4. c. 20. de Auib. Cenchrami Bellonij descriptio.

Hortulanus flauus cum malo Punica.



Aretæum, cæteroſq; Græcos de Cenchride loquentes, quod ægrotis in cibo conueniat, de hac aue intellexiſſe. Veruntamen cum Ariſtotele tantum conuenire volumus: ſunt qui Tinnunculum cum hac Cenchramo confudere: quod prohibere nequimus. Cenchramus maior eſt Alauda criſtata. Roſtri qualitas tanquam præcipua nobis nota facilè oſtendit, de qua aue loquamur: eſt enim breue, craſſum, turberculo cõſpicuum, nec non & ad inſtar oſſis durum, ad hæc inferius cum ſuperiori coniunctum, foueam quandam in medio efformat. Nec aliam cũ ſimili roſtri diſpoſitione auem vſquam inuenias. Venter pallet, ſed quibuſdam nigris maculis diſtinctus eſt. Crura pedeſque inter rubrum, & caſtaneum media,

Magnitudo
Roſtrum.
Venter.
Crura.

Hortolanus albus cum malo Aſſyria.



Hortulano congener cum Iaſmino albo.



HORTVLANVS COLLO VIRIDI, CVM MESPILO.



HORTVLANVS CAVDA ALBA, CVM PINO.



forma verò cruribus pedibusq; simili: porticum item digitum longum habet, argumento, quòd avis sit terrestris, & rarò quidem arborum ramis insidet. In quibusdam etiam ita Linariæ similis est, vt nisi ob solam magnitudinem distinguas. Versatur in pratis, vnde Gallicè Preyer dici meruit: prosequitur tamen etiam aquas more Gallinaginis, quamuis cõtrà

HORTVLANO SIMILIS SPIPOLÆ CONGENER CVM ILICE.



CENCRAMVS BELLONII CVM MILIO.



Locus. facere ex rostri, & pedum constitutione indicares. Mirum est quantum hordeo, milioque delectetur. Reperitur nonnunquam sepibus insidere: sæpius tamen in terra degere: & *Victus.* quia terrestris auis est, idcirco etiam in altis locis non nidulatur, sed vbi Anates, quæ quandoque in truncis salicum nidificant: itaq; plerunq; istæ aues nidos extruunt in agris anena, hordeo, & milio consitis, vel in nudis pratis, quinque aut sex pullos excludentes. Non *Nidulatio.* omnes vbique idem nomen sortiuntur, sed pro diuersitate locorum, diuersum: ita quoque hæ alibi Teriz appellantur, quòd interdiu pallo, aut stipiti insidentes hanc vocem cãtillando edant Tirtertirterijs, eamq; sæpius reiterent. Cùm volant, crura ad se, vt cæteræ aues *Teriz.* non retrahunt, sed pendere sinunt. Frequentes alas moriant, seruato tamen quodam ordine, *b* Aristoteles auem quandam Cencramum vocat, aut Cyncramum, vbi scribit, *Coturnices ducibus Oto, & Linguacula, & Ortygometra proficiscuntur, atq; etiam Cencramo, à quo etiam reuocantur noctu: cuius vocem cùm senserint aucupes intelligunt parari discessum.* Dictio Cẽchramus, si latinè traduceretur, sonaret miliari: quare eam esse arbitramur, cuius mentio fit apud Varronem. Nam si Romæ alerentur vna cum Coturnicibus, milioq; saginarentur pro futuris epulis, verisimile est auem extitisse corpulentam: quapropter ferendi non sunt, qui Miliariam cum Linaria confundunt, statuendumq; Cenchram esse.

b lib. 8. hist. cap. 12.

FINIS LIBRI DECIMITERTII.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS ORNITHOLOGIÆ

Liber Decimusquartus,

QVI EST

De Pulueratricibus Domesticis.

DE GALLO GALLINACEO, & Gallina. Cap. I.

CARAS, ni fallimur, easq; satis efficaces rationes in primordio huiusce operis adduximus, cur à Pauone potiùs, quam Gallinaceo, genere exorsi fuerimus, tametsi hoc in omni auium familia, quæ ad mensæ vsum requiruntur, apud omnes fermè authores, quotquot hactenus scripserunt, primas obtinere videatur. Placuit autem, vt id obiter dicamus, Plinium hac in re, tanquam ducem, authoremq; sectari. Hic enim subinde à Pauonibus ad Gallinaceos sermonem conuertit, dum ait *Proxime gloriam sentiunt, & hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; somno natura genuit: nouat sidera &c.* Haud me fingit interim, non defutura cuipiam sua argumenta, quibus Gallinaceum hocce genus ingnit multis, præcedentibus auibus præferat. Veruntamen cùm hæ volucres prorsus domesticæ sint, illæ verò syluestres, quæ domesticis meo iudicio sunt præstantiores, vel saltem ita vulgò habentur, itaq; Gallinaceam hanc familiam in hunc librum, qui priuatim de ea tantùm ager, reiecimus. Plurimi sanè has alites veteres fecisse, maximè Gallos, vel ex hoc Ciceronis constat, qui *non minus delinquere eum* dixit, *qui Gallum Gallinaceum, cùm non opus fuerit, occiderit, quàm eum, qui patrem iugulauerit.* Nec ab re ita scripsit Tullius, cùm præcipuè hac aue prisci Græci, & Romani in bello vterentur, & sacris suis adhiberent. Non mirum quibus sese verum nobis egregij, laudabilisq; patris familias exemplar præbet. Quantum verò ex hoc Gallo, eiusque coniugibus, ac liberis emolumenti humano generi, cùm ad victum tam sanis, quam ægrotis suppeditandum, tum etiam ad quoscunque fermè morbos propulsandos cedat, id tam clarum cuiuis esse arbitramur, vt demonstratione prorsus non egeat. Quis etenim tam internus, quàm externus corporis affectus, qui non hinc sua hauriat remedia? Sed de hisce pòst suo loco iam ad historiam more nostro accedamus: in qua tractanda illud ferè in singulis rubricis obseruabimus: quæ vtriq; sexui communia sunt, præferemus: hinc quæ mari, vltimò quæ fœminæ soli conueniunt adducemus, omnem vbiq; quoad licuerit, confusionem euitaturi. De Capo verò seperatim agere visum est, cùm quòd is, etsi ex Gallo factus, veluti vtriusq; sexum complexus, & ceu hermophroditus factus, mediceus scilicet inter Gallum, & Gallinam videatur, tum quia ad mensæ vel fanorum, vel ægrotum vsum duntaxat natus sit: Gallus verò, & Gallina soboli studentes genus suum natura duce æternum reddant.

Ordinis ratio.

Gallinacei generis dignitas.

Plinij ordo a Or. pro l. Murena.

Galli dignitas, & honor.

Animosi tas.

Vtilitas.

Capi historia cur hinc excludatur.

ÆQVIVOCA.

Alector Epei.
Alector.
Argea.
Alectyron.
Perſarum rex.
Gallus auis Perſica dictus, & cur Alectryon Phili. dux.
Charetis arrogantia.
Prouerbiũ Alectryon.
a In Aſpi. Minerua innupta.
b l. 5. Dei. Tibia alector dicta.
Sol alector dictus.
c l. 37. cap. 10.
Gallus vox ambigua.
d l. 7. inſt. orat. c. 9.
Galli ſacerdotes Cybelis.
Archigalli Gallus fluuius, eiuſq; miravis.
e l. 6. c. vl.
f l. 4. faſt.

ΑΛΕΚΤΟΡ, Αλέκτρυων Græcis, vti etiam Latinis Gallus, vox eſt æquiuoca, & multa ſignificat. Alector, teſte Euſthatio filius fuit Epei Regis Elidis. Eiuſdem nominis filium dicitur habuiſſe Argea Pelopis filius, & Hegeſandræ filiæ Amiclæ, cuius filia Iphiloche, vel Echemelus Megapenti filio Meneleai nupta fuit, vt idem Euſtathius tradit. Quoniam Alectryon nomine tyrannidem quondam geſſit, & Perſis primus imperaſſe dicitur etiam antequam vel Darius, vel Megabyzus: vnde etiã Gallus, vt pòſt dicemus, ales Perſica appellatur. Alectryon item nomen ducis eſt Philippi Regis, qui à Charete Athenienſi interemptus fuiſſe fertur: at num cum ſuperiori idem fuerit, vel, quod magis credo, diuerſus, non auſim affirmare: docet autem hiſtoria, hunc Charetem ſæpius, & nimis arroganter iſtius facti verba apud populum Athenienſem feciſſe, adeo vt hinc pòſtmodum natum ſit prouerbium Φιλίου τοῦ ἀλέκτρυων, id eſt, *Philippi Gallus*: vbi quis de leui quopiam facinore perinde vt maximo ſe iactaret. Alectryon quoq; dicebatur Amphitrionis pater, filius verò Alcei, cuius meminit *a* Heſiodus. Αλέκτωρ Euſtathio coniugem ſignificat pro ὁμόλεκτρος, quaſi ὁμότεκτορ, litera alpha ſignificante ὁμοῦ. Eadem vox alpha priuandi vim habens innuptam ſignificat, quare Mineruam ἀλέκτορα dictam legimus apud *b* Athenæum, vbi Pompeianus Sophiſta cum Panathenæa feſta celebrarentur, in quibus iudicia ceſſant dicebat: γενέθλιος ἐστὶ τῆς ἀλέκτορος Αθηνᾶς καὶ ἄδικος, ἡ τῆτες ἡμέρα. Apud Iouem αὐλὸς, hoc eſt, tibia ἀλέκτορ vocatur, quod propter ſoni dulcedinem auditores à cubili reuocet, vel dormire non ſinat. Vnde etiam ſol Homero ἠλέκτωρ nuncupatur, quia homines ἀλέκτρους facit, ſiue à lecto diſcedere, vel potiùs quòd ipſe ἀλέκρως, id eſt, peruigil ſit, hoc eſt, nunquam cubet, ac quieſcat. Αλέκτωρ denique *c* Plinio gemma eſt, de qua pòſt in denominatis: nam alij codices Pliniani legunt ἀλέκτωρας; alij ἀλέκωρεας. Gallus, vt ſcriptum reliquit *d* Quintilianus, vox pariter ambigua eſt, *Virum enim*, inquit, *auem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis ſignificet incertum eſt*. Gallinis in primis vocabantur decantati illi ſacerdotes, qui præſto erant ſacris Cybeleis. Hos archigallos Iulius Firmicus vocabat teſte Brodæo. Romæ epitaphium videre eſt in Diuo Martino, vbi quoque archigalli dicuntur. Id autem eſt huiuſmodi: D. M. C. CAMERIVS CRESCENS ARCHIGALLVS MARTIS DEVM MAGNÆ IDEÆ, ET ATTIS PO. RO. &c. Meminit huius epitaphij Griſaldus, qui Tertulliani etiam verba de quodam Archigallo repetit: Cæterum Galli ſacerdotes ita dictos volunt à flumine eiuſdem nominis, cuius tam admirandam vim eſſe commenti ſunt priſci, ni mirùm quòd parcè potus & cerebrum purget, & inſaniam tollat: contrà largiori manu hauſtus lympharicos, & inſanos reddat. *e* Plinius quidem hos ſacerdotes ab hoc fluuio nomen traxiſſe ſcribit: ſed tam admirandæ facultatis minimè meminit. Alij ſacerdotes illos mox à potu eiuſmodi aquæ furore correptos fuiſſe memorant, atq; ſe ipſos caſtrauiſſe, id verò citra vitæ diſpendium facere non potuiſſe, niſi Samia teſta vterentur. Meminit *f* Ouidius:

Cur igitur Gallos, qui ſe excidere vocamus?
Cum tantùm à Phrigia Gallica diſtet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen, altaſq; Selenas
Amnis it inſana nomine Gallus aqua.
Qui bibit inde, furit, procul hinc diſcedite, queis eſt
Cura bonæ mentis, qui bibit, inde furit.

Quidam Gallum puerum putauerunt, qui contracta offenſa Deæ ſe execuerit, & ſimul fluuio nomen fecerit. Fluuium illum in Sangarium euolui neſcius non ſum: at minimè credam tam noxiam fluminis vim fuiſſe, vt homines, vel furibundos redderet, vel enecaret. Quantum verò virium ſemper habuerint ad homines dementandos vanæ ſuperſtitiones qui neſcit, is alienus non modò ab omni hiſtoriarum lectione, ſed vitæ etiam communis vſu. Vnde etiam prouerbialiter dicimus γαλλοὺς τί τέμνεις, id eſt, Gallos quid execas, pro quid actum agis. A quibus ſacerdotibus quàm benè Baptiſta Pius, vt id obiter dicamus, Gallos populos per conuitium Romanorum nomen fuiſſe adeptos colligat, ipſe viderit: quaſi ſcilicet, quòd exectorum hominum nomina haberent. Quis obſecro

Baptiſtæ Pij error.

tam

tam vecors, tam communis sensus expers, vt sic cogitet Gallos perpetuò Romani nominis hostes nomen sibi, vel accipere, vel retinere voluisse, quod hostium contumelia imposuissent; Quod si tamen quis ita sentiat, ego eum non testiculis profecto, sed cerebro carere dixerim. Neminem interim latere existimo, Gallos Europæ populos à candore dictos à Gala, quæ vox lac Latinis dicitur. Nam montes, & rigor Celiab ea parte Solis ardorem excludunt, vt eorum corpora non colorentur. Persarum milites Cares Gallos nuncupabant, ob conos, quibus galeas ornatus habebant, eaq; de causa Artoxerses hominem è Caria, qui Cirum iaculo vulnerasse creditus est, eo cohonestauit præmio, vt Gallum aureum in lantea præfixum ante aciem ferret. Verum Athenæus Gallos scribit in Persida primum ortos, ideoq; fortasse cognomentum id Persæ acceperit, vel ab Alectryone, quē eis primum imperasse paulò antè diximus; Vnde & Aristophanes, vt eius est mos omnes illudere, Gallum ait Persis olim præfuisse, atq; hinc cristatos adhuc gerere cassides: verba Aristophanis aliàs citabo. Gallus item quidam Centaurus fuit, à quo secundum Pincernam regium eximiè amatum fuisse author est Nicander. Nunquid autem Centaurus idem fuit cum Centoarato, de quo sic meminit g Aelianus: Antiochi equus, vt dominum suum vlcisceretur, Gallo nomine Centoarati, qui Antiochum in pugna interfecerat, necem intulit, difficile est iudicare. Est etiam Gallus Imperatoris nomen, cui Constantius magni Constantini filius Cæsaris dignitatem concessit. Sed cū comperisset, hunc regnū affectare, ad tyrannidem prouere, nihil non moliri, quo sit. voti compos fieret, omni conatu eius anteuerso, caput ei præcidi curauit: deinde Galli fratrem, porcum illum fœtidum, Iulianū corona Cæsarea cohonestauit, vt narrat h Constantius Manasses. Alij verò Gallum illum longè antiquiorem faciunt, & simul cum Volusiano Decio in imperio successisse scribunt, imperioq; biennium & menses octo potitum fuisse. Quidam cognomento Milo Gallus dicebatur, qui Caroli Calui temporibus floruit, & ad eum ipsum quæ de sobrietate carmina conscripsit, misit. Condidit & Sancti Amandi, vitam cuius cænobij ipse Antistes fuit anno post partum salutiferum 880. Est & Gallus Sancti Confessoris nomen, vt refert i Beda, cuius vita plena virtutibus cōscripta habeatur. Erat autem beati martyris Ignatij diaconus, qui Episcopus factus viam magistri pius imitator sequutus, procommendato grege, Christi amato occubuit. Fuit & Gallus alius Columbani Abbatis discipulus. Hic & Hildeboldus diaconus piscículos, quos de flumine reticulo traxerant in solitudine assaturi, ignem cocinnabant, cùm interim vrsus mirę magnitudinis proprius accedens diaconum quidem terruisset, iubente Gallo, vt ligna igni inferret, obediuit, vt k Marcus Marulus Spalatensis memoriæ prodidit. Quod sanè hìc referendum duximus, vt qui positis suis reniti audent, tali exemplo magis confundantur, quando, & syluestres feræ iussa sanctorum reuereantur, & obseruent. Hermolaus iubas, & capillos Gracis alectoridas dici asserit. Et mola matricis Syluatico Gallus matricis dicitur, fortè similitudinem. Nam & l Amatus Lusitanus meminit cuiusdam mulieris, quę geminos vtero gestans quinto mense abortiuit, & tertia à primo abortu die frustum quoddam carnis emisit. Galli crittæ cum rostro Gallinaceo simile Piscis quidam ad oceanum Germanicum Gobijs congener, Germanis vt audio Sechan, id est, Gallus marinus dicitur. Verum & bina alia aquatilia animantia eiusdem nominis reperio, piscem nempe alium, & quoddam genus è crustaceis. Piscis enim m Plinio Zeus dictus, & Faber, Hispanis, & Monspelienſibus, teste doctissimo Rondoletio, Gal appellatur, Santonibus, & Bajonensibus Iau, id est, Gallus à dorsi pennis surrectis, quemadmodum Gallorum Gallinaceorum cristæ erigi solent. Romani hodie citulam dicunt, & piscem Sancti Petri, quia iubente Christo D. Petrus hunc piscem ceperit, & in eius ore numisma pro tributo repererit: vnde digitorum impressorum vestigia in medio corpore relicta fuerint. Recentioribus item Græcis χρισοφάρος dicitur, aiuntq; D. Christophorum, dum Christum humeris gestans mare traijceret, piscem hunc apprehendisse, & impressa digitorum vestigia reliquisse. Est autem piscis ille ex sententia Rondoletij & Athenæi à Chalcide diffidens, vt Deo dante suo loco aliquando docebimus. Donauit mihi nuperrimè hunc piscem exiccatum admodum Reuer. P. Ambr. Morandus Bonon. sacræ Theol. Doctor eximius, Congregat. S. Saluatoris Gener. mihiq; amicissimus. Præterea Gallum marinum idem Rondoletius, & Petrus Bellonius vocari asserunt illud animal crustaceum, quod Aristoteles ἄρκτον, Latini similiter vrsum ab actionibus, & moribus, quos exercet, appellant: vt nonnulli existimant: alij verò à figura ita dici volunt; nimirum, quod exterior forficis pars Galli Gallinacei figuram referat. Hesychius, & Varinus Vpupam ἀλεκτρύονα vocárunt, haud dubiò ob cristam, in capite gerit, ob quam etiam à Ligurib. Gallus Martij dicitur, eò quòd illo mense apud ipsos primùm appareat.

a Galli vnde dicti.
Persarum milites.
Galli vocati, & quare.
Gallus centaurus.
g lib. 6. de anim. c. 44.
Centoaratus.
Gallus Imperator.
h In annal.
Gallus Milo, eiusque opera.
Gallus cognomento fissor.
i In Mart.
Gallus Confessoris nomen.
Gallinacea dicta.
Gallus matricis.
k lib. 4. de ver. obed.
Tabæ Alectoridæ dictæ.
l lib. 1. curat. mea.
Gallus piscis Sechan. m l. 9. c. 19
Gal.
Citula.
Pisces S. Petri.
χρισοφάρος.
χαλκίδι.
Crustaceū Gallus dictum.
Vsus.
Ἄρκτος.
Vpupa.
Gallus Martij.

Q 3 Et Persæ,

Corui Alectoridæ. Et Perſæ, vt Hermolaus neſcio quo authore ſcribit, Coruos Alectoridas dicunt. Ornithologus mendum ſubeſſe exiſtimat. Sed fortè Hermolaus ex Pauſania id decerpſerit, qui Gallos quidem Gallinaceos quoſdam Coraxos, ideſt atro Coruorum colore in Bœtia eſſe dixit. Significat denique Gallus quædam artificialia, ac in primis nauem quandam prætoriam, de qua eiuſmodi ad Miſenum epitaphium legitur. D. M. C. IVLIO QVARTO VET. EX, PR. N. GALLO, M. CECILIVS. FELIX. S. INONIA HERACLIA S. ET. S.

Galli Coraxi.

Artificialia.

Gallus dicta.

Nauis Gallus.

Gallus libri nomen.

Gallus & ſomnium inſcribitur quidam Luciani luculentiſſimi authoris dialogus, quo diuitiarum, atq; potentiæ incommoda, moleſtiaſq; proſequitur, oſtendens, quam contrà tranquilla res paupertates ſit, ſi modò ſua ſorte ſit contenta. In poſteriore autem parte Gallus, qui ex Pythagora in auem transformatus cum hero ſuo Micyllo colloquens introducitur, diuitum cùm priuatorum, ac ciuium, tùm regum, ac potentum moleſtias, curas, & pericula recenſet, quæ illis, & belli, & pacis temporibus, præterea etiam circa valetudinem, quam luxus iſtæ & crapulæ labefactant, accidere ſolent. Poſtremò, vt & de Gallinis aliquid dicamus, ruſtici Pleiades ſtellas Græcis dictas, & Atlantides, Latinis Vergilias, Gallinas vocant, & pleriq; Butrionem, Angli nempe, id eſt, Gallinam habentem pullos vulgo Bruothenn. Hanc conſtellationem Hebræi Zatha vocant, & Galli la Pouſſiniere. In dictionario trilingui ayſch, vel pro eodem ſidere legitur. Gallina nigra apud chimicos eſt argentum viuum.

Gallina Bellæ.

Butrio.

Bruothēn.

Argentum viuum.

Gallina nigra.

SYNONYMA.

VARIAS quidem nomenclaturas, quibus apud Græcos potiſſimùm, ac Hebræos Gallus Gallinaceus venit, eſt reperire. Secheui in primis legitur apud D. *a* Iob, vbi dicitur: *Quis dedit Secheui intelligentiam?* Sanctes Pagninus in biblijs maioribus Ven. anni 1515. Lasecheui legi ſcribit, & in noſtris alijs exemplaribus Michel eſſe. Sonat imaginationem in mente celatam, cogitationem, intellectum. Plerique interpretes traducunt cordi. *b* Rabbi Dauid ab aſpiciendo, & videndo deriuari aſſerit; & alibi. *Doctores*, inquit, *Hebræorum exponunt etiam Gallo*; quod etiam Rabbi Simeon filius Lakiſch tradidit, teſte Ioanne Reuclino: atque ita D. Hieronymus vertit. Septuaginta verò, *Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, aut variegatam ſcientiam?* Targhum, *Quis dedit cordi intelligentiam?* Alterum Targhum; *Quis dedit Gallo ſyluestri intelligentiam, vt laudet dominum ſuum?* Rab. Abraham, *Cordi?* Rab. Leui, *intellectui?* Rab. Moſech, *qui dedit Gallo intelligentiam, vt media nocte ſurgere doceret hominem ad laudandum Deum?* Ita quidem ille hæc profert ex quodam Targhum Ieroſolimitano in hunc locum, atq; ſuis Rabbinis, ſed de corde eos magis congruere aſſeuerat. Sunt, inquit, Ornithologus ex quodam alio, apud Hebræos, qui vocem Sekui Tarnegul (hanc vocem Chaldaicam eſſe conijcit) cuius vltima ſyllaba Germanicè Galli nomenclaturæ, nempe Gul congruit, id eſt Gallum interpretantur. Fortè verò ita Gallus dictus fuerit vel ab animoſitate, quæ in corde ſedem ſuam potiſſimùm habet, vel à viſu, quem ſemper ſimul ſurſum Miluorum, & aliarum auium rapacium euitandarum cauſa, & deorſum ad victum intentum habet. In lexico trilingui pro Gallo etiam legitur Sikui, & pro Gallina Sakuia, quæ poſtrema vox in Syrochaldaico dictionario Gallus exponitur, ex Vaic. rab. cap. 26. Pro barbur in *c* libro Regum, vbi legitur. *Excepta venatione ceruorum, caprearum, atq; bubalorum*, & barburim auuſim, ideſt, *altilium ſaginatorum in ſtabulis*, hoc eſt, *ſtabulantium*. Dauid Kimhi ex magiſtrorum ſententia, transfert aues, quæ afferuntur ex Barbaria. Rab. Salamon Gallos pingues, Kimhi addit caſtratos, Ioſephus volatilia, D. Hieronymus aues altiles, ſeptuaginta ἐκλεκτούς, id eſt, electos, quaſi legerint barur, Chaldæus auem ſaginatam vel altilem. Prouerbiorum 30. variè exponunt quidam, vt Dauid Kimhi docet, canem leporarium curſu velocem: alij nemer, id eſt, pardum, alij ſpeciem auis immundæ, D. Hieronymus Gallum, ſeptuaginta interpretes ſecutus, qui ἀλέκτορα reddiderunt. Nam R. Ioſeph dicit nomen animantis eſſe, quod inter Gallinas ambulet. gaber apud Eſaiam D. Hieronymus vertit Gallus Gallinaceus; *d* Septuaginta, & plerique Hebræorum vir, vti & Chaldæus pro Gabera. *e* I. Diuſius ita vertendum eſſe & non aliter omnino contendit, hunc in modum ſcribens. Verba ſunt Iſaiæ ex verſu ſeptimo, & decimo capitis 22. *Ecce Dominus transportabit te Taliter a Gaber*, quæ verba D. Hieronymus edoctus ita, vt ipſemet teſtatur, ab Hebræo præceptore ſuo, alia ratione quam interpretes, qui ante ipſum, expoſuit. Cùm enim

a cap. 38.

b In libro radicum.

Barbur.

c 3. cap. 4.

Sarsir.

Gaber.

d cap. 22. e l. 10. obſer. c. 8.

enim alij omnes Gaber virum expoſuiſſent: ipſe vnus Gallum interpretatus eſt, hac ſententia, *ſicut Gallus Gallinaceus humero portatoris de alio loco tuo ſeuiter aſportabit*. Ego an idem verbum eodem modo expoſitum, pòſt offendi à Salomone Iario: neq; ſanè Camius eam expoſitionem ſilentio præterit, quam c tat inter alias ex Dras. Ac ne illud quidem pigebit admonere, apud *f* Salomonem, vbi in vulgata ſectione latina legitur, *viam viri in adoleſcentula*, expoſitum ſimiliter legi in Medras M sle de Gallo Gallinaceo: idq; mihi mirum in primis eſſe viſum. Nam quod ſequitur in adoleſcentula, eam expoſitionem, niſi animi fallor, planè conuellit. Ego ſanè, quod bona eorum interpretum veniâ dictum ſit, id verbum nuſquam eam vim habere arbitror, præſertim cùm præcedat verbum Taltela, quod formam habet nominis, vt grammatici loquuntur, abſoluti. Iam illud quoq; nonnihil eſt, quod Hebræos peritiores aliter accipere eum locum conſtat. Dauid certè Camius, qui, quæ lingua aliarum linguarum princeps eſt, eius ipſe linguæ princeps inter ſuos interpretes cenſetur, in commentarijs ad eum locum. Meo animo, inquit, Gaber eſt poſitum in caſu vocatiuo, & eſt ordo, ac ſenſus: ò vir ecce Dominus tranſportabit te tranſportatione. Vocat autem eum virum propter ſuperbiam ac faſtum. Hactenus I. Druſius. Verùm prætereaquamquod ipſe fatetur, Salomonem Iarium ita vertiſſe, & Camium eandem expoſitionem ex Dras citare, quidam etiam alij Tarnegula, id eſt, Gallum Gallinaceum exponunt, teſte Dauid Kimhi, Thargum Ieroſolimitanum pro Vaishu mheſion gaber, id eſt. *Et profecti ſunt Etzion gaber*, quod legitur num. 33. habet Vuncalu micherach tarnegola, id eſt, *profecti ſunt autem ab arce Galli*, vt legere eſt in dictionario Syrochaldaico Guidonis Fabricij Boderiani: Itaq; meo iudicio & Gallus, & vir traduci poſſit, cum vir à virtute, ſeu robore dicatur, & animi vigore, quo Gallus inter ſui generis volucres egregiè præditus eſt. Pro Gallo item in dictionario trilingui legitur habur, & nergal, quarum vocum prior ad Gaber accedit, poſterior ad Tarnegul, pro qua voce Syrè legitur Tarnagola Gallus auis: Iob. 3. Matt. 26. Marc. 14. & Io. 8. & Tarnagela dedaua, Gallus aureus, Eſter. 1. in Thar Ieroſol. & Tarnegoled Gallina, & Tarnegola bara, Gallus ſyluestris idem tarnegol bara, Iob. 38. & Pſal. 50. & tarnegoled thibur, Gallus Gallinaceus in plurali tarnegolim mecharcherin, Galli crocitantes, duchifad vox Hebraica in dictionario Syrochaldaico, ex quo pleraq; nomina iſtæc excerpſimus, Gallus ſyluestris exponitur, acaua idem eſt, quod tarnegul, id eſt Gallus, aut ſecundum alios vetulus canis, ſiue lelaps canis venaticus Prouerb. 30. Compluten, aura, quod Aruc das exponit beſtiæ nomen, nagar tura Gallus ſyluestris vertitur, vel, vt R. Serira Ghaon ait, Gallus montanus, vel vt alij, Vpupa. Saracenis, Gallum quidam hodie Dic appellari literis prodidit, Gallinam verò eiidem Terſeſe dici alicubi legimus. Auicennæ caput 296. lib. 3. inſcribitur Giaziudiuch, vbi interpres vertit de Gallinis, & Gallo. Aducaſugeg Syluatico, vel, vt vetus Auicennæ Gloſſographus habet, Aduzaruzegi, vel vt *g* Gentiles legit, Aducarucegi (hinc vel inde enim eam vocem hauſiſſe videtur) Gallus, vel Gallina eſt. Furogi verò, vel Furogigi Gallus tantum. Sed fortè ea vox muſtelæ ſyluestri, quam Galli furo dicunt potiùs conueniet, quaſi furo gigeg (ad quam vocem, quæ eidem Syluatico Gallum, vel Gallinam ſignificat poſteriores duæ ſyllabæ gigi nempè non malè accedunt) id eſt furans ſiue inſidians Gallinis, quod & animali quaſi proprium eſt. Alibi etiam apud eundem legitur D gegi, vt apud Serapionis interpretem Digedi. Alfrach Arabicè non eſt commune ad omnes pullos, & quandoq; dicitur de Gallina iuuene, quæ nondum oua peperit, teſte Andrea Bellunenſi, ſed abſolutè prolatum ſignificat pullum Columbinum, qui nondum volare poteſt. Et alibi ſcribit Alpheti Gallinas eſſe ſecundum expoſitores Arabes, eſſeq; eas, quæ nondum peperunt oua. Quod ad Græcam nomenclaturam attinet, ea, vt ſubinde patebit, varia admodum eſt, etſi apud veteſtiſſimos Græcos nomen nullum peculiare inueniamus, ſed communi ὄρνιθες vocabulo hanc ſpeciem ſignificaſſe, vnde etiam Myrtilus apud Athenæum ſolas Gallinas ὄρνιθας, & ὀρνίτια appellat. Quia tamen apud recentiores, qui poſt Ariſtotelem floruerunt, multa, vt dixi, ſynonyma reperiantur, viſum eſt ea ordine alphabetico proſequi, vt omnis vitetur confuſio. Ariſtoteles, eumq; ſecuti alij ὄρνις, vel ὄρνιθα communiter de quauis volucre dicunt: nonnulli verò recentiores Græci priuatim de Gallo, Gallinaque. Ariſtoteles Gallum ἀλεκτρύονα, vel ἀλεκτορα vocat, Gallinam ἀλεκτορίδα. Ariſtophanes ἀλεκτορας, qui mares ſint, ἀλεκτρύαινας, quæ fœminæ, ἀλεκτρύονας, vtrunque continere ludens in comœdia monſtrauit. *b* Socrates ſanè apud eundem Ariſtophanem, Strepſiadem reprehendere videtur, quod ἀλεκτρύονα in vtroque ſexu proferat, itaq; iubet, cum fœminam ἀλεκτρυαινα vocare ficto vocabulo, & poetico, vt à λέων fit λέαινα marem verò ἀλέκτορα. Videtur autem,

f Salomonem *Prouer. cap. 30.*

Taltela.

Tarnegula.

Habur.

Nergal.

Tarnegoled.

Dulchifad.

Ataua.

Lepaps.

Aura.

Nagar tura Dic.

Giaziudiuch.

Aducaſugeg.

g In expoſit. verb.

Furogi.

Digegi.

Digedi.

Alfrach.

Synonyma Græca.

ὄρνιθια.

ὄρνις.

Ἀλέκτορες.

Ἀλεκτας.

b In nibulis.

i In Amphitryone. tem, inquit Scholiastes, vulgaris hæc consuetudo tum fuisse, fœminam quoque ἀλεκτρυόνα nominandi, vt patet ex hisce Aristophanis verbis:

Γύναι τί τὸ φοφῦσαι τοῦτ᾽; ἢ ἀλεκτρύων
Τῶν κύλικα καταβέβληκεν. Οἰμωξῇ σύ γε.

Et in Platonis Dedalo: ἐνίοτε πολλαὶ τῶν ἀλεκτρύονων τὴν εἰκόνα βιαίως ἔχουσιν ὥστε πολλάκις Ὀδὶ παῖς ἴδετε τὰς ἀλεκτρύονας σοβεῖ. Attici quidem etiam Gallinas sic vocabant. Et Theopompus: Vocant verò Gallinam etiam ἀλεκτρυαίναν. Hæc Scholiastes; sed locus quo ad authorum citationes non rectè distinctus emendari potest ex Athenæo, apud quem ita legitur. *Cratinus*, inquit, ἀλεκτρύονα *in fœminino genere dixit. Item Strattis* Αἶδ᾽ ἀλεκτρύονες ἅπασαι καὶ τὰ κορίδια τεθήκασιν. *Et Anaxandrides Rhodius Comicus*: Ὀχευομένας τὰς ἀλεκτρύονας θεωρῶσιν ἅμιλλαι. *Et Theopompus*: Ἀχθόμενος ὁ ἀποπλοϊκὸς ἀλεκτρύονα τίκτουσαν ὡς παγκάλα. k *In pace.* *Et* k *Aristophanes*: Ὧν μέγιστον τεκοῦσ᾽, ὡς ἀλεκτρύων. Thomas Magister quoque annotat, vocem ἀλεκτρύων significare marem, & fœminam, & Hesychius veteres ἀλεκτρύονας Gallinas vocare scribit. Gallus etiam dicitur ἀλεκτωρ, à quo fit ἀλεκτορὶς, Gallina, quam posteriorem vocem Varinus, & Thomas Magister poeticam esse dicunt: ἀλεκτωρ verò vocabulum esse ἀδόκιμον. Verum cùm l Aristoteles ἀλεκτοριδα etiam nominet, ac m Galenus ἀλεκτρύονος καὶ ἀλεκτορίδος ἅμα dicat: itaq; vocem ego ἀλεκτρυαινα prorsus ἀδόκιμον, ἀλεκτωρ verò poeticã tantùm contra illos esse dixerim; qui cùm ἀλεκτορις poeticum faciant, poetæ nullius testimonium adducunt, & ego quoq; nullum ex poetis hac voce vsum memini, ἀλεκτορα verò in prosa nemo dixit, sed poetæ aliquot, Aristophanes, Theocritus, Cratinus, alijq; Ἀλεκτορις verò Athenæo non Gallina est, sed Gallus. *Vsus*, inquit, *nostro tempore obtinuit, vt Gallina Oribus, & Oribia dicantur, Galli verò ἀλεκτρύονες, & ἀλεκτορίδες.* Apud Varinum ἀλεκτρὶς pro Gallina legitur, sed fortè impressoris culpa pro ἀλεκτορις, vt videtur. Reperitur & ἀλεκτόριος pro ἀλεκτορικὸς. Ἀλεκτωρ verò Gallus dicitur, quòd nos, vt apud Athenæum est, ἐκ τῆς λέκτρου, id est è cubili excitet. Ille, vt videtur, intelligit esse ex alpha priuatiuo, & λέκτρον, quod nos ἀλέκτρων faciat. Eustathius vult esse ex alpha priuatiuo, & verbo λέχω, id est cubo, vt videlicet fit λέκτωρ, deinde præfixo alpha priuatiuo ἀλεκτωρ: vnde ἀλεκτορίσκος. Cæterum etiamsi ἀλέκτωρ ex α priuatio, & λέχω deducamus, ἀλεκτρύων, quod idem est, quod ἀλέκτωρ, Gallus nempè, & interdum etiam Gallina, vt mox ex Aristophane diximus, & Athenæo, ex α priuatiuo, & λέκτρον potius fieri dicendum est. Hanc vocem nempè ἀλέκτρυων Homeri sæculum, teste Varino, non agnouit. Vtebantur nimirum antiquitus, vt diximus paulò antè, tantũ voce ὄρνις de Gallo in genere masculino, de Gallina in fœminino. Cum verò ἀλέκτρυων nomen viri est, cuius n Homerus meminit, seruat ο magnum in genitiuo, secundum Varinum, secundum verò Eustathium mutat. Βοσκὰς ὀρταλὶς Nicandro Gallina est domestica, siue altilis, Βριτὸς apud Hesychium, & Varinum Gallus anniculus Ἡικανὸς, Gallinaceus, vt ijdem interpretantur. Ἱππαλέκτρυων dicitur magnus Gallus apud Aristophanem. Κίρκος ijsdem Hesychio, & Varino scilicet, vel Accipiter est, vel Gallinaceus, sed Accipiter potius, meo iudicio, ijsque Circus, vti etiam Κίρυξ, quæ vox Suidæ pariter, & Varino Accipitris genus est, & Gallinaceus. Κιχίρρος Gallinaceus, Hesychius, & Varinus. Κίκκος oxytonum Gallinaceus, paroxytonum verò parua cicada, & Κίκκα paroxytonum, Gallina. Ijdem. Videtur autem vox per onomatopœiam facta. Κοκκοβοὰς ὄρνις de Gallinaceo accipiendum videtur apud Sophoclem, vt vult Eustathius, nimirum quoque à voce, de qua verbum κοκκύζειν Græci vsurpant: videtur itaq; epitheton esse. Κορυφὰ, ὄρνις, Pergæis Hesychius, & Varinus Κορυθὰν ἀλέκτρυων, αἱ νεανίδες. Iidem. Fortè autem sic nominatus fuerit Gallus, quòd κόρυθα, id est, cristam gerat: & eadem ratione fortassis etiam κορυνητὰς apud eosdem, sed quæ vox eis etiam cophinum & calathum significat. Κοσκινοὶ, οἰκοτοιχάδιοι Ὄρνιθες. Iidem. Apparet autem priorem vocem à κίκκος formari. Κόθωνες, Gallinacei à crista capitis sic dicti apud eosdem in Πρακτικῷ, quod etsi, κεφαλῆς ῥίγωμα, Κοττὸς ὄρνις, sed equum quoque aliqui sic vocabant. Ijdem. Et rursus Κοττοβολεῖν τὸ παρατηρεῖν παὶ ὄρνιν. Κοττολοιοὶ κατοικίδιοι ὄρνιθες: sed Varinus legit κιττολιοὶ per iota in penultima. Hesychius vocem κόττος alibi in dictione κοττὰ generaliter pro qualibet aue accipi scribit, propriè verò esse Gallinaceum Κοτίκας Gallus. Ijdem. Κροκίας apud o Plutarchum Gallus est, quem Hermanubidi immolare solere tradit. Κυμβαὶ ὄρνιθες. Ijdem. Videntur autem aues simpliciter intelligendæ, quoniam cymbalcutæ etiam Varino sunt aucupes. Κώκαλον genus

quoddam

1 Athen. lib. 9.

2 Poeticum esse.

3 Nominis ratio.

4

quoddam Gallinacei. Idem & Κώκαλος Varino quoq; proprium nomen est. Μηδικὸς, aues Medicæ, Gallinacei. Iidē Aristophanes μῆδον auem facere videtur. Scholiastes Gallinaceū accipiendum suspicatur. Alibi quidem dubitat, an vlla auis rectè μῆδος appelletur. a Cælius Medicis dici asserens, *etsi*, inquit, *in latinis literis Medicum de procuratore pronunciari animadvertimus à verbo μήδομαι*, id est *curo*. Sed cùm Gallinaceus ab eodem comico etiam Persica auis dicatur, Medum quoq;, vel Medicam auem pro Gallinaceo accipi ab eo verisimile est. Ὀλόφωνος Hesychio Gallinaceus est, sic dictus vel à lopho, id est crista, vel ab ea quòd inter canendum in sublime se erigat, ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ᾄδειν ὅλον ἀείρεσθαι καὶ μετεωρίζεσθαι. Ορταλὶς Nicandro Gallinam significat. Ορυὶθα casu recto Græcis hodie vulgò Gallina est. Ὀρθροβοᾶν Gallum dicebat Alexarchus Cassandri Macedonum Regis frater, qui Vranopolim ædificauit, quiq; peculiares dicendi formas inuexit, nimirum quòd inter canendum se erigat, vnde & ὑλόφωνον, dictum quidam coniiciunt, vt diximus: nisi quasi Ορθροβοᾶν potiùs à matutino cantu, sic appellatū placeat, Ορτάλιχος vox poetica tum Gallum ipsum, tum pullum Gallinaceum significat, sed pullum frequentiùs, vt pòst dicemus. Bœticè tamen ipsi Gallinacei etiam sic dicuntur apud *p* Aristophanem, vt referunt Scholiastes, & Varinus. Περσικὸς ὄρνις Persica auis Gallinaceus dicitur propter cristam. Vnde Aristophanes. *Multos pueros deceperunt amatores, alius Coturnice, alius Persica aue, aliaue donata*: Vbi Scholiastes: *Pretiosa*, inquit, *omnia quibus solus Persarum rex vtebatur, Persica vocabantur*, & hoc in loco auis Perfica non certam aliquam auem designat. Sunt tamen, qui Gallinaceum, & qui Pauonem interpretantur. *q* Pisterhærus Gallum auem Persicam dici tradit ab Alectryone olim, vt diximus apud Persas imperante. Vbi etiā Scholiastes, *forte*, inquit, *Alectryona vocat Medum auem*. Nā Persas Medos quoq; appellant, Σίραος Hesychio, & Varino Gallinaceus est, & Σέλλος χειλωνὶς Gallinacei quidam. Iidem. Ψήλακες, τοὺς ἀλεκτρυόνας οἱ Θρᾷκες, Suidas, & Hesychius. Ψιλὸς ὄρνις, pro Gallinaceo legitur apud Pollucem. Cæterùm cùm pullus adhuc seu recenter natus hoc Gallinaceum genus, Græcis, vti etiā latinis, aliter dicitur. Νεοσσὸς nimirū illis, his pullus: at Nicander ea voce pro Gallinaceo adulto vsus est hoc versu. ορταλὶς αἰχμητὴς ἐπὶ τ' ἀντιβίοισα, νεοσσοῖς. Νεήρακες Hesych & Varinus pullos Gallinaceos appellabant. Abr Athenæo νεοσσοὶ ὄρνιθες, & ἵπποι dicuntur, id est, quasi equuli. *Credo*, inquit Hermolaus, *quia pulli proprie sunt equorum*. Νεοττίδες, ἀλεκτορίδων καὶ χηνῶν Aristoteli dicuntur fœmellæ iuuencæ e Gallinaceo genere, vel Anserino, quæ nuper scilicet parere cœperunt: possunt & sic dic antequā pepererint. Ορταλιχοῦς Etymologus, & Varinus pullos vocat, qui nondum volare possunt. Hinc ὀρταλίζειν, verbum de auibus volare incipientibus, vel de ijs, qui pullos in sublime efferunt, citato motu, & impropriè deinde de alijs motibus: s Aristophani verò superbire, & efferri significat, haud dubio propter naturam Galli, qui vt diximus, etiam ὀρταλίχου dicitur. Quemadmodū verò ὄρνις apud Græcos, vt dictum est, eodem pariter modò apud latinos auis aliquando pro Gallo, Gallinauè absolutè ponitur. Ita Rhodias aues pro Rhodijs Gallinis Columella dixit, & Græcè ταναγραίους ὄρνιθας, genere masculino pro Gallinaceis Tanagræis legimus. Apud probatissimos authores latinos Gallus dicitur, & cum adiectione Gallinaceus, & simpliciter quoq; Gallinaceus. Vnde Albertum, alioſq; latini sermonis imperitiores hallucinari constat, ùm Gallum Gallinaceum, Capum, hoc est Gallum castratum interpretentur. In quem errorem ipsemet Isidorus etiam impegit, Gallum simpliciter Capum appellans, eo, vt videtur, argumento nixus, quòd veteres Gallos castratos vocarent: cùm tamen veteres classici quique Gallos mares in hoc auium genere nuncupent. Haud me latet interim Martialem alibi aperte scribere Gallum à castratione dici, se is eo loco iocatur, non seriò agit. Ait autem.

Ne nimis exhausto macresceret inguine Gallus,
Amisit testes, nunc mihi Gallus erit.

Gallina, inquit M. Varro, *trium sunt generum, Villatica, rustica, & Africana. E quibus tribus generibus proprio nomine vocantur fœmina, quæ sunt villatica Gallinæ, mares Galli, Capi sēminares, quòd sint castrati.* Hinc Gyb. Longolius totum hoc auium genus, quod de Gallinario deuolat, Gallinaceos vocari scribens, id quoque nullo probato authore fretus fecisse videri potest: Cum Gallinarum sæpius quam Gallinaceorum nomen vniuersaliter pro toto genere ab authoribus vsurpetur, quoniam nimirum plures vt videmus in hoc genere, quam mares propter vtilitatem, alantur. Fœminæ enim pòst suo loco patebit, maximam propter partum præbent vtilitatem, & vnus mas multis sufficit Gallinaceus à Gallina fieri videtur, & vel simpliciter pro Gallo ponitur, vel tanquam epitheton ei adiungitur, differentiæ fortassis gratia, vt nimirum amphibologia euitetur. Nam & Galli, vt diximus

populi

Μηδικὸς. Μῆδος. *a l.* 10. *cap.* 13. *Persica auis.* Ὀλόφωνος. Ορταλὶς. Ορυὶθα. Ορθροβοᾶς. Ορθαλίχος. *p In Achar nensib.* Ορθιοκακκύζα. Περσικὸς ὄρνις. *q In Aui. Aristoph.* Σίραος, Σέλλος χειλωνὶς. Ψήλακες. Ψιλὸς ὄρνις. Νεοσσὸς. Νεήρακες. Ἵπποι. *r lib.* 9. Νεοττίδες. Ορταλιχοῦς. Ορταλίζειν. *s In Equitib.* *Auis pro Gallinaceo genere.* *Rhodiæ aues.* *Alberti error.* *Longolij error.* *Gallinaceus.*

populi sunt, & Cybeles sacerdos sic vocabantur,& alijs quibusdam idem nomen conuenit.

Etymum.

Varro pleraq;volucrum à vocibus suis dictas tradit,atq;inter eas Gallinam,& Anserem in primis nominat. Ego Gallinam eiusmodi vocem edere nunquam audiui, nec apud alium legi:quod si verò consimilem vocem ederet hoc auium genus,cur non & ita Græcis dicitur? Quare satis non laudare nequeo *z* Iosephum Scaligerum, qui dictionem Gallus παρὰ τὸ καλλος deriuat. Καλλος autem palea est, quæ hisce auibus quasi solis conuenit. Ornithologus Pumiliones simpliciter Gallinas alibi interpretatur: mihi contrà illæ diuersum, ac peculiare genus esse videntur, vt pòst dicam, simpliciter verò Gallinas existimo, quas Varro villaticas, Plinius villares, & altiles, Columella cohortales aues appellat. Gallus peri-1●

z In Verb. c. quol. Ornithologi error.

phrasticè varijs modis à Poetis vocatur, vt ales excubitor *a* Virgilio.

a In Moreto.

Excubitorq; diem cantu patefecerat ales.

Auis lucis Martiali.

Cristataq; sonant vndique lucis aues.

κ Met. 11. Ales cristati oris *x* Ouidio.

Non vigil ales ibi cristati cantibus oris, &c.

Eodem modo de Gallinis periphrasticè loquuntur, vnde Ouidio, & Martiali Cortis, siue cohortis aues dicuntur: Ouidius:

γ l. 13. Epigram.

Abstulerat multas ille cohortis aues. γ Martialis.

Si Lybica volucres nobis, & Phasides essent, 2●

Acceperes, at nunc accipe cortis aues.

Mylacridæ Pull. quid. Pulla. Pullaster. x l. 3. de rust. Pulleiacius a In Alex. Severo. Pullicenus Coqs. Geline. Rotule. Geniette. Hun. Maluph. b lib. 3. de med. Aeg. c. 26. Pollo. Pulcino. Pollastro.

Comici,teste Hermolao Gallinas quãdoq, Mylacridas vocant:quanquã Aristophanes ita appellet bestiolã, quæ inter molas nascitur. Pullus generale nomẽ est omniũ aliũ,& quadrupedũ etiam quorundam fœtus,pulli dicũtur,vt equi,& asini,sed præcipuè aurũ,& inter eas Gallinarũ maximè per excellentiam. Inuenimus verò pullos pro Gallinaceis absolutè poni apud Vegetium,alioſq;. Plinius etiam arborũ atq; plantarum pullos dixit,vnde verba,pullulare,pullescere,pullulascere, & pullatio pro fœtura pullorum apud Columellam. Quidam ẽt ex recentioribus fœminino genere pullas efferunt. Pullaster,vel pullastra significat Gallũ, vel Gallina adolescentes. Ita & à *c* M. Varrone Pullastræ dicuntur Gallinæ iuuencæ,dũ ait: *Ea quæ subjectat potius è vetulis,quam è Pullastris.* Quare Grapaldum saltis mirari 3●

Quorum synonyma. Beza. Beia. Beid. Baid. Naid. Baadh. Barch. Elbair.

nequeo,qui Pullastrũ, & Pullastrãheotericè(vt eius dictione vtar)vocari scribit. Hermolaus verò,Spẽtinus,& Platina pullastræ vocabulo pro parua Gallina vtuntur. Augustus,vt Trãquillus memorat,Pulleiaciũ pro Pullo dicere solebat. *d* Lampridius Pullicenos appellat paruos pullos,quasi pullicenus diminutiuum sit à pullo. Eius verba sunt. *Servos habuit vestigales, qui eos ex ouis, & pullicenis & Pipionibus alerent.* Sed fortè potiùs legas pullicinis. Hæc enim vox ad Italorũ pulcino, vel pullicino proprius accedit, quos eam à veteribus Romanis retinuisse probabile est. Gallum Itali Gallo dicunt,Gallinam,Gallina,Galli,Gallum va coq; Gau,Gaeu,Gal, Cog,quarum vocum prima, & vltima à Græco κοκκὺξ deriuatæ videri possunt,Gallinam verò Geline, vel Poule, Sabandi eisdem vocibus vtuntur, sed Gallinam etiam Geniette vocant. Hispanis etiam Gallus Gallo appellatur, & Gallina,Gallina. Hun 4● dictio Germanica tam Gallo,quàm Gallinæ quadrat,Gallum verò Han,Hanshan,& Gul, & Guggel,& Gallinam Hen. Angli Gallum Cok,Gallinam Hen. Ægyptij Gallinas pingues appellant Maluph,vt scribit *b* Prosper Alpinus præstantissimus medicus,& in celeberrimo Patauino Gymnasio simplicium medicamentorum professor. Pullus Italis Pollo vocatur, Pollastro,& Pulcino, sed hic tener adhuc, & implumis, Pollastro maiusculus, & iam mensis aptus. Gallis poulsin, pol, pollet, Cochet, & poila ille, de pullastra adultiore,Germanis Huolne, Hunckel: Anglis chijk, Flandris kijcken, Hollandis Kuijcken. Cùm verò pleraq; quæ de ouis scribuntur passim ab authoribus, de Gallinarũ ouis intelligantur,non ab re,quin operæ pretium, ac omnino necessarium iudico,non tantùm hic eorum synonyma, verùm etiam quomodo singulæ partes appellentur,recensere. Ova itaq; Hebraicè bezach 5● dici inuenio. In lexico trilingui & beza,& beia scribitur. Arabes beid,vel baid vocant, vt apud Auicennam videre est. Apud Serapionem naid legitur, quod non probo, Syluaticus baadh scribit pro Arabica voce, & alibi barch, & elbair,nescio cuius linguæ vocabula ova interpretatur, sed fortè etiam Arabica fuerint, & corrupta Latini ouum à Græcorum ᾠὸν deriuasse videntur interposita litera u euphoniæ gratia. Graci verò ᾠὸν, teste Etymologo, dixerunt, quasi οἰὸν, hoc est solitarium, quia singula pariantur, Poetarum aliqui ouum οἶον vocant, vel ὠΐον, si rectè scribitur, Eustathius hoc omittit, ὠὸν, & ᾠὸν tantùm habet. Apud Athenæum etiam ὠΐον legitur. Alij ᾠάριον, dicunt forma diminutiua. Hodie vulgo

Etus etym. Ωὸν. Ωΐον. Ωὸν. Ωάριον.

ὠὸ

ὠὸν nominant. Itali ouo,& vouo. Galli ocuf, Germani ey, Angli anegge. Partium oui,quę primùm oculis ſeſe offert,aliqui putamen vocãt,Serenus teſtam,Plinius calicẽ quãdoque. Græcis κέλυφος dicitur, quòd Suidas interpretatur τὸ λεπτὸν τοιοῦτο: item λέπος, vt Anatoli,& λέπυρα Ariſtophani, c Lycophroni celyphanon, quanquã eo nomine quiliber cortex cenſeri valeat. d Hippocrati λεπύρια, Ariſtoteli ὄστρακον. A qua poſtrema dictione Nicandri Scholiaſtes ἀνὸς ὄστρακα oua nominat,quæ ſine putamine redduntur. Et oſtracoderma dicuntur quæ teſtacco putamine obducuntur teſta, oua Macrobio dicta: malacoderma verò quæ molli cute teguntur. λέκιθος ab Artemidoro etiam pro putamine accipi videtur, niſi fortè lectio corrupta ſit: alij ea voce vitellum ſignificari volunt,Annara,& Amiantus apud Syluaticum pro ouorum teſta accipiuntur. Quod autem rupto iam ouo apparet, id Ariſtoteles τὸ λιπαρὸν τοιοῦτο. Cornelius Celſus oui album, oui candidum Plinius, & albumen,vt quidam citant(ego plerunq; ſuper oui candidum ab eo nominari inuenio)album liquorem Columella, Palladius alborem oui, Apicius albamentum oui vocabant: candidam vndam Martialis per periphraſin hoc verſu.

Candida ſi croceos circumfluit vnda vitellos.

Recentiores quidam ex Græcis transferentes aui aquatum, & tenuen oui liquorum, indoctiores albuginem, cùm tamen albugo propriè ſit in oculo macula, ſiue cicattix altiuſcula, ſicut vtique in ſummo nubecula, vt probi authores docent. Legimus & oui album ſuccum apud Plinium in ramicoſi infantis remedio: vt apud Serenum quoque candidum oui ſuccum. Itali la chiara dell'ouo, Galli de Blanc d'vn Oeuf, aut aubun d'oeuf, Germani ſupertiores das Klar oder vvyss im ey, inferiores dat vvit vant ey. Interior oui liquor, qui lutei coloris eſt, Plinio vitellus, & luteum oui vocatur. Recentiores quidam etiam vitellum genere neutro efferunt, vti & Gaza quoq; contra veterum authoritatem. Vitellus à vita dictus eſt quòd ex eo viuat pullus, Græci modò Lecython appellant modò χρυσὸν. Hippocrates etiã τὸ χλωρὸν, Ariſtoteles ὠοῦ, & alibi λέκιθον fæminino genere,vt & Dioſcorides τῶν ὠῶν τὰ χρυσᾶ muconio apud Athenæũ,& ὠὸς τὸ μυῤῥὸν apud Suidã. Veteres quandoq; etiam oui luteum πυρρὸν vocabãt, id eſt, pullum, nimirum quòd pullũ ex eo naſci, formariq; exiſtimarent, Itali torlo dell'ouo vocant, Galli le moyen d'vn oeuf,le iaulne,Germani todter, vel tutter, forte, vt ait Ornithologus,quia mamillam tutten nuncupant. Alitur autem pullus vitello intra ouum, lucco eius attractu, vt infans in lucem editus lacte mamillæ. Belgæ dat geel vant ey. Ozonab Syluaticus exponit pro vitello oui.

Λοπὸς. *Putamen.*
Teſta.
Calix.
Κέλυφος.
Λέπος.
Λέπυρα.
c *In Alexandra Celyphanon.*
Λεπύρια.
d *Lib. de nat. pueri.*
Ὄστρακον.
Ἀνὸς ὄστρακα.
Oua.
Oſtracoderma.
Oua teſtea.
Malacoderma.
Λέκιθος.
Annara.
Amiantus.
Albuminis nomina.
Vnda candida.
Albugo.
Vitellus,& eius nomina.
Lecython.
Πυρρὸν.
Ozonab.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

ORNITHOLOGVS Gallorum,ac Gallinarum differentias à regionibus, ac locis quibus degunt potiſſimùm deſumi, atq; ita non aliter quam magnitudine, aut etiam pugnacitate vult differre. Differunt tamen & in alijs, vt ex ſubſequentibus patebit. Inter eas, quæ à veteribus celebrantur, Gallinas, Hadrianæ, ſiue, vt vocauit Ariſtoteles Ἀδριατικαὶ, primo loco occurrunt. At quæ ſint, alios aliter ſentire ideo, & reuera neminem hactenus videre mihi cõtigit,qui exactè hac in parte doctis ingenijs ſatisfacere potuerit. Albertus magnus Philoſophus ſui temporis celeberrimus, dum quaſdam Gallinas Hadriani Regis vocari dicit,quæ ſuis magnæ dicãtur, apertè Ariſtoteli refragatur: ſi modò verum eſt, quod de Hadrianis Ariſtotelis intelligat, vt Auguſtinus Niphus affirmat, in Albertum inuectus,cùm ait: *Gallinæ Hadrianæ nõ ſunt magno corpore,& oblongo,vt ſomniauit Albertus, ſed contrà vt Ariſtoteles,& Epheſius tradiderunt.* Hæc ille. At quam benè ex hoc colligat Hadrianus Gallinas ab Hadriano Imperatore nomen inueniſſe,ipſe viderit. Equidem Ariſtotelem longè ante Hadrianũ Imperatorem vixiſſe hiſtoria docet. Hadrianas verò à loco nomen accepiſſe, nimirum ab Hadria ciuitate nihilum dubito. Turnerus Africana ab Hadrianis nihil differre exiſtimans eas triplo,& amplius maiores facit, in tam fędum errorem impingens, vt redargutione planè non egeat: Nos de Africanis ſuprà diximus. Qui verò è contrario id genus Gallinarum nanas interpretantur, ſiue pumiliones, ab eorum opinione recedere minimè poſſum,cuius ſententiæ fuiſſe Hiſpanum quendam amicũ ſuum Ornithologus tradit,ac Hiſpanicè Gallina enana interpretari aſſerit,nimirùm,quod corpore nana, & pumila ſit, eo, vt videtur, argumento nixus,quoniam Ariſtoteles Hadrianas paruo corpore eſſe ſcribit. Veruntamen ego nanas hic minimè claudicantes illas,vt Longolius vocat, quæ pariter nanæ ſunt, interpretor, ſed genus quoddam cæteris minus: claudicantes enim illæ licet cæteris fœcundiores ſint, in omnibus paſſim locis reperiuntur, & genus ſuum non

Hadrianæ Gallinæ, & quæ ſint.
Alberti error.
Niphi error.
Turneri error.
Gallinæ nanæ.
Pumiliones.

non seruant, aut propagant, sed ita nanæ nescio quo casu nascuntur. Præterea verisimile mihi non videtur, quomodo, & cur Aristoteles, qui omnes animalium differentias diligentissimè obseruauit, literisq; mandauit, & hanc non annotauerit. [a] Plinius Hadrianas à nanis etiam distinguere non videtur, quamuis diuersis de his agat capitibus. Sed nanas non vocat, verùm modò Hadrianas, modò pumiliones. Postquam enim Hadrianis maximam laudem circa fœcunditatem attribuisset, mox sententiam fusiùs explicans, de eisdem ita infit. (*Est & pumilionum genus nonsterile in ys* (nimirum optimis) *quod non alio in genere alitum, sed quibus certa fœcunditas rara, & incubatio ouis noxia*: quasi dicat: oua illis non supponenda esse, quoniam pullos suos sint interempturæ, vt dixit Aristoteles, qui colorem quoque addidit, varium nempè, quem omisit Plinius, fortè quasi superfluum fuerit eum addere: quod vix crediderim. Philosophus enim nihil frustra dicere solet. Gybertus Longolius quasdam Gallinas Germanicè Leihennen, quasi Gallinas parturientes dicas, appellari ait, & Hadrianas esse conijcit, colore verò varias esse, & rostro longiusculo, pullos verò columbarum pipiones referre. Quod verò Aristoteles Hadrianas ferocire dicat, factum esse putat ob patriæ mutationem, cùm in calidiores regiones deuectæ, & ferocioris ingenij redditæ sunt. Has ego (si modò tales ibi dentur) Hadrianas esse prius planè credebam. At cùm ferocire eas neget, id verò Aristoteles apertè tradat; nimirum in proprios pullos, quos, vt inquit, sæpè interimunt: Plinius, vt ostendi, eandem ob causam tanquam incubationi ineptas, reijciat: immutata opinione omnino censeo, nec tales Hadrianas esse. Verùm cùm & ipse interim, quæ certò Hadrianæ dici possint nunquam viderim, itaque suum cuique liberum iudicium relinquo, aliorum opinionem tantùm examinasse contentus. Video tamen plerosque viros doctos, fortè quia & ipsi alias non haberent, quas Hadrianas dicere possent, Gyberti Longolij sententiam amplecti. Columella etiam quasdam Gallinas pumiliones vocat, quæ nunquid eædem sint cum pumilionibus Plinij, rursus subdubito. Etenim Columella nec propter fœcunditatem, nec propter aliud emolumentum eas nimium probat: hic, vti diximus pro fœcundissimis habet: & inter nostri seculi scriptores Conradus Heresbachius pumiliones etsi vetustas cùm ob infœcunditatem, tùm ob alias causas improbat: tamen pluribus locis fœcundas reperiri quaq; plurima edere asserens, & in Britannia hoc tempore ad cibos delicatos expeti. Quas verò Longolius pumilas vocat, & Germanicè Kriel interpretatur, eæ, vt paulò antè dixi, passim extant, per terram reptant, claudicando potiùs, quàm incedendo, nos etiam nanas appellamus. Flandri, vt audio gekrielde hennens. Aristoteles de suis Hadrianis loquens, cur multa admodum pariant, hanc rationem reddit, *quod propter corporis exiguitatem, alimentum ad partitionem sumpsitetur. Has*, vt inquit Chrysippus apud [b] Athenæum, *Athenienses alere studebant, quanquam nostris inutiliores: Adriatici verò contrà nostras accersire solebant.* Sunt & præterea alia Gallinarum genera ab antiquis magno honore habita: quæ itidem ferè nobis incognitæ sunt. Tales sunt Tanagrææ, Lidæ, Rhodiæ, Chalcidicæ, Medicæ, & Alexandrinæ. Ex Tanagræis Gallos potius, quàm Gallinas probabant, eorumque bina erant genera. Alij enim μὰ χιμοι, id est, pugnaces vel præliares erant, vt Hermolaus vertit: alij Cossiphi qui Lydas magnitudine æquabant, quorum [c] Pausanias meminit, & Coruis colore similes esse tradit (hinc nimirum Cossiphi dicti, quòd Merularum instar atri coloris sint) & barbam, & cristam habuisse instar anemones (quo loco Hermolaus habet calcaria, & apex anemone floris macula modo rubent, quod non placet: siquidem in nulla Gallina calcar vnquam rubere visum est.) Candida item signa exigua in rostro supremo, & caudæ extremitate. Mihi eiusmodi Gallorum genus prorsus ignotum est. Veruntamen cùm Græci Tanagricas è Bœotia, item Athenæus, Rhodias Columella, & Martialis, nec minus Chalcidicas, & Medicas, & nonnulli Alexandrinas Aegyptias ad pugillatum, & prælia commendant: itaque quispiam easdem esse suspicari possit, etsi à doctissimo M. Varrone, & Columella, necnon à Plinio apertissimè distingui videantur. Nam si diligenter, & ad trutinam, quod aiunt, grauissimorum horum authorum verba examines, nullam fermè inter omnes notabilem differentiam reperies, & alios alijs pugnaciores tantùm dicere videbis. Ita eodem prorsus modo in Europa nostra cernimus aliam gentem alia pugnaciorem esse, cùm tamen interim nulla alia corporis nota discrepent. *Tanagricæ, Medicæ, & Chalcidici*, inquit Varro, *sine dubio sunt pulchri, & ad præliandum inter se maximè idonei, sed ad partus sunt steriliores.* Columella verò nulla pugnacitatis facta mentione, *Tanagricæ*, inquit, *plerunque Rhodijs, & Medicis amplitudine pares, non multum moribus à vernaculis distant, sicut & Chalcidicæ*: cùm paulò antè dixisset: *Rhodij generis, aut Medici propter grauitatem, neq; Gallos nimis salaces,*

[a] *l. 53. nu. 10. c. 56.*

Leihennen quæ Lõgolio dicãtur.

Pumiliones Columellæ.

Pumilæ Longolij.

Hadrianæ cur multa pariant.

[b] *lib. 7.*

Tanagræi Galli.

[c] *In Bœoticis.*

laces, neque fœcundas esse Gallinas. Quibus verbis dum non multum moribus à vernaculis differre tradit, à Varrone, & Plinio dissentire videri possit, nisi aliàs ita scribere: *Deliguit*, nempe scriptores, *quia procera corpora, & animos ad prælia pertinaces requirebant præcipuè Tanagricum genus, & Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum, & Medicum, quod ab imperio vulgo litteram mutata Melicum appellatur.* Et alibi etiam Rhodia aues, intelligit aũt Gallinas fœtus suos non cõmodè nutrire scripsit. Ita & Plinius, *Ex Gallinaceis*, inquit, *quidam ad bella tantum, & prælia assidua nescuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt Rhodii, & Tanagræi.* Quos itaq; sagacissima parens rerũ natura, maiores ac pugnaciores alijs fecit, eosdẽ contrà steriliores fœcæteris esse voluit. Albertus quasdam Gallinas Hadriani Regis appellat, & apud suos magnas vocari ait, magni scilicet, & oblongi corporis. *Abundant*, inquit, *apud Hollandos, & Zelandos, & vbiq; in Germania superiore.* Harum Galli fortè cum iam dictis similes fuerint. Etsi verò Varro Tanagricos Gallos, Medicos, & Chalcidicos ad partus steriliores, Albertus contrà eas Gallinas quotidie parere dicat, non tamen ideo omnino diuersũ genus esse crediderim. Fieri enim potest, vt apud Hollandos, & Zelandos, quorum regio ferè in extrema septẽtrione sita est, fœcundi sint, & apud Græcos steriles in regionibus videlicet calidissimis: vel potiùs Varro ad partus steriles dixit, quoniã in pullos sæuiant, nam & Albertus de Hollandicis Gallinis prodidit, minimè in suas benignas esse, eosq; sæpe interimere, & Columella Rhodias aues fœtus suos non cõmodè nutrire tradit. Hermolaus Barbarus, & Longolius, viri alioqui doctissimi, Medicas eas Gallinas esse creduot, quæ vulgò Patauinæ & Longobardicæ vocantur. Quorũ ego opinioni neutiquã subscribere nec possum, nec volo. Siquidẽ tãmanifestã differentiã, qua à cæteris omnibus distinguuntur, nempè quod cauda destitutæ sint, profectò veteres nequaquã erant præterituri. Fuerint itaq; genus diuersum, neque etiã credibile est veteres eas, vel Medicas, vel Tanagricas, vel alio quouis peregrino nomine compellaturos fuisse, si Patauij in medio fermè Italię sinu eas habebãt. Cęterũ Patauinas pulueratias à vico cognominari Hermolaus testis est, grandissimas & spectabiles maximè: Pulueratias autẽ dici intellexi ab Excellentiss. M. Antonio Vlmo Patauino à vico quodã, vbi abundant, & cuius Calo miro modo gaudent, adeo vt ibi fertilitatis miraculum adæquent, & cũ ad alia loca etiã vicina importantur, nisi sterilescat, saltem maximoperè degenerent. Has quidam Germanicè circũscribentis interpretãtes groſs vvelſchhennen, id est, grandes Italicas Gallinas. Nos, inquit Longolius tales habemus Gallinaceos, altis cruribus, absque cauda. Grande Genus Gallinaceorum, quod pedibus vsque sublatis incedit, plumis ex auro fuluis, patrum memoria in Germaniam ex proximis prouincijs aductum est. Videntur autẽ Medici, quanquam nõ Media modò verùm Bœotiæ ciuitas Tanagra, & Rhodus, Chalcisq; insulæ insignes corpore suffecerunt. Vnde istos vel Medicos, vel Tanagricos, vel Rhodicos, vel Chalcidicos appellare licebit. Vulgus Longobardicos nuncupat. Paucià villaricis educantur, quòd partũ fœcundi sint. Hæc ille. Nauigationum in Indiam authores in regno Senegæ Gallinas esse referunt, quæ Gallinę Pharaonis dicãtur; deferri autẽ ex Oriente: item apud Tarnasaros Indiæ populos alios Gallos, & Gallinas reperiri nostratibus triplo maiores. Postremò Petrus Martyr in Imaica insula Gallinas reperiri, author est, quæ Pauonibus nec magnitudine, nec sapore cedant. Atq; hactenus magnitudine discreparunt. Iam reliquas, si quæ sint, differentias prosequamur. Ælianus mutos Gallos dari astruere videtur, cum ait. *Nibas locus est Thessalonicæ ciuitati Macedoniæ vicinus, in quo Gallinaceorum genus perpetuo mutum silentio nunquam familiari his alitibus cantu vocale auditur: unde adeo natum est prouerbium, & cùm futurum aliquid aiunt, cùm Nibas cecinerit, res impossibilis intelligatur.* Verum nunquid istæc manifesta differentia sit, an potiùs à proprietate aliqua illius loci occulta procedat, quòd Gallinaceus ibi nõ canat, alijs inquirendum relinquo. Ego autẽ id mihi facilè persuadeo. Quod vero *e* Theophrastus, eodẽ Ælianoreferente, negat in regionibus frigidis, & vbi Cæli constitutio nimium humida est, Gallinaceus canere, id planè credere non possum, secus enim Hollandia, Frisia, Nouergia, & remotiores septentrionis regiones demonstrant, in quibus etsi frigidæ sint, & humidæ, Galli nihilo remissiùs quàm in quauis calida regione canunt, tantum abest, vt prorsus obmutescant. Manifestam porrò corporis tegumento differentiam constituunt. Non enim omnes pennis teguntur, sed nonnullæ, licet raræ, ceu lanis vestiuntur, vnde lanigeræ dictæ sunt, nonnullæ pilis, quales in ciuitate Quelim in regno Mangi reperiuntur, pilis more felis nigris vestitæ, nostratum more parientes, & bonam edentibus carnem præstantes. Lanigera Fuch vrbs maxima versus Orientem, vt Odorico ex Foro Iulij testatur, producit, tanti candoris, vt vix niui cedant. Pennatarum rursus alię pedibus sunt nudis, aliæ hirsutis

Gallinæ Hadriani Regis quæ.

Patauinæ, & Longobardicæ.

Pulueratia.

Groſs vuelſchhennen.

Gallinæ Pharaonis.

Galli muti. d li. 15. ca. 20.

Prouerbiũ.

e lib. 3. de Ant. ca. 20.

Differentiæ à tegumentis.

Lanigeræ Gallinæ.

Piligeræ.

sutis, quas posteriores Germani Gehosse hennen dicunt, quasi caligis indutas. Rursus aliæ cristam habent simplicem, aliæ duplicem, caudam aliæ & aliæ minimè. In partu præterea maximum discrimen est. Iuuencæ enim, vt Plinius, & Aristoteles scribunt primæ pariunt statim vere ineunte, & plura quàm veteres, at minora: & in eodem fœtu prima, & nouissima (scilicet minora pariunt) vt Plinius ex semetipso addidit. Contrà verò Albertus Gallinas iuuenes æstate parere, veteres principio veris afferit, & hanc rationem addit, quòd æstate superfluus humor, vti, & autumno in iuuenibus excitetur; veterum verò frigiditas caliditate, & humiditate verni temporis temperetur; quæ sanè ratio omnino philosophica est, & veritati consona. Rursus alias bis in die, alias semel tantùm oua edere cum ipsum Aristotelem, tùm Plinii authores habemus. *Nonnullæ etiam è cortalibus*, inquit ille, *bis pariunt. Iam aliquæ in tantum copiæ prouenerunt, vt effœtæ aiunt morerentur.* Quam sententiã indubitanter hunc in modum Plinius ab illo transtulit. *Est autem*, inquit, *tanta fœcunditas, vt aliquæ sexagenæ portant, aliæ quotidie, aliquæ bis, aliquæ in tantum, vt effœtæ moriantur.* † Aristoteles etiam alibi, si modò genuinus Aristoteles, author est ex aliorum relatione Gallinas in Illyria, non vt alibi semel parere, sed bis, aut ter in die. Item alibi disertissimis verbis tradit, in genere Gallinarum esse, quæ pariant oua omnia gemina: in quibus animaduersum sit, quod de vitello exposuit, (dixerat autem oua omnia gemina binis constare vitellis, qui ne inuicẽ confundantur, facere in nonnullis quoddam prætenue septũ albuminis medium: alijs verò vitellos contactu mutuo sine vllo discrimine coniungi) Ait autẽ quasdam duodeuiginti peperisse gemina, eaq; exclusisse, præterquam si quæ essent, vt sit, irrita: Cæteris fœtus prodijsse, sed ita geminos exclusos, vt alter esset maior: alter minor: & tandẽ in monstrum degenerasse, qui minor nouissimè, prouenisset. Verùm eiusmodi partus præter potiùs quàm secundum naturam fieri videri possit. Nam & Plinius ẽt tradit Cornelij Celsi authoritate nixus Gallinas *quasdam omnia gemina parere, & geminos interdum excludere, atque alterum pullorum maiorem esse, alioquin negare omnino geminos excludi.* Vetus item quidam Aristotelis interpres, vt ex recentiori quodam citat Ornithologus, ad eundem sensum vertit ex Arabico hoc pacto: *Et in quolibet inuenitur tantum gemelli, & vnus gemellorum paruus est, & alter magnus: & multoties est paruus monstrosus.* Sed Græca Aristotelis exemplaria, nisi mendum subesse iudicemus, ita habent, Τὰ μὲν ἄλλα γόνιμα, πλὴν ὅσα τὸ μὲν μεῖζον, τὸ δὲ ἔλαττον γίνεται τῶν διδύμων, τὸ δὲ τελευταῖον τελέως φθείρεται: hoc est, vt ego arbitror: *cæteris itaque gemina fœcunda sunt, nisi quibus hoc contingit, vt alter maior fuerit, alter minor. In ijs enim tandem in monstrum degenerat, qui minor nouissimè prouenit.* Quibus verbis apertè habemus, eiusmodi geminorum ouorum partum minimè ex Aristotelis sententia monstrosum esse, sed ex minoribus, qui nouissimè generatur in monstrum tantummodò abire. Et videtur certè Plinius vel ex professo cùm Aristotele, quem alioquialiàs vbiq; sequi solent, hac in re minimè conuenire, quando Cornelium Celsum authorẽ, nõ Aristotelem citet. Vtra aũt sententia fuerit verior monstrabit experientia. Mihi quidem Aristoteli adhære multorum fide dignorum relationes, & experientia ipsa cogunt, atq; eo magis, cùm in quibusdam Plinianis exemplaribus habeatur, vti rectè annotauit Claymundus, non aliqui, sed aliqui negant omnino geminos excludit. Ornithologus quærit, an legendum in Aristotelis verbis non πλὴν ὅσα, sed πλὴν ὅτι: & γίνεται præsens loco præteriti ἐγένετο accipiendum sit, vt non simpliciter hic de ouis geminis scribat Aristoteles, sed de illius tantùm Gallinæ geminis, quorum historiam hoc in loco recitat hoc sensu: Ex ouis octodecim Gallinæ cuiusdam omnibus geminis, pauca quædam irrita fuerunt: cætera verò omnia ritè fœcunda: nisi quod è geminis pullus alter semper minor fuit, & vltimus (alter scilicet minor de ouo postremo excluso vel parto) monstrosus. Vt vt est, eiusmodi partum minimè monstrosum esse concludendum est: nam & ‖ Pierius Valerianus apud Macedones Gallinam repertam afferit ex aliorum relatu, quæ oua duodeuiginti semel ediderit, & incubitu binos pullos ex ouis singulis excluserit. Quod verò germina quædam singulis diebus edant id Patauij sese obseruasse testatur tertio etiam nonnunquam addito, verùm eo abortiuo, Excellentissimus M. Antonius Vlmus, cuius paulò antè mentionem feci, experientia monitus Pierium vera narrasse asseuerat, sed quam ipse gemina peperisse vidit, eam id bis in hebdomada tantùm præstitisse aiebat, idq; horis matutinis, & vespertinis Gallinamq; tandem ob vteri decidentiam obijsse, fuisse autem Gallinam Patauinam. Verè itaque monstrificos pullos dicemus, qui gemini ex vno ouo proueniunt simul coniuncti. Fit enim sæpè, vt pullus sit bicorporeus, vnde apud Albertum legimus. *In ouis quibusdam gemelli sunt, sed alter gemellorum comprimit alium, & aliquando ruptis telis* (tunicis) *bicorporeus generatur.*

A partu.

† *In mirabilibus.*

‖ *lib. 24. Hieroglyph.*

Pulli monstrifici qui dicendi.

Ab incu-

Ab incubatione etiam differentiæ capi queunt: siquidem aliæ semel, aliæ bis ternè, aliæ multoties incubant. Florentinus author est in Alexandria illa, quæ ad Ægyptum spectat Gallinas quasdam Monosiras dici, ex quibus pugnaces oriantur Galli, quæ bis, aut ter incubent, post absolutionem scilicet pullis ipsis subtractis, seorsumq; enutritis. Ita contingit vt vna Gallina quadraginta, aut etiam sexaginta, & plures vnico incubatu excludat. Differunt deniq; moribus & ingenio: nam præterquam quòd aliæ domesticæ, & aliæ syluestres vocantur, inter ipsas etiam domesticas quædam suapte natura adeo mites, & cicures sunt vt sine humano consortio vitam transigere quodammodo nequeant: cuius rei ocu-
10 latus testis sum. Siquidem antè aliquot annos in suburbano meo Gallinam alebam, quæ præterquamquòd tota die sola per domum absque cæterarum comitatu vagaretur, vesperi ad quietem sese receptura nullibi nisi propè me inter libros, eosque maiores etsi aliquoties abacta, recubare vellet. Aliæ contrà adeo feræ sunt, vt homines prorsus fugiant, tantum abest, vt earum familiaritate gaudeant. Aliæ in propriam sobolem sæuiunt, aliæ oua, postquam edidere, absumunt.

Differētiæ ab incubatione.

Monosira Gallinæ.

A Moribus.

FORMA, ET DESCRIPTIO

Galli, & Gallinæ in genere.

ARISTOTELES *a* interprete Gaza *Gallum Gallinaceum Alucone minorem* esse prodidit: sed id olim Doctissimi Petri Bellonij authoritate de maiori Alucone intelligendum esse monstrau mus: alioqui reuera Gallus Alucone multò maior est. Quod ad colorem attinet, is in toto Gallinaceo genere ascribi non potest. Huic enim
30 soli fidipedum altilium colores diuersi sunt. Nam alijs huiusce generis altilibus alius, atque alius color est, & in singulis vel color vnus per totum corpus, vel varij: Vnde Solon à Creso exquisitissimè omnium ornamentorum genere splendente, sublimeque in solio residente interrogatus, an pulchrius vnquam spectaculum vidisset, respondisse fertur, teste Laertio, Gallos Gallinaceos naturali nitore, & incredibili speciositate vestiri. Et Ælianus in rationis expertibus naturam mari prærogatiuum honorem, atq; præstantiam elargitam esse tradit: *serpens*, inquit *cristatus est: Gallus item formæ excellentia illustratur.* Verùm etsi cuiusmodi propositio vt plurimùm vera sit, & in Gallo nostro etiam locum habeat vniuersaliter tamen vera non est, siquidem, vt multis in locis in primo opere ostendimus in rapacium genere fœmininæ maribus, & præstantiores sunt, & pulchriores. Gal-
40 lus cristam capite gerit, eamque semper exertam, atq; rubentem, dummodo integra sanitate fruatur, quare Teocritus eum Φοινικολόφον vocabat per periphrasim. Talem cristam solus teste *b* Aristotele, sibi peculiarem sortitus est: sic autem institutam vt nec caro sit, nec à natura carnis omnino aliena. *Spectatissimum insigne*, inquit *c* Plinius elegantissime hanc cristam depingens, Aristotelemque periphrasticωs explicans *Gallinaceis corporeum, serratum, nec carnem id esse, nec cartilaginem, nec callum iure dixerimus, verùm peculiare.* Vnde apud Aristophanem κυρβασίαν cristam peculiarem potius quàm cassidem solùs rectam, vt vulgaris interpretatio habet in versu.

a l. 9. Inst. cap. 8.

Magnitudo.

Color.

Crista.

b l. 2. hist. cap. 8.

Κηρβασία

Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κυρβασίαν τῶν ὄρνιθον μόνος ὀρτὴν.

debemus interpretari, quoniam, Vpupa, Alauda, cristata, similesque cristatæ volucres
50 alioqui cristam etiam erectam gerunt: quare recte Hesychius in hoc certè prudens κυρβαβίαν cristam Gallinaceam transtulit: puto autem καβρασίαν legendum, typographique mendum esse. Facilè enim fuit pro καρβασίαν κυρβαβίαν legere. *d* Politianus cristam in Gallinaceo genere apicem vocauit. Aliqui barbarè ruffas appellant, & Syluaticus nescio qua lingua ascilli: Græci, plerique λόφων: Aristophanes, vt dixi, κυρβασίαν, quamquam Varinus Cyrbasiam, quoque caput Gallinacei interpretetur, Hesychius κορυφὴν ἀλέκτρος, id est verticem, vel cristam Galli. Hippocrates Cyrbasiam vocat pileum, acutum, vt videtur, alij tiaram erectam, qua soli Persarum Reges vtebantur: vnde alibi Suidas: Ὁ Περσικὸς ὄρνις, ὁ ἀλέκτωρ λέγεται διὰ τὴν λοφίαν

c In Rust.

Apex.

Ascilli.

Λοφ ος.

Ciata. persarum Regum.

hoc eſt, Perſica auis, Gallinaceus dicitur à criſta, in dictionario Syrochaldaico caruelada legitur pro criſta Galli, & metaphoricè in Arue pro veſte rubea inſtar criſtæ Galli. Hinc Curbalin Cuculi, capitis inuolucra inſtar galearum, vel iuxta alios pallia. Ab hac nota Galli Theocrito alibi Ὄρνιϑες φοινικολοφοι, hoc eſt, aues rubriciſtatæ, Latinis criſtatæ volucres appellari meruerunt, & Martialis Gallos criſtatos dixit eo verſu.

Volucres criſtatæ.

Nondum criſtati rupere ſilentia Galli.

Longolij error.

Vt verò Galli criſtam erectam, ita Gallinæ plicabilem obtinuere, & per medium caput deorſum dependentem: quare neſcio, quid in mentem venerit Gyberto Longolio illas ſe-10 rè diſertiſſimis verbis carere profitenti. Hac abſciſſa animal non moritur, nam parum ſanguinis ex inflicto vulnere effluit. Super qua re mira apud Sigiſmundum liberum Baronem hiſtoria legitur in deſcriptione itineris ſui per Moſcouiam, quæ talis eſt; Gallum, inquit, Moſcouitum more Germanorum ſuper curtum ſedentem, frigoreq; iam morientem, famulus criſta, quæ gelu concreta erat, ſubitò abſciſſa non ſolùm hoc modo ſeruauit, verùm etiam vt erecto ſtatim collo cantaret, nobis admirantibus effecit. Sed iam ad alia tranſeamus. Oculi harum auium ſplendidi ſunt, & limpidi. Aiunt quibus tales natura largita eſt, vulgò ſalaces, & libidinoſos haberi. Membranoſa illa cutis, quæ ſub mento, & collo vtrinque dependet, palea dicitur: ſic apud Columellam legimus; *Palea ex rutilo albicantes, quæ velut in canâ barbæ dependent.* Similiter & in bobus palearia dicimus, quæ à 20 pectore, & collo dependent. Hanc membranam, ſi ita appellare placet, Ariſtoteles, καλλαιον vocat: in cuius vocis traductione Gaza maximoperè hallucinatus eſt, criſtam vertens. Hæc enim in vertice erecta eſt; καλλια, ſiue paleæ vtrinque à malis dependent. Videntur autem καλλαια dicta ob purpureum, floridumque colorem. Nam καλλη Græci floridos colores dicunt, τὰ ἀνθη των βαμμάτων, vt Ammonius de differentijs vocum interpretatur, & ibidem καλλαια τοὺς τῶν ἀλεκτρύονων πώγωνας. Ornithologus Latinam vocem paleæ à Græcis deductam eſſe conijcit, κ nempe in π mutato, & λ vno exempto. Pro καλλαια apud Varinum καλλαιοι legitur pro Gallinacei barba, & omni colore purpureo, vel ſecundum alios vario: & alibi καλεα habet pro eadem barba, & ſecundum Ælium Dionyſium ea vox eodem authore pennas in cauda earum ſignificat. Ro-30 ſtrum omnium auium vulgus Italicum becco vocat vocabulo Toloſano antiquo, quamquam priuatim Gallinacei roſtrum, *f* Suetonio teſte, ſignificaret: eſt autem vtrique ſexui robuſtum, & in ſuperiori parte aduncum, coloris plerunque cornei. Heſychio, & Varino κοραξ modò Coruum, & omnibus Græcis, ſignificat, modò ſumma Gallinaceorum roſtra, nimirum à nigro colore, quem Græci κορον vocant: at noſtris Gallis vtraque roſtri pars eiuſdem ferè ſemper coloris eſt: quare fortè extremitates intellexerint, quæ quandoque ad nigredinem vergunt. Carnem illam, quæ roſtrum vndique cingit nonnulli mentum vocant, Columella verò etiam genam. Longiores cæteris plumæ aliæ collum in Gallo, & ceruicem vndique ambiunt. Has Columella oppoſito quidem vocabulo iubas appellabat. Sunt enim iubæ crines animalium à collo dependentes, in 40 quibus videntur aliquod robur corporis ſui agnoſcere: vnde *g* Plinius *tunc præcipuam Leonis generoſitatem ſpectari* tradit, *quum colla, armoſque veſtiunt iubæ.* Atque ita eodem modo pugnaturi, & irati etiam explicant Gallinacei, quaſi & in ſuis aliquid ſit, quod iracundiam, & animoſitatem eorum demonſtret. *h* Apicius in pullo quandam corporis partem nauim vocat, *pullum à naui aperiri iubens*: putauerim autem omnino pectus ita appellare, ſed nullo interim firmo argumento nixus, niſi quia mox pullum farſilem à pectore aperire iubeat: Scio tamen Humelbergium partem ventris poſteriorem interpretari, quòd vt nauis cauus, & figura eius non diſſimilis ſit. Cauda in hoc auium genere maribus maior eſt quàm fœminis: præterea binæ illis ſunt pennæ longiſſimæ propter teneritudinem incurui arcus imaginem præ ſe ferentes, quæ in fœminis non ſunt: atque 50 illud eſt, quod Albertus dicere voluit hiſce verbis: *Gallus pennas in cauda noſtar ſemicarculi curuat, & ſimiliter in collo, & dorſo, videlicet cum pugnare vult, ad pugnam ſe ſic parat.* Plinius etiam caudam falcatam in ſublime erigere Gallum dixit. Ὄρρα Heſychius, & Varinus peculiariter Gallinacei caudam vocant. Pennas illas, quos Gallinis, & Capis ſaginandis ſub cauda euellimus, quidam Germani, teſte Ornithologo, à tali Actione Maſt feaderem, hoc eſt pennas pinguefactorias priuatim nominarunt. Armantur calcari mares potiſſimum, vt ſcripſit Ariſtoteles, & fœminæ magna ex parte ea non habent. In maribus in magnam molem quandoq; excreſcunt, quales illi ſunt, quos pòſt depingeremus.

Gallum nõ mori ex amputatæ criſtæ.

Gallus frigore torpẽs abſciſſa criſta ad cantum incitatur.

Oculi.

Salacitatis nota.

Palea quid.

Palearia.

Καλλαιον.

Gazæ error

Καλλη.

Καλλαιος.

e In voce.

Ora.

Roſtrum.

f In Vitel.

Κόραξ.

Mentum.

Gena.

Tuba.

g l.8.c.16.

h l.6.c.10.

Nauis in pullo quid.

Cauda.

Ὄρρα.

Maſt feadẽ.

Calcar.

Obſcu-

Obscurus quidam de natura rerũ huiusmodi spicula, seu calcaria in Gallinis errore potiùs, quàm opere naturæ quandoq; dari tradit: verùm quamuis mihi ratò Gallinas calcaribus præditas videri contigerit, tamen Aristoteles id affirmat ita scribens: *Gallinæ cum mares vicerint, cucuriunt; cristaque etiam, caudaque erigitur, ita ne facilè præterea sit, an fæminæ sint, cognoscere: nonnunquam etiam calcaria parua ijs enascuntur.* Et *i* Iulius Alexandrinus, nescio nunquid ex propria obseruatione, an potiùs Aristotelis authoritate super hac re ita scribit: Quid? an non Aristotelem authorem habemus, videmusq; partim aliquãdo ipsi idem nos, Gallinas, quæ maris animum induissent, experta semel de Gallis victoria, superuenire mares coitu solitas, irrito quidem conatu, sed solitas tamen: & quod dicta in primis nostra cõfirmat, atq; author idem est, crista, caudaq; Gallorum in morem erecta visas, tanta marium similitudine, vt discernere non facilè fuerit. Ijsdem obseruatum parua quoq; nota calcaria quædam locis suis. Hæc ille. Aristoteles *naturam* arbitratur *calcaria addidisse in auium genere ijs, quæ ob corporis molem sunt ad volandum minus idonea.* Sed hæc propositio, quod pace tanti viri dixerim, quò minus vera sit, Gallopauo, Otis, ac id genus aues aliæ ostendunt, quæ licet ad volandum æquè ineptè sint, calcaribus nihilominus carent. Calcaria cum ab alijs Atticis, tùm potissimum ab Aristotele πλῆκτρα appellantur: Doricè πλακτρα, communiter κέντρα. Cæteras partes cum alijs plerisq; auibus communes habent: Si quidem quod *k* Plinius Gallinas probet imparibus digitis, id nõ de numero dicere voluisse videri posset, sed quod non debeant æquè longi esse, nisi etiam pòst subiungeret, *aliquando & super quatuor digitos transuerso vno:* nam inde quinque digitos intellexisse, non autem calcar illud, quod aliquãdo eis adnasci ex Aristotele diximus, apertè videmus: & Columella etiam Gallinas probat, quæ quinq; digitos habent, ita tamen ne cruribus emineant transuersa calcaria. Quare quid de eiusmodi digitis dicam, planè ignoro: cùm alioqui pedes pentadactyli neq; in auium hoc genere, nec in alio obseruari, nisi in monstris ex abundantia materiæ videamus: qualis ille pes pentadactylos est, quem mihi olim nescio, à quo donatum in Musæo meo reseruo. Vt verò modò quoad fieri licet breuiter Gallum nostrum describamus, itaq; doctissimi *l* Angli Politiani elegantissimos hosce versus priùs citabimus.

i lib. 22. de salub. c. 7.

Calcaria quib. data. Arist. error.

πλῆκτρα. κέντρα.

k l. 10. cap. 56.

Pes Galli quinque digitis.

l In Rustic.

Comes it merito plebis cætera Regi.
Formoso regi, cui vertice purpurat alto
Fastigiatus apex, dulciq; errore corusca
Splendescunt ceruice iubæ, perq; aurea colla,
Perq; humeros it pulcher honos, palea ampla dicenter
Albicat ex rutilo atque torosa in pectora pendes
Barbarum in mortem: stat adunca cuspide rostrum,
Exiguum spatij rostrum. Flagrantq; tremendum
Raui oculi, niueasq; caput latè explicat aureis.
Crura pilis hirsuta rigent, iuncturaq; nodo
Vix distante sedet, durus vestigia mucro
Armat: in immersum, pinnaq;, hirtiq; lacerti
Protenti excurrunt, dupliciq; horrentia vallo
Falcata ad Cælum tolluntur acumina cauda.

Hactenus ille. Probus verò, & laudabilis Gallus esto eiusmodi. Corpore sit procero, & elato, quales in primis Varro laudat, in certamine sit pertinax, quin imo qui pugnam ipse non prius auspicetur tantùm, si pugnandum est, & aggredientibus alijs fortiter repugnet, verum etiam acriter sese de illis vlciscatur, & animalia, quæ nocent Gallinis, non modò non pertimescat, sed pro eisdem illa oppugnet: alioqui Columella pugnaces, & rixosæ libidinis Gallos improbat, quòd plerunque cæteros infestent, & non pariantur inire fæminas, cum ipsi interim pluribus sufficere nequeant. Vnde & alibi dicebat. *Mores autem quamuis non ad pugnam, neque ad victoriæ laudem præparentur: maximè tamen generosi probantur, vt sint elati, alacres, vigilantes, & ad sæpius canendum prompti, nec qui facilè terreantur. Nam interdum resistere debent, & protegere coniugalem gregem: quin attollentem minas serpentem, vel aliud noxium animal interficere.* Florentinos pugnacissimos eligi vult, eosq; cùm vsu, atq; experientia, tùm signis quibusdam internosci ait: sed tales ob allatam à Columella rationem potiùs improbantur. Deliaci, qui Gallorum educationem præcipuè celebrauere, Tanagricum genus, & Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum, & medicum (quod ab imperito vulgo litera mutata Melicum appellatur) quoniam procera corpora, & animos ad prælia pertinaces requirebant; author est idem *m* Columella. Hos item M. Varro laudat, quòd pul-

Delectus Gallorum.

Tanagrici, Medici, & Chalcidici cur ludentur, & vituperentur.

m li. 3. c. 9. de re rust.

chri sint,& ad præliandum inter se idonei, sed ad partus damnat, ceu alijs steriliores. Rationem Columella reijcit in corporis grauitatem, additq;, inertes esse ad incubandũ, multoq; magis ad excludendum,& rarò fœtus suos educare, nimirum eorum Gallinas. Et *n* Plinius eosdem ad bella tantùm, & prælia assidua nasci tradit, isq; etiam patriam nobilitasse Rhodum, ac Tanagram: secundum esse honorem habitum Medicis, ac Chalcidicis. *Quibus itaque cordi est ea genera*, inquit Columella, *propter corporum speciem possidere: cùm exceperunt ova goverosarum, vulgaribus Gallinis subjecunt, & ab his excluſi pulli nutriuntur*. Et mox omniũ horum nothos pullos optimos esse ait, quoniam paternam speciem gerant, & salacitatem, fœcunditatemq; vernaculam retineant. Sed vt ad vernaculum genus reuertamur, & vt omisso illo Gracorum studio, qui ferociſſimum quemq; alitem certaminibus, & pugnæ præparabant industrium patrem familias doceamus, qui ex eo vectigal suũ adaugeat; itaq; ex eiusdem Columellæ & Varronis potiſſimùm præscripto illi omnino authores sumus, vt nisi salaciſſimos Gallinaceos alat, atq; in his quoq;, vti etiam in faminis, quibus idem color, idemq; vnguium numerus est, & status altior. Cristas habeat sublimes, sanguineas, nec oblongas: oculos rauos siue nigros: rostrum breue, & aduncum, non autem acutum, vt Varro præcipit: palcas ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ barba dependent: aures maximas: candidiſſimaq;: collum varium, & aureolum: iubas varias, vel ex auro flauas, per colla, ceruicemq; in humores diffusas; pectus latum, musculosum, ac lacertosum: alas proceriſſimas: caudã duplici ordine singulis vtrinq; prominentibus pinnis inflexam: crura robusta, breuiuscula, sed solidis spiculis egregiè armata: vngues longos. Qui eiusmodi Gallum nactus fuerit, haud dubio genus suum cohortale insigniter promouebit, eoq; magis, si Gallinas etiam ad fœturam fœcundiſſimas sibi comparet. Tales autem ferè sunt fuscis, aut rubicundis, flauis, aureisq;, aut etiam nigris plumis. Sint, si fieri potest, omnes eiusmodi, sin minus, ab his proximè colores eligantur. Improbantur albæ, & damnatur, quod plerunque molles sint, ac minus viuaces, tùm ne fœcundæ quidem tale facilè reperiuntur. Sunt præterea, quia candore suo conspicuæ auium rapacium, Aquilarum, Accipitrum, Miluorumq; prædis magis, quàm aliæ expositæ. Sint igitur matrices coloris probati, robusto corpore, ac pectore, magnis capitibus, rectis rutilisq; cristis, & interdum geminis, auribus albis, & sub hac specie quàm ampliſſimæ, vnguibus imparibus. *Generoſiſſimæ*, inquit Columella, *habentur, quæ quinos habent digitos, sed ita, ne cruribus emineat transuersa calcaria*: quod Plinius etiam testatur, cuius verba paulò antè citauimus, vbi nostro æuo eiusmodi Gallinas haud dari diximus: cur verò tales Gallinæ, quibus nempe calcaria transuersa eminent, vitentur. Columella rationem hanc adiungit, quòd id virile signum sit, illæ verò ad concubitum contumaces, didignentur admittere marem, rotoq; etiam fœcundæ sint, denique cum incubant, calcis aculeis oua perfrigant. Aristoteles, Pliniusq; Hadrianas in primis celebrant, quòd multa admodũ oua pariant: qua de re suprà satis superq; disputatum est. Idem *o* Aristoteles vulgares Gallinas generosis fœcundiores esse scribit: corpora nempe illis humidiora, his ficciora haberi, in quibus animus generosus potiùs consistit. Pumiliones Gallinas etsi vetustas cùm propter alias causas improbat Columella, Plinius laudat, sed de hac re etiam antè diximus. Si verò cibi futuri causa eligendæ sint: sunt qui illas suauioris carnis esse existimant, quæ cibo non abundè eis appositio, sed quem ipsę pedibus fodientes eruant, non absque labore, pastæ fuerint. Alij ad saginam aptas potiſſimùm autumant, quæ in ceruice pingui cute sunt. Vt autem in cæteris animalibus rusticis, ita in hoc auium genere, optimæ seruandæ, & deteriores vendendæ, aut mensæ destinandæ sunt: quod per autumni tempus quotannis, cùm fructus earum cessat, commodè fiet. Nostræ etiam mulierculæ eo tempore numerum minuunt. Antiqui tunc etiam omnes, quæ trimatum excedunt, vendi iubent. Addo ego nunquam habendas, quæ aut parum fœcundæ, aut non bonæ nutrices sunt: atq; in primis quæ oua vel sua, vel aliena exorbent, neque minus, quæ, vt Gallus, cantare, atque calcare incipiunt. Galli verò quandiù fœminas implent, retineri possunt. Rarior enim his cue auibus mariti præstantia est; probantur tamen iuniores: nam & hoc experientia didici, cùm trimatum excedunt, implere quidem Gallinas, sed ad Venerem impotentiores euadere. Sed istæc de externa Gallinacei generis delineatione dicta sufficiant: iam videndum videtur, an ne internas aliquas partes peculiares præ cæteris volucribus obtineat.

lib. 3. c. 9. de re rust.

Pulli optimi qui.

Galli salacissimi alendi.

Crista laudabilium.

Gallorum.

Rostrum.

Palcæ.

Collum.

Pectus.

Alæ.

Cauda.

Crura.

Vngues.

Gallina fœcũda qua.

Gallina quæ improbantur.

Hadrianarum laus.

o lib. 3. de gen. c. 1.

Pumiliones improbata, & laudata.

Qua ad cibum probẽtur.

ANATO-

ANATOMICA.

GALENVS *a* Gallinaceos ossium consistentiam laxam, cauam, & leuem habere testatur. Πρόλοβος, vt ait Suidas, auium ingluuies est, quæ ab aliquibus ϛόμαχος dicitur. Hæc autem in his auibus, teste *b* Aristotele ventriculo præposita est. Appendices habet infra, quā desinunt intestina. Atq; ita intelligenda sunt verba *c* Plinij alioqui satis obscura. *Gallina vltra ventriculum habent ingluiem.* Pellicula seu cortex quidam intra ventriculū Gallinæ fercori destinata, echinus ab aspredine Græcis appellatur. Huius pelliculæ, cùm apud Medicos in primis, tum etiā ad lac coagulandum vsus est. Sunt qui magna fraude medicamentarios institores nobis imponere dicant, quia ex vētriculo, quo nihil in alitibus istis carnosius est, pāniculos detractos, & exiccatos pro ingluuie vēdant: hanc autē esse causam, cur nemo hodie cognoscatur, qui se feliciter in ventriculo roborādo pelliculis istis vsum profitcatur: inter quos Gyb. Long. nō ex vētriculo, sed ex primo cibi in Gallinis receptaculo, quòd stomachū, & ingluuiē vocat, hanc membranam decerpendā sentit. Atq; veteres hanc vim non ingluuiei, aut stomacho, id est, ori ventriculi, quem χειλίαν propriè vocant, interiori membranæ tribuerunt. Nā & *d* Dioscorides χειλίαν nominat de hac membrana agens, & *e* Galenus post χειλίαν, id est, ventriculum Mergi, statum huius membranæ meminit, intus aduerbium ponens, pro eo, quod est in ventriculo. Vno tātùm in loco Galli gulam (scribitur autem Græcè etiam γέλλα) vnà cum larynge ijs auxiliari, qui strata permingunt, legimus, tertio nempè parabilium libro, sed qui falsò illi ascribitur. Plinius etiam venris membranā vocauit. Gallicum vulgus, quòd tanquam parergon interiectum esto, inquit *f* Laurentius Ioubertus, Gallinarum ventriculum, si benè memini, periè vocat à petris, quas patria lingua perias dicunt: quoniam raro absq; lapillis reperitur. Alex. Myndius apud Athenæum Gallinaceis testes sub iecore esse dixit, & reuera mulierculæ nostræ eos castraturę digitos admodū profundè in inflicto propè anum vulnere infingūt Albertus fœminis supra caudā esse tradit, & exteriori parte corporis: maribus verò interius, vbi alijs animalibus renes siti sunt. Plinius alibi calculi remedia recensens, inter alia lapillorū quorundā meminit, qui in Gallorum vesica reperiūtur: quasi verò aues vesicā habeant. Recentiores quidā teste Ornithologo, non ex Gallo mare, sed castrato (quem Gallinacei nomine imperitè intelligunt) hunc lapidem haberi putant, & Germanicè interpretantur, kapunenstein, hoc est, Capi lapidem, sed qua in parte reperiatur, minimè addunt. Fortè tales lapillos Plinius intellexerit, quos semper in harū auiū ventriculo reperiri paulò ante diximus. Nos in communē virorū studiosorum, atq; maximè eorum, qui naturæ arcana perscrutantur, aliquot Gallinas Excellentiss. M. Antonio Vlmo secandas exhibuimus, vt admirabile naturæ in generandis ouis artificium indagaremus. Is itaq; vir præstantissimus diligentissima sectione naturales partes examinans, nouem iconibus omnia in ijs obseruatione digna complexus est: quarū tres subsequenti pagina pictę ad vteri conformationem quodammodo, reliquæ ad ouorū generationem pertinent: quas post suo etiā loco daturi sumus. Quòd ergo ad vterum spectat, forma eius plurimum à viuiparorum animalium vtero differt, cùm hic vnum duntaxat foramen habeat extrinsecus respiciens, alter verò ouiparorum duplex obtineat foramen, infernum, per quod ouum ad externa respiciens egreditur iam perfectum: alterum internum, & supernum, per quod ouum ingreditur iam sub septo transuersum inchoatum, seu conceptum ad formam perfectam suspiciendam: cuius positum, substantiam, figuram, consensum, nunc declarabimus. Vteri itaque totius (intelligimus nunc vterum propriè dictum, & eius extensionem) positus est in parte sinistra ad spinam, cùm intestina ipsa obtineant dextram abdominis regionem, & centrum. Exitus verò est in superna parte ad spinam desinente, cùm inferiorem partem teneat podex ad ventrem positus. Vtraque verò foramina cùm intestinorum, tùm vteri adeo in proximo sitam membraneam substantiam obtinentia coniunguntur, vt arctissimè conniuentia sensum ipsum fallere quandoq; possint, vt ex subiecta icone videre licet. Quam rem pariter adiunctæ binæ aliæ non parum etiam explicant, vt ex adiectis literis est videre. Podicis itaque atque vteri foramina inuicem ita, vt dictum est, proxima cute, ac musculo subiecto communiter obteguntur: quod præputium nymphas ex similitudine dicere possumus. Correspondet enim cutis hæc Gallinæ podicem, ac vteri os obtegens, cuti glandem pennis virilis cooperienti,

a lib. 11. de vsu part.
Prolobus.
b lib. 3. Hi. c. vlt.
c l. 11. c. 37 Plinij explicato.
Echinus, & eius vsus.
d l. 2. c. 43.
e lib. 11. de impl.
f In Apol. pro paradox. 7.
Periè quid Gallis.
Testium locus in Gallinaceo genere.
Lapilli in Gallorum vesica.
Kapunenstein.
Caponis lapis.
Ouiparorū, & viuiparum vteri differentia.
Vteri positus.
Podicis, & vteri foramina.

A. Cutis rugo circularis extrema.
B. Cutis lævis, tenuis desinens in foramen.
C. Foramen.



AAAA. Podicis Gallinæ & vteri commune tegumentum præputium referens circulare.
BB. Extremitas colli vterini.



D. Rima oblonga exitus communis.



rienti & cutaneis fœminarum. Huius cutis, vel præputij foramen vnicum existit, quod vulgares podicē Gallinarum credunt. Præputium hoc formam habet sphericam, & musculum subiectum figura etiam spherica. Nam obtinet maiorem capacitatem & cùm vtrumq; foramen cooperiri debeat, cutis etiam maximè erat dilatanda, cui maximè extensioni spherica figura est accommoda: prominet cutis hæc prepputium referens vel ipsius proportionale, turgidum, globosum instar papillarum apicis. Musculus cutem præputij subuestiens, sphericam, vt diximus, etiam figuram habet, cuius latitudo pollicis existit. Fibras autem obtinuit non parerellas, vel æquè distantes, quemadmodum sphincter intestini humani, sed a circumferentia ad centrum conuersas, & diametrales: quemadmodum ex subiecta figura demonstrabitur. Cur verò os vteri ad spinam, vel supernam partem, ponatur, coi-

Præputium in Gallinis.

Os Vteri in auibus cur ad spinam.



AA. Gallinæ pudenda.
O. Os vteri ad spinam superne.
DDDD. Circumferentia musculi præputium constringentis.
V. Exitus intestinorū, vel podex ad ventrē infernè.
EEEEE. Fibræ à circumferentia ad centrum pertinentes.

tum ipsum causam esse opinamur. Nam supergressu hæc animalia coeuntia, instrumenta in proximo habere oportebat, quò facilius, & promptius inuicem coniungerentur. Exitus præterea intestinorum deorsum versus meritò vergit. Nam infra etiam illius est officium, quemadmodum scripsit Aristoteles, quod intelligere debemus ratione ipsorum excremen torum ex elementari portione terrestri ad inferiora tendentium. Substantia vteri membranea, & crassa est (vterum nunc propriè dictum intelligo.) Hoc enim corpus maximè omnium dilatatur, ac extenditur, & in ipsum recipitur ouum iam auctum, ac propemodum absolutum. Figura est cancaua, oblonga, latior qua ad exitū pertinet, in longitudinē trium digitorum, cæterùm angusta, rotundiorq; intestini tenuis formam repræsentans. Porrigitur enim ab infimo abdomine iuxta exitum intestinorum vsq; ad locum conceptionis ouorum sub septo transuerso, estq; cùm extenditur, longitudiue dodrantali, cuius longitudinis ratione membranam obtinuit à spina dorsi proportionalem omnino, ac persimilem intestinorum mesenterio, quam & venæ frequentes percurrunt cum ad nutritionem ipsius vteri, tùm ad oui intrinsecus contenti, dum pertransit à loco sub septo transuerso ad ipsius vteri exitum, alitionem. Membrana autem spinæ colligans, & connectens eadem prorsus existit ipsi mesenterio intestinorum, quinimo eadem est, & substantia, & origine: qua propter consensum habet vterus præsertim cum ipsis intestinis. Figura vteri inæqualis, alibi angusta, oblonga, alibi lata, breuis: iuxta hanc varietatem varia quoq; sortiri nomina debet. Nam vteri latitudo, infimo abdomini proxima, & in qua ouum iam absolutum continetur: est ipsemet vterus, reliquum verò corpus angustum, oblongum rotundum quod ad septum transuersum extenditur, vel vteri stomachus, vel vterus productus, extensusue, vel vteri gula nuncupari posset. Est autem membranea, & tenuis, admodum diuersa à reliquo vtero protenso, & à substantia ipsius vteri, qui ad exitum iacet. Nam finis hic membraneus subtilis, & pellucidus existit, ac exanguis. Intestinum quoque vteri ratione figuræ & quantitatis cùm longitudine rotunditatem cauernosam habeat, meritò diceretur, cui accedit membranæ occasio hanc vteri extensionem, vel productionem spinæ colligantis, quod mesenterium vterinum appellamus. Intermedia pars vteri, quæ est, illius portio ab vtero propriè dicto, finem interiacens crassam obtinet substantiam albam, lacti similem, &

Vteri substantia.

Intestinum vteri.

Mesēteriū vterinum.

in seme-

in ſemetipſam confidentem, cuius meſcreon multiplices venas habet. Huius ſubſtantia cocta oui albuminis guſtu ſaporem exhibet.

SEXVS.

SEXV tam manifeſtè hocce Gallinaceum genus natura diſtinxit, vt prorſus ſuperuacaneum iudicauerim, ſuo loco eiuſmodi differentiam ponere. Quare & Grammatici marem Gallum, fœminam Gallinam nominarunt, & nomen quod ſciam nullum habent, quod vtrumque genus complecti ſimul queat. Cur verò ſagaciſſima, ac prudentiſſima in omnibus natura, tam manifeſtis ſignis, erecta vtpote criſta, iubis à ceruice per collum dependentibus, cauda maiori, inſigni ad præliandum calcari à Gallina ſeparare voluerit haud ſatis mihi conſtat. Crediderim tamen id ideo factum eſſe, quòd vnus multis fœmellis ſufficere debeat, eaſque à noxijs quandoq; animantibus tueri. Nam eiuſcemodi partes inſignem, qualis ſtrenuum patres familias decet, grauitatem præ ſe ferunt: quare etiam maiorem Gallinis creauit, & graniorem denique vocem dedit. Sed iſthæc alij altiùs perſcrutari poterunt.

Sexus differentia.

VISVS. GVSTVS.

TAMESTI rapacium genus, & in ijs maximè Aquila cætera animantia, volucres verò potiſſimùm viſus acie præcellat, adeo vt nomen inde ſibi accepiſſe plurimi velint, Gallum quidem noſtrum non parum oculorum acumine vigere etiam vel inde debemus, quòd rapaces aues, & Miluos maxime longè à reliquis auibus interſtinguere egregie cognoſcat. Qua in parte fortaſſis etiam Aquilæ præferri debeat: quæ ſanè in hoc parum Aquilinis oculis fuit, cum ad Æſchili celeberrimi poetæ: eius diei ruinam, vt ferunt, ſatis prædictam ſecura Cæli fide cauentis albicantem caluariam ſaxum eſſe rata, teſtudinem deuorandam demittens, miſerum illum occidit, vt vel ob hanc vnam cauſam Aquilæ viſus hebetari aliquando videri poſſit: Gallum verò noſtrum eo magis viſu valere conſtat, quòd vnico tantùm oculo ſurſum eleuato ſemper rapaces aues infeſtiſſimos hoſtes ſuos obſeruet, ne ex improuiſo, vel pullum aliquem, vel fœmellam, aut ipſummet eripiant è corte, altero diligentiſſimè minutiſſima quæque in locis etiam parum lucidis diſquirat. Guſtum item exquiſitiſſimum Gallinaceus habet, qua in re ſimiæ, qui alioqui omnes vno ore palmam attribuunt, nihil mihi cedere videtur. Illi enim, vt de rebus iudicet, neceſſarium eſt, vt dentibus ſuis eas prius confringat, noſter verò Gallinaceus Gallus aridiſſimum quodque modò id ore recipere queat, illico dijudicat, vt à Iulius Cæſar Scaliger docet.

Aquila vnde dicta.

Galli guſtus.

Simia guſtus.

a Exod. 266.

VOX. CANTVS.

GALLINACEVS Gallus eandem ferè ſemper nobis vocem occinit: ſed qui animoſiores ſunt, grauiorem edunt, teſte Ariſtotele, incipiunt autem cantum, quum inſilire Gallinas incipiunt. Gallina verò pro varijs actionibus vocem immutat. Aliam enim iens, aliam parturiens, aliam pullos enutriens edit: alioqui & illa gracillare dicitur: Gallus cucurire, vnde Philomelæ author.

Cucurrire ſolet Gallus, Gallina gracillat.

Gaza quoque apud Ariſtotelem pro κοκκύζειν, qua voce Demoſth. pro Galli voce etiam vſus eſt, cucurire vertit. Pollux & Scholiaſtes Ariſtophanis Cuculo propriam eam vocem eſſe aſſerunt. Vnde coccyſſare, inquit Cælius, id eſt κοκκύζειν verbum habent Græci fictitium ex Gallinacei voce, & Coccygis. Alibi tamen Scholiaſtes, cùm Ariſtophanes de Gallo dixiſſet ὁπόταν μόνον ὄρθριον ἀύσῃ addit κοκκύζειν, *enim tum propriè dicitur: Gallus cum parta victoria canit.* & Varinus κοκκύζω vertit, *inſtar Gallinacei clamo.* In qua item ſignificatione Theocritus vſus eſt, dum canit, ὁ δ' ὄρθριος ἄλλος ἀλέκτωρ Κοκκυδοὼν παρέκαισεν, &c. Item Cratinus apud Euſtathium κοκκύζειν, inquit, τὸν ἀλέκτρυονα οὐκ ἀνέχονται: qui & hoc Platonis Comici citat εἰ δὲ λοκκύζειν ἀλέκτωρ πρυκαλέσαι. Denique in hoc vulgato prouerbio

a In Phyſio.

κοκκύξειν. *Coccyſſare.*

prouerbiũ.

ὅταν

Orat Νίκαι κοκκύσσειν, hoc est, cùm Nibas cocyssauerit: id verbum de Galli voce, non autem de Cuculi dicitur. Tradunt enim in Thessalonica Macedoniæ ciuitate, vt supra etiã annotauimus, vicũ esse, cui nomen Nibus, vbi Galli nunquam vocẽ edant. Hinc meritò κοκκυβοῦς ὄρνις, & ὀρθοκόκκυξ Gallus Hesychio, & Varino dicitur. Haud tamen interim nego Cuculo eam vocem conuenire: siquidẽ suo loco id alias ostendi. Adue verbũ de Gallinaceorum voce priuatim vsurpari scribunt Pollux, & Eustathius Gallinas gracillare diximus, alij pipare dicunt. Nonius pipare illis propriũ esse, Varro Aboriginibus, vt idẽ Nonius citat. *Bos* inquit, *mugit*, *Gallina pipat*: & rursus *Varro*, inquit, *pullos pipare pixit*. Sed pullos Gallinaceos, & eiusmodi alios propriæ pipire Columella ait, sed pipare forte pisci dixerint. Nam apud Festũ legimus pipationem Oscorum lingua clamorẽ plorantis vocari. Dum incubant Gallinæ, vocem mutant propter affectũ pullorum. Tunc enim acutior euadit. Eas rustici, teste Columella glocientes appellant: Longolius crocitantes, Fastus etiã glocire, & glocitare proprium Gallinis esse ait, quæ incubaturę sunt. Hebręi, vt in syrochaldaico dictionario legere est glelogh dicunt. Κακκάζειν verò dicuntur circa partum teste Hesychio, & Varino, & verbum est Atticum, cui simile est Germanicum gaggsen. Has Politianus, & Longolius singultire aiunt. Pollux verò hoc verbum de Meleagridum voce in vsu esse scribit. Qua de causa querit Pamphilius in dialogo Gyb. Long. cur Gallina canturit, officinam cortalem petens. LONG. Non canturit, sed singultit. Hoc enim verbo Varro vocem Gallinarum fractum, & intra rostra formatam imitatur. Rusticorum gens Columellæ tempore glocire maluit dicere. PAMP. Gallus etiã subinde subgultit. LONG. Recte, sed cùm cantat cucurire dicitur Latinè, Græcè autem κοκκάζειν. Hęc Long. sed Columella, vt diximus, rusticos suo tempore glocientes vocasse scribit, quæ incubant, quas, seruato adhuc nomine, rustici Itali Chioccias vocãt, nimirũ à voce, & Belgæ, & audio Klokhennen. Recte verò Gallum cũ canit, cucurrire dixit. Gallina ẽt, cùm eam est inturus Gallus, vocẽ format exilẽ, itaq; manca Hoc suadet experientia, si quis animaduertat. Gallinã à Gallo subsidere ad coitum patiendũ, tunc. n. eam is rostro ferit, quà desinit collũ, sed leuiter nõnunquam, quòd mordere vocabat *a* Iuuenalis, qui simul eiusmodi Gallinæ vocem angustã appellat, dũ inquit.

Miretur vocem angustam qua deterius nec
Ille sonat, quam mordetur Gallina marito.

Arbitror ego id generis vocem conformari ab ea Gallina, quotiescunq; coitum aut inuita patitur, aut Gallum non æquè redamat: nam hoc exemplo Satyricus masculorum illorum vocem, qui Venerem damnatam patiuntur, de quibus loquitur in 4. superiore oratione. Licet verò Gallinæ ita pro varijs actionibus, vt dixi vocem immutent, nulla tamen cantus nomine digna videtur. Siquidem *b* Aristoteles in hoc auium genere cantum maribus tantùm datum esse testatur, *auditur tamen*, inquit, *aliquando femina, cantus, & à se ipsarum vulgò pro malo omine accipitur, adeo vt canentem iugulari velint.* & *c* Terentius pro ostento duci testis est, si Gallina cecinerit: inter monstra enim & hoc memorat, *Gallina cecinit, mane dixit aruspex.* Quo loco Donatus exponit obstetricum esse obseruationem, in qua domo Gallina canat. Galli verò cantus ἀλεκτοροφωνία Græcis dicitur, vti & tempus, quo canere incipit. Disputant nonnulli, an eiusmodi cantus inter euphonos, an potiùs inter disphonos sic enumerãdus. Angelus Politianus refert Picũ Bapt. Guarini nomine quęsiisse, cũ Gallus intempestiuũ caneret, quo pacto illud vocis à Græcis diceretur. Etenim Iuuenalis meminit eius, & Quintilianus. Ego certè inquit, mi Baptista, nõ aliud puto, quàm quod aliquando reperi apud idoneos ἀηδόνα, quanquam mihi authores iam non succurrunt. Est verò ἀηδὼς ea vox etiam, quæ neque choro, neque fidibus concordat. Hæc ille: quibus innuere videtur, eiusmodi tantum harmoniæ omnis prorsus expertem esse: & reuera cucuritus ille nihil præter molestum strepitum, insuauemq; Sonum præ se fert, & vix cantus nomine dignus est. Vnde Tragædi etiam κηρυκας ἀλεκτρυόνας tanquam vocales, & clamosos præcones appellant, teste Eustathio ἀπὸ τοῦ κράζειν, id est, à vociferando. Nam dum cucurit, altùm admodum exclamat, idque non solùm interdiu, sed & noctu, acrum staturis fermè horis. Vt verò maiorem, vt apparet, strepitum clamosa sua voce excitet, itaq; iã iam cucuriturue, alis ad latera collisis, ingentẽ ita sonitũ edit, seipsumq; ferit; quod ideo facere ipsum *d* D. Gregorius scribit, vt se vigilantẽ reddat. Sunt qui profunda nocte validius, matutino verò tẽpore remissius cãtare putẽt, eius rei hanc rationẽ assignantes, quòd cãtus vẽto feratur, ventus autem noctù, quàm sub crepusculum matutinũ magis spiret, cuius beneficio longius audiatur. Vt vt est media fere nocte canere, rursumq; summo manè, tã clarũ, ac notum est, vt superuacaneum sit super tali re authoritates veterũ citare. Vt modò de vtilitate huius-

Κοκκύβας. Ὀρθροκόκκυξ. *Adue.*

Chelog. Κακκάζειν

Canturire. Singultire.

Chioccia. Klokhennen.

Mordere Gallinam quid Iuuenalis.

a Satyr. 3.

b l. 8. hi. 03.

c In Phormione.

Ἀλεκτοροφωνία.

Ἀηδὼς, *quæ vox.*

Præcones vocales.

Gallus cur alas cantaturus quatiat.

d l. 10. cap. 21.

huiuſmodi ſiue cantus, ſiue cucuritus, quam hominibus præſtat, dicamus, ſcire licet, veteres in primis gnomonibus horarij nondum repertis noctis deliquium, & acceſſum diei eo metitos eſſe: etenim initium à prima mediæ noctis inclinatione ordiebãtur, proximumque tempus Gallicinium vocabant, quòd eo tempore lucem multò antè præſentiens incipiat canere. Tertium conticinium, cùm & auis conticeſcat, & homines vnà conquieſcant. Quartum diluculum manè, cùm clarus iam dies eſſet ab exorto Sole. Itaque ſecundus Galli cantus multò Solis exortum auteuenit, vti Iuuenalis quoque meminit inquiens:

Galli cantus diem, & noctem diſtinguit.
Gallicinũ.
Cõticiniũ.
Diluculũ.
Mane.

Quod tamen ad Galli cantum facit ille ſecundi
Proximus ante diem Caupo ſciet. &c Horatius:
Sub Galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.

el.1.ſer.1. Ab hac veterum conſuetudine, quod ſcilicet noctis deliquium, & acceſſum diei Galli cantu iudicarent, ſumptum eſt hoc vulgatum prouerbium: *Priuſquàm Gallus iterum cantet*, id eſt, admodum mane, & antelucanò. Videtur autem deſumptum ex *f* Ariſtophane.

Prouerbiũ.
f In conc.

πάλαι
Οὐ δ' εἰμὰ διὰ τοῦ' ἦλθες, ὅτε τὸ δεύτερον
Ἀλεκτρυὼν ἐφθέγξατο. id eſt:
minimè gentium
Ne ſiquidem te illo appuliſſes tempore,
Cùm Gallus iterum caneret.

Gallus cur ἡμερυθαιτος dictus.
g Eidyl.18

Quia verò ita die aduẽtante hominibus inclamet, ἡμερυθαιτος Græcis vocari meruit, quaſi diẽ canens. Quia in re equidẽ maximã mortalibus vtilitatẽ præſtat: quod tũc ſibi relinquẽdum lectũ ſciant, cũ eos Gallus à profundo ſæpe ſomno excitat, vnde ἀλίκτορα, & ἀλεκτρύονα, dictũ eſſe ante etiam diximus. Hinc apud *g* Theocritũ duodecim puellæ Thebanæ Helenæ pollicẽtur ſe manè reuerſuras, & nouũ epithalamion, ſeu carmen nuptiale cantaturas, vbi πρῶτος ἀοιδός, id eſt, primus cantor, nimirum Gallus Gallinaceus è cubili ſuo inſonuerit.

Νεόμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον, ἵνεκα πρᾶτος ἀοιδὸς
Ἐξ ἰυνᾶς χελάδων ἀναστὰς ἰυπρίχα δειρᾶι.
Redibimus nos mane, vbi primus cantor
E cubili ſuo inſonuerit ſuſtollens pulchrè pennatam ceruicem.

Ouidius eleganter ab eiuſmodi officio, nempe quod nos è ſummo excitet, Gallũ lucis prænuncium appellant, inquiens.

Iam dederit cantus lucis prænuncius ales.

h l.1.amor. Sed hoc *h* alibi clariùs indicat, dum ait.

Iamq; pruinoſos molitur Lucifer axes,
Inq; ſuum miſeros excitat ales opus.

Pueri frugi ſummo mane ſurgunt.

Et Martialis pueros qui frugi eſſent, eo tempore olim ſurrexiſſe innuere videtur, dum malios qui tardiùs ſolito adhuc in lecto deſidioſè recubabant, ſic hortatur.

Surgite, nam pueri vendit tentacula pictor
Criſtataq; ſonant vndique lucis aues.

Eodem modo ſomniculoſum Pſecam è ſomno excitat Ælius Iulius Crottus, inquit:

Exurgit alma de rutilo mari dies,
Et nox gelatis cedit irrepens equis
Criſtata cecinit plures Pſecas auis,
Suſtolle tandem ſomno oculos pigro graues.

Huc ſpectat Galli encomiũ, quod nobis Plinius his verbis exaratum reliquit: *Proxime gloriam ſentiunt & hi noſtri vigiles nocturni, quos excitanais in opera mortalibus rũpendoq; ſomno natura genuit. Norunt ſidera, & ternas diſtinguunt horas interdiu cantu; cum ſole eunt cubitum, quarta; q; cæſtrenſi vigilia ad curas laboremque reuocant, nec ſolis ortum incautis patiuntur obrepere, diemq; vententem nuncians cantu, ipſum verò cantum plauſu laterum.* Quæ ſanè omnia cantui eius potiùs, quam ingenio accepta referre debet humanum genus. Amant hunc cantorẽ milites, quia in cæſtris illo vice pariter horarij gnomonici vtuntur. Nam cùm ſtatis horis vigilias mutare coguntur hoc indice noctis interualla diſcriminant: quare bellicis curribus aliquando ſingulis ſingulos Gallos alligant. Priſci itaque excubiarum, & vigiliarum ſignum indicaturi Gallum potiùs, quàm vllum aliud animal depingebat. Diſputant multi, cur non multùm ante ſolis ortum cantum illum ſuum reperat: ſunt qui cauſam eius ad auis naturam referant, ſunt qui ad ſympathiam eius cum illo ſidere. Qui naturam eius ſeu cauſam effectricem conſtituunt, aiunt, animal hoc à natura calidiſſimum, & in appeten-

Cur milites. Galli cæſtrũ amant.
Vigiliarũ hieroglyphicum, & excubiarũ.
Cur manè cantet.

do in

do in primis & nutriendo auidum ob calorem quidem insitum cibum acceptum citiùs concoquere: itaq; ob auiditatem, naturæ appetitũ suum significare, quasi pascentem se inuitet, & excitet. Alij, qui rem quamlibet alicui certo sideri dicatã esse volunt, non aliter ac lotum herbam, solarem esse existimant, indeq; fieri, vt Gallus, sub solis exortum canat, eodem modo quo lotus, eo exoriente, folia sua pandit, & occidente, contrahit, quasi occulta quadam, & naturali ratione, redeunte ad ortum duce suo, vterq; gaudeat: atq; hæc quidem eorum est sententia, cuius opinionis etiã Cardanus fuit, quod scilicet Solis robur sequatur. Albertus verò eius fuit sententiæ, vt Gallum ideo horas cantu suo distinguere crediderit, quòd auræ emutationes ex motibus Solis cõtingentes facilè sentiat. Alij rursus ad naturã auis referunt, & salacitati eius eiusmodi euentũ ascribi oportere cõtendunt: cantu nẽpe veneris appetentiã significari: idq; inde probare nituntur; quòd antequã vsui venereo sufficiat, contitescat, peracto subinde cucuriat, tũ eò magis opinionem suã astruunt, quòd ẽt nonnullæ aliæ aues procliuitatẽ, ac lubentiã ad initũ quolibet præeant cantu, quemadmodũ alibi attestatur ẽt Plinius, tum verò, vbi ait, *Perdices fœminas concipere superuolantium afflatu sæpe voce tantum audita masculi.* Contingere autem Gallinaceis autumant, quòd ferè cęteris vsu venire cõpertum est, vt peracto cibo, refecto per quietẽ corpore, ac inde maximè vegeto libidinis titillentur pruritu: interuulsus autẽ somnus, ac identidem repetitus cãtus frequentiæ causã facilè suggerat. Huius opinionis adagiorũ author ab amico suo Leone acceptã adducit pro miraculo, vt ait *i* Scaliger. Leo verò ille, quẽ adagiorũ author citat, causã in tria hæc reijcit, quòd scilicet pro nocte cibum depellens, eumq; in omne corpus diuidens modificetur, quieteq; plurima satietur, vt Democrito apud Ciceronem visum esse ait: secundò quòd auis sit salacissima, & intercepti, & frequentis somni: tertiò vt Gallinarum fœtificatio sit plenior & fœcundior. Mihi eorũ sententia plurimũ arridet, qui ad occultã cũ Sole amicitiã confugiunt: siquidẽ alimenti desiderio nõ canere ducemur, quod (vt Scaligeri verbis vtar) etiã satur canat: nec Gallinæ quoniam canit à coitu: deinde canit præsente illa, quam tunc non init, nec noctu, cum alioqui multas secũ confertas habeat iacentes, & immotas, quibuscũ tamen non coit. Rursus nõ desunt, qui nisi statutis horis canere Gallũ dicant: quinimo *k* Cardanus totum naturalẽ diẽ in octo partes diuidere illũ author est, nõ tamen oriente sole canere, sed cũ accedit ad authore terminos, sic & ante meridiẽ. Verũ eiusmodi opinionẽ prorsus erroneã esse Iulius Scaliger tam in excubijs, quã in lucubrationibus suis expertus testatur; & reuera alios ẽt alijs frequentius interdiu potissimũ canere obseruamus, nullo seruato tempore. Etsi verò veteres eorũ cantu tempora sua diuiderent, haud tamen ideo credendũ est, ea tam exactè, & minutim distinxisse, vt horarũ pulsus facit, sed circiter idem tẽpus ferè auem occinisse. Cum itaq, nocturno Galli cantu tanta hominibus vtilitas, qualem diximus cedat, haud desunt tamen, qui ob vocẽ eam quoties audiant, Gallo malã crucẽ imprecentur, pigri nẽpe, & desidiosi homines, qui somno tantũ, & ventri student: quales olim Sybarite fuere, qui Gallos, vt *l* Athenæus refert, in ciuitate haberi non permittebant. Erant autem gens mollissima, effęminata, ac adeo delicata, vt non solũ hanc alitẽ in vrbe nutriri prohiberent, sed omnes etiã artes, quæ strepitum faciunt, veluti fabrorũ omnium, reijcerent. Vt verò & delicatis huiusmodi humuncionibus consulamus, vt Gallũ domi alere possint, qui neq; cantet, neq; strepitum edat, inquimus, duobus id modis præstari posse, nulla tamen illi illata noxa, *m* Plinius enim circulo è sarmentis addito collo nõ cantaturum promittit, Albertus capite, & fronte oleo inunctis. Hæc experti, si vera eorũ authorũ pręcepta inuenerint, Gallum ob futurã prolem nutrire poterunt, vt ea sæpius saturi somno cõmodiùs indulgere queant. Præterea castratus cantare desinit: idem nictus facit tanquam pudibundus: deniq; cum ouis incubant, vt Ælianus testatur, quasi eiusmodi officium virum dedecere non ignoret.

Lotus herba solaris.

i Ex. 259. Probl. 16.

Propria sẽtentia.

k l. 10. de subtil.

Cardani error.

Gallos non exactè horas distinguere.

l l. 2. c. 6.

Sybaritæ cur Gallũ in vrbe nõ admittebãt

m l. 29. c. 4.

SALACITAS. COITVS. PARTVS.

Incubatus. Generatio Exclusio.

SAlacissimũ animal Gallum esse quamuis vt Albertus scribit, ad vnum ouũ fæcundandũ multiores cũ eadem Gallina coeat, *a* Oppianus prodidit. Quod sanè, etsi aliæ item dentur, volucres, quarũ libido apud authores magis celebratur, vt in Aquilæ historia diximus, cuius congressu Maris & Veneris adulterium indicabant, & Passer etiam strenuissimus in hac venerea palestra habeatur athleta, verum esse videbimus, Galli libidinem cum earum libidine conferamus. Aquila enim, & Passer similesq; salaciores alites aliæ salacitatem

a In Exeu. Gallũ esse omniũ auium salacissimum.

tem ſuã toto anni tẽpore minimè exercent, vt facit Gallus noſter, qui ſingulis diebus quinquageſies, & amplius vxores ſuas, quas plurimas habet, init, cum contra vnica illi contenti ſint. Teſtantur verò eius libidinem, nõ ſolum Gallinarũ maxima turba, ſed acerrimæ etiam pugnæ, quas non ob liberos cibumuè committit, ſed vt fœminis potiatur ſolũ, quales etiam canes conſerere ſolent, at hi quòd ſimul vnam inire non detur, ille quòd vllam ex ſuis ab aliquo contaminari nolit, qua in re ſapientis patris familia munere fungitur, ac nõ aliter ac hic honori ſuo conſulere videtur: quinimo tanto amore ſuus proſequitur, vt ſi mori contingat eas, ipſe contabeſcat mœrore animi. Inſuper non hinc tantũ Galli ſalacitas cognoſcitur, quòd tanta frequentia cũ proprijs vxoribus coeat, ſed in eo magis, quòd vt *b* Ælianus refert, ſi illæ deſint, à maſculino genere minimè ſibi temperet, ſed in media etiam corte, qui recẽtior aduenerit, eum ineat. Etſi apud Plutarchum Grillus Sophiſta apud Circem deformatus in brutum neget ex brutis vllum maſculam venerem affectare. Nam & Ariſtoteles apud *c* Athenæum ſcribit, ex ijs Gallis, quos Dijs conſecrant, qui prius dicatus eſt, ſubigi à nouitijs, donec offeratur alius, quod ſi nullus donetur, inter ſe præliari, & à victore ſemper iniri victum. Sed locus ille apud *a* Ariſtotelem ſic legitur. *Vbi ſunt fœminis numerarij, dicatiq; verſantur Gallinacei, non temerè eum qui nuper dicatus acceſſerit, omnes ſubeunt:* vbi nihil de pugna meminit, quod Athenæus ex ſe addidit. Ob tam fœdum, & horrendum Gallifacinus olim, teſte *e* Plutarcho lex erat, vt Gallus ſi Gallum iniſſet, quamuis etiam Gallina abeſſet, viuus combureretur. *Vnde videre licet, qua multa eiuſmodi nefarium ſcelus priſci punirent in hominibus, ſi id in brutis faciebant:* nec ſanè immeritò, cum eiuſmodi flagitioſi, & nequam homines, quitale peccatum committunt, humanæ naturæ vim inferant, & interitum humano generi procurent, in ſterili ſolo ſemine effuſo, quod in Onæ filio Iudæ ſeuerè admodum vindicauit Deus. Quare lege Pontificia tales à cœtu hominum arcentur, turpiuſque adulterio viſum eſt ſtuprum virile. Sed vt vnde digreſſa eſt oratio reuertatur, *Gallus noſter in maiorem adhuc longeque deteſtabiliorem libidinis notam* incurrit, dum cum alijs etiam volucribus, quæ ſui generis non ſunt, vt cum Phaſianis, & Perdicibus, vt poſtea dicemus, coeat, quod teſtatum etiam reliquit *f* Ariſtoteles. Sed fortè Gallinis magis adhuc vitio vertendum eſt, quod & illæ ab ijſdem volucribus ſeſe iniri permittant: adeo vt multi diuerſas ex ijs cum alijs coeuntibus fœtus excludi promittant. Non parum etiam Gallorum ſalacitatem arguit, quòd Mnaſeas apud *g* Ælianum memorat, nimirum nunquam ad Gallinas, quæ in æde Hebæ, ipſi verò in Herculis paſcerentur, interfluente vtramquè ædem riuo perenni, & lympidæ aquæ nunquam tranſuolent, niſi cum libidine ſtimulentur. Tantæ in his volucribus libidinis ſalacitatiſque cauſa eſt genitale ſemen, in ijs maximoperè redundas, cuius irritationem perferre nequeuntes, in libidinem proruunt. Tanta verò ſeminis copia abundant, vt Clearchus apud Athenæum author ſit, eos non ſolùm cum vident fœminas id emittere, verum etiam cùm vocem earum exaudiunt. Quare quid ſibi velint illa Ariſtotelis verba: *Gallorum teſtes tempore coitus magis conſpicui ſunt*, à multis non puto intelligi. Nam cum ſingulis ferè, vt ita dicam, momentis coeat, ſingulis item momentis teſtes conſpectiores euadere oportere: quis inde colligat, quod alioqui abſurdum eſſet aſtruere. Ego verò hanc philoſophi ſententiã dupliciter exponi poſſe exiſtimo, primo nempe ipſum comparare Gallorum ætatem perfectam ætati imperfectæ, ac iuxta earum differentias magnitudinẽ, atq; paruitatẽ teſtium æſtimare. Certiſſimũ enim eſt his auibus vtcunq; ſalaciſſimis vel à primo ortu non adeſſe facultatem generatricem. Exemplo ſit ætas puerilis humana, cęterarumq; ſpecierum tenella, quæ ad coitum eſt inepta: atque hac ratione Ariſtoteles dixit Gallorum teſtes tempore coitus eſſe magis conſpicuos, ac ſi diceret, vbi ætatem validam obtinuerint, & vſui veneris aptam obtinent, pariter teſtes grandiores, quã habebant in ætate adhuc imperfecta. Secundò liceret forſan eadẽ verba hoc modo interpretari ſenſu ipſo duce, & aſſertore, Gallis etſi coeant ſingulis anni temporibus, ſingulisq; horis attamen peculiare coeundi tempus eſſe vernũ: nam tunc calor innatus viget in pluribus ſpeciebus vegetalium, & animalium. Itaq; ſi Gallorum teſtes conſiderentur, & tempore verno, autumnali, hyemali, & æſtiuo, & inuicem comparentur, ſenſus docebit ipſos teſtes ineſſe grandiores tempore verno, minores verò autumnali, hyemali, & æſtiuo. Vt modo ad ſalacitatis cauſam regrediamur, *h* Scaliger in aſſignanda ea non ſatis ſibi conſtare videtur. Cùm enim *i* priùs è nimia ſeminis redundantia fieri dixiſſet, mox ceu ſui oblitus pauco humore abundare dicit, omnem verò in coitu impendere. Quærit autem in hunc modum: *At Capi, qui caſtrati ſunt, quare podagra miris modis afficiuntur: Galli non? Quia Capis puſillus calor, edacitas multa. In Gallo calor multus, cibi abſtinẽtia nõ minor. Cur ergo tot Gal-*

b lib. 4. Gallum cũ Gallo coire.

c lib. 9.

d li. 9. hiſt. cap. 8.

e In Lycurgo.

Lex de Gallo.

Onas cur à Deo punitus.

f 2. de Gener. c. 4.

g l. 7 c. 46.

Salacitatis Galli cauſa Seminis copia.

Ariſtoteles explicatus.

h Ex. 131. i Ex. 27. 22

Capi cur podagra afficiatur, & non Galli.

tos Galliuis vnus sufficit, si non multo humore præditus est? Propterea quòd quantum succi habet eò impendit. Hæc ille. Quantũ verò ad auis petulantiã attinet, crediderit etiam pullum illũ Gallinaceũ, quẽ Liuiã Tyberiũ adhuc in vtero gestantẽ, excluſisse aiunt in manu, cùm exploratura an marem esset partura, ouũ incubãdi Gallinæ ſubduxisset, idq; nunc ſua nunc miſtratũ manu adeo fuisset vt pullus excluderetur, nõ tantùm ſexu in Tyberio portendisse, vt multi volũt, ſed ſalacitatem etiã & procacitatẽ eã, qua ille mox tamo ſiſſimus fuit: Quinimò quicunq; nasũ concauũ, & frontẽ habent rotundã, & caput ſursũ eminens rotundũ, vt Galli luxurioſi vulgò putantur. Verũ haud omnes Gallos æq; ſalaces esse cõſtat, nã quidam coterũ à primo naturæ ortu ita teſte *k* Ariſtotele effæminati naſcuntur, vt neq; cucurrant, neq; fæminas ineãt. Sed venerem eorũ, qui tẽtent ſuperuenire, ſpõte patiãtur. Et Theophraſtus author est, referente *l* Athenæo, agreſtes cortalibus ad venerem procliuiores esse. At cũ nos agreſtibus carcamus, intereſt noſtra etiã noſcere, qui ſalaciores in ijs ſint. Siquidẽ tales ad partus promouendos in primis agricola ſibi cõparare debet. Eos autẽ ita internoſces. Sũt, teſte Varrone, lacertoſi, rubenti, erectaq; criſta, roſtro breui, pleno, acuto, oculis rauis, aut nigris, palea rubra, collo vario, fæmoribus piloſis, vnguibus lõgis, cauda magna, frequentibus pinnis. Gallinæ etiamnũ æq; libidinoſæ ſunt. *m* Iulius Cæſar Scaliger Gallũ ſalacẽ maritũ, Gallinã ſalacẽ matricem vocabat. Quæ aũt veneris appetentior est, eã noctu iuxta Gallum proximam ſedere Albertus tradit, ſed hoc inter vtriuſq; libidinem Theoph. intereſſe autumat, citãte Athæneo, quod mas ſtatim ac à cubili ſurgit ad venerem cõcitetur: fœminę verò magis progreſſo iã die. Coeundi modus est, vt *n* Ariſt. annotat, *Gallina cõſidente humi, Gallo verò ſuperueniente. Inhorreſcunt aũt*, teſte eodẽ, Gallinæ à coitu: & ſæpe etiã feſtuca aliqua ſeſe luſtrant, quod idẽ & edito ouo ſæpe faciunt. Plinius auibus omnibus duobus tantũ modis coitũ esse ait, fœmina ita, vt dixi, cõſidente humi, aut ſtante, vt in Gruibus. *Poſt coitũ Gallina ſeſe excutit*, vt idẽ Ariſt. tradit, quod ideo facit, docente Alberto, quòd per libidinem incitetur in ea vapor, qui membra illius extendit, eodẽ modo, vt pandiculatione homines corripi videmus, quando coeundi deſiderio languent. Quæ ratio naturalis, ac philoſophica est, maximè in ijs, quæ ſpõte marem admittunt. Cũ verò nimio ſalacitatis Galli, quę ſimul cũ nimia rixoſa libidine coniuncta à Columella vitio vertatur, quoniã pullificationi noxia est, itaq; eiuſmodi procacitas potiùs quã ſalacitas corrigenda est, corrigitur a. ampullaceo corio, cuius in orbiculũ formati media pars reſcinditur, & per excisã partem Galli pes inſeritur, quo veluti cõpede cohibẽte feri mores. Si omnino à coitu abſtinere velis, poteris verbena vti, quã nonnulli, quo quo modo Gallo applicatã efficere tradũt, vt Gallinas ſuperuenire nequeãt. Kiranides eandẽ herbã ad eundem effectũ dari ei præcipit in paſtum vna cũ furfure, & polenta. Idem promittit, ſi Cinædus lapis cũ polenta exhibeatur, qui ederit, Cinedũ futurum, ſed penes Kiranidẽ eius rei fides esto. Videamus modò, quid cõmodi nobis Gallorũ coitus præſtet, quod ſanè exiguũ cuiquam videri poſſet, quando Gallinæ abſq; eorũ opere pariant oua, ſed cũ iſtæc generationi inepta ſint, totam pullificationem Gallis acceptã referre debemus. Concipiunt itaq; Gallinæ duobus modis, vel ex congreſſu cũ Gallo, vel per ſeſe. Quæ poſteriori modo generãtur oua, irrita, ſubuentanea, & hypenemia dicuntur, quoniã è vento concepta credantur. Hoc enim ex veteribus non Varro tantum, ſed ipſemet Ariſtoteles, & inter recentiores Albertus memoriæ prodiderunt. *In Luſitania*, inquit Varro, *ad Oceanum montem Targo quædam è vento certo tempore concipiunt equæ, vt hic Gallinæ quoque ſolent, quarum oua hypenemia appellant.* Ariſtoteles, & Albertus ea ex peculiari vento, Zephyro nempe, concipi velle videntur. *Sut qui hypenemia*, inquit ille, *hoc eſt, ſubuentaneos illos partus Zephyria nominent, eo quòd verno tempore flatus illos fœcundos ex Fauonio recipere videantur. Zephyria oua concipiunt autumno*, inquit hic, *flante Auſtrino vento. Hic enim auium corpora aperit, & humectat, & fœcundat. Autumno autem abundat in eis ſicca ventoſitas. Alia verò oua venti concipiunt vere, receptione venti Auſtrini.* Hæc Albertus, & alibi, nulla nec temporis peculiaris, nec Zephyri mentione facta, cauſam adducens, cur ita conciperent, hunc ferè in modum ait. *Oua ventis in auibus concipiuntur ex vento maximè. Rara enim corpore habent, & aerea, & locum aut, per quem concipiunt, vento expoſitum. Itaque vento ad libidinem mouentur, ſicut etiam mulieres Auſtro matricem aperientes delectantur, vnde menſtruus, ſanguinis attrahitur. Fiat autem hoc frequenter in auibus propter volatum, & continuum cauda motum, propter quem attrahitur ſemen ad matricem earum.* Hactenus Albertus. Quibus certè vento quidem, ſed cuicunque eiuſmodi oua accepta ferenda esse innuit, Zephyrum tamen id potiùs præſtare minimè negat. Eum enim præ cæteris poro aperire conſtat, idq; alibi oſtenderat. Nec illi aduerſatur Ariſtoteles, eiuſmodi conceptum

Liuia ouũ excluſit, & quid portẽdat.

Tyberius fuit ſalax.

Luxurioſi qui putentur.

Galli ſalaciores qui. k l. 9. c. 49.

l lib. 9.

Salacis Galli ſigna.

Gallinæ ſalaces.

m In Arist.

Coeundi modus.

n lib. 5 hiſt. cap. 2.

Cur ſe Gallina poſt coitum excutiat.

Salacitas nimia vt corrigatur.

Remedium contra coitum.

Gallinæ quot modis pariant.

Oua ſubuẽtanea quæ.

Equæ ex vento concipiunt.

Oua Zephyri.

Zephyrus ad ouorum conceptionẽ facit.

nulla facta venti mentione materiæ excremẽtitiæ acceptũ referens, vbi causã reddit, quòd vncæ subuentanea non pariant: *subuentanea*, inquiens, *conceptus in ijs fiunt auibus, quæ nõ volaces sunt, vt vnca, sed multipara* (tales autem Gallinæ sunt) *quod excremento ipsæ abũdant: vnctis in alas, & pẽnas id vertitur, corpusq; exiguum calidũ, & siccũ habetur. Decessus autem menstruorum, & gentiuræ excrementum sunt.* Et paulò post, *Fiunt subuentanea ouа, quoniã materia seminalis in fœmina est, nec menstruorum discessio fit auibus, vt viuiparis sanguine præditis. Volacibus autem non gignuntur, scilicet eadem causa, qua neque multa ab ijs ipsis generantur. Vncunguibus. n. parum excrementi inest, & marẽ desiderant ad excremẽti cõmotionem.* Etenim cũ ex materiæ abũdantia hypenemia oua generari etiã ex propria sententia hìc dicat, non est quòd priùs allata eius verba nobis negociũ facessant. Ea enim nominis etymũ tantũ testantur. Itaq; illic causam efficientẽ, hìc materialẽ assignat. Haud improbo etiã Plinij sententiã, qui mutua inter se libidinis imaginatione oua talia cõcipere dixit. Omnino etenim verisimile est, seminalis materiæ redundantiã ingentẽ pruritum, ac titilationẽ in partibus genitalibus excitare, vnde postmodũ sese concepisse imaginentur, maximè si altera fœmella, vt quandoq; fit, alteram ineat. Quod verò Plinius addit & puluere conspersa id, vt videtur, ex Græco aliquo authore mutuatus est. Græci quidem ἀφλὼ tùm puluerẽ vocant, tũ tactum, tùm contrectationem. Cũ verò & Gallinę eiusmodi oua manu contrectatæ, teste Aristotele & *o* Oppiano pariant, dubitandum videretur, nunquid Plinius in translatione illius dictionis hallucinatus fuerit. Attamẽ cũ contra afferri possit, ἀφλὼ nõ simpliciter puluerem, sed illũ præcipuè, quo palestritæ post vnctionẽ inspergebãtur, significare, vt Budæus annotauit: & cũ pulueratrice sint Gallinæ, & puluerationem quoq; contrectationem quædã, & affricationem sit: hoc quoq; modo sterilia huiusmodi oua ab eis concipi posse sit verisimile. Erant Aristotelis ævo, qui eiusmodi oua reliquias partus esse crederent; quas coitus fecerit; sed hos ille hallucinari ex eo ostendit, quod multæ Gallinæ iuuẽcæ nũquam Gallũ expertæ oua pariant. Eiusmodi oua, etsi aliqui omnes partes videantur habere, inanimata esse, & ad generationẽ inepta, & dicit *p* Aristoteles, & experiẽtia quotidiana obseruamus, quoniam principio carent, quòd à maris semine affertur. Reddi tamen fœcunda posse alibi docet, si Gallina, quæ ea iam cõcepit, coeat nondũ mutato ouo ex luteo in albũ. At si iam candidũ acceperunt humorem, fieri nõ posse, vt in fœcunda mutentur. Verum eiusmodi doctrina ipsi Aristoteli videtur aduersari, quoniam si ex albumine, vt ipsi alibi docet, & experientia comprobat, pullus generetur, cur non pòst superueniens Gallus id viuificum reddat, quando ipsum luteum ambit? Facilius enim albumini quàm luteo commisceri posse quis non videt? Quod si iam membranam vtrumq; ambisse, semenq; iniectum per eam excludi obijcias, id nihil obesse ex eodẽ Aristotele rursus probo, qui oua piscium iam exclusa etiam, post à mare iniecto super ea semine fœcũda reddi asserit: &, vt de Gallina dicamus, Albertus author est, semen Galli, quando in matrice ouum venti reperit, aliqua ex parte, aut etiam omnino præter testam, & pellem completum, huic non coniungi tantùm, sed totum ouum etiam fœcundum reddere. Quod fortè pòst videns longè aliter decet *q* Aristoteles, dũ auẽ, quæ ouũ coitu conceptum gerit, si cũ alio mare coierit, simile eius, quo cũ postea coiuit omne pullorum genus excludere statuit, ideoq; nõnullos, qui, vt Gallinæ generosæ procreentur, operam dant, ita mutatis admissarijs facere, *tanquam maris semen*, inquit, *sua facultate materiam contentam in fœmina qualitate tantum efficiat, non etiam misceatur, constitutionemq; subeat.* Quibus verbis apertè concludit, ex ouis conceptis posterioris coitus specimẽ præ se ferre, sed de luteo nõ meminit. Nam si semen vitæ primordia albumini subministrare debeat, necessario etiã ei cõmisceri necesse erat, quod Albertus fœminæ sperma vlmatricis, ac testium ad oui substantiam attractum vocare non est veritus. Cæterùm, quæ coiuit Gallina, vel alia quæuis volucris ouũ concipit superiùs ad septum transuersum: vbi primo minutum, & candidum cernitur, vt Aristoteles alibi tradit, mox rubrũ cruentumq;, deinde increscens luteum, & flauum efficitur totum: iam amplius auctum discernitur, ita vt intus pars lutea, sit foris candida ambiat? vbi perfectum est, absoluitur, atq; exit putamine, dum paritur, molli, sed protinus durescente, quibuscumq; emergit portionibus, nisi vitio vuluæ defecerit. Atq; istæc est doctrina Aristotelica, sed mirum quod vteri nonmeminerit, in quo tamen ouum perficitur, etsi extra cum primò propriæ substantiæ habeat rudimenta, sed formam absolutissimam in eo recipit. Locus itaque inchoationis, quæ ab Aristotelis interprete conceptio dicitur, est ventris inferioris superior, ac media pars ad septum transuersum. Dixit eum, *fœminæ concipiunt ouа ad septum transuersum.* Hoc autem addimus nos ex anatomica inspectione esse supra ipsam spinam ad diuaricationem vasorum, quæ in crura descendunt. Locus

Plinij opinio de ouis subuentaneis.

Ἀφλὼ Græcis quid.

o In Ixeu.

Oua subuentanea inepta generationi. p l. 2. de Gener. c. 3.

Oua subuentanea quomodo fœcũda reddantur.

q l. 1. de Gener. c. 20.

Ouum vbi concipiatur

Conceptio quid Gaza.

verò

verò perfectionis est ipse vterus, cuius forma, vt diximus, plurimùm differt ab vtero viuiparorũ. Seminis situm in albumine potiùs, quam in vitello esse, ex r Philosopho etiam manifestò colligitur, cùm principiũ genitale maris in ouo ea parte fecerni scribat, qua ouum vtero adhæret. Nemo enim vitellum vtero adhærere dicat, cùm id ab albumine ambiatur, vt paulò antè ex ipso Aristotele diximus. Cùm verò eiusmodi ouorum conceptio admirandum sanè naturæ artificium demonstret, adeo vt nisi quis ipse speculetur, vix mente id concipere queat, quomodo oua, vt diximus sub septo concepta extra vterum in hunc decidant, augeantur, ac perfecta euadant: itaq; communis studiosorum vtilitatis causa aliquot Gallinas Excellentiss. D. M. Antonio Vlmo secandas exhibui, qui quinque hisce iconibus totum eiusmodi negocium clarissimè speculandum omnibus proposuit. Prior icon.

r lib. 3. de Generat.



A A. Oua septo transuerso subnexa.
B B. Principium intestini vterini oua à spina decidua primò excipiens.
C C. Primi vteri ipsius extensi loculi, in quibus ouum paulò post magnitudinem suã cõsequuturum albuginis, à crocco secretionem subit.
D D. Secundi, in quo plenè à luteo albumine separato iustam ouum acquirit molem.
E E. Tertia vteri cellula, in qua testa oui duritiem acquirit.
H H. Orificium vulvæ extremum patulum, per quod ouo perfecto exitus.
F. Oris rima.
G. Inuersorũ orificij labrorum rugæ, ac plicæ in orbem musculi ductæ, quæ sphincteris officio funguntur.
I I. Septum transuersum.
K. Venticulus.

Ouorum sub septo conceptorum magnitudinem, & locum, per quem in vterum descendunt, item in quo luteum ab albumine ambitur, nec non etiam vbi testæ duritiem acquirunt, alioſq; demonstrat locos generationi destinatos, quos simul omnes ex appositis literis disces. Alteræ tres subsequentes istæ ferè omnia, sed dilucidiùs ostendũt, nempe qua magnitudine oua à septo in matricem descendant, nec non & vteri protensionẽ. Vltima solius vteri figura est, demonstratq; vtrunque eius orificium, per quod scilicet oua sub septo contenta recipiat, item per quod ea postremò excludat. Sed vt ad semen Galli reuertamur, principium nempe ouorum generationis, id nostræ mulierculæ gallaturam dicunt, Aristoteles sperma, non autem χάλαξαν, seu χαλάζιον, quasi aquæ guttam dicas in aqua congelatam, pro qua voce Theodorus Gaza grandinem vertit: est autem duplex secundum Aristotelem, vna, quæ parti inferiori oui est iniecta, maior & ad solem obtegente manu apparet extra putamen: altera quæ parte superiori hæret, non cernitur nisi fracto putamine, & iniecta parte lutei infra. Hanc autem Aristoteles mihi conferre putat ad generationem: quæ res veritati refragari videtur, cùm oua quæ ea carent, omnia infæcunda sint, quare ego eam cum spermate eandem esse credo. Pro cuius conseruatione natura admodum solicita fuit, oui testam ab ea parte, vbi id continetur duriorem generans: ea autem acuta est, postremò etiam exit. Quod enim adhæret id postremò exire conuenit, vt citato paulò antè Aristoteles loco docet, cùm & alibi monstrasset, luteum mediam oui partem occupasse. Si quis, inquiens, *rupto putamine oua plana in patinam exercita exequit igne molli, & continente,*

Gallarum Sperma. Grando.



a. Initium diuaricatæ magnæ venæ, ſuper quam oua concipiuntur ipſa nutrientem.
AA. Rami venæ cauæ vtrinque ad crura diſtributæ.
BB. Rami delapſi ad reliquum ventrem inferiorem.
D. Inteſtina.
E. Vterus protenſus.
F. Spina dorſi.
G. Exitus inteſtini.
H. Vteri os externum.



A. Vuluæ os.
B. Exitus inteſtini.
CCC. Vteri capacitas, idemque protenſus.
D. Meſareon vteri.
E. Meſenterium inteſtini.
FF. Inteſtina.
GG. Oua ſub ſepto tranſuerſo concepta.
H. Septum tranſuerſum.

A. Ouum



A. Ouum ad *primedium vteri albumine, & vitello diſtinctum cortice necdum* indurato.
FF. Inteſtinum.
DDD. Vterus protenſus.
E. Ouum extra vterum ſub ſepto tranſuerſo hærens.
C. Vteri ſuprema pars quo hiat in oua ſepto tranſuerſo adhærentia.
G. Vteri orificium.
H. Anus.



A. Os vteri.
B. Vteri corpus ouum duro putamine tectum habens.
C. Vteri protensi pars capacitati eiusdem proxima, substantia albicante, pauciori-bus venis referta.
D. Vteri pars tertia crassior, rubicundior, venis plurimis intertexta.
EE. *Mæsareon Vteri.*
F. Pars superna vteri protensi prætenuis, hians ad loca ouorum sub septo transuerso.
GG. Oua sub septo transuerso concepta.
ɣɣ. Oua tenella venulis distincta.
AA. Pedunculus, quo ouum spinæ hæret.

nente, vitelli omnes in medium coeunt: albumina autem circundant, & se in oras constituunt.

Vitellus propria tunica ambitur.

Albertus, atq; ipsemet Aristoteles sanè nostrā opinionē non parum tueri videntur, cum vitellum ab albumine tunica propria seperari tradat, & versus partes naturales pulli situm, & à spiritualibus eius remotum. Spiritualia autē ex maris semine sunt. Si ergo à spiritualibus vitellus separatus est, semine expertem esse necesse est. Sūt autē oui tunicę tres, eiusdē authoribus, vna vitellum continens, secunda albumen, quę est tanquam pia mater: tertia testæ adhærens, tanquā dura meninx. Prima tunica intra testā oui substantiā à testa defendit: secunda, quæ mollior est, & albumen continet in pulli generatione secundarū loco est & pullum complectitur: tertia vitellum ambit. Inter primam, & secundā humor quidam crudus nascitur, qui excernitur, dum formatur pullus: Alibi ēt Albertus apertissimis verbis, seminis sitū pertingere scribit per totū albumē, vsq; ad vitellū, huicq; versus partem acutiorem oui infigi, idq; ego in sectione oui vnum diem incubari obseruaui. Deniq; ipsemet iterum Aristoteles incœpta oua, si adhuc paruis coitus defierit, nō accrescere testatur, sed si continuetur, cętera incremento augeri, iustamq; magnitudinē implere. Oua autē dū adhuc parua sunt, lutea esse ex eodē diximus, & in sectione etiā videmus. Sed quęret forsan aliquis quomodo cū cętera animalia per vmbilicum cibū capiant, oua nutriātur; nō enim vermīū modo per se incremētū recipere verisimile est. Id apertè docet Aristoteles fieri per mēbranam mollē, quæ postea testa efficitur: perfecto enim ouo, durum ac rigidū euadit, ita modicè, vt exeat adhuc molle, siquidē dolorem moueret, si ita exiret. Egressū statim refrigeratū durat, euaporato humore quā primū, qui exiguus est, relictaq; portione terrena. Huius itaq; mēbranę particula quędā vmbilicaris, in parte acuta principiū cōtinet, tenditq; paruas adhuc velut fistula: quod in ejectitijs inchoatis ouis patet. Nā si auis madefacta, aut alia causa inalgescens ejecit, curuentus adhuc cernitur cōceptus, habensq; sibi annexā appendiculā vmbilicarē, quæ ouo amplius increscente obtenditur latius, atq; minuitur, perfectoq; mucro exitum cōpler, membrana interior sub hoc vmbilico est, quæ vitellum, albumēq; ab eo disterminet. Vbi iā ad consumationē ventum est, ouum absoluitur totū, & vmbilicis ratio non insuper apparet: extremum enim vltimum eius est. Partus ouorum contrà atq; animal euenit. Animal enim versum in caput, suumq; principium nascitur: at ouum quasi in pedes cōuersum exit. Cuius rei causa, vt diximus, est, quòd ouū ea parte, qua principū cōtinetur, adhęret. Ex quibus habemus, quomodo ouū incrementū sumit, ac perfectum excluditur: at quot diebus perficiatur, nondū diximus; hoc alibi etiā Philosophus docet, & Plinius cōfirmat decima nempe à coitu die magna ex parte. Sed quęrēdū est quāto tempore subuentaneū ouū matureſcat. Hoc enim, quod sciā, veterū nemo tradidit. Videtur aūt tardius debere perfici propter caloris penuriam, qui in spermate est. Sperma autem perficit ouum vsq; ad exitū, quod inde patet, si frangantur ouū perfectum: inuenitur id triplici differēria dictum. Colore enim album est, vtpote purioris substantiæ, & substantia densius quā reliquum albumen, vt firmius retineat colorem formātem, ne facilè exhaleт. Cæterū, vt verisimile est ouū subuentaneū tardiùs quā ex coitu tactū perfici, ita me nescire fateor temporis quantitatem, ac differentiā, quā alius quispiam obseruare poterit, mihi id quæsiuisse tantùm sufficiat: Iam verò circa pulli generationis principium Aristoteles à priscorum Græcorū opinione prorsus recedit. Existimabant autem illi, vt Almæonis Crotoniatis, quem citat ipse Aristoteles, & Hippocratis medicorum principis exemplo probari potest, pullum ex vitello constare, nutriri verò ex albumine, *in ouo*, inquit, *s* Hippocrates, *pelliculæ ex vmbilico tensa sunt, & reliqua, quæ de puero dicta sunt, sic se habere in ouo volucris reperies ab initio ad finem.* Et rursus: *Volucris in ouis luteo nascitur, hoc modo. Incubante matre ouum calescit, & quod in ouo inest, à matre mouetur: Calescens autem id quod in ouo est, spiritum habet, & alterum frigidum abaere per ouum attrahit. Ouum enim adeo rarum est vt spiritum, qui attrahitur sufficientem ei quod intus est, transmittat, & augescit volucris in ouo, coarticulatur modo eodem, ac cōmuli, vtut puer. Nascitur autem ex luteo oui volucris: alimentum verò & augmentum habet ex albo, quod in ouo est. Vbi autem defecit alimentum pullo ex ouo, nō habens ia sufficiens vnde viuat, fortiter mouetur in ouo, vberius alimentum quærens, & pelliculam circum dirumpuntur, & vbi mater sentit pullum vehementer motum, putamen excalpens ipsum excludit, atq; fieri solet in viginti diebus. Vbi enim exesa est volucris, nullos humor in ouo tela inest, qui sanè memorabilis existat. Expressus est enim in pullum.* Hæc omnia Hippocrates, quibus sanè generationis modū egregiè, vt tantum virum, quem omnes mirantur, dicebat, depingit: verùm, quod ex albumine nutriri, & ex vitello constare dicat, id offitantei fortassis fecerit: nam alioqui id contra omnium sententiam, ac quotidianam experientiam scripsit. Quòd verò contrà ex vitello nutrimentum

Vitellus semine caret.

Oui tunicæ quot, & earum officium.

Oua quomodo nutriatur.

Ouum molle cur exit.

Partus ouorum qualis.

Ouum quot diebus perficiatur.

Quanto tēpore ouum subuentaneum matureſcat.

Spermatis qualitates.

Pullus ex quo generatur.

s lib. de Natura pueri.

Hippocratis opinio de auis generatione.

Hippocratis opinio de generatione auis explosa.

capiat,

capiat, & ex albumine generetur, præterquã quod experientia id docet luculenter demõstrat: Aristoteles, atq; ex hoc potissimũ, quòd luteũ calore humescat, gelu contra coeat, & indurescat: Etenim si ex eo pullus generari debebat, incubatione indurari oportebat. Incubatio autem calefactio est, sed ne per ignis violẽtiã durescit, eodẽ teste, tantum abest, vt id incubatio præstet, quapropter cũ vel in terra, vel per incubitũ cõcoquitur, liquescit: Contrà candidum calore induratur, frigore verò magis, magisq; humescit. Quamobrem, cum ad generationem concoquitur, crassescit. Quare minimè ẽt audiendus est Cardanus, qui alas, & crura ex luteo cõstare affirmat, eo argumẽto nixus, quòd pulli, vt putat, qui ex ouo, cuius lutea duo sunt, absq; sepiente membrana quatuor alis, & totidem pedibus nascantur, quasi in eiusmodi ouis ẽt candidum copia non peccet. Cęterùm oui naturalis generatio, authore Philosopho hoc modo euenit, vt incubãte, & concoquente aue, animal ex parte oui fecerratur: natura enim simul & materia animalis, in ouo reponit, & satis sibi ad incrementum. Cùm enim auis intra se perficere nequeat, cibum vnà parit in ouo. Nam ijs quæ forma animalis nascũtur, cibus in alia corporis parte paratur, quod hac vocatur. Sed quis mihi obijciat, ipsummet *u* Aristotelẽ in assignanda generationis in Gallo materia sibi contradicere, quando alibi ita scribit. *Iam quale certo tempore, tale aliquando prodijt in eum totum, qualis postea pullus est.* Si enim totum luteum est, ex luteo pullus constet necesse est. Verùm, vt addit, tale ouum monstrificum est, & pro ostento ab auguribus habetur: innuit tamen interim, meo iudicio, quod id, quod album esse debeat, & pulli nascituri materia, à vitello ita tinctum sit, vt non videatur album ouo inesse. Quomodo verò, & quando singulæ partes in ouo generentur, & quomodo nutrimentum pullus factus assumat diligentissimè ẽt duobus potissimum locis docet. Primus locus est eodem capite, quam iam postremùm citauimus, vbi ita scribit: Principio corde constituto, & vena maiore ab eo distincta, vmbilici duo de vena eadẽ pertendunt, alter ad membranam, quæ luteũ continet: alter ad membranam, cui secundarum species est, qua animal obuolutum continetur, quæ circa testæ membranã est. Altero igitur vmbilico cibũ ex luteo assumit. Efficitur luteum copiosius: quippe quod calescens reddatur humidius. Cibum enim quoniam corpulentus est humidum esse oportet, qualis plantæ suppeditatur. Viuunt autem principiò, & quæ in ouis, & quæ in animalibus gignuntur, vita plantæ. Adhærendo enim capiunt primum, & incrementum, & alimentum. Alter vmbilicus ad secundas tendit. Ita enim in ijs, quæ ouo nascuntur, animalibus, pullum vti luteo existimandum, vti fœtus viuiparus sua parente vtitur, quandiu intra parentem continetur. Cùm enim non intra parentem nutriantur, quæ ouo proueniunt, partem eius accipiunt aliquam, habentque secum in cibo. Membrana vero exteriore nouissima sanguinolentia hæc perinde vt illa vtuntur. Simul autem & luteum, & secundas testa oui complectitur vteri proportione, perinde quasi quid vnum obductum amplectatur, fœtum, parentemque totum. Quod ita est, quoniam fœtus in vtero esse & cum parente necesse est. Itaque vterus in viuiparis in parente est, in ouiparis è diuerso fit, quasi dixeris parentem esse in vtero. Luteum enim est cibus, qui à parente præstatur. Causa est, quòd fœtus nutricatio non intra parentem est. Crescentibus vmbilicus primùm consident, qui secundis adiungitur. Hac enim pullum excludi conuenit. Reliquum lutei, & vmbilicus ad luteum pertinens post collabitur. Cibum enim habeat statim oportet, quod exclusum est. Nec enim à parente nutritur, & per se ipsum statim capere cibum non potest: quapropter luteum subit cum vmbilico, & caro adnascitur. Talis ortus eorum est, quæ ex ouis perfectis foris generantur. Hæc ille eo loco, quæ omnia ferè peculiariter in Gallina vt videtur, facto experimento hunc in modum *x* alibi reperit: Gallinis porrò tertia die, ac nocte postquam cœperit incubare, indicium præstare incipiunt. At maiorũ auium generi plus præterea temporis necesse est: minori autem minus sufficit. Effertur per id tempus luteus humor ad cauis, cumen, quà principium oui est, atqui ouum detegitur ea parte, & cor quasi punctum sanguineum in candido liquore consistit, quod punctum salit iam, & mouetur, vt animal. Tendunt ex eo meatus venales sanguiferi duo tortuosi ad tunicam ambientem vtramque, dum augetur. Membrana etiam fibris distincta sanguineis, iam album liquorem per id tempus circundat; à meatibus illi venarum oriens. Paulò autem pòst, & corpus iam pulli discernitur, exiguum admodum primùm, & candidum, conspicuum capite, & maxime oculis inflatis, quibus ita permanet diu: serò enim decrescunt oculi, & se ad ratam contrahunt proportionem. Pars autem inferior corporis, nullo membro à superiori distingui inter initia cernitur. Meatuum, quos ex corde tendere diximus, alter ad ambiendum album liquorem fertur, alter ad luteum velut vmbilicus. Origo itaq; pulli in albumine est, cibus

Ex vitello nutriri, & ex albumine constare pullos probatur. t l. 3 de gẽ. c. 1.

Luteũ oui à calore liquescere, & albumẽ indurari.

Naturalis pulli generatio.

Lac quid. u 6. Hi. c. 2

Quomodo & quando singulæ partes in ouo generẽtur.

Cibus cur prius humidus esse debeat.

a l. 6. hi. c. 3.

Cordis generatio.

Oculi.

cibus per vmbilicum ex luteo petitur. Die iam decimo pullus totus perspicuus est, & membra omnia patent. Caput grādius toto corpore est. Oculi capite grandiores hærent: qui fabis maiores per id tempus eminent nigri, nondum cum pupilla. Quibus si cutem detrahas, nihil solidi videris, sed humorem cādidum rigidumq; admodum refulgentem ad lucē, nec quicquam aliud, ita oculi, & caput. Iam verò, & viscera eo tempore patēt, & alui, intestinorumq; natura perspicua est. Venæ etiam illæ à corde proficiscentes iam sese iuxta vmbilicum constituunt. Ab ipso aūt vmbilico vena oritur duplex: altera tendens ad membranā, ambientem eam, qua pullus operitur, & eam, quæ vitellum, humoremq; interiectum continet. Dum enim pullus paulatim increscit, vitellus seorsum in duas partes secatur, quarum altera locum tenet superiorem, altera inferiorem: & medius humor candidus continetur. Nec partem inferiorem à vitello liquor deserit albus, qualis ante habebatur. Decimo die albumen exiguum iam, & lentum, crassum, pallidulum nouissimè inest. Sunt enim locata quæque hoc ordine. Prima, postremaq; ad testa oui membrana posita est, non testæ ipsius nativa, sed altera illi subiecta. Liquor in ea. Deinde pullus continetur obuolutus membrana, ne in humore maneat. Mox pullo vitellus subiacet, in quem alteram ex venis prorepere dictum est, cū altera albumen ambiens petat. Cuncta autem ambit membrana cum humore speciē saniei. Tum verò membrana alia circa ipsum fœtum, vt dictum est, ducitur arcens humorem: sub qua vitellus alia obuolutus membrana, in quem vmbilicus à corde, ac vena maiore oriens pertinet, atq; ita efficitur, ne fœtus alterutro humore attingatur. Vicesimo die iam pullus, si quis putamine fecto soliciter, mouet sese, pipitq; aliquantulum, & iam ab eo die plumescit, quoties vltra vicesimum excluso proferatur. Ita positus est, vt caput supra crus dextrum admotum ilibus, alam supra caput posita habeat. Quin etiam membrana, quæ pro secundis habetur, pòst vltimam testæ membranam, ad quam alter vmbilicus pertendit, euidens per id tempus, est, pulluſq; in eadem iā totus locatur. Et altera quoq; membrana, quæ & ipsa vicem secundarum præstat, vitellumq; ambit, ad quem alter vmbilicus procedit, latius patet. Oritur vmbilicus vterq; à corde, & vena maiore, vt dictum est. Fit autem per id tempus, vt vmbilicus aliter, qui in secundas exteriores fertur, cōpresso iam animante absoluatur: alter, qui adit vitellum, ad pulli tenue intestinum annectatur. Iam & pullum ipsum multum humoris lutei subit: atq; in eius aluo fæcis aliquid subsidit luteum. Excrementum etiam album eodem tempore pullus emittit, & in aluo quiddam album consistit. Demum vitellus paulatim absumitur totus membrorum hausti, ita vt si pullo decimo die pòst excluso rescindas aluum, nonnihil adhuc vitelli comperias. Vmbilico verò absoluitur pullus, ne quicquam præterea hauriat. Totus enim humor, qui in medio cōtinebatur, absumptus iam est. Tempore autem supra dicto pullus dormit quidem, sed non perpetuò, quippe qui excitetur interdum, & mouens se respiciat, atq; pipiat. Cor etiam eius cum vmbilico, vt spirantis refiat, & palpitat. Sed auium ortus ad hunc modum ex ouis agitur. Huc vsq; ille. Quæ quidem Plinius malè intellexisse videri potest, dum sanguineam illam guttam, quam cor esse dixit Aristoteles, & in albumine consistere, medio vitelli inesse scribat: Contradicit autem in eo non Aristoteli tantùm, ac quotidianæ experientiæ, sed sibi ipsi, dum animal ex albumine corporari dicat, principium verò vitæ, nempe cor, in vitello inesse sibi persuadeat: scribit verò in hunc modum: *Omnibus ouis medio vitelli parua inest velut sanguinea gutta, quod esse cor autem existimant, primum in omni corpore id gigni opinantes: in quo certè gutta salit, palpitatq;. Ipsum animal ex albo liquori oui corporatur. Cibus eius in luteo est. Omnibus in ius caput natus toto corpore; oculi compressi, capite maiores. Increscente pullo candor in medium vertitur, luteum circumfunditur. Vitelino die, si moueatur ouum, iam viuentis intra putamen vox auditur. Ab eodem tempore plumescit, ita positus, vt caput supra dextrum pedem habeat, dextram verò alam supra caput. Vitellus paulatim deficit.* Hactenus Plinius, Aristoteli in plurimis cōsentiens: Contra Galenus id quod in ouo primū apparet, caput pulli esse existimat. Si igitur pueri generatio in vtero eodē modo sese habeat, vt in ouo, quod doctissimis verbis docere Hippocratem medicorū coryphæū supra ostendimus, & ex sanguinea illa gutta cor generetur, quod ex palpitatione, qua solius cordis passio est, Aristoteles, Plinius; probant, & ego meis oculis vidi, nō video, quomodo Galeni doctrina defendi queat, dum iecur primū nasci putat. Quominus enim huius partes agam, mihi obstat propria obseruatio. Vt enim trinialis huius cōtrouersiæ inter medicos, ac philosophos veritatem indagarem, ex ouis duobus, & viginti, quæ Gallina incubabat, quotidiè vnum cum magna diligentia, ac curiositate secuti, & Aristoteles doctrinam veriſſimam esse reperi: sed quia istæc obseruatio, præterquā quod scitu dignissima est, & ad præteritorū explicationem apprimè idonea, & voluptatem

Pullum decima die perfectum esse. Caput. Oculi. Viscera.

Pulli in ouo positus.

Vmbilici ortus.

Plinij error

vi. de Animor.

Galeni doctrina de iecoris principio explosa.

tatem in se non mediocrem habet, placuit eam hoc loco, quo breuius fieri posſit, inferere. Secundo itaq; ab incubatu die, luteum obſeruaui deferri ad cacumen, aliquo pacto alteratum, & in medio quaſi ſubalbidum; cuius rei in primis Ariſtoteles non meminit. In aliqua verò parte albuminis, quæ pariter erat alterata, ſemen Galli apparebat, quod tres illas videbatur obtinere qualitates, quales iam antè diximus. Tertia die ablato putamine in parte oui obtuſa, vidi albumen, & reliquam ſubſtantię oui partem in ſuperiori putamine ſeparatam. Receſſerat autē albumen aliquantulum à putamine, quemadmodum fieri videmus in ouis omnibus, quæ minus recentia ſunt. Hinc Plinius ouа ſchiſta appellat tota lutea, quæ *Ouа ſchiſta quæ.*
1 tertio incubatu tolluntur. Vocat autē ſchiſta teſte Hermolao, quia diuidantur, & diſcedat vitellus à candido. Videbam item manifeſtè admodum membranas illas tres, quas ouis in eſſe ex Alberto dixi, & ex Ariſtotele etiā colligitur: neq; verū eſt, quod ſecunda earum ſit recenter genita. Si enim illud ita eſſet, minimè in ouis nondum incubatis conſpiceretur. Ineſt autem & his, vt etiam vidi, ſed albior in incubatis caloris cauſa. Eadem die vitellus videbatur verſus oui partem acutam: atq; hoc eſt, quod dicebat Philoſophus. *Effertur per id tempus luteus humor ad acumen, vbi eſt ouі principium*, nam ibi eſt maior calor, & vis ſpermatis. Apparebat etiam in albumine exiguum velut punctum ſaliens, eſtque illud quod Philoſophus cor ſtatuit. Ex eo verò euidenter admodum videbam enaſci venæ trunculum, & ab hoc duos alios ramulos proficiſci, qui meatus illi fuerint ſanguiferi, quos ad
2 vtranque tunicam ambientem vitellum, & albumen protendi ille dixerat. Sum autem omnino eius ſententiæ, vt eiuſmodi vias credam eſſe venoſas, ac pulſatiles, ſanguinemque in ijs contineri puriorem, principalium membrorum generationi, iecoris nempe, & pulmonis, ſimiliumque idoneum: adeo vt rectè dixerit Philoſophus, *tertia die ſigna apparere an ouа fœcunda ſint futura:* licet eiuſmodi obſeruatio in maiorem auium, vtpote Cycnorum, Anſerum, ac id genus aliarum ouis locum minimè habeat. In eiuſmodi enim, vt idem Philoſophus teſtis eſt, paulò tardiùs ea ſigna apparent. Quarta die bina videbantur puncta, & quodlibet eorum ſeſe mouebat: quæ haud dubio cor, & iecur fuerint, quæ viſcera in ouis triduo incubatus 2 idem dixit. Apparebant item duo alia puncta nigricantia, nempe oculi: & iam luteum manifeſtè ad acutam oui partem, vbi maior calor eſt, & ſper-
3 matis vis ſeſe receperat. Trahitur autem à ſpermate illud pro carnis generatione, vt in omnibus animantibus fit, quæ ſibi ſimile generant. Quinta die non ampliùs punctum illud, quod cor eſſe diximus, extra videbatur moueri, ſed obtegi, ac cooperiri, & duo illi meatus venoſi euidentiores conſpiciebantur, alter vero maior altero: nec verùm eſt quod Albertus ſcripſit, apparere in tunica illa, quæ albumen includit: niſi fortè id de tertia tunica, ſeu ſecundina dixerit, cui euidenter venæ inſunt, nam alioqui illa nullius venæ veſtigium inerat. Harum venarum inſita vi reliqua albuminis portio quaſi in palearem colorem immutatus. Videbantur etiam ramuli ad locum tendere, in quo caput formatur, eo ſcilicet puriorem materiam, à quà caput, ac in eo cerebrum fiat, vnà cum virtute formatrice deferentes. Erat autem capitis fabrica valde rudis adhuc ac informis: oculi verò conſpectiores, atque erui quaſi magnitudine. Sequenti dein die ablato ſuperiori partis obtuſę putamine, ciectiſq; duabus prioribus tunicis, tertia euidenter cernebatur venulis referta: de hac lo-
4 cutum fuiſſe Philoſophum arbitror, cùm inquit: *Membrana etiam fibris diſtincta ſanguineis:* atque hæc meo iudicio ſecundina dici poſtea. Dein inter hanc, & quartam membranam, quę fœtum inuoluebat, humor erat aquoſus; quem autumo ſeroſam albuminis partem eſſe, quæ poſt natum fœtum ſupereſt, tanquam ad generationem inepta. Eam verò membranam inuenire videtur Ariſtoteles à meatibus illis venarum ortū ducere, quatenus ſcilicet, vt fibrarum à venoſo illo meatu ortarum in palearem, vel ſanguineum colorem immutatur. Cernebatur deinde totus fœtus moueri, & oculi iam maiores erant, quàm in præterea die: at partes inferiores, thorax nempe, venter, & pedes, erant valdè imperfectæ, nec di-
5 ſcerni adhuc poterant, & roſtrum erat mucoſum: vt rectè dixerit Ariſtoteles: *pars inferior corporis nullo membro, à ſuperiori diſtingui inter initia cernitur.* Caput denique tota inferiori corporis parte maius erat. Septima die aperta quarta tunica fœtum conſpeximus paruum adhuc, ac indiſtinctū cum oculis tamen magnis, tripliciq; in illis humore, cryſtallino nempe, vitreo, & aqueo. Aperto capite iam cerebrum apertè cernebatur, minus verò reliquæ partes. Vnde dicebat Philoſophus. *Paulò pòſt* (intelligit meo iudicio diem quintam vſq; ad nonam incluſiuè) *& corpus tam pullis diſcernitur, exiguum admodum primum, & candidum, conſpicuum capite, & maximè oculis inflatis, quibus ita permanet diù, vt nos conſpeximus: & ſerò*, inquit,

Qua die fœcunditatis ſigna appareant.

2 lib. 3. de Gen. c. 4.

Secundina quæ in ouis dicatur.

decreſcunt oculi, & ſe ad ratam proportionẽ contrahunt; quod quidem veriſſimum eſt id quidem in quartadecima, aut quintadecima die aliquantum reſident diminuti propter caloris digeſtionem. Octaua rurſus die oculi maiores adhuc videbantur, vtpote ciceris fermè magnitudine. Totum corpus tunc ſeſe velociter mouebat, & iam crura, & alæ diſtinctè cerni incipiebant. Roſtrũ tamen interim muccoſum adhuc erat. Sed fortè quiſpiam quęrat, cur prius ſuperiores, quàm inferiores partes in eiuſmodi formatione appareãt: cui reſponsũ velim, virtutem, ſeu facultatem formatricem in ſuperioribus magis quàm in inferioribus vigere, quod ſpiritales ſint, & per conſequens plus caloris obtineant. Cæterùm iſtæc omnia, quæ hac die videbam, ſequenti manifeſtiora apparebant. Decima die non ampliùs caput toto corpore maius erat, magnũ tamen, vt in infantibus ẽt videmus: magnitudinis autem cauſa eſt humidiſſima cerebri conſtitutio. Quod verò Ariſtoteles dicit *oculo fabis maiore eſſe*, id profectò minimè verùm eſt, ſi de vulgaribus noſtris fabis locutus fuerit, cũ alioqui erui vel ciceris albi magnitudinem non excederent: atque hinc etiam non abſurdè quiſpiam colligat fabas antiquorum fuiſſe rotundas, quales araci ſunt, quem ideo fabam veterum quidam exiſtimant. Neque etiam verùm eſt quod tradit, *tunc* ſcilicet *oculos pupillis adhuc carere*. Etenim hæ nõ tantùm hac die apparebant, ſed duabus etiam præcedentibus, vnà cum omnibus partibus, ac humoribus. Quod verò ait *detracta cute nihil ſolidi videri, ſed humorem tantùm candidum, rigidum, & fulgentem ad lucem, nec quicquã aliud*, id de cryſtallino humore mihi dixiſſe videtur, qui tamen haud ſolus apparebat, ſed vitreus quoque & albugineus, vnde non parũ hallucinatus videri poteſt Philoſophus, vti etiã Albertus, qui eo tempore nihil duri, & glanduloſi in ijs reperiri exiſtimat, cùm criſtallinus humor ſolidus ſit, ac quàm maximè conſpicuus. Eadem item die vidi omnia viſcera, nempe cor, iecur, pulmonem. Cor autem, & iecur erant albicantis coloris: & cordis motus non ſolùm apparebat, antequam fętũ aperirem, ſed iam ſecto etiã thorace moueri videbaturi. Erat autem pullus inuolutus quartæ illi membranæ plurimis venis refertæ, ne in humore iaceret. Cernebam etiam vaſa vmbilicalia propè anum ad vmbilicum deferri, ibiq; inſeri, vt cibum per illum ſumeret fœtus. Vidi denique, quod Ariſt. non aduertit, in dorſo propè vropygium pennarum principia nigricantia menti humani cuti non abſimilia, cui pili abraſi ſint. Die ſubſequenti hæc omnia erant manifeſtiora, & in ſuperioris roſtelli extremitate erat quid albidi, cartilagineum, & ſubduriuſculum, quod rurſus die decimatertia magis erat cõſpicuum. Erat autem rotundum milij grano haud abſimile. Sagaciſſima rerum parens natura id ibi fabricaſſe videtur, vt impediat, ne roſtello ſuo vel venulas, vel membranulas, vel alias quaſcunque tenerrimas particulas pertundat. Aiunt mulierculæ, pullos iam natos cibum capere non poſſe niſi priùs id auferatur. Decimaquarta die pullus iam totus plumeſcebat. Decimaquinta in digitis vngues albicantes apparebant. Die verò decimaſexta ouum aperire placuit in oppoſita parte, vbi natiua tunica, ſed vnica tantummodo apparebat, eaque alba. Alteram enim quam in altera parte ſemper videram, hìc obſeruare minimè datum eſt. Itaque dubitabam an ea tantùm pro albuminis tutela nata eſſet, cùm ſcilicet ouum non ſit recens, vel ad pulli defenſionem in ouo incubato. Nam indies illa magis magiſque decidere videtur, & fœtum ſequi qui ſui grauitate deorſum decidit. Ariſtoteles etiam vnicam tantùm eiuſmodi tunicam his verbis videtur innuere. *Sunt*, inquit, *quandoque locatæ ova hoc ordine, prima, poſtremaque ad teſtam cui membrana poſita eſt, non teſtæ ipſius natiua ſed altera illi ſubiecta: liquor in ea candidus eſt*, quaſi diceret, omnes partes in ouo locatæ ſunt hoc ordine: nempe prima, poſtremaque ad teſtam oui membrana poſita eſt. Intelligit meo iudicio per primam, & poſtremam membranam, eas membras recens in incubato ouo genitas, eas videlicet, quas aliquoties appellaui tertiam ſecundinam, & quartam, quam inuoluentem fœtum dixi. Nam cùm dicit teſtæ natiuam non eſſe, oſtendit nec primam, ſecundam eſſe, quæ ab altera oui parte reperitur. Videtur igitur excludere hanc natiuam ſiue primam, vel ſecundam, & intelligere tertiam, quam ſecundinã ſæpè vocaui. Cùm verò dicit, *ſed altera illi ſubiecta*, intelligit eandem ſecundinã nempe teſtæ ſubiectam, quod vel ex hoc maximè liquet, quòd candidum in ea liquorem ineſſe dicat. Is enim, vt ſuprà oſtendi, inter tertiam, & quartam continetur. Hinc manifeſto errore Sueſſanus conuincitur, qui ex Epheſio per primã interpetatur eã, quæ teſte adhæret, per poſtremã verò, quę albumini Quæ omnia à nobis obſeruata quotidie in ſequentibus diebus euidẽtiora, vtpote in perfectiſſimo pullo apparebãt. Die verò vigeſima pullus putamine à parẽte Gallina ablato hora vigeſimaſecũda ſua ſpõte exiuit. Sequens icõ oſtẽdit ſitũ perfecti iã pulli in vte-

Caput cur in infantibus magnum.

pennarum ortus.

ro. Poſt



ro. Post exclusionē reperi in putamine tunicas duas albas natiuas vnà cum duabus alijs in incubatu genitis, secundina nempe, & quæ fœtū ipsū inuoluerat, in qua excrementū adhuc inerat subalbidū Euidenter adhuc apparebat in pullo tria illa vasa vmbilicalia, duæ scilicet arteriæ, & vena vna, & orificiū vmbilici valdè erat contractum. Vena vera iecori per alium ramum, qui rectà ad illud tendebat, inseri videbatur. Mirum autē erat, quod extra id nihil lutei appareret, cum tamen in ciuitate abdominis, vbi intestina sunt, propè anū pullus per vmbilicum totū ferè id obsorbuerat, simul cū quinta tunica, quæ id inuoluerat. Tanta autem ibi lutei inerat copia, vt vix duplo plus sit in ouo nondum incubato. Arist. etiam scripsit, *decima ab ortu die, si aluus abscindatur aliquid adhuc lutei in ea conspici.* Sed consideratione in primis dignum est, quomodo eiusmodi membrana, quam vna cum vitello à pullo absumi diximus pòst eijciatur. Videtur autem dicendum, quod per eandem viam, vmbelicū videlicet, regredi debeat, vel per anum, quod potiùs credo. Tunicæ huic duo vasa implantantur, quorū vnū arteriā esse, & à corde proficisci pulsus indicat: altero vena est, deferturq; ad intestina, lutei videlicet vehiculū: Hepar erat coloris admodū lutei, fortè quod ex luteo per venas attracto nutriatur. Prætereo modo tritā illā, ideoq; otiosa potiùs, quā curiosam quæstionē, num Gallina prior ouo sit, an contrà. Constat enim Gallinā fuisse priùs ex sacris biblijs, quæ docent animalia ab initio mūdi fuisse creata: non igitur ex ouo Gallina, sed ex nihilo. Quod si verò quis obstinatiùs dicat, omnia, quæ sunt aliquando cœpisse, ideoq; ouū à natura iure priùs factum videri, quoniā quod incipit, imperfectū adhuc, & informe sit, & ad perfectionē lui per procedētis artis, & tēporis additamenta formetur. Ille facilè acquieturus est, dum ouum, cuius est, nec initium, nec finem esse sciat. Nam initiū semen est, finis auis ipsa formata ouum verò seminis digestio. Cùm igitur semen animalis sit, & ouum seminis: ouū sanè ante animal esse nō potuit. Quod si rursus oua auium seminaria esse dicat, ipsū quid semen sit ignorare dicā. Semen aūt ex Philosophorū sententia, generatio est ad eius, ex quo est, similitudinē pergens. Quomodo itaq; queat ad similitudinem rei pergi, quæ nec dum est? Sic ēt neq; semen ex eo, quod nondum subsistit, emanat. Verum de hac quæstione *a* Plutarchum, *b* Macrobium tector consulere poterit, qui exactè ea tractant. Nobis enim diutius ei immorari & locus, & tempus prohibent. Pariunt Gallinæ, Perdicesq; oua complura, vt Arist. tradidit, & Plinius ex eo repetijt, & quotidiana experientia docet, aliæ tamen alijs plura pro ætatis ratione: iuuencæ enim, teste *c* Plinio plura, quam veteres, sed minora, & in eodem fœtu prima ac nouissima pariunt. Quare Varro anniculas ad partum, aut bimas appositissimas dicebat. Confecta verò bruma parere ferè incipiunt atq; earū, quæ sunt fœcundissimæ locis tepidioribus circa calendas Ianuarias, frigidis eodē mense post idus. Coeunt autem, & pariunt omnibus anni tēporibus, exceptis brumalibus diebus, teste Arist. qui tamen alibi binos brumales menses excipit, quā postremam sententiā Plinius sequutus est, & experientia comprobat. Pariunt tamen nonnullæ & his diebus, sed rarò. Sunt quę tam multa pariant, vt id bis etiam die faciant. Sed tales, teste Arist. citò pereunt. Hyperinæ enim, id est, exhaustæ, effœtæq; & aues, & plātæ fiunt. Optima fætura est, quæ ante vernum ęquinoctium æditur. Post solstitiū nata non implent magnitudinē iustam, tantoq; minùs quantò seriùs prouenere. Vnde dicebat M. Varro: Aiunt optimum esse partum æquinoctio verno, aut autumnali. Itaq; quæ antè, aut postea nata sunt, & ēt prima eo tēpore, non supponenda. Sed de differentijs partus suprà diximus. Parituram sese Gallina clamore prodit, eodemq; peperisse se testatur, quod si impediatur, mox tamen sibi relicta cantum absoluit: eiusmodi cantū Columella singulum appellasse videri potest, dum ait: *Parituras se Gallinæ testantur crebris singultibus interiecta voce acuta.* Sunt qui dolore eas, cùm pariunt, arbitrātur. Ambrosius Nolanus quærens cur solæ Gallinæ parto ouo gracillent, siue cantent: An quia, inquit, tum maximè dolent, non eò quod exiens ouū lesit, sed quoniam locus vacuus factus aerē suscepit frigidum, quo pacto, & lotium facientibus dum vesica inanita est, aerē, capiens dolorē mouet quendā. Verū nunquid ob ingressū in vuluā aerem doleant, si modò verū est, quod doleant, alijs dijudicandū reliquo. Profectò parere eas sine dolore ex Arist. colligitur, dum, vt antea quoq; diximus, testam membranā mollem

An Gallina prior, vel posterior.

Ouum non esse semen.

Semē quod

a Sympos. 2

b Satur. 7.

Quot oua pariāt Gallinæ, & quæ plura.

c l. 20. cap. 33.

Optima fœtura.

Parituram quomodo cognoscatur.

Singultus Gallinæ quid.

An cū dolore pariāt.

fuisse scribat ante partum. *Testa*, inquit, *membrana mollis fuit. Id enim quod testa futurum est, perfecto ouo, durum ac rigidũ ita modicè euadit, vt exeat adhuc molle. Dolorem enim moueret, nisi ita esset. Egressum statim refrigeratum duratur, euaporato humore quamprimum, qui exigunt imell, reliq; portione terrena.* Nec obstat, quod aliquando visa fuerint oua cruore suffusa, quale mihi allatum fuit vt XVI. Kal. Maij domi meæ natum, cuius putamen totum erat punctis, & maculis, & lineolis sanguineis truentatum, non enim id ex vteri læsione fieri putarim, sed potiùs ob diapedesim, seu transudationẽ copiosioris sanguinis, quo venas vteri plus æquo aliquando turgere contingit. *d* Oppianus scribit facilius parere, si festucam è terra ore apprehensam dorso imposuerint: sed credere illi sine superstitione hac in re non possum: scio tamen Gallinas parientes eiusmodi festucas sæpè ore contrectare, pericarphismumq; Plutarcho dici, cùm Gallinæ, vt scribit Theophrastus, quod Aristoteles etiam posuit, & est à Plinio repetitum, ædito ouo, ceu religione quadam sese, & oua lustrans; Illud etiam admirandum videtur, cur noctu tenera pariant, eademq; nisi ad magnam vsq; diei partem completa, ac dura. Sed hoc rursus admirabilius, quod quæ aliàs tenera erãt æduturæ, dura pariuriant, si aliquas horas antelucanas viderint lucernæ lumen, ita vt sub ortum Solis cogantur, ea parere pauculo salæ suppositio, quo ingenio vtuntur gulæ magistri, dum oua recẽtissima sorbenda parãt. Causam huius rei reddere conatur *e* Ambrosius Nolanus hoc modo: quòd scilicet lumẽ ignis visum, sensumq; Gallinarũ obtenebret, ac perturbet, quamobrem velut stupidæ, & ebriæ nihil cogitant de cibo parando, quærendoq; sed potiùs sileant, cubentq; ac facillimè se & capi, & tractari sinant. Quod si verò tempore lumen absit, tum anteculanis horis surgant, sedesq; deferant, cibũ sibi quæsituræ, vnde veluti relicto officio concoquẽdi ouũ nisi post Solis ortũ durescere queat. Cõcoquere verò tũ maximè cũ nihil videt, aut visu turbantur, signũ est, quod obcæcatæ acu Gallinæ, Capiq; cæteræq; volucres mirificè pinguescãt. Solẽt in Gallinarijs alueoli lignei, siue cistulæ vimineę disponi, in quibus Gallinæ sine ouorũ detrimẽto faciliùs parturiãt. Eiusmodi cistulas ẽt vascula viminea appellant, Varro, & Colũ Gallinarũ cubilia Apuleius calatha, & lecticulas, cum ait. *Ideus fuer calathum fatus Gallinaceo distinatum angule solito collocato, ita vt fuerit tussum puero procurante Gallinæ consuetæ lecticulæ sureto cubili*, &c. Quibus verbis ẽt indicat, suo æuo eiusmodi lectos in angulis Gallinariorum solere locari, vt nostri agricolæ hodierno tẽpore adhuc ẽt faciunt. Quod verò apud veteres ẽt stramen vasculis illis imponerẽt, colligo quodq; ex *f* Iuuenale.

Grandia præterea torteq; calentia fœno
Ouа adsunt ipsis cum matribus.

Libentius verò, & commodius pariunt, cùm iam prius ouum in nido conspiciunt: quamobrem cum aliqua ouа tam propria, quàm aliena exorbent, aliquid marmor, vel simile lapidem candidum ad oui similitudinem efformatum nido imponunt. Ouum autem cùm perfectum est, & monstrositatis expers, bicolor est, forma tereti, & plenè spherali. Sed cùm in his animalibus, quorũ partus numerosus est, monstra sæpe nascantur, & præcipuè in auium genere, earumq; potissimùm in Gallinis, vt *g* Arist. docet, itaq; quàm breuiter fieri poterit, de monstrosis partubus aliquid dicamus. Eorum causam in materia esse, & putat, & probat iam citato loco Philosophus, eam autem in Gallinis magnis quàm Columbis, quarum partus tamen etiam numerosus est, abundare, non modò, quod sæpe pariant, vt illæ, verumetiam quod multos simul conceptus intra se contineant, & omnibus temporibus coeant. Hinc ẽt gemina parere plura. Cohærere enim conceptus, quoniã in propinquo alter alteri sit, quomodo interdum fructus arborum complures. Quod si vitelli distinguantur membrana, geminos pullos discretos sine vlla superuacua parte generari. Sin vitelli continuentur, nec vlla interiecta mẽbrana disterminentur, pullos ex his monstrificos prodire corpore, & capite vno, cruribus quaternis, alis totidẽ, quoniam superiora ex albumine generentur, & prius (vitellus enim eis cibus est pars a t interior postea instituatur, quãquam cibus idem, indiscretusq; suppeditetur. Albertus ẽt propter corruptionem vitelli, vnde alimentũ suppeditandum erat, pullum vult imperfectè formari, & quasdã partes in ipso non absolutas inueniri, aut simul coniunctas, vt in abortu animalis viuipari ante perfectionẽ lineamẽtorũ fœtus. Non debebant itaq; antiqui eiusmodi mõstra prodigij loco habere, si ex nimia materiæ abũdãtia nasci certũ est. Iulius Obsequẽs author est, C. Claudio, M. Perpẽna Cos. pullum Gallinaceum quadrupedem natũ esse, & prodigij loco habitum. Ego aliquot monstrorum icones suo loco exhibiturus sum. Cæterum Gallinæ nonnullæ, vt idem Arist. alibi author est, ouа mollia hoc est, sine testa pariunt vitio, quæ Albertus inter subuentanea annumerat. Nicander existimat eiusmodi ouа parere propter ictũ, vel propter multitudinem ouorũ se inuicẽ cõprimentiũ. Præterea Albertus ouũ se obseruasse tradit prorsus sphericũ

duabus

Ouа cruore suffusa quare.

Vt facilius pariant.
d In exeut.

Pericarphismus quid.
Cur noctu teneta pariant.
e Emb. 160.

Cur alueoli in Gallinarijs ponantur.
Vascula viminea.
Gallinarũ cubilia.
Catiatha.
Lecticulæ.
f Satyr. 11.

Ouum cur in nido relinquitur.
Ouũ perfectum quid.
Monstra in quibus animalibus maximè nascantur.
g l. 4. de generat.
Monstrorũ causa.
Cur Gallinæ sæpè mõstra pariãt.
Gemini pulli vt nascãtur.
Pullus Gallinaceus.
Ouа mollia, & sine testa vnde.
Ouũ sphericũ duplici testa.

duabus testis intectum, vna intra alteram, cum albumine aquoso tenui inter vtranq; absq; vllo vitello, & altero etiam albumine intra interiorem testam. Idem refert, hypenemia dari exteriori testa carẽtia, sed membranã tantũ habentia, quæ testæ subijci solet. Putat autem hoc inde fieri, quoniam talia oua humida sunt, & aquosa, & exiguo calore prædita, maximè cibo si humido Gallinæ nutriantur. Sunt qui trilecita, id est, triplicis vitelli oua reperiri dicũt, eaq; in medio testæ plerũq; cauitatem habere, vt Elluchasim sese intellexisse scribit. Ornithologus enarrat, se aliquando ouũ vidisse, cuius putamen ab altera parte extrema in angustum velut collum, instar cucurbitæ se colligebat. Mihi multa omnino sphærica visa, & 10 admodum exigua, quę ad Columbarũ oua vix accederẽt: vnũ ẽt quod adhuc in Musęo reseruo. Anserino haud minus, plicis, rugisq; insigne, quod Illustris Io. Bapt Barbazza Bononiensis mihi olim donauit. Sed videamus modo, an Gallus etiã ouum pariat. Etsi enim Aristoteles, alijq; veteres, quod sciã, nullam huius rei mentionẽ faciant, id q; ex recẽtioribus Albertus falsũ esse scribat, tamen id alios viros doctissimos non credere tantum, sed ex experientia propria id scribere video: edere autem inquiũt, cùm iam decrepitus esse incipit, ac senectute confici, idq; nonnullis septimo, nono, aut ad summũ decimoquarto ætatis anno cuenire pro virum vel robore, vel imbecillitate, aut etiã concũbendi consuetudine, qua nulli non animantiũ naturę vis deijciuntur, atq; eneruãtur: tunc scilicet ex putrefacto intus seminis excremento, aut humorum colluuie constari ouum existimant, ędiq; sub Caniculę 20 exortu, quòd tunc maximè ab ambientis calore expultrix lãguida in alite decrepita inuẽtur. Taceo modò mihi bis, teruè à viris etiam non plebeis, sed fide digniſſimis ouũ allatum quòd è Gallo natum affirmabant. Sunt qui eiusmodi oua semper rotunda, ac orbiculata esse tradunt. Mihi tamen relatum est apud Ferrãtem Imperatum Pharmacopæum Neapolitanũ in celeberrimo eius Musæo oblongũ videri. Ea verò quem hi visa sunt, erant rotunda colore modò luteo, buxeo, flauescẽte, lurido. Item vix ante octiduũ nescio quis ruptum ad me attulit, quod vitello omnino carere dixisses. Erat enim totum fermè album: inerat tamẽ quod media parte aliquo pacto flauescerer: habebat etiã quod iam quasi ad generationem vergeret. Quod verò nonnulli dicant testa carere, sed adeo duræ pellis esse, vt fortissimis ictibus resistat, id planè fabulosũ esse existimo, vti etiã quod vulgus in tota Earo- 30 opa existimat, ex eo basiliscum generari, *maximè si à rubeta, vel bufone excludatur. Leuinus Lemnius medicus præstantissimus propria* sese experientia comprobatum habere tradit, Gallum nõ edere tantùm ouum sed incubare etiam. Scribit autẽ in ciuitate Zirzæa, atq; insulæ huius ambitu duos annosos Gallos non tantùm ouis suis incubasse, verumetiã fustibus ægrè ab *illo opere abigi potuisse, atque ita, quoniam ciues eam persuasionem* concepissent ex eiusmodi ouo basiliscum emergere, ouum contersisse, & Gallum strangulasse. Verùm quicquid hic, alijq; dicant, ego ne iurantibus quidem crediderim, tantum abest vt Gallum id in fimo ponere, vt eius calore fœcundetur, aut ab incubantibus id rubetis basiliscum generari credam, vt nõnulli etiam nugati sunt. Haud interim negarim Gallũ quid ouo simile ex conglobata intus putri concretione, maximè in vtimo eius senio, cũ non amplius coit, 40 *concipere, ouum integrum vnà cum testa excludere minimè credam. Hoc enim in matrice* perfici ratio dictat. Vt autem à viro totu fætum excludi nemo dixerit, ita neq; à Gallo, qui cùm Philosophorum, tùm Medicorum dogmatibus edoctus loquitur. Vnde relictis eiusmodi nugis, cætera, quæ ad huiusce auium generis procreationem spectant, prosequamur. Supersunt modò, quæ ad incubatũ, & exclusionem pertinent. In incubatione tria maximè obseruanda sunt. Gallinarum, ouorumq; qualitas, tempus supponendi, & Gallinarij cura. Quod ad Gallinas attinet, Columella non omnibus incubationem permittendam esse asserit, quoniam nouellæ magis edendis, quam excubandis ouis idoneæ sunt. Et alibi veteranas ad eiusmodi incubationis munus obeundum eligendas præcipit. easq; maxime, quæ iam sæpius id fecerint, conandumq;, vt mores eorum maximè pernoscamus, quòd 50 *aliæ melius excubant: aliæ editos pullos commodiùs educant.* Sunt è contrario nonnullæ, quæ, & sua aliena oua frangunt, ac sæpè etiam exsorbent, quas velut omnino ineptas quamprimum ab ouis submouere conuenit. Varro etiam illas improbat, quæ rostra, & vngues acutas habent, & tales ad concipiendum potius, quàm ad incubandum commendat. Florentinus illa omnino aspernatur, quę spiculatis calcaribus non secus quã Gallinacei armantur. Item ijs oua subijci vetat, quę iam ętate florent, quòd tales plerunq; plura, quã alię pariãt, quales maximè bimæ sunt: Est tamẽ & ijs supponẽdũ, cũ ab incubãdi cupiditate, q̃ teste Columella, ferè cũ primũ partũ consũmauerint, ab idib. Ian. incipere solet prohiberi nequeunt. Nã multa pariens, & nõ incubãs frequẽter ægrotat, & moritur. Inhibetur verò

Oua sine testa.

Oua trilecitha.

Oui figuræ cucurbitæ.

Oua rotunda.

Gallus an pariat.

Gallus quando pariat.

Gallorum senium.

Basiliscum non generari ex ouo Galli.

In incubatione quid obseruandum.

Gallinæ incubationi ineptæ, & quando tamen eis oua supponẽda.

Incubandi cupid. quomodo prohibeatur.

illa cupiditas pinnula per nares traiecta,& frigidæ aspersione. Circa oua,quę supponenda sunt,duo maximè considerare oportet,qualitatē nempe,& numerum. Ne sint itaq; subuentanea,seu hypenemia,sed Gallum expertarū Gallinarū,atq; hæc recentia,plena,quæ aquæ dulci iniecta submerguntur,in quibus soli obtenti semen Galli apparet, nihil aūt vacui,& si fieri potest,vetularū potiùs quàm pullastrarū Sed in eiusmodi ouorū electione inter Plinium, & Columellam insignis est contradictio, cùm ille intra decē dies edita laudet, vetustiora, aut recentiora infœcunda existimans:hic verò,etsi quæ decē dierū sunt,infœcunda non putet,aptissima tamen ad excludendum recentissima quęq;iudicet.Sed malim ego hac in re Columellæ assentiri,eoq;magis cùm hunc sequi Albertum videam,qui etiam illud addit, oua quatriduana optima esse,minus verò probari infra aut supra hoc tempus nata:sed hæc Alberti determinatio quodam modo Columellæ aduersatur, qui dum recentissima,vt dixi, laudat, eò oua incubationi aptiora innuere videtur, quo ortui suo primiora existunt: quinimo obseruari vult, dum eduntur, ac signo aliquo notari,vt, quantò priùs fieri possit, glocientibus supponantur, cæteraq; vel reponantur, vel ære permutentur. Super quare inquisitæ à me nostræ mulierculæ,Alberti potius,quam Columellę præceptū sequēdum prædicant,quia inquiunt recentia vnius diei,vel etiā duorum suppositа irrita,& putrida fiunt. Verum etsi quandoq; oua omnibus iam dictis bonitatis signis prędita sint,fit tamen vt nonnunquam minimè fœtum excludant idque vel incubantis,vel quę ea ędidit Gallinę culpa. Eorum enim quæ pariunt nonnulla quandoq; infœcunda sunt,quamuis ex coitu conceperint, quod inde colligimus, quia nullus ex ijs prouenit fœtus, sicet diligentissimè incubatu foueantur. Sunt verò potissimū sterilia,vel quia subuentanea sunt,vel alias ob causas,quas ad quatuor hasce Albertus redigit.Primò propter corruptum albumen,ex quo partes pulli formari debebant.Secundò propter vitelli corruptionem,vnde suppeditandum erat alimentum, nam sic pullus imperfectè formatur, & partes quædam in ipso absolutæ non inueniuntur, & non coniunctæ, sicut in abortu animalis viuipari ante perfectionē lineamentorum fœtus. Albumine verò corrupto, nihil omnino per totam incubationē formatur,sed ouum totum marcidū euadit,& fœtidū,vti sanies corrumpitur in apostemate. Tertiò contingit ouū vitiari membranarum,& fibrarum,quę per albumen tendunt,culpa:Nā corrupta tunica, quæ continet vitellum, humor vitellinis effluit, & confunditur cum albumine;itaque impeditur oui fœcunditas. Corruptis verò fibris, corrumpuntur,& venæ,& nerui pulli, impeditur eius nutrito, compago destructis ligamentis dissoluitur, & læsis neruis sensus amittitur. Quartò propter vetustatē, exhalante spiritu,in quo est virtus formatiua : vnde vitellus pondere suo penetrat albumen,& ad testam fertur in eam partem,cui incumbit ouum. Hisce igitur quatuor modis oua infęcunda fieri cōtingit.In secundo quidē modo,vt hoc iterum repetamus,aliquando accidit,quod humoribus corruptis partes igneę combustæ ferantur ad putamen,vnde ouum in tenebris lucet, quemadmodum truncus arboris putrefactæ,cuiusmodi ouum sibi visum in regione Corascena Auicenna testatur. Sunt & alij fortè corruptionis ouorum modi,sed qui sub iā dictis facilè cōprehendi possūt. *Depranantur*, inquit *h* Aristoteles, *oua & fiunt, quæ vrina appellantur, tempore potius calido, tdq; ratione. Vt enim vina temporibus caloris coalescunt face subuersa: hoc enim causæ est, quod depranentur: sic oua pareunt vitella corrupto. Id enim in vtrusq; terrena portio est. Quamobrem & vinum obturbatur face permixta, & ouum vitello diffuso. Multiparis igitur hoc accidit merito, cum non facilè omnibus calor conueniens reddi possit, sed alijs deficiat, alijs superet, & quasi putrefaciendo obturbet*. Hæc ille: quæ verò vrina vocat, Plinius alijs cynosura vocari scribit, fortè quòd æstate, vt diximus,& sub cane magis vrina fiant:quia ēt canicularia dicuntur. Cælius ὄρια oua (modò ὄρια eadem sint,vt videtur,cum vrinis) quasi fluctuosa dici putat:nam ὄρος,inquit, ventum dicunt: quo argumento etiam ab Homero multos dici ὠρίους coniectant periti,& recenset Eustathius διὰ τὸ ὄγονον, id est,ob insitam non gignendi proprietatē, quòd eorū semen sit ἀπεμαῖον, id est spiritosum,& proinde fœcūditatis nesciū:& rursus,vbi quęrit, vnde eiusmodi oua fluitēt? Ratio, inquit,erui illinc potest,quòd aquescant,ac spiritus contabescētia cōcipiant plurimū:qua ratione colligitur & illud,cur in aqua pereūtes,primò quidem impetere: mox vbi cōputrescere cœperint, emergere, ac fluitare soleant. Etsi tamē spiritu ita intus concepto a quæ innatantia putredinē suā testentur eiusce modi oua, ac proinde infęcunditatem,nō ergo subuētanea seu hypenemia sunt,vt Calepinus perperam exponit, nā hypenemia sine Galli congressu Gallinæ pariunt, sed ita fiunt iam dictas ob causas, quibus demum addere potes, quando ab incubante Gallina relinquuntur, atq; hinc fortè Florentinus, qua die subditurus es oua, non vnam tantùm Gallinam, sed tres,

quatuorue

Quid circa oua considerandū.

Controuersia inter Plinium & Columellam.

Ouafœcunda cur aliquando pullos non edant.

Oua cur sterilia.

Oua vrina quæ.

h lib. 3. de Gen. c. 2.

Vinum vt corrūpatur.

Cynosura oua quæ.

Oupia.

Canicularia oua.

Oupos quid.

Submersi primò fundū petunt, ac postea natant, & cur.

Calepini error.

quatuorue ſuperponi præcipit. Sed quærat modò hìc quiſpiã, qua ratione cognoſcatur, ſi quid ex illis naſciturũ ſit. Certa quidem illius indicia ſtatuere difficillimum eſſe puto. Tradit tamẽ Albertus oua incubationi idonea quarto die ſanguineas habere venas: eo itaque tempore ad ſolis radios examinari poſſunt, & in quibus venæ apparent, rurſus ſupponi, alia minimè. Videat autem, quiſquis introſpexerit, ſi eadem die in acutiore parte clara appareant, hoc eſt, vt Plinius loquitur, *cùm purus, & vniuſmodi pelluceat color* nam talia ad generationem inepta ſunt, itẽ in quibus Galli ſemen tunc non apparet, teſte Varrone, Albertus ſeptimo rurſus die inſpici iubet & ſi quid eſt, quod Soli obtentũ non videatur alteratũ, 10 abijci, ceu ſubuentaneum, & inutile. Sed in eiuſmodi exploratione ouorũ obſeruandũ maximè eſt, vt caueat inſpector ſummoperè, ne cõcutiantur. *Concutit enim*, vt Plinij verbis vtar, *experimento vetant, quoniam non gignant confuſis vitalibus ventis.* Sciendum ẽt tot denuò ſubſtituti poſſe, quot pro infœcundis reiecta fuerint. Reijciantur deniq; omnino hypenemia, nã quamuis partes videantur habere omnes, tamen principio carent, quod à maris ſemine affertur: quapropter animata non ſunt, vt dilucidè Ariſtoteles docet: qui ẽt tria potiſſimùm aliàs indicia adducit, quibus huiuſmodi oua ex alijs diſtinguas. Ait enim alijs minora eſſe, & plura numero gigni, ob vnã eandemq; cauſam. Rario eſt, quia cùm imperfecta ſint, minus augentur, & quia minus augẽtur, plura numero exiſtunt. Deniq; minus eſſe ſuauia, quia minus concocta. Nam concoctũ in quouis genere ſuauius eſt. Ne itaq; qui oua ſuppoſiturus, à 20 venditoribus decipiatur, qui ſæpe ſubuentanea pro fœcundis ignaræ plebeculæ venditant, fugiat parua, & quorũ magnam haberi copiã videt, eligat maiora, eorumq; aliquo primò veſcatur, vt ex dulci ſapore cętera feminis participia diuinet. Collectis modò ouis fœcundis, eorũ numeri etiã ratio habẽda eſt, ſi veteribus credimus. Quotquot enim de agricultura ſcripſerunt, ferè omnes impari numero ſubijci iubent, idq; hodie neſcio quàm verè mulierculæ noſtræ obſeruant. Nam reuera res nõ videtur ſuperſtitione carere, niſi Pythagoræ fortè dogmata ſapere dicamus, qui ſummum bonum in numero impari ponebat. Variant verò eiuſmodi numerũ cùm pro vniuſcuiuſq; Gallinæ natura, tũ ẽt pro diuerſitate temporis anni. Si Gallina fœcunda eſt, Florentinus nõ plura, quã viginti tria ſupponi iubet, pauciora verò, cùm talis non eſt. Varro, & Plinius negant, plus viginti quinq; oportere incu- 30 bare, quamuis ẽt propter fœcunditatem plura peperit. Columella primo tempore, id quod eſt menſe Ianuario, nõ plura quàm quindecim ſubijci vult. Martio nouem decim, nec pauciora, vnum, & viginti Aprili, & tota æſtate vſq; ad calendas Octobris. Sed noſtræ mulieres ſemper ferè nõ vltra ſeptemdecim, vel nouemdecim glocientibus incubanda exhibent. Eligendum etiam tempus eſt incubationi maximè idoneum: ſiquidem totum anni tempus tale non eſt. Præfertur autem velut præſtantiſſimum æquinoctium vernum, hoc eſt, à vigeſima quarta die Martij vſq; ad nonas Maias: nam quæ poſt illud tempus incubantur, pullos edunt, qui plerunque, quia tardiùs nati, nullam aliã eo anno vtilitatem hero, quàm ad menſæ vſum, apportant. Quinimo Columella author eſt, ab æſtiuo ſolſtitio bonam pullationem non haberi, quòd ab eo tempore, etſi facilem educationem habeant, iuſtum tamen 40 non capiant incrementum, probandam itaque ęſtiuam educationem. Et Longolius pullos maturos dici poſſe putat primo vere excluſos: ſeroſinos verò qui ſæriùs eduntur, quos patria lingua autumnales vocari aſſerit, eos ait ſub veris initio necdũ parere, quemadmodũ quos maturos vocat; quamobrem, inquit, non ad pullationem, ſed ad vetu aluntur. Alibi etiam Columella poſt Octobrem ſuperuacuam incubationis curam eſſe ſcribit, quoniam frigoribus excluſi polli plerunque intereant. *k* Plinius tamen ad Calendas Nouembris vſque tempus extendit, & terna dena etiã ſupponi iubet, ſed ab eo die vetat, donec bruma conficiatur: admittit denique hyemalem incubationem, ſed pauciora tunc incubari cupit, non tamen infra nouena. Incubent itaque Gallinæ quoties glociunt, & Gallinarij ſit excluſos frigore pullos loco calidiori enutriri. Porrò & Lunę ratio habenda eſt in ſuppoſitione. 50 Nam in defectu illius prohibetur; & dum noua eſt, vt Plinius monet, vel ſaltem dum creſcit, hoc eſt, à nouilunio vſque ad decimam quartam diem, laudatur. Oua enim ante nouilunium ſubiecta. Varro & Plinius non ſuccedere inquiunt, hoc eſt non producere pullos, Florentinus tabeſcere, & corrumpi, eò quòd à plenilunio vſq; ad nouilunium euaneſcant, vt in conchilijs etiam obſeruamus, & è contrario omnia a nouilunio vſq; ad plenilunium repleantur, & humectentur. Columella ſemper quidem conſiderari vult, vt luna creſcente ſupponantur, verùm niſi à decima, poſtquam creuerit die vſque ad quintamdecimam: idque Palladius comprobat, & Tragus à mulierculis in Germania etiamnum obſeruari ſcribit. Ex huiuſmodi autem ſuppoſitione eam vtilitatem dimanere inquit, quòd pulli in creſcente

An fœcunda futura.

Oua qua abycienda.

Oua incubata non concutienda, & cur.

l. 2. de gener. c. 3.

Oua hypenemia vt noſcantur.

Quanumero oua ſupponenda.

Pythagoræ dogma.

Numerus ouorũ cur varietur.

Tempus incubationi idoneũ.

Pulli autũnales quos Germani dicant.

k li. 18. ca. 26.

Luna creſcente oua ſupponuntur.

Suppoſitionis modus optimus.

scente iterum luna excludãtur: & reuera hic incubandi modus satis laudari nequit, dignus vt ab omnibus instituatur. Hisce itaq; omnibus sedulò obseruatis, Gallinas includere oportet, vt tam inter diù quã noctũ, ac in summa semper incubẽt, nisi dũ cibus potusq; exhibendus est. Id autem fiat manè, & vesperi. *Incubandi leges.* *Cùm volumus*, inquit Florentinus, *vt ouis Gallina incubent, stramen nidum est substernendum, & in eo imponendus ferreus clauus: quòd is videatur vim habere quodam vitium propulsandi.* *Clani ferrei vis.* Erant autem veteres in supponendis ouis admodum diligentes, ne dicam superstitiosi, vt ex hoc Columellæ, cuius, ni fallor, constet. *Supponendi consuetudo*, inquit, *tradita est ab ijs, qui religiosius hæc administrant, huiusmodi, Primum quam secretissima cubilia eligunt, ne incubantes matrices ab alijs auibus inquietentur: deinde antequàm consternant ea, diligenter emundant paleasq; quas substraturi sunt, sulphure, & bitumine, atq; ardente tedà perlustrant, & expiatas cubilibus inijciunt, ita factis concauatis nidis, ne ab aduolantibus, aut etiã desilientibus euoluta dicidant ouo.* *Oua quomodo tractanda.* Caueat Gallinarius, ne oua multum manibus moueat. Nam venæ, & humores, dum vertuntur facillimè vitiantur, quod vel inde constat, quia cum Gallina in occulto incubat, oua omnia fœcunda fiant: manibus verò hominum tractata plurimum corrũpantur. / Conradus Heresbachius sibi compertum esse tradit quassata claudos produxisse pullos. Quare curator, dum ea vertit, cum summa dexteritate id facere debet. *l. lib. 4. de rust.* *Curatoris Gallinarij munus.* Debet autem ea necessariò vertere ex Varronis, & Columellæ præcepto, vt æqualiter concalefiant. *Substramen cur mutandum.* Substramen sæpius tollat, & recens aliud subijciat, alioqui ex acere veteri pulices oriuntur, & cætera huiusmodi animalcula, quæ Gallinam conquiescere non patiuntur: ob quam rem oua aut inæqualiter matureſcunt, aut conseneſcunt. *Quomodo cibanda incubantes.* Columella monet, vt cibus iuxta ponatur, vt saturæ studiosiùs nidis immorentur, neve longiùs euagantes oua refrigerent: quare commodè seorsim ab alijs recludentur. Curabit etiã omnino, si aliquæ nolint ascendere vltrò, vt ad incubandi munus redeant, coactæ etiam, si necessitas vrgebit, item si quæ vnguibus earum læsa, vel pacta sunt, oua remoueat: Die vndeuigesimo animaduertat, an pulli rostellis oua pertuderint, & auscultet, an pipiant. Nam sæpè propter crassitiem, putaminum erumpere nequeunt. Itaq; hærentes pullos manu eximito, & matri fouendos subijcitò, idq; non amplius triduo. *Quando pullum pipiat.* Nam quæ post illum diem silent oua animalibus carent, quare & remouenda sunt, ne Gallina diutius incubans inani spe pullorum detenta, effœta reddatur. Mirabile magnum, quia non planè comprehenditur, inquit Petrus Gregorius virtus, & omnipotẽtia Dei, quia pullus intra oui corticem conclusus, antequam putamen effringat, pipiat ales factus intra conclusus post vndeuigesimum diem ab incubitu Gallinæ in oua. Porrò supponere etiam Gallinis diuersi generis volucrum oua nõ tã nostro æuo, quã apud veteres vsitatũ fuit. Nam præterquã quod Plinius id, alijq; Geoponici tradunt etiã apud Ciceronem legimus: *Anatum*, inquit, *oua Gallinis sæpe supponimus.* *Oua aliarũ volucrum.* Quomodo verò ea, necnon Anserina subijciantur, suo aliquando loco Deo volente, docebimus, vti etiam abundè de Phasiano diximus. Quod si verò quis, vel mares, siue Gallos sine fœmellis, & è contrà fœmellas sine maribus nasci velit, id ita præstabit. Oua eliget oblonga, & fastigio acuminata, si mares volet: sin fœminas, quæ rotundiore, & parte sui acutiore obtusa, orbiculum habent. Ita enim legendum est apud Aristotelem, vbi ex correctione Alberti contrà ex rotundioribus mares, ex acuminatis fœminas prodire legitur. *Gallinis supponi.* *Vt Galli soli, vel solæ Gallinæ nascantur.* Et multi sanè Aristotelis veterem textum, ita verè legi solere putant, quòd posteriores Geoponicos in hac determinatione ab illo nihil recedere videant. Nam Marcellus Virgilius cùm Columellæ, & Aristotelis de sexu ouorum discernendo sententias contrarias, vt credebat, recitasset: *Est sanè*, inquit, *in natura grauis author Aristoteles. Columella tam villaticam positionem ex quotidiana obseruatione, & experientia docebat: nec nostrum est inter tam graues authores tantas componere lites.* Quasi verò Columella ab Aristotelis sententia recedat, quod sanè nequaquam facere quiuis dicturus sit, qui hæc verba eius leget. *Cùm quis volet*, inquit, *plurimos mares excludere, longissima quaque, & acutissima oua subijciet, & rursus cum fœminas, quàm rotundissima.* Sed præter Columellam ipsemet Plinius vbiq; ferè, in animalium natura Aristotelis interpres ita sentit, dum ait. *Fœminas edunt quæ rotunda gignuntur, reliqua mares.* Hoc idem sentire videtur *m* Horatius, vbi oua oblonga gratioris saporis esse scribit, inquiens. *m l. 2. ser.*

Longa quibus facies ouis erit, illa memento
Vt succi melioris, & vt magis alba rotundis
Ponere namq; marem cohibens calidæ vitellum.

Contrà Albertus, cùm Auicennam scribere aliter videret, propriam nobis experientiam obtrudere non est veritus, veterumq; Aristotelis textum immutauit, vitiumque non ex dictis Philosophi, sed ex peruersa scriptura fuisse arguit. Verùm quicquid ille dicat, vetus illa lectio

sa lectio vera est, & genuina Aristotelis, quàm scilicet Horatius, Plinius, & Columella, qui vt dixi, ex proprio periculo tradebat scriptis, cum probarunt. Nec tanti apud me ponderis Auicennæ patrocinium est, vt non potiùs Aristoteli grauissimo in naturæ arcanis authoris adhærere velim: nec deniq; me mouet ratio illa, quam citante Cælio Albertus adducit, nimirum virtutis perfectionem in masculinis ouis æqualiter ambire, extremaq; continere, in fœminis verò à centro, in quo sit vitalis calor, materiam longiùs abire. Quinimo contrà euenire arbitror. Qui enim non videat in rotundis calorem magis diffundi, in oblongis ab vna potiorq; parte conglobari? Nec est, quòd experientiã eius magni faciamus, eam enim
1 in multis alijs obtrudit, quæ æquè falsa sunt, & minus verisimilia. Igitur, vt parerga istæ concludamus, sensit Aristoteles, & scripsit ex rotundis progenerari fœminas, ex acuminatis mares. Nunc verò in textu Arist. tam Græco, quam Latino legitur, prout Albertus correxit, vel potiùs corrupit. Vetus verò Aristotelica lectio est, illa, quam vitiatam ille dicit. Cæterum nunquid modò, ex oblõgis mares, vt vetus lectio habet, & ex rotundis fœminæ, vel contrà procreentur, Gallinarius super hoc esset consulendus. Ego priorem lectionem, vt dixi, libenter amplector, gaudeoq; me cùm Arist. in ea hæresi esse, vt ex acutis ouis mares gigni, credam, eoq; magnis cùm Plinium Aristotelicum, & Columellam omnes villicationis consultissimum comites erroris, si error fuerit habeam. Mulieres medius fidius nostræ ex acutis mares, & è contrà ex rotundis fœminas procreari affirunt. Ornithologus ex suorum re-
2 latione tradit, oua, vt ex eorum singulis omnibus fœminæ generentur subijci oportere, dum Luna plena est, eaq; ad hoc præferri, quæ in plenilunio ẽt nata sunt, item ita obseruandam temporis rationẽ, vt in plenilunio ẽt excludantur. Verùm arduum fuerit oua in plenilunio nata, in plenilunio rursus excludere. Nam si illa aliquot diebus reserues, antequã supponas facilè euanescunt, vt in his, & conchilijs ẽt fieri paulò ante diximus: sin mox supponas, in plenilunio non excludes. Solent enim viginti plerunq; diebus incubationis tempus absoluere. Excludunt tamen celeriùs, teste Arist. æstate, quam hyeme: æstate nempe duodeuigesimo (vndeuigesimo habet Plinius) hyeme aliquãdo vigesimo quinto die. Sed fortè id de locis calidioribus intelligendum est. Nam Albertus hyeme vigesimonono die exire pullos dixit. Discrimen tamen etiam auium est, vt idem Aristoteles author est, quod aliæ ma-
3 gis fungi officio incubandi possunt. Sunt qui afferant, idq; in libello quodam Germanico manuscripto, se legisse Ornithologus prodidit, pullos eo colore nasci, quo oua incubanda tincta fuerint. Alij iubent, vt auiaria, seu caueæ, quibus includũtur, congrediuntur, pariunt, incubant, & excludunt, susq; deq; & ex omni parte albis velaminibus obtendantur, vt in Phasiani historia ẽt diximus. Si quis verò pullos cupiat excludere visu iucundissimos, Palumbum marem cùm Gallina coire curabit, aut Perdicẽ, vel Phasianũ. Cuius coitus modum in Phasiano diximus, & hìc sponte omittimus. Perdices copia libidinis gaudent, & cum diuersis salacioris generis auibus commiscentur, coeuntq; inter se, & sobolem suspiciant, vt in Gallinis, vnde ex Gallina, & Perdice, & in primi fœtus communi generis vtriusq; specie generantur, sed tempore procedente, diuersi ex diuersis prouenientes, demum forma fæ-
4 minæ institi euadunt. Hæc ex Arist. scribit n Io. Bapt. Porta. Quo loco etiam dicit ex Gallina, & Columbo, si misceantur, pullum procreari commistum ex vtroque. Sit, inquit Columbus iuuenis, Tunc enim temporis feruet in eo ardor coeundi, & fœminis superfluitas. Senex enim coire non potest. Omni enim tempore coeunt Columbæ, & fœtant æstate, & hyeme. Erant nobis domi Columbus cælebs, & Gallina vidua: Columbus satis amplo corpore, & salax: Gallina parua siue nana: vnà versabantur, vnde tẽpore veris Columbus Gallinam superuenit, quæ suo tempore oua dedit ab ea incubata excluſa sunt, pullosq; ex vtroque mistos nobis protulit ab vtroq; genitore retinentes effigiem. Magnitudo corporis, capitis forma, & rostri erat Columbi, pedes Gallinæ, pluma quã albissima, & crispa, pedes pen-
5 nis operti, atque vt Columbus pipiebat, maximi nobis fuerit oblectamenti, & iucunditatis quique non alibi quàm in cubili, aut mulierum sinu quiescebat. Docet item alibi ex Arist. quonam modo pullus Gallinaceus, quaternis alis nascatur, quaternisq; pedibus. Quo inquit, feligito, quę bina comperies habere boleta, pellicula quadam non tenui intercusante, sed albumina cõtinentia, quæ fœcũdiores ferè Gallinæ assolent parere: ex magnitudine cognosces: patetq; intuentibus Soli exponendo, exuperante ẽt materia productum, & plurium seminum cõmixtu, semenq; habeat pullorum glocienti Gallinæ iam supponas excubanda, vt suo insessu foueat ea: elapso iam debito tempore tales excludet fœtus, pedibus, alisq; quaternis, curabis vt commodè edocentur. Si autem membrana disterminabitur, gemini discreti pulli generantur, sine vlla superuacua parte. Sic enim & biceps nascetur ser-

Vt omnes pulli fœminæ nascentur.

Quando pulli citius excludantur.

Vt pulli versicolores nascantur.

Vt pulchri gignantur.

n l. 2. Ma. c. 14.

Ex Columbo, & Gallina pullus cõmixtus.

Pullus Gallinaceus vt quaternis alis prouenial, & totidem pedibus.

pens,

pens, & animal omne, quod ouo excluditur: si tale euenerit, non mediocris erit admirationis sæpius enim monstra in prolificis animalibus, & multiparis, quam in minus fœcundis, & imperfectioribus animalibus nascuntur: in alijs verò facilitas generationis præualet: vnde in vilioribus animalibus facilius monstra proueniunt, quam in nobilibus. Hæc itaq; omnia Porta, *h* qui etiam docet, quomodo Gallus, vel Capus in morruæ, vel educere pullos Gallinę nolentis locum succedat. Iubet aũt illi ostendi pullos, & blandè manibus dorsũ pertractando præberi cibũ, vt manibus edere assuescat, & cicur fiat. Nox pectus deplumando vrticis perfricari atq; ita paucis interiectis horis adeo optimè pullos recepturũ promittit, & cibum eis exhibiturũ, vt vix vnquam mater Gallina tale fecerit. Verũ ipsemet / Aristoteles Gallos nonnullos visos esse testatur, qui cum fortè fœmina interijsset, ipse officio matris fungerentur, pullos ductando, fouendo, educando, ita ne de cætero, vel cucurire, vel coire apeterent. Et *i* Ælianus Galli laudes prosequens. *Matrice Gallina*, inquit, *extincta ipse incubat, & pullos ex ouis excludit: ac tum silentio vtitur.* Idem ẽt testatur / Plinius, *Narrantur*, inquiens, *& mortua Gallina maritis earum vsi succedentes inuicem, & reliqua fœtæ more facientes, abstinentesq; se à cantu.* Quæ cum ita sint, Gallo aliquando absq; hominum opera, Gallinarũ officio functos fuisse manifestò constat. Quod si verò nec Gallina, nec Gallus excubare ouа velint, nondum desperandum est: nam præterquam quod vterq; immutari possit: possunt ẽt in primis ab homine perfici, teste Plinio, qui Liuiam Augustam ait ouum in sinu fouendo exclusisse, vt posteà dicemus, & antè ẽt diximus, indeq; fortasse nuper inuentum esse, vt oua in calido loco impositа paleis igne modico fouerentur, homine versante pariter, vt statо tempore illinc erumpere fœtus. Sed vetus Aristotelis præceptum est, si aut tempus, si bene temperatum, aut locus in quo oua manent, tepidus, non auium tantum oua concoqui sine parentis incubitu, sed quadrupedum ouiparorum ẽt. Et alibi ita scribit: *Incubitu auium oua excludi natura ratio est: non tamen ita solum oua aperiuntur, sed ẽt sponte in terra, vt in Ægypto obruta fimo pullitiem procreant.* Cuius rei Diodorus Siculus etiam meminit his verbis: *Quædã suo studio adinuenta sunt, vt qui* (loquitur autem de Ægyptijs) *aues, aut Anseres nutriunt, præter earũ, quæ apud alios homines habentur procreandi nomina. Vi ita numerum ducẽtu mirabilẽ auium euadant: non enim oua incubant aues, sed ipsi ingenio & naturali arte educant fœtus.* De eisdem populis ita *m* Paulus Iouius: *Apud Ægyptios magna copia est pullorũ Gallinaceorum. Nam apud illos Gallina sua oua non incubant: sed ea in clibanis, tepore sensim adhibito, ita fouentur, vt mirabili arte cõpendioq; pulli intra paucos dies progignantur, simul, & educantur, quos illi non numero, sed mensura venales habent. Modiolum ita struunt sine fundo, quem vt compleuerint tollunt.* Et Tragus deniq; *In Ægypto*, inquit, *circa Alcairum oua arte excluduntur: clibanum parant cum multis foraminibus, quibus oua diuersa, Gallinarum, Anserum & aliarum auiũ imponunt, tum fimo calido iniegunt clibanum, & si opus fuerit ignem circumq; faciunt, sic ouo sua quæq; tempore matureſcunt.* Verum in eo Iouius, & Tragus à Diodoro, & Aristotele discrepant, quod hi nulla clibani facta mentione, oua tantum fimo obruta pulitiem procreare dicant: quare dicendum esset Ægyptios nunc diuerso modo, quam solebant olim, pullos excludere, cum tamen talis exclusio celeriter absolueretur, vt vel ex hoc colligo, quod, vt Aristoteles pariter testis est, quidam potator Syracusis, ouis sub storea in terra positis, tandiu pitaret donec ouo fœtum ederent. Iam verò, & cùm in vasis quibusdam tepidis essent iecta sponte sua pullos edidisse, idem *n* Aristoteles author est. *Si Gallina non incubet*, inquit Democritus, *hac industria complures habebis pullos. Qua die incubanti Gallinæ non subijcis, eadem stercus Gallinaceum accipiens idipsum contere, cribraq; ac deniq; in vasa iniice ventricosa, pennas illis Gallinarũ circumpone. Post hæc aut m figura recta imposito ouа, sicut pars mucronata superne tendat, ac dein rursus ex eodem fimo tandiu illis inspergito, donec vndiq; inducta videantur. At vbi duos, aut tres dies primos sic intacta esse ouа permiserit, singulis postea diebus illa conuertito, cauens ne contingantur mutuò vt videlicet ex æquo incalescant. Post vigesimam autem diem, dum sub Gallina oua excludi incipiunt, inuenies ea, quæ in alueis sunt, circumfracta. Ob quam nimirum causam etiam inscribunt diem, qua supponuntur, ne dierum numerus ignoretur. Vigesimaquaque die putamen extrahens, pullos in cophinum conjecto, eos alens delicatissimè. Alcisse etiam Gallinam, quæ moderabitur omnia.* Hæc Democritus, Andrea à Lacana interprete, qui Græcam vocem γάστρας vasa ventricosa interpretatur: Cornarius ventriculos: Hieronymus Cardanus, qui hunc locum in libros suos de subtilitate transcripsit, puluinaria, his verbis: Puluinaria duo reple stercore Gallinarum tenuissimè trito: inde plumas Gallinarũ anectе consuendo vtrique molles, ac densas. Ouа verò capite tenuiore suprà extante, collocata super alterũ puluinar. Deinde reliquum superpone in loco calido, permitteq; immota duobus diebus: post verò ad vigesimam vsque diem, illa sic verte, vt vndique æqualiter foueantur: inde statа die quæ

h lib. 4. Met. Nat. c 26. *Vt Gallus aut Capus Gallinæ munere fũgatur.*

i l. 9. Hist. c. 49.

k l. 4. c. 29.

l l. 10. cap. 11.

Incubatio absq; Gallina, aut Gallo.

Liuia Augusta ouũ fouens, & excludens.

Oua calore loci excluduntur.

m l. 18. hi.

Portator tandiu potat donec oua excludatur.

n In Geoponicis.

die, quæ iuxta vigesimam primam est, pipillantes iam ex ouo sensim educito. Ego etsi hoc etiã modo oua excludi posse ratio loqui videtur: video tamen aliud sensisse Democritum, verbis eius Græcis diligentiùs examinatis, & placet gastranuas ventriculum vertere, vt priùs in tale vas intelligamus simum inijciendum, tum super simo imponendas plumas (vt ἐμβαλλαι potiùs quàm περιβαλλαι legitur) in plumis oua: postremò rursus simum addendum donec contegantur oua. Sed vt vt est, Porta hoc à se diligentissimè expertũ non successisse scribit, nec quomodo succedere possit, sese conijcere posse. Hoc ẽt addens quod qui clibanum laudant, modum nõ ostendat, quo id fieri possit. Vnde quæ ipsemet fecit, & ab alijs facti tata vidit minutissimè demõstrat. Vt paruo labore, & sine Gallinis quiuis oua clibano calido excludere possit, vas fieri vult ligneum, valde simile dolio, rotundum, cuius diameter tantæ sit longitudinis, quantum capiat brachium intromittendum, vt oua componere, & cõuertere possit: altitudo quatuor pedum. Hoc tribus tabulatis intus, in quatuor partes diuidemus. Sit primum sexquipedale, secundum paulò maius pede, tertium pedale, quartum omnium minimum. Habeat vnaquæq; cellula tabulatis diuisa suum ostiolum latitudine quantum brachium immiti possit, suaq; opercula, vt aptè claudi, & referari possint. Primum, & secundum tabulatum ex tenuibus tabellulis, vel viminibus contexta, sint tertium sit æneum, fornicatum, postremum ligneum, solidumq;. Primùm, & secundùm tabulatũ in centro foramen habet, latitudinis triũ digitorum, per quod æneus canalis, vel ferrens, stanno sublitus. Is supra secundum tabulatum ad medium pedẽ semper emineat, sic & in inferiori, sed in imo patentioris fiat oris ad modum pyramidis, vel infundibuli, vt concinne calorem, & flãmam suppositæ lucernæ excipere possit. In secundo tabulato canalis circa supremũ locum perforatus sit, vt inde exhalans calor, locum tepidè foueat, & oua ex superiori parte calescant, vt Gallinæ faciũt. Super hęc tria tabulata spargatur scobs lignea, quæ ibi aptissimo operi videbitur. Scobs circa dolij latera erectior, in medio minus: in imo, vbi canalis, depressior, vt ouo supra eam incubantia calorẽ vndiq; à canali prouenientem excipiant. In tertio tabulato, vbi canalis terminatur, sic circa latera depressa, in medio circa canalem altior: supra scobem linteus extendatur subtilis, si deturpatur, vt denuo lauari possit, & excluſi pulli supra illũ ambulare possint. Singulis tabulatis cẽtena oua accommodetur, plus, minus. Retusa oui pars infrà, acuta sursũ vergat. Parietes dolij supra scobem extantes intra cellulas, & superna pars tabulati, ouillis pellibus contegantur, vt suo tẽpore calorem retineant. Inferiora cellula sub infundibulo lucerna accõmodetur accensa, in initio binis ellichnijs, in fine tribus æstatis tẽpore, sed hyeme initio tribus, postremò quatuor, aut quinq;. Feriat lumen in medio infundibuli, vt per canalẽ ascendens calor, æquè cellulas concalfaciat. Locus in quo hoc vas steterit, sit tepidus, & solitarius. In inferiori parte, vbi accensa lucerna nõ oportet oua accõmodare, quia calorem non habet oua excludenda aptum. Sed vbi pulli maximi, quam primùm ouis excluduntur, hic claudantur, vt tepido flãmę calore madorem exiccent: bis, teruè singulis diebus animaduertendo, si calor remissus, tepens, aut intensus sit. Quod ita cognoscemus: ouum è cellula extrahemus: & supra oculum ponendo optimè experiemur. Nam si offendit, intensus est: si insensibilis, remissus. Intensus calor excoquit oua, remissus irrita facit. Ob id lucernæ lumen addendo, & minuendo exæquatum reddes. Post quartum diem, à quo oua fieri cœperint, extrahito è cella, & nulla facta commotione vehementi, sensim contra splendorem Solis, vel candelæ quispiam speculabitur, si prolificum sit ouum, nec ne. Nam si fibratũ aliquot, cruentumq; discurrere videtur, prolificum est, si contrà perspicuum erit, ceu infœcundum reijciendum: irriti loco substituatur aliud. Fœcunda oportet quotidie ad calorem luminis vertere, atq; circũcirca mouere, vt Gallina solet. Nec verendũ nobis ne corrumpantur oua, vel si ab aliquo sensim, & cõmodè petractentur. Post decimũ nonum, vel vigesimum diem æstatis tempore, aut vigesimum quintum, aut vigesimum octauum hyemis, oua manu capies, ac Soli obuersa inspice, vbi pulli rostrum steterit, ibi crustam rumpito, & per oui foramẽ manibus rostellũ capiendo pulli caput foras extrahe, ac suo loco repone. Nam ex se ipso foras prorostellũ capiendo pulli caput foras extrahe, ac suo loco repone. Nam ex se ipso foras progreditur, & ouo egressum in inferiori cellula, vt diximus, pone, sed à pauimento lucerna aliquantulum absit, ne pulli lucis splendore allecti, lumen rostellis feriant, & comburantur. At si quæ diximus diligenter operatus fueris, ex trecentis ouis vix decem, aut viginti perdes. Hactenus itaq; Io. Bap. Porta. Petrus Crescentiensis deniq; scribit, in quadam regione homines reperiri, qui furnos ita temperatè calefaciant, vt eorũ calor par sit Gallinæ incubantis, & in furno, seu clibano ponere quamplurimos plumas, & mille Gallinacea oua, quæ post viginti dies nascuntur, ac crumpant. Atq; istæc de ijs, quæ ad huiusce auium generis

o lib. 4. Mesp. 4.

Vas ad excludenda oua sine Gallinaceo pera.

Fœcundi, & infœcundi ouis signa.

Pullos in furno excludi.

neris procreationem spectabant dicta sint. Antequam tamen ad reliqua me conferam, pauculos hosce Politiani versus ceu epilogi loco, nempe de eisdem agentes adijciam. Ait aũt.

Vocibus interea cerebrum singultit acutis
parturiens comix, quæ scilicet ouа subinde
Tollit anus, signatq; dies, vigilemq; lucernam
Consulit: & Lunæ crescentis tempora seruans
Vt primùm Gallina glocit, numero impare subdit
Versatisq; diu, solers auscultat, an intus
Piptat inuolucer pullus, tenerumq; putamen
Pertuaerit molli rostro, atque erumpere tentet.

EDVCATIO. VICTVS.

Custos Gallinarũ cur fidus esse debeat.

QVAMVIS nulla non mulier Gallinaceum genus sciat educere: sunt tamen nonnulla præcepta à diligentissimis antiquis Geoponicis præscripta, quæ illas non tantùm, sed fortè eruditos etiam latent. Qui itaque factum ex his auibus percipere volet, fidum in primis aliquem eligat oportet. Nisi enim, qui cruram habet Gallinarum, fidem domino seruet, nullus ornithonis quæstus vincet impensas. Eiusmodi aitor, qui nempe in Gallinarum scandit, & ouа colligit, & quæ incubantur manibus versat, Gallinarius curator, vel custos rectè dicetur. Cùm verò pulli maiorem quàm adulatiores curam requirant, itaq; de his prius dicemus: qui iam excluſi singulis Gallinarum statim subtrahendi sunt, subijciendiq; alij, quæ paucioribus incubat, sed & huius rursus quæ fouet, ouа vel nondum concreta, & formata, alijs quarum ouа eiusdem temporis supponi debent, vt vnà cùm illis calefacta animentur. Columella ea, quia excluduntur die, singulos tollere prohibet, sed vna die in cubili finere iubet, cum matre & aqua ciboq; abstinere, donec cæteri excludantur, & postera die, cùm iam grex fuerit effœtus, hoc modò deponere: Cribro vitiario, vel etiam loliario, quod iam fuerit in vsu pullos superponi, deinde pulegij surculis fumigari, quoniam ea res, pituitam quæ celerrimè teneros interficit, prohibere videatur. Posthac caueæ iuxta eundem cum matre includenti sunt, & farre hordeaceo cum incocto vel adoreo farre vino respersо modicè alendi. Nam maximè cruditas vitanda est, & ob hoc tertia die caueа cum matre retinendi sunt, priusque quàm emittantur, ad recentẽ cibũ singuli tentandi, ne quid habent in gutture, nam si vacua non est ingluuies, cruditatem significat; abstinerique debent, donec concoquant. Dũ adhuc teneri sunt, non est permittendũ longiùs euagari, sed circa caueã continendi sunt, & farina hordeacea pascẽdi, donec iã robustiores euaserint. Varro quindecim primis diebus mane subiecto puluere, ne scilicet tenellis rostris noceat terra dura exhibet polentam, cum nasturtij semine, & aquã prohibet, ne tum deinde in eorũ corpore turgescat. Dydimus porri folia tenerrima cum caseo musteo contusa illis exhibet. Hordeum verò exactis duobus (sex vt habet codex Græcus, sed interpres mendũ suspicatur) mensibus offerri iubet. Democritus vermes laudat ex stercore asinino, vel bouino genitos: quare id capacia vasa colligi, inijciq; vult. Nam decem diebus exactis nascuntur pullorum nutricationi percommodi. Sunt qui, vt multum, & citò crescant, testas, è quibus emerserunt, tunica interiore dempta, contritas, cùm sale, & ouo cocto duro immisceant, & pullis primi alimenti loco opponant. Verum nostræ mulieres tanta diligentia non vtuntur, & simul atq; omni excluſi sunt, mox vel saltem post biduũ simul cum matre euagari sinunt, obuiumq; quiduis exhibent. Audio tamen apud Belgas primis octo, aut decem diebus caueæ matrem includi, ne pulli longiùs abeant, & simul cùm illa cibum sub caueа capiant, habereque ligneum quoddam vas vix palmum altum, in quo multa, plerunq; verò duodecim caua sunt, & in his aquam pro potu imponi, ne si in ea incidant pulli, submergantur. Quot verò pullos vna Gallina educare debeat, cuius notum est, dum quæque suos tantùm connoscat. Quod si autem inter incubantes aliæ plura alijs incubent, pulli aliquot eisubijci poterunt, quæ pauciores habet, idq; maximè faciendum, dum quæ futura erat nutrix, nota est non benè educare. Columella id omnino faciendum esse monet, dum mater suos, & alienos propter similitudinem dignoscere non potest, nempe prima die. Cauendum item ne plures quàm triginta vni nutrici committantur. Negant enim omnes ferè Geoponici hoc numero ampliorem gregem posse ab vna nutriri. Sin autem Gallinarum aliqua suos deserat, timeasq; ne ita di-

Gallinar. curator, seu custos, qui dicendus.

Pulegij vsus.

Cibus. Cruditas vitanda.

Polenta.

Porri folia.

Vermes è stercore Asini, vel Bouis.

Vt citò, & multũ crescant.

Belgæ quomodo pullos nutriãt.

Quot pullos vna Gallina educare debeat.

Si Gallina pullos deserat, quid agendum.

serti

seri intereāt, cura, vt Gallus, vel Capus nutricis munere fungatur. Quod quomodo præstare possis, superiori capite ex Io. Baptista Porta ostendi, Gallinam pullos deserere volentem agnosces inde, quòd non iam amplius hispidæ sit, nec alas demittat, glocire desinat, & cum ijs euagari nolit. Atq; hæc de pullorum cura dicta sint. Iam de parentū educatione aliquid dicendum superest. Eæ si incubent, bis, manè scilicet & vesperi cibus offerendus est. Vagantium verò non alius cultus est, quàm clausuram, nisi quòd hæ non emittantur, sed intra ornithonem ter die maiori mensura pascantur. Nam singulis capitibus, Columella teste, quaterni cyathi diurna cibaria sunt, cū terni, vel bini vagis præbeantur. Quid verò exhibēdum paulò post dicemus. Locus, quo conuersantur, Gallinarium dicitur: Gyb. Longolius officinam cohortalem appellari ait, quòd, vt in nostris officinis cuncta parantur, quæ in vsū humanum veniunt, ita istic oua, & pulli, quæ in cibum. Auiaria verò nominantur, vbi cicures atq; omnium auiū genera separata farciuntur. Hæc auiaria ὀρνιθοβοσκεῖα Varroni dicuntur. Vnde fortè haud rectè Calepinus ὀρνιθῶνα Gallinariū intrepretatur. Nam præterquā quòd ea vox, teste Varrone, in villa pastionis genus, quale pariter πτερυγιῶνας dicūt auiariū proprie significat: etsi interim minimè negarim, & pro gallinario accipi. Nam Græci cùm omnem auem, vt diximus, tum Gallū Gallinamue per excellentiā ὄρνιν & ὄρνιθα nomināt. Grapaldus πίταυρον interpretatur ex Polluce caueam, in qua sese cortis alites cubitū ituræ recipiunt. Arist. inquit Pollux, πίταυρον nominant ἀνὰς ἐκκλίσιν ὀρνίθας ἐγκαθυδύσας συμβεβηκε. Verùm vt Ornithol. conijcit, non Gallinarium totum πίταυρον nominari potest, sed tabula, vel asser, qui Varino dicitur σανὶς, quasi πίτυδον παρὰ τὸ ἴσθαι ἐν αὐτῷ τὰ πτηνά. Sunt verò nostra gallinaria longè diuersa ab illis, quæ Columella, Varroq; commendant. Nostra enim admodum exigua sunt, & vix quandoq; gregem capientia, cum maximo sæpe eius detrimento, nam cùm bona pars sæpe noctu excludatur, animaliū noxiorum relinquuntur, furumq; rapinis. Non mirum itaq; si tanta gallinariorum cura veteres incesserit, vt illa nobis exactè depinxerint. Iubent itaq;, vt, ea parte villæ, quæ orientem spectat, constituantur, iuncta sint fumo, vel Culinæ; vt ad aues perueniat fumus, qui huic generi præcipuè salutaris est, adeo vt Palladius sufficere dixerit, vt fumo, puluere, & cinere vtantur. Vnde etiamnū nostro æuo super furno, vel propè caminum saltem ædificantur. Totius autem officinæ, inquit Columella, tres cōtinuæ extruuntur cellæ (sed fortè pro plurimo gregis numero. Nam Varro pro ducentis duas caueas coniunctas constituendas monet) quarum perpetua frons orienti sit obuersa. In ea deinde fronte exiguus detur omnino aditus mediæ cellæ, quæ ipsa tribus minima esse debet in altitudinem, & quoq; versus pedes septem: in ea singuli dextra, læuoq; pariete aditus ad vtramq; cellam faciendi sunt, iuncti parieti, qui est intrātibus aduersus. Huic autem focus applicetur tam longus, vt nec impediat prædictos aditus & ab eo fumus perueniat ad vtramq; cellā, æq; longitudinis, & altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quàm media sublimitas: diuidantur tabulatis quæ supra se quaternos, & infra septenos liberos pedes habeant, quoniam ipsa singulos occupant. Vtraque tabulata Gallinis seruire debent, & ea paruis ab oriēte singulis illuminari feneſtellis, quæ & ipsæ matutinū præbeant exitum auibus ad cohortem, nec minus ad vespertinum introitum, sed curandum erit, vt semper noctibus claudantur, quò totius aues maneant. Intra tabulata maiores feneſtræ aperiantur, & eæ clatris muniantur, ne possint noxia irrepere animalia. Sic tamen vt illustria sint loca, quo commodiùs habitent, auiariusq; subinde debet speculari, aut incubantis, aut parturientis fœtus. Nam etiam in ijs locis ita cassos parietes ædificare conuenit, vt excisa per ordinem Gallinarum cubilia recipiant: in quibus aut oua edantur, aut excludantur pulli. Hoc enim & salubrius, & elegantius est, quam illud quod faciūt, vt palis in parietes vehemēter actis, vimineos qualos superimponant. Sic aūt parietibus, ita, vt diximus cauatis, aut qualis vimineis perponenda erunt vestibula, per quæ matrices ad cubilia vel pariēdi, vel incubādi causa perueniunt. Neq; n. debent ipsis nidis inuolare, ne dū assiliunt, pedibus oua cōfringāt, ascēsus deinde auibus ad tabulata per vtrāq; datur iunctis parieti modicis asserculis, qui paulū formaris gradibus asperantur, ne fit aduolantibus lubrici. Sed ab hac cohorte forinsecus prædictis feneſtellis scandulæ similiter inungantur, quibus irrepant aues ad requiem nocturnam. Maximè autem curabimur, vt inungantur, quibus irrepant aues ad requiem nocturnam. Maximè autem curabimur, vt & hæc auiaria, & cætera de quibus mox dicturi sumus intrinsecus, & extrinsecus poliantur opere tectorio, ne ad aues feles habeant; aut coluber accessum, & æquè noxiæ prohibeantur pestes. Tabulatis insistere dormientē auem non expedit, ne suo lædatur stercore, quòd cùm pedibus vncis adhæsit, podagram creat. Ea pernicies vt euitetur, perticæ dolantur in quadrum, ne teres læuitas earum superfilientem volucrem non recipiat: conquadratæ deinde

Gallina pullos deserere volentis signa.
Incubantiū victus, & vagātium.
Quantum cuique offerendum.
Locus.
Gallinariū Officina, cohortalis
Auiaria.
Ορνιθοβοσκεῖον.
Calepini error.
πίταυρον quid.
Nostra Gallinaria diuersa esse à Gallinarijs veterum.
Fumus Gallinaceo generi amicus.
Gallinarij descriptio.

deinde foratis duobus aduersis parietibus induūtur, ita vt à tabulato pedalis altitudinis, & inter se bipedalis latitudinis spatio distent. Hæc erit cohortalis officinæ dispositio, quam Columellæ acceptā ferre debemus, à qua nōnihil diuersa est, quā ponit Varro. Si ducētas, inquit, alere velis, locus septus tribuēdus, in quo duæ caueæ cōiūctæ magnæ constituendæ, quæ spectent ad orientē versus, vterq; in lōgitudine circa decem pedes, latitudine dimidio minores, & altitudine pau ò humiliores. Vtriusq; fenestræ latitudine bipedali, & vno pede altiores, à viminibus factæ raris, ita vt lumen præbeant multum, neq; per eas quicquam ire intrò possit, quod nocere possit Gallinis. Inter duas ostiū sit quà Gallinarius curator earum ire possit. In caueis crebræ perticæ traiectæ sint, vt omnes sustinere possint Gallinas. Contra singulas perticas in pariete exculpata sint cubilia earū; Ante sit, vt dixi, vestibulū septū, in quo diurno tēpore esse possint, atq; in puluere volutari. Præterea sit cella grādis, in quo curator habitet, ita vt in parietibus circū omnia posita sint cubilia Gallinarum aut exculpta, aut affixa firmetur motus. n. cùm incubant, nocet. Hæc ille, quamuis Florentinus nō plures, quàm quinquaginta in vno auiario nutriri prohibeat, quòd in angusto arctatæ labefactentur. Quapropter auiarium magnum sit, necesse est. Columella ducēta capita vnius custodis curā requirere ēt scripsit, eamq; sedulam, ne vel ab hoībus, aut insidiosis animalibus aliqua diripiantur. Quod verò ad cortem attinet, ea ad meridiē pateat, & soli obiecta sit, quò faciliùs hyeme aliquem tepore cōcipiat. Porticus furcis, asseribus, & fronde formandi, quæ vel scandulis, vel si copia suppetit tegulis, vel, si facilius, & sine impēsa placuerit, caricibus, aut genistis tegendi, vt æstate caloris sæuitia temperetur, animaliaq; ceu in vmbra degant. Columella monet, vt puluis siccus, & cinis, vbicūq; cohortam porticus, vel tectū protegit, iuxta parietes reponatur, vt sit, quo aues se perfundāt. Nam his rebus, inquit plumas, pennasq; emundant, si modo credimus. Ephesio Heracleto, qui ait, sues cœno, aues cohortales puluere, vel cinere lauari. Qui itaq; emolumenti causa hocce auium genus educare volunt, ædiculā qualē ex Columella, vel ex Varrone descripsimus, ædificare poterūt, & q̄ sequentur, diligenter obseruare. Nōnulli, teste Leonino, domunculos, & nidos purgāt, ipsasq; aues sulphure, asphalto, picea lustrāt, sed & ferri laminam, ac clauorū capita, atq; lauri surculos imponunt nidis, vt quæ ad arcenda prodigia (textus Græcus hēt διοσημιας tēpestates) oīa magna vim habere vidērur. Sed eiusmodi remedia, vt diximus, nimiam sedulitatē veterum declarant. Calorum ēt ratio habenda est vt totius Gallinarū numeri sexta pars mares sint, sed id minimè obseruatur à nostris Gallinarijs, cū aliqui haud ab re ab antiquis Geoponicis ea norma tradita sit. Quō si plures Gallinæ fuerint, Gallum nimio coitu eneruant. Si ergo forte euenerit, quod Gallum vel nouiter emeris, vel dono acceperis, eumq; in corte tua cum reliquo grege educare volueris, nō temerè statim, ac fortuito solutū dimittes. Sed curabis, si alij Galli ibi sint, ne ab eis fugetur, a Ælianus eiusmodi Gallum recentē sponte fugitiuum ad suos familiares, & cōpascales, vtcūq; peculatus fuerit, se recipere tradit, iōq; custodia ipsum muniendū, & vinculis occultioribus, quam quibus apud Homerū Vulcanus irretitur, coercendum, idq; hunc in modū effici, si ei fidem adhibes (nam reuera fabulā sapit) mensam super qua cibum capere soles in medium cortis siste, & Gallum ter circa ipsam circumferto, atq; ita cum cæteris auibus domesticis liberū dimittito. Sic. n. tanquā vinctus nusquam aufugiet. Sed Gallus ad suos non reuertetur, vt ille, ait, nisi à vicinis tuis illū emas, nam tunc propter veterem pellicum amorē facilè domum repetit. Quod verò ad reliquam ὀρνιθοτροφίαν, seu, vt Columella vertit, rationē cohortalem attinet, ea iam in solo victu, & potu consistere videtur. Victus aūt ratio ob duas potissimum causas instituitur, vt. s. vel oua pariant, & proli incubant, vel pro hominū futuro pastu saginentur. Sed cum animantia sint pamphaga, nihilq; non deuorent, absumantq; naturæ suæ caliditate adiuti, adeo vt non solum præter omnia ferè granorum genera, omnium animantium cùm terrestrium, tum aquatilium carnibus oblectentur, verum ēt nec humanis stercoribus, nec serpentibus, scorpionibus, eiusmodiq; animalibus venenatis sibi temperent, quinimo conficiant ac nonnunquam arenas, lapillosq; ingluuie sua deuoratos, teste Dioscoride, dissoluant: nā cum hos in ventriculo aperto tm reperire sit (vnde & Gallicum vulgus, vt scribit b Laurentius Iobertus Gallus, earum auium ventriculum perie vocat à petris, quas patrias lingua peiras dicunt) nunquam vero in intestinis, itaq; non dissolui tm, sed confici ēt ab illis q̄spiam non ineptè iudicet, qa nō prius descendit concluſa ventriculo materia, q̄ fit emollita, & in chilū cōuersa. Quinimo auiū genus, maximè carū, q̄ non sunt carniuore, & feminibus nascūtur potissimum, vt Gallinæ, vētriculi mēbranā hēt dēsissimam, in eaq; natiuū calorē valde acrē, vt est in calybe ignito ob subiecti soliditatē. Atq; vt is calor cōseruet, est tunicę illi circūdicta caro mul-

Quot capita vni Gallinario cōmittenda.

Cohors qualis esse debeat.

Puluis, & cinis cur in corte habēdi.

Cur plures Galli habēdi.

Gallus nouitius quo tractādus. a l. 2. c. 10.

Victus rō. b In Apol. pro parad. 7. dec. c. 2.

ro multa, denſaq; ac craſſa: vt non ſit mirum aues ſolidiſſima quæq; poſſe conficere. Cùm itaque iam ita omnia deuoret, naturaq; ventriculum largita ſit tam mirificè calidum, iure merito de edacibus, helluonibuſq; hominibus ac omnia ſua ligurientibus natũ eſt adagium *Gallorum incuſato ventrem* quod ex Ariſtophane deſumptum viderur: ait enim: *Prouerbũ. c In Veſp.*

Mihi dixerat ventrem eſſe Gallinaceũ
Velocius enim concoquet hoc argentulum.

Vt modò parũ Gallinarum promoueamus, commodumq; ex ijs nobis percipiamus, cibos conuenientes exhibemus, cauebimuſque ne deuorent, quæ ſterilitatem inducant. Columella pro optimis cibarijs præberi ſcribit hordeum pinſicũ, & viciam, nec non cicerulam, tum etiam milium, aut panicum: ſed hęc vbi vtilitas annonæ permittit: vt verò ea eſt carior, excerta tritici minutè commodè dari: quòd per ſe id frumentũ ẽt, quibus locis viliſſimum eſt, non vtiliter præbeatur. Poſſe ẽt lolium decoctum offerri, nec minus furfures modicè à farina excretos: hos verò ſi nihil habeant farris, non eſſe idoneos, nec tantũ apperi. Palladius oua maiora parere tradit, & ſæpius, ſi hordeum ſemicoctum exhibeatur. Raſis idem factituras promittit Naſturtij ſeminibus tritis, cum furfure, & cum vino ſubactis, ac in cibum oblatis. Item magna oua tibi parient Gallinæ, ſi teſtam Laconicam tuſam furfuribus, & vino admiſcueris, & ſubactam Gallinis obieceris: item ad eundem effectũ rubricã diſſolutam cibo earũ admiſcebis. Sunt qui parere nequeuntibus Gallinis Melanthij ſemen, quod vulgò gith vocatur exhibeant. *d* Matthiolus experientia ſeſe compertũ habere aſſerit Gallinas, quę hyeme, quo tẽpore propter algoris ſęuitiam rarò oua parere ſolent, cãnabis ſemine veſcuntur, numeroſiore ouorũ partu gaudere, & Braſauola per totã hyemẽ oua ædere teſtatur. Quod certè inſigni priuilegio fecerint, cùm alioqui, teſte Simeone Sethi, cãnabis ſemen in homine genitură inſtar caphuræ exiccet. Sunt qui furfuribus coctis tanta craſſitie, quãta ſumi à Gallina poterũt matura Vrticæ ſemina immiſcẽt, & ſic per hyemẽ incaleſcere, & fœcundiores fieri promittunt: aliqui ẽt vrticas exiccãt, manibus atterũt, in futurã hyemẽ ſeruãt, & in aqua pro illarũ cibo decoquũt ob eandẽ ſcilicet causã. Sed Braſauola ex ſemine vrticæ idẽ promittit, quod alij ex cãnabis ſemine. Aliqui itẽ viſcũ decoquunt: cuius quidẽ pabulo fœcunditatẽ dari cuicũq; animali, Plinius alibi author eſt. Creſcẽtienſis galegæ, ſiue rutæ caprariæ ſemen dicere quoſdã aſſeuerat, mirabiliter fœcunditatẽ Gallinarũ augere. Contrà vinacea ſterilitatẽ inducunt. Quæ res noſtras mulieres minimè latet, quãdo prorſus cauent ne toto eo tẽpore, quo pariunt, ea deguſtẽt. Vnde Andreas Lacuna non parum hallucinatus videri poteſt, γόνιμα, quòd ex vinaceis acinis cohiberi Florentinus ſcribit, fermitudinẽ vertens, cùm fœcunditatẽ transferre debebat: ſed, vt videtur nomine vicinitate falſus μόνιμα legit. Vetus itẽ hactenus opinio inuoleuit fabarũ eſum Gallinis ſterilitatẽ conciliare: inde, vt apparet, nata, quòd *e* Theophraſtus earum putamina radicibus arborũ appoſita vitẽ penitus tollere ſcripſerit: ecũ interim nullã Gallinarum mentionem faciat, tantum abeſt, vt earum eſum illis interdicat, vt poſtmodum *f* Clemens & Apollonius, Auicẽna, multiq; recentiores fecerũt. Cùm verò fabas inflare nulli nõ notũ ſit, & inflantia omnia venerem cicere, planè videre nequeo, cur ob dictã causã Gallinæ earũ eſu abſtinere debeat. Quare ẽt eorũ ſententiã probare minimè poſsũ qui Pythagoręos eorũ eſu abſtinere debeat. Quare ẽt eorũ ſententiã probare minimè poſsũ qui Pythagoręos eorũ eſu abſtinere debeat

quòd quamuis tolerabiliter pascãt, ex eorũ tamen vsu, rarò pariant, & oua exigua faciant. Sint igitur ipsis cibus post autumnũ, cũ à partu cessãt. Quod ẽt Columellæ præceptum est. Eo tempore, inquit, pro parere desinẽt aues, id est, ab idibus Nou. pretiosores cibi subtrahendi sũt, & vinacea prębẽda, quæ satis cõmodè pascũt adiectis interdũ tritici excrementis. Vitẽtur herbæ amaræ, maximè absynthiũ, siquidem ex eius esu oua amarissima pariunt. Sũt qui ex impura cibaria pascentibus Gallinis putrida plerũq; venenataq; oua nasci velint, & excremẽtosa, si humanas fæces comederint Lupinis ẽt abstinere debẽt ob eandem causã, tum verò quod sub oculis grana gignãt, vt Crescentiensis obseruauit, quæ nisi acu, teste Palladio, leuiter apertis pelliculi auferantur, oculos extinguunt. Vuæ, quarũ alioqui sapore maximè afficiuntur, propter vinacea prohibentur, quæ steriles reddunt, tũ ẽt, quod pituitam generent communem huius auium generis pestem, maximè si immaturæ fuerint. Idem incommodum ficus adferunt, quorum esu non minus gaudent, & perperam Ornithologus aut lectum ab Hermolao, aut malè intellectum hoc Græcum carmen suspicatur.

Herbæ amaræ vitandæ, & cur.

Lupini cur interdicti.

Vuæ cur prohibitæ.

Ficus incõmodæ.

Ornithologi error.

Σῦκα φιλ' ὀρνίθεσσι φυτεύειν δ' οὐκ ἐθέλουσι, id est,

Ficus amant aues, plantare verò nolunt.

1 Coro. 164

Cùm ceu prouerbialiter recensẽat Gallinaceos amãtibus ficus ne ferito: quasi verò Barbarus Gallinaceos neget ficus amare. Sed hoc voluit indicare, vt qui eiusmodi aues lucri causa educãt, ficus non offerant, quòd, vt dixi, pituitam generent. Vt igitur huic malo obuiam eas, caprificum vnà cùm cibo decoctam offeres, atq; ita, teste Columella, ficus fastidire facies. Item vuarũ fastidium inducit vua labrusca de vepribus immatura lecta. Plinius alibi simpliciter cibo incoctam dari iubet, alibi cum farre mistã Columella cũ farre triticeo minuto coctam esurientibus obijci vult, polliceturq; eius sapore offendi ita aues, vt omnem aspernentur vuam. Sed videndũ est, num eandem plantam intellexerit, quam Plinius. Hic enim aliqui ẽt vuæ florem id præstare scripsit his verbis: *Vuæ florem in cibis fradere Gallinacei, vuas non attingunt* Fortassis œnantem è Graco vuæ florem transtulit. A Dioscoride quidem memoratur genus vitis syluestris sterile, quod fructũ non profert, sed florem tantum, quem œnanthen vocãt. Sed Labrusca alioqui fructũ fert, at exiguum eumq; prius admodum austerum, post mellitum, atq; dulcissimũ. Cæterũ quęcunq; dabitur esca per cohortem vagantibus, monet Columella, vt die incipiente, & iam in vesperam inclinante bis diuidatur, ne scilicet mane à cubili latiùs euagentur, & ante crespusculum vespertinum propter cibi spem tempestiuiùs ad officinã redeãt, possitq; numerus capitum sæpius recognosci. Nam omne volatile pecus pastoris custodiam facilè decipit. Quantum aũt cuiq; auiexhibendũ est difficulter exprimi posse putem. Palladius tamẽ duobus hordei cyathis, vnam, quæ vaga est, Gallinam benè pasci dixit. Qui verò saginare eas, & ad mensæ luxũ educare volunt, diligentiùs, & maioti impensa eas nutriunt, vt ea dignam mercedem cõsequantur. Quæ res antiquissima certè est, & quã Deliaci primi exercuisse perhibentur, de quibus ita Plinius: *Gallinas saginare Deliaci cœpere: vnae pectis exorta optimas aues, & suopte corpore vncias deuorandi. Hoc primum antiquis cœnarum inter delicias exceptum inuenio iam lege C. Fannij Cos. XI. annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucrum poneretur præter vnam Gallinam, quæ non esset altilis: quod deinde caput transiatũ per omnes leges ambulauit.* Meminit eorundem Cicero: *Videsne inquiens, vt in prouerbio sit, quorum inter se similitudo? tamen hoc accepimus, Delij fuisse complures salutis rebus illis, qui Gallinas alere permultas quæstus causa solerent. Hi cũ ouũ inspexerant, quæ id Gallina peperisset: dicere solebant Petronio Arbitro Deliaci, Gallinarum curatores. Molles veteres Deliaci manu facti,* id est castrati, vt Scaliger exponit. Saginantur aũt hyeme meliùs, quàm æstate. Sunt tamen qui asserunt, Gallinas potissimum pinguescere, quo tempore arbores florent: maximè, si flores descantur: oua verò tunc etiam citò corrũpi, ac putrescere. Locus ad saginandum calidissimus diligendus, & modici luminis, quòd motus earum, & lux pinguedini inimica sit, vt Varro tradit, & experientia suffragatur: vnde *m* Martialis ganeæ nũ imperitus fuisse videri potest, cùm non tantum nobis tradiderit, quo loco sanguinentur, verùm etiam, quo cibo maximè. Ait autem.

Quantum offerendũ. Saginatio.

Quo tempore meliùs pinguescant.

Locus ad saginandũ.

m li. 3.

Farina dulcis.

Pascitur & dulci Gallina farina,
Pascitur & tenebris, ingeniosa quies est.

n li. 10. ca. 50.

Vocat autem dulcem farinam, quæ ex milio fit mulso lacteue elotam, vnde etiam *n* Plinius dicebat: *Inuentumq; dulcitudinem esse in feminae earum Gallinaceos quoq; pascendi tactæ madidis cibis, multò ita gratiores approbantur.* Pinguescunt fere viginti quinque diebus, singulæ caueis inclusæ, quæ ab vtraque parte foramina habeat, vnum, quo caput, alterum, quo caudam exerant, vt scilicet cibum capere, & excrementa deponere queant.

Quot diebus pinguescant.

Pluma

Pluma omnis in capite, sub alis, atque clunibus detergatur, illi ne pediculos creet, hic ne stercore naturalia lædantur. Varro ex alis,& cauda pennas euelli iubet. Florentinus extremas,quare & hæc eximi poterunt. Substernatur mũdissima palea,vel molle fœnum. Nam si durè cubent, non facilè pinguescunt. At non obesas tantùm, sed in cibo etiam longè suauiores fore promittunt omnes fermè rei rusticæ scriptores,si farina hordeacea recẽti aqua mulsa consperſa exhibeatur. Vnde Columella, postquam, vt videtur, ex Varrone, apud quem eadem leges,nisi quòd simplicem eam aquam dulcem vocet, simplici eam aqua conspergit,& ita ofias ex eadem fieri iussit,primisq; diebus dari parciùs,donec plus concoquere consuescant: quòd cruditas vitanda sit maximè, tantumq; præbendum, quantum digerere possint: neq; ante recens exhibenda, qua tentato gutture apparuerit nihil veteris escæ remansisse. *Nam tilt*, inquit, *qui volunt non solum opimas, sed etiam teneras aues efficere, mulsa recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, atq; infarciunt.* Nonnulli, teste Varrone, pane triticeo, vino optimo ac odorato madefacto, & aqua prædicta opimant,ita vt viginti diebus pingues reddant, & teneras. Alij, inquit Columella, tribus a quæ partibus vnam boni vini miscent, madefactoq; eodem pane obesant: hoc modò tartam auem, quæ prima Luna (quoniam id quoq; custodiendum est) saginari cæpta, vigesima perglisceretradit. Varro turũdis hordeaceis partim admistis ex farina hordeacea,aut semine lini ex aqua dulci farciri scribit,idq; facere iubet vsq; ad dies viginriquinq; tum demiq; pingues fieri. Laudatur a Florentino etiam milium. Et panicum ad Gallinarum Columbarumq; saginam potiùs dari,quàm ad hominum alimentum. Cardanus author est. Gallinas si pingui lacertæ,salnitro,cyminoq; farinã tritici miscueris,& hoc cibo eas saginaueris,adeo pinguescere homines,q; qui eis aluntur,ita pinguefieri, vt distũpantur. Io. Iacobus Vveckerus eiusmodi sese secretum ab Hollando quodam accepisse tradit, vt Gllinæ pinguescant. In culina, inquit, faciastibi capsam, pluribus interlinctam capsulis, singulis cum suis foraminibus, per quæ capita extrudere foras possint Gallinæ cibumq; capere. His itaq; capsulis, Gallinæ iuuenes,vel pulli incarcerentur,singulæ singulis: cibusq; singulis horis offeratur,parum pro vice potu interdicto. Cibus autem sit triticum in aqua modicè elixum. Oportet autem capsulas inferius esse pervias, vt excrementa permeare possint singulis diebus diligenter auferenda. Cæterum vltra duas hebdomadas inclusas Gallinas esse non oportet: præ nimia enim pinguedine interirent Hæc ille. Audio ẽt apud eosdẽ populos insigniter pinguescere, & citò,si ceruisia eis in potu apponatur pro aqua,item si reliquijs eiusdem ceruisiæ pascantur,sed & oua ita plura,maioraq; parere. Columella, Plinius,& Florentinus,cum ad partum promouendum, tum ad saginandum, Cytisum miro modo commendant, eaq; propterea in agro haberi plurimum referre. Paucæ enim regiones sunt, è quibus non possit eiusmodi arbuscula haberi. Columella eius folia iciunis, feminaq; maximè probari, ait, & alibi esse non Gallinis tantum, sed omni pecudum generi vtilissimum prædicat, quòd ex eo citò pinguescat: Plinius Aristomachum viridem cytisum Gallinis dari iubere scribit, aut si aruerit,adefactum. Deniq; Florentinus eius semina, & folia arida èqua perfusa offerri præcipit,quippe quæ non minus quam viridia eas nutriant. Eiusmodi Gallinas, quæ hoc modo saginabantur,altiles, & fartas vocant,earumq; nutritionem saginationem. Iam verò non omnes aptas censebant teste Plinio, sed eas tantũ, quæ pinguem in ceruice cutem haberent. Sed quia nostra ætas Capos potius,quàm Gallinas saginet,itaq; eiusmodi victus Capis ẽt prærscribi poterit,de quibus suo loco pòst fusiùs dicemus. Quod si cibum respuant,fastidiantue, totidem diebus,inquit Varro, minuere oportebit, quot iam farturæ processerint: ita tamen ne tempus omne opimandi quintam, & vigesimam lunam superueniat. Idem Columella, Cato, & reliqui Geoponici bis die cibum offerunt. Parum tamen refert, si pluries dederis: modò in obserues, vt cruditatem vites, quod præstabis, si cùm iterum cibum oblaturus, guttur examines: si enim prior descendit, iterum dandus alius, si non, nequaquam. Qui itaque sæpe offerre volunt, vt Hollandus ille, de quo diximus, faciebat, parum exhibeant, idq; facilis digestionis. Quòd verò ad potum attinet: si farciantur, Cato meridie tantùm dari præcipit, aquamq; non plus, quàm vnam horam ante sinendam. Quæ pariunt, & incorte diuagantur, potum tota die postulant, ilq; nequaquam negandus, maximè, si æstus fuerit: fitis enim non aliter ac nobis hisce auibus nocet. Aqua autem mundissima sit. Nam stercorosa pituitam concitat: quare cohors per quam vagantur, non tam stercore, quam vligine careat; quæ res cùm diligentissimum etiam custodem nimia assiduitate stercus colligendi torqueret, aquam tamen interim mundissimam esse oporteat, vasa in hunc vsum fabricata clausa habere debebit. Et autem talia sint, qualia his verbis Columella describit.

Vt cibo grationes fiant.

ol. 8. de secretis.

Secretum ad pinguefactendas Gallinas.

Citisus cur commẽdetur.

Gallinæ altiles & fasciculæ.

pl. 10. cap. 50.

Gallinæ saginationi aptæ.

Si cibum fastidiant quid agẽdum.

Quoties dandus cibus.

Potus.

Sitis auibus nocet.

Aqua quales esse debeat.

Vasa aquã continentia qualia esse debeant.

Sint, inquit, *qui aut aqua, replentur, aut cibo, plumbei canales, quos magis vtiles esse, quam ligneos, aut fictiles compertum est. Ht superpositis operculis claudantur, & à lateribus super mediam partem altitudinis per spatia palmaria modicis foramina cauis, ita vt auium capita possint admittere. Nam nisi operculis muniantur, quantulumcunq; aquæ, vel ciborum ineſt, pedibus euertitur. Sunt qui à superiore parte foramina ipsis operculis imponant, quod fieri non oportet, nam superiliens auis prolunie ventris cibos, & aquam conspurcat.* Eiusmodi vasa in Hollandia, sed fictilia, propter minorem impensam passim, cùm in agris ab agricolis, tum in vrbibus fiunt, vt audio, sed aquam tantùm, non autem cibum imponunt, vasaq; singulis hebdomadibus ad minus semel setaceo quodam instrumento, quod indigere sermone ab officio de vuasser appellant, quasi lauatorem dicas, abstergunt, ne aqua intus fundo, marginibusque adhærens putrescat; verùm non in Gallinaceo genere tantùm, sed in Columbaceo etiam, atque ab hoc nomen obtinere, dici autem Duuepotten, id est, vasa Columbacea. Cæterùm cùm vino aspergi cibum ante ex veteribus rusticæ artis scriptores dixerint, agricolas in primis monitos velim, vt à vino, aut eius fætum vapore collecto vt ignis liquore abstineant. Is enim Gallinis pestifer, lethalisq; existimatur, vt etiam ius à carne salsa.

Duuepotten,

NATVRA. MORES. INGENIVM.

a l. 9. hist. c. 49.

GALLINÆ teste *a* Aristotele, vt reliquæ aues non altiuolæ, puluerատrices sunt. Impendio autem puluere gaudent. Vnde dicebat Ephesius Heraclitus cœno suo lætari, velut cohortales aues puluere, aut cinere. Id verò triplicem maximè ob causam faciunt, vt scilicet ita sese volutando velut quodammodo scabant, plumas, pinnasque emendent, & pulices excutiant. Quæ omnia alio modo se præstare non posse optimè norunt natura docente: Cuius ductu etiam quietum ad pariendum requirunt locum, & cubilia sibi nidosque construunt, eosq; quàm possunt molliſſimè substernunt, quasi ignorent oua aliàs facilè collidenda iri, si ea in duriori loco ponerent. Sed in eo non tam ingenij sui acumen produnt, quàm cũ iam pullos excluserunt, quos ita tueri norunt, vt & pennis foueant, ne ab ambiente frigore, vel calore lædantur. Hos tanto prosequuntur amore, vt si noxium quodpiam animal, vtpote vel Miluum, vel mustelam, vel maius etiam aliud eis insidiari viderint, vel aliquatenus cognouerint, receptis eis primùm sub alarum vmbra, seu tegumento sese acerrimas tutrices opponant cum maximo clamore hostibus pauorem incutientes, rostroque alis sese defendentes, adeo vt propriam mortem potiùs obire in pullorum tutelam, quàm illis hostibus relictis fuga salutem quærere malint. Qua in re egregium nobis specimen exemplarq; filios amandi præbent, tum etiam quando dum illos pascunt, & cibos subinde collectos ore porrigunt se suamq; famem negligant. Quem amorem *b* Homerus sub Achillis persona olim descripsit. Hic enim suos, quos pro Græci subierat labores, & pericula præ nimia in eos beneuolentia conferens matricis auis (Gallinæ nimirum per excellentiam) in pullos affectui, ita apud illum loquitur.

Gallinarũ erga pullos amor.

b Iliad. 1. Achilles Gallinis cõparatus.

Ὡς δ' ὅτις ἀπτῖσι νεοσσοῖσι προφέῃσι
Μάσσας' ἵησιν λαβεῖν κακὰς δ' ἄρα τε πέλεται ὑπ' αὐτῆ.
Sicut autem auis implumibus pullis offert
Escam pelliquam acquisierit, malè autem est is ipsi.

c l. de amore parent. erga liberos.

Citat hæc verba alibi *c* Plutarchus, vbi hæc eius verba leguntur Ὅτι δ' Ὅμηρικὸν ὄρνις τῶν ἰδίων τιτθίων λιμῶν ἔγγονα καὶ τὸν τροφεῖα τῆς γαστρὸς ἀπονοσίλω, ἀποκρατεῖ καὶ τὸ ζέοντῳ σώματι μὴ λαθη καταπίῃσα. Gybertus Longolius sic vertit. Homerica auis sua fame paruulos natos pascit, & nutrimentum quod ventri suo destinauerat, ore retinet, ne eo in ventrem delapso in obliuionem ipsa adducatur. Sed lector, inquit Ornithologus, considerabit, an sic potiùs reddi debeant verba posteriora. Ventris sui alimentum ore tenens, abstinet tamen & ne forte nolens etiam diglutiat mordicùs premit. Vt vt est verba, illa flagrantissimum Gallinæ erga pignora amorem testantur; de quo alibi idem *a* Plutarchus: *Quid verò Gallina*, inquit, *quas obseruari nostri oculis quotidie domi conspicamur, quanta cura, & sedulitate pullos custodiunt, & gubernant? Alys alas, quas subeant, remittunt; alys dorsum, vt scandant, reclinant: neq; vlla pars corporis est, qua non fouere illos si possent, cupiant: neque id sine gaudio, & alacritate quod & vocis sono testari videntur. Canes, & angues* (Ornithologus χίρκους, & δράκοντας, pro κύνας, & δράκοντας; vt vulgaris lectio habet fortè legendum, summo iudicio conijcit. Canes enim parum expauescunt Gallinæ: Circos reliquosq; Accipitres maximè) *cùm de se agitur, fulisq;*

d Eod. lib. paulo post.

fulijq; sibi metuunt, fugiunt, tum quidem. Si verò pullorum agmini ab his periculum verentur, vindicare illud ab iniuria nituntur, & suprà quàm vires patiuntur, sæpè dimicant. Etenim verò eiusmodi affectiones opinabimur illis animalibus ingenerasse naturam, de Gallinarum, Canum, Vrsarum propagatione solicitam, non nobis hoc modo pudorem voluisse incutere? Nimirum reputantes ista naturam sequentibus exemplorum loco esse, duris autem suam exprobare inhumanitatem, propter quos sola hominis incusatur natura, quod amorem gratuitum non ferat, neque nisi vtilitatis causa diligere norit. Haud minor etiam profectò Galli erga totam Gallinaceam familiam amor est ipseque nobis veri, optimiq; patris familias exemplar est. Is enim non vigilem tantùm sese suorum
10 in primis præbet custodem, & manè, dum tempus est, ad quotidianum inuitat laborem, sed ipse primus exilit non tam voce, quam reapse quid faciendum sit ostendens, ipse omnia vertit, omnia explorat, omnia despicit & simul atq; aliquid escæ nactus est, Gallinas & pullos ad pascendum conuocat, interim ceu pater quidam, & sympositarchus excelsus adstat, & ad epulandum inuitat, hoc vnum semper curæ habens, vt suis sit, quod edant. Interea ipse disquirit, ecquid in proximo reperiat, quo reperto, rursus suam familiam citat alta voce. Accurrunt illico. Ille sublimem se gerens, & vndiq; circumspiciens, ecquid hostile vsquam appareat, totam cohortem circumit, & obiter granum aliquando vnum sibi sumit, non citra inuitationem, vt se sui sequantur. Vnde apud Ausonium prouerbialiter legitur, *Gallinaceus Eucleonis*, in eum, qui omnia solet diligentissimè perscrutari, & inuestigare, ne
20 pusuisculo quidem relicto, donec id inuenerit, quod exquisita cura conquisiuerat. Gallus verò tum ideo quoq; amorem, beneuolentiamq; suam illam manifestat, dum se doloris, quo coniuges suas affici credit, consortem cantu longè alio, quàm cucuritu, sed Gallinarum cantui simillimo attestatur. Meminit eius *e* Oppianus his verbis: *Galli partus Gallinarum leuare, & doloris participatione solari videntur, dum placida, & exili voce eis accinunt*: dissentiens in eo ab Aristotele, quem Gallinas absq; dolore parere, authorem esse suprà diximus. Vnde item Porphyrium falsum ita scripsisse dicendum est: *Maritus etiam inter bruta partus dolores intelligit, & plurimi ex eis, parientibus feminis condolent, vt Gallinaceæ quidam etiam excubando iuuant, vt Columbi.* Verùm visus est aliquando Gallus, teste Aristotele, mortua Gallina, eius munus obire, hoc est, vel incubare oua, vel iam natos pullos educare, insigni sanè be-
30 neuolentiæ signo. Quid verò de ingenio eius dicemus, quo certè plurimùm valere quiuis meritò dixerit, qui perspectam huius auis naturam habuerit. *Proximè gloriam sentiunt*, inquit *g* Plinius, *& hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; somno natura genuit. Norunt sidera, & ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum Sole eunt cubitum, quartaq; castrensi vigilia ad curas, laboremue reuocant. Nec Solis ortum tacentis sinunt obrepere, diemq; venientem nunciant cantu, ipsum verò cantum plausum laterum. Imperitant suo generi, & regnum, in quacunq; sunt domo, exercent. Dimicatione partitur hoc quoq; inter ipsos, velut ideo tela agnata cruribus suis intelligentes.* *h* Aelianus etiam non Solis tantùm, sed Lunæ etiam ortu lætari Gallinaceos scribit, vbi ait: *Gallinaceum exoriente Luna, quasi diuino quodam spiritu afflatum bacchari, atq; exultare ferunt. Oriens autem Sol nunquam ipsum fallit, tum vehementissima voce contendens,*
40 *semet magis, magisq; cantando vincere conatur.* Res item summa admiratione digna est, Gallum tum silentio vti, & pulchellam illam suam vocem, cucuritum inquam, celare nosse, cùm mortua Gallina coniuge sua, ipse eius officio fungens oua incubat, quòd id mulierem decere, & parum virile esse non ignoret, vt idem Aelianus memoriæ prodidit. Illud prætereà ingenio harum auium ascribendum est, quòd cum sese copia sanguinis immoderati aggrauari sentiunt, vnguibus cristas tam diu scalpant, donec illato vulnere sanguinis fluxum proliciant, atq; ita ab imminentibus malis sibi ipsis medici liberent. *i* Plinius similiter herbam, quæ vocatur helxine agnoscere eos tradit, eaq; sese dum indigent remedio, purgare. Haud ab re igitur D. Iob quærebat: *Quis dedit Gallo intelligentiam?* Verum istæc intelligen-
50 tia non rerum diuinarum cognitio est, vt quispiam ex Plinius verbis, quæ paulò ante adduximus, qui nimirum sidera nosse, &c. dixit, arguere possit, sed naturalis, quæ tamen nec ipsa cum deliberatione constet. Quomodo etiam cum summa industria terram vnguibus scalpendo victum quærit. Hoc scalpurire Plautus dixit de sepulta olla loquens: *Vbi erat hæc (olla) defossa cæpit ibi scalpurire vnguis circumcirca:* veteres etiam ruspari, atque hinc eo verbo pro sedulò perscrutari vtuntur: vnde alibi idem ait: *Corruspare tua consilia in pectore.* *k* Alibi deniq; facetissimè eiusmodi ruspationi scriptionem amasiæ Callidori comparauit, quia nimirum difficulter ob malè formatas literas legi poterat: ait autem.

An obsecrò Hercle habent quoque Gallinæ manus?
Nam has quidem Gallina scripsit.

Galli amor erga familiam. Diligentia.

e In Exeu.

f l. 3. de abstin. ab ani. Gallus pullos educare visus. Ingenium Galli.

g l. 10. cap. 21.

h lib. 4. de An. c. 29. Luna etiã exoriente lætari Gallos.

Gallinaceũ genus quomodo sese à plethora liberet.

i l. 8. c. 27. Helxino libera Gallinaceis nota.

k In Pse.

Quorum

Henneſcrapſel. *Gallinarũ ruſpatio.*

Quorum verborum ſenſum, atque vim, nemo, quod ſciam, omnium quotquot in Plautum cõmentati ſunt, hactenus aſſequutus eſt. Audio autem apud Hollandos eiuſmodi loquendi modum frequentiſſimum eſſe, vt videlicet ſcriptionem parum legibilem Henneſcrapſel, hoc eſt, Gallinarum ruſpationem vocent. Hetauſci pro ruſpare dicunt ſparnazzare, & metaphoricè vtuntur in prodigos ſua adijcientes inutiliter.

MAGNANIMITAS. PVGNA.

a In Ixeu,

Solennes Gallorum pugnæ cur inſtitutæ.

Leo, & Baſiliſcus.

Gallum expaueſcunt.

Gallus cur Marti dicatus.

Gallus à coitu cantat.

Quare pro Gallinis pugner.

Gallus adulterum punis.

b l.10.cap. 21.

Gallus ſtriptum ſui non admittit.

c lib. 9.

Gallus domum intrans criſtã ſubmittit.

d l.4.c.29 de Anim.

e lib.10. de ſubtil.

f Exc.240

Gallorum pugna deſcripta.

LAVS item Gallo maxima in animo pluſquam regio, adeo vt a Oppianus auium omnium pugnaciſſimum vocare non ſit veritus: cuius nimirum tam excelſus animus eſt, tanta animi conſtantia, vt non vitæ, quæ omnibus animalibus cariſſima eſt, pericula tantùm ſubire, ſed perdere etiam eam malit, quàm alterius imperium, iugumq; vel ad vnicum tantummodò temporis momentũ pati. Sciuit hoc Themiſtocles, ſciuerunt maiores noſtri, qui anniuerſarijs ſolennibuſq; Gallorum pugnis ſolenni ritu inſtitutis perpetuos nos eſſe voluerunt Gallorum imitatores. Aiunt verò non Leonem modò ad eorum cantum, ſed baſiliſcum etiam expaueſcere: quod an verum ſit, vt parui refert, ita certum eſt nullum animal maiori animo, & excelſiori vel caput criſtatũ, & caudam erectam falcatamq; genere, vel certamen inire, in quo frequenter antè moritur, quàm aduerſario cedat. Quare iure merito Marti bellorum, pugnarumq; Deo ſacer habitus fuerit, & prouerbialiter Ἄρθως νέοντος, hoc eſt, *Martis pullus* vocatur: quaſi ad bella, pugnaſq; magnoperè propenſus. Verum non in pugna tantùm animoſitas maxima eius eluceſcit, ſed in coitu etiam: à quo (taceo modum, quod ſolaciſſimus ſit, & vnus multis vxoribus ſatisfaciens) cùm omne animal triſtati ſoleat, ſolus ipſe exhilareſcit, & cantu alacritatem ſpiritus atteſtatur: & Plato author eſt, Gallum degenerem ignauumq; antequam vicerit, canere. Nec ferè ob aliam cauſam, quàm propter vxorem pugnam init, veritus ne alius amplexus earum illi clam ſuffuretur: vnde ſcribit Athenæus Gallinaceum alteri mari cum Gallina coitum abſq; pugna non permittere: quare Alberto neutiquam crediderim. Gallos ſcribenti, ſi multi ſint, nimio coitu Gallinas enecare. Haud tamen interim inficias iuerim eas à diuerſis Gallis iniri: nam id furtim fieri putauerim: ſimul verò degere, vel ſaltem ſimul cum Gallinis coire, quod ille ſupponit, nunquam crediderim; quinimo illud ego ex inſpectione didici Gallum vnicum ſemper in vno loco imperium habere, & in alios ſi fortè clam, vt dici, cùm vxorum ſuarum aliqua coierint, vel coire tentauerint, acriter animaduertere, vnde item adagium extat ſatis triuiale, *Gallus in ſuo ſterquilinio plurimùm poteſt*, quod ſcriptum eſt in ludicro Senecæ: videtur autem innuere quemlibet in alieno ſolo timidiorẽ eſſe, & in ſuo regno ferociorem, & animoſiorem. In quo pariter ſenſu & illud notum eſt: *Domi pugnans more Galli* in illos, qui domi rixantur, quum foris ſint placidiſſimis maioribus: vnde dicebat b Plinius: *Imperitant ſuo generi, & regnum in quacunque domo ſunt exercent, Dimicatione pariter hoc quoque inter ipſos velut ideo tela agnata cruribus ſuis intelligentes, nec finis ſæpe niſi morientibus.* Quod verò ait ſapientiſſimus virorum Salamon: *Gallus ambulans inter Gallinas latus*: id pariter Eucherius imperij ſignificationem eſſe dicit. Hoc item ceu magnificentiam, animique celſitudinem arguit, quod nunquam ſui ineundi copiam faciat abſq; atrociſſimo certamine, vt c Athenæus author eſt. Denique & illud, quod idem author ibidem teſtatum reliquit, & quotidiana experientia comprobat, quod ſcilicet quaſcunque ædium fores ingreſſurus, criſtam ſubmittat. Quod ab Aeliano fortaſſis mutuatas d Athenæus fuerit, quia ita ſcribit: Illud item in eo mirificum, cùm limen intrat, tametſi ſuperum altiſſimum exiſtit, is tamen ſeſe inclinat: quod quidem ipſum ſuperbia inductus facere videtur, ne ſcilicet criſta vſpiam offendatur. His, ſi placet, adde, quòd pro caris vxoribus, pignoribuſq; ſuis aduerſus ſerpentes, Miluos, muſtelas, & eiuſcemodi feras alias, viriliter decertet, & nos ad ſimile certamen, vbi ſeſe occaſio offerat, inuitet. Hieronymus e Cardanus Gallum ideo decantatiſſimo illi parricidarum culeo, vnà cum ſerpente, cane, & ſimia inſeri à Romanis exiſtimabat, quòd ſuperbiſſimus ſit, vel ob gentis ſimilitudinẽ; quod ipſum f Scaliger ex inſcitia hiſtoriarum credidiſſe tradit, quoniam Gallis nondum notis illa lex ſcripta fuiſſe: ſed ne hic rem acutetigit. Quomodo enim Gallum includere potuere Romani nondum notum? Quare ego pòſt ſuo loco veram, ni fallor, eius rationem aſſignabo. Quod verò ad pugnam Gallorum attinet, ad quam vel imago eorum in ſpeculo tantum conſpecta eos inuitat, teſte Athenæo, ea ſingulari non carent, artificio. Dum enim pugnant, naturæ ductu terram feriunt, & plumas

mas circũ collum erigũt, pennasq; caudę quãtũ possunt, sursũ atq; deorsũ vibrant, assilientes interim, quò magis calcaribus suis, quæ ob id ceu tela in cruribus agnata, teste Plinio, agnoscũt, hostẽ feriãt: vnde legas apud ãtiquiss. Luciliũ hos vel versus, vel versuũ fragmẽta.

Gallinaceus cùm victor se Gallus honestè
Sustulit indigitos, primoresq; erigit vngues.

Vbi, teste Nonio, primores vngues pro anterioribus dixit: quod non purem, cum non ijs vnguibus, sed calcaribus dimicent, quæ etsi in posterioribus tibiarũ partibus ferè sita sint, inter insiliendum tamen cũ scilicet aduersarios feriunt, ijs ita vti norunt, ac si ad interiora locata forẽt. Ab eiusmodi certamine vulgare extat adagiũ. *Gallus insilit*, in eum, qui semel victus redintegrat certamẽ; quod sanè sæuissimum conspicitur: vnde dibebat *g* D. Augustinus: *Cum ecce ante fores aduertimus Gallos Gallinaceos ineuntes pugnam nimis acrem.* Et paulò pòst pugna ita describit: *Vt in eiusdem ipsis Gallis erat videre intenta proiectus capita, inflatas comas, vehementes ictus, cautissimas euitationes, & in omni motu animalium rationis expertium nihil non decorum: quippe alia ratione desuper omnia moderante postremò legem ipsam victoris, superbum cantum, & membra in vnum quasi orbem collecta, velut in fastũ dominationis.* Sed doctissimè idem carmen hisce versibus quàm breuiter Angelus *h* Politianus complexus est:

g To. 1. l. 1. de ordine.

h In rust.

Et regnum sibi Marte parent, quippe obuia rostris
Rostra ferunt, crebrisq; acuunt assaltibus iras.
Ignescunt animis, & calcem calce repulsant
Infesto, aduersumq; affligunt pectore pectus.
Victor ouans, cantu palmam testatur, & hosti
Insultans victo, pauidum pede calcat iniquo.
Ille filet, latebrasq; petit, dominumq; superbum
Ferre gemit: comes it merito plebs cætera regi.

Quãquam etenim Gallus animal natura pugnax est, ac magnanimũ, vt diximus, vbi tamen se sentit imparem in cõflictu, mirè deiectus, ac supplex profugit, seseq; occultat pudore suffusus, risum spectatoribus mouens. Ita apud Theocritum Amyntas Pollucem ad certamen prouocans. Tuus, inquit, ego, tumens (nimirum victus) vocabere, quia φοινικελόφων: id est, alitum rubri cristatarum talia sunt certamina. *Signum autem victi*, inquit D. *i* Augustinus, *elatas à ceruice pennulas, & in voce, atque motu deforme, totum & eo ipso naturæ legibus nescio quo concinnum, & pulchrum.* Idem scribunt *k* Plinius, & *l* Ælianus: quorum hic: *Quod si*, inquit, *palma contingit, statim in victoria canunt seq; ipsi principes testantur. Victus occultatur silens, ægreq; seruitium patitur, & plebs tamen æquè superba graditur, ardua ceruice, christis celsa, Cælumq; sola volucrum aspicit, crebrò in sublime caudam quoque falcatam, erigens.* Ille verò clariùs: *Quod si*, inquit, *cum altero pugnans vincatur, idcirco non canit, quod ex illa mala pugna spiritus fracti illi vocem supprimant. Cuius offensionis verecundia confusus in primam quamq; latebram sese occultat. Sed si ex certamine victoriam reportarit tum oculorum eminentia, tum ceruice erectæ simul, & cantus contentione insolenter effertur, & triumphantis similis est.* Hallucinatur igitur alibi Aristophani interpres, quando à Gallo victo victorem insectari scribit. Fugere autem victum ipsum Aristophanem minimè latuisse, ex prouerbiali istuc, quod *m* alibi protulit, dicto, est manifestum Πτήσσει φρύνιχος ὥσπερ ἀλέκτωρ, id est, *horret Phrynichus, sicut Gallus.* Fuit autem hic Phrynichus Melanthæ filius, Atheniensis tragœdiarum scriptor, quem Athenienses mille drachmis mulctarunt, quòd Milesiorum excidium tragœdia complexus esset. Meminit eiusdem adagij *n* Plutarchus, qui cùm antea fuisset ferox, insolens ex Socratis familiaritate, cuius singulares integritatem suspiciebat cœpit esse mãsuetus ac modestus. Citat autem hunc senarium è quopiam poeta.

i Loco cit.

k li. 10. ca. 20.

l li. 4. c. 49.

m In Ves. Phrynicus quis.

n In Alci.

Επλὴξ ἀλέκτωρ ὡς, κλίνας πτέρον, id est,
Pauidus refugit mare Gallinacei
Cùm victus alas ille submittit suas.

Vsurpatur verò id adagium in male affectum, & commotum, aut etiam pauitantem, πτήσσειν enim Græcis fugitare significat, atque expauescere. Peculiariter autem de auibus dicitur. Similiter *superatus es Gallo quippiam*: locus prouerbialis dicitur in seruos, qui dominos à tergo sequuntur, supplices videlicet, & obiecti cuiusmodi nimirum solent esse Galli superati in pugna. Non tamen animositate vincuntur hę alites, sed viribus, & eleganter antiquissimus Ion poeta Tragicus his versibus ostendit.

Nec iam corpore, viroque, & ocello
Ictibus obtuso ille fatiscit.

Robore

Robore sed labente gemiscit
Et vinus seruire recusat.

Miltiades athenensium Imperator Gallorum pugnantium exemplo suos hortatur.

Quod postremum, etsi non vsque adeo semper verum sit, nisi viribus tamen victum cedere certum est: contrà sit in plerisq; alijs animalibus, quorum ferè semper alia alijs ante initam pugnam sua sponte cedunt. Quod intelligens Miltiades Athenienfium Imperator, cũ Rex Persarum excito Asiæ robore tam multa millia traiecisset in Europam, quasi ad primũ clamorem oppressurus Græciam conuocatis in Panatheniacum conuentum socijs pugnantes ostendit has alites, vt Philo Iudæus scriptum reliquit, ratus hoc spectaculum maiorem vim habiturum, ad promouendum eorum animos, quam orationem. Nec eum fefellit sua opinio. Spectata enim, inquit Philo, in brutis patientia, pertinaciq; contentione vsq; ad necem pugnantibus iuncto pectore, correptis armis eam expeditionem susceperunt, quasi bellaturi cum ingenti strage hostium, contemptis mortibus, & vulneribus, vt saltem insepelirentur libero solo patriq. Nihil enim ad rem gnauiter gerendam excitat, ac deteriorum victoria maior, quàm sperari poterat. Tradit item Diogenes Laertius, Socratem Iphicrati duci animos adiecisse, cùm ei ostendisset Gallos Gallinaceos tonoforis Midę aduersus eos, qui erat Galliæ, pennis, ac rostro dimicantes. Quam vtilitatem agnouit & Chrysippus, dum Gallorum æmulatione inijci nobis ad fortitudinẽ stimulos, & subijci calcaria prodidit. Quinimo fuisse apud antiquos historia docet, qui Gallos ad certamẽ instituerent, quos Columella auium lanistas vocauit. Plinius author est Pergami Gallorum spectaculum velut gladiatorum quotannis edi. Apud Tarnasaros Indiæ populos, nobiliores pugnatorum, ad quam tantummodo eos nutriunt, non oblectantur tantùm, sed centum ẽt aureos deponũt, quos ille, cuius Gallus in certamine superior euasit, domum victor reportat. Aiũt verò qui eas regiones peragrarunt, Gallorum eorum certamen quinq; quandoque horas durare, & victum victori nisi more cedere quàm sæpissimè. Idem certamen colunt Iauæ insulæ incolæ, nec nõ qui Paulaoan insulam habitant. Verùm nunquid id longo tempore fecerint, vt saltem verisimile est, mihi nondum cognitũ est: Græcos id olim obseruasse tum ex allata Plinij authoritate, tũ ex Æliano ẽt clarũ est, qui Themistoclem contra barbaros exercitũ ducentem duos in itinere Gallos fortè pugnantes vidisse prodit, ac imperasse, vt miles desisteret, acceptaq; de hac pugna occasione, docuisse bonis, & strenuis ciuibus, pluris patriam, liberos, vxores, parentes, Deosq; penates æstimandos, quã Gallis solam victoriæ opinionem. Qua de re cõsule q Celium. Cùm igitur victor rediisset, instituisse, vt quotannis Gallinaceorum pugna Athenis publicè exhiberetur. Quem morẽ etiamnum apud Bonemos in hunc diem durare audio, vbi primos præparare Gallos aiunt pugnæ, quasi gladiatoriæ, fieriq; sponsiones pretij non parui, dum vnusquisq; pecuniæ summam largam deponit, quam dominus victoris Gallinacei aufert. Et r Io. Garropius id Ambiuaritis populis, teste Cæsare, Galliæ Belgicæ in vsu fuisse refert, magna ambitione duabus inter se certantibus factionibus, atq; id cùm in pagis tùm maximè in ipsa vrbe, cui à Ducis sylua nomen est (vulgò Tishertighen bos: est aũt Barbantię, nobilis vrbs, & Regi Catholico aduersus Hollandos semper maximis in belli periculis fidem seruans) per octo integros dies in ipsa curia Gallos ad pugnam committi, ingẽti partium studio, & solicita victorię expectatione: in hac verò tantùm exardescere, vt ipse viderit ex Gallinaceorũ certamine ad equestre duellum aliquẽ alium prouocasse, in eoq; alterum virũ in primis strenuum, & veteranum equitẽ lancea in fronte ictũ occubuisse eodem ferè modo, quo Hernicus Rex Frãciæ, cui per oculi alterius cauitatem pars fractæ lanceæ in cerebri sedem est adacta. Legimus deniq; apud Gallos eiusmodi Gallinaceorum pugnantium spectacula in scholis edi: quod fortè & ipse fecerint, vt non alacriores tantùm iuuenũ suorum ad pugnã animos reddant, sed etiam speratæ, ac optatæ victoriæ cupidos. Veteres, vt Gallinacei in pugna facliùs aduersos hostes suos tutarentur, stimulis ferreis æneisq; quos Sipontinus plectra dici asserit, illos armabant: vnde etiamnum extat adagium ἀλφὰ πλήκτρον ἀφιστᾶτον; id est, *tolle calcar vltorium*: in eum nimirum, qui iam vltionem parat: sumptum aũt est adagium ex s Aristophane, cum ait: ἀλφὰ πλήκτρον, εἰ μάχει, hoc est *tolle calcar si pugnas*. Iucundum verò, inquit t Cælius, quod obseruatũ hoc parte nõ reticebimus, Gallinaceis mox cõpugnaturis alium in cibis obijci solitum, quò acriùs decertarent, ex quo facetissimè in veteri comœdia, ἰσχαδοφάγος, id est, allio pastus, quod scorodon vocant, pro vehementi, ac nimis in pugnam proclini quandoque dicitur. Eodem modo proficiscente, ijq; qui bella & castra sequuntur, allium gustant, quòd eos agiles reddat, vires addat, & animum acuat. Exhibetur etiam equis vna cum pane, & vino, vt ad prælium euntes faciliùs *labores futuros sustinẽãt, ferocioresq;*

Ferrea calcaria cur Gallinis adhibita. s In auibus li. 16. ca. 13. Ant. lect.

Allium cur Gallis exhibeatur. Milites, & proficiscentes cur alio vtãtur.

Socrates Iphicrati animũ addit.

Galli exẽplo. o li. de Inf.

Gallorum certamen institutum. Auium lanistæ qui. p li. 10. ca. 21.

Themistoclem cur Gallorum pugnã instituerit. q l. 17. lect. antiq. cap. 32.

r In Gotedanicis lib. 7.

Henricus Galliæ Rex quomodo mortuus.

cioresq; fiant *u* Plinius item Gallinaceos pugnaciores reddi author est, si in cibum eorum pulitricum, & trichomanes addantur. Idem præstare aiunt adiantum: quod Io. Bapt. Porta ideo fieri putat, quia hæc herba Galli cristã quodammodo æmuletur. Cæterũ inter Gallos alij alijs præferebantur. Laudabantur autem in primis, teste Plinio Rhodij, & Tanagræi: secundò Melici (Lego Medici) & Chalcidici. *Iam ex his*, inquit, *ad bella tantùm, & pralia assidua nosci nntur, quibus etiam patrias nobilitarunt Rhodum, ac Tanagram. Secundus est honos habitus Medicis, ac Chalcidicis, vt planè dignæ alitis tantum honoris præbeat Romana purpura.* Hinc facilè hunc Suidæ locum restituas: ἀλεκτρύονα ἀθλητὴν ταναγραῖον, hoc est *Gallinaceum athletam Tanagræum*: Deest enim copulatiua coniunctio, quæ & alibi apud eundem habetur. Ἀλεκτρύονα καὶ ἀθλητὴν ταναγραῖον, vbi eam prouerbialiter hoc accipi scribit: & siue Gallinaceum Tanagræum, siue athlætam Tanagræum dicas, animosum, & strenuũ intelligas: elegantius verò fuerit, si hominem, & athlætam pugnacem, ac fortem Gallinaceum Tanagræum cognomines: quam si athlætam Tanagræum simpliciter. Non enim athletas à Tanagra laudatos legere memini, sed Gallos tantum. Iam verò ex his, quæ dicta sunt, cuius satis liquidò constare arbitror, Gallinaceos Gallos non solum pugnacissimas alites esse, & à seruitio, iugoq; abhorrere, sed ab antiquis, & à multis nostro æuo ob id in summo honore habitos; adeo vt olim *x* Plato illorum stoliditatem ridens, sese amicum bonum potiùs, quam Gallũ ἄριστον, id est optimum, seu pugnacissimum malle dixerit. Contrà Pallas huiusce bellicosissimi alitis imaginem, vt testatur Pausanias, in casside suo pictam tulit, & Mars sibi sacrum voluit, adeo vt vtrinq; bellorum Deo gratum fuisse videamus, atq; hinc forte Aristophanes aues hominibus, Persis verò in primis imperasse per iocum scripsit: ait autem.

Quod autem non Dei igitur hominibus imperarunt antiquitùs,
Sea aues & regnabant: multa sunt signa horum:
Statim autem vobis primum ostendam Gallum quod regnabat
Imperabatq; Persis primùm omnibus, Dario, & Megabizo:
Quare vocatur Persicus auis à dominatione adhuc illa.

Sed verisimilius fuerit primum Persarum regem Gallum fuisse dictum, vt in æquiuocis diximus *y* Aristoteles fortitudines huius volucris causam in duras eius pennas reijcit: quasi verò non aliæ darentur aues durioribus pennis, quæ tamen haud æquè fortes sint. Rases, penes quem eius rei fides esto, vinciturum pollicetur causam contra aduersarium, si calor Galli de crure dextro tecum feras: & Kiranides fabulosissimus scriptor cristam capitis Galli cum grano thuris, & pauco cornu cerui timorem omnem nocturnum, si gestatur, omnemq; occursum malum auferre: hominemq; gestantem intrepidum reddere: quasi eiusmodi arma quibus Gallus maximè superbit, crista nempe, & calcar ad hominibus animum addendum polleant: quòd cùm non negauerim, minimè tamen affirmauerim, nihil scilicet certi inde habens. Atq; hæc de Galli pugnacitate dicta sufficiant.

u l. 22. cap. 21. *Galli qui præferãtur ad prælia.*

Suidas correctus.

Gallinac. Tanagræus Athleta Tanagræus.

x In Lyri. Palladis cassis Galli imagine ornata.

y In Phys. Fortitudinis Gallinæ causa.

Calcaris dextri Galli virtus.

SYMPATHIA. ANTIPATIA.

VIDETVR quidem occulta quædam sympathiæ, seu amicitiæ vis, potentiaq; subesse, quod aues cicures, & domesticæ tam audacter equos, asinos, boues, atq; id genus iumenta alia contemnant, ac si cum mansuefactis elephantis simul alantur, nou modò eos non pertimescant, verùm per eos etiam ipsos gradiantur, & Gallinacei eorumdem dorso insidere audeant. Cauendũ tamen Gallinas alentibus, ne ad boum præsepia perrepãt, maximè Gallinacei. Nam hoc quod decidit immistum pabulo, teste Columella, necẽ bubus affert. Gallinis item cum Pauonibus, Anatibus, Anseribus, & Columbis mutua intercedit beneuolentia: maior verò Gallo cum Porphyrione, si Æliano credimus, qui Gallum in eodem cum Porphyrione versantem domicilio, tam insolenti miroq; amore illi coniũctũ fuisse ex inspectione testatur, adeo vt tãdẽ Gallo propter epulas occiso, Porphyrio conuictore sua priuatus, tantum doloris animo conceperit, vt postmodum non amplius cibum ceperit, sed inedia potiùs sibi mortem accelerare, quàm post superuiuere maluerit. Sed huius quoque abstrusa videtur, ac occulta ratio, cur deficiente apibus cibo, si ad fores earum crudas Gallinarum carnes, & uuas passas posueris, inedia non sit perituræ: quod in schedulis meis notatum reperio, sed ex quo authore nõ memini: & an verum sit, haud scio: *curiosius quispiam experiri poterit.* Vt verò illud incertum est, ita hoc cùm pueris, tùm senibus

Domesticarum auiũ cũ iumentis amicitia.

Gallinacei quomodo bubus mortẽ asserant.

Galli cum Porphyrione mira amicitia.

Ne apes inedia pereãt

Galli cum Sole ſympathia.

nibus,& vt dici ſolet,lippis,& tonſoribus notum,& quotidie obſeruatum, nimirũ Gallinaceum Gallum cum ſole habere ſympathiam Hunc enim ad omnes muudi angulos,feſtinantem, exortiuum,occiduum,& meridianum voce admodum vocali,& alarum applauſu congratulantis in morẽ,ſæpenumerò ſalutat,& reſalutat. Adducant modò alij,quas velint manifeſtas rationes. Ego hinc ſolare animal Gallum vocauerim, vti alij ẽt Leonem ferarum generoſiſſimum,qui non cætera animalia tantùm, ſed fortiſſimos quoq; viros terret, quem tamen Gallus ne minimi quidem facit:at contra,illi & viſus,immo auditas tantũmodo pauorem incutit, etſi de eiuſmodi antipathia diuerſimodi authores ſcribant. *a* Albertus enim duobus in locis hoc de Gallo albo intelligit.Sed ante ipſum item Diuus *b* Ambroſius tradidit: *Leo*, inquiens, *Gallum, & maximè album vertetur.* Cùm verò cæteri omnes, nullius coloris facta mentione, id ſimpliciter de Gallo tradant: itaq; quod cum venia huius ſanctiſſimi Patris dixerim, omnes Gallos à Leone timeri crediderim, ſi modò verùm eſt, quod inter vtroſq; hæc antipathia intercedat. Id enim à me non obſeruatum eſt, nec ab aliquo obſeruatum video. Sed ſi Plinio, Æliano, Solino, Lucretio, Proclo, alijſq; credimus, quemnis Gallũ à Leoni timeri conſtabit. At hi rurſus cauſam huius odij non vno modo vno tradunt, *c* Plinius bis diſertiſſimis verbis eius mentionem faciens,primò criſtam,& cantum,ſecundò criſtam, falcatam caudam timeri à Leone aſſerit:cuius verba maioris fidei cauſa aſcribere placuit. Inquit ergo ibi: *Atq; hoc tam ſæuum animal*(Leonem)*rotarum orbes circumacti, curruſq; inanes, & Gallinaceorum criſta, cantuſq; etiam magis terrent, ſed maximè ignes:* hìc verò ſic habet: *Quod ſi palma contingit ſtatim in victoria canunt ſeq; ipſi principes teſtantur. Victus occultatur ſilens, ægreq; ſeruitium patitur. Et plebis tamen æquè ſuperba graditur, ardua ceruice, criſtis celſa: itaque terrori ſunt etiam Leonibus ferarum generoſiſſimis.* Vides igitur hìc cantus nullam facere mentionem, cuius rurſus Solinus tantummodo meminit,Gallinaceorum cantus timere Leonem aſſerens. Deniq; *d* Ælianus, Lucretius, & Proclus,alijſq; Gallinaceũ ſimpliciter nominant. Quid ergo dicendum ſtatuendumq; ? Ego ſum eius prorſus opinionis, vt (ſi verum eſt, vt dixi, huiuſmodi innatum odium; iam enim id præſuppono) Gallum ipſum quatenus tale animal eſt, à Leone pertimeſci putem, nec inde odium naſci credam, quòd vtrumque animal ſolare eſt, vt *e* Proclus exiſtimat, ſed occulti quid latere in Gallo, quo Leonem fuget. Atq; hanc meam opinionem, quam ſemper ſaniori doctorum virorum iudicio ſubijcio, ex ipſomet *f* Plinio depromo. *Qui à Leonibus, & Pantheris homines non attingi* tradit, *qui iure Galli peruncti fuerint, maximè, ſi et allium admiſceatur.* Quæ quidem res innatum Leonis timorem indicat, & hanc fortè ſemina illa vocauit *g* Lucretius, quæ Leonem oculis incuſſa, illos ceu cæcutire, timereq; faciant: hic autem ita canit:

Gallus animal ſolare.
Gallus Leoni terrori eſt.
a l.22. 23. de animal.
b l. 6. Hex.
An album Gallũ ſolũmodo Leo timerat.
c l.8.c.16. & l. 10. c. 21.
d l.6.de animal. c. 22.
Gallum cur timeat Leo.
e l. de ſacr. & mag.
f l.29. c.4.
g lib. 4. de nat. rer.

Quin etiam Gallum nocte explaudentibus alis
Auroram clara conſuetum voce vocare,
Hunc nequeunt rapidi contra conſtare Leones
Inq; tueri: ita continuò meminere fugat.
Nimirum quia ſunt Gallorum in corpore quædam
Semina, qua cùm ſint oculis immiſſa Leonum
Pupillas interfodiunt aceremq; dolorem
Præbent, vt nequeant contra durare feroces,
Cùm tamen hæc noſtras acies nil lædere poſſint:
Aut quia non penetrant, aut quod penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur, in remeando
Lædere non poſſunt ex vlla lumina parte.

Quod ſi verò quiſpiam contra allatam ſententiam arguat, dicatq; Leones criſta maximè perterreri, idq; inde conſtare, quòd Capum non timeat: id huic minimè negauerim, ſed criſtam primarium, atq; euidentiſſimum ſignum eſſe dixerim, quo præſens Gallum agnoſcat, vti etiam cucuritus, dum longiùs abeſt. Vnde is ſolam criſtam, vel cantum duntaxat expaueſcere iure nequaquam concluſerit. Neque etiam mirum fuerit, ſi & nos rem acu non tetigerimus. Etenim ipſemet *h* Ælianus cauſam explicare, cur ſcilicet Leo, & Baſiliſcus Gallinaceum timeant, vtpote abſtruſam, atque abditam ſuum non eſſe tradidit: in quibus,inquiens,exquirendis etſi permulto abundant otio, plurimum temporis conſumũt non tamen optatum aſſequuntur. Angui quoq; Gallus terrori eſt: & Simia Gallum odit, ſed cum magno eorum, ac hominum condemnatorum detrimento, ac ignominia: nam ob eiuſmodi odium cum cane omnes ſimul parricidarum culeo includebantur, vt nimirum Simia Gallum perſequeretur, Gallum fugeret anguis, anguis in hominem penetraret, atq;

Leo Capum non timet.
h l.8.c.29. de animal.
Angui terrori eſt Gallus.
Simia Gallum odit.
Romuleus Canorum.

ita

ita viuus parricida, viua sepultura fieret: proinde hoc significari Iuuenalis alibi canit.

Clauditur aduersis contraria simia fatis.

Item alibi rursus.

Cuius in exitium non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec aconus vnus.

Verùm illud parũ Gallo honoris conciliare videri possit, quod angui sit pauori, qui à leone ferarum generosissimo timebatur, nisi ẽt basiliscus ipsum horretet, insigni sanè immunitatis priuilegio: cuius siquidem locum nulla alioquin ales impunè transuolet, infectũ nempe semper spiritu pestilenti: quin ẽt cuius sibilum cæteri serpentes omnes perhorrescant, tantum abest, vt præsentiam eius tolerare queant. Hunc aiunt, mirabile dictu, cũ Gallum videre fortè contingit, animo tremere, & cùm cucurientem audit, tanto terrore concuti, vt emoriatur. Quam rẽ non ignorantes, qui per immensas Cyrenensiũ solitudines, quæ pestem illam, & singulare in terris malum gignunt, iter faciũt, Gallum, itineris comitẽ sibi adiungunt, qui cantu suo truculentissimam illam bestiã longè abigat: author est huius historiæ Aelianus. Iam verò & Gallus suis hostibus cùm apertis, tùm occultis minimè caret. Inter aues in primis non rapaciũ duntaxat hostilitatẽ, rapinamq; metuit, sed cũ Attagene, teste Aeliano, grauiter ẽt dissidet. At maior ab vncunguibus tanquam generis sui prædonibus expauescenti; ideoq; cũ acutissima acie præditus est, oculo vno cibũ inquirit, altero sursum ad æthera erecto insidiatores obseruat: quibus à longè conspectis, alta voce exclamitat, Gallinas suas conuocans, vt si per temporis angustiam liceat simul cum eo sese in tutum recipiant: sin illi improuisiùs adsint, tunc quantum potest, sese illis opponit, ac pro liberandis vxoribus, liberisq; ad necem sæpè vsq; cum eisdem dimicat, vnde dicebat *k* Politianus.

Basiliscus Gallum timet.

Basiliscꝰ pestilens virus.

Gallus quibus itineris comes. l.3.c.31.

Gallus hostes apertꝰ & occultꝰ.

Gallus Attagenem odit.

Non illum squamea tutò
Aggreditur serpens non raptor ab æthere Miluus.

Hunc etenim etsi in rapacium genere ignauissimum in primis obseruat, tanquam non ignoret, quòd præ cæteris alijs incautiorem aliquã è suis è media corte per insidias soleat eripere: vnde dicebat Aelianus. *Quæ leones exterret ales, & basiliscos metu examinat, Miluos expauescit.* Verùm vt hoc mirũ videtur, quod Gallus tã timidam volucrem horreat cum aliàs, si cum eo congrediendum foret, facilè superaret; nam Miluus rapturus vel pullum, vel Gallinam è corte visus antè rapinam suam non impune sæpè fert. Quin imo ipsa Galina, vbi vel audierit tantum, aut à longè viderit hunc pullorum prædonem, cos ocyus sub vmbra alarum suarum recipiens, & ipsa sese hosti audacter opponit, rostro, alis & se, & pullos defendens, tantum abest, vt id Gallus præstare non possit, vel quadruplo Gallina rubustior, sed occulta quædam, de qua agimus antipathia est. Nam tanto odio Miluum hoc auium genus prosequitur, vt si illius caput collo Gallinaceo alligaueris, omnes celerrimè arrepta fuga salutem quærant; imo quod amplius est & mirum dictu, Gallum non amplius cantaturum aiunt, si cristam sanguine Miluini capitis inunxeris. Non mirum itaque, si Accipitrem etiam timeant: qui tanto Gallinis præcipuè terrori esse dicitur, vt audita tantummodò, dum incubant, eius voce, oua vitiari credãtur, sed & huic etiam propter nimium pullorum amorem resistere non verentur, quod hisce versibus *l* Oppianus ostendit.

k In rufti.

Gallus cur Miluũ metuat.

Gallina se, & pullos contra Miluũ defendit.

Vt Gallus nõ amplius canat.

Accipiter Gallinis timori est. l.3.de venat.

Quanto Gallina domesticus ales
Nutrit amore suos fatus lasciua tenellos.
Quæ si labentem videas pernicibus alis
Accipitrem à tecto, sublata voce gracillans
Arrectis sursum pennis, ceruice recurua
Expandit tumidas pullis glocitantibus alas.
Tum pauidus moles pipiens semænibus altis
Abdit, conglomeratq; parens trepida agmina pennis.
Sic prosligat aues audaces sedula mater,
Et caros pullos ex alitis ore rapacis
Liberat, implumesq; fouet, simul atque relinquunt
Festos & thalamos nitido canaore glabrantes.

Ornithologus Heluetijs Accipitris genus aut Miluum à Gallinarum præda ait appellari den hunerdieb, id est, Gallinarum furem: & Miluum scripsi Belgis à rapiendis pullis Kuijckendief dici, vnde eidem aui, Miluo nempe ea nomina competere suspicarer, nisi testẽ Turnero Rubetarium Accipitrem, Anglis hen harroer, id est Gallinarum occisorem, appellari cernerem. Palumbarium Accipitrem magnitudine superat, & coloris est cinerei.

Hunerdieb Kuijckendief.

Harroer.

cinerei. Humi sedentes aues in agris,& Gallinas in oppidis,& pagis repentè adoritur. Præda frustratur tacitè discedit,nec vnquã secũdũ facit insultum Hic per humum Accipitrum omnium volat maximè. Quapropter habere oportet, inquit Columella, clausam amplum vestibulũ, idq; retibus munitũ, ne Aquila, vel Accipiter inuolet: & has impensas, & curas nisi locis, quibus harum rerum vigent pretia,non expedit exhibere. Si itaq; tantum emolumentum non præbeat Gallinacea tua familia, vt totam cortem retibus munire propter impensas nequeas, poteris lõgè cum minori sumptu eiusmodi vncungues fugare. Plinius volucres vite nigra (Petrus Crescentiensis id de vite alba intelligit, quæ passim per Italiam obuia est,nimirũ caustica illa)id præstari ex aliorũ tamen relatu his verbis memoriæ prodidit: *Vite nigra*, inquiens, *annot si quis villam cinxerit, fugere Accipitres, tutasq; fieri villaticas alites.* Et si verò eo modo rapaciũ auiũ impetus effugere possit Gallinaceũ genus, ita cõtrà difficilius à noxijs quadrupedibus sese tueri potest propter locorum, quibus sese abdunt, commoditatẽ. Ex his astutissimã animaliũ vulpeculã in primis non oderũt modò, sed adeo etiam pertimescunt, vt cum subdola Gallinaceos quantumcunq; in alto remoto loco intuetur,vel saltẽ oculos lucentes tanquã faculas eis ostendit, caudaq; quasi baculo quodam minatur,præ metu sese deorsum præcipitent,fugereq; conantes opprimantur. Rapit autem vulpes ex eis plurimas, adeo vt vna nocte quadraginta, & amplius pullos simul cum matribus partim absũpsisse, partim semiesos reliquisse meo cũ malo obseruauerim. Cũ autem nusquam non domesticis hisce alitibus infestæ sint vulpes, tum verò id maximè faciunt in locis montanis, non ignaræ nimirum, quòd ibi faciliùs latere queant in syluis, difficiliusq; capiantur. Vt itaq; noxia istæc animalia fuges, Gallinariumq; & cortem tuta reddas, placuit hic ẽt remedia docere, quibus id præstare queas. Tradit *m* Hector Boetus, Scotos maximè monticulas tali consilio illarum belluarum pernitiem anteuertere consueuisse: *Vicis frequentioribus*, inquit, *singula ades singulas Vulpeculas nutriunt, easque earum carnibus contusis, coctisque animalium cibis miscere solent. Quæ autem pecudes, & volucres domestica eas degustassent, duos propè menses innoxia, securaq; pascentes oberrant, vulpibus à sui generis esca tam anxiè abstinentibus, quod ita esse comprobant. Nam si qua non degustarit peruagantibus inter Gallinas, Anates, Anseres, cæteraq; aues innoxys vulpibus ea sola illis præda est, quam à genere suo abstinuisse sentiunt, vt appareat in ferendis iniurijs nonnunquam iniurias propelli.* Hæc ille: quod secretum Plinius ignorasse minimè videtur. Nam & hic *n* alibi scripsit, *Gallinaceos non attingi à vulpibus, qui secum animalis eius aridum ederint, vel si pellicula ex ea collo inducta, Galli interint.* Rutam syluestrem ẽt aduersus vulpes, & alia animantia Gallinis infesta valere legimus, & multò efficaciorem fore, si vulpis fel cibo admistum adhibueris, vt Democritus affirmat. Idem de cato scribunt *o* Dioscorides,& Afranius,sed diuersimodè. *Tradunt rutæ montanæ*, inquit ille, *succum Gallinaceis pullis inspersum feles arcere. Catus* ait hic, *non inuadet Gallinam, si ruta syluestris sub eius ala appendatur.* Cum mustelis magis,quam cùm felibus insitam inimicitiam exercent, nam has non præteruntes duntaxat horrent, sed voce etiam tantum audita,teste Aeliano, ferè exanimantur, cum alioqui mugitus boum, rugitusq; asinorum præclarè contemnant: Ab his quoq; Plinius tutos Gallinaceos pullos fore prodidit,si earum cinis in offa istis exhibeantur. Salamandræ pariter nescio quid inesse necesse est,quod occultè Gallinis noceat, nam & hanc referunt in aceruo tritici repertam totum id inficere,Gallinasq;inde viscentes emori, cum aliàs noxias quasq; serpentes impunè sæpius visæ sint deuorasse. At Gallinæ eo die,quo oua pepererint, à serpente non lædũtur, quin & caro earũ tum à serpẽte morsis remedio est. Item serpentes quos suis absq; noxa depascuntur, cum alioqui, quod mirum videtur ab ipsis morsæ moriantur, sed magis adhuc admirandum est, quod tradit Plinius, nimirum superuentũ eorũ,qui serpentũ cani sue rapidi dente aliquando læsi fuerint,Gallinarũ incubitus,& pecorum fœtus abortu vitiari. Vt ergò non mordeant Gallinas: sic prouideto: Circa caueas incendito cornu,cuius odore non fugari tantũ,verum etiam eos interimi referũt. Cum plantis quibusdam hæc volucres antipathiã habere videntur,ac in primis cum nobilissima arbore, quæ nobis eximium illud Bacchi donum subministrat,cum vite inquam, cuius florem ipsis in cibo exhibitum efficere ferunt, vt postmodum matureſcentium vuarum esu abstineant. Sunt qui id, vt antea etiam obiter diximus, œnanthi syluestri ascribant; eamque cibo incoctam, & illis proiectam fastidium gignere vuas appetenti: verùm Plinius id de vuæ flore simpliciter protulit. Vt vt est, vtriusque curiosus quispiam poterit cum paruo sumptu, at cum maximo lucro periculum facere. Nam vuarum esus vt ostendimus Gallinis admodum damnosus est. Sed fortè cum omni vite antipathiam habuerint, nam idem *p* Plinius, *Gallinaceis ipsis circulis è sarmentis collo additis*

Vt rapaces aues fugentur.
Vitis nigra Accipitres fugat.
Ouidium in vulpes.
m In descr. regni Scot.
Vulpes quomodo fugentur.
Vulpes sui generis carnibus abstinent.
n l.8.c.vlt.
Rutam fugare vulpes.
Necatus pullos rapiat.
o l.3.c.45.
Vt à mustelis tuti sint Gallinacei.
Salamãdræ Gallinas enecat.
Serpẽs quã do Gallinas ladere nequeat.
A serpentibus occidi Gallinas.
Gallinaceorum antipathia.
Vt vuis abstineant Gallinæ.
p l.29.c.4.

non canere tradit, quod si verum est, insigne sanè, & occultum odium demonstrat. Audio deniq; & aquam vitæ, vt vocant, eis lethalem esse. Ex Sambuco magis canoram buccinam, rubamq; eodem referente, fieri credit pastor, si ibi cædatur, vbi Gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Quæres ad quandam pariter antipathiam referri potest: sunt tamen qui physicam illius rationem talem assignent. Materies, inquiunt, sambuci mirè firma traditur: constat enim ex cute, & ossibus: quare venabula ex ea facta præferunt omnibus. Quondam verò loca syluestria, qualia sunt, in quibus Gallorum cantus nō auditur, sicciora sunt, ligna etiam illic sicciora, solidioraq; fiunt, & ex tali materia tibiam magis canoram tornari credibile est, cùm vnumquodq; corpus eo magis sonorum sit, quò siccius, simulq; solidius. Eandem etiam rationem *q* Cælius Calcagninus, quosdam assignauisse, scribit, postquam aliorum sententiam examinasset, suamq; diuersimodam attulisset, his verbis. Cur id fiat: (si modò verum est) nemo facilè dixerit. Sunt qui hoc non simpliciter, sed συμβολικῶς traditum putent, more Pythagorico, vt multum diuersum, quàm dicitur, intelligatur, sicut proditum est, non ex omni ligno Mercurium debere fieri: Deum non populari ritu, sed electo, ac religioso colendum esse. Sic non vulgari, sed remotiori musicæ incumbendum esse admonentes, non ex obuia quaq; Sambuco tibiam, sambucamq; coagmentari oportere dixerunt, & expedire vt remotiora petantur, atq; inde decerpatur, vbi Galli cantus non obstrepat. Nam sic hodie quoque locum longè sepositum, ad quem nemo adeat significātes, dicunt in eo, nec Gallum quidem vnquam exauditum. Aut certè stridula illa, atq; admodum obstrepera vox Galli hebetare, & stridore suo quodammodo diffindere, & conuellere potest penetrabilem ac fungosam sambuci materiem, vtpote qua leo etiam tantę animal constantiæ consternetur. Alij sunt, qui eo dicto nil præterea ostendi putent, quàm syluestrem sambucum satiuæ multò esse præferendam; quòd ea procul loci sq; abditis, hæc propè intra nostra septa adolescat. Quæ postrema sententia cum priori conformis est, quam à viris doctis examinari ventilarique velim. Insigne contra immunitatis priuilegium Gallinis (sic enim apud *r* Dioscoridem ὄρτυγες transtero) accessit, cū impunè baccis taxi, quæ alioqui reliquis animalibus pestiferæ sunt, vescantur. Quæ itaq; venena non venena in illis esse voluit prudentissima natura, eadē contrà quæ non venena sunt, pestifera illis esse voluit, sparoti semine depasto eas emori cupiens, item hominis excremento, qui Helleborum biberit, vt Auicenna testatur. Albertus quædam vrticarum genera pullis mortifera esse scribit, Gallinamq; earum malignitatis conscium eas euellere conari. Verùm quæ hæ vrticæ sint, non explicat. Tradunt item Gallum contra orobanchen herbam circumferri, vel semina terræ mandāda Gallinaceo sanguine rigari, tanquam & herba leo (nam ita etiam vocatur) non minus, quàm animal à Gallo abhorreat. Oderunt quidem meritò hanc herbam agricolæ, quoniam cannabi, in quam spem omnem lucri ponunt, nutrimentū eripit, & quo minus ad optatā altitudinē excrescat, impedit, ad radices eius enascens. Poterunt ergo eiusmodi remedium experiri. Præterea Gallinæ metallorum regi auro venenum sunt, si *s* Plinio credimus, qui alibi ita scribit. *Auro liquescenti si Gallinarum membra misceantur, consumunt id se. Ita hoc venenum auri est.* Quod si verum est, inquit *t* Scaliger sanè sic præsentius & commodius adipiscemur aurum esculentum, quàm ex inani Cardani indicatione aurum potabile. Falsum vero vanumque esse medicina posterior innumeris experimentis comperit. Etenim ad deploratos morbos Gallinaceas carnes incoquunt, aurumq; adijciunt, quod tamen absumi non videtur. Sed videndum foret, num periclitantes aurum prius liquidum reddere deberent, quando id de liquescenti auro Plinius prodidit: quinimo sunt qui eam dictionem (liquescenti) exponunt in oleo partem chimicam redactum, quasi Plinius huius artis nō fuerit ignarus: quod alioqui mihi nunquàm lectū. Vt vt est, inde saltem excogitata medicis ratio est parandi iuscula ἀναληπτικὰ cū carne Gallinæ, & lauri folijs. Postremò cū tonitru Gallinæ dissidens. Quando quidem si cùm incubant, tonuerit, non modò qua pereūt, vt Aristoteles, & Plinius tradunt: verumetiam, teste Columella, semiformes pulli interimuntur, antequam toti partibus sui consummentur. Ne itaq; tanto detrimento afficiantur agricolæ, malo huic obuiam ire debent. Remediū autem cōtra tonitru, teste Plinio, clauus ferreus sub stramine ouorum positus, aut terra ex aratro. Plurimos etiā scribit Columella intra cubilium stramenta, graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minus alij capita vnà cum clauis ferrei subijcere: quòd hæc cuncta remedia credantur esse aduersus eadem tonitrua

Ex Sambuco vbi buccina magis canora.

q lib. 12. Ep. quæst.

r l. 4. c. 75. Baccis taxi vescuntur impune Gallinæ

Sparti semen, & hominis excrementū, qui Helleborum bibit Gallinas occidit.

Vrticæ Gallinis infestæ.

Gallus contra orobanchen circūfertur.

s l. 29. c. 5. Gallinæ auro venenū sunt.

t Exer. 38. Aurū non consumi à membris Gallinarū iuscula. ἀναληπτικὰ. Gallinæ tonitru inimicum. Ne tonitru noceat.

DE AFFECTIBVS CORPORIS Gallinaceorum.

INTER affectus corporis quibus Gallinaceum genus infestatur, pituita, siue coryza, quę ipsius peculiaris, ac inimicissima est, & ptiriasis, seu pedicularis morbus, peculiares sunt. De quibus itaq; priùs dicendũ videtur. Pituita est humor è cerebro in nares, nec non in fauces destillans, edendi bibendiq; cupidinem eis auferens; linguæq; officiens. Palladius albam pelliculã vocat extremam linguã vestientem: adeo vt sæpè periculo non careat id malũ, sed interimat etiam. Signa euidentia admodũ sunt, nam lingua indurescit, vt pipire, glocire, glacillare, cucurireq; in sũma vocẽ emittere nequeãt: marcescunt etiam, & cibum capere nolunt. Est autem affectus iste, quẽ nos vulgò la pituida dicimus, superiores Germani das pfippe, inferiores de pippe. Quæ nomina, vt videtur, pro onomatopœiam ficta sunt, quoniam hoc auiũ genus ita affectũ cõsimile vocem edat. Oritur à sordido potu plerunq;. In assignando tempore, quo maximè hoc malo torquetur, à Plinio Columella dissentit Plinius enim inimicissimam esse illi testatur, *maximè inter messis, & vindemiæ tempus*. Contrà Columella, *cum frigore, & cibi penuria laborant*. Quis autem inter messis, & vindemiæ tempus frigore torqueri dicat? vt interim de cibo nihil dicam? Nam & cibũ in agris, vbi messis fuit, copiosorem habent. Quare fortè dicendũ est, tã ob exuberantem calorem, qualis inter messem, & vindemiã esse solent, quàm ex immodico frigore in id malũ incurrere. Addidit porrò, & aliã causa Columella, cùm scil eet ficus, aut vua immatura ad satietatem permissa est. Ita enim textus legi debet, vt Ornithologus etiã existimat, non autem cùm ficus, & vua immatura, nec ad satietatem vsq; permissa est, vt vulgati codices habent. Nam eo modo sensus verborum non cohæreret. Cæterùm vt & alterã causam examinemus, quòd scilicet ex cibi penuria pituita oriatur, vt ille tradit, iterum Plinio dissentit, qui alibi disertissimis verbis remedium in fame ponit. Quid igitur dicendum? Putarim ergo Columellam de penuria cibi præstantioris loqui, vt nempè quid præter naturam deuorare coactę eo malo afficiantur. Plinium verò ex cibi melioris copia, pleoricum habitum nactas ita affici credere, itaq; inediã præscribere. Vt præseruentur ab eiusmodi malo, Columella præcipit, vt puriſſimam illis aquam porandam det us. Id autem præstare non poterimus nisi cùm aquæ, tùm vasorum etiam durã habeamus, hoc est, nisi aquam purã limpidamq; semper demus, sæpiusq; ne marcescat, immutemus, vasaq; aliquoties intus, & extra abluamus, & immunditijs detergamus. Leontinus origanum in aqua macerat, eamq; ita bibendum offert, præseruaretq; à pituita Gallinas arbitratur. Eodem modo alias herbas ita aquæ imponere poterimus, ac similiter à tali affectu Gallinas præseruare. Vtilit item Columella Gallinaria fumigari, & ab excrementis aliquoties repurgari. Si verò iam in morbum inciderint, ad alia remedia confugiendum est, idq; nõ solum modo, vt vulgus facit, penna per transuersas nares inserta, ac quotidiè mota; quandoquidẽ quæ ita curantur, multas sæpius interijsse compertum est. Verùm alia etiã tentanda medicamina: quorũ magna copia cũ apud authores recẽtiores maximè extet, itaq; & nos aliquot abduecmus, vt doctissimus lector ex ijs seligat, quod sibi accommodatius videbitur. *a* Plinius alibi mistum far in cibo procedesse tradidit, & *b* alibi acinos ligustri, *c* alibi denique famum herbæ sabinæ eiusmodi morbum sanare. *d* Galenus idem pollicetur ex allijs, & captis. Allia etiã multi alij cõmendant, sed diuersimodè exhibent. Etenim quidã, teste Columella, spicas eorum tepido madefactas oleo inserunt: quod pariter Palladius repetijt, sed pro spica mica habet, corrupto, vt videtur, textu. Paxamus eisdem minutim concisis, & in calidum oleum iniectis, vbi refrixerint, ora Gallinarũ colluere iubet, ac, si illa voracitas, efficaciùs restitui ait. Nonnulli, eodem referente allia in humano lotio elixant, rostrum q; Gallinæ illis fouent, cauendo quã maximè, ne portio aliqua in oculos influat. Leontinus pariter allio rostri foramina inũgit, aut in aquã cõijcit, & potandã exhibet. Scilla n ũda in aqua macerata, & exhibita cũ farina idẽ præstat. Sunt qui ad idẽ n alũ origani, hyssopi & thyn i suffitu capite Gallinæ fumigent, & mox allio rostrum eius perfricent. Quidam etiam vrina tepida irrigant ora, & tam diu teste Columella cõprimunt, donec eas amaritudo per nares emoliri pituitæ nauseam cogat. Vua quoque quam Græci staphisagriam vocant, cùm cibo mista prodest, vel eadem cũ aqua trita potui data.

Pituita Gallinarũ quid.
Alba pellicula quid.
Pituita.
Pfippe.
Pippe.
Quo tempore pituita laborẽt.
Ficus, & vua immatura.
Gallinaceis inimica.
Præseruatio à pituita.
Origani vsus.
Cur pituita.
a l. 19. c. 6.
b l. 24. ca. 16.
c l. 21. ca. 11.
d li. 2. Met.
Alij vsus ad pituitã.
Scilla pituitæ Gallinaceorum remedia.
Staphisagria vsus.

Leonti-

Leontinus vrina quoq; roſtra ablaere iubet, quaſi ea per ſe ſola pituitã curare apta ſit. Verũ, & membrana ipſa leuiter vnguibus auellitur, ac poſt allio trito plaga mundata cõſpergitur. Eiuſmodi vero omnia remedia mediocriter laborantibus Gallinis adhibentur. Nam ſi pituitam circumuenit oculos, & iam cibos auis reſpuit, ad ferrum deuenieudũ eſt. Columella genas reſcindi iubet, Paxamus partes aperiri, quæ ſub gena conſiſtit, & coactam ſub oculis ſanlẽ omnem exprimi, atq; ita paulum triti ſalis vulneri inſricari. Quo tempore ad vmbram ducendus eſſe admonet. Quod ad potũ attinet, is talis ſit, quem diximus, aqua munda nẽpe, vel in aqua allium vel eiuſmodi remedia, qualia recitauimus macerata ſint. Andreas Cæſalpinus corticẽ fraxini internũ, aquã in qua maduerit, cæruleam reddere, & Gallinis, cùm morbis laborant, apponi ſcribit, ſed ad quos morbos, & cuius authoritate id faciat, non addit. Fas eſt credere de pituita loqui. Nam etiã antea eius ligni decocto fœlici ſucceſſu Guaiaci loco vſurpari dixerat. Secundus morbus, quo Galli, Gallinæue laborant, ptiriaſis eſt, cùm ſcilicet pediculis, atq; pulicibus inferantur, maximè cùm incubant. Hic aũt affectus facilius, quam pituita tollitur: quinimo ſæpenumero ſibi ipſis magiſtræ eo ſe ſe puluerando liberant. Cæterum & hoc malo affectis veteres cùm Latini, tum Græci Geoponici remedia præſcripſere. Multi illitu olei è lino facillimè curari tradũt, ſtaphiſagriã, & torrefactum cum inũ pari pondere cum vino contuſa Palladius, Paxamuſque laudant, ſi malum leue eſt, ſin pennarum penetrarit ſecreta, decoctum lupinorum. Sunt qui proprio experimento edocti Gallinas arena littorali, aut, quod præſtantius eſſe aiunt, cineribus ſaponariorũ à lixiuio relictis, cura mulierẽ ſeſe pulucrantes, iſtoc malo ocyus liberari referũt Varro ab eiſdẽ animalculis præſeruandas iri tradit, ſi in cubilibus, cùm pepererũt, auferatur ſubſtramen, & recens aliud ſubijciatur. Aloyſius Mundella Capos epilepſiæ obnoxios eſſe prodidit. An verò Gallus, & Gallina eodem morbo laborent ignoro. Ex oculis aũt laborare, vtrumq; certè ſcio, nam & eorum acie parum valere author eſt Ariſtoteles. Si itaq; ij malè habeant, mulieris lacte, aut portulacæ ſucco, vel ſale ammoniaco, & cumino, & melle, æquis portionibus contuſis illinito. Ipſas verò ſub vmbras deducito. Creſcentienſis hæc remedia ita recitat, ac ſi prodeſſent ẽt ad grana illa, quæ ſub oculis prouenire ſolent ex eſu Lupinorũ amatorum, quod minimè probo, quando quidem ea, niſi acu leuiter apertis pelliculis auferantur, viſum extinguunt, tantùm abeſt, vt tam leuibus medicamentis cedant. Deprauatur item huic auium generi appetentia, ac potiſſimùm Gallinis, hiſq; niſi cùm pariunt. Etenim tum quandoq; cùm propria, tùm aliena oua depaſcuntur. Si ergo ita laborent, vt à tam prauo more deſuescant ex ouo albumen effundens, & in luteo ipſo humidum gypſũ injices, vt teſta duritiem contrahat. Volentes quippe in ſubiecto ouo gulam explere, nec in eo amplius inuenientes quid ſucci, ouorum aliorũ faſtidio capiuntur, atq; ita tandem appetentia illa deprauata corrigitur. Si diarrhœa infeſtat illas, vt ſit quandoq;, farinæ tantum quantum manu apprehendi poſſit, tantundemq; cætæ vino leuigabis, & paſtam conficies, atq; ante alium cibũ deuorandum offeres: aut pomorum, Cydoniorumue decoctum bibendum dabis. Quæ mala ſub cineribus cocta in eodem caſu auxiliantur. Aegrotant præterea Gallinæ, teſte Alberto, cùm multa pariunt, & non incubant, eò quòd non abſtrahuntur à partu: quoniã ipſis omnis potentia, ac virtus ob nimium partum exhauritur. Quod, vt videtur, Albertus ab Ariſtotele mutuatus eſt, ſed qui id vniuerſaliter de omnibus auibus prodidit. Rurſus, quæ incubant ægrotare quibuſdam dicuntur, ſed tunc animo potiùs quàm corpore languent. Nam nimius erga pignora ſua amoris affectus, quem immutata vox acutior nempe facta indicat morbi iſtius, ſi ita appellare placet cauſa exiſtit. Eodem tempore furere Ariſtoteles eas dixit propter inediam. Cum mulieribus verò commune habent, quòd abortiãt. Qui ſanè affectus heris maximo detrimẽto eſt, quòd oua imperfecta, ac non debito ſatis tempore pariant. His ita medentur: oui candidum aſſatum, & vuas paſſas toſtas æquo pondere terunt, & ante alium cibum offerunt. Atque hi fermè Gallorum, Gallinarumq; affectus ſunt. Quod modo ad pullos ſpectat, ij quaſi primis infantiæ diebus perſedulò tractandi ſunt, plumulæq; ſub cauda clunibus ſubtrahendæ, ne ſtercore coinquinatę dureſcant, & naturalia præcludant. Sed quamuis id caueatur, ſæpè tamen euenit, vt aluus exitum non habeat: itaq; pinna pertunditur, & iter digeſtis cibis præbetur. Cauendum pariter, ne ſtercus etiam pedibus eorũ adhæreant; Nam podagram creat, ſed qua Capi magis quàm Galli afficiantur, quin imo Capi miris modis, Galli non, ſi Scaligero credimus, qui huius quæſiti etiam hanc rationem aſſignat: Quia Capis puſillus calor, edacitas multa: in Gallo calor multus, cibi abſtinentia non minor.

Quãdo ferro medendũ pituitæ.

Gallinarũ pituita laborantium potus.

c lib. 3. de plant. c. 13

Ptiriaſis, & eius cura.

Epilepſia Capos torquet. ſ lib. 2. Hiſt. ca. 2.

Oculorum morbi in Gallinis vt curentur.

Ad depraua tam appetentiam.

Ad diarrhœam.

Gallinæ animis copioſè parturientes ægraſiunt.

Gallinæ incubantes ægrotant.

& 10. Prob. 73.

Gallinæ ab ortum.

Ad abortũ Gallinarũ remedia

Pulli.

b Exerci. 277 2.

CAPIENDI RATIO.

Laceris vis venenosam esse.

QVAMVIS eiusmodi volucres ab aucupibus nec retibus capiantur, nec fallantur laqueis, nec viſco denique decipiantur, quoniam eas vel in cortibus vagantes, vel gallinarijs incluſas habemus, attamen vt vagantes, quæ nobis sæpè huc & illuc fugiendo negocium faceſſunt, abſque moleſtia ocyus, vbi ne neceſſitas vrget, allectæ è media corte, vel ex agris etiam ad præſentem vſum nobis cedant eiuſmodi aſtus poſſunt excogitari. Berytius frumentum laſere, & melle mixtis maceratum, & Gallinis obiectum eas quaſi vertigine affici ſcribit. Quod ſi verum eſt, vt multi affirmant, id allectis Gallinis in paſtum exhibere poſſemus, & ceu remulentas capere. Solus Andreas à Lacuna laſeri contrariam facultatem tribuit, quod, vt pace eius dixerim, neutiquam approbare poſſum: cum nec verba Græca ſic habeant: neq; talis aliqua laſeris vis legatur apud alios ſcriptores, ſed potiùs pleriſque animalibus venenoſa. Tradunt enim pecora eo aſſumpto, cùm ægrè habent, aut ſubinde priſtinam ſanitatem recuperare, vt plerunq; contingit, aut emori. Eodem modo ſi hyoſciami ſuffitum percipiant, corripiuntur amentia quadam adeo, vt non de ſedibus ſuis duntaxat abire obliuiſcantur, ſed decidant etiam, & capiendi ſui copiam faciant. Quo aſſu vtuntur illi nebulones Ægyptijs, quos vulgò Cinganos appellant. Nec verendum eſt ab eiuſmodi Gallinarum eſu noxam proficiſci. Nam & reliquæ, quæ eodem cibo (loquor autem de frumento, de quo paulò antè) paſtæ ſunt, mox conualeſcunt. Si aſſam fœtidam exibueris in victu, pennæ omnes decident, & velut mortuæ ſeſe capiendas tradent. Cardanus eoſdē ſcurras Gallinas, Anates, Anſeres, cuniculoſq; ſuffurati ſcribit, ita autem citò hamo affixos auferre, vt neq; motu alarum, neque voce furtum prodant. Sed huiuſmodi furtum neſcio quomodo, vt ille putat, bene cedat furi. Etenim eſto, quòd hamo in gulam iniecto vocem illis adimant, non video quomodo alarum concuſſionem impedire queant, & ſi hoc etiam concedamus, vt nimirum duobus hamis vtramq; illam actionem, vocem ſcilicet, & commotionem impediant, ſociæ vel Gallinæ, vel Gallus maximè, vel Anſeres elato clamore, vt in conſimili caſu facere ſolent, Gallinarios excitabunt, furtumq; prodent.

Pecora laſeris eſu moriũtur.

Hyoſciamus Gallinas dementat.

HISTORICA.

Polyarchi hiſtoria.

POLYARCHVM, referente Æliano, ferunt, eò mollitie peruenisse, vt canes etiam, & Gallos, ſi quibus delectatus fuiſſet, mortuos efferret publicè, & amicos ſuos ad funus conuocaret, ſplendideq; ſepeliret, atq; quod maius eſt, in monumentis eorũ columnas erigeret, quibus eorum epitaphia inſcriberet. Qui ſanè Gallo amoris illius in hominem iuſtam reddidit rationem. Sed vt ad veriora ſermonem noſtrum cõuertamus, Laurentius Surius ſanctum Germanũ Epiſcopo Antiſiodorenſem prodidit, cùm itinere noctis ęgritudine compulſus mediocris hominũ ſtatus ſucceſſiſſet hoſpitio (nam id maxime ambitum fugiens requirebat) & in diuino opere ſolito pernoctaſſet officio, lucẽ ortã eſſe nullis Gallorum cantibus nunciaram, cùm earum auium copia in eiſdem domibus non deeſſet. Cauſam nouitatis explorasse, audiſſe multum iam tempus eſſe, quo triſtis raciturnitas naturale Gallicinium damnauiſſet; ab omnibus verò exoratum mercedem manſionis exoluiſſe. Acceptum namque triticum benedictione condiuiſſe, auesq; eo paſtas auditus habitantium vſque ad moleſtiam frequentatis cantibus fatigaſſe. Ferunt, & maiorum noſtrorum æuo in Hiſpaniæ nobili quodam oppido & ob miraculum iam per totã Europam celeberrimo, vulgò S. Domenico della Calzada dicto, Gallum mortuum, coctumque cantu ſuo illuſtre quoddam, at potiſſimum cauponi filiæ facinus prodidiſſe. Etenim virũ quendam vna cum vxore, & filio haud deformi iuuene Compoſtellam, vbi D. Iacobi corpus cõſeruatur, cuius videndi, & adorandi gratia eò ſe conferebat, vt plurimos quotidie facere videmus, & ego in iuuentute mea eadem etiã pietate ductus feci, iter feciſſe, caſumque in iam dicto oppido in diuerſorio pernoctaſſe, filiam verò hoſpitis amore ſpecioſi illius iuuenis captam, ei corpus ſuum obtuliſſe: Cùm verò ille copiam ſui negaret, ſeq; iã altiora cogitare diceret, cæleſtibuſq; tantùm vna cum patre, & matre incũbere, ac in ſanctiſſimo itinere eſſe, in ſumma nec poſſe, nec velle illicitæ illius libidini obtemperare, illã, quo maximo

Tom. 4. in eius vita l. 1. c. 8.

Galli canunt per miraculũ.

Galli miraculum in Hiſpania.

ximo flagrabat amore in summum conuerso odium, in abeuntis sarcina clam argenteam patinam celauisse, & cùm iam ille aliquot passus ab vrbe discessisset, altum exclamauisse, patinam illã furto ab eo iuuene ablatã fuisse: quapropter eius patrem conuocatis lictoribus illum persequentem ab incœpto itinere redire coegisse, & reperta in sarcina patina, manifesti furti illũ apud Senatum accusauisse, & ad furibus peculiarem mortem, furcam, nempe condemnatum fuisse. Parentes verò quamuis tam inopinatam, tamq; infamem carissimi filij sui necem maximoperè flerent, ab incœpto tamẽ itinere nõ destitisse, sed Compostellam appulsos D. Iacobum tam obnixè rogauisse, vt dolorũ eorum misereretur, quod 1ose fecisse Sanctus post edito euidentissimo miraculo declarauit. Nam cùm domum reuertentes per eandem viam iter haberent, filium suum viuum lætumq; reperisse in eodem loco, vbi mortem tam turpem subierat. Vnde persolutis primum D. Iacobo gratis miraculum publicasse, reuixisse filiũ suũ læta voce proclamãtes, etsi tamen id illius loci Prætecto persuadere non possent, sed nunciantibus miraculum nihil respondisse aliud, quàm ita viuere filium eorũ, atque Gallus ille, quem iam assum in mensa positum habebat. Quo tempore coctam alitem non cucurisse duntaxat, sed ex patina resumptis pennis etiam exilijsse. Tum tam insolenti spectaculo perculsum incredulum illum loci Præfectum correctam hospitis filiam, & infandum scelus suum confitentem, qua priùs innocentem iuuenem affecerat, pœna mulctauisse. Gallum autem tanti miraculi testem in eo loco conseruari, & à pe-2oregrinantibus, qui illius in memoriam plumulam è corpore eius euulsam cum magna pietate domum reportant, piè ibi colitur. Simile propemodum de Gallo cocto, & in frustra concisso, mensæque ad manducandum impositio miraculum doctissimus mihiq; amicissimus a Carolus Sigonius è S. Petro Damiani recenset his verbis: Verùm me religio aliquatenet, quæ aut sancti, aut pij homines posteritati pro re magna cõsecranda putarunt, ea dum se occasio præbet, quasi contemnenda silentio præterire. Quare cum per hos annos, authore S. Petro Damiani huius ætatis (circiter annum 1014) æquali portentum ingens à S. Petro Apostolo Bononiensi in Ecclesia editum sit, mihi reticendum esse non duxi Prudentis inquit, & honorati cuiusdã apud sæculum Diaconi didici narratione, quod refero. In Bononiæ partibus duo quidam viri, qui & amicitiæ fœdere, & compaternitatis, si di-3ognè recolo necessitudine tenebantur, in conuiuio discumbebant: quibus in mensam allatus est Gallus. Quod videlicet pulmentũ vnus illorũ arrepto cultello, vt mos est, in frustra dissecuit, tritum quoq; piper cum liquamine superfudit: Quo pacto, alter protinus ait: Profectò compater, sic explicuisti Gallum, vt ipse S. Petrus etiamsi velit redintegrare nõ possit. Cui mox intulit ille; Planè non modo D. Petrus, sed etsi ipse Christus imperet, hic perpetuo non resurget. Ad hanc voce repentè Gallus viuus, & plumis coopertus exiluit, alas percussit, & cecinit, totum & liquamen super eos, qui conuescebantur, aspersit illico sacrilegium blasphemæ temeritatis digna pœna sequitur vltionis; nam & in aspersione piperis lepra percussi sunt, quam videlicet pagam non modò ipsi vsque ad obitum pertulerunt, sed & posteris suis in omnes generationes velut quoddam hæreditarium reliquerunt. Vn-4ode factum est, vt in famulatum redacti sint sanctæ Bononiensis Ecclesiæ, quæ videlicet B. Petri Apostoli est insignita vocabulo. Quorum progenies, vt relator asserit, hucusque leprosa duræ illationis canone censitas est, vt ex operibus manuum suarũ inferant Ecclesiæ capisteria. Sic nimirum duplici pœnæ, lepræ simul, & seruitutis addicti supplicijs, instruũt alios, vt iam temere de diuina potentia non loquantur. Et Gallus, qui dudum arguerat Petrum in terrã negantem, tunc probauit Petrũ cum eo, quem negauerat, in cælo regnantem. Laurentius Surius diuersam à superioribus historiam de S. Pachomio à cacodæmone in magnum Gallinaceum immutato, vexato, ac tentato refert his verbis: Cumq; domum apprehendissent (dæmones) speciem præbuerunt, quod eam concuterent, adeo vt existimaret Sanctus moueri domum ex fundamentis. Ipse verò minimè conturbatus, rur-5osus chordam pulsauit spiritualem, & cum voce cecinit, dicens, Deus refugium nostrum, & virtus, adiutor valde in afflictionibus propterea non timebimus, dum turbabitur terra. Hæc autem cùm is dixisset, repente fuit qũies maxima. Ipsi verò tanquã fumus defecerũt: & paulò post tanquam canes, qui ambiguntur, recedunt, & rursus impudenter accedunt. Sic etiam post preces beato illo ad opus sedenti, malignus, suscepta figura maximi Galli, valde ante ipsum clamabat, continuas, sæuaq; voces edens, & simul etiam in eum inuolans, & acerbè eum feriens vnguibus. Is autem cùm rursus in eum sufflasset, & signum crucis in fronte fecisset, effecit, vt is statim euanesceret &c.

Miracul. à D. Iacobo editum.

Gallus coctus, & immensa ad manducandũ positus miraculosè canit.

a lib. 2. de Episc. Bon. in vita Clem.

Gallus mortuus reuiuiscit, & comedentes iure aspergit.

Blasphemi lepra afficiuntur, eamq; hæredibus suis tradunt.

S. Pachomius à Dæmone in Gallũ mutato tentatur.

COGNOMINATA.

Comerus Gallus.

ANTIQVISSIMVS ille Italiæ princeps, conditorq; Comerus Galli cognomentum obtinuit. Regnauit hic, teſte Beroſo, & colonias ſuas poſuit in regno, quòd pòſt Italia dicta eſt anno Saturni decimo, & regionem ſuam à ſuo nomen cognominauit, docuitq; illos legem, & inſtitiam. Fuit iſte Comerus primogenitus Iapeti poſt diluuium, & Gallus paterno epitheto dictus Arameæ, & Hebreæ originis quaſi inundatus: Vnde Ian genas, qui Vmbros vetuſtiſſimos Italiæ genuerunt, Gallos veteres progenitores Vmbrorum vocat *a* Cato, & *b* Solinus. *Veterum*, inquit, *Gallorum prolem Vmbros eſſe M. Antonius aſſeuerat.* Hos eoſdem, quia in clade aquoſa imbribus ſuperſtites fuerunt, Græcè ὄμβρες dictos, ſcilicet epitheto pater non vèterum Gallorum Ianigenarum. Comerus locos, ſcilicet vbi Ianus auus antè colonias poſuerat, à ſe cognominauit. Nam in Vetulonienſi agro eſt vallis Comera, & Ry Comerius in Phaliſcis eſt regno Comerſan, à qua oppidum iſola Comerſana. Eluſium quoq; antea Comer ſolum dicebatur, vt author eſt *c* Liuius. Docuit autem Tuſcos legem, atq; iura, quæ ſcilicet ante viginti annos, & amplius auus eius Ianus in ſcriptis illis mandauerat licet breuibus abſoluta. Adæus quidam è Philippi Macedonum regis militibus ἀλεκτρυών, id eſt, Gallus cognominabatur. Cuius Heraclides Comic. apud *d* Athenæum his verſibus meminit.

Ianigenæ Galli dicti.

a In frag. 2 orig.

b In colle.

c lib. 10.

Adæus Alectryon.

d lib. 12.

Αλικτρυόνα τον τῆς φιλίππου παραλαβών
Αωρὶ κεκκυζοντα καὶ πλατιστον
Κατεσοφεν γὰρ εἶχεν οὐ πω λεφος
Ετα κατοκόψας μαλακοχαίτας ἐδειπνισε
Χαρης Αθηναίους.

Philip. Gallus prouerbium.

Nam hic Chares, inquit Euſtathius, Atheniẽſes in foro epulis excepit, cũ ſacrificaret epicenia propter pugnã proſperè contra Philippi peregrinos milites geſtã. Dicit aũt intempeſtiuè illum cecinisſe, eò quòd pugnã intempeſtiuè aggreſſus ſit, & nondum criſtã habuiſſe, hoc eſt, inermẽ ſeſe periculo expoſuiſſe. Super quare vulgata ſatis paræmia circumfertur, φιλίππου ἀλεκτρύων, in eum, qui de leui, & nullius fermè momenti facinore quopiam, perinde vt maximo, laudãdoq; ab omnibus ſe ſe iactat. Apparet enim Charetem eius facti ẽt nimirum crebrò, nimiſq; inſolenter apud populum Athenienſem verba feciſſe, quòd Alectryonem Philippi confodiſſet. Sulpitius Gallus cognominatus Conſul Romanus cum M. Marcello inſignis commemoratur fuiſſe aſtrologus, vt qui in exercitu P. Aemilij contra Perſeum noctu ecclypſim Lunæ mirantibus militibus enarrauit. De eo ita ſcribit Valerius *e* Maximus: *Sulpitij Galli maximum in omni genere literarum recipiendo ſtudium plurimum reip. profuit. Nam cùm L. Paulo bellum aduerſum regem Perſen gerentis legatus eſſet, ac ſerena nocte ſubito Luna deſeciſſet: eò quòd veluti auro quodam monſtro perterritus exercitus noſter manus cum hoſte conſerendi inducam amiſiſſet, de Caſtratione & ſiderum natura pertitiſſimè diſputando, alacrem cum in actem miſit. Itaque illi inclitæ Paulianæ victoriæ liberale artes Galli aditum dederunt: quia niſi ille metum noſtrorum militum vicciſſet, imperator Romanus vincere hoſtes non potuiſſet.* Meminit eiuſdem *f* Plinius his verbis: *Et rationem quidem defectus virtuſq; (Solis, & Lunæ) primus Romani generis in vulgus extulit Sulpitius Gallus, qui Conſul cum M. Marcello fuit: ſed tum tribunus militum, ſolicitudine exercitu liberato pridie quam Perſeus Rex ſuperatur à Paulo eſt, in concionem ab Imperatore productus ad prædicandam ecclypſim, mox & compoſito volumine.* Galli cognomine gauiſus eſt Cornelius poetarum laudatiſſimorum haud infimus, nemini non notus, quem adeo adamauit Virgilius, vt quarum Georgicorum librum à medio in finem vſque in illius honorem conſcripſerit, quem poſtea, iubente Auguſto in Ariſtæi fabulam commutauit. Hunc Gallum tantæ procacitatis fuiſſe ferunt, vt Dion hiſtoricus tradat, Proculeum cùm illi aliquando occurreret, naſum & os manu compreſſiſſe, id ſcilicet ſignificantẽ, non alicui tutum eſſe, illo præſente, nec loqui, nec reſpirare, tam petulantis, & parùm modeſtæ linguæ erat: quare procaciſſimum eum appellauit Ouidius, & vulgò etiam Anſer dicebatur. Hunc & Virgilius intellexit, dum ait: *Inter ſtrepere Anſer Olores.* Quod mox prouerbijloco vſurpatum eſt, cùm indoctus inter doctos diſputat. De hoc Anſere etiam Propertius.

Sulpitius Gallus Cõſul, & Aſtrologus.

e l. 8. c. 13.

Romani cum Perſeo pugnant ſuadente Sulpicio Gallo.

f l. 2. c. 12.

Cornelius Gallus Poeta.

Cor. Gallus cur Anſer dictus.

Nec minor his animis, aut ſi minor ore canorus
Anſeris indocto carmini eſſet Olor.

DENO-

DENOMINATA.

A GALLO fit Gallina; à Gallina Gallinaceus: quæ postrema vox vel Gallo additur ad differentiam vt alibi diximus, vel pro eo dicitur, quod ex Gallis, & Gallinis est, vt pullus Gallinaceus, oua Gallinacea Varroni, ὠὰ ἀλεκτόρεια Synesio. Vel Gallinaceum *b* Ciceroni, & Ὀρνιθαρπία, Gallinaceæ carnes *c* Xenophonti. A Gallo etiam Gallulo verbū est, pro pubē emitto, vnde rursus Gallulascо Nævio pro pubesco, quòd pubescentes vocem grandiorem ad Galli Gallinacei similitudinem faciant: *Pueri muliere prælare*, inquit Nonius, *nemo fuit, quanto melior sit, cuius vox gallulascit, cuius ramus tam roborascit.* Aristoteles id τραγᾶν appellabat, simili nempe metaphora ab hirco, qui τράγος Græcis dicitur. Gallare item verbum, quod, Nonio teste, Varroni Eudæmonibus insanire est *Deam Gallantes*, inquit, *vario retinebant studio, eodem namque vetustas hic est Gallantibus*. An verò eiusmodi verbū à Gallo deriuetur, Nonius non addidit. Cęterum à Gallina fit Gallinarius, qua voce Plinius, & *d* Cicero pro Gallinarum custode vtuntur, qui alias Varroni, & Columellę Gallinarius curator dicitur: cui etiam Gallinarium locus vocatur, in quo nutriuntur. Idem pro Gallinario officinam dixit. Gyb. Longolius vulgò cohortem dici putat, vt videtur, ex Varrone, qui ita scribit: *In Vrbana quoque domo coriem facere poterimus, in qua pascerес Ciconias, Grues, Pauones, Gallinas, Anseres, & similia habitur ad vsus quotidianos.* Sed si Italorum Corte à Latinore corte, seu cohorte dimanet, locus erit diuersus, attamen Gallinis destinatus. Hi enim la corte dicunt locum, eum nempe, quem aream Latini nuncupant, & in quo frumenta secta teruntur. Quare mea sententia Gallinarium à cohorte plurimùm differt. Etenim Gallinarium vulgus à pullis Gallinaceis, qui simul cum matribus suis noctu illi à Gallinario custode includuntur, pullarium semper vocauit, Italiq; seruato etiam nomine eo nomine, pullaro vocant, & Hispani el gallinero donde duermen las Gallinas, hoc est, Gallinarum, vbi Gallinæ dormiunt. In corte verò dormire nemo dixerit. Quod verò eiusmodi ędiculam, vbi nempe noctu potissimum habitant, & quò interdiu pariturę reuertuntur, ouaq; incubant officinam cohortalem, siue cortalem ob id appellari inquiat, non possum non laudare. Nam vt omnia in nostris officinis parantur, quæ in vsum humanum cedunt, ita ibi oua, & pulli, quæ in cibum. Ἀλεκτρυονοπωλὶς dicitur Polluci, eiusmodi aues vendit, quemque nos vulgò pollarolum, quasi pullos venditantem appellamus. Putat autem vsurpari posse tale vocabulum, cùm Phrynichus vsus sit voce ἀλεκτρυονωλιμήριον, affertque simul ἀλεκτρυοφορεῖ ex Æschinis Acciocho, quos annumerari posse ait τοῖς Ὀρνιθευταῖς, seu ὀρνιθοθήραις. Notanda porrò diuersa scriptura in his tribus compositis, & primum syllaba νο excedere cætera procul dubio, vitio typographi, qui parū fuerit attentus. Cæterùm, vt ἀλεκτρυοπολὶς, siue ἀλεκτρυονοπωλὶς is est, qui venditat Gallinaceos, seu Gallinas, ita ἀλεκτρυονωλιθήριον, siue ἀλεκτρυονωλήθριον est ipse locus, seu forum, vbi venditantur, & ἀλεκτρυονοφόρος siue ἀλεκτροφόρος is qui baiulat Gallinas, seu Gallinaceos emptos, & vendendos portat. Vnde nos etiam forte ὀρτυγοφόρον dicere poterimus. Nam ὀρτυγοκόπος non est in vsu, teste Polluce. Videtur autem significare eos qui has aues venales gestant, vel ad ludos potiùs. Nam ὀρτυγοκόπος dicitur, qui in ludo Coturnicem digito ferit. Porrò Gallinicium ea pars noctis appellatur, in qua Galli cantant, vt scribit Macrobius. Primum dici tempus dicitur, medię noctis inclinatio: deinde Gallicinium: inde conticinium, cùm & Galli conticescunt, & homines etiam tum quiescunt. Id temporis spatium ἀλεκτρυοφωνία Græcis dicitur, vt qui iam in lexicon vulgare Græcolatinum retulit, sed apud D. Marcum ἀλεκτοροφωνία scribitur, vbi Saluator noster discipulos admonet sæpiùs, vt vigilarent. At autem: *Vigilate ergo (neſcis enim quomodo Dominus domus veniat, ſero in media nocte, an Galli cantu, an mane) Ne cùm venerit repente inueniat nos dormientes.* Danos populos doctissimus Ioannes Goropius à Gallo Gallinaceo ideo sese denominari ait voluisse, quòd cùm belli studijs potissimùm oblectarentur, atque in ijs non tam auaritia, quàm generoso animo ducti, victoriam, & laudes potiùs quàm diuitias quærerent, Gallinaceus Gallus inter omnia animalia naturæ dotes ad hunc scopum necessarias habere viderentur. Ab hoc igitur, tum bellicæ laudis, & generosissimi animi, tum indolis regalis, & strenui militis, & ad omnia momenta vigilis optimo exemplari nomen non solum mutuari voluisse, verùm in pro symbolo, & synthemate quodam sibi accipere. Vocasse enim se De hanen, & compositè per concisionem Danen, aspiratione in media litera de more

a In Epist.
b lib. 2. de Diuinat.
c li. 4. Anab.
Gallulo.
Gallulascо
Exod.
Τραγᾶν.
d l. 4 Quæstion. Acad.
Pullarium.
Pollaro.
Officina cortalis.
Ἀλεκτρυονοπωλὶς.
c In χρόνῳ.
Ἀλεκτρυονωλιθήριον
Ἀλεκτρυονοφόρος.
Ὀρτυγοκόπος.
Ὀρτυγοκόπος.
f lib. 3. Sat. ca. 3.
Ἀλεκτροφωνία.
g l. 7. Gotodanicor.
Dani à Gallo nomen habẽt.
Danorum symbolum.

more eorũ deliteſcente. Ingentes ergo animos, & vigiles cuſtodias, necnon ſummum erga ſuos amorem Dani, qui ſe hoc nomine nuncuparunt, pollicebantur, vnde hactenus in vſu ipſis fuiſſe conſtat, Gallos ſemper in militia habere binas maximè ob cauſas, nimirũ, vt tum virtutem eorum imitarentur, tùm vt pro horologijs cantus eorum haberetur. Subiungit autẽ idem Coropius Gallorum mox nomen alios imitatos eſſe, ſed qui à Danis illis fortaſſe Cimmariorum ſobole, genus decerent: illos, vt nonnihil à parentibus diſtinguerentur, Alanen ſe nominaſſe, quaſi dicerent, ſe omnes aut omnino Gallos eſſe. At enim omnẽ, Han Gallinaceum notaret hinc Alani appellationem, quæ gens Ptolomæo ſuprema ferè ad ſeptentrionẽ ponitur, è Suobenis non longè remota, & iurſus in Sarmatia Europæa ſub eiuſdem nominis montibus. Ait denique & probat ex eodem Galli etymo Albanos, Alonorſos, Roſolanos eiuſdem cum Alanis originis, & linguæ fuiſſe, Albanos verò dictos fuiſſe quaſi montanos Gallos, ex Alb, quo montes ſignificant, & Han, quo Gallinaceus dicitur, Alonorſon, quaſi Alanos degeneres, & ſpurios ab Horſon filium meretricis ſignificãte; Roſolanos quaſi equeſtres, Alanos, à Ros, quod equum denotat. Et quemadmodũ Sacæ Alpini Sacalpini, ita Alanos, ſiue Danos montanos, Albanos eſſe nominatos, atq; hinc fieri potuiſſe, vt pòſt omnes ſe Alanos dixerint, eò quòd omnes Gallinacei nomen haberent, & id præſertim, cũ iã Dani è Sarmatia in Cherrone ſum Cymbriam, & Norvvegiã, & inſulas vicinas cõmigraſſent, adeo vt tota ferè Sarmatia, & Aſiatica, & Europæa poſterioribus tẽporibus Alania cœperit dici. Quẽ Procopius Honoricũ vocat (qui Gizerici filius & Vandalorũ imperij hæres, tyrannicè atq; immani ſæuitia per ignes atq; alia ſuppliciorum tormenta ad Arrianam ſectam compuliſſe legitur) alij Hunericum, nonnulli Heinricum, vel potiore ſcriptura Henricum appellant. Hunericus autem teſte *b* Hadriano Iunio Gallinaceorũ, Gizericus Anſerum copijs affluentẽ ſignificat: Heinricus verò domicilijs diuitem, aut laris & ſanguinis paterni magna progenie clarum. Galeatius apud Italos maxime nomen proprium eſt: ſed haud ſcio, an à Gallo: certè tamẽ noui Matthiæ Vicecomitis cognomẽto magni (nobiliſſima hæc Mediolanenſium familia eſt) primogenitum à Gallo Galeazium, ſeu potiùs Galliaziũ nomen accepiſſe, quòd hæc ales tota nocte, cũ naſceretur, cantaret, quaſi pater ſub felicibus huius volucris auſpicijs natum ſignificare vellet. Galliciorum familia nunc extincta, olim in hac vrbe generis claritate floruit, & turris ab eis fabricata etiamnum nobilitatis eorum extat teſtimonium, hanc autem à Gallis auibus nomen habere nonnulli volunt. Ἱππολεκτρυών Ariſtophoni nominatur, id eſt, Equorum Gallus hoc verſu.

Μεγαλα πράττειν' ἀξιοῖ νῦν ἱππολεκτρύων.
Magna facit, & eſt nunc Gallorum equus.

Iam verò præter plantas, quæ mox ſequuntur, & ab harum auium partium potiſſimùm ſimilitudine nomen habent, etiam proceſſus, vnus oſſis λοβοδοῦς, ab inferiori eius parte exoriens ſolidus, ſublongus, & ſubtilis inſtar ſtyli, vel acus πλῆκτρον, id eſt calcar dicitur. *k* Plinius Alectorolophon vocat herbam, & Romanis criſtam vocari aſſerit, & folia habere ſimilia Gallinaceæ criſtæ caulem tenuem, ſemen in ſiliquis. Quibus verbis multi herbarij noſtri plantam quandam, quam *l* Dodonæus depingit ob florum congeriem, multiplici, & denſæ Gallinacei criſtæ modo faſtigiatam, ob folia multò magis ad ſimplicis criſtæ figuram accedentia Alectorolophon, ſiue criſtam Gallinaceam, ſiue criſtam Galli appellarunt. Naſcitur paſſim in pratis, & aruis vtrobique otioſa, & inutilis. *m* Io. Baptiſta Porta venerem ciere ea ratione ſcribit, quòd criſtæ Gallinaceæ imaginem repreſentet, eoq; magis cùm & Gallus ſalaciſſima auis ad venerem inutilis reddatur dempta criſta. Verum quòd folia aſpera ferre dicat, hirta, verrucis, & rugis nonnihil aſpera, verbaſci pube, & aliquibus ſcaream dici, in eo non parùm mihi hallucinari videtur. Siquidem id Gallitrico, non alectorolopho Plinius conuenit. Haud me latet tamen recentiore herbarios aliã herbam alectorolophon vocare, ſed quæ nec ipſe Gallitricum ſit, at fiſtularia alijs dicta, quòd ad fiſtulas, & ſinuoſa vlcera proſit, alijs item pthirion, ſiue pedicularis ab effectu, quia in pratis vbi prouenit depaſcentibus iumentis, pecoriq; pediculorum copiam gignit. Flores edit criſtæ Gallinaceæ ſimiles, ſed minores & rubeſcentes. Prouenit in vliginoſis locis ipſis infeſta, Gallitricum verò longè diuerſa herba eſt, & Horminis haud dubio congener, eſtq; nulli non nota ſub Sclareæ nomine: alij centrum Galli vocant, alij matriſaluiam. Horminum tamen non eſt, quo nomine deſcripſit, & pinxit Fuchſius. Nam folia habet multò maiora nempe verbaſci, admodum hirta. Tota planta odorem ſpirat non ingratum, ſed tam vehemẽtem, vt capitis grauitatem faciat. Syluaticus hanc herbam cum Sideritide Heraclea, quam hodie eruditi quidam herbam Iudaicam, vel tethrait Arabice & vulgò herbariorum eſſe

Dani cur Gallos in Militia ſecũ ferant.
Alanen.
Albani.
Roſolani.
Alonorſi.
b In Batau.
Alania regio.
Galeazius.
Gallatiũ Vicecomitẽ Mediolan. à Gallo nomen habere.
Ἱππολεκτρύων.
i In auibus πλεκτρος.
k li 17. c. 5 Alectorolophos.
l l. 4. c. 57. m l. 4. Phi. c. 12.
Criſta Galli herba cur venerẽ dicat.
Porta error.
Sclarea.
Gallitricũ.
Fiſtularia.
Pthirion.
Gallitricũ.
Centrum Galli.
Matriſaluia.
Herba Iudaica.

rum esse putant, confundit. Nam cùm alibi sclaream dici dixisset, quòd visus claritate remoueat, cuius rationē Germani Scarlach quoque dicitur, mox, *Heracles*, inquit, *est quæ latinè ferraria nigra vocatur, quòd recentiores cenirum Galli, & Gallitricum syluestre vocant*. Videndum etiā nū Τζιτζεγαλλη, quæ vox apud Nic. Myrepsum nominatur vnguento 62. sit Gallitricum: item nū & hoc à Galli crista nomen habeat. Videtur siquidem vocabulū Græco latinum, qualia barbari multoties efformant. Capillū enim Græci τριχὰ appellant, Capilli capitis verticem occupant, vti etiam cristæ. Cum vero Horminis herba similis sit, Gallinaceæq; cristæ, Porta, vt dixi, Galli vires referre, veneriq; prodesse plurimum ait; ἀφροδισιαν enim
1 est impetu, instinctuq; ac ingenti libidine in venerē ferri. Galli crus Apuleo herba dicitur, cuius cacumen instar pedis Galli diuiditur. Herbarij graminis speciē faciunt. Plinius Ischęmum vocat à sistendo sanguine. Nascitur vbiuis, præsertim in hortorū areis cum alijs inutilibus herbis. Radices habet multas, tenues, candicantes, folia milij vt scripsit Plinius, aspera, & sanguinosa: caules multos, rotundos, geniculatos, florē in spicis, colore herbaceis plerunq; quinis, aut septenis. Herba trita, & admota efficacissimē fluentē sanguinē fistit. Pueri floris asperis spiciš sanguinē è naribus eliciunt, adeo vt pro diuersō vtendi modo hæc herba sanguinē cohibeat, & euocet. Exiguū est gramen apud nos, inquit *n* Porra, surgens calamulis geniculatis, turrectis, singulis in quinas, ternasue exiles florū spicatas caudas, digitatim sparsis, sapore astringenti, & exiccante, vnde nō vana coniectura Plinianum Ischœmo-
2 nem possumus existimare, vulgò Galli pes dicitur, quòd in summo frutice trifariam Gallinacei pedis imitationē habeat: ius Gallinaceis dysentericis medetur, sed veteris vehementius, ex Plinio: ad mębranarū cerebri sanguinis profluuiū prodesse dicunt sanguinem Galli ex Galeno: ad sanguinis reiectiones ore, & naribus valere ouā assa suadent Medici. Hæc ille. Sed sciendū est hanc herbā Syluatico perperā Gallitricū vocari, vel per errorem trisyllabā antepenultimam à typographo additam, & ex duabus vocibus vnam factam. Ait autem: *Gallitricus* (lego Galli crus) *idest sanguinaria, eo quod maribus imposita sanguinē suauiter fluere facit. Nascitur circa vias, & saxosis locis. Habet in summitate veluti pedes Galli.* Pes Gallinaceus
3 Plinio prima Capni species est, vt hisce verbis apertissimē docet: *Capnos prima, quam pedes Gallinaceos vocant, nascens in parietinis, & sepibus, ramis tenuissimis sparsisq; flore purpureo viridis.* Dodonæus hanc herbam putat eam esse, quæ multis rampullis fruticat teneris, in quibus folia numerosa incisa, colore, sapore, & quadamtenus forma alteri fumariæ similia, prætenera viriculis, & capreolis: herba ipsa in sepibus prouenit: flosculi eius candidi, cæruleo colore nonnihil distincti, in siliquis paruis semen: radix singularis, longitudine digitali, vere primo, vt & nostra vulgaris prodit. Maio, & Iunio vtraq; floret, & carpitur. Hæc Capnos, inquit, Plinij imitatione pied de Geline dici potest. Verùm cū Plinius Capni primā speciē purpureo flore esse dicat, Dodonęus suæ candidos tribuat, forsan eadem nū fuerit, suū tamen interim cuiq; liberū esto iudiciū Capnos, siue Capnion, inquit *p* Hermolaus, hoc est, fumus, duplex. Alia Dioscoridi descripta nascens in hortis, & segetibus hordaceis: alia & nomine, & effectu similis, quā pedes Gallinaceos vocant, teste Plinio, in parietibus
4 & sepibus genitā, ramis tenuissimis, sparsisq; flore purpureo, vt inquit Plinius, quam nonnulli modo Cymbellarē vulgò dictā, nescio quam rectè interpretantur folio hederę prætenui, vt in Cotyledone etiā cōmonuimus: & mox crassissimū illorū errorem reprehendit, qui ex eo, quòd Plinius Capnon latinè pedes Gallinaceos vocari scribit. Capnon à Dioscoride monstratū, non alius genus esse putant, quam quæ vulgò sanguinaria, & Galli crus, vt antè diximus, appellatur, quæ gramini, inquit, tam similis est, vt ab eo fortè nō admodum seiungi possit: nisi quod folio minore cernitur, & fibris potiùs quā radici innititur. Id aūt quod in summo frutice trifariā Gallinacei pedis imitationem habet, cādidus in hac quā in gramine conspicitur. Et alibi: Cotyledon non est, vt quidam rentur, quæ vulgò Cymbalaris appellatur, etiāsi Cymbalion à Dioscoride vocetur Est autem Cymbalaris herba folio tenus an-
5 guloso, hederacco, flore paruo, purpureo, in o uris terræ nascens, quā quidem nonnulli genus alterum capni dictæ faciunt. Hæc ille. Vulgaris quidem apud nos hæc herba est, & lactis etiam nonnihil habet, flosculo calathiformi ex purpureo ad cæruleū inclinante, radice alba, *dulci, vt rapplo sy uestri congener videatur. Oculis à quibusdam vt lis creditur, nimirum* vt Capnos quoque, vt ab eodem effectu nomen idem contigerit. Foliorum species per ætatem mutuatur, ex rotundiori in longam. Quæ verò eius pars pedes Gallinaceos referat, non facilè dixerim, nisi fortè mucrones illi, in quos diuiditur calyx, qui florem sustinet, eos repræsentare dicantur, præsertim cùm flos deciderit, aut aruerit. Tunc enim in diuersa tensi rigentesq; apparēt. *q* Baptista Porta Gallinacei pedis similitudinē capnon habere tradat,

Scharlac. Heraclea.

Τζιτζεγαλλη.

Galli crus quæ herba Apuleio. Ischæmū

n l. 4. Phytogn. c. 23.

Gallipes.

o li. 25. ca. 23.

Pes Gallinaceus.

p Cor. 724.

Cymbalaria.

Sāguinaria Galli crus.

Cotyledon.

Cymbalion

q li. 4. Phytog. c. 23.

Caucalis pes Gallinaceus dicta. dat, ideoque eius succum oculis claritatem facere, & aluum soluere autumat, sed qua parte non addit. Caucalis quoq; Græcis, & Latinis nominatur herba, quã inter oleracea Theophrastus, Plinius inter herbas vulgares, & in cibis vsitatas meminere. Gaza in Theophrasto pedem Gallinaceum conuertit, quo nomine Romani, vt r Ruellius scribit, appellant, quòd extremum folium in Galli, aut Gallinæ pedem conformetur. Ait item apud Dioscoridem tum eodem nomine, tum etiam pedem pulli ob eandem similitudinem vocari: sed id mihi nondum lectum est, scio tamen, hunc inter thlaspios nomenclaturus pedis Gallinacei meminisse, & Syluaticus portulacam. Macropedem pulli nũcupari asserit. Ornithopodion similiter à Gallinæ pede denominatum videri cuipiam possit, quoniam Ορνις, & ὄρνιθος Græcis Gallina est. Attamen hic ὄρνιθος in genere sumitur, atque herba ita vocatur à similitudine paruæ auiculæ. Denique aduertendum est apud s Suetonium quosdam Gallipedem ineptè pro Gallipede legere. Cunila Gallinacea non alia herba est, quàm quæ Origanum Heracleoticũ Græcis vocatur, teste t Plinio. Ruellius sic dictam putat, quòd eam Gallinæ pascantur. Meminit eius plantæ Plautus his verbis.

Pes pulli.

Ornithopodion.

s In Tiber.

Suetonius correctus.

Cunila Gallinacea Origanum Heracleoticum.

t l. 2. c. 17.

In Ponto absinthium sit, & cunicula Gallinacea.

Cunila Gallinacea cur ita dicta. Cur verò cunilam Gallinaceam vocent, à nemine adhuc traditum reperio. Ego ab effectu ita fortè appellari existimem, videlicet quia insigniter venerem stimulat. Puto enim hoc origanum eisdem fere facultatibus præditum, quibus cunila simpliciter dicta, quæ satureia, seu tymbra aliis nominatur. Vnde satureiæ nonnulli à satyris nomen impositum volunt, quòd vt hi salaciissimi, libidinosique passim à poetis depingantur, ita & hęc herba homines ad satyriasim impelleret, vt eleganter his verbis demonstrat Martialis.

Saturegia. Tymbra.

Improba nec prosunt iam saturęia tibi.

Elatines genera. Dodonæus duo elatines genera describit, depingitq;. Vnũ, quod à quibusdã morsus Gallinæ nũcupatur, & à Germanis Hunerbisz, à Belgis Hoenderbeet, hoc est, Gallinæ morsus. Alterum quod ab eisdem Germanis Hunerserb, à Belgis Hoenderserue appelletur, hoc est, Gallinæ hæreditas. Prior elatine multis cauliculis fruticat, hirsutis, auriculæ muris modo: foliis subrotundis, asperis, & hirsutis, sępius parùm incisis: cętera alsinę non multum dissimilis: flores purpureos, & cæruleos edit: deinde parua capitula, in quibus semen includitur.

Morsus Gallinæ.

Alsine media. Hanc Fachsius nomine Alsines mediæ depinxit. Morsum Gallinæ folio hederulæ vocat Lobelius. Altera similes priori cauliculos profert, sed longiora folia, angustiora, toto ambitu crenata: flores cęruleos, semen in binis tolliculis iunctis, radicem fibratam. Vtraq; locis umbrosis, incultis, secus vias, & in agrorũ marginibus frequens. Maio mense, & Iunio florent.

Hippia. Hippiam recẽtiorum quidã vocãt herbã vulgatissimã, quàm Andreas Matthiolus pro alsine depinxit. Hæc quoq; vulgò morsus Gallinæ dicitur, & Gallis morgeline, quod Gallinis, & auiculis grata sit, eaq; cauis inclusæ, & cibũ fastidientes herba ista recreentur, vt helxine ẽt, qua Plinius *Gallinaceos feruet annum fastosum purgare*, vnde non inepte quispiã dubiter, errore aliquo factum esse, vt vel typographus, vel Plinius helxine pro alsine scripserint. Germanis dicitur vogelkraut, id est, herba auiũ. Italis centone, Pizzagallina, grassagallina, Pauarina, quòd iunioribus Anseribus, quos Pauaros vocant gratũ sit pabulum. Anagallis Matthioloẽt grassagallina dicitur, sed quẽ ob id Dalechãpius reprehendat, quid id nomis soli alsinę cõuenire putat. Ruellius tamẽ & ipse pariter Gallus anagallidẽ Gallicè morgelinã, siue Gallinæ morsũ nũncupat, vbi ẽt hallucinari eos scribit, qui mouronẽ vulgò ductũ, aut papauerinã floẽ candidã ferentẽ, huic anagallidũ connubio retulerunt (diuiserat aũt in marẽ, & fęminã, hunc flore puniceo, illã cæruleo) illius virilis, fęmineiq; sexus diuortiũ facientes. Ornithogalũ à lacteo Gallinarũ colore, vt vult idẽ Ruellius, nomen accepisse videtur, quòd flores intus lacteo colore niteãt, nisi quis sentiat, inquit Dalechãpius, ab oui candidi figura, quã radix præ se fert, dictũ: nam auicularũ oua imitatur, intus albissima. Arbitratur aũt eiusmodi candorem in alis Gallinarũ retinere: quod sanè non intelligo, quoniã plurimę atræ sunt totę, multę alterius coloris, in quibus profectò nihil cãdoris reperias: si verò de candidis loquitur, cur in alis potius, quàm in alijs partibus candor ille magis retineat. Videndũ an à candore albuminis oui cocti, præsertim cũ id lac Gallinæ à quibusdam peritis putetur, Anaxagoræ, Alcmæonis Crotoniati, vt Aristoteles citat, atq; magno Hippocrati: etsi eiusmodi alioquin opinionem ceu erroneam antea refellerim ex Aristotele, dum ait: *Animalibus viuiparis cibus, qui lac vocatur, in mammis parentis paratus fit. Sed contrà quam homines putant, & Alcmæon Crotoniates ait. Non enim albumen oui lac est, sed vitellus. Hic n. pullis pro cibo est: illi albumen pro cibo esse existimant propter coloris affinitatem*, Ornithologus herbam illam testatur, quam pro aristolochia rotunda pharmacopolæ Germani falso

Anagallis Grassagallina. *l. 2. c. 109.*

Ornithogalum. *u l. 1. c. 29.*

Aristolochia rotunda.

accepe-

acceperunt, à quibusdam Germanicè Hanen sporn, id est, calcar Gallinacei à floris figura nominari. Quod nomen pariter alsinæ corniculatę Clusij conuenire posset, vt pote quā cornicula ferre scribit, Gallinaceorum calcarium forma. Alectorias gemma à Gallo Gallinaceo nomen habet, quòd in eius corpore reperiatur. Plinius in ventriculo generari putauit, Agricola non in eo dūtaxat, sed & in iecore, & in hoc maiores. *Alectorias*, inquit y ille, *vocant in ventriculis Gallinaceorum inuentas crystallina specie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotoniensem vsum in certaminibus inuictum fuisse viueri volunt*. Vicit tamen cum Tritormas bubulcus, vt ex Rhodigino citat z Dalechampius. *Alectoria*, inquit Agricola, *quanquam raro in Gallorum Gallinaceorum, & Caporum etiam ventriculo, & iecore gignuntur. Sed in iecore plerunq; maiores. Nam nuper in Capo inuentus est longus vnciam, latus digitum, alius sesquiam: inferior pars quæ latior, humiles habet cauernas: superior, quæ strictior, ad dextram exuberat: ad leuam humilis est, & fusca, cùm reliquum eius corpus in fusco cādidum sit. Alię in ventriculo reperte non raro sese figuralunt, lupini, magnitudine eiusdem, aut fabæ, modò in cinereo candidi: modò fusci coloris, sed aliuti: nunc vero crystallina specie, sed coloris obscuri, quæ lineas interdum habent subrubras. Crystalli similis, si politus inter oculum, & palpebram inferiorem interponitur, & ex vna parte ad alteram transfertur, oculū non ladit. Quod idem facit Saphirus, vel onyx, vel alia gemma polita interposita, modo parua sit.* His, quæ de hoc lapide ab Agricola tradita fuerunt, statim subijcere libuit descriptionem alterius, cuius nimirum, dum hæc scriberem, mihi copiam fecit perillustris Eques Hercules Butrigarius, vir medius fidius multæ eruditionis antiquitatisque, & rerum naturalium studiosissimus, quemq; se in Capi trimi ventriculo adinuenisse affirmabat. Estq; mea quidem sententia, verus, & genuinus alectrinas lapis, crystallina videlicet specie, licet colore subobscuro, figura sphærica læuiter vtrinq; compressa, & vndiq; læui, nisi quòd in superiori parte, qua strictiusculus cernebatur, aliquantulum exturbaret. Nullæ in eo cauernulæ, quod de suo scribit Agricola: quin ex densa materia cum pactus, & grauis. Nam cum ceraſi fructu aliquantò minor esset, pendebat octo & viginti ceratia, quæ caratos vulgò dicimus. Quod autem in Capi ventriculo repertus fuerit, videtur confirmare recentiorum quorundam sententiam, qui non ex Gallo mare, vti iam ex Plinio, & Agricola diximus, sed castrato, quem Gallinacei nomine imperitè, vt antea etiam docuimus, intelligunt, hunc lapidem ohaberi putant: & quidam, teste Ornithologo, Germanicè Kapunenstein interpretantur, id est, Caponis lapidem. Albertus, & author de natura rerum quinto vel sexto à castratione anno in iecore alitis inueniri tradunt, quod Syluaticus ex Alberto, quem citat, aliter transcripsit, videlicet extrahi dicens ex ventriculo, postquam castratur supra quartum annum: addit insuper, aliquos posi nonum extrahi dicere, meliorem esse de Gallo decreptio, maximū in hoc genere fabam æquare. Citat deniq; Dioscoridem testem, quod in ventribus Gallorum Gallinaceorum crystallo similis, vel aquæ limpidæ reperiatur, cum alioqui nihil huiusmodi in nostris exemplaribus Dioscoridis reperiatur. a Albertus radaim, seu donatidem lapidem nominat, qui niger sit, & luceat. *Ferunt autem*, inquit, *cum capita Gallorum formicis permittuntur, aliquando post multa tempora in capite maris Galli hunc lapidem inueniri. Conferre pollicentur ad rem quamuis impetrandam*: Qui lapis nunquid idem fuerit cum alectoria difficilè est iudicare. Video tamen vtriq; eandem virtutem ascribi, quæ superstitionis expers non est. Vt enim Albertus ad omnia imperanda radaim lapidem probari tradit, ita etiam alectorias, vt author obscurus quidam de lapidibus ait:

Hic oratorem verbis facit esse disertum,
Constantem reddens, cunctisq; per omnia gratum,
Hic circà veneris facit incentiua vigentes;
Commodus vxori, qua vult fore grata marito.
Vt bona tot præstet, clausus portetur in orbe.

Syluaticus etiam reges alectoriam gestantes, & gladiatores inuictos reddere scribit, sitimq; tollere, & mulieres viris conciliare. Cardanus huiusmodi lapidem sarda, vel achate fingi putat, in quo flammea n acula apparear. Ad Gallinam villa Cæsarum fuit ad Tyberim, via Flaminea, quę ab eo dicta est, quod Liuię Augustę ex alto abiecit in gremium Aquila conspicui candoris Gallinam, lauri ramum suis baccis fœtum rostro tenentē, quam seruari iusserant aruspices, ramum verò inseri diligenter: quod ad villam factum est, quæ vt dixi hac de causa ad Gallinam dicta fuit. Gallinaria à Gallinarium copia, vt Calepinus vult, vel vt alij à Gallinis feris sic dicta, insula est in mare Tusco, cōtra mōtes Ligusticos, vt eà b Varro describit, & c Sozomenus. Meminit eiusdē a Sulpitius. Ortelius hodie Isola de

Hanen sporn. *Alectorias gemma.* y *l.37.c.10* *Milo Crotoniensis in bello inuictus. Elus. & cur.* z *In Com.* *Hercules Butrigarius.* *Caponis lapis.* *alib. 2. de metal.c.17* *Ad Gallinam locus.* *blib. 3. de re rust.c.9.* *c li.3.Hist. eccl.c.9.* *d In vita D.Martini*

e Ad. 6. Aen. Arbenga dici putat. Gallinaria sylua Straboni, & Ciceroni in Campania. e Pompeio verò Sabino in Cumano. Sanfelicus dicit hodie la peneta de patria vocari. Alectoriæ quædam pillulæ aluum purgantes à Nicolao Myrepso describuntur, quas si dictas apparet, eò quòd vi sua purgãdi eos, qui sumpserint, à lecto excitent: quo modo Gallum ἀλεκτορα etiam dici antea scripsimus.

PRÆSAGIA.

Pluuiæ, & tempestatis præsagium.

IMMINENTES pluuias ab his auibus potiùs, quoniam nobiscum degunt, quàm ab alijs cognoscimus. Eas autem in primis Gallus præsagit, cum paulò post solis occasum, vel primis noctis horis statim vespertino crepusculo insolens in rauisonum cucurritum non sine alarum motu indefessus prorumpit: *Gallinaces*, inquit a Aelianus, *cæteraque domestica aues alarum percussione concrepantes, & cucurrientes, & sua quadam voce obstrepentes tempestatem nunciant.* Rationem eius aliàs assignauimus, quòd scilicet Auster vnà cum vaporoso aere vocalia instrumẽta vt sensim replet, ita multa pituita infarcit; cuius motum sentientes Galli per eum cæli, & corpori statum facilè rauescunt. Cęterùm vt grauante hac sarcinula vocis, & motus præsidio sese exonerent, ad cantum modo insolito stimulantur. Adde si videbitur, laryngis per humidum aeris statum dilatationem, quę vt vocem grauiorem, ita raucam, & clangosam solet reddere. Hinc Germani, teste Ornithologo, Gallum tempestatis ein vvetteran appellãt, quasi cantu suo peculiari quadã facultate ad indicandas mutationes præditus videatur. Aeris etiam mutationem, & ventum prænunciant, si noctu, quam solent, citiùs canant. Item si Gallinæ cum pullis suis in principio pluuiæ domum se recipiant, aut manè exire recusent, pluuiarum copiam indicant futuram. Pediculos quærentes, aut paludes, vel mare alis more Anatis verberantes, teste Theophrasto, eadem pertendunt. Auienus Arati inter Latinus etiam interpres pluuiæ signa ponit.

a l. 7. de Anim. c. 7.

Galli cur rauescant.

Vox Galli, vnde rauca.

Pectora cùm curuo purgat Gallinula rostro.

Serenitatẽ quãdo Gallus portendet.

Si denique vltra solitum sese in arena concutiant, vel segregentur, plures earum in vno loco simul, & in pluuiæ principio quærant locum opertum vbi à pluuia protegantur, signum est maximorum imminentium imbrium. Contrà Gallum tempore pluuiæ canentem, serenitatem instantem polliceri plerique credunt. Gallinæ in mutatione pennarum, quando ante hyemem decidunt, si à capite incipiunt deplumari, tempestiuè serendum, serotinè verò si à posterioribus, significant.

VSVS IN SACRIS Ethnicorum.

NON parum profectò gloriari debet hoc volucrũ genus, quòd tam varijs dijs quondam sacratum fuerit, atque etiamnum apud quosdam diuino afficiatur honore, vt postea probabimus. Suidas ex animatis olim sacrificia in vsu fuisse testatur de oue, sue, boue, capra, Gallinæ, & Anſere. Sed Gallinæ nomine Gallum etiam intellexisse verisimilium est. Nam veteres Gallinaceum Gallum Marti in primis, vti etiã antea, vbi de auis huius pugnacitate, & animositate agebamus, ostendimus, consecrarunt. Causam in eiusmodi fabulam reijciunt. Alectryonem illius Dei, quem ceu bellorum, militiæq; præsidem colebãt, comitem, ac satellitatem fuisse comminiscũtur, eiq; tam familiarem, vt dum cum Venere adulterium committeret, foribus cum custodiẽdis adhibuerit. Sed quia somni violentia oppressus obdormijsset, in auem sui nominis fuisse immutatum, quæ hactenus veteris negligentiæ memor sedulò Solis aduentum prænunciat, vt b Lucianus copiosiùs demonstrat. Ausonius ad hoc illudens cecinit.

Gallus cur Marti sacer.

Alectryon Martis comes, & eius fabula.

b In Gallo.

Ter clara instantis Eoi
Signa canit iterus deprenso Marte satelles.

Authoris opinio cur Gallus Marti sic dictus sacer.

Mihi è contrario Gallus eam ob causam illi Deo sacer habitus videtur, vel quòd pugnans summo studio victor è prælio discedere conetur, alteriusq; seruitium omni conamine pati nolit,

nolit, & ad necem vsque pro eo dimicet, auis scilicet ad dimicandum nata, & à natura ad id instrumentis aptis, rostro nempe robustissimo, calcaribusque instructa, vt rhetor quidam, teste Eustathio scriptum reliquit his verbis ἀλλα τοῦτο τις ὑφορᾶται μυθοποιικῶς σημαινειν λαλημα, vel quod Gallos, id est, milites, ac bellatores homines in vrbibus habendos esse significarent, & in contubernio retinendos, non tamen rei sacræ causa, seu vrbis vigiles, & custodes intelligas, quando ij per Gallos significari videntur. Hinc Romanos, vt milites suos vigilantiæ admonerent, Marti Gallum appinxisse historia docet, & apud Plutarchum traditum est. Lacedæmonios, cùm hostes aperto Marte profligassent, Gallum Marti solitos sacrificare, sin aliquo stratagemate victoria potiri essent, bouem: id quod ab eis non sine ratione fiebat, quòd pluris æstimabant incruentam victoriam, quam cruentam. Soli, & Lunæ dicatum fuisse id indicat, quòd tempori hoc auium genus inseruit, quod per Lunam, & Solem intelligitur, vel quòd nos Gallus cantu suo admoneat, quare magi cognatum Soli faciunt, ac inde fieri, vt eius cursus inflexiones sentiat, & cantu mortalibus annunciet. Insitum autem est Gallis, inquit Proclus, numen Apollinis velut propijs canticis aduocare. Nos verò sacris hymnis canimus Gallicinio Luciferum venturæ lucis prænuncium excitari, obductum caligine cælum aperiri, dari copiam, vt patefacta iam via errores ambagesque omnes declinemus, canente Gallo valetudinarijs, aliquam salutis, aut saltem alleuationis spem effulgere, meticulosos trepidatione liberari, & multa, quæ per insidias parabantur, dissipari, quæ omnia aduenientis lucis beneficia sunt. *c* Aelianus, Gallum Latonæ quoque sacram fuisse his verbis docet: *Latonæ in amore esse aiunt, & quòd ei aduexerit parienti, & quòd etiam nunc parientibus adsit, & felices partus efficiat*; eò quòd Solis ad hemisphærum nostrum regressu, calor naturalis augeatur, partum visua promouens: quem quia nunciat Gallus Latonæ meritò gratus est. Maiæ, quam & Proserpinam, & Cererem vocant, etiam Gallinaceum consecrarunt, *d* Porphyrio teste, quamobrem initiati huic Deæ auibus cortalibus abstinebant. Nam & Eleusine abstinentia ex his alitibus, & piscibus fabisque præcipitur. Romanos quoq; nocti Gallos mactasse *e* Ouidius docet, quia cantu suo diem nocti contrarium prænunciat, atq; vt inquit Plinius, *Solis ortum non patitur incautis obrepere.*

Gallus soli, & lunæ sacer.

c l.4.c.29.

Maiæ sacer Gallus.

d lib. 4. de abst. ab animas.

e li.1.Fast. Nocti sacer.

Nocte Deæ noctis cristatus caditur ales
Quòd tepidum vigili prouocet ore diem.

Mercurio item datus est ob diligentiam nunciationis, & vigilem eius curam, vel ob ipsammet mercatorum vigilantiam, quòd omnis negociator lucro semper diligentissimè inuigilet, siue quòd ab eius cantu surgant ad peragenda negocia. Erat autē Mercurij forma homo sedens in throno galeratus, cristatusque & pedibus Aquilinis, sinistra Gallum tenens, aut ignem. Erat item Gallus Æsculapio dicatus, haud aliam ob causam, quàm quòd medico vigilantiam, sedulamque curam necessariam esse indicarent. Adde, si placet, quòd ab hoc auium genere (nam, vt dicemus, Gallinas illi etiam vouebant) cùm alimenta, tum medicamenta omnibus fermè corporis affectibus conuenientia depromi queant, etsi interim minimè inscius sim *f* Plutarchum alibi solius vigilantiæ significandæ causa id factum esse innuere, vbi ait: *Sicut autem qui Gallum super manu Aesculapy pinxit, matutinum tempus voluit significare, & Solis ortum appetentem.* Socratem, Tertullianus, & Lactantius Firmianus ceu nimis superstitiosum redarguunt, quòd moriens Phædonem admonuisset, vt voto se liberans Aesculapio Gallum persolueret. *Sanè*, inquit Tertullianus, *Socrates facilius alterius spiritu agebatur. Siquidem aiunt dæmonium illi a puero adhæsisse, prosimum reuera pedagogum, etsi post Deos, & cum Deis dæmonia diuinamus penes poetas, & philosophos. Nondum enim Christiana potestatis documenta præcesserant, quæ vim vltam pernitiosissimam, nec vnquam bonam, antiquæ erroris artificem amens veritatis auocatricem sola traducit. Quòd si ideircò sapientissimus Socrates secundum Pythij quoque dæmonis suffragium, scilicet negotium nauantis socio suo quanto dignior constantiæ Christianæ, atque sapientiæ assertio, cuius afflatus tota vis dæmonum cedit? Hæ sapientia de schola cæli Deos quidem iaculi negare liberior, quæ nullum Aesculapio Gallinaceum reddi iubens prænarretur, nec noua inferens dæmonia, sed vetera depellens, nec adolescentiam vitians, sed omnis homo pudoris informans, ideoque non vnius verbis, sed vniuersi orbis iniquam sententiam sustinens pro nomine veritatis, tantò scilicet perosioris, quantò pleniores, vt & mortem non de poculo per habitum iucunditatis absorbeat, sed de patibulo, & viui comburio per omne ingenium crudelitatis exhaurat, interea in illo tenebrosiore carcere iaculi inter suos Cebetas, & suos Phædonas, si quid de anima examinandum est, ad Dei regulas, eli, diriget, &c.* g Lactantius, in eundem Socratem ob id inuectus ita infit:

Mercurio sacer.

Mercurij forma.

Gallus Aesculapio dicatus.

f l. de Pyth. orat.

Socrates superstitionis arguitur, & cur.

g l.3. de falsap. c.20.

Quis iam superstitione Aegyptiorum audeas reprehendere, quas Socrates Athenis authoritate confirmauit sua? Illud verò nonne summæ vanitatis, quod ante mortem familiares suos rogauit, vt Aesculapio Gallum, quem voverat, pro se sacrarent? Timuit videlicet, ne apud Rhadamantum recuperatorem voti reus fieret ob Aesculapio. Dementissimum hominem putarem, si morbo perisset. Cum verò hoc sanus fecerit, & ipse insanus, qui cum putet sapientem. Defendit Socratem *b* Cælius Rhodiginus his ferè verbis: Oblitus est, inquit, Lactantius sententiæ illius, Nunquam futurum Platonicum, qui allegoricè non putet Platonem intelligendum. Quid verò illis inuolueris sibi Plato voluerit, iam nunc ex Platonicorum sententia promere adoriar. Prisci Aesculapio medico, Phœbi filio Gallum sacrificabant, dici, soliq; nunc ium, id est, diuinæ beneficentiæ morborum omnium curatrici, quæ diuinæ prouidentiæ filia nominatur, cui dicm, idest, vitę lumen, se debere fatebantur. Eiusmodi medicũ Socrates in superioribus perquiri iusserat morborũ animi curatorem. Præterea priscorum oracula tradunt, animas remeantes in cælũ pæana, id est, triumphalem cantilenã Phœbo canere. Reddidit ergò Deo votum, vt alacer pæana canens cæleſtem repetat patriam. Hactenus Rhodiginus. Postremo alios etiam morientes eidem Aesculapio Gallum vouisse legimus *i* Artemidorum enim, referente Paulo Gyraldo, alterius cuiusdam somnium enarrat, qui Gallum Aesculapio vouit, si sanus foret. Cæterùm Gallinas etiam eidem Deo vouebant, teste Festo, vnde dicebat *k* Iuuenalis.

Libet expectare quis ægram
Et claudentem oculos Gallinam impendat amico
Tam sterili, id est pauperi, & *l* Prudentius:
Quamuis promittere & ipsi
Gallinam soleant, aut Gallum clinicus, vt sic
Dignetur præstare Deus morientibus æquum.

b lib. 16. c. 12. lect. ant.

Diuino beneficentia diuinæ prouidentiæ filia.

i li. Oneirocritic. on.

Gallinæ Aesculapio sacræ.

k Satyr. 2.

l In Apot.

Gallina qualis in sacris adhibeatur.

Non admittebatur verò Gallinæ ad eiusmodi sacra, nisi, vt Alexander ab Alexandro scribit, quæ rostro essent nigro, nigrisque pedibus, & digitis imparibus. Si enim rostrum pedesque lutea habuissent, velut impuræ aruspicibus credebantur. Plinius huius rei quidem mentionem facit, sed de imparitate non: inquiens: *Gallinæ luteo rostro pedibusque ad rem diuinam puræ non videntur: ad operiancea sacra nigra.* Sed num istæc sacra ad Aesculapium pertineant videndum foret. Ea autem secluſa vocabantur Græcis *ἀυσπικια*. Hoc idem auium genus Herculi, eiusque vxori *m* Mnesias, referente *n* Aeliano, miro modo sacras fuisse prodidit. Fuisse nempe temp um quoddam Herculis, & vxoris eius, hanc ceu Iouis filiam in huius templi ambitu cicures aues multas nutrisse, nẽpe Gallos, & Gallinas, compauisse autem, & gregatim pro sui generis sexu degisse, & sumptu alites publico, dijs, quos diximus, consecratos, Gallinas in æde Hebæ, Gallinaceos in Herculis pastos. Fluxisse autem in medio riuum perennem, & lympidæ aquæ. Gallinarum nullam ad Herculis templum accessisse, nec vllum Gallorũ ad Hebæ: at suo tempore marcs stimulatos libidine riuum transuolasse, & postquam impleuerant fœminas, ad Deum suum, & suas redisse sedes lustratos, purgatosq; interfluenti riuo, quo sexus vterque dispesceretur. Natis deinde tempestiuè ouis, & exclusis incubitu pullis, fœminas nouellas matribus, mares genitoribus assessisse, & altos. Hæc ille. Quæ nunquid vera sint, alij iudicent. Mihi sanè vel fabulam sapere videntur, vel dæmonis arte facta *o* Plutarchus, Aegyptios scribit, Osiridi Gallum immolare solitos, alias album, alias nigrum: supera syncera, & manifesta, infera mixta, & varia innuentes. Alibi etiam Hermanubidi immolasse tradit, & Anubidi. Est autem vocabulum, vt videtur, Græcè originis, *ἀναφάινων τὰ ὑπαίθια καὶ τῶν ἀνωλόγος*, hoc est, ratio superiorum, & cælestia declarans, vti Hermanubis inferiora, sacrificabant autem vtrique Gallum, illi album, quòd vt diximus cælestia pura, & lucida sint, huic *χροιὰν*, hoc est, pennis, & iubis croceis præditum. Gyraldus etiam croceum transtulit. Sed videndum nunquid pro *χροιὰν*, *κρασιὰν* legendum sit hoc est nigrum, quem etiam Osiridi diximus sacrificasse. Albos immolare apud Epirotas ex vsu fuisse vel inde constat, quòd Pyrrhus rex, vt idem Gyraldus testatur, splene laborantibus medens, albo Gallo sacrum perageret. Author est quoque in citato paulò antè libro Plutarchus Magos Zoroastris exemplo Gallinas, & terrestres echinos, Bono Deo attribuisse, aquaticos autem Malo, *p* Iuuenalis Gallos Gallinaceos Laribus etiam sacros habitos esse his

Gallinacei Herculi sacri.

m In li. de am. Iouis.

n li. 17. ca. 46.

o li. de Isid. & Osiride.

Aegyptij Osiridi Gallum immolant.

Hermanubis, & Anubis.

Albi Galli immolati à Pyrrho.

Bono Deo, & malo, qui Galli immolati.

p Satyr. 13

esse his versibus nos admonet.

Et laribus cristam promittere Galli
Nos audent.

De Termini sacrificio q Prudentius ita canit.

Et lapis ille
Si stetit antiquus, quem cingere fas fuerit error
Fasceolis, vel Gallinæ pulmone rogare
Frangitur, & nullis violatur terminus extis.

q Contra Symmachũ.

Methonæ vrbis in Trœzeniorum agro incolas legimus Gallum pro vinearum incolumitate mactare solitos, vt Africi venti, qui eos plurimùm infestat, incursionem vel auerterẽt, vel saltem emolirent: Cùm enim flare institerit, vitium oculos exuri, spemque vindemiæ falli. Monitti igitur ab aruspicibus, sacri genus hoc instituere, vt viri duo Gallum vnũ, eumque album, manibus apprehenderent, & in diuersa abeuntes trahendo discerperent, partemq; vterq; suam manu præferentes vincta loci omnia perlustrarent, donec ita omnibus expiatis, in eundem conuenirent locum, vbi Gallum dissecuissent, ibique partibus vtriusque humi defossis, nullum eius anni incommodum se passuros persuasum habeant: iuuitq; fors, vt quandiu sacrum hoc celebrauere, res illis ex voto succederet. Vetus etiam Pythagoræ symbolum Gallo albo abstinendum esse admonet. r Diogenes Laertius, ideo eum interdixisse scribit, quòd mensi sacer sit, & lupplex. Quod autem mensi sacer haberetur etiã Aelianus meminit, inquiens: *Gallum album mensi sacrum, vt pote horarum nuncium credidit Pythagoras.* Iamblicus tamen Pythagoram sectatoribus suis, qui ciuilis, id est, politici dicti sunt, permisisse author est, vt Gallum, agnum, & alia quædam antè nata præter vitulum ritè sacrificarent. Et s Plutharchus discipulorũ nonnullos eum accusare memorat, vt quin in cõmẽtario de iustitia scripsisset de Gallis Gallinaceis vtiliter eos esitasse, quòd & somno nos excitent, & scorpios conquirant, & in pugna nobis studium, emulationemque fortitudinis quandam ingenerent. Vnde non sacrificasse tantùm Gallos solitum, sed esum eorum permisisse videmus. Quod ad sacrificia attinet, Suidas etiam sacrificasse illum Gallos testis est, quia verò & ipse Diogenes *sacrificijs*, inquit, *vtebatur Pythagoras inanimis; sunt qui dicunt, Gallis Gallinaceis, & hœdis, etiam lacteolis, quos teneros dicunt: agnis autem nunquàm*. Quod verò ad eorum esum, Aristoxenus apud Gellium cuncta illum animata in cibum permisisse ait, boue aratore, & ariete exceptis. Alij contra Pythagoram, licet præter sua instituta, immolasse tamen quandoque Musis bouem, Io verò Gallum album. Alij tradunt Gallum album adeo ab eo amatum, vt si quando videret, fratris Germani loco salutaret, & apud se haberet. Vnde apertè constare arbitror Pythagoræ præcepta vel perperam posteritati tradita, vel ipsum in determinatione illorum inconstantem extitisse. Nihil aliud hoc loco quidam Pythagoram intellexisse volunt, quàm Gallum ipsum. Si quis tamen altiùs hoc considerare voluerit, ad reliquorum symbolorum rationem, modumque interpretari poterit, vt scilicet nos philosophus moneat Gallos nutrire, vt diuinam animæ nostræ partem diuinam rerum cognitione, quasi solido cibo, & cælesti ambrosia pascamus. Verùm vt recentiorum superstitionem, seu idolatriam potiùs sermonem nostrum diuertamus. t Petrus Bellonius interprete Carolo Clusio, amœnam nefarij illius Mahumetis, Turcarum pseudoprophetæ in paradisum profectionem, quam nocturno tempore hic se confecisse splendidissimè mentitur, describens insignem de Turcarum paradiso nugas recenset, inter alias verò, illum comminiscent, se in cœlo variæ formæ angelos vidisse, vt bouum, hominum, equorum, auium, inter quas Gallus fuerit, pedibus primum cœlum premens, & capite secundum attingens: interrogantique Mahumeto, quid ista sibi vellent, angelum, à quo se eo conductum finxerat, respondisse, angelos esse, qui pro ijs, qui in mundo sunt, Deum orent, humanæque formæ angelos pro hominibus orare, bubulæ pro bubus, equinæ pro equis, Gallinaceæ pro Gallis, atque cùm ingens ille Gallus caneret, reliquos Gallos cùm cælestes, tùm terrestres canere. Author est Ludouicus Romanus Calecutenses cacodæmonis sacerdotes sanguine Gallinacei cultello argenteo iugulari carbonibus ignitis aspersi, ei sacrum peragere. Abaculum, inquit, habent vice altaris, quem varijs floribus, ac flagrantibus puluiſculis sternunt. Tunc sanguinem Galli in vas argenteum ignitis carbonibus oppletum, imponunt, additis varijs suffumentis. Gallum deinde mactant cultro argenteo, cruentumq; cultellum nonnunquam igni admouere solent. Sanguis Galli totus accensis funalibus crematur circa altare. Quem sacerdos immolaturus

r lib. 8. de vit. philos. in vita Pythagoræ.

s lib. de Stoico. repugn. Pythagorã Gallos sacrificasse.

t lib. 3. obs. c. 7.

Methonæ incolæ cur Gallum immolant.

Gallum albũ vt amarit Pythagoras.

Mahumetis profectio in paradisũ.

Calecutenses quomodo Gallum immolant.

Indi Gallũ adorant. turus lacertos & pedes exornat argento. Verùm quod maius est Indos Gallum adorasse Iosephus Acosta scribit, & *u* Lucianus pro Deo olim cultũ fuisse. Porrò cùm ouorũ etiam olim purgandis piaculis lustrationibusq; adeo quotidianus vsus fuerit, vt Orpheus, teste Suida, Ooscopida, id est, de diuinatione ex ouis scripserit, eaq; meo iudicio in Gallina magis conspicua sint, familiari nobis prę cæteris alite, itaque paucula istæc hic referre libuit. Adhibebantur autem oua in Bacchi orgijs, aliorumque Deorum sacrificijs, vbi pro homine aliquid Deo soluendum esset. Omittimus interim quæ in Orphicis, & Bacchi Orgijs, in hac ipsa re obseruata ab antiquis traduntur. Id solùm ex eis repetemus, ideo religioni oua inseruisse, & in tanto honore gentibus fuisse, quòd capiente omni mundo tot animalium naturas, & genera, nullum ferè est, in quo non ex ouo species aliqua nascatur. Volucres passim ouum gignunt: aquatilia in mari penè infinita. In terrestribus lacertæ: in ambiguis, & quibus in terra æquè, quàm in aqua victus est, crocodilis in pedibus aues; in carentibus pedibus angues: in multipedibus attelabi; & ne longiores simus in pluribus generibus alijs plura alia. Ob quæ totam referre naturam credita fuerunt, & in religione ad placanda, exorãda que numina gratiorem habere potestatem. Oua explationibus apta monstrat illud Iuuenalis.

u In lib. de Syria Dea.

Ouorum vsus in sacrificijs.

Ooscopica Oua cur sacrificata.

Animaliũ genera quæ oua gignãt.

Nisi se centum lustrauerit ouis.

x In arte. Sed & *x* Ouidius oua hac lustralia indicat his versibus:

Et venati, quæ lustret anus, lectumque locumque,
Præferas & tremula sulphur, & oua manu.

Oui, quod in Cereali pompa solitum fuerit esse primum, meminit Varronis verbis: *Nam non modo illud ouum sublatum est, quod ludis Circensibus nouissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne illud quidem ouum vidimus, quod in Cereali pompa solet esse primum.* Ouorum hecatombe ab Ephippo nominatur per locum apud Athenæum.

Ouorum Hecatõbe.

AVGVRIA.

Prodigia.

QVOD ad auguria in primis spectat, in his hoc auium genus tantum prærogatiuæ obtinuit priuilegium, vt publicè ad ea aleretur. Tantum verò apud Romanos in nefarijs eiusmodi significationibus momenti habere credebatur, vt quæ indicaret verissima, & sacrosancta haberentur. Quod *a* Plinius Galli laudes commemorans eleganter demonstrat: *Vt planè digna aliti tantum honoris præbeat Romana purpura. Horum sunt tripudia solistima* (quæ læta erant cum prodeuntes è cauea cibum oblatum capere non recusabant, & inter edendum nihil non in terram ex ore decidebat: quorum alterutrum accideret, triste, ac pernitiosum censebatur, vti alibi abundè docuimus.) *Hi magistratus nostros quotidiè regunt, domosque ipsis suas claudunt, ac retinent, tubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices: hi maximè terrarum imperio imperitant, ex iis etiam fibrisq; haud aliter, quam optimæ victoriæ Dijs grati.* Varro verò non solũ augures Romanos ex his auibus auguria captasse memorat, sed ẽt patres familiæ rure. Quadrupliciter verò maximè auguria faciebant, videlicet per solistima tripudia, per præposteros eorũ, vespertinosq; cantus, vt Plinius tradit, & cũ cibo spreto ẽt, è caueis auolabant, quod maximi infortunij signũ habebatur: & per eorũ pugnam. Erant præterea, eodem Plinio teste, & extra Dijs grata Qui pullorum curã habet, & qui è pastu pullorum captat auspicia, *b* Ciceroni, & *c* Liuio pullarius dicitur: *Attulit è cauea pullos,* inquit alibi *d* Cicero, *is qui ex eo nominatur pullarius.* Erat autem moris Romanis ducibus pugnam inituris aduocare eiusmodi pullarium, vt offam hisce volucribus obijceret ad augurium captandũ. Pultem verò ijs dabant potissimùm, quia ex ea necesse erat decidere, quod trepidum, hoc est terripudium faceret. Pauire enim ferire est. Bonum enim, vt diximus, augurium esse putabant, si pulli per quos auspicabantur comedissent: præsertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset. Sin autem omnino non edissent, periculum imminere, vt Flaminij exemplo docemur, qui cum terripudio auspicaretur, pullarius, teste *e* Cicerone, diem prælij committendi differebat. *f* Valerius etiam, atq; *g* Liuius authores sunt Hostilio Mancino consuli in Hispaniam ituro hoc accidisse prodigium, cùm sacrificium

a l. 10. cap. 21.

Tripudia solistima fausta & infausta.

Quot modis auguria faciebãt

Pullarius qui dictus.

b lib. 10. ad Planc.

d lib. 2. de diuinat.

Tripudium quid.

Augurium bonum.

e lib. 1. de diuinat.

f lib. 1.

g lib. 45.

facere

facere vellet, pullos cauea emissos in proximam syluam deuolasse, & summa cura requisitos reperiri nequiuisse. Tradunt verò eiusmodi auspicia tristia fuisse idq; exitu probatum. Victū. n. fuisse Hostiliū à Numantinis, & castris exutū, moxq; cū nulla superesset seruandi exercitus spes, pacem cum his fecisse, eamq; adeo ignominiosam, vt ratam eam esse Senatus vetuerit. Contrà Themistocli Athenienſiū clarissimo duci, quē adolescentiā suam in omni luxus, lasciniæq; genere peregisse, tādē verò cū vir euasisset, inuētæ suæ maculas præclarissimis gestis deleuisse, historia testis est priusquā in Xerxē, ad quē postmodū ab ingrata patria pulsus cōfugit, exercitū duceret, pridie auditus Gallorū cātus victoriā promisit. Ex hu-
10 iusmodi cantu felix augurium cepisse *b* Iustinū, Sophiamq; Corripus testatur his versibus. *b l. 1. Iustini laud.*

Limen vt augusta sacro pede contingit aulæ,
Omnia Gallorum strepuerint culmina cantu.
Exactam noctem primi sensere volucres,
Et latum cecinere diem, alarumq; dedere
Plausibus assiduis, & acuta voce fauorem.

Themistoclis contra Xerxē victoria.

Insuper Gallos omnes, *i* Paulus Morigia, anno millesimo ducentesimo septuagesimo septimo ea nocte, qua Otto Archiepiscopus, & Mediolan. exercitus præfectus victoria aduersus Turianos potiebatur continuò ceciniſſe, eademq; nocte Galeatiū in Vicecomitum item familia eius nominis primū natum esse, & ab eiusmodi felici Gallorum augurio nomē
20 accepisse. Cantum verò auium harum victoriæ signum habitum ideo *k* Plinius docet, & *l* Cicero ridet, quòd victæ flere soleant, canere victrices Vterq; verò celebris illius Bœotiorum contra Lacedæmones victoriæ exemplo comprobat. *Tetis noctibus*, inquit ille, *canendo Bœotijs nobilem illam aduersus Lacedæmonios præsagiuere victoriam, ita coniecturā interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret.* *m* Cicero verò paulò aliter fusiusq; *Lacedæmonijs*, ait, *paulo ante Leuricam calamitatem quæ significata est, cum in Herculis fano sonuerunt, Herculiq; simulacrum multo sudore manauit: At eodem tempore Thebis, vt ait Callistithenes in templo Herculis valuæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt armaq; quæ fixa in parietibus fuerant, ea humi sunt inuenta: cumq; eodem tēpore apud Lebadiam Tropheniores diuina fieret Gallos Gallinaceos in eo loco sic assidue canere cœpisse, vt nihil intermitterent, tum augures dixisse Bœotios, Thebanorum esse victoriam, propterea*
30 *quòd illa victa flere soleret, canere si vicissent.* *n* Alibi verò ita eiusmodi vanitates ridet. *Quas autem res tum natura tum casus effert, in quibus nonnunquam etiam errorem creat similitudo, magna stultitia est earum rerum Deos facere effectores, causas rerum non quærere. Tu vates Bœotios credis Lebadiæ vidisse ex Gallorum Gallinaceorum cantu victoriam esse Thebanorum, quia Galli victi flere solent canere victores. Hoc igitur per Gallinas Iupiter tantæ ciuitati signum dabat? An illæ aues, nisi cum vicerint, canere non solent? At tum canebant, nec vicerant. Id. n. inquies ostentum, magnū verò quali pisces, non Galli cecinerint. Quod autem est tempus, quo illi non canāt, vel nocturnum, vel diurnum? Quod si victores alacritate, & quasi lætitia ad canendum excitantur: potuit accidisse alia quoque lætitia, quæ ad cantum mouerentur. Democritus quidem optimis verbis causam explicat, cur ante lucem Galli canant: depulso. n. de pectore & in omne corpus diffuso & modificato cibo, cantus edere quie-*
40 *te satiatos: qui quidem silentio noctis, vt ait Ennius, sanent sanctibus, rursus canta, planisque premunt alas.* Hæc omnia Cicero, quibus superstitiosas illas Romanorū augurium vanitates & vera dęmonis prestigia apertissimè superstitiosus alioqui & ipse, reijcit, & parui ēt eiusmodi auguria fecisse Publius Claudius videri potest, qui, vt Valerius annotauit, bello Punico primo cū prælio nauale cōmittere vellet, auspiciaq; more maiorū petijsset, & pullarius vix exire cauea pullos nūciauisset, abijci in mare eos iussit, dicēs, si esse nolunt, bibāt. Quemadmodū verò vana antiquitas Galli cantū pro bono augurio habebat, ita cōtra ob Gallinarū cātus diri aliquid imminere, aut futurū incōmodum ipsis significabat. Sergio Galbæ item cātus diri aliquid imminere, aut futurū incōmodum ipsis significabat. Sergio Galbæ item in auspicio, teste *o* Trāquillo, pullos euolasse futuræ eius cædis signū fuit. Antonius ex pugna Gallorū, & cornicū, vt *p* Plutarchus meminit, tale hausit augurium, vt se Cæsare infe-
50 riorē ac impotētiorē agnosceret, cū penes Cæsarianas aues victoriā esse videret. Inde enim Ariolo Ægyptio eorum vni, qui natalitias prædictiones exercēt, ei, inquam, qui liberè aliquādo ei dixerat, fortunam eius splēdidissimā alioquin, & maximam à Cæsaris fortuna obscurari fidē adhibere cœpit, atq; ita rebus suis Cæsari commissis Italia excessit. Triste sanè quoq; Vitellio principi Gallinaceus augurium attulit, cui Vitnæ, referente *q* Suetonio, pro tribunali iura reddēti supra humerū, ac deinde in capite astitit. Quo ostento significabatur imperiū per se retinere non posse, imo verò exitum eius, & clades, quam mox passus est. Gallinaceus enim ille significabat, venturum imperatorē in alicuius Gallicani hominis potestatē, vti res ipsa postmodū successit. Nam ab Antonio primo aduersarū partiū duce op-

g l. 10. c. 21
l l. 2. de diuinat. Bœotiorum nobilis victoria.
m lib. 1. de diuinat.
n lib. 2. de diuinat. Cicero Galli auguria ridet.
Publius Claudius auguria ridet.
Gallinacātus inauspicatus.
Sergij Galbæ augurium triste.
o In Galba.
Antonius ex Galli, & Cornicum pugna augurium petijt.
p In Antonio.
Vitellij augurium.
q In Vitellio cap. 9.
Vitellius occisus à Becco.

pressus

pressus est, qui Tholosæ natus cognominatus fuit Beceus, quod valet, vt diximus, Gallinaceũ rostrũ. r Pierius hanc locutionem à Scythis omnium antiquissimis emanasse ait, quod illi cibum bech dicant vocabulo genuino. Sed cur quæso eam vocem potiùs à Belgis, quos Gallos esse nemo nescit, non petijt, qui rostrum omnium auium bec vocant? Huc quoque pertinet decantatum illud Liuiæ Augustæ augurium, quam referunt prima sua iuuenta Tiberio Cæsare ex Nerone grauidam, cum parere virilem sexum admodum cuperet, tali vsam fuisse pullari augurio, ouum in sinu fouendo; atq; dum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor. Eidem Liuiæ tale euenisse quoq; prodigium s Dion, t Suetonius, ac u Plinius tradunt, quòd ei voluptatem, alijs metum attulit; est autẽ tale: Aquila Gallinam albam in gremium eius abiecit, quæ ramum lauri fructum suum generis gestabat. Liuia (verba Dionis sunt) quòd id ostentum haud exiguum doceret Gallinam adseruauit diligenter: laureũ autem ramum seuit, atq; is radicibus actis adoluit, itaut postea temporis frondes trium phantibus diu admodum suppeditauerit: ac futurum erat, vt Liuia suo in sinu potentiam Cæsaris, ipsumq; omnibus in rebus parentem sibi haberet. Verba Plinij, & x Suetonij, hic lubens prætereo, quòd ea alibi citauerim. y Apuleius pro prodigio recitat mirabili, quod Gallina cũ ouũ parere soleat, eius vice viuũ edidisset pullum: Scribit verò hunc ferè in modũ: *Iamdiu oculis mutuis altercantibus mirabile prorsus euenit ostensum. Vna de catera cohorte Gallina per medium cursitans aream, clamore gemino velut ouum parere gestiens personabat. Eam suus dominus intuens, o bona,* inquit, *ancilla, & laus secunda, quæ multo iam tempore nos quotidianis partubus fatigasti, nunc etiam cogitas, vt video, gustulum præparare, & heus inquit puer calatum factum destinatum angulo soluto colloca, ita vti fuerat iussum, procurante puero, Gallina, consueta lecticulæ spreto cubili, ante ipsos pedes domini præmaturum. Sed magno prorsus futurum scrupulo prodidit partum, non enim ouum, quod scimus illud, sed pinnis, & unguibus, & oculis, & voce etiam perfectum, edidit pullum, qui matrem suam continuo cœpit comitari.* Illud etiam prodigiosum est, quod in annalibus z Plinius inueniri testatur, nempe: M. Lepido, Q. Catulo Cos. in agro Ariminensi in villa Gallerij locutũ Gallinaceum. Quam autem rem semel duntaxat euenisse credit. Augures etiam, vt ait a Aristoteles, pro ostento habebant, quando oua tota lutea nascuntur, vel cùm discissa Gallina talia oua sub septo transuerso, quo loco fœminis oua adhærent, inuenta sunt magnitudine oui perfecti. E quibus discimus, ad Iamblici vsq; ætatem inter sapientiæ professores, eam fuisse opinionem, maximam Apollinaris naturæ facultatem in Gallo Gallinaceo vigere. Sed tempestiuum est, vt relictis hisce superstitiosis gentilitatis vanitatibus, ad alia, eaque veriora sermonem nostrum dirigamus.

r l.24. Hieroglyph. Pierij Valeriani error.

Liuiæ Augurium.

s lib. 48.

t In Galba cap. 1.

u lib. 5. c. vl.

x To. 1. l. 2. cap. 1.

y lib. 9. de Asino.

Gallina viuũ partum edens.

z l. 10. cap. 21.

Gallus quando locutus.

a l. 6. Hist. cap. 2.

MYSTICA.

QVID Gallus misticè significet, Diuus a Gregorius exponens illud D. Iobi. *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, vel quis dedit Gallo intelligentiam?* hunc fermè in modum exponit: Qui hoc loco alij Galli nomine designantur, nisi modo aliò repetiti ijdem prædicatores sancti, qui inter tenebras vitæ præsentis student venturam lucem prædicando, quasi cantando nunciare. b Dicit enim: Nox præcessit, dies appropinquauit. Quis vocibus suis somnum nostri temporis excutiunt, clamantes: *Hora est iam nos de somno surgere.* Et rursum: *Emigilate iusti & nolite peccare.* De hoc Gallo rursum scriptum est: Tria sunt, quæ bene gradiuntur & quartum, quod feliciter incedit. Leo fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctus lumbos, & aries, nec est rex, qui resistat ei. Ipse qui hoc loco Leo ponitur, de quo scriptum est. *Vicit Leo de tribu Iuda*: qui fortissimus bestiarum dicitur, quia in illo hoc quòd infirmum est Dei, fortius est hominibus. Qui ad nullius pauet occursum. Dicit enim: *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* Gallus succinctus lumbos, id est, prædicatores, inter huius noctis tenebras verum mane nunciantes. Qui succincti lumbos sunt, quia à membris suis luxuriæ fluxa restinguunt. In lumbis quippe luxuria est. Vnde & eisdem à Domino dicitur: *Sint lumbi vestri præcincti.* Et aries nec rex est, qui resistat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus nisi primum intra ecclesiam ordinem sacerdotum? De quibus scriptum est: Affere Domino filios arietum, qui per exempla sua gradientem populum, quasi subsequentem ouium gregem trahunt. Quibus spiritualiter, rectèq; viuentibus, nullus rex sufficit omnino resistere, quia quilibet persequutor obuiet, intentionem eorum non valet præpedire. Scimus enim ad

a lib. Mor. 30. c. 4. & 5. c. 38. a.

Prædicatores sancti per Gallum signati.

Leo, Christus.

Gallus prædicator.

In lumbis luxuria.

Aries sacerdotum primus ordo.

eum,

eum, quem desiderant, & anxiè currere, & anxiè peruenire. Ponitur ergo primus Leo, secundus Gallus, tertius aries. Apparuit enim Christus, deinde sancti prędicatores Apostoli, & tũc demum spiritales partes, Ecclesiarũ prępositi, videlicet duces gregũ, quia doctores sequentiũ. Sed hæc adhuc melius affirmamus. Nam quia post hæc & Antichristus apparebit, *Antichristus.* hoc illic quartũ subdit dicens Et qui stultus apparuit postea quã eleuatus est in sublime. Si n. intellexisset, ori imposuisset manũ. Ipse quippe in sublime eleuabitur, cũ Deũ sese esse mẽtietur eleuatus ĩ sublime, stultus apparebit, quia in ipsa eleuatione sua per aduẽtũ veri iudicis deficiet. Quod si intellexisset, ori imposuisset manũ, id est suppliciũ suũ, quum superbire exorsus est, præuidisset, benè aliquando conditus in tantæ lactationẽ superbiæ non fuisset elatus. De quo nequaquã moueat, quod superiùs dictum est. Quartum, quod incedit feliciter. Tria quippe bene incidere dixit, & quartum feliciter. Non enim omne, quod feliciter, bene, neq; in hac vita, omne, quod bene, feliciter. Nam Leo, Gallus, & aries bene incedunt, sed non hic feliciter, quia persecutionem bella patiuntur. Quartum verò feliciter, & non bene incedit, quia in fallacia sua Antichristus graditur, sed iuxta breue tempus vitæ prędentis ipsa illi fallacia prosperatur, sicut de eo sub Antiochi specie per Danielẽ dictũ est. Robur datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata, & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Quod Salomon ait. Incedit felliciter; hoc Daniel dicit, prosperabitur. Iuxta hoc igitur testimoniũ, quod per Salomonẽ dicitur, Gallus succinctus lumbos, aptè ẽt hoc loco Gallũ sanctos prædicatores accipimus. Ad se ergo cuncta referens Dominus, dicit: Quis posuit in visceribus hominis sapientiã, vel quis dedit Gallo intelligentiã? Ac si diceret, In cor hominis humana sapientis supernæ sapientiæ gratiam quis infudit, vel ipsis sanctis prædicatoribus quis, nisi ego, intelligentiam dedit, vt sciant quando, vel quibus debeant futurũ mane nunciare? Idcirco enim quando, & quid agunt, sentiunt, quia hoc intrinsecus me reuelante cognoscunt. Notandũ verò est, quod sapientia diuinitus inspirata in visceribus hominis ponitur, quia nimirum quantum ad electorum numerum spectat, non in solis vocibus, sed ẽt in sensibus datur, & iuxta quod loquitur lingua, viuat conscientia, vt lux eius tanto clarius respondeat in superficie, quantò veriùs inardescit in corde. Hæc omnia D. Gregorius. Magni verò laboris est hoc, quod additur: *Vel quis Gallo dedit intelligentiam?* Subtiliore adhuc expositione discutere. Intelligentia quippe Doctorũ tantò subtilior esse debet, quantò se ad penetranda inuisibilia exercet, quantò nil materiale discutit, quanto & per vocem corporis loquens, omne quod est corporis transit. Quæ profectò nullatenus summis congrueret, nisi cantanti eam Gallo, id est prædicanti Doctori ipse summorũ conditor ministraret. Intelligentiam quoq; Gallus accepit, vt priùs nocturni temporis horas discutiat, & tunc demum voces exortationis emittat, quia videlicet sanctus quisq; prędicator in auditoribus suis priùs qualitatem vitę considerat, & tunc demum ad erudiendum congruã vocem prædicationis formet. Quasi enim horas noctis discernere est prædicantium merita dijudicare. Quasi horas noctis discernere est aptionum tenebras acta increpationis voce corripere. Gallo itaq; intelligẽtia desuper tribuitur, quia doctori veritatis virtus discretionis, vt nouerit quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, diuinitus ministratur. Nõ. n. vna eademq; exhortatio cunctis conuenit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit, vt inquit Eucherius. Sa pè enim alijs officiunt, quæ alijs prosunt. Nã & plerunq; herbæ, quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt, & lenis fibilus equos mitigat, catulos instigat, & medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires addit, & panis, qui vitam fortium roborat paruulorum necat. Prò qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, vt ad sua singulis congruat, & tamen à communis ædificationis arte, nunquam recedat. Quid enim sunt intentæ mentes audientium, nisi quasi quædam in cithara tensionis stratę chordarũ? Quas tangendi artifex, vt non sibimetipsis dissimilem cantum faciãt, dissimiliter pulsat. Idcirco chordæ consonam modulationem reddunt, quia vno quidẽ plectro, sed non vno impulsu feriuntur. Vnde, & doctor quisq; vt in vna cunctos virtute charitatis ædificet, ex vna doctrina nõ vna eadẽq; exhortatione tãgere corda audiẽtiũ debet. Aliter namq; viri, aliter admonendæ sunt fœminæ, aliter iuuenes, aliter senes, aliter inopes, aliter locupletes, aliter læti, aliter tristes, &c. Habemus vero aliud, quod de Galli huius intelligẽtia cõsiderare debeamus, quia profundioribus horis noctis valẽtiores, ac productiores ędere cantus solet, quũ verò matutinũ iã tẽpus appropinquat, leniores, & minutiores omnimodo voces format. In quibus Galli huius intelligẽtia quid nobis innuat, considerata prædicatorum discretio demonstrat. Qui cùm iniquis adhuc mentibus prædicant, altis, & magnis vocibus æterni iudicij terrores intimant, quia videlicet, quasi in profundæ

Gallus prædicatio.

Doctorum intelligentia qualis.

Doctorum termo pro qualitate audiẽtium formandus est.

ſundæ noctis tenebris clamãt. Quum verò eam auditorum ſuorũ cordibus veritatis lucem adeſſe cognoſcunt, clamoris ſui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertunt, & nõ tam illa, quæ ſunt de pœnis terribilia, quam ea, quę ſunt blanda de præmijs proferũt. Qui etiam minutis tũc vocibus cantãt, quia appropinquante mane ſubtilia quæq; de myſterijs prædicãt, vt ſequaces ſui eò minutiora quæq; de cæleſtibus audiant, quò luci veritatis magis appropinquant, & quos dormientes longus Galli clamor excitauerat, ſucciſor vigilantes delectet. Quatenus correcto cuilibet de regno cognoſcere ſubtiliter dulcia libeat, qui prius aduerſa iudicij formidabat. Eſt adhuc aliud in Gallo ſolerter intuendum, quia cùm iam ædere cãtus parat, prius alas excutit, & ſemetipſum feriens vigilantiorẽ reddit. Quod patenter cernimus, ſi ſanctorũ prædicatorum vitã intuemur. Ipſi quippe, cùm verbum prædicationis monent priùs ſe in ſanctis actionibus exercent, ne in ſemetipſis torpentes opere, alios excitent voce, ſed antè ſe per ſublimia facta excutiunt, & tunc ad benè agendũ alios ſolicitos reddunt. Priùs cogitationum alis ſemetipſos feriunt, quia quicquid in ſe inutiliter torpet, ſolicita inueſtigatione deprehendunt, diſtincta animaduerſione corrigũt. Prius ſua putrire fletibus curant, & tunc quæ aliorum ſunt punienda denunciant. Prius ergo alis inſonant, quã cantus emittant, quia antequã verba exhortationum proferant, omne, quod ſecuturi ſunt operibus clamant, & quum perfectè in ſemetipſis vigilant, tunc dormientes, alios ad vigilias vocãt. Sed vnde tanta doctori hæc intelligentia, vt & ſibi perfectè vigilet, *& dormientes ad vigiliam ſub quibuſdam clamoris profectibus vocet*, vt & peccatorũ tenebras prius cautè diſcutiat, & diſcretè poſtmodum lucem prædicationis oſtendat, vt ſingulis iuxta modum, & tempora congruat, & ſimul omnibus, quæ illos ſequantur oſtendat? Vnde ad tanta, & tam ſubtiliter tẽditur, niſi intrinſecus ab eo, à quo eſt cõditus doceatur? Quia ergo laus tantæ intelligentiæ nõ prędicatoris virtus eſt, ſed authoris, rectè per eũdem authorem dicitur. Vel quis dedit Gallo intelligentiam? Ac ſi diceret, niſi ego, qui doctorũ mentes, quas mirè ex nihilo condidi, ad intelligenda, quæ occulta ſunt, mirabilius inſtruxi. Et tertia parte Paſtoralis: Ad beatum (inquit) Iob dicitur: Quis dedit Gallo intelligentiam? Prædicator etenim ſanctus, dum caliginoſo hoc clamat in tempore, quaſi Gallus cantat in nocte, dum dicit: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et rurſum. Euigilate, iuſti, & nolite peccare. Gallus aũt profundioribus horis noctis altos ædere cãtus ſolet: quum verò matutinum iam tempus in proximo eſt, minutas, ac tenues voces formar, quia nimirũ, qui rectè prædicat obſcuris adhuc cordibus aperta clamat, nihil de occultis myſterijs indicat, vt tunc ſubtiliora quæq; de cęleſtibus audiant quum luci veritatis appropinquant. Sed inter hæc ad ea, quæ iam ſuperius diximus, charitatis ſtudia, retorquemur, vt prædicator quiſq; plus actibus, quam vocibus inſonet, & benè viuendo veſtigia ſequacibus imprimat, vt potius agendo, quam loquendo, quò gradiatur, oſtẽdat, quia & Gallus ipſe, quem pro exprimenda boni prædicatoris ſpecie in locutione ſua Dominus aſſumit, cùm iam ędere cantus parat, prius alas excutit, & ſemetipſum feriens vigilantiorem reddit, quia nimirum neceſſe eſt, vt hi, qui verba ſanctæ prædicationis monent, prius ſtudio bonæ actionis euigilent, ne ſemetipſi torpentes opere, alios excitent voce. Prius ſe per ſublimia facta excutiant, & tũc ad bene viuendum alios ſolicitos reddant. Prius cogitationum alis ſemetipſos feriant, & quicquid inutiliter torpet, ſolicita inueſtigatione deprehẽdãt, diſtricta animaduerſione corrigant, & tũc demũ aliorũ vitã loquendo cõponant. Prius punire propria fletibus curẽt, & tũc quæ aliorũ punienda ſunt denunciẽt, & antequã verba exhortationis inſonẽt omne, quod locuturi ſunt, operibus clament. Vnde rectà dicebat venerabilis *b* Beda: *Galliũ puto eſſe vnumquemque ſanctorum, qui in nocte, & tenebris huius mundi accipiunt per fidem intelligentiam, & virtutis conſtantiam clamandi ad Deum, vt aſpiceret iam dies permanens, & amoueantur vmbræ vitæ præſentis, qui vrgent etiam ſequentis clamore precum ſuarum, dicentes. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: Quod de Prophetis intelligere poſſumus, qui certatim annunciauerant diei & Solis aduentum.* Chriſtus Saluator noſter, quia peccata populi tulit. Gallus, vt exponit Iacobus Vitriaco Cardinalis, etiam dicitur dormientes, excitans, & quaſi calcaribus cominationum, vt eis verbis vtar, pungens, & ſtimulans. Cùm verò de Galli cantu inter Euangeliſtas, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum iam ad ſalutiferam mortem rapiendum D. Petro dixiſſe tradunt eum ſe ter negaturum, antequam Gallus cãtaret, quædam videatur controuerſia, itaque conciliare eos placuit, priuſquam myſticum eius cantus ſenſum explicemus. Cùm enim tres Euangeliſtæ aſſerant, Dominum dixiſſe, Petrum ſe ter negaturum, antequam Gallus cantaret: non autem omnes dicant quoties Gallus cantaret, Marcus hoc ſolus narrauit expreſſiùs, inquiens: *Antequam Gallus bis vocem dederit*, quod

b lib. 9. In Exp. Tob. c. 7.

Gallus Chriſtus dicitur.

Controuerſia Euãgeliſtarũ de Galli cãtu.

quomo-

quomodo postea sit impletum in sequentibus distinctè enarrauit, ex quo consequitur, Petrum non ter Galli cantu Dominum negasse, vt dicunt tamen tres Euangelistæ. Matth. 26. dixit: *Amen dico tibi, quia in hac nocte antequã Gallus cantet, ter me negabis.* Lucas autem, *dico tibi, Petre, non canabit hodie Gallus donec ter abneges, nosse me.* Ioannes autem: *Amen, amen dico tibi, non cantabit Gallus donec ter me neges.* Diuus c Augustinus hanc tractas difficultatem, sic eam putat dissoluendam, vt dicantur tres Euangelistæ dixisse trinam Petri negationem futuram ante Galli cantum, quia ante illam cœpta fuit, & in ipso etiam animo consummata, vt sic dictum: Ter me negabis, quomodo si alicui diceretur, Antequam cantet Gallus ad me scribes epistolam, in qua mihi ter conuitiaberis. Id. n. verè quis dixerit, etiam si epistola non fuerit absoluenda ante omnem cantum Galli, sed antè cantum Galli incœpta. Quò verò dilucidiora hæc videantur D. Augustini verba ascribere non grauabor, quæ talia sunt. *Diuersis verbis, & verborum ordine eandem explicauerunt sententiam dixisse Dominum, quod antequam Gallus cantaret, ter cum Petrus esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem antè peregisset, quam cantare Gallus inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur ex persona Domini. Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac prius quam Gallus bis vocem dederit, ter me negaturus es. Quid. n. attinebat dicere prius quam bis, quando si ante primum Galli cantum tota illa trina negatio cõpleretur simul, & ante secundum, & ante tertium, & ante omnes Galli cantus eiusdem noctis completa inueniretur, quæ ante ipsum primum impleta probaretur. Sed quia ante primum Galli cantum cœpta est illa trina negatio, attenderunt illi tres, non quando eam completurus esset Petrus. Sed quanta futura esset, & quando cœpta, id est, quia trina, & quia ante Galli cantum, quanquam in animo eius & ante primum Galli cantum tota peracta sit illa trina negatio: tamen affectione animi & timore Petri ante primũ tota cœpta est. Nec interest quantis morarum interuallis trina voce enuncietur cum cor eius etiam ante primum Galli cantum tota possederit: tam magna scilicet formidine imbibita, vt posset Dominum non solum semel, sed & iterum, & tertio interrogatus negare. Et rectius diligentiusq; attendentibus quomodo tam mæstum esset mulierem in corde suo, qui eam viderit ad concupiscendum: sic Petrus quandocũq; verbis adeo timorem, quem tam vehementem animo conceperat, vt perdurare posset vsq; ad tertiam Domini negationem, tota trina negatio ei tempori deputanda est, quando cum trinæ negationis sufficiens timor insualsit. Ex quo etiam, si post primum Galli cantum inciperet pulsatio interrogationibus pectore verba illa negationis erumpere, nec si absurdè, atq; mendaciter ante Galli cantum ter negasse diceretur, quando, & ante Galli cantus timor obsederat mentem, qui eam posset vsq; ad tertiam negationem producere. Multò minus igitur mouere debet, quia trina negatio etiam trinis negantis vocibus ante Galli cantum cœpta, etsi non ante primum Galli cantum peracta est. Tanquam si alicui diceretur, hac nocte antequam Gallus cantet, ad me scribes epistolam, in qua mihi ter conuitiabere: non vtiq; si eam ante omnem Galli cantum finiret, ideo dicendum erat falsum fuisse prædictum. Marcus ergò de ipsarum vocum interuallis planius eloquutus est, qui dixit ex persona Domini, priusquam bis Gallus vocem dederit, ter me negaturus es. Ita gestum esse apparebit, cùm ad eundem locum narrationis Euangelicæ venerimus, vt etiam illic ostendatur Euangelistas sibi congruere. Si autem quæruntur ipsa omnino verba, quæ Petro Dominus dixerit, neque inueniri possunt, & superfluo quæruntur, cum sententia eius, propter quam cognoscendam verba proferentur etiam in diuersis Euangelistarum verbis possit esse nouissima. Siue ergo diuersis sermonum Domini locis commotus Petrus singillatim ter enunciauerit præsumptionem suam, & ter ei Dominus suam negationem prædixerint. sicut probabilius iudicatur: siue altoquo narrandi ordine possint omnium Euangelistarum commemorationes in vnum redigi, quibus demonstretur semel Dominum prædixisse Petro præsumenti, quod cum negaturus esset, nulla hic Euangelistarum repugnantia deprehendi poterit, sicut nulla est.* Hactenus D. Augustinus. Verum eiusmodi eius solutionem nõ esse cõueniẽtem ex eo patere vult *d* Cornelius Iãsenius Episcopus Gandauensis, quòd tres illi Euangelistæ, qui dicunt Dominum dixisse, Petrum negaturum se ter, antequam Gallus cantaret, post ea ostensuri impletam fuisse Domini prædictionem, omnes tres Petri negationes narrent ipso opere impletas prius quàm tradant Gallum cecinisse. Vnde, inquit, patet eos non illi sensu accepisse, quod nunc dicunt, Dominum dixisse Petrum se negaturum ante Galli cantum: quia ante eum trina negatio erat incipienda, sed quia ante eum erat consummanda. Proinde omissis alijs rationibus, quibus quidam student conciliare Euangelistas, dicendum est tres Euangelistas de illo loqui cantu Galli, qui ab hominibus maximè solet obseruari, à quo scilicet vltima noctis pars, quæ quarta olim dicebatur vigilia, dicitur Gallicinium. Duabus. n. potissimum vicibus Galli in nocte canere consueuerunt: semel non diu post medium noctis, & secundò cum iam adhuc duo, aut tres, vel circiter noctis horæ supersunt: quoniam in cantu perseuerant vsque ad tempus, quod conticinium dicitur, à quo secundo cantu quarta noctis vigilia dicitur

c lib. 3. de sens. Euãg. cap. 2.

d Commẽt. in concor. Euang. cap. 133.

Euãgelistæ conciliantur.

Galli bis nocte canunt.

citur Gallicinium. Marcus itaque rei in Petro geſtæ, vt ab ipſo Petro audierat, accuratam præſcribens hiſtoriam, vtriuſque Gallus cantus meminit, cuius mentionem facit & e Iuuenalis dicens.

e Satyr. 9. *Quod tamen ad cantum Galli facit ille ſecundi*
Proximus ante diem caupo ſciet.

Per cantum Galli ſecundi intelligens ſecundum cantum Galli, & per hoc deſcribere volens tempus illud, quod Gallicinium dicitur. Reliqui verò tres Euangeliſtæ poſteriores tantum Gallicantus meminerunt, vt qui ſit præcipuus, & à quo pars noctis dicatur Gallicinium: proinde idem ab omnibus eſt ſignificatum, nempe ter Petrum negaturum ante tempus illud noctis quod Gallicinium dicitur, quod tempus ſecundum cõmunem quidem loquendi modum ſimpliciter notatur per Galli cantum: ſecundum accuratiorem verò loquendi rationẽ, notatur per ſecundum Galli cantũ. Ex prędictis, & ſequenti Marci narratione patet, quòd cùm hìc dicitur apud eum, Priuſquam Gallus bis vocẽ dederit, illud bis accipiendum eſſe pro duabus diuerſis vicibus, & temporibus non autem ſimpliciter, vt duplicatum ſignificet ſonũ. Cum emphaſi autem apud Marcũ dicit Dominus Petro: Tu hodie, tu, inquit, ſingulariter, qui prę alijs te ſingulariter putas cõſtantiorem, nõ quidem poſt aliquot dies, ſed hodie, imo in nocte hac præſenti, idq; diù ante finem eius, nimirum ante Gallicinium, præterquã quod cũ alijs, me derelicto, fugies, etiã negabis, idq; nõ ſemel tantùm, ſed ter in tam *breui temporis ſpatio. Quomodo autem Petrus erat Dominũ negaturus* explicatur à Luca, cum dicit: Donec ter abneges, noſſe me. i. donec abneges quod noueris me. Hęc itaq; ille de eiuſmodi Euangeliſtarum diſcrepantia. Ad eiuſmodi negationis myſticum ſenſum expli-

f Per. 6. Pa. ref. candum f Iacobus Vitriacenſis Cardinalis ſic ſcribit: Permiſſus eſt Petrus negare, vt in Eccleſiæ principe remedium pœnitentię conderetur, & nemo auderet de ſua virtute confidere. Poſt reſurrectionem ſatisfecit cùm ipſum ſe amare confeſſus eſt. Ante Galli cantum, dũ adhuc tenebræ ſunt, in aſcenſu negat Petrus, poſtquam Gallus cantauit; cum iam tenebræ

Gallus eſt prædicator. ſunt, Petrus, pœnituit Gallus, ideſt, prædicator ſomnulentos increpat, dicens. *Euigilate, iuſti, & nolite peccare.* Poſt eius vocem multi prius factis Chriſtum negantes pœnitent, & flent amarè. Quam noxia prauorum colloquia, quæ Petrum negare cogunt, qui inter diſcipulos Chriſtum confeſſus eſt Dei filium, intus aũt in ſocietate impiorum pœnitet. Ter aũt Chriſtum negauit, primum ad vocem ancillæ, & cantauit Gallus, ſecundò negat ad vocem alterius ancilæ, & ad vocem calefacientium ſe ad prunas: tertiò ad vocem ſerui principis ſacerdotum, qui erat cognatus Malchi, & tunc Gallus iterum cantauit. Tertia igitur negatio eſt inchoata ante Galli cantum & conſummata eſt, antequam Gallus bis cantaret: primo ſimpliciter negat Petrus, dicens: Non noui hominem, & non ſum diſcipulus eius. Non ſolùm enim negat Chriſtum, ſed ſe negat eſſe Chriſtianum, vel diſcipulum eius: ſecundò cum iuramẽto negauit: tertiò cępit anatematizare, quia perſeuerare in peccato dat incrementum ſceleri, & qui modica ſpernit, cadit in maiora. Spiritualiter aũt prima ancilla, tivocem ancillæ negat, qui carnis delectatione mortaliter peccat. Ad vocem calefaciẽtium

Malchus Regem ſignificat. ſe ad prunas negat, qui per auaritiã peccat, qui ſe turpi quęſtu calefieri deſiderat, vel qui exemplo cupiditatis alienæ à via veritatis deuiat. Ad vocem cognati Malchi negat, qui vitio elationis contra Deum peccat. Malchus enim rex interpretatur. Potentum enim cognatum eſt vitium elationis. Hucuſque ille. Eundem ſenſum ita Ianſenius interpretatur, & vt videtur dilucidius. Vt benè, inquit, nocti tribuit ſcandalum diſcipulorum, & Petri negationem, quòd nocti conueniant peccata, & errores, ita bene fine negationum imponit in cantu Galli, quod per hunc lux annuncientur inſtare, & homines à ſomno excitentur, vt quo ſigno monentur homines ſurgere à ſomno, eodem & Petrus moneretur agnoſcere ſuũ errorem. Petrum autem præ alijs Dei prouidentia cadere grauius erat permiſſura, iuſto quidem iudicio, nimirum quia de ſe nimis præſumendo alijs prætulerat, ſed tamen propter bonũ aliquod, nempe vt diſcerat Petrus, & nos in illo, quantæ ſit temeritatis hominẽ confidere in ſe ipſo, quamq; neceſſarium ſit Dei implorare gratiam, ſine qua noſtra dilectio, & propoſitum non poſſit, vel ad breue tempus perſeuerare, &c. In eandẽ ferè ſententiam ita quærit Franciſcus Georgius Venetus: Cur datus fuit Galli cantus in ſignum negationis Petri? An, vt Chriſtus vaticinaretur tanquam verus Propheta negotium hoc, ſicut & multa alia, quæ ipſi ſuperuẽtura erant? Nã mortem, & reſurrectionem ſuam antè prædixerat. An cùm omnia acta, & geſta Chriſti ſint plena ſacramentis, hoc ſignum tradidit, vt indicaret Galli cantum, qui ſit in mente omnium peccantium, per ſyndereſim, & portionem

ſuperio-

superiorem remurmurantem. Quam portionem Gallum vocant spectantes: qui interpretantur dictum Socratis, quod moriens, teste Platone dixit, Gallum Æsculapio debeo, reddite. Et benè Gallus vocatur lumen illud, quod à supramundano sole procedit: cum inter solares aues Gallus primum locum tenet. Hinc præco est lucis, quæ inde venit: de qua luce Ioan. ait: *Erat vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quæ sanè doctrina congruit omnino, vt videtur, D. *g* Ambrosio, ità scribenti: Est etiam Galli cantus suauis in noctibus, nec solum suauis, sed etiam vtilis, qui quasi bonus cohabitator & dormientem excitat, & solicitum admonet, & viantem solatur, processum noctis contra significatione protestans. Hoc canente, latro suas relinquit insidias, hoc ipse Lucifer excitatus oritur, cælumq; illuminat, hoc canente mœstitia trepidus nauta deponit, omnisq; crebrò vespertinis flatibus excitata tempestas, & procella mitescit, hoc canente deuotus affectu exilit ad præcandum, legendi quoq; munus instaurat, hoc postremò canente, ipsa Ecclesiæ petra culpam suam, diluit quam priusquam Gallus cantare ter negando contraxerat. Istius cantu spes omnibus redit, ægris leuatur incommodum, minuitur dolor vulnerum flagrantia mitigatur, reuertitur fides lapsis, Iesus titubantes respicit, errantes corrigit. Deniq; respexit Petrum, & statim error abscessit. Quod non fortuitò accidisse, sed ex sententia Domini, lectio docet. Sic.n. scriptum est, quia dixit Iesus ad Simonem: Non cantabit Gallus priusquam me ter abneges. Bene fortis in die Petrus, nocte turbatur, & ante Galli cantu labitur, etiam tertiò: vt sciat non inconsulta effusione sermonis esse prolapsum, sed mentis quoq; mutatione turbatum. Idem tamē post Galli cantū sit fortior, & iam dignus, quē Christus aspiciat. *Oculi Domini super iustos.* Agnouit venisse remediū, post quod iā errare nō posset: & in virtutē ab errore mutatus amarissimè fleuit, vt lachrymis suis deleret peccatū. Ad Galli eiusmodi cantū hymnus *h* Prudentij legitur elegantiis quē eò maximè adijcere placuit, quā totā mysticā historiā proximè superiorib. accōmodatā, ac cōsentientē cōplectatur.

g l. 5. Hex.

h In Cath.

Ales diei nuncius — *Lucem propinquam cecinit.*
Nos excitator mentium — Iam Christus ad vitam vocat.
Auferte clamat lectulos — Ægros, sopores, desides,
Castiq; recti, ac sobrij — Vigilare iam sum proximus.
Post Solis ortum fulgidi — Serum est cubile spernere,
Ne parte noctis addita — Tempus labori adieceris.
Vox ista, quia strepunt aues — Stantes sub ipso culmine
Paulò antè quàm lux emicet — Nostri figura est iudicis.
Tectos tenebris horridis — Stratosq; opertos segnibus
Suadet quietem linquere, — Iam iamq; venturo die.
Vt cum coruscis flatibus — Aurora cælum sparserit,
Omnes labore exercitos — Confirmet ad spem luminis.
Hic somnus ad tempus datus — Est forma mortis perpetis,
Peccata ceu nox horrida, — Cogunt iacere, ac stertere.
Sed vox ab alto culmine — Christi docentes præmonet
Adesse iam lucem propè — Ne mens sopori seruiat.
Ne somnus vsq; ad terminos — Vitæ socordis opprimat,
Pectus sepultum crimine — Et lucis oblitum suæ.
Ferunt vagantes dæmones — Lætos tenebris noctium
Gallo canente exterritos — Sparsim timere, & cedere.
Inuisa nam vicinitas — Lucis, salutis, numinis,
Rupto tenebrarum situ, — Noctis fugat satellites
Hoc esse signum præscij — Norunt repromissæ spei,
Qua nos soporis liberi — Speranda aduentum Dei:
Quæ vis sit huius alitis, — Saluator ostendit Petro,
Ter antequam Gallus canat — Sese negandum prædicans.
Fit namque peccator priùs, — Quàm præco lucis proximæ
Illustret humanum genus, — Finemque precandi ferat.
Fleuit negator denique — Ex ore prolapsum nefas
Cùm mens maneret innocens — Animusq; seruaret fidem.
Nec tale quicquam postea — Linguæ locutus lubrico est
Cantuque Galli cognito — Peccare iustus destitit.
Inde est quod omnes credimus — Illo quietis tempore
Quo Gallus exultans canit — Christum rediisse ex inferis

Tunc mortis oppreſſus vigor, Tunc lex ſubacta Tartari.
Tunc vis diei fortior Noctem coegit cedere.
Iam iam quieſcant improba, Iam culpa furua obdormiat,
Iam noxa Iethalis ſuum Perpeſſa ſomnum marceat.
Vigil viciſſim ſpiritus Quodcunque reſtat temporis
Dum meta noctis clauditur, Stans, ac laboras excubet.
Ieſum ciamus vocibus Flentes, precantes, ſobrij.
Intenta ſupplicatio Dormire cor mundum vetat
Stat conuolutis artubus Senſum profunda obliuio
Preſſit, grauauit, obruit Vanis vagantem ſomnijs.
Sunt nempè falſa, & friuola Quæ mundiali gloria
Ceu dormientes egimus, Vigilemus, hic eſt veritas,
Aurum, voluptas, gaudium, Opes, honores proſpera
Quæcunque nos inflant mala Fit mane, nil ſunt omnia.
Tu Chriſte ſomnum diſijce. Tu rumpe noctis vincula
Tu ſolue peccatum vetus. Nouumq; lumen ingere.

Gallus pro libidinoſo.

Sed hactenus Gallus in bonâ partẽ acceptus eſt, poſſit etiã in malam accipi, & ſignificare, vt auis eſt libidini dicata maximè, qui muliebra ſectatur & voluptatũ magis amator eſt, quam Dei, vnde apud Eſaiã dicitur: *Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur Gallus Gallinaceus.* Superest modò, vt de Gallina etiã dicamus: de qua D. i Auguſt. in expoſitione huius verſus Pſalmiſtæ: *Exurge in occurſum mihi, & vide. Aliquid*, inquit, *me dicere admonet in hoc loco capitis ipſius noſtri ſublimitas, quoniam infirmatus eſt vſq; ad mortẽ, & aſſumpſit infirmitatis carnem, vt pullos Hieruſalem colligeret ſub alas ſuas, tanquam Gallina infirmata cum paruulis. Non enim in aliqua aue hoc aliquando conſpeximus, earum etiam, quæ nidificant ante oculos noſtros, ſicut parietũ Paſſeres, ſicut Hirundines tanquam annuæ noſtræ hoſpites, ſicut Ciconiæ, ſicut altæ aues, quæ ante oculos noſtros nidificãt, & ouis inſident, pullos alunt, ſicut ipſæ Columbæ, quas quotidie videmus, aliquãdo auem ſirmare cũ paruulis non agnouimus, non vidimus, Gallina quomodo hoc habet? Certè notã rem dico, quæ in conſpectu noſtro quotidie verſatur, quomodo rauceſcit vox, quomodo ſit hiſpidũ totũ corpus, demittuntur alæ, laxantur plumæ & vides circa pullos neſcio quid agrotum, & ea eſt materna charitas, quæ inuenitur infirmitas. Quare ergo Dominus niſi propter hoc Gallina eſſe voluit in S. ſcriptura, dicemus. Hieruſalẽ, Hieruſalẽ, quoties volui congregare filios tuos, tanquam Gallina filios ſuos ſub alas, & noluiſti? Congregauit autem omnes gentes tanquam Gallina pullos ſuos, qui infirmatus eſt propter nos, accipiens carnẽ à nobis, id eſt, à genere humano, et crucifixus, contempus, alapis caſus, flagellatus, ligno lnipenſus, lancea vulneratus. Ergo hoc maternæ infirmitatis, eſt non amiſſa mateſtatis. Quum ergo talis eſſet Chriſtus, & ideo lapis offenſionis, & petra ſcandali, ideo multi offenderunt in eum. Cum talis eſſet Chriſtus, & tamen carnem ſine peccato ſuſcepiſſet, facilius eſt particeps noſtræ infirmitatis, non iniquitatis, vt ex eo quod nobiſcum communicauit, infirmitatem ſoluere noſtram inquitatẽ.* Et *k* rurſus exponens illud Pſalmog. *Et ſub alis eius ſperabit: Si Gallina*, inquit, *protegit pullos ſub alis, quanto magis tu ſub alis Dei tutus eris, & aduerſus diabolum, & angelos eius, quæ aereæ poteſtates, tanquam Accipitres circumuolitant, vt infirmũ pullũ auferant? Neq; n. ſine cauſa comparata eſt Gallina ipſi ſapientiæ Dei. Nam ipſe Chriſtus dominus noſter, & ſaluator tanquam Gallinam ſe dixit Hieruſalem, Hieruſalem, &c. Noluit illa Hieruſalem, velimus nos, illa reprobata eſt ab aeris poteſtatibus fugiens alas Gallinæ, præſumens de viribus ſuis quum eſſet infirma, nos conſiſtentes infirmitatem noſtram, ſub alas Dei fugiamus. Erit n. nobis tanquam Gallina protegens pullos ſuos. Nõ eſt n. inuerioſum nomẽ Gallinæ: Attenatiæ cæteras aues. Multæ aues ante nos ſũt, calefactunt pullos ſuos, nulla ſic auis infirmatur cũ pullis ſuis, quemodo Gallina. Attendat charitas veſtra, Hirundines, Paſſeres, & Ciconias videmus extra nidos ſuos, nec cognoſcimus vtrum fœtus habeant: at Gallina cognoſcimus in infirmitate vocis, & in relaxatione plumarum, tota mutatur à fœtu pullorũ, quia illi infirmi ſunt, infirmam ſeſe fecit. Quia ergo, & nos infirmi eramus, infirmam ſe fecit ſapientia Dei, quia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, vt ſub alis eius ſperemus. Et* rurſus *l* alibi, *Hoc*, inquit, *genus animantis magnum affectum in filios habet, ita vt eorũ infirmitate, & ipſa infirmitate, & quod difficilius in cæteris animalibus inuenies, alis filios ſuos protegens contra Miluum pugnat: ſic etiam mater noſtra ſapientia Dei per carnis ſuſceptionem infirmata quodammodo, dicente Apoſtolo: Quod infirmum eſt Dei fortius eſt hominibus protegit infirmitatem noſtram, & reſiliit diabolo, ne nos raptet. In qua defenſione, quod illa aduerſus Miluum conatur affectu, hæc aduerſus diabolum perficit poteſtate.* Item *m* rurſus in hæc verba: *Nos omnes noſtrũ ſub alis illius Gallinæ ponamus*, inquit, *Euangelica Gallina, qua clamat Hieruſalem Hieruſalẽ illis falſa, & peritis, quoties volui congregare filios, tanquam Gallinæ pullos, & noluiſti? Non nobis dicatur, quoties volui, & noluiſti. Illa verũ Gallina diuina ſapientia eſt, ſed aſſumpſit carnem, vt pullis congrueres. Videte Gallinam hiſpidam plumis, demiſſis alis, voce fracta, & quaſſa, & laſſa, & languida congruere*

parunlis

i In enar. Pſal. 58.

Gallinæ charitas erga pullos.

Chriſtus Gallinæ cõparatus.

k In enar. Pſal. 90.

l l. 2. quæſt. Euã. quæſ. 36.

m lib. de verb. Dom. in Euang. ſecun. Luc. cap. 29.

parvus suis. Ouum ergo nostrum, id est, spem nostram sub alis illius Gallina ponamus. Et alibi o item: Nutrit ergo ipse infirmos, tanquam Gallina pullos suos. Huic enim se similem fecit. Quoties volui, inquit ad Hierusalem, congregare filios tuos sub alas tanquam Gallina pullos suos, & noluisti? Videtis autem patres, quemadmodum Gallina infirmetur cum pullis suis; Nulla enim alia auis, quod sit mater agnoscitur. Videmus nidificare, Passeres quoslibet ante oculos nostros, Hirundines Cicontas Columbas quotidie videmus nidificare, quas nisi quando in niais videmus parentes esse non agnoscimus. Gallina verò sic infirmatur in pullis suis, vt etiam si pulli ipsi non sequantur filios non videas, matrem tamen intelligas ita sit alis demissis, plumis hispida, voce rauca, omnibus membris demissa, & abiecta, vt quemadmodum dixi etiam si filios non videas, matrem tamen intelligas. Postremo illum etiam Psalmistæ locum exponens, vbi Propheta ait: *Si me non protegas, quia pullus sum, Miluus me rapiet.* Dicit enim, ait, quodam loco Dominus noster ad Hierusalem quandam ciuitatem illam, vbi crucifixus est. Hierusalem, Hierusalem, quoties volui filios tuos congregare tanquam Gallina pullos suos, & noluisti? Parvuli sumus; ergo protegat nos Deus sub vmbraculo alarum suarum. Hæc omnia D. Augustinus. Alloquebatur autem Dominus procul dubio sub ciuitatis nomine ipsos ciues (dixerat enim, Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, &c.) vnde postea facta mutatione dicit: Relinquetur domus vestra deserta: sequitur quod insigne est charitatis diuinæ iudicium. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodũ auis nidum suum sub alis, & noluistis? Magnę charitatis fuit, quod non semel tantùm, sed multoties adeo cupiuerit eius filios, hoc est, inhabitatores, omnesq; Iudęos, qui ad ea tanquam matrem confluebant, ad se congregare, idq; ea semper reluctante, sed id adhuc magis Dei charitatem argui, quòd non simpliciter filios eius congregare voluerit, sed eo modo, quo auis nidum suum, id est, vt interpretes omnes ferè vertunt pullos suos sub alas, hoc est summo cum desiderio, & solicitudine. Est autem Græcis pro dictione auis ὄρνις, quam dictionem ancipitem esse diximus ad auem, & Gallinam. Et quidem vti paulò ante D. Augustinus dicebat, *mirus est amor omnibus ferè auibus, ad confouendos, & protegendos pullos, sed præcipuè Gallinis:* vnde magis conueniebat vertere Gallinam, quemadmodum D. Matthæi interpres optimè fecit. Porrò quàm aptè Dominus se Gallinæ comparârit, ex eodem D. August. partim demonstrauimus, & Hylarius, & D. Chrysostomus etiam innuunt. Ille enim enarrans illum versum: *Semita meam*, &c. *Quod autem*, inquit *per tertiam prædicationis semitam ambulauerit, audiamus ipsum dicentem Hierusalem, Hierusalem*, &c. *quoties volui congregare*, &c. *frequentiam numerosæ significationis elicndis. Nihil ergò noui & egit & passus est, cum per noleniẽ congregari filios suos Hierusalem, toties & auditus, & inhonoratus est in prophetis.* D. verò p Chrysostomus ad illa D. Matthæi verba: *Quoties volui congregare*, &c. *Hinc patet*, inquit, *quod semper se ipsos peccando dissemnabant, amorem autem suum ab imagine significauit. Feruenti nempe amore aues pullos diligunt suos. Crebro autem hac imago auis, & alarum apud Prophetas inuenitur, & in cantico, & in Psalmis mirabilem prouidentiam, & eximiam protectionem denotans, sed noluistis ait.* Et q rursus secundum alteram expositionem in Matthæum: *Quoties*, inquit, *volui congregare*, &c. *Quum te ex Ægypto quasi sanguinarius Accipiter persequebatur Pharaon, nisi super te Mosen, & Aaron, quasi duas mollissimas pennas misericordiæ meæ, & liberatos vos de vnguibus eius rapui in desertum, & noluistis sequi me, facientes vobis vitulum in Horeb, vt seruiretis potius idolo mortuo, quàm Deo viuenti. Quoties volui congregare*, &c. *Percurre, si vis. Iudicum librum quoties peccauerunt, & tradidit illos Deus, & iterum liberauit. Gallinam posuit Ecclesiæ similitudinem. Sicut enim pulli Gallinarum pullum suum quærentes, per diuersa vagantur, & maternis vocibus congregantur, sic & populus Dei per malam voluptatem & mundialem concupiscentiam sequentes per diuersos vagantur errores, quos Ecclesia mater per sacerdotes modo increpationibus, modo blandimentis, quasi quibusdam vocibus congregare, & allectare festinat. Et quemadmodum Gallina habens pullos vocando illos non cessat, vt assidua voce vagositatem corrigat pullorum suorum: Sic & sacerdotes in doctrina cessare non debent, vt studio, & assiduitate doctrinam suarum negligentiam populi errantis emendent. Et quemadmodum Gallina habens pullos non solum suos calefacit, sed etiam cuiuscq; volatilis filios exclusos à se dilegit, quasi suos, ita & Ecclesia non solum Christianos suos studet vocare, sed & Gentiles, sine vllis si suppellex illi fuerint omnes fides suæ calere vnificat, & in baptismo regenerati & in sermone nutrit, & materna diligit charitate*, & paulò pòst. *Quotiescunq; n. vt diximus inter hæreticos & fideles fides mouetur certamen, euidenter vult illos Dominus congregare sub veritate alarum suarum, id est, sub duorum testamentorum, quotiescunq; leguntur apud eos verba prophetarum & Apostolorum: illi autem non quasi domestici pulli Gallinæ, quæ est Ecclesia, sed quasi syluestres pulli sanguinary Vultures, aut Accipitris non solum ad veritatem duorum testamentorum ventre non acquiescunt, sed adhuc irruunt super ipsam Gallinam, id est, Ecclesiam, & diripiunt, & dispergũt pullos eius, & euellicant ẽ quoties vult illes cõgregare, illi antẽ noluni;* Hucusq; ille. Proinde ia-

o *In Euan. Ioan. tract. 15. cap. 4.*

p *Hom. 7. in Matth.*

q *Hom. 46.*

Gallina Ecclesia.

lis igitur istæc allegoria facilè nobis malũ diligendi iuuandiq; nostros ante alios, præscribit. Debemus parentibus, in primis, vt pietate illi respondeamus: quod bruta animalia præstare minimè norunt, præter Ciconias, quę authore Aeliano parentum senectutẽ nutriunt. Sũma hæc est allegoria faciet ad ostẽdendam vim pietatis, ac beneuolẽtiæ cuiusquàm erga suos

r Tract. de pastor. Domini c. 5. Nullũ enim animal, teste D.r Bernardo, circa pullos suos tanta compassione mouetur, sicut Gallina. Fit enim non solum, vt diximus, toto corpore hispida, voce rauca, sed toto ẽt feruens animo, & omnibus membris infirma, & vsq; ad supremum defectum perueniens. *Si ergo,* inquit D. Bernardus, *in tantum pullis suis Gallina animal irrationale compatitur, quanto putas optimum Iesum humano generi fuisse compassum? Ad quantam putas cum debilitatem, & infirmitatem peruenisse? Quanta putas ipsum macie confectum fuisse, qui pro omnibus cognoscetur doluisse?* Vnde Esaias; *Verè languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit.*

MORALIA.

Gallus patrem familias denotat, qui frugi est.

OMNES in primis Galli Gallinacei vitæ actiones veri patris familias, & qui in eo omnem suam curam ponit, & studium, vt familiæ suæ de omnibus necessarijs prospiciat, significare potest. Hæc enim ales tota die quicquid virium habet, id totum ad suorum confert salutem, & nullius rei minus, quàm sui ipsius solicita est. Vnde sapientissimus Pythagoras tam prouidam animalis, & erga suos promptam naturam considerans,

Pythagoras cur nutriendum Gallũ censeret, & non immolandum.

dixit, nutriendum quidem Gallum esse: at non immolandum, quod vt alij aliter interpretantur, ita ego inter cætera hoc dico denotare, homini hanc Galli solicitudinẽ ad res corporis curandas esse quidem necessariam verùm non sic esse necessariam, vt eam etiam ad sacrificium, & cultum diuinum ferre debeamus, vt quem omnes æternæ curæ liberum esse decet, nec vlla terreni pabuli solicitudine destinari. Absit ergo Gallinaceus à sacrificijs hac, quam dico ratione. Iam & illud moneri videtur cętera quidem animalia immolari posse, Gallum citra piaculum non posse, cò quòd is optimum totius vitæ exemplar occidit, videatur indicare sibi nihil amplius opus esse laudatissimis huiusce animalis dotibus, citra quas tamen probo, sapientiq; viro non fuerit viucudũ. Alendus igitur Gallus, & perpetuò, dum viuimus, imitandus, tum in familia alenda, & propugnanda, tũ in vitæ officijs per opportunas temporũ vices distribuendis. Eodẽ pariter modo nobis liberalitatis, ac benignitatis exẽplar est. Quemadmodũ enim omnia, quæ habet, Gallus suis impartit, ita vir quispiã pius ac liberalis sua, quæ corrasit, non sibi soli seruare debet, sed pauperibus etiam benigniter aliquid erogare, iuxta illud Iob. *Non comedi ex eis solus* &c. Principẽ itẽ ecclesiasticũ eleganter Gallo cõparaueris, etenim vti hic oculo vno grana, vt diximus familiæ suæ diuidit: altero Accipitrẽ obseruat, & contra irruentẽ in eã sese alacris opponit. Ita ille duo ob oculos potissimũ ponere debet, curã nempè humanarum moraliumq; ac cælestiũ, æternarumq; rerum. Illas benè administrare cognoscitur, si alienus ab omni auaritiæ macula pauperibus, subditisq; de necessarijs prospiciat, vel saltẽ quæ sibi supersunt, eis communicet, nihilq; sibi præternecessaria reseruet. Harũ verò curam genere dicetur, si contrà omnẽ diaboli vim sese subditosq; Gallũ imitans defendat. Diabolus autẽ verus Accipiter est, qui nobis futurã ęternitatẽ inuidet, nosq; suę pęnę socios perpetuos ascisceré conatur. Grana verò, quorũ esu quotidie fruimur, egregiè necessaria nobis designant. Prætetea tã feruens Galli erga suos amor nos etiã admonet, vt vxores nostras, abiectis omnibus sortis, quæ mera maritorũ pestis sunt, ac pernities amemus. Quare veteres insignis, legitimiq; matrimonij coniunctionẽ significaturi, mortuorũ sepulchris Gallũ, & Gallinã insculpebant, se inuicẽ deosculãtes. Satis superq; supra ostendimus à nonnullis Theologis Christianis concionatores, & diuinos homines intelligi, qui nobis verba salutis enunciant, quiq; iacentibus in tenebris, & vmbra mortis, lucẽ quæ Deus est, prẽnunciant, & à nobis mentis nostræ veternũ, ac torporẽ suo cantu excutiunt. Alius aliam cõminisci poterit expositionẽ. Possunt autẽ & Thrasones, gloriosi, ac stolidi homines, nimium sibi arrogantes per Gallos notari. Nam vti hos habendos esse quidem Pythagoras dicebat, & non penitus abijciendos, non autem ad sacra admittendos, ita illi ab arcanis, & serijs grauibusq; sermonibus reijciendi sunt. Quod secus tamen hodie (proh dolor) à Regibus pleriisq; & Principibus fieri videmus. Alius amantes, & qui continuè amore depereunt, interpretari per Gallum poterit, quo pacto videntur Athenienses significasse, cùm Anterotis aram constituerunt, in qua pueri nudi, & formosi signum inerat, in vlnis geminos sustinentis generosos Gallos, & se in caput impellentis, quibus Timagoram, & Meletam, seu Melitum (vtrunq; enim legimus) qui amore perierunt, significabant. Historia notissima est apud *a* Pausaniam, & *b* Suidam, quanquã nonnihil inter se discrepent.

Gallus liberalitatis exemplar.

Princeps ecclesiasticus. Gallo comparatus.

Diabolus Accipiter est.

Gallus, & Gallina sepulchris insculpti.

Gloriosi per Gallos designati.

Libidinosi per Gallum designati.

a In Attic. b In dict. Miletę.

Tota deniq; castrensis disciplina Galli imagine denotari potest. Crista enim pro galea, calcaria pro ense gerit, excubias cantu testatur, pugnat acie aperta, absq; insidijs hostem inuadit, caudæ erectione vixilla imitatur, victoriam cantu, triumphumq; ostendit.

HIEROGLYPHICA.

Victoria hieroglyphicum.

VICTORIÆ hieroglyphicum erat Gallinaceus Gallus. Hinc Lacedæmonij, vt apud Plutarchum est, cum hostem viribus profligassent, Gallum immolabant. c Alibi etiam idem Spartanos scribit ante Leutricam cladem Gallum immolasse. Sed quid illud sibi vult, quod Harpocratem silentij Deum Galli Gallinacei vocalissimæ alioquin alitis guttur sinistro cubito prementem depingerent? Id sanè mysterio carere minimè putandum est. Cùm enim Gallus maximum sui vsum hominibus præstet, cantu suo quotidianas docens opportunitates, & ea ratione is habeatur veluti magister quidam, operum omnium per horas distribuendorum; sic Harpocrates otium quærere dicebatur, & omnium operum externorum vacationem, itaq; nõ permittit Gallo, vt hoc excitandi ad labores munere fungatur, & ideo quemadmodum digito sua labia compescit, ita huic cubito guttur coercet. Sed interroget quis, si nulla huius auis vtilitas sit ad ea vel præstanda, vel iuuanda, quæ Harpocratis symbolo denotantur, cur ad partes vocetur? Cur non potiùs, vt nihil ad rem faciens omittatur, perinde ac Picę, Corniculę, Gracculi, Philomelę, & cætera id genus auiculæ, aut garrulæ, aut canoræ? Et certè si nocturnum quæratur silentium, Luscinia potiùs quã Gallus cõpesci debuisset, quòd ea sola totas ferè noctes canẽdo ducat insomnes: hic vix ter stridulã, & minimè durantẽ vocem exhalet. Est quidẽ hoc, verùm vt ante ostendimus, Gallus animal solare est, & inter omnia solaria tenet principatum, adeo vt non frustra videatur erigere cristas. Igitur diligenter diurni tẽporis vices obseruãs, atq; homines ad agendũ incitans, non potuit apud Harpocratẽ asymbolus manere. Cũ enim maxima cupiditate id quod quiescens agit, agere videatur, vt Cupidinis arma declarãt, quid gratius habere potuisset, quã animal sub cubito tenere, in cuius gutture iã vocem molięte sentiretur tacitum, & internum incitamentum? Quamuis enim vocem edere nequiret, vrgebatur tamen ad vocem: & quod exterius præstare non posset, id musculis, & vocalibus instrumentis moliebatur: quod facilè erat ei sentire, quid cubito guttur pressum teneret. Gallus igitur hic sic positus est, vt non cantet ille quidem, nec silentium rumpat, sed vsum tamẽ illũ præstet, vt tacita corporis molitione solaris cursus det significationẽ. Quia verò Gallus, inquit d Pierius Valerianus, à prima mediæ noctis inclinatione explãdẽtibus, vt Lucretius ait, alis.

Auroram clara consuetus voce vocare.

c In Agesilao.

Harpocrates cur sinistro cubito guttur Galli premat.

d l. 24. Hieregl.

matutino crepusculo, matutinis astris Deum item laudantibus quotidie cõmodulatur, excubiarum, & vigiliarum signum apud antiquos fuit, eaq; de causa Mercurio dicatus ferebatur. Et rursus: Neq; prætereundum est illud, quòd ex imagine Gallinacei impietas ipsa hieroglyphicè figuratur. Is enim matrem salit, vt Hippopotamus: & patrem etiam immaniter incessit: eaq; de causa sapientissimi legum latores Gallum vnà cum vipera, simia, & cane in parricidæ culeum includendũ censuerunt, vt qui eius criminis rei sunt eodem supplicio simul afficerentur, & pœnas pares luerent. Notant illud apud Aristophanem, quod Philippides, qui patrẽ verberauerat, exemplo Galli factum tuetur suum: patrem enim ille malè mulctat. Mulierem tribadem, vel quæ maris officiũ aggredi non erubescit, vel etiam, quæ viro dominari affectat, per Gallinam, quæ cristam, caudamq; erigit, cuiq; etiam parua calcaria prominent, intelligi veteres tradiderunt. Ea siquidem vbi marem, quod nonnullæ faciunt, pugnãdo vicerit, cucurire incipit, & exẽplo marium tentat coitu superuenire, Gallinasq; reliquas perinde ac si rẽ peragere possit, solicitat, at saliendo fatigat, cristã caudamque tollit, ac ea incedit specie, vt non facilè inde sit, vtrum mas, an fœmina sit, internoscere. Virũ vero, qui opulẽtissimas diuitias dilapidauit, &, vt apud Horatiũ est, res maternas, atq; paternas fortiter absumpsit, significare volẽtes, Gallinã aureos nũmos depascentẽ pingũt: de qua miraculũ illud proditur, quòd si auro liquescẽti eius mẽbra misceãtur, illud in carnes eius consumi deprehendatur, atq; ita fit, vt Gallina sit auri venenũ. Coniectores autem autumãt eũ, qui per somnium Gallinarũ gregẽ ad se venientẽ, & domũ ingredientẽ inspexerit, & diuitijs, & honoribus auctũ iri: quin & addunt, si per quietem ita visæ Gallinæ pusillæ admodũ apparuerint, earũdẽ rerũ tenuitatẽ præsagiri. Qui fabulas delectabili philosophãdi genere commenti sunt. Sirenas confinxere blanditijs amatorijs, & voluptuosa nequitia homines

Vigiliarum signum.

Impietatis typus.

Gallus cur in culeo inclusus.

Mulieris quæ maris munus obit typus.

Prodigi typus.

Diuitiarũ augurium.

Sirenũ forma, & significatio.

homines ad se trahere, illecebrisq; irretire, ita vt apud eas mollitudinis omnifariæ luto inhæsitantes fœdè computrescerent. Harum pedes Gallinaceos fuisse tradunt intellectu à superiore non dissimili. Scribunt enim eiusmodi fabularum interpretes, significari ex hoc hominem libidinibus deditum, fortunas suas perseueranti studio dispergere, inutiliterque prodigere, cuiusmodi esse Gallinarum morē, cùm pleno aceruo pascuntur, aspicimus. Sunt qui ratione habita quotidiani fœtus, & geminorum aliquando pullorum, qui ouo ex vnico excluduntur: ouorum etiam, quæ nonnullæ gemina singulis diebus ædunt, tertio etiā nonnunquam addito, verùm eo abortiuo, sola quippe cartilagine conspicuo, fœcunditatē per Gallinam, & ouum significari velint. Hæc omnia Pierius, qui hoc etiam ex propria sententia addit, inquiens: Atqui veluti per lauri surculum in ore Columbæ, & per platani folium in Ciconiæ nido securitatem significari prodidimus, cur non etiam per Gallinam, ad alam cuius ramusculus rutæ applicatus sit, securitatē eodem modo pingi, hieroglyphicumq; fapere fateamur? Siquidem Afranius in ijs, quæ de re agraria Constantinus Cæsar colligi mandauit, ait Gallinas à fele tutas fore, si rutæ syluestris ramusculis sub eius alam applicetur. Quin Democritus etiam tradit, eo præsidio munitas, neq; à vulpibus, neq; ab infesto quopiam alio animali contangi.

Fœcunditatis significatio.

Securitatis hieroglyphicum.

SOMNIVM.

GALLI pugnaces in somnijs seditionum, & contentionum tātummodo significatiui sunt. Verùm non alia in similem cum Coturnicibus euentum habent. Nos de ijs suo loco egimus ex Artemidoro, quem locum lector adire poterit.

EMBLEMATA.

EMBLEMA est Andreæ Alciati sub lemmate VIGILANTIA ET CVSTODIA, quod tale est.

Instantis quod signa canens dat Gallus Eoi,
Et reuocet famulas ad noua pensa manus.
Turribus in sacris effingitur: area mentem
Ad superos pelvis quòd reuocet vigilem.
Est Leo: sed custos oculis quia dormit apertis,
Templorum idcircò ponitur ante fores.

Ex Oro Apolline, inquit Franciscus Sanctius Alciati commentator, vt mox ostēdemus. Addit tamen Alciatus campanam, & Gallū ex communi vsu. Obscurum est emblema, & male disp̄unctum in codicibus, quos mihi hactenus contigit videre. Dicam tamen quod sentio, liberū cuiq; interpretandi cāpum relinquens. Titulus igitur huius epigrammatis est, VIGILANTIA, & CVSTODIA. Videamus ergo, quo pacto hæc ex epigrammate eliciantur. Ac primùm duplicem hìc depingit Alciatus vigilantiam, alterā corporis, mentis alteram. Corporis vigilantiam Gallus referat, qui homines ad labores solet excitare. Cāpana verò quia mentē ad Deum excitat, symbolum interioris vigilantiæ contineat. Hactenus de vigilantia. Custodiam autem representet Leo, qui apertis oculis solet dormire, tunc sic structurā ordino: Gallus effingitur in sacris turribus, quòd det signa instantis Eoi, & quòd reuocet famulas manus ad noua pēsa. Aerea pelvis scilicet effingitur in sacris turribus, quod reuocet mentem vigilem ad superos. Sed Leo custos est, quia dormit oculis apertis. Hoc totum sumpsit Alciatus ex Oro Apolline Niliaco, qui libellū de hieroglyphicis notis Græcè composuit, cuius verba subijciam. Vigilantem, vel custodem cùm voluissent significare, Leonis caput pingebāt. Solet enim, cùm vigilat, oculos habere clausos Leo, cū verò dormit, apertos, quod quidem custodiæ signum est. Hinc symbolice Leones templorum claustris solent apponi, veluti custodes. Hæc Orus. Gallus ita depictus, vt sub pedibus tubam teneat cum lemmate, PACIS, ET ARMORVM VIGILES, significabit, quantum interfit inter belli, & pacis cōditiones. Author est Claudius Paradinus. Gallum verò audacter inuadere, & terrere Leonem, indicat, synderesim præualere contra diabolum, qui dicitur leo, si non sit nimio peccatorū pondere prægrauata. Tale Emblema depinxi in suburbano meo cū titulo: CEDITE FATIS. Gallus, & Cycnus simul capientes cibum in vase alabastrino, in quo descendat è cælo manna, nix, & lac: cum verbis, SIC ANIMVS, significabat hominem,

Vigilantia duplex.

Vigilantia corporis.

Vigilantia mentis.

Leo custodiæ hieroglyphicū.

Gallus in sacris turribus effingitur.

Vigilantia, vel custodis significatio.

Leones ad templorum claustra.

Cādoris animi signū.

nẽ, qui ostendat candorem animi sui, nõ posse à quauis externa iniuria turbari, nec offendi. Habet id Emblema Io. Baptista Pittonus. Aesopicus Gallus, qui gemmam inuentam spernit, & viliorem cibum quærit, cum verbis, PAR IGNORANZE, significat hominem, qui inscius, virtutis dulcissimos fructus spernit, vitij sese immergens, & nutriens. Huius emblematis *b* idem author est. Eadem denique ales cum lauri ramo in rostro, & cum verbo VIGILANDO, hominem denotat, qui in vigilijs, non autem in somno, & otio vitam degat, vt bene operando æternam adipiscatur gloriam. *c* Idem porrò de Gallina ex Alpheo in epigrammatibus Græcis εἰς τέλος ὀργίαν hexasticon legitur.

Aesculapius Gallus.
b In insigni Frid. Sigij. Fuccari.
c In insign. Petri Malnetij.

χειμερίας πεφάδυσι καλυπτομένα νιφάδας ὄρνις,
Τέκνοις ἰυναίας ἀμφέκιεν πτέρυγας,
Μισφαμένη πρατίον κρύος ἀλίασεν ἠγαθέοιο
Αἴθερος πρατίον ἀντὶ καλοῦ πτερίου.
Πρόκνη καὶ Μήδεια κακαὶ αἶδος αἶδε γυναῖ
Μητέρες ὀρνίθων ἔργα διδασκόμεναι.

Quos versus *d* Franciscus Sanctius à quodam Alphonso Nunio Metylensi egregia indole iuuene, sibiq; amico ita redditum tradit.

d In comm. embl. Alciati.

Gallina hybernis niuibus cooperta, cubili
Compacto ex plumis pignora cara fouet.
Donec eam sæuum frigus male perdidit, atq;
Anhereis mansit nuda parens niuibus.
Sic pudor, o Medæa ferox, atque improba Progne,
Et matres, volucrum discite nunc opera.

Vertisse etiã eadem carmina Fernandũ Sanctiũ patrem suum ait, sed vult periphrasticè sic.

Canus December, brumaq; sæuiens
Montes & agros texuerat niue.
Gallina pullos, mitis ales
Frigore non poterat tueri.
Nec fata caris filiolis valet
Auferre, verùm nidificat suis
Plumis, & alas ponit, & quam
Perdiderant, reparant salutem.
At ipsa vitam perdidit, & tulit
Mortem libenter. Procnem aliter tamen
Cholchisq; fœdare vira audax
Passa manuus proprio cruore. Eiusdem aliter.
Bruma fremebat atrox pennas Gallina reliquit,
Frigus vt à natis pelleret, atq; obijt.
Hinc Medæa ferox hinc Procne discite: namq; hæc
Eis vitam pullis præbuit, ac moritur.

Andreas Alciatus verò longè aliter vertit in emblemate nonagesimo tertio, cui titulus est, AMOR FILIORVM.

Ante diem veruam boreali cana Palumbes
Frigore nidificat, præcoca, & oua fouet.
Mollius, & pulli vt iaceant, sibi vellicat alas,
Queis nuda hyberno deficit ipsa gelu
Ecquid Cholchi pudet, vel te Procne improba? mortem
Cum volucris propriæ prolis amore subit.

Super eodem erga pullos amore Gallinæ eiusmodi emblema habet *a* Nicolaus Rausnerus sub lemmate, NIL CHRISTO TRISTE RECEPTO.

a l. 2. Emb.

Prædatur pullos, pedibusq; euiscerat vncis
Miluus edax, si quod deuius error agit.
Colligit, & fidis tetigit hos Gallina sub alis
Glocitu matrem testificata piam.
Terribilis Sathanas sanctos affligit, & angit,
Et quacunque potest arte nocere, nocet.
Protegis alarum quos Christe potente sub vmbra,
Et sæuo tutos solus ab hoste facis.

ÆNIG-

ÆNIGMATA.

POETARVM noſtri æui coryphæus Scaliger de Gallina bina hæc condidit ænigmata: quorum primum tale eſt.

Cui lux ante diem, tenebræ ſunt ante tenebras,
Sic vtrumque ſimul ſedula ſenis erit.
Quærere poſteriùs, natione priuſue parente
Poſſumus, hoc quod nunc eſt quod & ante fuit.
Fit melior peior, generiq; tuoq; ſuoq;:
Sed peior melior pòſt modò vita tibi eſt.

Etſi in primis Gallo iſtæc omnia, ac ea in primis, quæ priori diſticho dicuntur, competant, maluit tamen poeta id de Gallina dixiſſe, quòd ea, non autem Gallus ad menſas lautiores ſaginetur. Eſt verò primi diſtichi ſenſus: Cùm hoc animal lucem ante diem, & noctem ante noctem agnouit, non tamen ante lucem ad paſtum, nec ante noctem ad quietem ſeſe recipit; ad vtrumque opus meritò deſes dicitur: etſi aliàs naturaliter ſedula, quò enim noctu in tenebris ſeſe recipiat? Cur longè antè noctem veſperi cubitum eat? Secundum ad communem eam tritamq; quęſtionem, quam nos etiam antea obiter attigimus, alludit, nempe num Gallina priùs, an ouum extiterit. Tertium mea quidem ſententia ita intelligendum: Quæ Gallina pinguior, & eſui aptior eſt, ea tuo, ſuoq; generi, hoc eſt ſoboli naſcituræ, quæ tam tua eſt, quàm eius, peior eſt alijs, quia ſcilicet Gallinam occidendo ſpem futuræ prolis auferas: atque ita hæc ſuæ, tuæq; proli peior eſt, & tibi melior poſtea vita, quoniam ſcilicet tam lauto cibo nutritus vitæ tuæ incolumitati conſulas.

Explicatio.

ALIVD.

Magnanimam gentem imbelli de pectore promet.
Tantum poſteriora piger tibi textor habeto
Quæ tamen vt ſapido lucro tibi prima putabit.

Magnanimam) Galli. Poſteriora) Lina. Prima) poſteriora Gallinæ.

EPITAPHIVM.

IN Gallinaceum [a] Anytes epitaphium in epigrammatibus Græcis.

a lib. 3. ſec. 24.

Ουκ ἔτι μ' ὡς τὸ πάρος πυκιναῖς πτερύγεσσιν ἐνέσσων
Ορσεις ἐξ Ευνῆς ὄρθριος ἐγρόμενος.
Ηγάρ σ' ὑπνώοντα σινις λαθρηδὸν ἐπελθῶν
Εκτεινειν λαιμᾶ ῥιμφα καθεῖς ὄνυκα.

APOPHTEGMATA.

Plato à Diogene cur irridetur.

PLATONEM legimus hominem definiuiſſe animal biceps ſine plumis, Diogenem verò Cynicum irridendi gratia in academiam eius Gallinaceum deplumatum immiſiſſe, hunc hominem Platonis eſſe inclamitando, quare poſtea Platonem πλατύονυχον, id eſt latis vnguibus præditum, differentiæ cauſa addidiſſe.

Diogenes Cynicus citharædum, qui quoties canebat, ab auditoribus deſerebatur, obuium ita ſalutabat, Salue Galle. Quum ille offenſus ſalutationibus nouitate diceret, Quid ita? Quoniam, inquit, cantu tuo excitas omnes. Iocum captauit ex ambiguitate verbi Græci: ἐνεγείρειν enim dicitur, & qui excitat dormientem, quod ſolent Galli Gallinacei male canentes, & qui ſedentem excitant, vt ſurgat, vt ille ſolet.

C. Iulius Helio (alij apophtegma hoc Craſſo aſcribunt) mancipi ſępius obſtrepenti ſibi dixit, etiam oſtendam qualis ſis: & Helio inſtanti, vt oſtenderet, qualis eſſet, Iulius digito demonſtrauit Gallum in Mariano ſcuto Cimbrico depictum, nodis diſtortum, erecta lingua, buccis fluentibus, cui manceps tunc ſimillimus eſt viſus. Taberna autem erat apud forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. Ingens omnium riſus conſequutus eſt.

a In lib. de Orac.

[a] Chryſippus, ſcribit, quendam ſomnium ſuum, quò oua à lecto ſuo pendẽtia viderat, ad diuina

diuinatorem retuliſſe: audijſſeq; ex illo, inuenturum ſe vbi ſoderet, theſaurum. Et cùm, vaſe; in quo aurum, argentumq; erat inuento ad vatem argenti nonnihil attuliſſet, dixiſſe illum, τι δε τουτῳ μαντι μοι δίδως, hoc eſt, *de vitello vero nihil ne mihi dabis?* Author eſt Suidas. Luſit autem is pulchrè circa ſomnium ouorum, in quibus candidum, & luteum continentur, illud ad argentum, hoc ad aurum referens, cùm in ſomnij interpretatione, tùm magis argenti parte muneri oblata. *In τουτῳ.*

b Cleomenes Cleombroti, vt refert Plutarchus, cùm quidam ei Gallinaceos pugnaces offerret, quos pugnando etiam, pro victoria emori dicebat: quin tu de illis potiùs, dixit mihi dato, à quibus occiduntur. Illi enim præſtabunt. Ab Alcibiade Socratem interrogatum, cur tam turgioſam vxorem domo non exigeret, ferunt reſpondiſſe, cur tu Gallinas clamoſas alis? Cumque Alcibiades reſpondiſſet, quia ſibi ova parerent, dixiſſe, & vxorem ſibi liberos parere. *b In Laconicis. Alcibiadis, & Socratis apophthegma.*

PROVERBIA.

ALIQVOT prouerbiorum in ſuperioribus rubricis, maximè capite de magnanimitate meminimus, qualia in primis ſunt *Gallus inſilit*. Αλεκτρυων ἐπεπήδηκα. Egregiè, aptèq; quadrat, vbi quis vel in acie, pugnaue ſuccumbens, vel in diſputatione reſumptis viribus prælium redintegrat. Similis parœmia eſt αἶρε τὸν ἀλεκτρυονα ἀμυντηριον, id eſt, *tolle calcar voltorium*, cuius etiam mentionem fecimus. Rectè autem dicitur, cùm quis ſeſe ad vindictam præparat. Extat adagium apud *a* Ariſtophanem, Αἶρε λαβὲ τὸν, εἰμαχῃ, id eſt, *tolle calcar ſi pugnas*. Metaphora vt videtur ſumpta eſt a ferreis illis ſtimulis, qui Gallis pugnaturis à dominis alligantur, quò ſe in pugna tueantur. Prouerbiali etiam loco dici diximus πεπιθηκότας ἀλεκτρυόνας in famulos, qui dominos ſuos à tergo ſequũtur, ſupplices videlicet, & abiecti, quales ſcilicet Galli eſſe ſolent in pugna ſuperati, quia victi ſilere ſolent, canere victores. Cui finitimum eſt οἰκομαχῆς ἀλεκτρυών, id eſt, *domi pugnans ad inſtar Galli*. Item & illud: *Gallus in ſuo ſterquilinio plurimum poteſt*. Nam dicuntur eiuſcemodi prouerbia in eos, qui domi viribus præſtant, in bello verò, vel alibi cuiuis virtute cedunt, pugnacitateque. Αὐτὸς αὑτὸν ἀυλεῖ, id eſt, *ipſemet canit, ſeu ipſe ſummet tibicen*. Prouerbium hoc à Gallis deſumptum apparet: nam his præcipuè moſ eſt, cùm ſe e pugna prorumpunt, canere ſi victores ſint, quaſi victoriæ ſuæ tibicines, quare prouerbium conuenit, cùm aliàs, tùm illos, qui ſe metipſos laudant, Thraſones, naſciuloſque, de quibus *b* Plato fortè dicebat: *Videmur mihi Galli in morem, quum ante victoriam à ſermone reſiluerimus, canere*. *c* Cicero quoq; prouerbialiter ſcribit, vt inuidiam adducat hoc modo. *Iſte qui diuitias ſuas iactet, ſicut Gallus è Phrygia, aut ariolus quiſpiam depreſſus & oneratus auro clamat, & deliret*. Οτ' αν Νίβας κοκκύσῃ, id eſt, *cùm Nibas coccyſſauerit*. Simillimum eſt adagium illi ad Græcas Kalendas. Tradunt enim, vt annotauimus, in Theſſalonica Macedoniæ ciuitate vicum eſſe, cui nomen Nibas, vbi Galli nunquam vocem edant. Heſychius addit, Nibades dici capras criſtatas, vt ab ijs expectetur κοκκυζειν, quod eſt Gallinaceorum. *Socratis Gallus*. Hoc adagij vice Nonius Marcellus è Varrone citat in ſignificationẽ caluitiei, apud quẽ ſe inueniſſe quiſpiã ait, cùm dormire cœpiſſet tam glaber, quàm Socratis Gallus, eſſe factũ ciricium cum pilis, & proboſcide. Sentit quiſquis illic loquitur, ſe cùm iret cubitũ, fuiſſe leui corpore, nec vllos habuiſſe pilos toto corpore, in ſomno transformatum in ericium, qui totus hirſutus eſt, & ſuum more proboſcidem habet. Scio, inquit author adagiorũ, locũ eſſe mendoſum, & Aldina editio pro Gallo legit caluum: & fortaſſis non male: nam noſtra editio Varronis verba ita recitat. Inueniſſe cùm dormire cœpiſſet tam glaber, quàm Socrates, caluum eſſe factum ericium è pilis albis: Conueniet adagium in nudos, & inopes, *Veſperum examen metuit Phrynichus, velut Gallinaceus*: Hic Phrynichus Tragicus Nileti captiuitatem agebat: Athenienſes verò meruentem, perrhorreſcentemq lachrymantes eum eiecerunt: Author eſt Ælianus: ſed alij aliter. Quadrat in damnum paſſos. *Indecens eſt, vt Gallina ante Gallum cantet*: hoc eſt, non decet, vt mulier pro viro gubernacula teneat, quod neque animi magnitudo, qua potiſſimum ciuitatis ſalus nititur, neque conſilium, quod ad vrbanarum rerum temperationes maximam vim habet, ſatis præſidij ad conſtituendam temp. in ea vigeat. Feliciter natum, *Albæ Gallinæ filius* dicunt, vt *a* Iuuenalis: *quia tu Gallinæ filius albæ*: Vel quòd læta, & auſpicata latini alba vocant, vel quòd prouerbium alludit ad fatalem illam Gallinã, de qua antea cùm de auguriis ageremus, ex Suetonio locuti fuimus. *Gallus inſilit.* *Tolle calcar Vltorium.* *a In anib.* *Domi pugnas inſtar Galli.* *In Thraſones naſutoſi;* *b In Theateto.* *c lib. 4. ad Herenn.* *Cum Nybas coccyſſauerit.* *Galli vbi nunquam vocem edat Socratis Gallus.* *Ex Gallo ericius factus quid ſignificet.* *Ericy forma.* *Mulieres rerum gubernaculis haud idoneæ ſunt* *Albæ Gallinæ filius.* *d Satyr. 12* *Lac Gallinaceum.*

mus. Lac Gallinaceum ὀρνίθων γάλα, dicitur in opulentos, & quibus quiduis rerum ſuppeditat, vt copiæ cornu, aut dicitur de raris inuentu, atque ob id pretioſis, vt ſit hyperbole ſignificans nihil omnino deeſſe. Plinius in præfatione hiſtoriæ mundi, irridens Græcorum delitioſas quaſdam, & magnificas inſcriptiones. *Cerion*, inquit, *inſcripſerunt, quod volebant intelligi fauum:* alij κέρας ἀμαλθείας, quod copiæ cornu, velut lactis Gallinacei ſperare poſſis in volumine hauſtum. Meminit eiuſdem *e* Ariſtophanes.

e In Veſp.

Ἐγὼ γὰρ οὐδὲν ὀρνίθων γάλα
Ἀνθίτου βίου λαβόμ' ἂν οὗ μετὺν ἀποστερεῖς, id eſt,
Non lac Hercule Gallinaceum
Hacce pro vita copiam, quam mi adimis in præſentia.

f In Od. q.
g In Aui.

f Euſtathius citat hoc adagium ex Anaxagoræ fabula, cui titulus Ωα. Legitur & aliud apud eundem *g* Ariſtophanem hoc modo:

Λώσομεν ὑμῖν αὐτοῖς, παῖσι, μαίδαν παισὶν
Πλουτυγίειαν, εὐδαιμονίαν,
Βίον εἰνηνήν, νεότητα, γέλωτα
Χορούς, θαλίας, γάλα τ' ὀρνίθων.
Ὥστε παρέσται ὑμῖν κοπιᾶν
Ὑπὸ τῶν ἀγάτων. id eſt.
Dabimus vobis ipſis filijs, filiorum filijs
Opulentiam bonæ valetudinis
Felicitatem, facultates, pacem,
Iuuentam, riſum, choros,
Feſta, Lac Gallinarum,
Vt ſitis præ bonorum copia laboraturi.

h lib. 14.
i l. 9. Deipnoſoph.

h Strabo Samiorum agros, quod omnium rerum ampliter feraces eſſent, extollens, illud vulgò de illis iactatum eſſe addit, quod lac etiam ferrent Gallinaceum, teſtaturq; hoc adagium apud *i* Menandrum Comicum inueniri. Athenæus ex mediæ comædiæ ſcriptore quodam Mneſimacho Senatoris hos adducit.

Καὶ τὸ λεγόμενον
Σπανιώτερον παρέστιν ὀρνίθων γάλα
Καὶ φασιανὸς ἀποτετιλμένος καλῶς. id eſt,
Lac ſuppetit res rara Gallinaceum, ac
Plumis reuulſis Phaſianus adprobè.

Et rurſum eodem libro adducit ex Numenio.

Ἠδ' ὅπερ ὀρνίθος καλέεται γάλα,
Atque quod Gallinæ dicitur Lac.

k In Auib.

Alibi etiam *k* Ariſtophanes Piſthetærum Herculi loquentem inducit ita.

Καταστησος ἐγὼ τύραννος, ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα.

Vbi Scholiaſtes hoc prouerbium locum habere ait in ijs, qui admodum fortunati ſunt, & nihil non poſſident, ita vt etiam circa res impoſſibiles aliquid lucrentur. Etenim nequit fieri, vti vnquam latè Gallinis habeatur. At fortunati homines id quoque, ſi voluerint, comparare ſibi poſſunt. Meminit & Suidas βούλοιντομὲν ἂν τῶν ὀρνίθων γάλα παρασκεῖν.

Cùm verò in harũ alitũ ouis magis, quã in alijs eluceant, quæ paſſim de ouis ab authoribus tradita ſunt, itaq; & prouerbia, quæ ab ouis proferuntur, hoc ſubijcere placuit, ne lector ſtudioſiſſimus vllare, quæ auiũ hiſtoriã illuſtrare, amplificare, ac explicare poſſit, defraudetur. Ὠὸν κολλήεις (ſi recte legitur, malim κολλᾶς id eſt, *ouum glutino compingis.* Refertur à Diogeniano. Ridiculè laborat, qui fractũ oui putamẽ glutino ſancire, & coagmentare conetur. Dicetur in eos, qui fruſtra ex impoſſibilibus poſſibilia reddere conantur, quales ſunt, quos vulgus alchymiſtas appellat, qui nimirũ ex ijs, quæ aurum nõ ſunt, aurũ facere elaborãtes, aurũ, quod ante poſſidebãt, & oleũ, & operã perdunt. Ab ouo vſq; ad mala prouerbiali figura dixit *l* Horatius, pro eo, quod eſt, ab initio conuiuij vſque ad finem. Ait autem.

Ouum glutino compingis.

Ab ouo vſque ad mala.

Si collibuiſſet ab ouo
Vſque ad mala citaret, lo Bacche modò ſumma
Voce, modò hac reſonat quæ chordis quatuor ima.

l Ser. Sot. 4.

Cæna veterum ab ouis incœpta.

Antiquitùs etenim cænam ab ouis auſpicabantur, malis finiebant. Nos ab acetarijs ordimur, at ſaltem in eo cum illis conuenimus, quòd malis aut pyris eam finiamus. Erit venuſtius, ſi longius trahatur, ab ouo vſque ad mala: id eſt, toto colloquio, tota nauigatione,

aut toto opere. Qui rem altiùs repetunt, quàm oportet, notantur hoc versu Horatiano: *Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo*, Ἐξ ᾠοῦ ἐξήλθεν, *ex ouo prodidit*: aiunt dici solitum de magnoperè formosis, ac nitidis, quasi neges cõmuni hominum more natos, sed ex ouo more Castoris, & Pollucis. Si quidem est in poetarum fabulis, Lædam Tyndaris filiam ex Iouis concubitu duo peperisse oua, è quorum altero prodiere gemini Castor, & Pollux insigni forma iuuenes: ex altero nata est Helena, cuius species literis omnium est nobilitata: *Ouo prognatus eodem*: hoc fortassis simpliciter dictum ab Horatio. Quandoquidem ad fabulam quoq; respicit Ledæ, quæ grauida ex Ioue in Cycnum conuersum ouum peperit, vnde gemini prognati Castor, & Pollux, vt diximus. Hoc verò ouum *m* Pausanias refert ostendi apud Lacedæmonios suspensum tænijs à testitudine templi. Verùm si quis hoc dictum deflectat ad ijsdem natos parentibus, aut ab eodẽ eruditos præceptore, aut ita consimilibus ingenijs, vt eodẽ ouo nati videri possint, æque fuerit prouerbiale, veluti, si dicas, Vultus, ingeniũ, mores, facta, ac prorsus omnia sic huic cũ hoc cõueniunt, vt iures eodẽ prognatos ouo. Aristotele quidem ostẽdit iuxta naturã fieri posse, vt ex eodẽ ouo duo pulli nascãtur. Extant apud authores aliquot similitudinis adagia, quorum de numero est. *Non tam ouum ouo simile* de rebus indiscretæ similitudinis. Hinc dicebat *n* Tullius. *Vides ne vt in prouerbio sit ouorum inter se similitudo?* Tamen hoc accepimus Deli fuisse complures, qui Gallinas alere quæstus causa solerent: ouũ cũ inspexerant, qui id Gallina peperisset, discernere nouisse. Idem prouerbium refertur à F. Quintiliano. Vsurpatur & à Seneca in libello, quem in Claudium Imperatorẽ lusit. Ouorum verò inter se miram, ac prope indiscretam similitudinem sepænumero apud animũ meũ non sine stupore perpendi. Alium enim alij si compares, fallitur examen, hebescitq; intuentis obtutus: tanta prorsus parilitas est, tantaq; geminitudo. Ὠιὸν πολὺ λεύκουερον, id est; *ouo multò candidius*, Sappho dixit apud Athenæum.

Ex ouo prodidit.

Lædæ partus.

Ouo prognatus eodem.

m In Laconicis.

Pullos duos ex vno ouo posse generari.

Non tam ouum ouo simile.

n lib. 2. Ac.

Ouo candidus.

FABVLA.

LVCIANVS, & ex eo Cælius Rhodoginus, iuuenem quendam nomine Alectryonem vocatum, hoc est, Gallum, Marti adeo familiarem factum fuisse fabulantur, vt cum eo subinde commessaretur, foretq; amorum illius conscius. Sicubi ergo ad Venerem iaret Mars, adfuisse comitem Alectryonem. Quia verò suspectum præcipuè habebat Solem, ne rem conspicatus Vulcano renunciaret, proforibus excubare adolescentem iussisse, vt vbi comparuisset Sol, indicaret. Fortè autem euenisse, vt cùm sopitus excubias proderet adolescens, fieretque speculatio cæca, ac superueniente clam Sole, Mars Venusque complexi deprehenderentur, in vtramq; quòd dicitur, aurem Alectryonis fiducia decumbentes. Factum itaq; certiorem Vulcanum catenis prætenuibus vtrumq; mox illaqueasse, irretisseq; quas ad eum vsum diu antea erat commolitus: sed emissum deniq; è vinculis eiusmodi Martem, in Alectryonem prorsus factum cõmotiorem, nec prius iram deferbuisse, quam in eius nominis auem deformasset male fidum custodem, atq; ita vt crista videretur celsus, sicuti cum hominem ageret, galeam gestaret. Atq; hinc Gallos ex antiqui admissi memoriam, vt se Deo expurgent, illatiq; damni formula satisfaciant, morem perpetuo seruare diu antè vt præcinant, vbi mox oriturum præsenserint solem: vnde Ausonius.

Alectryonis fabula.

Martis, & Veneris adulterium.

Alectryon in Gallum.

Ter clara instantis Eoi
Signa canit seruus, deprenso Marte, satelles.

APOLOGI.

CANIS, & Gallus inita societate iter faciebant, vespere autem superueniente, Gallus conscensa arbore dormiebat, at canis ad radicem arboris excauatæ. Cùm Gallus, vt assolet, noctu cantasset, vulpes, vt audiuit, accurrit, & stans inferius, vt ad se descenderet rogabat, quod cuperet, commendabili adeò cantu animal cõplecti. Cùm autem is dixisset, vt ianitorẽ potiùs excitaret ad radicẽ dormientem, vt cùm ille aperuisset, descenderet. Et illa quærente, vt ipsum vocaret, canis statim prosiliens, eam dilacerauit. Fabula significat prudentes homines inimico insultantes ad fortiores astu mittere.

Canis, & Gallus.

Felis,

Felis, & Gallus. Felis, comprehenso Gallo, cum ratio nobili ipsum causa deuorare vellet: accusabat ipsum, dicendo molestum esse hominibus, quoniam nocte clamaret, neque somno frui permitteret. Eo verò respondente ad illorum vtilitatem id se facere, vt ad cõsueta opera excitarentur. Rursus felis causam afferebat, quod impius esset erga naturam, cũ matre, ac sororibus coeundo. Eo autem & hoc ad vtilitatem dominorum facere dicente, cùm multa hinc ipsius oua pariantur, felis prætatus, sed si tumultis abundas euidentius responsionibus, ego tamen ieiunus non præstabo, ipsum deuorauit. Affabulatio significat prauam naturam peccare volentem, si non verisimili cum prætextu facere id possit, apertè tamen malignari.

Gallus, & Perdix. Gallos quidam habens domi, emptam & Perdicem cum illis pasci dimisit, quid cum illam verberarent, ac expellerent, illa tristabatur valdè existimans vt alienigenã hæc se pari à Gallis. Cùm verò paulò post & illos videret pugnare, & seipsos cædere, mœrore, soluta, ait: sed ego posthac non tristabor. Apologus significat, prudentes facilè ferre ab alienis iniurias, cùm ipso videant nec à suis abstinere.

Galli duo pugnantes. Duobus Gallis pugnantibus de Gallinis fœminis, alter alterum in fugam vertit, ac victus in locum obscurum profectus delituit; sed qui vicit, in altum elevatus, stansque super alto pericte magna voce clamauit, & statim aduolans Aquila eum rapuit. At qui in tenebris delitescebat, ex illo intrepidè Gallinas conscendit. Fabula docet, dominum superbis opponi, dare autem humilibus gratiam.

Gallus verrens stercorariũ offendit gemmam, cuius cùm vsum ignorarer, se cum loquebatur, si hanc gemmam aurifex quispiam reperisset, nihil ei gratius accidere potuisset. Ego granum hordei pluris facio. Morale significat multos, dum de magnis iudicant, velut minima, & inutilia spernunt. Apologum eundem leges hoc tetrasticho comprehensum.

Dum rigido fodit ore fimum dum quaerit escam,
Dum stupet inuenta iaspide Gallus, ait:
Res vili pretiosa loco nitidique decoris
Hac in sorde manens, nil mihi messis habet.

Gallina, & Hirundo. Gallinas serpentis ouis inuentis diligenter calefacta excludit. Hirundo autẽ cum eã vidisset, ait ò demens, quid hæc nutris? Quæ cum excreuerint, à te prima iniuriã auspicabuntur. Significat apologus implacabilem esse prauitatem, licet afficiatur maximis beneficijs.

Gallina aurea oua pariens. Gallinam quis habens oua aurea parientem, ratus intra ipsam auri massam inesse, occisam alijs Gallinis similem reperit. Hic multum sperans inuenire diuitiarum, & exiguis illis priuatus est. Monet apologus, oportere contentũ esse præsentibus, & fingere inexplebilitatem. De hac fabula tale carmen Gabriæ exstat authoris Græci.

Εὗρε χρυσοῦν ὠὸν τὸν ἄρτι τικτόμενον.
Καὶ τῆς παγκάκου χρυσοφιλίας πλέον φρένα,
Ἔκτεινε ταύτην, χρυσὸν ὡς λαβὼν βίλτ.
Ἐλπὶς, διμοίζει δῶρον ὀλίγον τύχης. id est.
Ouum aureum Gallina semel peperit.
Quidamque auarus deceptus animo
Eam occidit, aurum accepturus.
Sed spes perdidit maius fortunae donum.

Mulier quædam Gallinam habebat singulis diebus ouum sibi parientẽ, rata verò si plus Gallinæ hordei proijceret, bis parituram die, hoc fecit. Sed Gallina pinguefacta ne semel quidem die parere potuit. Fabula innuit eos, qui ob auaritiam plurium sunt appetentes, & quæ adsunt amittere.

VSVS IN MEDICINA.

TANTAM equidẽ hoc Gallinaceũ genus ad medicinæ vsum hominibus vtilitatem præbet, vt nullus propemodum corporis cùm internus, tũ externus sit affectus, qui præterquam quod, teste Rase, (qui centũ annos medicinam fecit, omniaq; ex diuturna experientia nobis scripta prodidit) nullus cibus est, qui in ægritudine alat, & nõ oneret, excepto eo, qui ab his auibus petitur, hinc sua non hauriat remedia. Vnde nimium sapienter, etsi alio qui superstitiosè veteres Æsculapio suo Gallinas immolabant tanquam salubritatis indicium. Ferunt enim id sacrificij genus ideo institutum, quòd earum caro sit

Gallina cur Æsculapio immolata.

leuissimæ

leuissimæ digestionis, ac perinde languentibus commoda, tùm verò eò maximè, quoniam nulla ferè in ijs particula sit, (nec excrementa excipio) ex qua suam medicus non agnoscat vtilitatem. Quod iam astruere aggredior, à morbis inuersalibus exorsus. Plurima præterea remedia ab ouis accipiuntur, quæ, quòd de Gallinaceis tantum intelliguntur, nõ ab re imò necessariũ fuit hìc pertractare. *a* Hippocrates medicorũ oĩum corypheus febrientẽ ouorũ trium, aut quatuor candidum, id est, albumen bibere iubet in aquæ congio concussum, idq; valdè frigefacere, atq; ægrũ ad aluum exonerandũ conturbare pollicetur. Quod si verũ est vt certè credendum est, vtpote ab Hippocratico oraculo perfectũ, & à Brasauolo ante aliquot annos expertũ, qui reperisse se ait, qui ex sorbili ouo ter quaterue excernerẽt, frustra tã pretiosis remedijs medici nostri tẽporis vtentur. Quod si verò victũ conuenientẽ præscribere medicus velit, vnde quæso meliorẽ vtilioremq; hausturus? *b* Galenus in febri, quæ sine copem cõiunctam habet, oua (ouorũ vitellos) ante quartã diem exhibuit, & postea ẽt carnẽ. Sed hæc sit Gallinarũ castratarum, etsi Galenus, cæterique veteres earum non meminerit. Harum enim caro candidior melior, & friabilior est, & facilè, & citò coquitur, teneraq; est, ac grata palato. Sed hic minimè prætereire volo, nec debeo. Gelu illud præstantissimum cum expresso Gallinacei nullo fuco in Gallia vsitatissimum, vt audio pro febrientibus, & alijs ad vires restaurandas. Carnem pulli, & pedes vituli, aut veruecis discoques, donec caro incipiat dissolui, tum per colateis, & exprimes succum, cui adijcies bonam partem sacchari, ac apollinis cinamomi: purificabis cum albuminibus, & testis ouorum, colabis denuo, addesq; crocum, aut aliud quippiam pro colore, quẽ desideras, viride rubrũ, &c. Si acidum placuerit aceti aliquid, vel rob, id est detrutum aliquod eius saporis, vt de ribes, aut herberis addi post. Perpetuò omnibus hectica febre laborantibus, inquit *c* Trallianus, Gallorum testes commodi sunt, cùm abundè nutrire, & vires augere possint, vbi probè concocti fuerint. Quapropter id alimentum semper exhibendũ est, vbi vires non ad extremũ collapsę fuerint. In Epiala febri, in qua exteriora calent, frigent interiora, ijs cibis cõmode vteris, qui hæmitritęo phlegmaticę conueniunt. Gallus antiquus post longã cũ altero demicationẽ occidatur, coquaturq; cũ hordeo, passulis enucleatis, pulegio, hyssopo, thymo, & violis, temperaturq; cũ oxymelite acri. Propinato quãtũ vno haustu sorbere potest ęger. Vel pro eodẽ febri, cũ ajoà simplici pituita dependet præsertim in homine frigidæ naturæ, senescentem Gallum prædicto modo defatigatũ parato ad hunc modum. Chamomæli sequi manipulũ, ficuũ aridarum, passularũ enucleatarũ singulorũ manipulum, hordei ab vno cortice exuti pugillos tres; coquito sufficienter, & colato. Cum libra huius iuris misceto adipis Anatis recentis vncias tres, aceti albi è pulegio vnciã, salis parũ. Bulliant iterũ donec permistacãtur. Dato calidum quantũ vno haustu sorberi possit. Efficacissimũ est ad crassos humores, & lentos febrem generantes. Idẽ cum Capo, & pullo efficere possis, sed inefficaciùs. Eiusmodi sorbitio ex adipe Anatis dici potest Brudus Lusitanus in opere suo de victu febricantium hęc recensęt remedia, multaq; alia cum pullis, & Gallinis coquenda præcipit febribus diuersis salubria, vt cucurbitam, pruna, vuã acerbam, quæ breuitatis gratia hìc sponte præterimus. Sed postquam 4oin iuris Gallinacei, cuius tam frequens apud nostrates medicos vsus est, mentionem incidimus, in iuniorũ gratiam paulò altiùs, tutiùsq; de eo dicendum nobis videtur. Sciant itaque tyronum ingenia ius Galli iunioris, & Gallinæ, diuersa omnino, ac plenè contraria à iure Galli veteris vi pollere. Iunioris enim Galli, Gallinæue ius maximè si & ipsa iuuenis fuerit, vitiosos humores temperat quidem, at non educit, & in ardoribus stomachi, authore Dioscoride, etsi ea verba Ruellius vel neglexit, vel illegitima iudicauit (leguntur enim in antiquissimo codice, teste Marcello, & à Serapione etiam referuntur) simpliciter paratum datur: atque ita Plinius intelligendus est, dum Gallinaceorum decoctum acria mollire, id est, mordaces humores temperare dixit. Nam, vt diximus id Gallinarum, earumque iuniorum iuri magis conuenit, Gallinaceorum, nisi planè iuuenes fuerint, minus, & 5ominimè quidem veterum. Nam & Auerroes ait. *Ius Gallinæ iuuenis, & pinguis temperat complexiones, & est optima medicina leprosis.* Porrò, si § Galeno credimus, ius Galli veteris aluum ducit, Gallinarum astringit, & quod magis admirandum videtur, caro Gallinæ veteris. Ius verò Galli veteris ad multa in actu practico commendatur. Lauat enim, abstergit, aperit, flatus dissipat, prouocat, aluum soluit, atque melancholiam purgat, vt Serapio testatur, sed Antonius Musa Brasauolus, cùm id experiretur verum esse non reperisse se scribit. Lenit enim, inquit, & ea educit, quæ in ventriculo, & intestinis continentur. Senam etiam quandoque se miscuisse ait, atque ita atram bilem eduxisse: alias denique turbit pro pituita detrahenda, aliàs mirabolanos citrinos pro bilę flaua:

a lib. 3. de morb. *Ad febres.*

b lib. 12. Method. *Gallinarũ castraturũ carnis laus* *Gelu laudabilis.*

c l. 12. c. 5. *Ad epialã febrem.*

Sorbitio ex adipe Anatis.

Ius Galli iunioris & Gallinæ non laxat.

§ *Ad Pisonem, & de simpl.* *Ius Galli.*

d l.de simp. ca.23. flaua: quod penultimum authoritate d Mesues feciſſe videri poteſt, qui non turbit tantum pro educenda pituita, ſed cnicum Gallinaceo iuri miſcet, ac ob id arthriticis doloribus ex hac natis conferre ſcribit: melancoliam verò cum epithymo,& polypodio, & cum ijſdem, atq; thymo hyſſopo, anetho, & ſale gemmæ arthriticos iuuare. Serenus febribus chronicis prodeſſe dixit hoc verſu.

Febribus aut longis Galli nona iura vetusti
Subueniunt etiam tremulis medicantia membris.

e l.29.c.4. Iuris Gallinacei præparatio. Sed e Plinius, ex quo Serenus videtur vtuarus fuiſſe, præ cæteris iuris Gallinacei encomia ita egregiè proſequitur ſtatim vbi pennas, & cerebrũ aduerſus ſerpentium venena valere dixiſſet: *Ius quoque ex his potum*, inquit, *præclarè medetur & in multis alijs vſibus mirabile. Pantheræ, leonesq; non attingunt perunctos eo, præcipuè ſi allium fuerit incoctum: altum ſoluit, validius è veteri Gallinaceo. Prodeſt & contra longinquas febres, & torpentibus membris* (ſtupori, tremori, quoniam pituitam educit) *tremuliſque & articularijs morbis & capitis doloribus, epiphoris, inflationibus ſtridulis, incipienti teneſmo, tocnoni, renibus, veſicæ: contra eruditates, ſuſpiria. Itaque etiam faciendi eius extant præcepta. Efficacius enim cocti cum olere marino, aut cybio, aut cappari, aut apio, aut herba mercuriali, aut polypodio, aut anetho. Vtiliſſima autem in congijs tribus aquæ ad tres heminas cum ſupradictis herbis, & refrigeratum ſub dio dari tempeſtiuis antecedentes vomitione.* Hactenus Plinius. Quæ eius iuris parandi præcepta ex Dioſcoride tranſcripſiſſe videtur, vti etiam Auicennas, & Meſues, ſicuti doctiſſimus f Io. Coſtæus Laudenſis in hoc almo noſtro Archigymnaſio Bonon. medicinæ theoricæ profeſſor primarius, mihique amiciſſimus luculenter quoq; demonſtrat, licet interim vterq Gal. citet, quando tamen in Galeni, quæ extant monumentis, de hac re nihil legere liceat. g Dioſcorides verò eius Gallinaceum hunc in modũ præparat. *Abiectis*, inquit, *interaneis, ſalem conjci oportet, & conſuto ventre decoqui in viginti ſextarijs aquæ, donec ad tres heminas redigatur, totum id refrigeratum ſub dio dari. Aliqui incoquunt olus marinum, mercurialem entheum, aut filiculam.* At circa hanc præparationẽ, illud in primis ſcitu dignũ eſt, an integro Galli corpore, vt iã ex Dioſcoride diximus, an, vt alij volunt, decerptas in fruſta carnes præſtet vſurpare: tũ ẽt ſi integrum illud ſumendũ ſit qualenã ſal inijciendũ craſſumne, an tenue: an item ſtatim vbi repletũ eſt ſale, igni cõmitti debeat; an potius tantiſper deſiſtendum, vt in intimas carnes ſal penetret. Et rurſũ an ea aquæ menſura, quã præſcribit Dioſcorides opportuna ſit, an verò poriùs cotilæ viginti ſatisfaciant, vt iubet ſecundo loco Auicenna, vel non tam certo ſeruato pondere, vt ait Meſue: randẽq; quis coctioni præſcribẽdus ſit modus, an vt ad tres cotilas aqua abſumatur, quod illi præcipiunt, an vt ad tertias, quod Meſue, an quid aliud. Itaq; cum luculenter, & noctè admodum præfatus Io. Coſtæus ſuper eiuſmodi quæſtionibus diſputet, benevolũ lectorem ad doctiſſima eius in Meſuẽ cõmentaria remitto. Illud interim obnixè precabor, vt omnino ea legant: quia egregiè eiuſmodi controuerſias conciliat: Illud etiam obiter admonens, Marcellum Virgiliũ ad Dioſcoridis verba de iure ſuſpicari ſextariorum, & heminarum numeros, pro rei neceſſitate maiores, vtrumq; in eorum notis fortaſſis eſſe, Meſue ad eiuſmodi ius purgatorium præparandum Gallos eligit ruſſos potiſſimum, qui ad motum ſint alacres ad coitũ ardentes, ad dimicandũ fortes, inter obeſos, & macilantes medios, & quò veteſtiores, eò magis eſſe medicamentoſos aſſerit. Quantum autem ad ſoluendam aluum ex hoc iure exhibendum, ſit, ex proprio periculo ita docet Antonius Muſa Braſauolus: Veteris Galli iure vſi ſunt frequenter priſci pro medicamento aluum molliente, & ad ichores educendos. Aluum mirè proritat, ſi ſatis copioſè ſumatur, hoc eſt ad tres, vel quattuor cõmunes pateras (nam vna patera nihil efficit, alibi etiam à libra vna ad duas bibi iubet) in qua copia potum etiam Capi iuuentrem emollit. Gallinacei verò pulli ius, etiamſi, multò copioſius hauriatur, nihil omninò educet. Sed tempeſtiuum eſt, vt reliqua, quæ medico præſtat hoc Gallinaceum genus, remedia proſequamur. Raſis cerebrum Gallinarum aduerſus cerebri tremorem commendauit. Idem ingenium, memoriamque iuuat adeo, vt nonnullos, qui iam delirare cœperant, reſipiſcere fecerit. Epilepſiam ex venenati animalis morſu contingere præclariſſimi quiq; medicorum vnanimiter tradunt. In quo caſu quamcũq; auem, ſed Gallinam maximè, pullum, aut Pipionem, Columbamue per dorſum ſcindes, & loco morſus calidã impones. Nam ſua caliditate venenũ ad ſe trahit, vel ſic Gallus Gallinaue deplumetur circa anũ, & imponatur anus loco morſus, & attrahet ad ſe, ægerque ſanabitur. b Sextus Philoſophus Platonicus epilepticis eiuſmodi quoq; remedium præſcribit: *Galli*, inquit, *teſticulos contritos cum aqua tepuo dabis potandos: abſtineant autem à vino diebus decem: debent autem teſticuli ſicci ſeruari, & cum fuerint neceſſarij continuò ſumantur.*

Qui Galli ad iuris præparationem præferendi.

Ad tremorem.

Ad epilepſiam.

b Cap.8.

De ciſ-

De eisdem testiculis, quòd nempe comitialibus, & caducis remedio sint, i Plinius sic refert: *Quidam bibendos censet testes Gallinacei ex aqua, & lacte antecedente quinque dierum abstinentia vini obidinueteratos.* Dissentiunt nimirum parum Sextus, & Plinius, quòd ille ex aqua tantùm potandos testiculos velit, & decem dierum à vino abstinẽtiam laudet, hic cũ aqua & lacte exhibeat bibendos, & quinq; dierum abstinentiæ vini meminit. Serapio etiam pro epilepticis medicamentum probatè testibus Galli Gallinacei confectũ: Cœlius Aurelianus vt videtur, improbat. Ornithologus in manuscripto quodam Germanico libro remedium tale ad epilepsiam inuenisse asserit. Fel Gallinacei æger cum aqua mixtum bibat, & diebus decem abstemius esto. Amatus Lusitanus catulum, vel Columbum viuum dissectum per spinam supra caput mulieres melancolicæ, vel desipientis imponi consulit. Similiter Ornithologus quosdã Gallinã nigrã dissectã in eodem casu audisse se refert admouere. Quod si vel capitis, vel alterius cuiusq; membri dolorem sedare velis, noli ab oui Gallinacei albumine recedere. Plinius Gallinaceũ capitis doloris remedio esse ait, si inclusus abineat die ac nocte pari inedia eius, qui doleat, caulsis collo plumis circumligatisq; vel cristis. Idem sed paulò aliter Marcellus attestatur. Albumẽ enim, teste principe Auicenna, dolores, etsi acres magis, quum vlla alia res eiusdem ẽt facultatis compescit, quoniã suo glutine dolentibus partibus adhæret, nec facilè recedit, vt lac. Et Kiranides omnes dolores ouũ crudum sanare dixit: vnde etiam ouo (albumine potissimum) tanquã fine morsu exiccante ad anacollemata, quæ fronti imponũtur, vtimur. Maximoperè sanè semper studẽt medici, vt moderato somno vtantur ægri: id quoq; oui albumen frõti cum linteolo applicatum luculenter præstat. Pedes ẽt Gallinaceos comestos vulgus somnum conciliare existimat. Sunt qui Gallinę pennam intinctam in aceto ad somni profunditatem conferre tradant: quod si verũ est in immoderatis vigilijs, quibus in ardentibus febribus ægri frequenter contorquentur, eiusmodi vilissimi pretij remedium laudatissimumque erit. Destillationibus, & heumatismis, ouũ acrochliaron, id est, leuiter calefactum sorptumq; remedio esse Dioscorides scripsit, tanquã de albumine priuatim atq; ita Auicẽna debet intelligi, vbi oua coryzę cõferre prodidit. Albumen enim fronti applicatum fluxiones à capite descendere prohibet. Est enim insigni astringendi facultate præditum adeo, vt Plinius dicat: *Candidum ex ouis admixtum calci viuæ glutinat vitri fragmenta*: vis verò tanta est (oui candido nempe, vt Hermolaus exponit) vt lignũ perfusum ouo nõ ardeat, ac ne vestis quidem contacta aduratur. Vnde non mirũ est, si Galenus, Auicenna, & Serapio oui albumẽ medicamentis sanguinis profluuiũ ex cerebri inuolueris, supprimentibus, quæ citra morsum obstruere, & astringere possunt, vtiliter misceant. Laudat & Auicẽna contra sanguinis fluxũ eiusdemq; mictum si sorbeatur, ouũ crudũ: quod ob albuminis vim astringentẽ infarcientẽq; solam dixisse videri posset, nisi Pliniũ authorẽ haberemus, cruenta excreãtibus luteũ oui prodesse. Gallinarũ item cerebrũ comestũ cõferre ijs, qui ex percussione fluxum sanguinis nariũ patiuntur, legimus, sed diuersimodè: *Cerebellum Gallinarum*, inquit Marcellus, *naribus sanguine fluentibus prodest*. Dioscorides, & Plinius sic. *Cerebellum Gallinarum sanguinem à cerebri membrana profluentem sistit*. Auicẽna per nares à cerebri velaminibus, Rasis contra fluxus sãguinis à cerebro. Idẽ ẽt præstare sanguinẽ Gallinæ nonnulli voluerunt, & apud Serenũ habemus.

Aut Galli cerebro, vel sanguine tinge Columba
Quod nisi supprimitur sanguinis potandas, & ipse est.

Sed *k* Galen. eiusmodi facultatem non agnouit, quando disertissimis verbis eos reprehendit, qui id asserant, inquiens. *Sunt qui scribant sanguinem Galli, & Gallinæ ad meningum, id est, membranarum cerebri sanguinis profluuium prodesse. Quem ego cum nihil egregium præstiturum sperarem experimentum de eo sumere nolui, ne vel curiosus, vel stolidus esse iudicarer, si multis probatisq; remedijs ad hunc vsum neglectis, maiorem è sanguine titarum alitum non compertam hactenus vtilitatem expectarem præsertim cùm sanguinis ab hac parte profluuiũ valdè periculosum sit. Est enim omnino experientia huiusmodi periculosa, & à solis regibus circa facinorosos homines vsurpanda.* Alibi verò idẽ *l* Galen. ex Asclepiade, ad sanguinis narium eruptionẽ tale medicamẽtũ præscribit. Putaminis oui partem vnam, gallæ omphacitidis partem vnam, trita linamento torto aqua, aut aceto madefacto excipito, & indito: frontem verò, aut nasũ gypso aut luto figulino integito: aures autem obturare iubeto. Sunt qui ad hoc remedium putamine vsto vti malint. *m* Alibi rursus ad eandẽ profusionem hoc medicamentum recenset: Oui putamen integrum comburito, & liquorem ex eo extractũ cum fissili arsenico permisceto, in nareq; patientis immittito: si arsenicũ præsto non fuerit, solus oui liquor sufficiet. *Putaminis cinis*, inquit Plinius, *in vino potus sanguinis eruptiones medetur*; quod Kiranides etiam repetijt: alij tamen etiam non vsto vtuntur. Rursus Plinius, si bene memini, ad sanguinem fluentem

i l. 30. c. 3.

Ad melancoliam.

Ad dolores.

Ad somnũ cõciliãdũ.

Albuminis vis.

Ad sanguinis fluxum

k lib. 10. de simplicib:

l De comp. med. sec. lo.

m Euporist. 77.

è naribus, aliqui, ait, thuris farinã cum calici oui cinere, & vermiculato gummi ex oui cãdido lineamento in mares conijciunt. Ornithologus ex libro Germanico manuscripto ad sanguinem sistendum tale medicamentum recenset: Cortices ouorum in aceto acri, donec molliantur, macceratos in sole siccabis, cõteres, & insperges, vbicunq; sanguis fluit, vel puluerem ex ouorum corticibus cum fuligine pistoria mixtum insperge, & mox sistetur. Si verò sanguis immodicè ex inflicto vulnere fluat, fimi caballini cum putaminibus ouorũ cremati cinis impositus mirè sistit, teste Plinio, & Sereno, dum ait.

Ad sanguinis fluxum.

Si verò infrenus manat de vulnere sanguis
Fimus equi rectè cum testis vritur oui.

Sunt qui fimi Gallinæ parte alba dũtaxat intus sumpta sanguinẽ concretum reijci tradant. Raucedini vocis à causa calida acrochilaron ouũ prodesse asserit Auicẽna, quod ex Dioscoridis libris transcripsisse videri potest, qui tale ouum ad gutturis scabritiem cõmẽdat. Plinius verò luteũ duntaxat inquiens fauciũ scabritiẽ illinitur luteũ oui. Celsus albumen, Galen. Dioscoridi subscribit: Oua sorbilia, ait, in quibus liquidum, id est, albumen, coactũ adhuc, densatumq; non est, ad leniendas gutturis asperitates idonea sunt: & *m* alibi in inflãmationũ arterię principijs leniſſima remedia sũt oua sorbilia. Et rursũ: Ouũ sorbile inquit, miscetur, ijs, quæ cõcẽtos in thorace, & pulmone humores inscidũt, & vlurpatur in illis, quorum guttur exasperatum est clamores, vel acrimonia humoris. Tenacitate enim sua partibus affectis adhęret, & immoratur instar cataplasmatis, & pariter substãtię suę lenitate omnis morsus experti easdẽ mitigat, curatq; qua retione asperitates ẽt circa stomachũ, ventrẽ, intestina, & vesicã oborta, curat. Elluchasem oua sorbilia vocem clarificare dixit, & Marcellus, si raucus, inquit, oua incocta recẽtia per triduũ ieiunus hauserit, statim remediabitur: quod pariter in nothis Galeno attribuit reperitur. Sed fortè Marcell. incocta oua ad exasperatam vocẽ commẽdat, vt iam subito à partu, dum adhuc naturali calore intus, ac extra calent, sorbeãtur § Hippocr. ei, cui pulmonis arteria exulcerata est Galli carnem assam conferre scripsit: & Auicẽnę caro Gallinę vocis claritatẽ efficit. Ad occultas anginas Nicolaus Myrepsus Galli stercus albũ, & cerussam colore referẽs exiccatum reservari iubet, & vsu postulante cũ aqua, aut mellicrato subigi, coclearq; propinari, & desperatos sanare pollicetur: quòd si verò ægri nequeant bibere, præcipit vt cum melle subactũ intimis partibus illinatur. Plinius thoracis destillationibus illiniri oui luteũ testatur. Ius Galli veteris asthmati prodest, & defectum cordis patientibus. Et Auicẽna ouum acrochilaron ad dypsnæã laudat. Edulium in asthmate, & alijs pectoris affectionibus, cum ægri admodum infirmi sunt, tale præscribit *o* Arnoldus: pullum, vel Gallinam iuuenẽ pinguẽ cum hordeo puro discoquito, donec liquefiat. Tum tere pullum cum pulpa, & ossibus, & parum ptisanę infunde, exprime, cola Præstabit quidem pullo, dum teritur, aquam rosaceam affundere, & diligẽter miscere. Idẽ *p* alibi albũ ferculsi, inquit, de pullis Gallinarũ frequẽter sumi poterit, modò ne fiat de pulpis effilaris (sic loquitur) sed ex transuerso subtiliter insciſis, & postea contritis, ac ligatis cum lacte amygdalarum, paucoue amylo, vel polline bryzæ. Pleuritidi, teste Auicena ouũ acrochilaron confert, & id Laurentius Ioubertus Medicus præstantissimus statim à Gallina depositum, & exhibitum magis conuenire ait, quàm igne calens: sanguinem verò iam spuentibus ægris, idem ouum, vt Dioscorides, & Auicenna asseuerãt, leniter calefactũ, vel materno tepore calens proderit, sed id valentius fortè præstabit, si quid amylia adijciatur. Plinius enim alibi amylon cũ ouo his dari refert, qui sanguinem reiecerint: Si autem exasperata pectoris loca, vnde sanguinem plerunq; excreamus, læuigare duntaxat velimus sola id oua meo iudicio præstare poterũt: quare alibi dicebat & stricturæ anhelitus, & sputo sanguinis, præsertim cum sorbetur vitellus eorum tepidus. Et Constantinus, ac Aesculapius vitellus ouorum quinq; crudos cum vini cyathis tribus hæmoptoicis prodesse tradunt. Denique Marcellus vitellos totidem cum vini veteris aut mulsi cyathis tribus permixtos, & calidè per triduum potos excreationes cruentas emendare dixit. Sunt qui ẽt ad sanguinis è pectore reiectionem ouorum cinerem testante Sereno prodesse putẽt. Si verò malum iam inueteratum est, ac simul cum sanguine pus expuatur: valẽtioribus remedijs opus fuerit, quæ tamen & ipsa ab his auibus peti possunt. Marcellus in tali casu ad sanguis scilicet, atq; puris excreationẽ ouũ crudũ cum pari mensura succi de porro sectiuo expressi, tãtundemq; optimi (Græci, Plinius) mellis permixtũ calefactũ ægros ieiunos bibere iubet, *q* Hippocr. Galli carnes ad pectus, & dorsũ dirupta commẽdat, sed cũ hac cautela, vt probè cũ iusculo præparẽtur, & æger iusculũ absorbeat, & sorbitionibus priusquã cibo vtatur. Castor referente Plin. vomicas rũpere, purgare, persanare promit-

Ad raucedinem.

m De alim. bon. & mal. succ.

n lib. 7. de cõpos. med. loc. Loc.

§ De affect. inter. Ad occultas Anginas.

Ad asthma o li. de aqu.

p li. de san. conſ.

Ad pleuritidem.

Ad sanguinis sputum.

Ad puris sputum. q lib. de inter. affec.

Ad vomicas.

promittens, marrubij succum in ouum inane conijcit, ipsumq; ouum infundit melle æquis portionibus tepefactam. Idem remedium Serenus repetit, inquiens:

Ouum defundes in fictile, deinde putamen
Marrubij succo implebis, post melle liquenti
Omnia consociata tepenti prospera potu
Sumantur, reseruantq; malum, purgantque, leuantque.

Sed clariùs idem medicamentum à Marcello traditur his verbis: *Ouum incoctum, hoc est, crudum calicem effunditur, & testa eius succo marrubij impletur, & in ipsum* (eundem scilicet, in quem ouum depletum est) *calicem defunditur, & mellis optimi despumati tantundem.* Omnia hæc in se permiscentur, ac tepefacta hauriuntur, miro modo vomicas rumpunt, & ad sanitatē laborantem stomachum perducuntur. Verùm huiusmodi remedium ad hanc historiam minimè pertinet: siquidem oui testa præter mensuram nullum alium hìc vsum præstat. Gallinaceum adipem intra corpus empyicis tantùm dari legimus apud eundem Marcellum Empiricum: cuius hæc sunt verba: *Anethi sicci veteres puluerem, & resinæ pityinæ puluerem cum adipe veteri Anserino, aut Gallinaceo edendum mane ieiunio empyco cochlearia tria, & vespere tantundem dabis, mirè subuenies.* Ad phthisim iam ægro vergenti sorbilia oua Auicennæ laudantur maximè. Marcellus ad phthisicos *oua cruda*, inquit, *duo in calicem verguntur, eò adijciuntur olei optimi gari flori, passi Cretici singulorum vnciæ quinque: cùmq; hæc in calicem conieceris axungiæ vetustissimæ tantundem in vase igne dissolues, eundemq; liquorum calidum cæteris rebus adijcies: omniaq; pariter super aquam feruentem remittes, & calida phthisicis bibenda præbis.* Pro hecticis albos pullos Marsilius præfert, tanquam minus calidos: sed Gilbertus Anglicus vulgò experimento cognitum esse dicit albos pullos in ventriculo non facilè coqui. Cum verò in iam dictis pectoris affectibus ægri tussiant, itaq; videndum nunquid & tussis hinc sua remedia promere queat. Auicenna in primis ouum sorbile tussi prodesse scribit, sed Plinius solo luteo liquido deuorato, ita vt dentibus non attingatur, eam vim attribuit. Idem etiam alibi tussientibus oua cruda cum passo, oleique pari modo dari asserit. Datur item ouo mel permixtum, aut oua trita cum melle, vt Plinij verbis vtar, vnde & Serenus ait:

Ad phthisim.

Ad hecticos.

Ad tussim.

Ouum melle teres domitum feruentibus vndis,
Et sumes.

Sed si ita non cedat tussis, in ouum sorbiles ex Marcelli præcepto mastichæ puluerē immittes: at opus esse ait, vt mox coagitatum statim sorbeas, ne delationes fiat crusta, quo exhausto tussim facilè sedandā iri pollicetur, modò id sæpè reiteraueris. Alibi etiam omnē tussim, etsi grauem maiorum natu intra quinq; dies paruulorū intra triduum sanare dixit, qui sulphuris triti quantū tribus digitis prehendere potest, in ouo sumi cocto sorbili per triduum ieiuno, aut per quinq; dies dederit. Plinius verò medicos, refert, propter tussim resina in ouo ferè in larice vti. Marcellus ad humidā tussim, ventriculi Gallinacei membranā, quas sordes aqualiculi continentur, arefactā, diligenterq; tritam, & cum vino potui datā plurimū conferre, quinimo sanare promittit. Si syncope ab humoribus tenuioribus dependeat, vitelli ouorum dandi erunt, iubente Galeno, quòd, cū facillimè coquantur subitò, & multùm, & probè nutriant. Sunt qui Gallinæ plumā intinctam in aceto, & naribus inditam, ac illitam statim syncopem curare referant. Qui præcordiorum ardore vexantur, etsi febriant, & lumbricis infestentur, hoc remedio teste Marcello sanabuntur: *Ouum crudum*, inquit, *summiter apertum, idq; implebis oleo viridi, & defundens, & totio virginis pueri implebis, & defundes: tum adijcies parum mellis, & in vnum cum oui ipsius interioribus permiscebis, & potandū ieiuno dabis, hoc stercus vetustissimum, & lumbricos noxios pellis, & febrem acutissimā releuat.* Stomachicis Dioscorides tradit subditam ventriculo Galli membranam cornu non absimilem, cuius pellis in decoctionibus detrahi solet, siccari, terique & in vino vtilissimè dari in potu scripsit: Sed r Galenus id esse penitus falsum experimento comprobasse se ait. Vnde subit admirari, inquit Syluius, nimium Galeno addictus in ea hæresi falsa medicos omnes etiā hodie permanere. Putant, opinor, eam vim illi esse, quòd ea similis sit tunicæ internæ ventriculi nostri, sed vi tanta coquendi prædita, vt lapillos conficiat. Sed æquius fuerit eam tunicam ex Struthiocamelo sumere, quippe cui mira sit natura coquendi, quæ sine delectu deuorarit, vt refert s Plinius, vt ferrum, & ossa veruecum integra. Vnde & pelles eorum cum plumis mollioribus concinnatas stomachicis applicant. Et rursus: An non videt, inquit, harum pellicularum temperamentum vitiari siccatione, & vim illam coquendi viuis inesse, non superesse mortuis: nec fortasse pellibus illis insitam, sed potius à carne multa crassa densaque pelliculam hanc ambiente? Verùm, quòd pace cum Galeni, tum

Ad syncopem.

Ad præcordiorum ardores.

Ad stomachicos.

r lib. 11. de simpl.

s li. 10. c. 1

sequentis Syluij dixerim, recētior medicina ad hos vsus mirè hanc membranam celebrat. Antonius Guainerius præparatam miscet medicamento ad confortandū ventriculū: item Leonellus medicamēto ad ciusdē dolorem. Præparatur verò, vt Syluius ex Bartholomæo annotat, hoc modo: lixiuio calido hora vna maceratur, ter lauatur, deinde vino ter maceratur, & ter lauatur: iterū lixiuio, post vino, & siccatur clibano, ex quo panis extractus est. Porrò Plinius dissolutum stomachū pullos ouorum cū gallę dimidio conformare ait, ita vt ne ante duas horas cibos sumatur. Sed stomachum in primis roborant, & vires restaurant ouа semicocta, vt alibi legimus inter notha Galeno adscripta, vbi pariter ouū crudū sitim prohibere dicitur. Marcellus verò sitire ægrum desinere tradit, si forbeat oui vitellū semicoctum, oleoq; permixtū. Ad vomitum nimium reprimendū sulphuris viui pusillum, & rasamenti cornu cerui tantumdē in ouo forbili tritum, & permixtū bili vtile est, authore Marcello, qui hoc etiā sæpè expertum esse asseuerat, non vomiturum amplius, qui in ouo forbili cimicē vnum contritum ieiunus ignorans biberit. Ouorum vitelli cum vino, & oleo cocti, adiecta polenta mane sumpti medentur his, si Constantino credimus, qui cibos non continet. Quod si autē vomitum promouere medicus velit, stercus Gallinaceū certò vomitum educit: vnde etiam contra venena propinatur: quod Guainerius quoq; testatur, sed misceri iubet cum lini vrticæue semine cum aqua decocto, aut aqua, & butyro: & Villanouanus stercoris Gallinacei pulli drachmas duas dissolutas in multa aqua calida, & potas vomitū proritare memorat. Dolores stomachi lenti oui vitellus tostus, & in farina comminutus, & cū polenta potus: author est Archigenes apud [t] Galenū. Inter neotericos medicos nunquā satis laudandus [u] Guilhelmus Rondoletius cinerem intestinorū Gallinæ ad dolorē, & humectationē ventriculi dari scribit. Amatus Lusitanus pro muliere quadragenaria, quę maximo dolore ab ore stomachi ad imū pectinē cruciabatur, febricitabat, vomebat, nec quicquam aluo reddebat, post cætera remedia ius Galli præscripsit hoc modo. Gallum veterem quatuor ad minimū annorū defatigatū interfice, & exēterato immite salis gemmæ drachmas tres, seminis cnici, polypodij de quercu recentis, & contusi āna vnciā vnam, seminis Dauci, anethi, ameos ana semunciam, turbith drachmas tres, misce & in libris duodecim aquæ fiat decoctio ad media. Huius decoctionis, inquit, vncias sex ieiuna bibebat, & ex eadem interdum clyster parabatur, quibus aluus secessit, ac dolor, ex toto leuatus est. Trallianus etiā caua iecoris Galli veteris iure purgat. Dolore hepatis propter flatus contracto, per diem sanat ægrum, & si vehementer affectum oleum ouorū. In icteris sulphur cū ouo sumptum exputgat, vt legitur in libello de cura icteri, qui Galeno tribuitur. Gallina si sit luteis pedibus prius aqua purificatis, diuin collutis vino quòd bibatur, morbo regio, teste Plinio resistit. At in eodē libello Galeno ascripto Galli à cibo icteri corum, nisi moderatè carnosi fuerint, excipiuntur. Ornithologus tamē pelliculā interiorē ventriculi Gallinę nigræ quosdā asserit vulgò aduersus eundē morbum bis, aut ter edendā suadere. Ad hydropem, si hepatis causa ortū habeat; [x] Hippocrates Galli carnem hoc modo præscribit: *Quū autē decem dies præterierint cibos accipiat panios, & obsonium habeat Galli carnem assatam calidam.* Cœliacis ouа decoquuntur in aceto, donec durescant, & vitelli eorum tosti cum pipere esui dantur, quod remediū Marcellus plurimū probat. Serenus eosdem recreati putat panem, inquiens.

Quem madido farre effictes, ac mollibus ouis.
Quorum testa fero prius emollies aceto.

Sed Marcellus, & Serenus fortè id remedij ex Plinio transcripserit, qui sic habet. *Ouа in aceto macerata, vt emolliatur putamen, cum farina tu pane subigunt, quibus caliaci recreantur.* Quidam ita resoluta in patinis torrei vilius putant. Aliàs verò Marcellus membranam, quæ est in ventriculo Gallinæ siccatam, tritam, & cum vino austero potui ieiuno datam cæliaco mederi testatur, ita vt ipsa Gallinas prius biduo abstineat cibo, & qui potionē acceperus est, ante diem frugi sit, & nō cænet. Sed & hoc remedium Plinius habet. *Membrana Gallinarum*, inquit, *tosta & data in oleo, ac sole caliacorum dolores mulcet. Abstinere autem frugibus ante, & Gallinam, & hominem oportet.* Et Constantinus: *Pellis* interior inquit, *de ventriculo Galli, & cum vino pota ventrem adstringit.* Sed Dioscorides totam eam vim ventriculo tribuere videtur, dum ait: *Gallorum ventriculus* (Marcellus Virgilius interpres addit in senectute, quoniam proximè de veterum Gallinaceorum iure dixerat author) inueteratus, & in vmbra siccatus pondere trium vnciat. (ὁσον) sic habet codex noster impressus, corrupta, vt apparet, pondēris nota, drachmæ fortassis, qua designātur alibi in Dioscoride instar maiusculi lambda iacentis, hoc modo Λ) *sumptus præsenti remedio est contra nimias purgationes, quas à deijcientibus aliunde medicamentis fiunt. Quamprimum enim purgationes eas sistit, In quem vsum terendus est, &*

cum

Membrana ventriculi Gallinacei præparatio.
Ad sitim.
Ad vomitum sistendum.
Ad vomitum promouēdum.
Ad dolores stomachi.
t De comp. med. se. lo. & Eup. 1. 97.
u li. de pēd. c. 18.
Ad dolorē hepatis.
Ad icterū.
Ad hydropem.
x li. de intern. affect.
Ad caliacos.

cum aqua bibendus. Ventris fluxiones etiam exiccat ouum, si aceto coctum comedatur; authores sunt Galenus, & Simeon Sethis. Constantinus albumen vel etiã totum ouum combustum, & cum vino, vel aceto potum, vel impositum, omnes fluxiones sistere memorat. Serenus eandem facultatem torrefacto assignat hoc versu.

Torrtaus ex vino cortex potabitur oui.

Hippocrates alibi carnibus Gallinaceis assatis citra condimẽta in alui fluxu vtendũ præcipit. Ius Gallinaceorũ, referente Auicenna, coquitur aliquãdo cum remedijs astringentibus ad dysenteriam, & cum lacte ad vlcera vesicæ. Aetius oua lacti commixta dysentericis prodesse monet. Talia autẽ oua oogala nuncupant. Dysentericorum, qui ardorem sentiũt, clysteribus oua cruda adduntur eodẽ tradente, cum modico, ac largo rosaceo conquassata. Plinius quinq; ouorũ lutea in vini hemina cruda sorberi dysentericis ait cum iure putaminis sui, & papaueris succo, & vino. Alibi etiam fieri dysentericis remediũ prodit singulare ouo effuso in fictili nouo, eiusdemq; oui mensura, vt paria sint omnia, melle, mox aceto, confusis, crebroq; permixtis. Quò fuerint ea præstantiora, hoc præsentius remediũ erit. Alij eadem mensura pro oleo, & aceto resinam adijciunt rubentem, vinumq; & alio modo temperant, olei tantum mensura pari, pineiq; corticis duabus sexagesimis denariorũ, vnà eius quod rhus dicimus, mellis odolis quinque simul decoctis, ita vt cibus alius post quatuor horas sumatur. Hæc ille. Celsus oua dura aluum astringere scribit, magis verò si assa sunt: ita Galenus (legitur autem in nothis ei ascriptis) oua assata in cinere sine fumo, mederi ait solutioni ventis, & dysenteriæ, cũ sumuntur cũ quibusdam astringentibus, & aqua agrestã: item, vt Auicenna addidit, asperitati (vlcerationi) intestinorũ, & vesicæ; quod Galenus scribit de ouis in aceto coctis, vt paulò antè diximus, maximè verò ita ægros iuueris, quod si etiam admiscueris aliquid eorũ, quæ dysentericis, & cœliacis prosunt, deinde super igni mediocri, & minimè fumoso, qualis carbonũ est, frixeris, & exhibueris ægris. Conuenienter autem addetur huic remedio omphacium, & rhus, tum ruber dictus, qui obsonijs aspergitur, tũ succus ipsius, & galla, & fidia, & cinis cochlearum, quæ integræ tostę fuerint: necnon vinacea, & fructus myrti, mespili, corni. His medicatoria sunt balaustia, cytini, & hypocisthis. Nicolaus Myrepsicus dysentericam quandam potionem laudatam describit, in qua membrana ventriculi Gallinacei cum cæteris miscetur. Marcellus verò veitem, id est, tunicam oui delicatã interiorem siccatam conterit, vino miscet, & colat, & ex aqua dysenterico bibendam exhibet. Et Plinius esse ait, qui dysentericos pullos dent in ipso ouo decoctos, admixta vini austeri hemina, & pari modo olei polentaq;, sed nescio nũ pro remedio, an pro cibo: qui certè ab hoc auium genere, si ab vllo alio, maximè in hoc affectu petitur. Alibi etiam ius è Gallinaceo dysentericis mederi asserit, sed veteris Gallinacei vehementiùs. Verùm vt iunioris Galli ius in hoc affectu conferre facilè dixerim, vtpotè quod astringere ex Galeno dixi, ita an veteris Gallinacei ius dysentericos iuuet, maximè addubito, & verbum vehementiùs ita interpretari velim, quasi hoc ius vehementius, magisq; medicamentosum sit, quàm vt dysentericos iuuet: non autem quasi vehementius, aut efficacius illi medeatur. Itaq; Galli iunioris ius dysentericis vtile dixerim, veteris inutile, falsum, insuper noxium. Quare si torminosi, vel cœliaci propter frequentes defutrectiones viribus deficiant, Marcellus prudenter eis Galliuæ pinguis in butyro excoctæ ius exhibendum esse admonet. Laudatur item inter cibos dysentericorum ab Aetio edulium quoddam spongiosum ex ouis confectũ, quod suo loco describetur. Si iam grauis dysenteria fuerit, intestinaq; vlcera, & putrefactionẽ senserint, Auicenna clysterẽ ex oui albumine cũ meliloto injici iubet. At dolorẽ ventris ab oui testa tale medicamen ponit Serenus:

Præterea nouet sterilis testa vritur oui
Quæ postquam in tetram fuerit conuersa farinam,
Et validis potatur aquis, & pota medetur.

Olleo resistis Gallinaceorum iecur assatam cum ventriculi membrana, quæ abijci solet, inuetetata, admixto papaueris succo. Alij recentem torrent ex vino bibendam. Secus Aretæus Iulio Paulo Crasso Patauino interprete, videtur sentire, qui in iliaco affectu alimẽta aluum ducentia exhiberi iubet, & reuera, meo iudicio rectè: at quod iuscula Gallinarum ille præscribit, ego minus ob iam dictas causas probauerim. Vlcera renum, & vesicæ mirificè tollere tradunt oua ex aceto decocta. Alex. Trallianus oua cruda in inflammatione renum sorberi contulit: & Plinius in eorundem rosionibus prodesse oui luteum prodidit. Idem Dioscorides de ouo sorbili. Fimum Gallinaceum album, & frictum aduersus colicam in potu confidenter exhibet Actius. Clisteris ad omnẽ colicam apud Ornithologum

descriptio

y lib. 3. de dis.

Ad dysenteriam.

Oua oogala.

Ius Galli veteris an Dysentericos iuuet.

Ad dolorẽ ventris.

Ad ileum.

Ad vlcera renum, & vesicæ.

Ad colicã.

deſcriptio ex Ioanne Goueroto Gallinarum regis medico talis legitur. Gallus, quem vetuſtiſſimum inueneris, virgis verberatus decolletur, & in ſitulam aquæ injiciantur, deplumari exenteratiq; ventri immittantur hæc medicamenta; niſi, fæniculi, cumini, polypodij, ſeminis cnicis, ſingulorũ ſemũcia, turpeti, ſenæ, agarici in ſubtili linteo ligati de ſingulis drachmæ binæ. Florũ chamæmeli manipulus. Decoquantur vſq; ad oſſium ſeparationem. Huius decocti libera cum oleis de anetho, & de chamæmelo (duabus, vel tribus vncijs vtriuſq;) & duobus oui vitellis miſceatur, fiatq; clyſter, qui tepidus ventriculo vacuo exhibeatur. Ius Galli veteris cum polipodio, & anetho in colico affectu, teſte Auicenna, ſaluberrimum eſt. Fimus itẽ Gallinaceus aduerſus eiſdem affectus cruciatus ex aceto, aut vino iuxta Dioſcoridem, cum aqua calida, & molle iuxta Raſem bibitur. Medicus quidam Myſus, vt ſcribit Galenus hunc fimũ potandũ exhibebat ijs, qui diutius coli dolore fuiſſent vexati ex oximellite, vel ſi id non aderat, ex aceto, aut vino aqua diluto. Et rurſus alibi ex Aſclepiade. Gallinarũ interanea omnia, inquit, excepta, & in vas fictile coniecta aſſato, ac trita reponito; vſus verò tempore cochlearium vnum, & dimidium, & ſeminis dauci Cretici tuſi, & cribrati tantundẽ ex aquæ mulſæ calidæ cyathis tribus exhibeto. Ornithologus in libro quodã manuſcripto Germanico albã tantum huius fimi partem aduerſum eundẽ dolorem ſalubriter bibi legiſſe ſeſe ait; ex vini cochleario. Gallinæ tibiæ cum pedibus coctæ, & cum ſale, oleo, acetoq; comeſtæ coli ſanant dolorem; ex Conſtantino, & Aeſculapio; at quidam pro coli hìc colli legunt; ego coli legendum arbitror. Marcellus enim Epiricus ſimile habet medicamentum pro eodem dolore. *Gallinam*, inquit, *per totum diem à cibo abſtinet: eadem poſtero die, cùm eam occideris, crura eius cum ſale, & oleo ineſſato, & teiuno colico, qui ſi pridie cibo abſtinuerit, manducandum dato, mirificè profuerit*. Idem Marcellus præſentaneum remedium colicis parat ſic; Oua putidiſſima in Sole poni iubet, vt perficcentur; cùm aruerint, conteri, & minutiſſimè percribari, & ad præſidium in doliolo vitreo condi; cumq; in aliquo auſpicabitur coli dolor, in hemina aquæ calidæ dari bibenda cochlearia tria. Ioannes Guinterius Andernacus clariſſimus medicus potionem ex decocto Gallinacei veteris, quæ ad colicũ dolorem, tàm ex pituita, quàm ex flatibus contractum efficax eſt, præſcribit, quæ talis eſt; Hyſſopi, calaminthæ ſinguli manipuli, vuarum paſſarum purgatarum ſeſcuncia: niſi, fæniculi, carui, ſingulorũ drachmæ ſex: ſeminis cnici vnciæ duæ, polipodij quercini recentis ſeſcuncia: tritum florum cordi familiarium ſinguli pugilli, florum chamæmeli pugillus dimidius. Omnia Gallinacei curſu agitati, defatigatique, & præparati, vti decet ventri impoſita, ex aquæ ſextarijs quinq; ad tertias decoquito. In fine dum adhuc fuerunt adijcito foliorum ſenæ purgatorũ vncias duas, & dimidiã, agarici drachmas tres in paſtillos redacti drachmas decem, finito per noctẽ macerari, deinde ius colo trajcitur, ſeruetur q; vſui. Cùm neceſſitas poſtulat, quatuor vncias ſumito additoq; ſyrupi violacei vnciam, ac potui exhibeto. Si parum proficere medicina videbitur, quòd ægri fortè aluum habet difficilẽ, electuarij diaphœnicon, aut benedictæ ſeſquidrachmæ, aut duarum drachmarum inſtar adijcito. Hæc potio ad morbos tũ ex atra bile, tum ex pituita ortos plurimùm valet. Verùm præcipuus eius vſus eſt ad colicos dolores partim ex flatuoſa materia, partim ex pituita creatos. Sed in huiuſmodi potionibus obſeruandum eſſe admonet, quòd quanquam agaricus hiſce addi ſoleat, tamen conſultius in doloribus inteſtinorũ omitti: primùm quòd clyſteribus iniectum eſſentiæ ſuæ læuitate adhærens, interanea pugnat, ſtimulet, defluxionẽq; ad ipſa prouocet, ac frequentiſſimam deſidendi cupiditatẽ pariat; deinde, quòd vim humoris à longinquis partibus attrahendi obtineat. Chamæmelum aũt rectè hiſce decoctis imponi aſſerit, quanquam aliàs medici hoc in illis vti non ſoleant. Conſtare autem ipſa experientia huius ſolius decoctum omnibus internis doloribus præſertim colicis, & nephriticis præſentiſſimũ eſſe remedium, vt pernulti magno ſalutis ſuæ commodo comprobarunt. Aqua ſtilliticia chamæmeli idem ferè præſtat, ſed decoctum efficaciùs. Sin autem delicatiores hoc propter amatorem aſſumere recuſent, zaccharo gratius reddere poterunt. Rurſus aliam ex Gallinacci iure potionem ad colicos pariter dolores præſtantiſſimam hanc præſcribit. Gallinaceum veterum quatuor nimirum annorum curſu defatigatum interficito, exinanitoq; replero ſalis foſſitij drachmis tribus, ſeminis cnici, polypodij quercini recentis, & contuſi hyſſopi, ſingulorum vncia, ſeminis dauci, anethi, ameos, ſingulorum ſemuncia, turpiter drachmis tribus. Deinde relatto ventre in duodecim aquæ libris ad dimidias coquito: iuris decocti vncias quatuor, aut ſex potui exhibeto: nonnunquam etiam libram ad inferioribus per clyſterem infundito. Kiranides contra eoſdem, & nephriticos cruciatus oua Gallinarum in paria ex vrina aſini elixata, & eſa mirificè laudat: & pelliculam alias interiorem de ventriculo Gal-

li in

z lib. 10. de ſimpl.

a De comp. ſec. loc.

b To. 2. de vet. & nc. med. dia. 7.

Agaricus quare in doloribus inteſtinorũ omittatur.

Ad nephriticos dolores.

li in vino mixtam ficcatam, ac tritam cum sale potam cum vino, vel condito niphcitim sanare perfectè pollicetur. Calculos terit, teste Auicenna, cinis putaminum ouorum, à quibus excluſi sunt pulli. Constantinus membranam interiorem nimirum ventriculi cum vino potam non frãgere solùm lapides scribit, sed per vrinã ét ejicere. Nam nonnulli etiam, vt refert Alexander Benedictus inter calculi remedia eam membranam celebrant. Sed & ante Plinij tẽpora hac facultate pollere credebatur, vt diserte sese testatur, inquiens. *Membrana à ventriculo Gallinacei aridam, vel si recens sit, tostam vtiliter contra calculos bibi tradituꝛ.* Fieri quidem potest, vt aliqui huic membranæ vim calculos dissoluendi ineſſe sibi persua- 10 serint ex eo, q̃ Gallinę ét lapillos concoquere vulgò credantur, vt Dioscorides ét credidit. Ego quia experientiam huius effectus hactenus nullã audiui, nec rationem aliquam, qua id effici possit video, assertionem meam adhuc cohibeo. Alex. Benedictus inter calculorũ remedia à recentioribus authoribus ouorum testas celebrari scribit: & Plinius ex aliorum relatu calculos oui candido pelli prodit. Qui in vesica dolore semunciam amyli cum ouo, & passis tribus onis (ea nimirum passi mensura, quantã tres ouorum testæ caperent) sufferue- facta à balena probat. Sed Dioscorides in vesicæ rosionibus ouum arochilaron hoc est, leuiter calefactum, sorptumq; prodesse tradidit, & renum exulcerationibus, tanquam priuatim de albumine: videtur tamẽ de toto ouo sorbili rectè eadem vis prædicari posse. Sũt qui guttur Gallinæ combustũ ieiuno intepida potũ incontinentiæ vrinæ mederi affirmãt. 20 Galenus verò ad sistendã exuperantiam mictionis hoc recẽset remediũ. Accipe pelliculas, quæ sunt in ventre Gallinarum, ex quibus in Sole siccatis drachmam miscebis cũ thure masculo, glande sicca, balustrijs, galla ana dr. trita omnia melle rosato excipies, & ex frigida propinabis ieiuno. Et *d* rursum ad inuoluntariũ mictum in stratis Galli guttur vstũ ligulæ mensura ieiuno ex aqua propinato. Et *e* rursus: Gallinæ gulam pariter cum gutture vre, & tere diligentissimè, ac ex vino vetere propina. Idẽ remedium Rasis è crista Gallinæ promittit, inquiens: *Crillam Gallinæ aridam da ei cibo et, qui mingit in lecto, nescienti curabitur.* *f* Galenus rursum ad inuoluntarium vrinæ exitum in stratis, Galli testem vnum edendum apponi iubet. Quod si verò lotium cum ardore exeat, eiusmodi ardore oua ex aceto decocta mirificè sanant. Sin vrina elicienda est ex ouo recente interiora nempe album, & 30 vitellum effundas, & testam digitis in calicem vinum continentem confriato, & mox pariter cibibito, vrina statim sequetur. Ornithologus ex quodã obscuro. Sunt qui ad hoc remedium testa oui, ex quo pullus excluſus sit vtantur. Suidas aduersus dysuriã eiusmodi carmen recitat; *Gallus bibit, & non mingit, myxus bibit, & mingit.*

Ad calculos.

Ad vesicæ dolores.

Ad incontinentiam vrinæ.

c Eup. 2. 133.

Ad sistendam vrinã.

Ad inuoluntarium micturn.

d 2. *Eup.* 78.

e 3. *Eup.* 238.

f 3. *Eup.* 257.

Sed huiusmodi cantilenæ credere, quod nimirum contra eiusmodi malũ valeat, superstitiosum est. Quare in eodem affectu Nicolaum Florentinum sequere, qui mirificè commendat corticem oui, è quo pullus excluſus est, cuius à pellicula sua repurgari drachmam propinat. Quod remedium summum esse Gattinaria proprio experimento refert; siquidem cum nobili cuidam fœminæ id exhibuisset, duodecim vitrea (vasa) vrina plena reiecisse asserit. Alij simpliciter testam oui è vino propinant. Eosdem cortices, à quibus pul- 40 olus exierit, & eodem pondere Leonellus cum aqua saxifragæ bibi consulit ad prouocandam vrinam. Idem remedium bestijs etiam, & pecoribus prodesse reperio. Ornithologus autem in Germanico quodam codice manuscripto inuenit ventriculi Gallinaceorũ membranam vtiliter bibi contra stranguriam. Si ramex in scrotum descenderit, sunt qui locum cinere è testis ouorum fœliciter illini velint mixto cum vino. Sic enim intestina in locum suum redire: ex quodam obscuro. Anum (habet autem extalem) nimis prominentem reprimit vitellus Gallinaceus, teste Matcello, si integer ab ipso ægro illic calidus cõtineatur. Et Plinius ad cohibendas aluos lutea ouorum per se in aceto cocta, donec indurescãt, iterumque cum trito pipere torreri tradit. Et quamuis Auicenna inter cætera oua præcipuè Passerum venerem promouere dicat, Rasis tamen alijque Gallinæ, & Perdicum oua 50 semen augere aiunt, & ad coitum homines stimulare. Gallinacei dexter testis, vt Plinius author est, aretina pelle adalligarus, venerem concitat. Et alibi, *Magi*, inquit, *tradunt inhibere venerem pugnatoris Galli testiculus Anserino adipe illitis, adalligatisq; pelle aretina. Item cuiuscunq; Gallinacei, sicum sanguine Gallinacei lecto subjectantur.* Sed hic locus vtpote superiori, ac ipsi vero contrarius ex Sexto ita corriges. *Galli testiculi cum adipe Anserino in arietis pelle brachio suspensi concubitum excitant: suppositi lecto cum ipsius sanguine efficiunt ne concumbat, qui tacent:* At & postremum illud, nempe quòd sanguis Gallinaceus concubitum inhibeat, vt Plinius, & Sextus volunt, vel proprietati cuidam occultæ ascribendum est, vel alioquin negandum. Nam si testiculos Veneris stimulos addere verum est, quid ni &

Ad ramicem.

Ad procidentiam.

Ad venerẽ promouendam.

Plinius correctus.

ni & ſanguinem præſtare illud ſtatuendum eſt, quando ex ſemen in teſtibus generati debet? Plinius tantam ad generationem promouendam vim hiſce teſtibus tribuit, vt mulierem ſi à conceptu ſubinde eos edat, marem parituram exiſtimet. Et Aetius, qui in hac paleſtra minus ſtrenui ſunt, inter cætera Gallinaceos teſticulos eſitare præcipit. Inter recentiores Alex. Benedictus Gallinaceum pinguem verno tempore, dempta cute, & interaneis, ſale farctum in vmbra ſuſpenſum donec arefiat, mox exoſſatum, atq; vna cum ſale contritum, & in vitre ahamula ad vſum conſeruatum, ſi obolis duobus bibatur, mirè veneris certamina promouere memorat. Quemadmodum verò quòd libidinem augeant teſticuli Gallinacei, atq; ipſa oua Gallinarũ, ita hæc teſticulorũ humanorum vitia ẽt ſanant: quod Plinius quoq; his verbis memoriæ prodidit: *Infundantur*, inquit, *oua ad virilitatis vitia ſingula cum ternis paſtic yathis, amyliſſ. ſemuncia.* g Galenus pariter ad dolorem, & inflammationem penis, cuminum, & ouorum putamina bene decoqui iubet, ac foueri, indeq; effectum mirabilẽ promittit. Recentiorũ nõnulli ad genituræ profluuiũ corticis oui cinerẽ laudãt. Siſtũt non aluũ tantùm, ſed & menſes fœminarũ oua in aceto macerata, vt emolliatur putamẽ, & in patinis toſta, aut, ſi maior ſit impetus, cruda cũ farina ex aqua hauſta; ex Plinio. At Sextus ad idem malũ Gallinæ ouũ totũ (cum teſta nimirum) comburi vult, & conteri, & in vino mixtũ illini. Kiranides verò, crudum ſi forbeatur, eiuſmodi fluxũ ſiſtere ſcripſit. Quod ſi alba profluuia fuerint, cineris corticis oui, cineris cornu cerui, farinæ ſuccini, ſeminis anethi ſingulorũ drachmas duas miſce, cribra, fiat puluis, vtatur cũ aqua. Cinis teſtarum oui, Plinio aſſerente, cũ myrrha illitus menſes mulieris ſiſtit. Idem præſtant, eodem authore, lutea ouorũ cocta, & ex vino pota. Si quæ mulier menſes ordinato tẽpore non habuerit, tria oua recentia ad duritiẽ cocta, putamine ſeparato, & minutatim conciſa lateri ignito infundat, & vaporem (quod per canalem, aut infundibulum fieri poterit) vtero concipiat; ſic fiet, vt paulatim hoc vitium emendetur; Ornithologus ex libro Germanico manuſcripto. Videtur autem, inquit, hoc remedium non prouocandis menſibus, ſed coercendis illis, qui intempeſtiua fluunt, deſtinatum eſſe. Si ab inflationibus tentetur vulua, cruda ouorum lutea cum oleo ac viuo illita Plinius curare ait. Hippocrates nitro cum reſina cocto, & in glandem efformato, adipe Gallinaceo tincto, ac vteri collo impoſito fœtum mortuum educit. Et Kiranides cor Gallinæ adhuc palpitãtis coxæ alligatum, partum optimè accelerare refert; ſed Plinio potiùs adhæſerim, partuum adiuuare dicenti tota oua ruta, & anetho, cumino pota ex vino. Nicolaus Myrepſus an ſecundas mulieris murantes hoc remedium præſcribit; Sapæ cyathos duos, ouum crudum vnum, & aquæ calidæ quod ſatis eſt, ſimul mixta bibenda præbeto. Et ſi ſequitur quidem, inquit, cõfeſtim ipſam ſubuertet, atque ea vomente ſtatim ſecunda eijcietur. Si verò non exciderit, fœnu græcum cum aqua coquito ad tertias, præbe bibendum. Eſt enim probatum. Si mulieri matrix prociderit, ſunt qui eam ablui cum aqua ſuadeant, & linteo abſtergi, & vngi vnguento, quod Martiatũ appellant, & poſtremò inſpergi teſtas ouorũ tritas è quibus pulli excluſi fuerint. Atq; iſti omnes hactenus corporis affectus interni curam ſuam Gallinaceo generi acceptam referunt. Iam dicendum eſt de externis, qui hinc pariter ſua habent remedia. Ad ignem itaque ſacrum Plinius candido ouorum trito cum amilo quoſdam ait vti; & alibi, oua cum oleo trita ignes ſacros lenire, betæ foliis ſuperilligatis aſſerit, quòd Serenus ex eo repetijt, dũ canit:

Ouaq; cum betis proſunt ſæpè illita tritis.

Raſis cruſtam ignis Perſici rumpi à ſtercore Gallinæ teſtatur, ſi ex eo cataplaſma fiat cum melle, & illinatur. Vbi feruor fuerit, inquit Sextus, corpus ouo crudo illines, & deſuper folium betæ impones, & miraberis ſanitatem. Galenus ambuſtis ouum crudum mox imponit, ſiue totum vnà cum vitello agitatum, ſiue albumen tantùm. Refrigerat enim moderate, & ſine morſu ſiccat. Quin imo Plinius ouis tantam ad ambuſta facultatem attribuit, vt ſi à feruente aqua vſtio fuerit, & ſtatim ouo ambuſta occupentur, puſtulas non ſentire differit; quoſdam verò admiſcere farinam hordeaceam, & ſalis parum; quod ex Dioſcoride tranſtulit in ſuam hiſtoriam, qui priuatim id de albumine ſcriptum reliquit, Auicenna tamen, ſi bene memini, vitellum pariter, & albumen humectantis naturæ facit, at non nutrimenti magis, vt Ornithologus exiſtimat, quàm medicamenti ratione. Nam & Plinium authorem habemus, ouorum vitella durata in aqua, mox ſuper prunas putaminibus exuſtis, prodeſſe ad ambuſta, ſi tum lutea ex roſaceo illinantur; præterea & ipſe Ornithologus neſcio quo authore, ceu ſui oblitus cõbuſtionis veſtigia, & ex alijs læſionibus relicta ſanare aqua ex vitellis, & ex albumine deſtillatis aſſerit. Et Arnoldum dolorem ambuſtorum ab oleo ouorum mitigari ſcribit. Id autem ex vitellis, non ex albuminibus fit.

Ad teſtiũ vitia.

g 3. Eu. 279.

Ad penis dolorem.

Ad ſeminis profluuium.

Ad ſiſtendos menſes.

Ad alba profluuia.

Ad inordinatos menſes.

Ad vulua inflationes.

Ad fœtum mortuum educẽdum.

Ad ſecundas.

Ad matricis procidentiam.

Ad ignem ſacrum.

Ad ignem Perſicum.

Ad ambuſta.

Haud

Haud interim iuerim inficias ambusta ab albuminis citiùs tutiùsq; sanari. Nam & Serenus ait:

At verò ambustum flammis, qui candidus oui
Succus incst, penna inductus sanare valebit.

Vteris verò ouis cum lana. Sunt qui lardum, & adipem Gallinaceum adhibitum candelæ lumini super aquam liquent, & collectum ex aquæ superficie pingue mungant: Ornithologus ex innominato. Scabiem omnem cutis sanari tradunt aqua ex vitellis ouorum destillata, sed longè efficacius esse oleum eorundem. Arnoldus ad scabiem dependentem ex bi- *Ad scabiē.*
tole, eiusce modi oleo parum sanguinis Gallinæ admisceri. *b* Galenus ad scabiem pruritumq; eiusce modi remedium recenset: Ouа Gallinæ integri in acetum acerrimum demitte per diem, noctemq;: quæ si tria fuerint, ipsis cum putaminibus in eodem aceto contritis adijce sulphuris ignem non experti, arsenici scissilis, vuæ taminiæ, (credo intelligere vitis nigræ fructus. Ea enim nobis hodie adhuc, etsi corruptè tannia dicitur, quasi tamina) cerussæ, spumæ argenti, nerij succi, singulorū vnciam vnam, olei veteris quantum satis est, omnibus contritis obline in balneo. Sed Plinius scabiem, ac pruritum oleo, & cedria cū ouo mixtis tolli putat. Actius ex Gallo Vulturnio viuo remedium ad elephantiasim præscribit: qualis aût hic Gallus sit, non docet: idem quidem remedium ex Vulture fieri ait: quod cùm in Vulturius historia posuerimus, hìc repetere superuacaneū iudicamus. Sextus furunculos à Galli stercore rutto impositò rūpi prodidit, & dolorem tolli. Eū aût furunculus (vt id obiter dicamus) abscessus cum tumore, quem copiosè Cornelius Celsus describit, & nascitur passim, vt tradit *k* Plinius, in quancunque parte, ac maximo incommodo mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Huic eidem malo eundem fimum Plinius, sed recentem, & ex aceto illitum ait mederi, Serenus fimum in hoc casu ex albo Gallo eligit:

Tannia.
Ad elephātiasim.
Ad furunculos.
b lib. 3. Exp. 77.
i lib. 5.
k lit. 26. ca. 13.
l lib. 30.

Præterea, fimum ex Gallo, quod legeris albo
Imbribus ex atidis fidens appone dolenti.

Plinius rursus alibi eisdem furunculis myricæ semen cum altilium pingui imponi tradidit. Sunt qui ad ossa fracta, sex, aut septem albumina cum thure albo permisceant, & emplastrum inde paratum eis imponant. Nicolaus Myrepsus ad eminentias expertum medicamentum eiusce modi recirat: Ouum elixato, donec durum fiat, & repurgato, quod in eo testaceum est, abijcito: interiorem autem eius partem cum albo ipsius in carbones conijcito, & tantisper assato, donec totum albescat: dein vitellum eius conijce in mortariū plumbeum cū cerussa, & oleo tosaceo sufficienti, & omnia simul diligēter subigito, quod ad glutinis crassitiem nanciscantur. Dein chamæmelum coquito in aqua ad tertias, & locum cum spongia sæpius foueto. Pòst vnctiones desuper cum penna illinito, & sic curato bis die, assiduò obseruando. Vlcera humida in capite ouа cyclamino admixta, Plinio teste, tollunt Ornithologus puluerem è testis ouorum, vstis ad vlcus antiquum in crure ficcandum componebat, qui talis est: Cortices ouorum, & soleas calceamentorum veterum vre, quibus addes firmum bubulum de Maio mense arefactum, & tritum. De his mixtis puluerem insperge vlceri, & lanuginem typhæ super insperge. Oleum ouorum Arnoldus aduersus fistulas, & vlcera melancolia plurimùm commendat. Medici, inquit Plinius, liquida resina rarò vtuntur, & in ouo ferè è larice, propter tussim, vlceraq; viscerum. Eadem ratione sunt, qui etiam catapotia ex ouo forbili deglutiant, quod ita facilè, commodeq; deuorentur. Sed hic ouum nihil aliud confert: ad tussim verò vlceraq; viscerum ipsum quoque per se nonnihil iuuat. Auicenna ouа laudat ad apostemata circa anum, & pectinem, supponit autem cum licio infuso in eis, & oleo rosarum: Et aliàs emplastris apostemata prohibentibus ouа miscet: item clysteribus propter vlcera, & apostemata, & erysipelata eisdem vtiliter illinuntur cum oleo. Cur verò ouа eiusmodi remedijs permisceantur docet *m* Petrus Aponensis, dum ait: Ouа confracta cōtusa super tumores apostematum, prohibent ea augeri, & oleum rosarū cum oui vitello, & exiguo croco quemuis abscessum puruleatū author instar impositum cum oui vitello, & exiguo croco quemuis abscessum purulentum author est aperire. In libro quodam manuscripto Ornithologus reperisse sese memorat pellicu- lam è ventriculo Capi tritam fistulis priùs mortificatis vtiliter inspergi. Albuminis oui in vulneribus glutinandis vsum esse cùm nemo non nesciat, itaque nec ego hic repetere velim, illud tantummodo obiter addens, albumen ad purganda vulnera, & constringenda quæ laxa sunt prodesse. In omnibus quoque sanguinis eruptionibus cinis putaminis oui in vino potus, tradente Plinio, confert. Cicatrices fœdas à vulneribus relicta, aliarumq; noxarum cutis vestigia emēdat frequenti illitu liquor chymicis instrumentis ab albumine

Ad ossa fracta.
Ad eminētias.
Ad vlcera humana in capite.
Ad fistulas.
Ad apostemata ani.
m In prob. Arist.
Ad vulnera glutinānda.
Ad sanguinis eruptioni.

ouorum

ouorum deſtillatus. In eodem ferè caſu ouorum oleum commendatur quibuſdam. Si lendes caput infeſtent, tum ouo Gallinacco caput illinito, poſtea aqua, vel ſucco herbæ cyclaminis lauato: hoc pacto lendens necati vltra non renaſcentur. Plinius fimum Gallinarum recens illitum alopecias celeriter curare ſcribit. Marcellus id cum vtroq; oleo (non explicat quibuſnam) ob eandem cauſam permiſcet. Kiranides, & Raſes cum aceto imponunt: hic verò locũ priùs fricari vult cũ panno, & cæpe, donec rubeat. Capillos regignere oleum ex ouis experientia plurima comprobatum eſt. Ex felle Gallinaceo optimum fit collyrium contra oculorum debilitatẽ. Acuit enim viſum, & valet ad maculas eorundẽ. Valentiùs id præſtabit, ſi cum ſucco chelidoniæ herbæ, & melle oculis illinatur. Ad dolores oculorum, & vigilias, quibus febricitãtes frequenter torquentur, Galenus mulſam inſtillat, & ouũ præmaceratum (nimirum mulſa) ac putamine mundatum, in duas portiones ſecat, & ſuper oculum deligat, ægrumq; ſomno fruiturũ pollicetur. Et Sextus notiſſimum eſſe ait, Gallinarum ova ad dolorem oculorum vim habere, album infuſum in oculum punctiones ſedare, omneſq; feruores & prurigines, vt addit Conſtantinus. Archigenes apud *o* Galenum agglutinatorium ad fluxionem oculorum præſcribens oui tenuis vitellum cum thure fronti imponi iubet, aut cochleam cum teſta ſua, & oui candido ad ſtrigmentitiam formã redactam in ſplenio altero ad alterum extendendo imponi, ita ſua ſponte decidere, vbi reſtiterit fluxus. Sed idem ferè remedium Dioſcorides habet, dum ait; *Candidum ouũ fronti impoſitum cum thure fluxiones arcet, aueritque.* Pro cuius verbis Græcis Ἀνακολλᾷ καὶ ῥύματιζομένοις οὖν λιβανωτῷ χαλὰ τὸ μεταφρενικὸν ἐπιτιθέμενον Barbari translationem cum thuris polline, frontibus perunctis, theumatiſmos reclinat, Marcellus Vergilius reprehendit. Ex Plinio enim, inquit, accepto reclinandi verbo voluiſſe videtur eadem Plinio, non Dioſcoridi hoc loco docere: & de reclinandis palpebrarum pilis in hoc ſcriptore præcipere, cùm non de palpebris reclinandis, cõpeſcendis, firmandiſue Dioſcorides hic præcipiat, niſi nos fallimur: ſed de compeſcẽda omni à ſuperiori parte in oculos deſtillatione, ſeu rehumatiſmo: quam ob cauſam iubet fronti imponi. Verbum quidem anacollema manifeſtè indicat vim remedij lentore ſuo glutinantis, aut naturæ ſuæ vi fluẽtia firmantis ac retinentis. Verùm nõ eam ob cauſam, vt videtur, ex ouorum candido fieri anacollema Dioſcorides ait: ſed quoniam glutinoſo lentore fronti adhæreat. Hæc ille. Et ipſius translationem hoc in loco nos etiam potiùs, quã Hermolai probamus. Sed reclinandi verbũ cũ de palpebris ſermo eſt, compeſcere, aut firmare, vt ipſe interpretatur, nõ ſignificat. Neq; enim veteres Græci medici ἀνακολλᾶσθαι dicunt palpebras (nam de his quoq; hoc verbo vtuntur æquè, quàm de fluxione retinenda) quæ effluant, ſed quæ retortæ in oculum pungendo moleſtæ ſunt, cùm ad ſitum, & rigorem naturalem illitis quibuſdam (glutinãtibus, & rigorem, cũ aruerint præſtantibus) reducuntur: quos pilos aliqui forcipe euellunt. Hæc quod ad propriam vocum ſignificationem: quod verò ad rem ipſam, ipſamq; remedia, pleraq; quæ pilos reclinare poſſunt glutinoſo humore ſuo, eadem, ſi fronti illinantur, chatharrum etiam ad oculos ſiſtere poſſe videntur. Porrò ad oculorum fluxiones Plinius lac muliebre commendat mixto ouorum candido liquore, madidaq; lana fronti impoſitum. Marcellus verò ad oculorum epiphoras limaces complures in mortario nouo vel nitido teri vult, ouumq; Gallinaceum crudũ adijci, & cum lana ſuccida fronti imponi. Idem quoq; apud Plinium legas, qui ita habet: *Lana habent & cum ouis ſocietatem ſimul frontis impoſita contra epiphoras. Non obuius eſt ea in hoc vſu radicula eſſe curatis, nec aliud quàm candidum ex ouo tefundi, ac pollinem thuris.* Et rurſus: *ouaper ſe infuſo candido oculis epiphoras cohibent, urentesque refrigerant. Quidam cum croco præferunt, & pro aqua miſcent collyrijs.* Eodem pariter modo inflammationes oculorum oui candidum infuſum curat, Dioſcoride teſte. Galenus ad inflammationes circa palpebras, aures, & mamillas, quæ ex ictu iſtarũ partium, vel aliter oboriuntur, toto ouo crudo vtitur: itẽ circa corpora neruoſa, vt cubitũ, tendines digitorum, vel articulos in manibus, pedibuſq; *p* Alibi verò priuatim contra oculorum plegmonas laccũ ouo, & roſaceo approbat. Verùm oculos in primis refrigerat, & confortat liquor ex ouorum albumine chymicis inſtrumentis deſtillatus, & vtiliter miſcetur collyris alijſq; oculorũ remedijs. Galenus ad lippitudines etiam candido oui vtitur, & ante ipſum Plinius: *Contra lippitudines*, inquit, *vtile id remedium eſt infantibus, candido ſcilicet per ſe infuſo oculis, butyro admixto recenti*: Suffuſionibus oculorum fel Gallinaceum mederi cùm antiqui, tùm recentiores affirmant: at alij id cum melle, & ſucco fœniculi commendant: alij loco fœniculi ſucco rutæ, vel eufragiæ, vel chelidonij, vel verbenæ vtuntur: & *q* Galenus medicamento cuidam liquido ad oculos ſuffuſos, alios Galli fel, alios aliud adieciſſe ſcribit. Et *r* alibi ad ſuffuſionẽ hoc admirabile eſſe ait, &

Ad lendes.

Ad alopeciam.

Ad capillorum generationem.

Ad oculorum debilitatem.

Ad dolores oculorum.

n. 3. Eup. 18.

o de comp. ſec. loc.

Ad fluxiones oculorum.

Ad epiphoras.

Ad plegmones palpebrarum. p lib 10.

Ad plegmones oculorum.

Ad lippitudines.

Ad ſuffuſiones.

q lib. 4. de cõp. ſec. lo. r 3 Eup. 16.

illico

illicò visum restituere. Muris sanguinem, & Galli fel, & muliebre lac æquis ponderibus misce, & benè subactis vtere. Probatum est enim & magnificè profuit. Luscios, *f* Plinio teste, simum quoq; Gallinaceorum rubrum duntaxat illinendũ monstrant. Alij stercus alibi Galli cum melle, & aceto oculis iniectum eorum lachrimas sistere volunt. Archigenes, referente Galeno, ad cruentos, & sugillatos oculos candidum oui instillatum prodesse asserit, atq; amplius pura lana exceptum & supernè impositum. Et *u* rursus, eodem teste, sigillata in oculis oui vitellus impositus discutit. Sunt qui mel misceant. Et rursus: ad hæmalopes, & hyposphagmata, id est, cruentos, & sugillatos oculos, statim à principio tum ad inflãmationem, tum ad dolorem compescendum prodest oui affiluteum cũ vino impositum. Marcellus fellis Gallinacei, vel Vulturini, quod longè magis prodesse putat, scrupulum, & mellis optimi vnciam benè trita coniungi iubet, atq; in pyxide cuprea haberi, & opportunè ad inungendum vti: hoc nihil potentiùs caliginẽ reuelare. Serenus verò in simplici lympha macerat: ait enim:

Fel quoque de Gallo mollitum simplice lympha
Exacuit puros dempta caligine visus.

In eodẽ felle, si *x* Plinio fidẽ adhibemus, alligato vis est ad argema, & ad albugines ex aqua diluto: itẽ ad suffusiones oculorũ, maximè cãdidi Gallinacei: itẽ alibi fimo similem ferè vim ascribit, dum ait: *Fimum Gallinaceũ duntaxat candidũ oleo in vetere, corneisq; pyxidibus adseruant ad pupillarum albugines.* Sanguinis Galli præterea ad oculorũ vitia vsus est, quãdo, teste Constantino, eorum leucomata, & cicatrices cũ aqua inunctus sanat. Sed Marcellus ad leucomata, & hypophyses Galli Gallinacei fel maximè albi ex aqua dilutũ, & in vnctione adhibitum laudat, & aciẽ oculorũ confirmare testatur. Et alibi fimũ Gallinaceũ cũ oleo veteri tenuissimè tritũ, & adpositũ leucomata, & hypophyses curare. Et *y* Galenus oculorũ vlcera, & albugines felle Galli inungi iubet. Sanguinẽ tamen cõtra oculorũ vitia insigni vi pollere docemur. Valerij Apri exemplo, cui sanguinis Gallinacei beneficio visus quondã restitutus dicitur: vti præ cæteris ex tabella marmorea Romæ in Aesculapij tẽplo in insula Tiberina inuẽta, & vsq; ad hanc diẽ referente Hieronymo Mercuriali medicorum nostri æui celeberrimo, apud Maphæos conseruata intelligere licet, in qua inter alia Græcè leguntur, quę latina facta sic sonant: Valerio Apro, militi cæco oraculũ reddidit Deus, veniret, & acciperet sanguinem ex Gallo albo admiscẽs mel, & collyrium cõficeret, & tribus diebus vteretur supra oculos: & vidit, & venit, & gratias erit publicè Deo. Plinius cùm fimũ rufum Gallinaceũ luscios illini dixisset, mox etiã subdit. *Laudãt & Gallina fel, sed præcipuè adipem contra pustulas in pupillis.* Verùm haud minorẽ nobis hæ alites in aurium affectibus vtilitatẽ præstãt, idq; adipe suo potissimùm, si, teste *a* Galeno, ex aqua recipiatur in vsũ. Quinimmo Marcellus liquefactũ, & tepidè instillatũ quodlibet auriũ vitiũ sanare testatur. Alibi etiã Galenus adipẽ Gallinaceum itẽ & Anserinum plurimùm prodesse ait, si aqua auditoriũ meatũ intrauerit, mediocriter calidũ infusum. Si putulentæ fuerint aures Plinius Gallinæ adipẽ calidum infundi vtiliter existimat. Sunt qui eundẽ adipem instillatum tepidum aduersus difficultatẽ auditus laudent. Apollonius apud *b* Galenũ (vti etiã Rasis) dolentibus auribus instillari liquefactũ iubet. Quo loco Galenus: *Gallinaceus*, inquit, *& Anserinus adeps, siquidẽ euacuatum corpus inuenerint, & humorẽ qui inflammatã affectionẽ excitat non amplius influentẽ duabus rationibus tum mitigandi, tum curandi profuerint. Si verò influente adhuc causa adhibeantur, affectioni quidem nihil auxiliantur, tenuant tamen doloris accessionẽ, siue symptoma, quemadmodũ etiã, si ob humorũ acredinẽ mordacitas contingat.* Kiranides adipem Galli liquefactum cum nardo ad dolores aurium etiam commendat, & contra neruorum passiones. Sed vt obiter aliquid de huius adipis qualitate dicamus: scire licet medium esse inter Anserinum, & suillum, vt scriptum reliquit *c* Galenus: ait autem Anserinum; ex his valentiorem esse, sed substitui aliquando Gallinaceum, Anserinum, suillum, caprinum adipem, quemuis in alterius absentis vicem: Gallinaceum tamen calidiorem, & sicciorem, quàm suum, & teneriorem, & minimùm terrestrem, idq; magis etiam si è Gallinis syluestribus fuerit, & tenuitatis ratione profundiùs penetrare. Eiusmodi adipes quomodo debeant curari, & reponi, docetur in vulgatis Nicolai Præpositi codicibus, his ferè verbis: Animalium recens mactatorum adipes diligenter purga a pelliculis, & ollæ nouæ figulinæ impone, quæ non supra dimidium impleatur: hanc opertam in aliud vas calidissimum (vel aqua feruida plenum, secundum alios) impone, & subinde quod liquatum fuerit, in aliud vas infunde, donec nihil amplius liquetum, & colatum in loco frigido repone. Sunt qui repositurì modicũ salis deijciant. Præter verò adipem, Gallinaceus alia quoq; subministrat, quibus auribus medearis. Nam Auicenna apostema in aure calidum oui vitellum curare refert: sin abscessus dolorem vehementem efficiant,

Ad luscitosos.
f l.29.c.6.
Ad lachrymas sistendas.
t De comp. me. sec. loc. u lib. 5. de comp. med. sec. loc. c. 1.
Ad caliginem.
x l.29.c.6.
Ad albugines.
Ad cicatrices.
y 2. Eu. 49.
Valerio Apro vt visus restitutus.
z l.7. Gymnast. c.1.
Ad aurium vitia.
a 1. Eu. c. 6.
Ad pustulas aures.
b De comp. sec. loc.
Adipis Gallinacei tẽperies, & vis.
c li. de simp. & de cõp. me. sec. loc.
Adipes vt seruentur.
Ad apostemata in aure.

oleum ouorũ ſtatim ſedabit, eorũq; concoctionẽ promouebit, eoſq; aperiet. Atq; *d* Galenus auriũ dolores oui candido leniri aſſerit: & rurſus: ad dolorẽ auris ex inflãmatione obortum, miſceri ait opiũ muliebri lacti, & oui candido, quæ ipſa etiam per ſe aurium inflãmationibus profuiſſe teſtatur. Et rurſus: *Ad aurium nocumẽta ex aqua*, inquit, *aut aquato modo, eodẽ, quo in oculorũ inflãmationibus vti ipſo conſueuimus, præparato vtitor*. Item pellis interior è ventriculo Galli Gallinacei arefacta, tritaq; ex vino, adiecto paululo opij, medicamen auribus vtiliſſimũ facit. quod calefactũ infuſum ſuppurationẽ earũ expurgat, & ſanat Idẽ e Plinius atteſtatur, inquiens: Vẽtris Gallinaceorũ mẽbrana, quæ abijci ſolet, inueterata, & in vino trita, auribus purulentis calida infunditur. Si lingua aſperior reddita fuerit, adipe Gallinæ inungere poteris, nã is aſperitatibus egregiè medetur. Dentiũ dolores mitigat oleum ex ouis illitũ cũ pinguedine Anſeris. *f* Galenus verò ad eundẽ dolorem ouorum putamina, ſepiam, & oleum iubet miſceri, & coqui, donec tertia pars relinquatur, & tepidum ore contineri. Mirum quod tradit Plinius de ſedando dentium dolore: *Oſſiculus*, inquit, *Gallinarũ in pariete ſeruatis, fiſtula ſalua, adacto dente, vel gingiua ſacrificata, protectoq; oſſiculo ſtatim dolorẽ abire tradunt*. Alibi etiam vbi cinerẽ putaminis in vino porũ ſanguinis eruptionibus mederi dixiſſet, mox addit ſic fieri & dẽtifricum: *Dentifricũ*, inquit, *præſtat cinis ex ouis, ſed non ſine vinos*. At qui Plinius in verbis iã recitatis ſcribens, *ſic fit & dentifricium*, intelligere videtur, nõ quaſi id quoq; cum vino fiat, vt medicamentũ proximè ab eo memoratũ in vino bibendũ contra ſanguinis eruptiones, ſed vſto ſimiliter putamine, & abſq; membrana, vt de proximo remedio dixerat. Si dentientium puerorum gingiuæ doleant. Aegineta adipe Gallinaceorũ molliendas conſulit. Kiranides cerebro Gallinarũ puerorum gingiuas perfricari vult, vt dentes eorum abſq; dolore naſcantur. Labiorũ rimas ſi Marcello & Plinio credimus, adeps Gallinaceus, vel Anſerinus impoſitus egregiè curat. Alias verò vterq; membranam putaminis detractã ouo ſiue crudo, ſiue decocto ad eadem mala prædicant. Et Nicolaus Myrepſus mirabilẽ inde curam promittit. Tumorem mamillæ repellet agitato ouo cũ vino quinquies copioſiore, eo liquore madefactũ linteũ imponens: Ornithologus ex libro Germanico manuſcripto. Ad tonſillarum inflammationes, & anginas *g* Galenus iuſculo Gallinæ hœdine vtitur. Et rurſus *h* alibi ex Archigene deſcribens fomentum, cuius vapor intra os recipiendus eſt, ad gurgulliones inflãmatos, & tonſillas: *Origanum*, inquit, *& hyſſopum cũ ſufficienti aceto diligenter in olla ferueſacito obturata: operculum autem circa medium habeat foramen. Deinde arundinem ad foramen operculi, ac os ægri adaptato, ac fomentum admittito. Si vero os à feruore arundinis comburatur, ouũ vacuum vtrinq; perforatum ægram ore contineat, & per ipſum arundo inſeratur*. Kiranides ouũ crudum ad ani rupturas adhibet ad inflammationes eiuſdem cõmendat, ſed Dioſcorides, & Plinius, etſi diuerſimodè, ouorum luteis vtuntur. Ille enim ad inflãmationes, & condylomata ſedis vitellum oui cum meliloto vtilẽ eſſe ait: hic verò generatum loquens: *Sedis vitijs*, inquit, *vtiliſſunt ouorum lutea indurata igni, vt calore quoq; prosint*. Adeps Gallinaceus recens laudatur à Raſe, & Dioſcoride ad dolorẽ matricis, & in eiuſdẽ apoſtemate inſtar emplaſtri imponitur. Vult autẽ Dioſcorides, vt recens ſit, & ſine ſale conditus. *Nã ſale*, inquit, *inueteratus, & qui tẽporis ſpatio acrimoniã concepit, vulnæ inimicus eſt*. Auicenna ad vlcera vulnæ ſalubre paſſarũ ait fieri ex albumine cũ oleo ex alcanna. Mirabile remediũ in arthritide à muliere quadã, & adhibetur in quouis loco, vbi iuncturæ exeunt (fortè exiſtunt) Gallina benè habita quadrima, abſinthio referta coquatur in tribus ſitulis aquæ ad duarum partiũ conſumptionem. Hic æger foueatur, vaporetur fiat ſtuſſa, bis quotidie donec liberetur, fricando ſemper ad inferiora. Legitur in additionibus ad practicam Varignanæ. Podagras plurimũ iuuare fimum recens appoſitũ Marcellus, & Plinius volunt. Kiranides hepar Gallinæ tritum, & cum hordei farina, & aqua emplaſtri modo impoſitũ eiſdem prodeſſe ſcribit. Actius oua Gallinæ quatuor cærato cuidam adijcit podagrico. Pedũ vlcera Gallinacei, vel Columbini fimi cinis ex oleo impoſitus ſanat, teſte Marcello, ſed Plinius paulò aliter. *Fimi Gallinacei*, inquit, *cinis pedum exulcerationes ſanat: Columbini fimi cinis ex oleo*. Alibi etiã fimũ Gallinaceũ cũ oleo, & nitro clauos pedũ ſanare dixit. Atq; iſtæc tã de internorum, quàm externorũ corporis humani affectuũ, qui ab harum auium partibus, excretis, & ouis remedia habent, curatione dicta ſunto; videamus modò an nihil aliud præter iam dicta medicis Gallinacea iſtæc familia præſtet, quod facere eam videbimus, ſi diligentiùs cùm veterum, tùm recentiorum ſcripta, reuolamus. Illis itaque in primis Actius pulli Gallinacei pinguis ius abſorbendum dari iubet poſtquam vomuerint, qui toxicum bibere. Quinimo obſcurus quidam hoc annotatum ſeſe reperiſſe ait in margine codicis cuiuſdã Serapionis iuxta caput de vrina, ſi oui albumen cum vitello ponatur in matula alicuius, quem veneno infectũ eſſe

ſuſpicio

d De comp. ſec. loc.

cl. 29. c. 6.

Ad linguæ aſperitatẽ.

Ad dolores dentium.

f 3. Eu. 187.

Ad dolores gingiuarũ.

Ad labiorũ rimas.

Ad tumorẽ mamillarum.

Ad tonſillarum inflammationes.

g 2. Eu. 15.

h De comp. ſec. loc.

Ad ani rupturas.

Ad dolorem matricis.

Ad vlcera vulnæ.

Ad arthritidem.

Ad podagram.

Ad vlcera pedum.

Ad clauos pedum.

Ad potum veneni.

suspicio est, infra aliquot horas locus veneni in hepate demonstrabitur. Nam si id in venis fuerit vltra gibba hepatis aut in vijs vrinalibus, totum nigrescet, & fœtebit: sin circa concaua hepatis, vt in orbo (colo, vel alterius intestini nomen legendum apparet) ouum rugas, & colorem citrinum contrahet absq; fœtore. Dioscorides inter aconiti remedia enumerat oua in oleum euacuata, ita vt totum hoc cum muria misceatur, & forbeatur tepidum. Idē etiā vti & Nicander Gallinæ pinguis carnē è pectore coctā, vel iusculū inde potū contra dorycniū emendatis scribūt. Lathyridis grana stomachū lædunt, itaq; teste Plinio, inuentū est, vt cū pisce, aut iure Gallinacei sumerentur. Fungorū esus hominibus sæpè pestilens visus est, & lethalis.

10 Aduersus hoc stercus Gallinaceum tā internè, quā externè vtiliter in vsū admittitur. Vnde dicebat Dioscorides, Gallinaceum simum priuatim cōtra fungorū venena bibi ex aceto, aut vino. Rasis ex exomellite nimirū vt vomitus subsequatur: quod Rasis à Galeno mutuatus videri potest; Cum medicū quendā, inquit, in Mysia Gallinaceo vtentē stercore conspexisse in eis, qui ab esu fungorū suffocabantur, & ipse quoq; sum vsus in quibusdā vrbē inhabitantibus, qui & ipsi fungos cauerāt, ipsū videlicet ad leuorē cōcritū tribus, quatuoruē oxycrati aut oximellitis insparges cyathis, & palā adiuti sunt idq; celeriter. Nā qui præfocabātur paulò pòst vomebāt pituitosū humorē omnino crassissimū, & exinde planè liberati sūt symptomate. Ætius verò aduersus eosdē noxios fungos, *Pilagrius*, inquit, *Gallinaceum stercus album exhibet, ex posca, vt aceto mulso. Huius enim manifestum habemus experimentū, quod ad fungorū*
20 *strangulationes auxilietur.* Sed lōgè ante Ætiū Plinius candū simū in hyssopo decoctum, aut mulso fungorum, boletorūq; venena astringere dixit item inflāmationes, ac strangulationes, quod miremur (inquit) cū si aliud animal gustauerit, id simū, torminibus, & inflāmationibus afficiatur. Qua verò quātitate eiusmodi stercus in tali casu exhiberi debeat, docet obiter doctiss. *k* Gulielmus Rondoletius, dum ait. Stercus Gallinarum aduersus fungos præscribitur à drachma vna ad drachmas duas. Dioscorides itē contra fungos Gallinarū oua cū posca pota conferre ait, adeita aristolochiæ drachma. Si quis à cane rabido morsus fit, stercora Gallinarū cibo permixta rabiē imminentē prohibere creduntur, quod ex Plinio trāscriptū est, qui alibi ita scribit: *Rabies canum Strio ardente homini pestifera, quapropter obuiam itur per triginta*
eos dies Gallinaceo maximè simo mixto cibis, aut si prauenerit morbus, veratro. Idē etiā, vti & Kira-
30 onides cristā Galli contritā efficaciter imponi aiunt. Ætius verò ad felis morsum Galli stercus liquidū cū adipe Gallinaceo subigi iubet, atq; imponi. Ad serpentiū, aliorūq; virulentorum animantū morsus non ipsæ aues tantùm per se calidæ ad affectū locū impositæ prosunt, sed partes etiā aliquot. Ætius ad viperæ morsum primò affectā partē sacrificat, aut Gallinā dissecat & internè adhuc calentē morsui imponit, atq; illud frequenter repetit. Paulus Gallinarū pullos eodem modo dissecat: sed vterq; vt videtur, id à vetustioribus medicis, ac in primis Dioscoride mutuatus est, qui ita habet: *Dissectæ Gallinæ & adhuc calentes appositæ serpentium*
morsibus auxiliātur, sed identidem alias substituere oportet. Et alibi: *Dissectis Gallinarum pulli, cùm maximam tepent percusso loco applicentur.* Mirū verò quod scribit Galenus, Gallinæ carnes noūiter occisa ita, vt diximus, morsibus impositas omnibus venenosis obsistere, atq; curare præ-
40 ter vnius aspidis morsum. Contrà sentire videtur Plinius, inquiens: *Cimicum natura contra serpentium morsus, & præcipuè aspidum valere dicitur; item contra venena omnia, argumentū, quod dicunt Gallinas, quo die cimices ederint, non interfici aspide, carnes quoq; earū percussis plurimum prodesse.* Nec desunt, qui hisce tāquam discordia naturali quadā pugnātibus vtātur. Verū huius rationē inire facillimū fuerit. Gallinæ enim calida natura præditæ sūt, argumento, quòd deuoratū insigne virus conficiunt, & aridissima quæq; semina consumunt, itē nonnunquam arenas, lapillosq; ingluuie sua deuoratos absoluunt. Itaque animātis calore adiutus spiritus, ab ista parte imperū capessens, exilientsq; secū venenū exigit. Obscurus quidam ita ad huiusmodi virulentos morsus, in viro Gallū, Gallinā verò in fœmina imponi iubet, & statim cor è vino bibi. Verùm præterquam quod eiusmodi opinio anilis est, ita etiam doctiores alij cere-
50 brum, non cor bibendū exhibent: ac in primis *l* Plinius: *Cerebellum*, inquit, *Gallinaceū recentibus plagis prodesse*, id est, morsibus serpentiū: & alibi: *Venena serpentiū domatur Gallinaceorū cerebro in vino pota. Parthi Galatæ malunt cerebrorum plagis imponere, quasi præstantius.* Sed alibi etiam non vno, sed varijs modis administratum cerebrum harum auiū serpentium morsibus prodesse tradit, & docet item *m* Plinius: *Prodest item*, inquit, *Gallinaceum cerebrum recentibus plagis sale viperino in cibo sumptum. Tractatu & vlcera tractabiliora fieri & sanari celerius.* Item *n* rursus: *Contrà omnium morsum remedium est Gallinaceum cerebrum cū piperis exiguo potum in posca.* Et Sextus id videtur repetere, dum ait: Galli cerebrum cum posca adiecto pipere his, qui à vipera percussi sunt, vel morsi potui dabis, auxilium maximum experieris.

Contra aconitum.

Contra doryenium.

Contra lethyridem.

Cōtra fungorum venenositas.

i Eup. 131 & 10. de simpl.

k l. de pond. cap. 10.

Ad morsū canis rabidi.

Ad felis morsum.

Ad viperæ morsum.

l l. 29. c. 4.

m lib. 30. cap. 5.

n l. 29. c. 4.

Ad leporẽ marinum. Alij autẽ authores bibi, non lini volunt. Kiranides sanguinẽ Galli crysipelata, chimela sanari ait, & ijs qui marinum leporem comederint, auxiliari. Itẽ si quis allium contriuerit, & biberit calidũ sanguinẽ cũ vino, nullũ reptile ei nociturũ. Oua quoq; teste Plinio cocta tritaq; adiecto nasturtio aduersus serpẽtũ ictus illinũtur: & alibi etiã priuati cõtra hæmorrhoidũ morsũ illiniri ait luteũ oui, & sotheri. Cõtra omniũ phalangiorũ (vel vt ait Rasis, aranearũ) morsus remediũ est quoq; Gallinarũ cerebrũ cũ pipere exiguo potũ in posca: ex Plinio, qui alibi etiã fimũ Gallinarũ ad ictus scorpionũ prodesse ait Kiranides idẽ aduersus scorpionũ ictus cõmẽdat. Fel præterea efficacissimũ creditur scorpij, & callionimi piscium, marinæq; testudinis, & hyenæ vulneribus, maximè verò Perdicis, Aquilæ, & albæ Gallinæ. Elephãtiasi deploratę Gallinæ viperis saginatę medẽtur. Si bubo ortus sit in peste, Gallus depiletur circa anum, & apponatur loco per horã, & in alia hora apponatur alter, & sic fiat per totũ diẽ. Sic venenũ attrahitur à corde Galli, & Gallus subitò moritur. Serenus inter carbunculi remedia inquit.

Ad morsũ phalangiorum.

Ad elephãtiasin.

Ad bubones pestiferos.

Est qui Gallinæ peracuat foetore tarpus.

Ad morbos desperatos. Quaſ etiã stercus id ad carbones valeat. Ornithologus nescio qno authore eiusmodi remediũ ad morbos desperatos recitat, blandũ alioqui, & ad experiendũ facillimũ: nempè ægros intra duos ignes ouorũ albuminibus cõquassatis perfricatos diebus aliquot, semel quotidie restitutos iri. Non caret quoq; admiratione quod Marcellus Empiricus memoriæ prodidit. Officulũ extremũ ex ala Gallinacea cochleario terebratũ, nodisq; septem licio ligatũ, atq; ita brachio, vel cruri eius partis, quæ inguina habet suspensum, ijs mirabile remedium exhiberi.

Ad phrenesin. Præterea sunt qui ad phrenesim Gallũ per medium fissum adhibeãt, & talę leuamentũ inde promittant, vt nisi ita allenietur æger, de eo prorsus actũ sit. Lucianus postremò author est, etsi nimirũ fabulas sapiat, & anilia deliramenta, lõgissimarũ caudæ Gallinaceorũ pennarum quæ duæ sunt, si quis dextrã euulsam lecũ ferat, tum à nemine cõspectũ iri, tũ quod ianuis reseratis, & foribus quamuis diligenter signatis omnia domus penetralia patescant. Cæterùm, vt veternarij siue ἱππιατροὶ hinc etiã aliquod percipiãt emolumentũ, placuit hic tanquam pro epilogo adiungere aliquot remedia iumentorum quorundã morbis conuenientia. Equo itaq; ex pituita per nares laborãdi, fimũ Gallinaceũ per nares inflabis. Anatolius strophoso equo oua quatuor in os confringit, curatque vt cum putaminibus simul deglutiat. Tussis in equo, inquit *o* Theomnestus, quã æstus, aut pulvis excitauit his remedijs abigitur. Oua quinque cũ suis putaminibus in aceto acri cùm aduesperascere cœperit, macerabis. Diluculo deprehẽndes exteriorẽ callum intabuisse, sic vt ea prorsus emolliscat: qualia videri solẽt, quę intẽpestiuè ponuntur, & præcoci partu Gallinarũ eduntur: quorum folliculus tactui non renitens, in vesicæ morẽ liquoris capax remanet. Vbi os diduxeris, linguã educẽs, integra sigillatim faucibus impelles; singula auri pigmento conuolues. Sed caput sublime teneatur, cũ singula deuorauit. Sub hæc autẽ fœnu græci, aut ptisanæ cremor melle dilutus infũditur, ea triduo data vitium extenuabunt. Hæc ille. Afficiuntur quã loq; etiã equi inflatione illã, & ventris; in quo casu Abſyrtus, & Hierocles simũ Gallinaceũ, aut Columbinũ, quantũ manus capit, in vino dissoluunt cum nitro, & inde clysterẽ injiciunt. Si equus, vt fit aliquãdo pennã deuorauit, primo vratur in vmbilico, deinde in os eius stercus bouis tepidũ inferantur, tum fiat phlebotomia. Demũ omnia interiora Gallinę sanę in os eius immites, etsi ne ita quidem liberatur, minue diligenter ipsum: ex Rufio. Vt verò ferocitatẽ deponat, pennã Gallinæ, quo volueris modo et deglutiendã præbe: Emuleus. Equa si matẽ non patitur, Gallinaceo fimo cum resina terebinthina trito naturalia eius liniri iubet Anatolius, eamq; tẽ libidinẽ in ea accẽdere pollicetur. Boum languor, & nausea sæpè discutitur, si integrũ ouũ Gallinaceũ crudũ ieiunis faucibus inferas, ac postero die spicas vlpici, vel allij cũ vino conteras, & in naribus infundas: Columella, Attactio, teste Rufio, dicitur, cũ nervus pedis anterioris in iumẽto, à postetiore crure (vt fit aliquando præ festinatione) lædituꝛ. Hoc malũ si recens sit, prima vel secunda die rũctura, & locus sacrificetur, vt per sacrificationẽ sanguis exeat, postea Gallus per medium scissus superponatur calidus cũ omnibus intestinis. Pelagonius aduersus tussim iumẽti è faucibus, vel gutture prouenientẽ mactatę recẽs Gallinæ ventrem vnà cũ stercore involui iubet melle, & iumento in fauces immitti adhuc calentẽ. Sunt qui ad vlcera iumentorũ vtantur fimo Gallinaceo arido trito cribratoq; inspergentes manè, & vesperi succum sambuci immittentes per dies aliquot, vbi vlcera primũ albuerint vino, in quo sambuci folia decocta sint cũ modico sale. Si hordeo malo, aut nimio iumentũ lædituꝛ, remediũ est pelliculã è vẽtre Galli siccatã fumo, deterere, additisq; octo scrupulis piperis, & quattuor cochlearibus mellis, & vncia pollinis ex thure, cũ testario vini veteris tepefacto per os dare. Vegetius Chiron Cẽtaurus pro remedio malidis, siue pestilentiæ iumẽtorũ, præcipit catulũ lactãte viuũ in

Ad lporẽ marinum.

Contra tussim in iumentis.

Ad vlcera tumẽtiorũ.

Ad pestilẽtiã iumentorum.

aqua

aqua feruenti missum, ac depilatum, ita decoqui, vt ossa separentur à carne, quibus diligenter ablatis, eius caro cũ aqua in qua decocta fuerit, liquamine optimo, vino veteri, oleo, & pipere, cum melle condita vsq; ad sextarium debere seruari, ac singulis animalibus binas cotylas tepefactas, donec ad sanitatem perueniant, & diebus singulis dari per fauces. Vegetius quoq; de Gallo Gallinaceo albo eadem, quæ de catulo obseruanda demonstrat.

NOCVMENTA.

Galli pugnantis rabies.

CÆLIVS Aurelianus author est, quendam à Gallo pugnantem leuiter læsum in rabiem venisse: tanquam pugnans Gallus, dum ita percitus est, etiam furiat. Sunt qui putent, oua diutissimè elixa, & indurata immodicè homini venenum fieri. Multis tamen ea placere video. Num autem venenum fiant, ignoro: bene tamen noui plurimum negocij stomacho facessere. A presepibus equorum remouebuntur aues domesticæ, atq; altiles, quæ eas propter reliquias pabuli sectari solent, & in his non solum pinnulas excutiunt, sed etiam stercora deijciunt: atq; illæ cum gutturis, hæc cum alui periculo ab equis deglutiuntur. De fimo Gallinaceo à bobus, aut equis deuorato, & remedijs contra eum, plura in quadrupedum istarum historijs Deo dante, scribemus illud tantummodo iam dicentes, Hieroclem equo aduersus huc fimum deuoratum docere auxiliari ipsum fimum Gallinæ album, & solidum, quem conteri iubet cum drachma seui, & cum duobus polentæ chœnicibus, vinoq; nigro austero in massas redigi, & equo edendas dari. Cæterùm paulò antè etiam ex Plinio diximus aduersus fungorum, boletorumq; venena dari item ad inflationes, & strangulationes, cum si id animal aliud gustauerit, torminibus, & inflationibus afficiatur: quomodo itaq; quum iuuabit, si priùs noxam induxit?

Ouorũ durorũ malitia.

Gallinæ cur à præsepibus pellendæ.

Contra fimum deuoratum.

VSVS IN CIBO.

Quã vtilitatem Gallinaceũ genus in cibis præstet.

GALLINACEVM genus in cibi vsum cedere quis ignorat? Hoc penè vno in repentino, ac inopinato amicorum hospitumue aduentu iuuamur, huic omne mensæ lautæ, mediocri, tenuisq; splendorem acceptum referre debemus. Si lautam necessitas postulat, carnes hinc habetis laudatissimas, easq; cùm elixas, tùm assas præterea oua reliquarum auium ouis præstantiora, quæ varia etiam tibi præstabunt fercula: Si mediocrem, vt in diebus, quibus carnium esu lege sacra est interdictus, sola oua tibi suffecerint: sin tenuem, & ægris conuenientem, vnde quæso tutior, incundiorq; victus queat, quam hinc peti? Quare meritò iure apud Columellam, & alios, qui de auibus ex professo scripserunt, Gallinaceum genus principem semper locum obtinet. Vnde etiam *a* Horatij commentatores, vbi ita cauit.

a Sat. egl. 5.

Accipe qua ratione queas ditescere Turdus,
Siue aliud priuum dabitur tibi.

priuum exponunt non solùm priuatũ quid, & propriũ, sed peculiare, & rarũ quid ex auium genere, quales, inquiunt, apud veteres erant Gallinæ, & Turdi, quibus (turdis) alibi ẽt nil melius esse dixit idem poeta. Lampridius in Alexandri Seueri conuiuij tradit fuisse Gallinas, & oua, sed festis diebus adhibuisse ẽt Anserẽ: maioribus verò festis Phasianum, ita vt aliqñ & duo ponerentur, additis Gallinaceis duobus: Et alibi etiã Heliogabalum vna die non nisi de Phasianis tm̃ edisse refert, alia die de pullis. Hinc iam clarum est & perditissimos Imperatores harum auiũ esu delectatos sed Gallinas tantum, aut pullo esitasse: Galli enim, & maximè qui admodum salaces sunt, proli magis, quàm gulæ reseruantur. Sin verò Galli tenelli adhuc sunt, nempe pullastri, eorum caro inter volucrum carnes, qua mediam quandã extenuandi, & crasse faciendi naturã præstant, connumeranda est, à Galeno tantopere prædicatas. Facilè enim concoquitur laudabilẽ sanguinem generat, appetentiã conciliat, quibuscunq; temperamẽtis conuenit, præcipuè si moderatè pingues fuerint, & nõdum coierint, aut cucurierint. Coeuntes enim, & canentes iam sic cescere incipiũt, exacuiturq; siccitate ea calor, ac fit illorum quamprimum dura, fibrosaq; caro, vsq; eo vt salsugineũ saporem elixatione reddant pro vetustate maiorem semper, etiam leniendæ aluo efficacem. Quare antè id tempus ad castrationem deueniendum erit: alioqui procul dubio præferendæ pullastræ, vtpote frigidioris temperamenti: ac idcirco pullastris maribus in febricitantibus prælatæ: in reliquis alimentum idem boni, laudatique succi non excrementij, non morantis diu in progressu, descensuque in intestina: alimentum tamen exhibent, nec

Alexandri Seueri conuiuia.

Gallorum esu quis laudetur.

Galli quãdò castrantur.

Pullastrarum laus.

multũ, nec duraturũ multũ quippe ex tenui sanguine cõstat, ac fluxili, labiliq; vt & citò inde abire possit, damneturq; præterea podagricis, vt alia, quæ fluxilis sanguinis generatione facilè affectis, ideoq; imbecillioribus partibus incurrũt, vel mixta, vel attracta. Sũt qui ad mẽsæ vsũ, & pro febricitãtibus Gallinas castratas pullastris cũ maribus, tũ fœminis præferãt. Apud nos Gallinas castrare insolẽs est. Gallo vesci, maximè prouectę ętatis dedecus, etsi rusticis vsurpatũ, vtpote ingrato nobiliũ palatis; nã, vt ait Baptista Fiera medicus, ac Poeta.

Prandia si dederit, Veneris documenta proteruus
Nesciat: hinc sicca est, & malè grata caro,
Sit puer, aut Cybeli pœnas pro nomine falso
Pendat, & execto sit tibi teste Capus.
Sic prapinguis erit, sic iam dormire licebit,
Et pariet rauca fercula larga gula.
Sic humens Gallina vices huic cedet honoris
Vel nigra, vel partus sit licet indocilis.
Sic cerebrum, Veneremq; fouet: minus ignea pulle
Vis est: sub sicco hic sit mihi cœna cane.
Maxima, testiculis positi tibi gloria, Galle,
Somne, aluo, Veneri gratus es, & Cybeli.

b lib. 10. c. 10. Apud veteres inter cæteras, quas saginabãt, saginatas Gallinas magni faciebãt, vt C. Fanninus legem ferre coactus fuerit, qua volucres mẽsis apponere prohiberet, prẽter vnã Gallinam, eamq; quæ non esset altilis. Si autem altiles apponebantur, ars culinarum erat, vt ab vno pede laceratæ tota repositoria occuparent: inde illud Satyricum:

Quo gestu Lepores, vel quo Gallina secetur.

Lex verò de altili Gallina ante tertium bellũ Punicum vndecim annis lata fuit, teste *b* Plinio: *Hoc primum*, inquit, *antiquis cœnarum interdictis excepium inuenio iam lege C. Fanny vndecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucrum poneretur, præter vnam Gallinam, quæ non esset altilis: quod deinde caput translatum per omnes leges ambulauit. Inuentumq; diuerticulum est in fraudem earum, Gallinaceos quoq; pascendi lacte madidis, cibis, multò ita grationes approbantur.* Hæc ille. Erant autem communia præcepta, & adhuc quotidie traduntur, quia ratione tenerescant, vt proprio à nobis allato capite de saginatione monstratum est. Absq; verò longa saginatione tenerescat, si Horatio credimus.

Vt tenerescat.

Si vespertinus subitò te oppresserit hospes
Nec Gallina malum responset dura palato,
Doctus eris viuam mulso mersare falerno
Hoc teneram facies.

Multos vnam partem in Gallinis celebrare. Idem præstabis imposita in anũ ficu, vnde Gallum immolatum Herculi recentem tenerũ & penè friabilẽ cùm quã inter obsonia obtulisset, tã citis teneritudinẽ ficui acceptam retulisse legitur. Etsi tamẽ ita teneræ factę sint Gallinę, nonnulli eò libidinis deuenerunt, vt vel vnã tantummodo partem auis ad esum admitterẽt: vnde quoq; apud Plinium legimus, mox cùm de saginatione harũ auiũ locutus esset, *nec tamen in hoc maugonio quicquam totum placet, hic clune alibi pectore tantum laudatis.* Haud iustè itaq; Pertinacem Imp. Capitolinus nimiũ illiberalem fortè vocauerit, quòd amicis aliquando lumbos Gallinaceos miserit: crediderim enim id gulæ causa factum. Etsi autem in dorso carnis parum sit admodum, pellicula tamẽ ipsa, maximè in altili Gallina, pinguis est, & apprimè delicata; ita & Matron apud *c* Athenæum.

Pertinax Imp. cur lũbos Gallinaceos amicis miserit.

Sic factus est, ridens alij, moxq; afferunt
Gallinas altiles in argenteis patinis
Deplumes, atate pares, dorso laganis similes.

c lib. 14. Cristarum coctio, & esu. hoc est, vt ego expono, dorso gratas, non autẽ rufescente dorso, vt alij exponunt: siquidem lagana nõ rufescunt, sed albescunt. Cristæ etiam, & palearia priuatim à quibusdam edũntur ex iure, vel assæ super prunas, & dein addito pipere, & succo aurantij: nos testes etiã adiungimus, maximè die sãcto Pellegrino sacro, ideſt, calẽdis Augusti, quo tẽpore Bononiensibus Galli castrãtur. Sũt qui difficulter coqui asserant, parũq; nutrire, vtpote siccæ naturæ: attamen *d* Galenus cristas Gallinaceorũ, & paleas medio loco habet, nõ probandas nimirum, nec improbandas. In maximis etiam apud Romanos delitijs cristas fuisse historia traditum inuenimus, viri alioqui grauis inuento. Eas Messalinus Cotta Messalæ oratoris filius cum palmis pedum & Anseribus torrere, atque patinis condire repetit. Et Heliogabalus, cui nullla fuit vita nisi in voluptatis nouę exquisita ratione sæpius ex Apitij æmulatione, vt

Testes. d lib. 3. de alimen.

Sparcianus

Spartanus prodit, cristas Gallinaceis viuentibus vorauit, itē camelorū calcanea, Pauonum linguas, & Luſciniarum. Cerebrū etiam coquitur, editurq; maximè leuiter aſſum cū pauco ſale. Acuit autem priuatim intellectum. Laudat eiuſmodi cerebella Baptiſta Fiera medicus, ac poeta, ſed adiecto pipere humiditatem obtundendam: ait autem:

Quadrupedum præſtant oculi, cerebella volucrum:
Vtraq; tamen nimium, ni piper addis erunt.

Iecinora harum auium inter omnia edulia Cardanus celebrat Raſi verò ex *e* Galeno inter hepata primatū Anſerino tribuit, idq; quia humidius & tenerius, ita etiam ſapore ſuauius eſſe ait, ſecundam verò laudem Gallinaceo aſcribit. Eſt tamen, & hoc humidū, quòd idem Fiera hoc carmine docet, inquiens.

Colla recurq; calens, ſed colla fluentibus humens,
Gallina, Anſer, Anas mollius hepar habent.

Id ſuper prunas aſſatū labētes vires breui reparata, ſuperbibito pauco vino albo. Vētriculus ſi concoquatur vberrimè nutrit, teſte *f* Galeno, ac inter omnes Gallinæ, & Anſeris præſtantiſſimus ei cenſetur: & alibi ſi benè memini, ita habet: *Ventriculi in cibo laudantur, præ intestinis, præſertim altiliū Gallinarum, magisq; etiam Anſerum: ſunt enim perquam ſuaues cæterùm crassi, duriq; eòq; ad coquendum difficiles, ſed quibus ſemel coctis multum alimenti inſit.* Et Villanouanus nullos animaliū ventriculos in cibo laudari aſſerit, præter vētriculos Gallinarū, Anſerū, & Gruis. Inteſtina ēt priuatim cū alijs quibuſdā rebus incocta edebāt, ea gigleria, teſte Hermolao, vocāt, alij gigeria legūt. Inter reliquas partes teſtes maximè cōmendātur, Galeno maximè, ac omnibus medicis, potiſſimū ſi Galli lacte nutriti eſſent. Hi.n. concoctu facillimi ſunt, & ampliſſimi. Cuius rei mētionē facit *g* Alexāder Aphrodiſienſis. Vropygiū Gallorū, Gallinarū, & Caponū cibū militarē eſſe Galli exiſtimant. Veteranos enim milites vropygiorū oratores appellant: Certum aūt eſt altilium, & præpinguium gulæ mirificè placere: & luxurioſis vulgò exhiberi per iocū ſolet. Sanguis item Gallinarū nō eſt inferior ſanguine ſuum, ſed multò peior leporino. Erant *h* Galeni tempore, qui eum ederēt. Noſtri dum Gallinas occidunt, eas ex pedibus ſuſpendunt, vt ſi nul collectus ad locū affectū ſanguis cōglobetur, & poſtea in cibum cedat. Ex capitibus & interraneis Caponum, & Gallinarum Platina eiuſmodi deſcribit patinam. Gallinarū, atq; auium iecuſcula, pulmones, pedes, capita, & colla benè lauabis. Lota, & elixa in patinā ſine iure trāsferes. Indes anethū, mentham, petroſelinum, inſpergeſq; piper, aut cinnamomum, ac ſtatim conuiuis apponeſ. Iuſcula deniq; harū auiū nō ingrata ſunt Quinimo apud Ægyptias mulieres ius pinguium Gallinarū nigrarū arte pinguefactarum in familiariſſimo vſu eſſe legimus in balneis, vt ſe pinguē faciāt. Etenim ipſū totū ex vncia Gallina confectū vnaquæq; mulier potat, totāq; Gallinā in balneo deuorat. Alias accipiūt Gallinā nigrā probe pinguē, ac carnoſā, in cuius ventrē inijciunt auellanarū contuſarum amygdalarū dulcium, piſtachiorū, pinearū piſorum ana drachmas tres: quā hoc pacto paratā in aqua decoquunt, ipſamq; percoctā vnica die in balneo mulier vnica totā depaſcitur, eiuſq; ius, in quo ēt Sacrocola ebulliuit, abſorbeat, pluribuſq; diebus hoc mulier pinguefaciēda continuat Eodē fere modo aliam Gallinā decoctā comedunt, & ius eius bibūt: ſed prius triticis mundi in aqua decocti libā vnam comedēdā exhibēt, quod cùm ipſa comederit, Gallinā decapitat, coquit, totāq; in balneo conſecat, & totū inſuper ius ebibit. Idem quoq; factitant aliæ, ſed alio modo Gallinam coquendā prēparant. Nam, & trititicū ad libā ſemis in aqua decoctū Gallinæ comedendū exhibent, quod vbi totū comederit, decapitat adecoquunt, ſolamq; comedūt, eiuſq; ius potāt illa die, quinquieſq; hoc illæ facitare ſolent. Author horū omniū eſt *i* Proſper Alpinus. Inſuper Antagoras poeta tanti Gallinaceum ius fecit, vt Athenæus ſcribat, ire noluiſſe in balneū, cū aliquādo Gallina elixaret, ne pueri, abſente eo, abſorberent iuſculū. Vt modò de apparatu harū auiū cū alijs rebus aliquid dicamus. Apiciū in primis, & Platinā ſequi placuit. Sunt certè apparatus varij *k* Apicius cū conchiclas qualdā (ſic dicta edulia à faba cōchide, vt puto) cū faba, & cū piſa deſcripſiſſet: aliter, inquit, cōchilā ſic facies: *Pullum lauat, exoſſat, concidis minutatim cepam cortandrum cerebella enervata, mittis in eundem pullum liquamine, oleo, & vino ferueat, cum coctus fuerit, concidis minutatim cepam, & cortandrum, tolas ibi ipſam coctam non conditam, accipies conchicla pro modo componis varie: deinde teres piper, cuminum: infundis ius de ſuo ſibi. Item in mortario ouadno diſſoluis, emperas, ius de ſuo ſibi ſuffundis ipſe integræ elixæ, vel nucleis adornabis, & lento igni ferucre facies, & inferes.* Aliter conchicla farſilis, ſiue cōchilatus pullus, vel procellus: *Exoſſatis pullum à pectore, femora eius iunges in porrectum, ſuccule alligas, & in perſatis paras, & facies aliter vt piſam loram, cerebella, lucanica, & cætera: teres piper,*

Heliogabalus cristas Galli vorauit.

Cerebri eſus, & coctio.

Iecinora. f lib. 2. Aph. 87.

Ventriculus. f lib. de cib. bon. & mal. ſucci.

Inteſtina. Gigleria quid. Teſtes. g 2. Prob. 73.

Vropygiū Sanguis. h lib. 3. de Alimen.

Patina ex capitibus, & interaneis.

Ægyptiæ mulieres, quomodo in balneis ſe pinguefaciant.

i lib. 2. de Med. Aeg. cap. 16.

k li. 5. artis coquen.

Conchicla farſilis.

per,

per, ligusticum origanum, & Zinziber. Liquamen suffundis, passo, & intemperabis. Facies vt ferueat, & cum ferbuerit, mittis modicè & ipsam cùm condieris, alternis in pullo componis, omento tegis, & in operculo deponis, & in furnum mittis vt coquantur paulatim, & inferes. Apud eundem item alibi istos leges apparatus. *l lib. 6. c. 9.* In pullo elixo ius crudum. Adyces in mortarium anethi semen, mentham siccam lasseris radicem, suffundis acetum, adyces caryotam, refundis liquamen, si napis modicum, & oleum defruto temperas, & sic mittis in pullum anethatum. Aliter pullus. Mellis modicè liquamine temperabis. Lauas pullum coctum, & sanabo mundo siccas, charaxas, piper asperges, & inferes. Pullus Parthicus. *Pullum apertes à naui* (de hac parte alibi nostram aperuimus sententiam) *& in quadrato ornas: teres piper, ligusticum, cares modicum, suffundis liquamen, vino temperas, componis in cumana pulium & conditarum super pullum facies: laser, & vinum inter illas dissoluis, & in pullũ mittis simul, & coques, piper asperges, & inferes.* Pullus oxyzomus: *Olei acetabulũ maiorem satis modicè, liquaminis acetabulum minorem, aceti acetabulum perquam minorem, piperis scrupulos sex petroselinũ porri fasciculũ.* Pullus laseratus. *Aperies à naui, lauabis, ornabis, & in eum ana ponis: tres piper, ligusticum laser vinum, suffundis liquamen: vino, & liquamine temperabis, & mittis pudum: coctus si fuerit pipere aspersum inferes.* Pullus elixus cum cucuribus elixis. *Iure supra scripto addito sinapi perfundis, & inferes.* Pullus elixus cum colocasij elixis: *Supra scripto iure perfundis, & inferes.* Facit & in elixum cum olius colymbadibus non valde (impletum) ita vt laxamentum habeat, nec dissiliat dum coquitur in olla: submissum in sportellam cùm bullierit, frequenter lauas, & ponis, ne dissiliat. Pullus Varianus (à Vario Heliogabalo fortassis, aliàs Vardanus) *Pullum coques iures hoc: liquamine, oleo, vino, fasciculum porri cortandri, saturta cum concoctus fuerit, teres piper, nucleos cyathios duos, & ius de suo sibi suffundis, & fasciculos proijctes, lacte temperas, & rc exinanies in mortarium supra pullum, vt ferueat: obligas cum albamentis ouorum tritis, ponis in lance, & iure supradicto perfundis. Hoc ius candidum appellatur.* Pullus Frontonianus. *Pullum prædura condies liquamine oleo, mixto, cui mittis fasciculum anethi, porri, satureia, & cortandri viridis, & coques, vbi coctus fuerit, leuabis eum in lance, defruto perfundes, piper asperges, & infires.* Pullus tractogalatus (à tracte, & lacte, quibus condiebatur, vt Humelbergius exponit) *Pullum coques liquamine, oleo, vino cui mittis fasciculum cortandri, capam, deinde cùm coctus fuerit, leuabis eum de iure suo, & mittis in cacubum nouum lac, & salem modicum: mel, & aquæ minimum, id est tertiam partem, ponis ad ignem lentum, vt tepescat: tractum confringis, & mittis paulatim, assiduè agitas, ne vratur pullum illic mittis integrum, vel carpetum, versabis in lance, quem perfundes iure tali piper, ligusticum, origanum, suffundis mel, & defrutum modicum, & ius de suo sibi temperas in cacabulo: facies vt bullitat; cum bullierit, amylo obligas, & inferes.* Pullus farsilis. *Pullum sic, ne aliquid in eo remaneat, à ceruice expedies, teres piper, ligusticum zinziber, pulpam casam, alicam eluxam, teres cerebellum ex iure coctum: ona confringis: & commisces vt vnum corpus efficias, liquamine temperas, & oleum modicè mittis, piper integrum, nucleos abundantes facinpenlam, ac imples pullum, vel procellum, ita vt laxamentum habeat. Similiter & in Capo farcies.* Accipies pullum, & ornas, vt suprà, aperis illum à pectore, & omnibus electis coques. Pullus Leucozomus. Accipias aquam, & oleum Hispanum abundans, agitatur, vt ex se amulet, & humorem consumat; postea cum coctus fuerit quodcunque olei remanserit, inde leuas piper asperges, & inferes. Hæc omnia Apicius, qui etiam quod omiseram, primum hæc scripserat. *In Iscia de pullo. Olei floris libram vnam, liquaminis quartarium, piperis semuncia.* Aliter de pullo. *Piperis grana triginta, & vnum conteres, mittis liquaminis optimi calicem, carnet tantundem, aquæ XI. mittes, & ad vaporem ignis pones, Iscia de Pauo primum locum habent, ita si facta fuerint, vt callum vincant; secunda Iscia de Phasianis, tertium de cuniculis, quartum de pullis.* Aliter (Isicium amylatum) *Ossicula de pullis expromas, deinde mittis in cacabum porros, anethum, salem, cùm cocta fuerint, addes piper, apij semen deinde orindam* (fortè oryzam, cuius & paulò antè meminerat in simili Isicio amylato. Sed Humelbergius ex Hesychio orindam interpretatur semen simile sesamæ, &c.) *infusam teres: addes liquamen, & passum, vel defrutum, omnia misces & cum iusculis inferes.* Diphnosophistici apud m Athenæum Gallus cum oxyliparo apponitur. γαλῆς καὶ βατίδας ὅσα τινῶν γίνων ἐν ὀξυλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται, inquit ibi Timocles comicus: Est autem fortè oxyliparum trimma seu condimentum idem, aut simile quale suprà in pullo oryzomo Apicius descripsit, quod conficitur aceto, liquamine, & oleo, quæ lipara, id est, pinguia sunt. Sed Hermolaus, sese inuenisse ait, oxyliparon genus esse iuris, in quo raiæ, & cæteri eius naturę pisces mandi soleant. Egregia quædam condimenta pro pullis coctis describit Antonius Gainerius capite restaurando appetitu. Pullus in agresta. Pullum cum salita carne decoquito: vbi semicoctus fuerit grana vuæ, sublatis è medio vinaceis, in cacabum feruentem indito: petroselinum,

Pullus Parthicus. *Pullus oxyzomus.* *Pullus laseratus.* *Pullus elixus cũ cucurbitis.* *Cum colocasijs.* *Pullus Varianus.* *Ius candidum.* *Pullus Frõtonianus.* *Pullus tractogalatus.* *Pullus farsilis.* *Pullus leucozomus.* *Isiciũ amylatum.* *m lib. 8.* *Oxyliparũ quid.*

troſelinum,& menthã minutatim concidito, piper,& crocũ in puluerem conterito. Hęc omnia in cacabum, vbi pullaſtra cocta fuerit, conijcito,& patinam ſtatim facito. Hoc obſonio nihil ſalubrius. Admodũ enim alit facilè concoquitur;ſtomacho, cordi, hepati, renibus conuenit, ac bilem reprimit,ex *n* Platina. Et *o* mox: Pullus aſſus: Pullum bene depilatũ, exinanitum,& locum aſſabis,Aſſo,atq; in patinam impoſito,antequam refrigerat,aut ſuccum mali medici,aut agreſtã cum aqua roſacea,ſaccaro,ac cinnamomo bene trito infundes conuiuiſq; appones. Hoc Bucino non diſplicet,qui acria (acida) ſimul ac dulcia appetit, vt bilem reprimat,& corpus abeſet. Idem *p* alibi præſcribit quomodo paretur paſtillus ex quauis carne animantis curis, vt vituli, Capi, Gallinæ, & ſimilium. E pullaſtris paſtilli ex libro Germanico Baltaſaris Stendelij, vt citat Ornithologus: Paſtillo confecto pullaſtras ritè paratas membris confractis impone; & pro magnitudine paſtilli tria,aut quatuor oua,addito ſale,& Zinziber ſatis abundè. Per æſtatem conuenit etiam vuas paſſas corinthiacas addi,vt Caponibus quoque,& aliquid butyri recentis. Operculum etiam facies quale pro paſtillo è Capo præſcribitur,& ouis illines:hortis duabus coques. Quod ſi frigidum habere malis, ius per foramen ſuperius effundes,& pingui ſeparato flatu, idem rurſus affundito. Cùm pulli in olla operti coquuntur, vel aſſantur potiùs in butyro, affuſo etiam vino modico cum ſeminaſſi,ſunt,noſtri hoc genus coctura ſtoffare vocant, Germani verdempffen, latinè forſan ſoffucare dixeris, quemadmodum oua pnicta, id eſt,ſuffocata Græci efferunt. Sunt qui vuarum acinos cũ pullo involla operta coquãt: deinde conterunt exprimunt,& rurſus ad pullũ affundunt cum butyro; Et rurſus:Pullos rite paratos in ollam inde; vinum,& ius carnium affunde, cum modico ſale,& aromatici pollinis crocei;quod ſi iuſculum craſſius deſideras, ſegmenta duo panis albi toſta bullicti iuri inijcito, cùm ferbuerint, extractis vnà cum iecore tritis exprimito ſuccum colando per aromaticum pollinem, rurſus affundito, & perfectè coqui ſinito. Sunt qui limonum ſegmenta cum pullis elixant,quæ deinde ijs cùm interuntur,imponunt. Cibarium contuſum: Gallinam,vel Caponem percoquit, dosſe carnes bene mollefcant, & in pila pulpam vnà cum oſſibus contunde, quod ſi parum carnis fuerit, herbit etiam ſegmenta albiſſimis panis ſimul conterere. Tum vnà cùm iure omnia per æneum vas colatorium exprimes, modicum generoſi vini, & croci, aromatumque quantum ſatis videbitur, adijcies, & coques aliquandiu cùm inferre volueris panẽ toſtum ſubijcies,interdum oua extra teſtã in aqua cocta impones. Reliquias etiã Gallinarũ, & Caponum à mẽſa, carnes ſcilicet cũ oſſibus aliqui contundunt, & ferculum parant; cui nonnulli elixum hepar agninum contuſum adijciunt. Hic cibus puerperis,& ijs qui venam ſecuerint, conuenit,ex ante dicto Stendelio. In paſtillum Gallinaceum ex *q* Platina; Criſtas pullorum trifariam, iecuſcula quadrifariam diuidito; teſticulos integros relinquito,lardum teſſelatum concidito, nec tundito; duas aut tres vncias vitulini adipis,medullam bubulam,aut vitulinã addito. Zinziberis,cinnami,ſacchari,quantum ſatis erit ſumito. Hæcq; omnia cum ceraſis acribus (acidis) ac ſiccis ad quadraginta miſceto, inditoq; in paſtillum ad id aptè ex farina ſubacta factum. In furno, aut in foco decoqui poteſt. Semicoctum vbi fuerit, duo vitellos ouorum diſfractos, modicum croci, & agreſtæ ſuperinfundens. Ius Gallinaceum cum amygdalis, Cape tibi ſelibram amygdalarũ, tres ouorum vitelos exiguos iecuſcula Gallinarum, panis è ſimilia ad modum duorum ouorum, cremæ lactis, quantum ſemiobolo emitur, ius Gallinæ veteris perfectè coctum. Tum amygdalas contuſas cum iure percolando exprime, & da. Vel pone prius in iure ſic parato pullum prius, coctum,& modicè ſimul efferuere finito, vt deſiuſculum fiat, & modicum cinnamomi cariophyllorum, ſaliſq; addito. Baltaſar Stendelius. ex eodem ius viride pro Gallina, aut pullo. Petro, ſamſucho, petroſelino minutatim diffectis vinum affunde, ſimul agita, ſaccarum,& aromatis aliquid adde,& affunde iuri,in quo Gallina cocta eſt, nec amplius coquito,ne color viridis euaneſcat. Conditura pro Gallinis elixis; Gallinã elixam integram, vel in partes diuiſam,bene purgatam in ollam inde, permodicum aquæ affunde cum pauco vino dulci, & butyri modicum adde, & pollinis aromatici nonnihil de macere, cinnamomo, cariophyllis. Cura diligenter ne diutius ad ignem maneat hoc ferculum, fit enim prorſus inutile. Tolles cùm ad ruſſum colorem Gallina vergit, & ius mediocre habet. Si dulce placuerit, ſaccarum per ſe, vel cum aromatibus adijcies. Aliud edulium de pullis vel Capis cum pane toſto, &c. ex eodem. Ipſe Germanicè vocat Plutzte huner. Pullos, aut Capos aſſos fruſtatim diſſectos ſaccharo cum aromatibus condies, ac vino dulci perfundes, imponeſq; ſegmentis è pane albo toſtis eodem vino dulci madentibus: frigidum impones. Condimentum, quo Gallina, vel pullus farcitur. Iecur, & ventriculum è Gallina manu diligenter eximes, ita ne quid frangas. Hæc minutatim conciſa cum ouo permiſce, & croceum

n l.6.c.16.
o cap.17.
Pullus aſſus.
p l.6.c.9.
Paſtilli ex carne.
Paſtillus è pullaſtris.
Oua pnicta.
Cibarium contuſum.
Paſtillus Gallinaceũ
q l.6.c.38.
Ius Gallinaceum cũ amygdalis.
Ius viride.
Conditura pro Gallinis elixis.
Plutzte huner.

ceum colorẽ adde, si placet: addes & olus viride contusum, vel vuas passas minores, his immissis pollinem aromaticum affundes, & ventre Gallinæ religabis, eamq; in olla coques eo genere, quod suffocationem vocant Cæterùm pro Gallina assanda, condimentum hoc in patella mixtũ cum ouo subiges, & in ventrem immites. Idem. Aliqui Gallinam pullam in optimo vino albo decoquunt, & dissolutam coctione diutina exprimunt, colantq; ius, & cum cui vitello ad ignem miscent. Hac forbitione prostratas ęgrorum vires mirificè restaurari aiunt.

r lib. 6. r Athenæus meminit procell dimidia parte assi, & dimidia elixi, tartiq; Turdis, ac ventriculis Gallinaceis. Prandia apud Gallos elixas Gallinas accipiunt, cœnæ assatas. Procetes ganeæ brumalibus diebus edendas iubent. Vulgus à mense Februario appellat Februarinas, quibus nullam aliam escam anteponit. Alij toto anno in cibatu eas apponunt. Verùm & in his, vt in cæteris animantibus ratio tẽporis est habenda, Franciscus Aluarez à Presbytero lano narrat oppositas Gallinas, quarum caro simul cũ ossibus pelle exuta erat, & varijs delicatis aromatibus impleta, & tanto artificio iterũ concinnatas, vt nullibi rupturæ locus, aut vestigium appareret. Admonet Nicolaus Massa vt in omnibus Gallinarũ apparatibus modicũ quid salis adhibeatur, quoniã ita sapidiores sint, & citiùs in ventriculum descendant. Illud etiam obiter admonitũ velim nucẽ pullo inclusam illum lõgè celeriùs coqui facere, vt Com. Agrippa memoriæ prodidit: quod si verũ est (possit autẽ quispiam absque noxa vlla experiri) egregiã sæpe in inopinato amicorũ aduentu vtilitatem præstaret. Si vis, vt pullus saltet in disco: Accipe, inquit Albertus Magnus, argentũ viuũ, & puluerem calaminthæ, & mitte in ampullam vitream sigillatam, & illam pone intra pullum calidum: cùm enim argentum viuum incalescit, mouet se, & facit ipsum saltare. Hodie apud Indos quosdam in Scocotera insula religio est Gallinam, aut quamlibet auem contingere, ne dum gustare: & Britannis olim s Iulius Cæsar testatur, nefas fuisse leporem, & Gallinam, & Anserem gustare: hæc tamẽ alere animi voluptatisq; causa. t Alex. ab Alexandro verò & dijs ea offerre lege vetitum ipsis fuisse scribit. Et u Hippocrates eos olim, qui morbo sacro laborabant, Galli carnibus abstinere iussos memorat. Sed tempestiuũ modò etiã aliquid de ouis dicere, quæ quot modis cibos iuuent, nemini non notũ est adeo, vt alibi Plinius dicat nullum alium cibum esse, qui in ægritudine alat, neq; oneret, simulq; vim potus (alij legunt vini vsum) & cibi habeat. Eligimus autem ad cibum oua Gallinarũ potissimùm. Hęc enim quicquid dicãt alij, cęteris omnibus præferuntur, maximè si ea ex Gallo Gallinæ conceperint. Nam Zephyria teste Aristotele, minus sapiunt minora sunt, ac magis humida. Recentia veteribus plurimùm præstant, quippe optima sunt recentissima, vetustissima autem pessima: quæ verò in horum medio sunt, proportione recessus ab extremis bonitate, vel prauitate inter se differunt. Recentia a veteribus dignoscuntur facillimè. Recentia plena sunt, vetusta vt plurimùm circa partem latiorẽ inania. Vetustatis insuper signum est manifestissimum, si dum aperiuntur, vel refringuntur diffluant, præsertim vitello: contrà bonitatis, si aperto ouo vitellus integer manserit, & in medio eius gutta rubicunda, velut sanguinea apparuerit. Platina sapidiora putat oua, quæ ex Gallinis pinguibus, non macilentis sunt nata. & ex depastis criticum, hordeum, milium, panicum, potiùs quàm herbas. Arabes præferunt oblonga, parua tenuia, vt Tragus citat. Idem oua recentia in plenilunio exclusa tanquam præstantiora, cùm ad cibum ceu durabiliora, tum vt Gallinis supponantur, colligi iubet. Efluchasim oua probat, quæ duos vitellos habent tanquam maiora, & subtiliora. Oua recentia nomen seruant, vetusta verò antiquis requieta dicta sunt, nobis vulgò stantia, fortè quoniam leuitate sua aquis supernatent. Hac enim ratione tutò experire, si plena sunt, & recentia, an è contrario. Insuper ne ad cibum inepta reddantur oua, siue ne requieta fiant, vbi eorum copia est, quæ in futurum vsum reseruare velis, in lomento repones. In eo enim seruare oua vtilissimum Plinius iudicat, vel vt alibi ait, *hyeme in paleis, æstate in furfuribus.* Qui oua, inquit Varro, diutius seruare volunt, perfricant sale minuto, aut muria: atq; ita sinunt per tres, aut quatuor horas, caq; ablata condunt in furfures, & acus. Columella refert, quosdam trito sale sex horis adoperire, deinde eluere, atque ita paleis, aut furfuribus obruere: nonnullos solida, multos etiam fricta fãba cõggerare, alios salibus integris adoperire, alios muria tepefacta durare. Sed sal omnis quemadmodum non patitur putrescere, ita oua minuit nec sinit plena permanere, quæ res ementem deterret: itaq; ne in muriam quidem qui dimittunt, integritatem ouorũ conseruant: quare Plinij placita super istac conseruatione sequi placet. Sunt qui, Ornithologo teste oua recẽtiora seruari velint frumenti genere quod secale vocãt, nostri segala, Germani roggẽ, vel cinere, ita vt acutior pars oui inferior sit, tũ rursus secale, aut cinerem superintundunt. Tradito conseruationis modo, coctionis ratio explicãda sese nobis offert. Oua autem

Salis vsus.

Coctio celerrima.

Vt pullus saltet in mensa.

Qui Gallinæ vsu abstineat.

s l 4. de bell. Gall.

t l. 3. c. 12.

u l. de morb. sac.

Ouorum electio.

Zephyri oua improbantur.

Recentiorum, & vetustiorum dignotio.

Oua quæ bona, & quæ mala.

Requieta oua quæ.

Vt seruanda oua, ne requieta fiant.

Oua quemodo cocquentur.

diuersis

diuersis modis coqui, & ad cibum parari solent, aut simpliciter, aut cum alijs admistis. Ordo autem expostulare videtur de ijs primùm dicere, quæ parãtur simpliciter. Coquũtur autem hæc vel in aqua, vel sub cineribus calidis, vel in sartagine. Et quanquã quouis horum modo magis, minusue liquida, & dura fiant pro coctionis modo; de ijs tamen, quæ in aqua elixãtur maximè sentiũt authores, cũ sorbilia, mollia, duraue, aut similibus oua nominibus appellãt. Licebit autem horum proportione comparationeq; de ijs etiam, quæ alio coquendi modo magis, minusue cocta fuerint, quid sentiendum sit iudicare. Coctura ouorum quæ in aqua fit, melior est cæteris & quæ in calidis cineribus: melior, quàm quæ in sartagine, nẽpè si eiusdem generis semper inter se conferas, dura duris, mollia mollibus. Nam mollia in cineribus, duris in aqua coctis oportet præferre. Cur verò in aqua cocta oua meliora sint ijs, quæ in igne, non leues sunt rationes. Tostum enim ouium, vt Cælij verbis vtar, dissilit facilè, non dissilit aqua concoctum: ignea siquidem vi, quodam ferrumine copulatur, quod ineſt, humectum, ampliusq; calefactum, exustumq; plures parit spiritus: qui loco nati perangusto, exirum mollientes testam rumpunt, demumque euaporant. Præterea flammæ vis tunicam circumsiliens putaminosam amburendo diffringit, quod & fictilibus euenire, dum torrentur, euidens est. Quemadmodum perfungi frigida prius solent oua: calida siquidem aqua mollicie statim humorem effundit, & raritatem relaxat, quibus adde, si placet, quod oua vel sub cineribus calidis, vel super carbones ignitos cocta tetrum odorem spirant, malæ contractæ qualitatis euidentissimo signo. Rursus oua elixa in aqua cum testis suis peiora sunt, quàm fracta in aqua: siquidem crassos, & fumosos halitus testa cohibet: vnde ex frequenti eorum esu inflatio oritur, & stomachi, ventrisque grauatio. Sine testa verò cocta, naturalem suam humiditatem seruant, & odoris sui grauitatem deponunt, exuuntque; sunt tamen qui magis appetunt in testa sua cocta, quàm effusa, ex quorum numero se etiam fuisse scribit Antonius Gazius. Verùm quicquid isti dicant, mihi effusa magis probantur, quæ proprio, eoque cotidiano fermè vsu sana, & ad gustum delicata offendi, maximè si quid recentis butyri superaffundatur. Ita cocta oua nostræ mulierculæ, & coqui oua disperdute nuncupant, Græci, vt rectè Ornithologus conijcit, ἐξαφτὰ, etsi alioqui doctissimum Hermolaum exapheta cum pnictis eadem facere nouerim, & Brasauolus quandoque absque testa, quandoque cum testa in aqua coqui dicat. Nam reuera Ornithologi coniectura solidis, firmisque nititur rationibus. Ego inquit, apud Græcos scriptores, reperiri hoc nomen non puto. Lexicorum quidem scriptores, qui vocabula, vel Græcè, vel Latinè exposuerunt, non ponunt. Videntur autem ἐξαφτὰ, syllaba vltima acuta oua, appellari, quæ è testis suis effusa coquuntur integra, siue in aquam calidam, vt sorbilia, vel mollia coquenda, siue aliter, vt pnicta, vt quidam putant. Nam si non integra, sed fracta, ruptaq; liquoribus addendis coquuntur pnicta, non putarim exapheta vocanda. Quod ad vocabuli originem, certi nihil habeo. His scriptis locum Simeonis Sethi inueni, quem alijs errandi occasionem dedisse video. Sunt autem verba hæc: Ἐπαινοῦσι δὲ τὰ πνικτὰ ὡς πυρρὰ καὶ τὰ ἀναμαζόμενα ἐξαφτὰ (Gyraldus legit, ἐξαφθὰ, quasi ἐξαναιδιαζόμενα insinuans. Sed hoc nomen apud alios authores non extat. Malim ego ἐξαφτὰ legere, hoc est, emissa, & effusa à verbo ἀφημι. Talia autem vocabula non vsitata veteribus Græcis, nec analogicè composita non pauca recentiores habent à vulgò sumpta) καὶ πιθήκους ἀὸ ὕδατος ἑψομένους, hoc est, laudantur, quæ pnicta dicuntur, & exapheta, quæ in aqua calida coquuntur. Quod autem intelligat de ijs, quę in aquam calidã è testa sua effunduntur, vel hinc patet, quoniam de alijs iam suprà egerat, & quod hæc oua ab alijs etiam præsertim Arabibus, quos Simeon in multis sequi solet, probantur, & quod Galenus quoque meminit post pnictà, periphrasticè nominans τὰ ἐπιχεόμενα ἀναδύσαις λεκάνοις, hoc est, patellis (calidam scilicet continentibus) infundi solita. Infundi autem nisi fracta non possunt. x Symeon autem cùm cætera ex Galeno mutuatus sit, hanc etiam partem non omissam ab eo credendum est. Nostri hæc vocant in vvasser gesel, in vvasser geslagen, (hoc est in aquam infusa) & vel per se edenda agris præsertim afferre solent, vel coctis panis segmentis imposita. In his parandis, inquit Galenus, similiter vt in pnictis curandum est, ne supra mediocrem substantiam incrassentur: sed cùm ad huc succum suum retinent, vas ab igne submouendum. Hactenus ille. Pnicta autem parantur ad hunc modum consperſis, oleo, & garo, & pauco vini ouis (ita vulgaris translatio apud y Galenum habet) vas, quo continentur, cacabo aquam calidam habenti inditur, de in igni substernitur, donec mediocrem nanciscantur substantiam. Quæ enim supra modum crassescunt, elixis, & assis fiunt similia: mediocrem verò crassitiem adepta, & melius, quàm dura concoquuntur, & alimentum corpori dant præstantius, sed verbum ἀναδύσαις

Ouorum coctura quæ melior.

Oua in aqua cocta optima sunt.

Ouorum in igne coctorum qualitas mala.

Oua disperdute.

Ἐξαφτὰ.

Oua.

x l. de alim. fac. de ouis.

Oua pnicta quomodo coquantur, & quæ meliora.

y lib. de alim. facult.

z lib. 3. de alimen. facult.

ἀναδύεσθαι, quo z Galenus, Aegineta vtuntur, non conſpergere, ſed ſubigere, & permiſcere ſignificat: quod miror, nec Hermolaum, nec alios (quod faciam) præter vnum Cornarium animaduertiſſe. a Hermolaus enim hæc Aeginetæ verba ſuper his ouis ἀναδεύβυτα ὠμὰ μετὰ γαρύ καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου, καὶ ἐν διπλώμασιν μετέρας πηγύματα: Sic vertit: *cruda cum garo, vinoq; ac oleo ſubacta.* (Albanus irrigata vertit, & diplomata ineptè vaſa ænea, teſtaceauè) *in duplici vaſe coquuntur, donec mediocriter condenſentur.* Ἀναδύειν verò verbum compoſitum permixtionem, quæ per totum fiat, præſertim in humido, vel liquido ſignificare videtur. Hanc enim vim propoſitio ἀνὰ in compoſitione quandoq; habet, nam & extra compoſitionem vltro citroq; ſignificat. Itaq; oua cum oleo, & vino ἀναδεδυμένα permixta, & agitata vertere licebit: ita vt tale ferè hoc ferculum fuiſſe videatur, quale apud Germanos Ornithologus ius quoddã eſſe tradit, cui vulgo à vino calido nomen: ait tamen denſus eſſe, neque oua integra permanere, ſed frangi, & agitari. Qui itaque exapheta, & pnicta eadem putant, toto errant cælo, inter quos Hermolaus eſt, vir alioquin nullis non præferendus, qui deinde dum pnicta interpretatur, quæ in aquam calidam mittuntur, immerguntur; cum garo, &c. hoc quoque perperam ſcripſit, vt ex Galeni, & Aeginetæ verbis iam recitatis facilè percipitur. Nec Cælius quoque rem acu tetigit, pnicta Galeno vocari exiſtimans, quòd præfocari videantur, dum certo genere coquuntur, &c. Nam & hic verbi ἀναδύειν vim non animaduertit. Germani, teſte Ornithologo, huiuſmodi genus cocturæ appellant Verdempffen, hoc eſt, vt Germanus quidam mihi expoſuit, ſuffocare, quoniam vaſe operto; & incluſo intus vapore veluti ſuffocari videatur, quod intus coquitur. vnde etiam inquit, non ineptè oua pnictã Germanicè dixeris Verdempfftè eyer, hoc eſt, oua ſuffocata. Nobis, vt opinor, rectè affogata dici queant. Quod ad bonitatem ouorum pnictorum attinet, b Galenus ea elixis (hepthis, id eſt duris) & aſſis meliora eſſe ſcripſit. Equidem videntur pnicta tanquam in diplomate cocta, cum ſapidiora eſſe, *idque condimentorum quoque ratione, tùm magis lenire, ac mitigare, quàm quæ in vaſe ſtatim igni impoſito parantur*: nam hæc facilius empyreuma aliquod trahunt. *Sorbilia oua* ῥόφητα Græci dicunt: at quæ & hæc ſint, non ſatis inter authores conuenit, veloh ſynonymorum copiam non conuenire apparet. c Galenus quem ſequi placet, oua ῥόφητα vocari aſſerit, quæ dum coquuntur, excalfiunt tantummodò. Hæc alias quoque liquida appellantur: non enim, vt Cælius, & Hermolaus putant liquida cum tremulis, & mollibus eadem ſunt. Mollibus enim panis intingi ſolet, liquida, hoc eſt, excalfacta per ſe tantùm ebibuntur, vnde nobis vulgò oua da bere dicuntur, ſolentque paulò ante prandium ditioribus exhiberi cum modico ſalis. Ita & Braſauolus rectè ſorbilia interpretatur, quæ coctura ſua vix cœpere condenſari. His, inquit, non vtimur, niſi cùm oua ſint recentiſſima, vt naturalem adhuc Gallinæ calorem ſeruent: & reuera niſi vnius dici oua ſint, ſequenti die eiuſmodi coctionem vix admittunt. Cùm itaque paulò magis coquuntur, vt è putamine educta tremere videantur, Græcis τρομπα, id eſt, tremula, Dioſcoridi aliquando ἄπαλα dicuntur, Cornelius Celſo mollia, nonnullis recentioribus etiam tenera, & tenella. *Sin duritiem aliquam acceperint* ἑφθὰ, & ἐψημένα abſolutè Galeno, & Simeoni Sethi non ſimpliciter elixa vocantur, quemadmodum quæ omninò induruerint σκληρα, hoc eſt, dura, etiam ſi Galenus quandoq; epheta, & dura pro eiſdem ſumere videatur. Hæc nos oua Paſchalia vulgò dicimus, quod in die Paſchatis in templum ſacerdoti benedicenda offerantur: Atq; hi ferè ſunt elixorum ouorum coctionis modi, quæ omnia generaliter ἀνγεκλικα Simeon Sethi nominauit, ea inquam omnia, ſiue parum, ſiue multùm, modò in aqua cocta forent. De quorum omnium, antequam ad alias coctiones procedamus, ſalubritate parum dicendum eſt. *Ouum ſorbile*, inquit d Galenus, *cibus eſt leuiſſimus. Et e rurſus, boni ſucci eſt non calefacit, vires potest reficere accruatim: antiquitus ſumebatur cum garo, lenit gutturis aſperitates:* Et Celſo, *Ouum ſorbile*, inquit, *boni ſucci eſt, pituitam craſſiorem facit imbecillimæ materiæ eſt* (id eſt minimùm alit, vt durum validiſſimè) *ouum molle, vel ſorbile: eadem minimè inflant.* Braſauolus tradit multos ſeſe vidiſſe, qui ex ſorbilius ouis molliorem ventrem habuere, & nonnullos, qui vno etiam exhauſto, quinquies, vel ſexies deiicerent. Hæc olim pro matutino erant ientaculo, & guſtula vocabantur, vt ex f Apuleio colligere eſt, dum ait. *Nunc etiam cogitas* (alioquitur Gallinam,) *vt video, guſtulum præparare*, quo guſtulo nihil, me iudice, eſt iucundius, & nullus alius cibus, qui alat, neque oneret, ſimulque vini vitium, & cibi præbeat. *Mollia ſorbilibus plus nutriunt, dura plus mollibus*, Dioſcoride, Galenoque teſtibus. Hæc idem Galenus, & Simeon Sethi ad nutriendum omnium præſtantiſſima eſſe volunt, & Celſus tanquam ſtomacho apta commendat. Dura ad coquendum ſunt difficilia, tardè deſcendunt, craſſiuſque alimentum corpori tribuunt, quinimò &

a In anno. in lib. Gal. de cõp. me. ſec. lo.

Oua pnicta quale ferculum.

Hermolai error.

Cælij error.

Oua ſuffocare quale coctura genus.

Oua ſuffocata quæ dicantur.

b lib. 3. de alment.

Pnictorum ouorum qualitas.

Sorbilia oua.

c lib. 3. de alment.

Oua liquida quæ dicenda.

Mollia quæ

Oua debere.

Sorbilia oua debent eſſe recentiſſima.

Tremula

Tenera.

Epheta.

Dura.

Oua paſchalia.

Ἀνγεκλικα oua quæ.

Sorbilis ouj ſalubritas.

d lib. de Dynamijs.

e lib. de cõp. ſec. loc.

Guſtulum quid veteribus.

f lib. 9. de Aſin. aur.

viscositatem constipãt, adeo vt Brasauolus referat, monachũ quẽdã Fraciscanũ, cũ in festo Paschatis collecta à se eiuscemodi oua alba, & rubra ad saturitatẽ edisset, astricto vẽtre, vt neq; clysteribus, neq; medicamẽtis cederet, obijsse. Nostri eiusmodi oua testis suis exuũt, & in partes aliquot secãt, vt alterius vitelli, ac albuminis segmẽtis lãces acetariorum coronẽt. Idẽ Germanos tã superiores quã inferiores factitare audio. Oua assa, vel rosta, quæ nẽpe in calidis cinerib. coquũtur, vel potiùs assantur, Galeno, & alijs ἀπὸ τῆς ἑστίας nuncupãtur. Cauẽdũ dũ assãtur, ne dissiliãt, quamobrẽ perfũdi frigida solẽt. Ita cocta parũ laudãtur: colorẽ enim ab igne acquirũt, & grauẽ odorẽ itaq; magis siccãt, minusq; refrigerãt, & ingratioris lõgè saporis sũt, quã elixa in aqua. Sed cũ duobus modis assãtur, in cineribus nẽpe, & inter carbones, Isaac ea quę in cineribus assantur, deteriora esse scribit: quoniã cũ calor ignis circũeat ipsa, fumosos eorũ halitus exire prohibet, quod super carbones nõ cõtingit: Postremò τηγανίτα dicũtur oua in sartagine spissata, oleo scilicet, vel butyro fricta: nã tegã nõ Græcis patellã, vel sartaginẽ significat. Nostri vulgò vocãt oua nella teglia. Germani, teste Ornithologo eyer in anckẽ. Hæc pessimũ omnibus modis nutrimentum habere Galenus, & Symeon Sethi, volũt, quoniã dum cõcoquuntur in nidorem, hoc est, fuctus fumosos cõuertantur, ideoq; nõ modo crassum, sed etiam paruum succum gignere, atq; excrementum. Et rursus alibi Galenus, *Oua frixa*, inquit, *tardè dijeriuntur, malũ succi sunt, & corrumpunt etiã secum admixtos cibos, & inter deterrimacarũ rerũ habentur, quæ concoqui grauiter solent.* Isaac insuper mox in nidorem, & cholericos, seu bilioso humores, ac putredinem verti tradit, ideoq; tastidiũ, & nauseam parere. Eiusmodi ouis vulgus plerunq; vescitur, neq; etiam nobiliores ab ijs abstinent, sed in purum vas, idq; stanneum, plerunq; euacuãt, dissoluto in eo priùs butyro, ne fundo adhæreant, coquunt autem, donec albũ densari supra vitellos, & albescere cœperit. Hæc meo iudicio Brasauolus perperam oua pricta vocauit, inquiens: Ad oua pricta coquenda Galenus oleo vtitur, nos butyro; nam hæc pricta non esse ex prædictis patere arbitror. Sed antequam ad opponenda ea in mensa tempus, ac rationem accedam, superioribus velut pro epilogo hocce Baptistæ Fietæ epigramma adijcere visum est, est autem tale.

Manachus comestis ouis mostruosus.

Assa vel tosta.

Assatorum quæ melioris.

Tigànitæ.

Oua nella teglia.

Oua tigànita vt coquantur.

Brasauoli error.

Flent leue cocta, tremuntq; & vix concutia mandi.
Nollent, nata modò, si sapis, oua bibe,
Tuida sunt, celerisq; cibi, flammaq; tepentis.
Sed dura at tinne, nec requieta uetis.
Pectus alunt, insimq; leuant, sunt prandia raucis.
Insanoq; thoro prandia grata parant.
Demulcent renes, stomachumq; aluumq; dolentem.
Vesicam mira sedulitate fouent.
Sed moneo: hæc marcent facilè, & toi commoda perdunt,
Vt nihil ex omni parte beare solet.

Præter iã dictos simplicis coctionis modos, vnus supereſt, quo Babylonios venatores vsos Cælius testatur: is aũt est talis: Oua cruda fũde imponebãt, & tãdiu rotabant, donec ex eiusmodi motu coquerẽtur. Quod modò ad apponẽdi oua tempus, ac rationẽ attinet. Athenęus scribit, bina fecũdę mẽsę apud priores solita inferri cũ Turdis, &c. Apud Romanos verò, attestãte Porphyrio, cœnæ initia habebãt oua: vnde *f* Horatius. *Ab ouo vsq; ad mala citrea.* Et in eodẽ sensu *g* Tullius, *Integrã famẽ*, inquit, *ad ouũ affero: itaq; vsq; ad assũ vitulinũ* (alias vitellinũ) *opera illa peruacuitur.* Vbi integrã famẽ ad ouum afferre iuxta Cælij nõ aliud esse videtur, quã ad secũdã vsq; cibi appetẽtiã producere. Si itaq; veteres acetaria in prima mẽsæ apponebãt, oua nõdũ locũ mutauerũt, præsertim mollia, & in sartagine cocta, itẽ dura assa. Sorbilia vt diximus, pro ientaculo erãt, & nostri paulò ante prãdiũ ea accipiũt. Quod si sanitatis rõne spectes, oua quoquo modo parata, tũ à sanis, tũ à ægris priori loco sumi dẽbẽt. A durisquidem sanos, & ægros, & hos quoq; magis abstinere prorsus cõuenit, nisi cũ aluus solutior est: quã si durius coctis ouis cohibere libuerit, ea quoq; ante alios cibos esitari oportet: vt cõtra ẽt mollire aluũ sorbilib. exhauriẽdis statueris, id quoq; initio mẽsę faciendũ. Quemadmodũ aũt apponẽdi, ita ẽt oua aperiendi modus diuersus est. Iudęi enim ea aperiũt parte acutiore, vt si qua i la gutta sãguinis apparuerit, abstineãt; obtusiore plerũq; Germani in latere. Hęc itaq; de diuersis ouorũ cocturis, in aqua, sub cinerib., in sartagine, deq; ouis pnictis dicta breuiter nobis sufficiãt: supereſt modò, vt de varijs eorũ apparatib. aliquid, maximè ex Apicio, & Platina dicamus. *Oua frixa cum garo, ita elixa liquamine, &c.* *b* Apicius: vbi Humelbergius sic legit: Oua frixa cum negaro, scilicet affuso inferũtur. Oua elixa liquamine, oleo, mero: vel ex liquamine pipere, lasere: *In ouis hapalis nucleos infusos: suffũdes mel, acetũ, temperabis liquamine.* Oua hapala, inqt Humelbergius vocat Apicius tenera, & mollia, q̃q; sine cortice, & putamine cocta sũt in aqua: qualia, & stomachũ cõfortãt, auth. *i* Scribonio Largo. Sed Scribonius loco

Apponendi oua ratio.

f Sermo. g In Epist. ad Pet.

Famẽ integram ad ouũ afferre quid.

Oua sanitatis ergo quo modo accipienda.

Aperiendi modus.

Iudæi vt ouo aperiunt.

Oua frixa.

b l. 7. c. 17.

Cõp. Medicor. 104.

iam citato simpliciter ouã happalà commẽdat, nec dicit ea sine putamine in aqua coqui: & Dioscorides hapalõ ouũ molle appellat, hoc est mediũ inter sorbile, & durũ, vt ipse interpretatur, & nos supra quoq; retulimus, Tyropatina *Accipies lac, diuersus q; patinam æstimabis: tẽperabis lacẽ melle quasi ad lactãtia*, id est, lactaria, vt Humelbergius exponit, *quæ quinq; ad sextarium mittis, sed ad heminam oua tria in lacte dissoluis, ita vt vnum corpus facias: in cumana colas, & igni lento coques: cum duxerit ad se piper aspergis & inferes.* Oua sphongia ex lacte: *Oua quatuor lactis heminam, olei vncias in se dissoluis, ita vt vnum corpus facias: in patellam subtilem adijcies olei modicũ, facies, vt bulliat, & adijcies* (oleo bullienti) *impẽsã* (mixtionem iã dictam ex ouis, lacte, & oleo) *quã paraui. Ouã parte cum fuerit coctũ, in disco verte, melle perfundis, piper aspergis, & inferes.* Hæc omnia Apicius. Humelbergius oua sphongia interpretatur cibũ, qui ouorũ formã præ se ferat, & spõgiosũ, id est, admodũ spõgiæ rarũ, tenerũ, & inflatũ. Germani, teste Ornithologo, hoc, vel simile edulĩ vocãt ein bratne milch, quasi dicas, lac aslatũ, cõdẽsatũ, vulgus nostras vn coppo: Græcè, & Latinè oogala dici potest, quãquã Cælius pultẽ ex ouis, & lacte cõcinnatũ oogala dici medicę rei studiosis scribat. Laudatur hoc inter cibos dysentericorũ ab Ætio, si bene memini. *Ouorũ albore* inquit *k* Platina, *vtimur in condituris quorundã edulior, ñ ac bellariorũ.* Iusculũ ceoceũ è vitellis ouorũ cũ agresta, iura vituli, aut Capi, pauco describitur ab codẽ: itẽ *l* alibi, quomodo frictella fiat ex albamẽto ouorũ, polline, & caseo recẽti. De ouis agitatis, & cõfractis ex codẽ: *Ouã cum modico aquæ, & lactis bene agitata, & confracta aut tudicula, aut cochleari caseo trito commiscebis, Mixta ex butyro, & oleo coques. Suauiores erunt, si & parũ cocta, & dum coquuntur, nunquam voluta fuerint. Herbaces coloris si volueris his beta, aut petroselini plusculum, succi bugloss, menthæ, amaraci, salutæ parum addes.* Aliter. *Eadem herbas concisas, & frictas modicum in butyro, aut oleo, superiori impensa admiscebis, ac coques. Nutriunt hæc, tardè concoquũtur, hepar iuuant, obstructiones, & calculum generant.* Oua frictellata. *In patellam feruentem oleo, aut butyro recentia, & integra, abiecto putamine, indes, lentoque igne decoques oleo, semper, præsertim cochleari, aut tudicula suffundendo. Vbi alba esse cœperint, cocta scito. Duriores concoctionis propter frictturam hæc putant medici.* Hæc aũt eadẽ sunt cũ ijs, quæ nos cotte nella teglia vulgò appellari diximus, Græcis tiganista Oua elixa: *In feruentẽ aquam oua recenita, abiecto folliculo, indes: concreta vbi erunt, statim eximes. Tenella esse debent, ac saccharo, aqua rosacea, aromatibus dulcibus, agresta, aut succo malia vrantij suffundes. Sunt qui & tritum caseum inspergant, quod nec mihi, nec Perphoro placet, qui tali edulio persæpè vescimur. Sine caseo optimum, & suauissimum est.* Aliter: *Ouã in lacte, aut vino dulci coques eo modo, quo antè verum de caseo nulla fiat mentio: plus alit: hoc etsi ad plegmonem sanguinem ducit.* Oua fricta. *Ouã recentia coquendo dura facies. Albatis putaminibus, ouã ipsa tta per medium scindes, vt nullibi albamentum comminuatur. Exẽpto vitello partim cum bono caseo tum veteri, tũ recenti & vua passa contundes partim reseruabis ad pulmentum colorandum. Parum item petroselini, amaraci, menthæ minutatim concisæ addes. Sunt qui & duos albores ouorum, aut plures cum aromatibus indat. Hæc impensa albamenta ouorum repleta, & contusa lento igne in oleo friges. Frictis, moretum ex reliquis vitellis, & vua passa simul tunsis, ac ex agresta, & sapa dissolutis, additoque zinzibere, caryophyllo, cinnamo, infundes: effrueantq; paululum cum ipsis ouis, facies. Hoc plus mali in se habet, quam boni.* Oua in craticula. *Ouã tunsa in patellam extenues, & coques, donec concreta plicari quadrifariam possint. Hæc in quadratum modum redacta, in craticulam ad focum positam extendes. Ouã deinde recentia, ablatis putaminibus, huic inde saccharumque & cinnamum, dum coquitur, insperges. Cocta conuiuis appones.* Oua in verũ: *Verũ bene calefacto, ouã per longum transiges, & ad ignem, ac sicaro, esses, torrebis. Calida sunt edenda. Stoliarum inuentum, & coquorum ineptiæ ac ludi.* Aliter: *Ouã recentia in cinere calido diligẽter ad ignem volues, vt æqualiter coquantur. Exudare vbi cœperint, recentia, & cocta puteato, ac conuiuis apponito. Optima hæc sunt, & cuius apponi percõmodè possunt.* Aliter: *Ouã recentia in ollam cum recẽti aqua impolita vbi parum ebulierint, eximito, & edito. Optima enim sunt, & bene alunt.* Ouã fricta Florentinorũ more: *In feruẽtem ex oleo patellam, ouã recentia, ablatis putaminibus, singillatim, indes, tudiculaq; aut cochlearis circunquaque restringes, in rotundum redigent. Coloratoria vbi esse cœperint, cocta scito. Tenella minus sint necesse est. Coqui difficilius hæc, quam quæ supra consueuerunt.* Aliter: *Ouã integra in carbones ardentes conijcito, ac calida donec frangantur, fulle percutito. Cocta, & exẽpta petroselino, & aceto suffundito.* Ouã fricta: *Caseum pinguem, & tritum parum menthæ, & petroselini concisi, vuæ passæ minimũ, modicum piperis tũsi, duos vitellos ouorũ cruda simul miscebis; mixta, in ouã more Florentino fricta, vbi inde perenne foramen vitellum exemeris, indito, ac iterum frigito, donec farcimẽ coquatur. Conoluẽda sæpius sunt, & cocta agresta, aut succo malt aut ãcij cũ zinzibere suffunenda sunt.* Ouã impastilli morem: *Farinam subactã tenuem admodum facies, extenso per tabulã, ouã recentia distincta ipsis addes, inspergendo semper vnicuique parum sacchari, aromatum minimum salis. Inuoluta deinde, vt pastillos solemus, aut elixabis, aut friges. Frictata tamen laudabiliora sunt. Dura fiant, caueto.* Hucusq; Platina. Idem *m* alibi iusculum verzuzum describit, quod recipit

Ouã Tyropatina.

Ouã Sphongia.

Coppo. Oogala. Ouorum albor.

k lib. 6. cap. 44.

l lib. 9. ca. 3.

Ouã agitata & fracta

Ouã frictellata.

Ouã elixa.

Ouã fricta.

Ouã in craticula.

Ouã in verũ.

Ouã fricta.

Ouã fricta.

Ouã in pastilli more.

m lib. 7. ca. 20.

Iusculum verzuzum

ouorum

ouorum vitellos quattuor, sacchari vncias quattuor, succi mali aurantij tantundem, semunciam cinnami, aquæ rosaceæ vncias duas. Iubet autem eo modo coqui, quo iusculum croceum coquitur, & quò magis placeat, etiam crocum addere. Hoc genus cibarij, inquit, æstate præcipuè salubre habetur. Multum enim, ac benè alit: parum tetrigerat, & bilem reprimit. Ἀναιβύνης placenta dicebatur, cui vt scribit Eustathius, oui vitellus erat admixtus. Alhagie Andreæ Bellunensi cibus est ex vitellis ouorum factus in sartagine ex ouis conquassatis, quem Veneti fritaleam appellant. Sed quem Veneti, & nos etiam fritaleam vocamus, simul cum vitellis albumina conquassata recipit: tardi, & nidorosi nutrimenti causa est. Mutagenat, inquit Syluaticus, id est, cibus, qui fit in aliquo vase cum lacte seminum communium, & iure Gallinæ, & vitellis ouorum, cum saccharo, & miscella aromatica è cinamomo, spica, cucebis, calamo aromatico, & cari semine. Coquitur autem in igne, & appolita supra vas testa calida. Sed alia quoq; innumera panum, placentarum, laganorum, eduliorumq; diuersorum genera ex ouis, aut ei admixtis fiunt, vulgò cognita, quæ omnia persequi infinitum foret. Sat fuerit ea quæ authores de his tradiderunt, collegisse.

Lecithito placenta Alhagie. Fritalea. Mutagena.

VSVS IN VARIIS.

GERMANI milites prælium proficiscentes Gallinaceis Gallis vtuntur vigilantiæ causa, quod alias etiam nationes factitasse antea retulimus. [a] Tarentinus escam ad capiendos pisces magnos, marinaq; omnia velut glaucos, orphos, & quæcũq; sunt eiusmodi ex Gallorum testiculis cum nucibus pineis torrefactis, ac tritis ita committit, vt sint testiculorum drachmæ octo, nucum pinearum drachmæ sexdecim: iubet autem omnia teri in farinæ speciem, fieriq; collyria: & eiusmodi esca illectari pisces pollicetur. Ventriculi Gallinaceorum pelliculæ coagulandi vim attribuunt: vnde legimus apud Palladium: *Mitto mense lac coagulabimus syncero lacte, coagulus vel agni, vel pelliculæ, quæ solet pullorum (Gallinaceorum scilicet) ventribus adhærere.* Alij eandem coagulandi vim gutturi Gallinæ attribuunt. Sunt qui fabas Gallorum sanguine maceratas, antequam serantur, ad aduersantibus herbis non infestari promittunt. Sanguis nigrarum Gallinarum, attestante Rasc, auferet maculas fœtidas, & lentigines à facie, & huiusmodi, maximè si misceatur ei lapis vaccinus tritus cum baurach rubeo. Et reddit faciem formosam abstergit, & bonum colorem facit. [b] Ant. Mizaldus verò albæ Gallinæ sanguinẽ in faciẽ lentiginosã effusũ, ibiq; reliccatum, & detersum omnes eius maculas obliterare scribit ex quodã Italo. Fimus hic quoq; à nonnullis cõmendantur, maximè candidus seruatus in oleo veteri cornea pyxide, vt Plinij verbis vtar: qui alibi adipem etiã vel Gallinæ, vel Anseris cutẽ in facie dixit custodire: quod ex Dioscoride videri potest descripsisse, qui ita habet. *Adeps Anseris, & Gallinaceus vtilis est ex quo ἀποσμήχεσθαι καλῶς*, id est, ad nitorem vultus, vt Marcellus Virgilius vertit, ad *mãgonizãdã faciem*, vt Ruellius: etsi Ornithologus cũ Plinio potiùs malit vertere, *ad fœtus cutis odiã*, scilicet, aduersus ventos frigora, & Solẽ. Sũt qui ad carnis pulchritudinẽ, ac iuuẽtę florẽ conseruãdos aquã è Gallina arte chymica eliciãt hoc modo: Gallinã accipiũt cãdidã, eã strangulat, vnaq; cũ plumis, & ossibus cõtundũt, omnia in aqua fluuiatili decoquũt vnà cũ hordei cortice nudi manipoli vno, & dimidio, decoctã catino satis amplo ponunt, oua recentis, vnius nempè dici simul cũ testis suis rupta cũ Gallina permiscent, & terebinthinæ abietinæ parum, ac puluerис Myrrhæ medã vnciã adijciunt, omniaq, permista destillãt in alẽbico, ac dein nouẽ cõtinuis diebus soli exponũt, postremò boracis, & sacchari parũ adijciunt. ac vtuntur. Aliter ad faciẽ mãgonizãdã: Accipe Gallinã pinguẽ, a pennis mundã, cõtũde vbi interanea exemeris, sanguinẽ absterseris, ac in frustra parua concideris: dein simul cũ puluеris gumi elemi, carabes, armoniaci, myrrhæ, bdellij, vernicis, thuris, boracis ana vnica vna in alẽbico destilla: destillationi moschi grana duo, aut tria adde, & cãphoræ octauã: hac aqua mulier faciem abluat, postquam priùs aqua pluuiali visa fuerit. Porrò ad agros latificandos Gallinacei fimi maximus vsus est, præcipuè apud nostros agricolas: etsi enim Varro Turdorum fimo principatum tribuat, non est idcircò hũc spreuisse arbitremur. Quinimò Columella primis partibus Columbario datis (id enim nostro quo præstantiss. est, ac pretiosissimũ, secundas mox Gallinaceo concedit. Eiusmodi stercus nos vulgò pulmã dicimus, eoq; non vtimur duntaxat, sed pro Columbino nobis etiã ab adulterantibus id sæpè obtruditur, tanquã eos nõ lateat fęlices quoq; atq; vberes segetes facere: licet alioquin id vitij in se habeat, vt multas, ac inutiles herbas procreet. Mulieres Germanæ, vt Ornithologus refert, stercus hocce commendant pro betonica altili, quæ colitur in vasis, at non ad alia ob dictam causam. Albuminis ouorũ singularis vbique ferè terrarum vlus est ad aggutinandum, quemadmodum item apud veteres, vti ex

Ouis ad capiendos pisces. Ad lac coagulandum. Fabæ vt ab alijs herbis liberentur. Ad lentigines faciei.

Ad pulchritudinẽ seruãdam.

Ad faciem mangonizandam.

Ad agros pinguefaciendos. Fulina. Albuminis vsus ad agglutinãdum.

[a] In Geop. Græc.

[b] Cent. 5. 23.

vti ex Plinio in primis habemus: *Aurum*, inquit, *marmeri, & ijs quæ candefieri non possunt, oui candidi albumine iungitur.* Et alibi. *Candidum ex ouis admixtum calci viuæ glutinat vitri fragmenta. Vis verò cantæ est vt ligni perfusum ouo non ardeat, ac ne vellis quidē contacta aduratur.* Et rursus: *Auri ouatum ex Grammaticis quidā dictum volunt, quoniam oui albo antea illito, ara, ac marmora auri, & argenti lumenis decorari cōtur.* Quinimò Cardanus tradit ad lithostrata cōficiēda (qualia vulgo musaica vocant opera) ex frustulis lapidum diuersorum colorum glutino tenaci inuicem iunctis, fieri maltham (glutinum) perperum ex calce, & fuillo adipe, vel pice, aut oui candido. Pharmacopola longè ad alium vsum albuminibus ouorum vtuntur, vt scilicet serapia, & alias potiones clariores reddant: quod ita præstant; albumina ex aqua frigida agitant scopulis, donec in spumam abeant, quam particulatim syrupo, vel alteri decocto ferventi inspergunt, & vbi ferbuerit, cochleari foraminolento deradunt, nouam inspergunt, id faciunt, donec sit syrupus clarior. Alij vbi ex bullis clarius decoctum vi ignis factū animadvertunt, in id tepidū (nam calidius decoctū albumina coqueret, in frigidiore minus prōptè, & parcior spuma elicitur) albumina singulis libris singula, sed etiam pluribus pauciora injiciunt, scopulis agitant, vt spumescant, saccharum in particulas contractū conijciunt, recoquunt: vbi spuma subsidit, igni auferunt per manicā Hippocratis, melius aūt per pannum clauis quatuor, angulis quatuor firmatum. Colatum aūt ter, quater si non satis claruerit: siue sic albumen separatū, in qua agitatū scopulis inspergitur decocto igni reddito, spuma illa vsta, alia injicitur, idq; toties donec bullæ clarū satis prodūt. Tūc colatur quoties est necesse. Antiquitus etiam vina sua albuminibus ouorum clarificabant: Hinc apud Horatium legimus:

Surrentina vafer, qui miscet face falerna
Vina, columbino limum bene colligit ouo,
Quatenus ima petit volucres aliena vitellus.

Musaica opera.

Decocta quomodo clarificentur.

Vinū, inquit Nicolaus Myrepsus, vt pellucidum confestim fiat: Alba ouorum injice in vas, quotquot sufficerint, & albumen quoad spumat, cōcutiatur cū vino, & modicū salis albi, tenuis, & fit album. Cuius rei Albertus hāc rationē assignat, nēpè *quoniā vitellus qui naturā habet cognatā cum face vini, & albugo, cum vino, ideò fit*, inquit, *quòd cum ova immittuntur vino* (turbato per æstatē propter calorē austrinū) *cum arena, & calce clarificatur vinū: nā arena, & calx perforans* (penetrant) *vini subtilitā, & vitellus attrahit facē.* Vtrum verò vitello ea vis sit, subdubito, etsi id Ornithologus alioqui ēt affirmet, ac Albertus rursum alibi vitellum panni sordes abstergere scribat, sed nisi in plenilunio excluſi oui, & non aliter, si dijs placet: at quid absit, quæso, quod vel in crescente Luna, vel indecrescente nati oui vitellū præstare prohibeatē? Nunquā enim mihi persuaserim verā esse rationē, quam ex alijs idem Albertus adducit; nempè quia media saginata (sic habet codex impressus, fortè sanguinea) gutta in vitello: prima quidē generatione existens, calorem penetrantē diuidentem maculas ex multo lumine Lunæ humidum mouente tunc concipit, quod alio tempore facere nequit. Qui colore picturam illustranti oui candidū spōgia frangunt, donec prorsus tenue, & aqueū fiat: quod ita fractum coloribus suis admiscent, vt vulgares ēt pictores. Olim ad ornandos, crispandosq; capillos alibi liquoris oui vsus erat etiā pro iuuenibus, qui nunc puellis tantum relinquitur.

c In comm. de gen. animal. c. 2.

Anvitellus oui faces attrahat.

Ad illustrandum coloret.

Ad crispādos capillos.

INSIGNIA. ICONES. NVMISMATA.

PAusanias a prodidit in arce Elidis Mineruæ fanum fuisse, signumq; auro, & ebore fabricatum, idq; Phidiæ opus extitisse: Deæ verò cassidi Gallinaceum Gallum insistere: quod, vt opinor, hæc auis omnium volucrum pugnacissima sit, vel quòd Mineruæ cognomento Erganæ sacra habeatur. Tradit item aliter. Idomeneum Minois nepotem à Pasiphae Solis filia oriundum in scuto Gallum Gallinaceum pro insigni vsum fuisse. Et quamuis Pausanias eum id factitasse credat, vt originem factitaret suam à Deo Apolline nimirum, cui Gallus quoque, vt docuimus, erat consacratus, quòd cauta suo Solis ortum annuncict, quis tamen haud ineptè coniecerit, alitis pugna citatis, & magnanimitatis imitandæ causa ducem illum, cuius præstantiam in bello decantat Homerus, ciusmodi insigne in scuto tulisse: quod Danos, Alanosq; non tactitasse duntaxat diximus, sed sibi nomen etiam ab ipso Gallo desumpsisse. Cyrum insuper narrat b Alex. ab Alexādro aureum Gallum lanceæ affixum militi in acie pro vexillo exhibuisse, haud dubio, vt alitem sequeretur, cui vnicus scopus est in prælio victoria potiri, & pro libertate dimicare. Sed c Plutarchus Antaxerxē Persarum regem attestatur Cyri Iunonis percussori ex Caria virtutis talem contulisse præmium, vt in prima acie Gallū aureum in hastæ gestaret apice. Vnde factum est, vt Cares

a In Eliac. Gallus in casside Mineruæ.

Idomenei scutum.

Danorum insignia. Cyri sacra.

b 4. de Gen. deter. c. 2.

b In Arta. Cares Gallos habent pro canis.

omnes

omnes Gallos pro conis haberent, vt idem Plutarchus ibidem scribit. d Herodotus verò eos ait primos galeis cristas imposuisse, & clypeis signa adiunxisse, & lora scutorum excogitasse. Hinc præterea factum est, vt Persæ Carasomnes ἀλεκτρυόνας dicerent, id est, Gallos, διὰ τὴν λόφων, id est, à conis, quos in galeis portabant, ad quod lepidissimus fortasse e Aristophanes allusit, dũ Gallos quandoq; imperitasse Persarum gentibus dicat: quo argumento ẽt Persica appellatur auis Gallus, atq; eo itẽ nomine cyrbasiam, & tiaram gestat, quod regibus tantũ licebat, tradente f Clitarcho. In Apollinis Delphici celeberrimo templo, vt Plutarchus author est, eius Dei imago erat, quæ manu Gallinaceũ tenebat, vt horã matutinã, & tẽpus instãtis ortus designaret. Gallũ in foro Romano depictũ fuisse ex g Plinio habemus: *desinat videe*, inquit, *& in foro positus vulgò. Hinc enim ille Crassi oratoris, lepos agentis sub veteribus, cum testis* (aliàs reus) *compellatus instaret: Dic ergo, Crasse, qualem meris? Talem*, inquit, *ostendens in tabula pictum insicetissimè* (aliàs infacetissimè) *Gallum exterentem linguam.* Quod fortè h Plinius ex Cicerone transcripsit. Quintilianus tamẽ id factũ à C. Iulio narrat. Illũ enim obstrepẽti Heluio, ac sepius instãti qualẽ se tandẽ ostẽsurus esset, digito mõstrasse imaginẽ Galli pictã in scuto Mariani Cimbrici, cui tũc Heluius simillimus videbatur. Notiss. insuper historia est apud i Pausaniã, & k Suidã (variãt tamẽ nõnihil inter se (Athenienses Anterioris arã constituisse, in qua pueri nudi, & formosi signũ erat in vlnis geminos sustinẽtis generosos Gallos, & se in caput impellẽtes, quib. Timagorã, & Meletũ, qui amore perierũt, significabãt. Gestat aũt puer Gallinaceos: quòd vnà cũ duobus Gallis, quos à Meleto sibi dono datos vlnis gestabat, ex arce Athenis se præcipitasset. Gallinacei icõ in excelsarũ turriũ ex apicib. ex oricalco cõflata, & inaurata plerũq; impolet, lamina ad vẽtũ versatili. Mõzę in Gallia Trãspadana Gallina videtur vna cũ pullis ex auro à Theodorico rege ibi facta. Paulus Morigia hãc aureã Gallinã cũ duodecim pullis pariter aureis Theologillæ reginæ Christianarũ rerũ studiosissimæ iussu cõfectã testatur, eamq; ab illa in tẽplo, quod Mõzæ D Io. Baptistæ vouerat, inter alia regia dona memoriæ consecrasse. Mirũ, quod scribit Georgius Agricola, lapidẽ Eislebanũ aliquãdo Galli effigiẽ referre. Quod modò ad numismata attinet, in quibus imago Galli Gallinacei conspicitur, statuendũ est ea vel ĩ Galli, vel in Deorũ, quibus is cõsecratus erat, honorẽ, causa fuisse. In Mamertinorũ in primis numismatibus Gallus figura erecta, ita vt velut cucurrire velle videatur, apparet cum astro propè eius collum: *inscriptio est talis.* ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Ex altera nũmi parte figura erecta, pectus, vẽtrẽq; dũtaxat velata, dextera baculũ cũ flagello, sinistra hastã tenens: humi prope eã à dextra thorax, à sinistra parma iacet. Asis (regio puto sic dicta. Nã & m Ouidius, teste Abramo Ortelio, ita Asinã vocat) puerũ delphino insidẽtẽ numis insculpebãt: Dardani Gallorũ pugnam: author est n Pollux, quãd ideo fecisse eos Pierius Valerianus rectè existimat, quoniã magnũ pugnacitatis decus sibi antiquitus vsurparẽt. Hinc honoratũ sẽper apud Maronẽ. Dardaniæ nomẽ, cũ secus phryges ferè sẽper ceu imbelles notẽtur. Hubertus Golzius Selenontinorũ numismata, in quibus icon Galli conspicitur, depicta exhibet, in quorũ primo viri nudi in aduersa parte imago est, pateræ dextra, sinistra lauri, vel oliuæ ramũ tenentis: à dextra eius ara est, supra quã ignis, & ante eam Gallus rãquã festinãter currẽs, à sinistra cippus cui insistit taurus, seu bos caput declinans, & cornibus suis incursũ minitãs: supra tauri tergus foliũ selini herbæ (quam Latini apium nũcupant) à qua Selinõtis vrbs nomẽ obtinuit, itẽ Sellnus fluuius, qui haud procul ab eius vrbis mœnibus præterlabebatur. Inscriptio numi est. ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ. Ab altera numi parte biga est, cui duo insistũt viri nudi, quorũ alter qui est à dextera, lora equorũ sinistra tenet, dextera sagittam tensi arcus: qui verò à sinistra stat arcum iam dictũ dextra retinet, sinistra baculũ, quo equos regat, & in hac parte nulla erat inscriptio, contrà ac in altero eorundẽ Selenontinorũ numo, in quo prædicta inscriptio est à parte bigę, in aduersa verò istæc ΣΑΨΤΗ, cætera eodem ferè se habebant modo, nisi quod hìc in ara focus non adsit, & tarus in cippo elaborato consistat. Tertium à primo differebat, quod ab vtraq; parte numi eadem inscriptio est ΣΕΛΙΝΩΝΙΩΝ, item in eo quod ab vtraque cippi parte lauri ramus dependet. Quartum numisma ab omnibus diuersum est. Hic enim nuda illa imago, quam *Herculis esse reputant, dextra pateram, vt in superioribus, sed sinistra clauam gestat aculeis armatam, & à parte dextra altare quidem astat, sed sine foco, ac magis quã in illis elaboratum, præterea ante id serpens est capite erecto: à sinistra parte Gallus, atq; demũ supra eum Selini folium cum inscriptione vt in secundo, sed trãspositis literis, nempe hoc modo* ΗΤΨΑΣ. In aduersa numi parte eadem imago taurum cornu prehensum retinẽs, sinistra erecta clauã minitans: fuerit autem haud dubio taurus Erictonius, quem Hercules

d lib. 1.
e In auib.
Persia auis Gallus.
f L. Cur Pythia nũ amplius carmine respõdeat.
Gallus in foro Romano depictus g l. 35. c. 4.
Gallus in scuto pictus h lib. 2. de Orat.
i In Attic.
k In dict. Miletus.
Puer geminos Gallos in vlnis tenens.
Gallus in turriũ apicibus.
Gallina aurea.
l lib. 1. c. 8. hist. Medic.
Lapis Gallę effigie.
Numismata in quibus.
Galli icon.
Memertinorum numisma.
m Met. 1.
Dardanorũ numus.
n lib. 9.
Selenontinorum numismata.
Selinontis vrbs vnde dicta.
Numisma cum Gallo depictus.

superasse dicitur: inscriptio ΣΙΛΙΝΟΝΤΙΩΝ. In prioribus tribus Vrsinus Herculem Aesculapio ad aram sacrificare putat, dum dextra patera libatoriam exhibet: sed fortè eiusmodi iudicium ex quarto numo desumit, in quo vt diximus, apertissima Herculis imago est, cum tauro dimicantis. Nam vbi ex professo de populorum istorum colonia, & rebus gestis scribit, secus sentire videtur, dum ab altera numismatũ parte in bigis Apollini Sagittario Galeoten filium, aut Empedoclem, aut Herculem latus existimat claudere: scribit aũt in hæc verba: Vbi stagnum, siue æstuarium imminebat, quod ætate quũ pestilentem ob Solis ardorem aerem exhalaret, ciuitati pernitiosissimum erat, cùmq; pestilentia ob eam causam crassando euulgaretur, Empedocles Agrigentinus sapientia clarius, vt Selinotinis remedium afferret, derivata ex Selinonte, & Hypla fluminibus, fossa, & vnico alueo, ac maximo impetu vtriusq; fluuij aquis in stagnũ irrumpentibus quum pigras priùs, limo torpescentes, salsas stagni aquas motu copiaq; dulcium aquarum diluisset, ciuitatem suo ingenio, & sumptibus ab ea lue liberauit; quo beneficio meritus est, vt Selinontini tanquã ciuium liberatori, alteriq; velut Aesculapio diuinos honores tribuerent. Hinc fortasitan in Selinontinorũ numismatibus sacra faciente aut Empdocle, aut Hercule Alexicaco Gallus, & Parias serpens ad aras Aesculapij adsculpitur: ad hæc numi in altera numismatum parte in curribus Apollini Sagittario Galeotes filius, aut Empedocles, an deniq; Hercules latus claudat, liberam cuiq; coniecturam, & opinionem relinquo. Hæc itaque Vrsinus opinionis suæ, vt vides, incertus. Quod si mihi meum interponere liceat iudicium, putarim Empedoclis imaginem esse, & Aesculapij vice cultũ illum fuisse ob alatam causam. In Tianensium quod numo etiam Gallus conspicitur erectæ figuræ ceu cucuritum edens, cui supra cristam granum tritici, & à tergo astrum: ante talis inscriptio. TIANO. Ab altera parte Martis caput galeratum. Credendum ergo Gallum in tali numo expressisse, quoniam Martis ales est, & granum tritici fertilitatis ex agricultura symbolum esse. Quod ad stellam attinet, quæ pariter aliquot alijs vicinorum populorum numis conspicitur, nonnulli eò referendum putant, quòd magna Græcia priùs Hesperia dicta sit: Hesperum itaque, siue vesperuginem (quam Venerem non sine ratione quidam opinati sunt) his numis exprimi. Galenorum item duo visuntur numismata Galli imaginem ferentia, quorum primum, quod æreum est, ab vno latere sex pilas habet sine inscriptione, ab altero Gallum erectum cum inscriptione ΚΑΛΕΝΩ. Alterum pariter æreum ab vna parte caput galeratæ Mineruæ, ab altera Gallum cum astro à tergo, & inscriptione ante pectus CΑΛΕΝΩ. Reperitur quoddam Antonini Pij Augusti numisma, in quo tribus Gallis totidem simulacra velut abblandiri videntur, quod ad mansuetissimum Antonini ingenium spectare crediderim, vt qui pugnacitatem commitigare procuraret, omnemq; belli ferociam, quanto posset studio emoliret vt pote qui mallet vnum ciuem seruare, quam mille hostes interficere, soluq; omnium principum sine ciuili sanguine, & hostili etiam, quantum ad se pertineret, viueret. Denique in Suessanorum numo, vt inscriptio indicat, Gallus est erectę staturę cum Pholphoro à tergo stella addita. Sed quispiam fortassis brevitatis studiosus orationem nostram nimis creuisse accuset, ac nõnulla superfluè à nobis allata historię amplificandę gratia effudisse dicat: cui equidem respõsum velim, nihil, quod scimus hic allatum esse, quod terminos nostros egrediatur, hoc est, quod vel ad Galli, vel Gallinæ historiam non pertineat. Etsi enim nonnulla de ouis dicantur, quæ quispiam nimium superstitiosus, aut ardelio non in Gallinæ tantùm, sed in aliarum etiam auium ouis locum habere obijciat, is scito Gallinæ, oua in omnibus orbis partibus vt principem locum obtinentia, quotidie in manibus omnium versari, & in vsum cedere, non item ita alia. Cùm itaq; ab ouis plurimi, ac diuersi cùm ad esum, tùm ad medicinam vsus percipiantur, cur non hic potiùs, quàm alibi nobis erat dicendum? Ne tamẽ post hac legentium benevolentia, atq; humanitate abutamur, itaq; hìc nunc vela contrahimus, & ad describendas Gallorum Gallinarumuè diuersas aliquot species nos accingimus. Cùm verò multæ volucres eæq; exoticę Gallinaceo generi non annumerentur duntaxat, sed eodem etiam nomine fruantur, adito solummodo distinctionis gratia patriæ cognomine, itaque in descriptione earum ordinem hunc nobis seruare placuit, vt de eis, quæ cum vulgaribus nostris villaticis maiorem gerunt similitudinem exordiremur, pòst verò subnecteremus eas, quæ magis ab illis discrepant, ne quid intactũ à nobis relinquatur. Maiorem autem similitudinem cum nostratibus habent, quæ calcaribus armantur, quibus exoticarum maior pars caret. Quapropter Turcicas vix in peregrinis habeo. Etenim parum à nostris differunt. Persicæ quoq; calcaria habent, sed cauda carent.

Empedocles Agrigentinus vt Selinontinos peste liberauit.

Tianensiũ numus.

Stellæ cur in numis multorum populorum magnæ Græciæ.

Galenorum numi.

Antonini Pij numus.

Suessanorũ numus.

Author excusat historiæ longitudinem.

DIVER-

DIVERSARVM GALLINARVM & Gallorum descriptiones, & primò de alba cristata, & alia fermè in lapidem conuersa.

Cap. II.

Villaticarũ nostrarum Gallinarum, vt pote nulli nõ cognitarum duas tantum iconesdamus, quarum vna tota candida est, & instar *Alaudæ cristata*, altera intra duos parietes reperta fame extincta, atque eo modo, quo vides, in lapidem fermè substantiam conuersa, cauliculis suis absq; pẽnis histricis instar horrida intrà arcis vetustissimę parietes reperta. Eã Illustrissimus Comes, ac *Senator nostræ Vrbis* amplissimus D. Io. Pepulus olim mihi tanquã rem mirã donauit. Huius iconem sequens pagina dabit. Gallinæ cristatæ appictum est *Lolium*.



Gallina ferè petrificata



DE PVMILIONE. Cap. III.

QVamuis communium Gallinarum aliam nos iconem exhibituros negauerimus, Pumilionis tamen, siue nanæ, quam perperam multos pro Hadrianis habere diximus, etsi ex earum genere, exhibere placuit, quòd minus frequentes sint. Erat autem hæc.



Gallina tota nigra præter alarum maiores pennas, quæ in extremitatibus candicabant, habebat pariter maculas in collo circumcirca candidas mediam lunam æmulantes, atq; oculos deniq; macula subluteſcẽtis coloris rotũda ambiebat. Caput erat cirratum. Paleæ, & crista quæ admodum erat exigua, intensius rubebant: pedes flaueſcebant: vngues parui, coloris impensè candidi. Sed quid deſcribere exactius prodeſt, ſi plerunq; imò ferè ſemper color in his, vt alijs variet?

DE

DE GALLIENIS Patauinis. Cap. IV.

NOstratibus Gallinaceis plerunque maiores existunt, quos vulgus Patauinos appellat, quemadmodum et aues Gallinæ nostratibus Gallinis. Maris fœminæq; iconem exhibemus. Mas erat aspectu pulcherrimus, quinq; tamen



coloribus tantummodò exornatos, nigros scilicet, albo, viridi, rubro, & luteo. Totum enim corpus erat atrum. Cervix candidissimis pennis erat cooperta. Alæ verò, atque dorsum, partim quoq; nigro, partim viridi constabant. Cauda pariter eiusdem erat coloris, sed pennarum radices albicabant. Albæ erant insuper quædã ex remigibus. Caput habebat pulcherrimo cirro exornatum: cirri autem radices erant albæ. Oculos macula ambiebat rubra. Crista erat exigua, rostrum, & pedes lutei. In tota verò Gallina præter albam illam pelliculam, quam prope aurium foramina obtinent, nihil prorsus erat albi, sed tota ex nigro virescebat. Pedes erant subflaui; crista admodum exigua, coloris etiam vix rubri. Gallo appicta est auenauuda, Gallinæ Phalaris.





SVNT quoq; in hoc auium genere pedibus quandoq; hirſutis, quales ſunt, quos nunc damus Gallus, & Gallina, Gallus collo, & dorſo erat caſtanei coloris. Alæ primum nigræ albicantibus maculis decoratæ, dein nigræ erant, remiges candidæ extra, intus nigræ. Mentum, pectus, venter, coxæ, tibiæ nigra, albicantibus maculis inſignita.



Pedes lutei, criſta duplex non admodum magna, roſtrum luteum: paleæ magnæ; cauda partim albis, partim nigris pennis conſtabat. Gallina tota flaueſcebat, ſed artis vbiq; ſi ſolum collum demas, maculis modò paruis, modò magnis, at vbiq; oblongis conſperſa; criſtam habebat omnium minimam, & paleas admodum breues, roſtrum, & pedes luteos.

DE GALLO, ET DVABVS Gallinis Turcicis. Cap. VI.



Gallus Turcicus Ægylope bromoide Belgarum.

CVIVS

CVIVS modo damus iconem, Gallum Turcicum dicunt. Totum corpus quodammodo candicabat. Alarum tamen pennæ partim etiam erant nigræ, & nigra quoque aluus: cauda partim viridibus, partim nigris, necnon pennis semiuiridibus, & seminigris constabat, toto corpore modò argenteis, modò aureis lineis erat perornatus, quæ res mirum, quantum in eo pulchritudinis conciliabat. Tibiæ, & pedes erant subcærulei Gallina hæc, quam pariter Turcicam vocant, tota erat alba, maculis vbique consperſa nigris, pe-

Gallina Turcica pedibus ſubcæruleis cum pſeudomelanthio.



dibus ſubcæruleis: paleis, ſi maris paleis compares, longè minoribus, eadem iſtæc videretur, niſi ceruix luteſceret, & apicem in vertice gereret, & pedes omninò haberet cæruleos, & caudam immaculatam.

Aliam in hoc genere obſeruaui, cui pedes prorſus erant cærulei, eodem modò, vt prædicta, ex albo & nigro maculata, ſed poſt carneam criſtam, aliam habet ex pennis albis inſtar Alaudæ, & ceruicem ex cinereo luteſcentem, quæ in præcedenti nigra eſt. Iconem ſequenti pagina dabimus.

Gallina Turcica pedibus cęruleis cum vſtilagine auenæ.



DE GALLO, ET GALLINA ex Persia. Cap. VII.



QVEM verò Persicum Gallum appellant, & quem hìc depinximus, à nostratibus, in eò potissimùm differt, quòd cauda careat, cætera simillimus existit. Crista tamen veluti caudam obtinet. Erat autem totus niger lineis luteis conspersus : Alarum remigies principio albæ erant, cætera atræ : pedes cinerei : Gallina quoad formam habitumuè nostratibus erat similis ; colore à mare diuersissimo, vnde tam in his, quàm in illis coloris diuersitatem vilipendendam arbitror. Erat autem tota coloris ferruginei, tribus pennis remigium exceptis, quæ nigræ erant. Crista, si cristæ maris compares longè erat quàm in illo minor. Gallo appinximus phalaridem, Gallinæ calamogrostim.



DE MONSTRIS.
Cap. VIII.

CVM in hac Gallinacea familia, ſi in vllo alio animalium genere, monſtra generentur, itaq; aliquot etiam monſtrorum icones, quorum pleraq; ipſimet obſeruauimus, hoc loco, ne quid in hac auium hiſtoria deeſſe videatur, naturæ miraculum admirantibus lectoribus viſum eſt exhibere.

Prior itaq; hic Gallus tripes cum multis alijs pullis in Brutijs olim natus dicitur, anno nempè mundi 3767. ante verò natum Chriſtum 196.



Subſequentem Gallum, qui pariter tribus inſtructus eſt pedibus, vulgò Gallo Groteſco dicunt. Erat autem à collo ad anum vſq; coloris aterrimi, ſed maculis candidiſſimis conſperſus, toto verò dorſo ad vropygium vſq; ferruginei. Alarum maxima pars item ferruginea. Sui tamen principio, & qua ventrem ſpectant, ſubfuſci, ſed albicantibus maculis conſperſi oblongis. Remigies pennæ omnes albæ. Cauda ſemiuiridis, ac ſemiatra. Oculos macula rubra ambiebat. Icon ſequenti pagina exprimetur.

Tres

Gallus tripes alius, Groteſco vulgo, cum gramine alopecuroide minore.



Tres quoque pedes, sed tertium prope anum enascentem habebat hæc Gallina toto ferè corpore flaua. Alæ eius, & dorsum fuscis vbiq, maculis conspergebantur. Fuscæ etiam à collo quædam pennæ dependebant, super alarum principia. Cauda denique tota fusca. Cætera lutea.

Gallina tripes cum hordeo.



Pullus iſte tribus pedibus natus tertium habebat, velut ex vropygio enatum.





Sceleton hocpu lli mõſtrifici eſt, & ſuperiori pullos ferè ſimilis, niſi quod pes è podice natus quinq; digitis ſit inſtructus.

Gallus hic quadrupes pronè erant ad ventrem vſq; caſtanei coloris, ſupinè ad vropygium vſq; lutei intercurrentibus pennis caſtaneis. Alæ albæ, remigibus viridibus à tergore propè caudam pennæ dependebant longæ admodum, caſtaneæ; cauda viridis, & nigra, criſta duplex, minimè crenata: pedes quatuor, quorum anteriores perfecti erant & lutei, anteriores imperfecti & pallidi.

Gallus monſtrificus quadrupes cum Ægylope.



Quatuor quoque pedibus erat nata hæc Gallina vnicolor, toto nempe corpore colore quodammodo ferrugineo. Pedes autem habebat luteos.

Gallina quadrupes cum Siligine ſpica mutica.



Anno insuper 1551. in Gallia duplices ex Gallina pulli inuenti sunt. quatuor videlicet alis, vt icon ostendit, totidemq; pedibus, sed vnico duntaxat capite.

Pulli gemini vnico capite.



Hic verò Gallus quinquepes anno mundi 3838. ante nativitatem Chriſti 125. Cerætus memoratur.



Pullis capite gemino cum Lolio rubro.



Pullus iſte capite gemino, alis, pedibuſq; binis duntaxat, dorſo erat coloris fuſci, temporibus, & collo luteſcentibus, pectore, & ventre albis, & pedibus, & tibijs caſtaneis.

Vnicum

Vinculum item caput hi pulli pariter gemini, & parum à superioribus differentes habebant, sed corpora magis quàm in illis coniungebantur. *Pulli gemini vnico capite.*



Si verò auis vlla monstrifica appellanda est, ea erit Gallus iste, quem viuum ante aliquot anno in Aula Serenissimi Magni Hetruriæ Ducis Francisci Medicci obseruaui: viris etiam magnanimis aspectu suo terrifico pauorem incutiebat. Caput nõ crista carnea vt in vulgaribus Gallis ornabatur, nec paleæ quoque erant corneæ, sed vtræq; ex plumis constabant militum conos, quibus galeas exornant, æmulantibus. Habebat in fronte duas pennas, seu potiùs pennarum calamos (erant enim nudæ) surrectos, ceu duo cornua; item binos alios ab vtraque rostri prope nares parte, sed quin in extremitate plumas tenuissimas ad instar setarum æderent, nec non & alium in ceruice, qui à principio ferè eiusmodi erat exornatus: Color totius corporis fetè subfuscus, sed radices pennarum erant albæ, pennæ verò ita erant constitutæ, vt veluti squamas toto corpore æmularent Prope vropygium, qua cauda exst, tuberculum habebat rotundum, subalbidum. Cauda non auium more ex pulmis, sed carnosa ad instar quadrupedũ, pilis nuda, sed in extremitate tamen floccum, qualis in illis conspici solet, obtinebat. Flocci color erat candicans. Cauda subcærulea. Tibiæ velut ocreis indutæ erant Iconem proxima pagina dabit.

Gallus miro modo monstrificus. *Caput.* *Color.* *Cauda.* *Tibiæ.*

Gallus cauda quadrupedis cum criſta Gallinacea.



De hoc Gallo ad me scripsit Pompilius Tagliaferrus Parmensis inter præclaros medicos haud infimus his verbis: Ad te mitto Galli monstruosi effigiem, etsi tamen in illo delineando pictor haud mihi satisfecerit. Sed scias velim, duo potissimùm in hoc Gallo reperiri admiratione digna, quæ in Gallinaceis, & Gallinis nostris visuntur minimè. Primum, & præcipuum est, quòd alarum pennæ contrario, quàm in alijs modo situantur, nam pars illarum prona, quę ex naturæ prescripto in alijs interius vergit, in hoc exterior cõspicitur, ita vt tota ala, penitus inuersa videatur. Alterum notatu dignum existimo, quòd cervicis plumulæ caput versus cirri instar eriguntur; quorsum etiam tota cuada attolli conspicitur. Hæc illæ. Quæ tamen de hoc Gallo commemorat, nec eius imago ad me missa, nec nostra icon satis exprimunt: quod pictoris imperitia factum fuisse eius verba ostendunt.



DE PEREGRINIS QVIBVSDAM Gallinaceis dictis, & primò de Gallo Indico aurito tridactilo. Cap. IX.

QVÆ modò subsequuntur, aues sunt peregrinæ, & Gallinaceo nomine gaudent. Cuius primo loco iconem damus Cæsar Fachinetus Marchio & Senator olim Bononiensis, mihi copiam fecit, cũ Gallum ego ita descripsi. Etsi aures in Gallo fictitias quispiam iudicet easq; solis quibusdam nocturnis volucribus attribuendas, is in Ardeæ cuiusdam genere, quod quandoque in Flandria apparet mira specie, de quo nos aliquando Deo dante suo loco agemus, easdem contemplatus minimè monstrosas, nedum dicam fictitias in pulcherrimo istoc Gallo indicaturus est. Mira quidem huius Galli species est, & nulli volucrum generi pulchritudine inferior, vt nunc ex tradenda descriptione cuius patebit.

Rostrum. Rostrum reliquorum Gallorum dissimillimum, sed Psittacorum omnino respondens. Est
Venter. enim aduncum in superiori parte, totum verò rubrum. Caput totum, pectus & venter inte-
Caput. ger colore roseo diluto, qui in pectore maculis subroseis dilutioribus exiguis, in ventre
Oculi. longè maioribus; quas alba linea transcurrit, insignitur. Cristis insignitur duabus, primùm carnea more nostrorum, quę propè rostrorum est, inter quã & rostrum superiùs macula oblonga cęrulea est. Crista verò alia pennis constat luteis propè primam cristam paruis mox longè maioribus sursum primùm ascendẽtibus, mox deorsum per collum descendentibus. Oculorum capacitatis forma diuersa admodũ non tantùm à nostratibus Gallis, verùm etiam à reliquo volucrum genere: præsefert enim eundem ferè situm, qualis in homine est, oblongum scilicet, in cuius medio oculi siti sunt, quorũ pupilla nigra est, iris lutea, cilia nigra. Aures magnæ, & erectæ asininis non absimiles: sub mento pennæ quædam dependent
Aures. virides in marginibus nigræ, veluti barbæ figuram præ se ferentes, quas palearum, quæ in
Collum. Gallo nostro dependet, vicem obtinere arbitror. Collo superiori & vropygio, quæ viridia
Ala. sunt, pennæ cærulea, albis calamis ornatę deorsim dependent. Alæ admodum diuersi coloris sunt. Primæ enim earũ pennæ obscuræ virent, sed ita dispositæ sunt, vt veluti squamulas efficere videantur, harum medium linea alba percurrit. Quæ sequuntur intensè admodum virent, sed in extremitate albæ sunt; harum tamen tres inferiores cæruleæ sunt circum circa etiam subuirides: Hunc ordinem pulcherrimus alius excipit cæruleus, nempè cuius pẽnæ in fine insigniter admodum rubent. Extremæ denique remiges luteę sunt omnium coste albæ. Inferior verò alarũ pars colore subcæruleo ad viridem tendens; superior verò roseo,
Cauda. & coctæ omnes itidẽ albę. Cauda duplex, prior exigua, & quinque tantùm pennis constans, ijsq; ruberrimis, & admodum breuibus, si secundæ caudæ comparentur. Secunda cauda nouem longissimis pennis constat, quarum aliæ alijs longiores sunt, & diuersum colorem obtinent. Maiores ferrugineæ sunt, pennulis tenuissimis oblongis fuscis, hinc inde dependentibus constantes. In extremitate ceu oculos ouales rubicundos & circumcirca cæruleos obtinent. Virides verò eiusdem coloris pennulis constant, & in fine oculos albos circumcirca cæruleos obtinent: cæruleæ quæ sequuntur eodem modo sese habent. Pedes rubei
Pedes. maculis subfuscis distincti. Digiti terni. Vngues & calcaneus albi Dorsum verò totum subrubrum maculis nigris semilunaribus distinctum, quæ in medio linea alba insigniuntur.
Dorsum.



Gallus

Gallus Indicus cum panico cæruleo Indico.



DE GALLO alio Indico. Cap. X.

QVem modò depingimus, ſimpliciter Gallũ Indicũ dicunt. Eum magno Hetruriæ Duci Ferdinãdo acceptum refero, qui præ eximia ſua liberalitate, vt eſt virorum doctorum ſtudioſiſſimus, depictum mihi aliquando dono tranſmiſit. Auis toto corpore coloris erat aterrimi, calcaribus, & cauda carebat, vti etiã criſta, cuius loco cirros gerebat. Roſtrũ erat bicolor, partim enim luteũ, nempe caput verſus, cætera atrum. Superius roſtrum aduncum. Quo loco in alijs Gallis narium foramina ſunt, ibi hæc auis rotundum quid magnitudine ceraſi luteum habebat. Tibiæ, pedeſq; tabellis albicantibus præditi. Pennæ etiam quædam prope anum exiguæ albeſcebant.

Gallus Indicus alius cum frumento Turcico.



DE GALLINA INDICA.
Cap. XI.

GALLINAM hanc quoq; Indicam appellant; colore tamen, & corporis habitu à ſuperiori Gallo diſſimilem, ſimilem verò in eo, qũòq capite etiam eſt cirrato. Color totius ferè corporis ſubfuſcus. Roſtrũ, quam in iam dicto Gallo craſſius, in medio tuberoſum, albicãs, nigris maculis inſignitum. Oculi nigri, iris crocea. Coxæ ex ferrugineo luteſcunt. Tibiæ, & pedes lutei. Cauda caret, & vropygium, quod in Gallo ſuperiori plumis operitur, nudum planè ſimiæ inſtar obtinet. Apparet autem eſſe eiuſdem cum Gallo illo generis. 10

Gallina Indica cum frumento ſaracenico.



DE ALIIS DVABVS Gallinis Indicis. Cap. XII.

INdices Gallinas alij, alij Numidicas dicunt etiã has, quas modò damus depictas. Num verò caudata, quam priori loco exhibemus, an verò quæ ſubſequitur, cauda carens mas ſit, ſiue Gallinaceus, planè ignoro. Putauerim tamen caudatum matẽ eſſe, fœminam alteram. Sit quomodocumq; vtraq; ſub Gallinæ nomine mihi cõmunicata eſt, prior à Sereniſs. Magno Hetruriæ Duce, cum titulo Gallinæ Indicæ, altera pro Gallina Numidica. Prior à roſtro ad caudæ extremitatem vſque (quæ candida eſt, ſed nigris lineis conſperſa) nigra: quæ tamen nigredo vbiq; fermè ad ſubcæruleum vergebat. Podex, & caudæ principium ſubtus cãdicabant. Roſtrũ robuſtum, recuruum, rubicundum. Tibiæ eiuſdem ferè coloris, ſed pallidioris multò, & in poſtica parte ad



cæruleum vergebant. Vngues erant atri. Tuberculum in fronte gerebat magnum, figura ficus, coloris ferè cærulei. Cauda longa, minimè vt in noſtratibus Gallis furrecta, ſed vt Pica extenſa. Altera non ita erat atra, ſed coloris fuſci tantummodo, quiq; in collo, & alis ad cinereum vergeret. Tuberculum in fronte alterius iam dictę ſimillimum. Roſtrum eiuſdem coloris, ſed minimè aduncum. Cætera etiã ſimilia, ſed cauda carebat. Planta adiecta eſt hordeum diſtichon.



DE GALLINIS GVINEIS. Cap. XIII.

Guinea Gallina ex Gallinaceo genere sunt Galli Mauritani Ornithologi descriptio.

GALLINACEO generi fortassis rectiùs quam superiores peregrinæ alites istæ, quas Guinea tegio nobis subministrat, annumerandę sũt, quòd in omnibus fermè exceptis crista, calcaribus cum illo conueniat. Cùm verò Ornithologus eas exactissimè nobis describat, descriptioni illius lubẽter acquiescemus. Gallus Mauritanus, inquit, pulcherrima auis est, magnitudine corporis, figura, rostro, & pede Phasiano similis, vertice corneo in apicẽ corneũ à posteriori parte præcipitẽ, in anteriori leniter accliuẽ eleuato, armatus. Eũ natura voluisse videtur inferiori capitis parti tribus veluti lacinijs se prominentibus cõmittere, atq; deligare: inter oculũ, & autẽ vtrinq; vna, & in frõte media itẽ vna omnibus in eiusdẽ cum vertice coloris: ita vt insideat capiti eo modo, quo ducalis pileus Illustriss. Duci Veneto, si quod iam aduersum est auersum fieret. Rugosus is est inferius per circuitum: qua se attollit in directum in summo collo ad occipitem, nascũtur erecti quidã, atq; nigri pili (non plumę) in contrarium versi. Oculi toti nigri, ęquè & in orbem palpebrę, atq; cilia. Si maculam in summa, & posteriori parte supercilij vtriusq; demas. Imum caput per longitudinem vtrinq; caro quædam calosa colore sanguineo occupat, quę ne propendeat veluti palea, vt replicaretur, natura voluit, & auerso ductu in duos processus acutos à capite liberos finiret. Ex hac carne attollunt se vtrinq; carunculæ, quibus nares in ambitu vestiuntur, & caput in anteriori parte à cætereo rostro pallido separatur. Harũ ad rostrũ margines inferiores, replicantur & leuiter sub vtraq; nare. Quod inter verticem, & carnẽ est à dextra, & sinistra parte, squamosa incisura duplici notatæ: in posteriori nulla, sed læues, & veluti punctis quibusdam sui coloris respersæ: Color illi sub faucibus exquisitè est purpureus: in collo obscurè purpureus: in cætero corpore per summa contuenti qualis cõsurgit, si album, & nigrum pollinem vtcunq; tenuiter tritum colori fusco rarius aspergas, nec tamen commisceas. Tali colori maculæ albæ ouales, aut rotundæ per totum corpus inesse visuntur, per summa minores, per ima maiores comprehensæ interuallis lineatum, vt apparet in plumarũ compositione naturali, qua se mutuò intersecant obliquo hinc inde ductu per summa tantùm corporis, non item per ima. Id non ex toto corpore solùm deprehendes, sed ex singulis auulsis pennis. Superiores enim, obliquis lineis se mutuò intersecantibus, aut si mauis orbiculis quibusdam ex albo, & nigro vt dixi, polline confectis, & per extremitatem cõiunctis, vt in fauis, aut retibus, maculas ouales, aut rotundas in spatijs fuscis comprehendunt: inferiores non item. Vtraq; tamen simili legæ positæ sunt. Nam in alijs plumis, ordine ita iunctæ sunt, vt ferè triangulos acutos faciant: in alijs, vt oualem figuram repræsentet. Huius generis ordines tres, aut quatuor in singulis plumis sunt, ita vt minores in maiorũ complexu reponantur. In extremis alis, & in cauda rectis lineis ęquidistantibus procedunt per longitudinem maculæ. Inter Gallum, & Gallinã vix discernes, tanta est similitudo, nisi quod Gallinæ caput totum nigrum est. Vox illi est diuisus sibilus, nõ sonorior, nõ maior voce Coturnicis, sed similior voci Perdicis, nisi quod sublimior ea est, nec ita clara. Hæc omnia Caius. Ego omnino Meleagridem hanc auem, vel Numidicã Gallinam appellarim, de qua suo loco inter Gallinas scripsimus. Eadem nimirum fuerit Afra auis in versu Horatiano. *Non Afra auis descendat in ventrem meum &c.* Hactenus Ornithologus. Sed eiusmodi opinionem suo loco satis, superq; ni fallimur, redarguimus. Insuper verùm non est Gallinam totum caput nigrũ habere, vt Caius ille scripsit, sed quo ad colorem maris capiti simillimum: at obtusius multò est tuberculum. Describit easdem Gallinas [a] Bellonius hunc fetè in modũ ex Gallico Latinus factus: Quemadmodum multæ merces, quas è Guinea regione ad nos (Gallos) aduehunt mercatores nobis primũ erant incognitæ, ita pariter hę Gallinę ante horum ad eam regionem nauigationem nemini nostrum erant notæ: sed nunc in aulis magnatũ satis obuiæ, atq; vulgares sunt. Aues sunt visu pulcherrimæ pennis infinitis maculis candidis in spatijs nigris præditæ. Corpulentia vix nostrates Gallinas superant: tibiæ tamen longiores sunt, quare etiã maiores apparent. Ex solo capitis gibbu quiuis eã internoscat, quę supra frontem habet camelopardalis instar, calli naturam obtinentem, duritie ferè cornu. Eiusmodi Gallinę perquam fœcundæ sunt, & multiparæ. Veteres videntur eas agnouisse, & [b] Varro earum meminit his verbis, *Gallina*

Oculi.

Color corporis.

Maria à fœmina distinctio.

Ornithologus, vt Guineas Gallinas vocet.

a lib. 5. de Anib. c. 9.

b lib. 3. de re rust.

Africana

Gallina Guinea cum panico cæruleo Indico.



Africana, vel Numidica varia est, quemadmodum quas Romani Cibberas appellant; quas interpretati sumus Gallos Indicos: Columella, & Plinius Numidicam dicunt. Omnium domesticarum, seu cicurarium volucrum formosissima sunt, quamuis alias nulla in pennis alia, quàm nigri, & albi coloris sit diuersitas: sed hi ita mixti sunt, vt albæ maculæ per nigra spatia sparsæ elegantissimè, ac ineffabiliter suos ordines seruent. Aues sunt quo ad mores cum villaticis Gallinis nostris similes: terram eodem modo pedibus verrunt. Tibiæ pedes, atque vngues item similes, sed tibias habent longiores. Hæc verò inter eas, & nostrates

Perdicis terræ nouæ.

differentia est, quòd cùm tamen Gallis nostris, quàm Gallinis cauda sit surrecta, hæ semper demissam habeant vt Perdices, ac Coturnices: quare etiam quibusdam Perdices terræ nouæ vocitantur. Loco eodem munere nesciunt: in quærendo sibi victu admodum solicitæ ac industriæ, qua in re nostratum etiam naturam sapiunt, vnde huc illuc perpetuò diuagantur. Nulla euidens nota est, qua marem à fœmina distinguas. Vtique enim eædem

Callositas.

maculæ sunt, & albedo eadem circa oculos, ac denique eadem supra eosdem rubedo. Crista carent, sed eius vice callositatem in vertice quandam habent caloris carei, qua parte

Peculiaris.

camelopardalim referre ex primo intuitu videntur, qui scilicet dum currit, caput tenet erectum, & eundem ferè cum ijs colorum varietatem habet. Habent verò insuper peculiarem sibi, ac propriam quandam notam. Nam quemadmodum Galli Indici pilorum quendam aceruum ante ventriculum, ita illæ supra caput similem obtinent, sed qui in anteriori parte reflectuntur à prima vertebra, aut osse colli procedendo per posteriorem capitis partem. Cum Pauonibus etiam hoc illis commune est, vt colli principium sit gracile. Plumæ

Collum.

colli, maximè inferiores relucent, vt Palumbi torquis. Vox similis est Gallinis communibus: nam clamant acriter voce alta, quemadmodum pulli recens excusi. Perticis insident,

Caro.

vt nostrates: caro delicata est, cui esui apta. Iam videmus, huius alitis cognitionem vulgò

Ouæ.

Guineam Gallinam vocanti acceptam ferre deberi. Nam si consideremus Africam, videbimus appellationem quadrare. Numidia enim, & Guinea Africæ regiones sunt: prior in littoribus Oceani, altera maris mediterranei. Antiquissimi Romani Mare mediterraneum potiùs præternauigabant, quàm Gaditano egrederentur, nonnunquam tamen, sed rarius transfretabant. Contrà Lusitani, & Normandi, aut alij maris mediterranei incolæ Africæ oras, quæ Guineæ sunt magis frequentant, quàm fretum Gaditanum. Quapropter mirandum non est, si eiusmodi Gallinæ in Gallia, quàm in Italia frequentiores reperiantur. Ad nos enim frequentius, quam in Italia naues ex his regionibus appellunt. Tales Gallinæ apprimè fœcundæ sunt, & in nutriendis pullis admodum sedulæ, vnde etiam facilè multiplicantur, sed frequentiores cuaderent, nisi frigus, vtpotè ex calidissima regione venientes, perhorrescerent. Hæc itaq; omnia Bellonius; at non video quo argumento Gallinam Africanam aut Numidicam faciat. Varronis enim verba, quæ adducit, ipse inuertit. Varro enim Gibberas à Meleagride, aut Africana minimè distinguit, sed ita habet. *Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci*, &c. Plinius ait: *simili modo pugnant Meleagrides, Africa, hoc est Gallinarum genus, Gibberum, varij sparsum plumis.* Varro in primis Gallinas Africanas grandes vocat. Guineæ, vel ipso etiam Bellonio teste, villaticas magnitudine non vincerent, nisi tibias haberent longiores: quare meo iudicio grandes Africanas Varro dixit, vt à Villaticis distingueret. Magnitudo itaq; Gallo, Gallinisq; Indicis, quos idem etiam Bellonius Meleagrides esse contendit, rectiùs conueniet. Sed super hac re aliàs fusiùs disputauimus.

DE GALLINA LANIGERA.

Cap. XIV.

GALLINÆ huius lanigeræ icon desumpta est ex carta quadam cosmographica. Fuc ciuitatis est maxima versus Orientem, in qua maximi Galli nascuntur. Gallinę sunt albę instar niuis, non pennis, sed lanis, vt testatur Odoricus è Foro Iulij, tectæ, vt pecus. Item M. Paulus Venetus scribit in ciuitate Quelinsù in regno Mangi nomine, Gallinas inueniri, quæ loco pennarum pilos habeant, vt cati, nigri scilicet coloris, & oua optima pariant.

Gallina lanigera cum crista Galli Herbariorum.



DE GALLO SCOTICO sylvestri, & de Morenna Anglorum. Cap. XV.

a In descr. Regni Scotiæ.

REPERITVR in Scotia, tradente a Hectore Boetho quoddam sylvestris Galli genus, Phasiano carne, ac magnitudine, simillimum: sed nigra pluma, rubentibus admodum palpebris, frumento victitans. Huius alitis effigiem Ornithologus Henricum à S. Claro clarissimum virum è Scotia sibi transmittendam curauisse scribit. Scoti in hoc genere marem vocant Aneblack cock, id est, Gallum nigrum, fœminam, quæ magnitudine inferior, & colore dilutior est, anegrey hen, id est, Gallinam fuscam. Mas collo, pectore, alis, coxisq; punctis rubicundis aspersus est fœminam leucophæam maculæ nigræ variant. Supercilia, & barbulas in vtroque sexu membrana rubra insignit. Anglus quidam hac icone visa, in Anglia etiam capi retulit locis erica plenis. Eandem auem Gail Turnerus intelligere videretur in descriptione, quam statim subdemus, nisi fœminæ alium colorem tribueret, quam ait magis ruffiam esse Perdice, cùm fœmina Galli nigri Scotici fusca sit, vt diximus. Gallinaceum sylvestre genus apud nos est (inquit Turnerus Anglus, Morhennam vulgò vocant, ni fallor, fortè propter colorem maris nigrum, vt in mauris: alij, puto Hethcok, id est, Gallum ericarum) in quo fœmina ita à mare differt, vt duorum generum istiusmodi rerum imperito videri possint. Mas Gallo domestico paulò minor, totus niger est, excepta ea parte caudæ, quæ podicem tegit. Ea enim alba est. Cæterùm nigredo huius nonnihil splendescit, ad eum ferè modum, quo Columborum, nigrorum torques circa colla splendescunt. At viriditatem igitur proximè accedit. In capite rubrum quendã habet, sed carneum cirrum, & circa genas duos habet veluti lobos rubros, & eos carneos. Fœmina tota maculis distincta est, & à Perdice, nisi maior esset, & ruffa magis, ægrè dignosci posset. In desertis locis, & planis, erica potissimũ consitis, ambo degunt. Grano vescuntur, & summis ericæ germinibus. Breues habent alas, & breues faciunt volatus. Hanc auem Attagenem esse conijcerem, sed qui Attagenem describunt, marem à fœmina non separant. Vnde colligo eundem fuisse colorem, & eandem figuram maris, & fœminæ. Quod si Attagen non sit, Gallina esse videtur Varronis rustica. Hæc ille. Verùm hanc auem non esse Attagenem, ex eius historia apparebit: præsertim cùm Attagen sit palustris, hæc non item. Vide an eadem auis sit, quam Longolius Attagenem putauit, cuius verba recitauimus in Grygallo. Hæc omnia Ornithologus, qui sanè & dum Attagenem palustrem vocat, Attagenem nouisse minimè videtur, est enim montium incola, vt suo loco scripsimus.

Galli Scotorum forma.

Morhenna Anglorum. Gallus ericarum.

Gallus paluſtris cum gramine cyperiode.



DE GALLO PALVSTRI. Cap. XVI.

DE *Gallo paluſtri Ornithologus ſic ſcribit: & hanc exhibet iconem: Auis, quam* Scoti, (& Angli quoque, vt conijcio) vocant Gallum paluſtrem, ane mvvyrcok, Germanicè ſcripſerim ein Murhan, Attagenis hiſtoriæ ſubijcienda videtur. Nam & in ſummis delicijs habetur, & in locis paluſtribus (vnde nomen) paſcitur, & corpuscri ſubruſſum, aut ſubflauum, vndique punctis nigricantibus diſtinguitur. Supercilia, & barbulæ è membrana rubente, vt in reliquis ferè Gallis ſylueſtribus nulla. Effigiem eius ad nos è Scotia mitti doctiſſimus vir Io. Ferrerius Pedemontanus curauit. Haud ſcio, an eædem ſint aues, de quibus *Hector Boethius in Scotiæ deſcriptione ſic prodidit: Sunt in* Scotia Galli, Gallinæq; Sylueſtres vocati, qui frumento abſtinent, & enaſcentibus tantum minutiſq; cytiſi folijs veſcuntur, humanæ gulæ perquam ſuaues. Gyb. Long. Gallinæ ſylueſtris quoddam genus vocat Kurben, quaſi Murhen: quam Meleagridem, ſeu Africanam Gallinam interpretatur: quæ itidem in paluſtribus locis verſatur. Sed Athenæi deſcriptio Meleagridum, Scoticis paluſtribus iam dictis non conuenit. *In epitome dubitat, an ſit Longolij Gallina paluſtris.*



DE CAPO.

Cap. XVII.

HAVD immeritò fortassis separatim de Capo scribemus, quod propter corporis immutatã temperiem, testiculis nempe priuatus nomen immutauerit, pullorum propagationi prorsus inidoneus factus, & ad mensæ vsum duntaxat propter carnis præstantiam seruiat. *Ordo.*

SYNONYMA.

SVNT qui Barbur Hebraicam vocem Capum interpretentur; sed hi Capum cum Gallo confuderint, vt alij etiam nonnulli parum Latini fecerunt, vt suo loco admonuimus, cũ tamen, teste M. Varrone in Gallinaceo genere villatico Capi semimares dicantur, quòd sint castrati Quare ineptè ab Isidoro scriptum est, Gallum à castratione *a* vocari. Nititur autem eo solùm argumento, quod veteres abscissos vocarent Gallos, vel ex malè intellecto *a* Martiale, qui alibi ait, sub lemmate Capo: *Barbur.* *a lib. 13.*

Ne nimis exhausto macresceret inguine Gallus,
Amisit testes, nunc mihi Gallus erit.

hoc est, castratus, vt erant Cybeles sacerdotes, Galli appellati, vnde idem rursus. *Martialis explicatus.*

Succumbit sterili frustra Gallina marito,
Hanc matris Cybeles esse decebat auem.

hoc est, hanc potiùs Cybelæ dicare debebãt, nempe castratum, cuius castrati etiam essent sacerdotes, quàm Gallum: non autem, vt Ornithologus exponit, hæc potiùs, & propriè debebat vocari Gallus. Haud me tamen latet, Capum a Petronio Arbitro Poeta antiquissimo Gallum dici, sed cum additione spadonis. Quod modo ad nomenclaturam Græcam attinet, nullam prorsus reperio. Latini Capum dicunt, aut Caponem. Longolius Capum *rectiùs dici asserit: En tibi, inquit in dialogo eius Pamphilus interlocutor, Capones, vt* cuirati neque vocem edunt, neque Gallinis molesti sunt: vbi mox ipse Longolius: Ego illos non Capones, sed cum Varrone, & Columella libentiùs Capos vocauerim. Ex recentioribus quidam Capum Gallinaceum dixit, at per pleonasmum. Sat est enim Capum dixisse. *Gallus spado.*

Apud T. Vespasianum Strozzam eiusmodi periphrasis de Capo legitur.

Tum Gallinarum pulli, quos villica lapso
Reddidit eunuchos anno, crista alq; recidit.

Quod verò Albertus Gallinaceum (intelligit autem Capum) veteribus Paponem dici scribit, id somniasse videri potest, quando apud nullum classicum scriptorem tale reperire sit. Italicè nominatur Cappon, seu Cappone: Gallicè Chappon, Germanicè Kappun, Kapaun, Kaphan; Anglicè Capon: lingua Abissina Capi dicuntur Aroazes.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

QVOT Gallorum genera sunt, totidem etiam Caponum esse possunt. Etenim omnes castrari queunt. Sola etiã castratione Capi à Gallinaceis differunt. Capis tamen iuba est maior, quàm Gallis, & caudæ pennæ longiores. Vox demissior, & rauca, *b* Scaliger testatur, sese Capum habuisse insigni magnitudine, ac propterea certum conuiuium, qui cùm ater fuisset totus, anno quarto factus fuit candidus, quanquam erant ali, quibus nulla pluma nigra fuerat, An verò Capis pennarum colores immutari quid peculiare sit, an verò id, quod Scaliger scribit de suo Capo, fortuitò enenerit, quod magis credo, quispiam dubitare possit. *Capi vt à Gallis differat.* *b In com. lib. 5. Theo. de Plant. caus.*

FORMA.

FORMA. DESCRIPTIO.

FOrma Capi cum Gallis eadem, niſi quòd illis iubæ, & caudæ pennæ maiores ſint, & criſta careant, & calcaria in maiorem molem excreſcãt, vt in adiectis duabus carcarium iconibus eſt videre. Quem hìc primo loco depictum dabimus, capite, collo, & dorſo toto, pectore, & ventre coloris erat caſtanei, iubæ pennæ erant nigræ, nigra item cauda, & alæ, ſed quarum remiges erant ſubluteæ, pedes cinerei. Altera pictura Capi monſtrifici eſt, tribus pedibus inſtructi, qui tamen pes tertius duos tantummodo digitos habebat, at longiores multò quàm in alijs. Color ſuperiori ferè contrarius. Huic enim color erat totus niger, ſed iubæ pennæ duplicis coloris, nam maiores pennæ ferrugineæ, minores erant auræ. Remiges alarum candidæ. Cauda nigra, pedes lutei. Adijciemus etiam inteſtinum cum duabus ſuis appendicibus, nempe inteſtinis cæcis, quæ Anatibus & Anſeribus, ſimilibuſq; alijs etiam sũt cõmunia, item miſenterium, ſeu lactes Columbi Cyprij.

Galli monſtrifici deſcriptio.



Capus cum gramine alopecuroide.



Capus tripes cum bromo ſterilis.





CASTRATIO.

Veteres vt Capos castrarent.

APVD antiquos Galli longè alio modo, quàm nunc castrabantur. Nouissimam enim alui partem, aut lumbos, aut calcaria candenti ferro inurebant. Ita in primis scribit Arist. *Castrantur Gallinacei parte nouissima suæ alui, quæ cùm coeunt concidit. Hanc enim si duobus, aut tribus ferramentis adusseris Capos facies.* Varro verò, & Columella calcaria inuri solere tradunt. *Gallos castrant*, inquit Varro, *vt sint Capi candenti ferro inurentes calcaria ad infima crura vsq; dum rumpantur, (ignea vi consumantur*, Columella) *atque extet vlcus*; Plinius lumborum, atq; imorum crurum meminit, inquiens: *Desinunt canere castrati quod duobus fit modis, lumbis adultis candente ferro, aut imis cruribus.* Cæterùm eiusmodi inflictum vlcus figulina creta, testibus Varrone, Columella, & Plinio oblinebant.

Villica nostra vt Capos castret.

Nostræ verò villicæ testiculos euellunt per posteriora, modico vulnere cultro inflicto. Vulnus autem tantum fit, quantum digito superius ad lumbos sub septo, vbi testes adhærent, immittendo, & singulis extrahendis sufficit: quibus extractis vulnus filo consuunt, & cinerem inspergunt, tum etiam cristam resecant, vt virilitatem omnem adimant. Sunt qui in cristæ abscissæ locum calcar è crure exectum inserant, idq; coalescente vulnere recrescere dicant: Verùm qui ex hisce castrationis modis præstet, ignoro, video tamen antiquam illam, cuius Varro, Aristoteles, Columella, Plinius, aliq; meminere, non amplius obseruari: quare suspicandum multos ex inflicto illo vulnere cum candente ferro interijsse, vti quandoque ex nostris moriuntur, si erratum aliquod in castratione contingat, quinimò superiori anno 1597. Gallum obseruaui mox à castratione ita tumuisse, vt pellis pulsata digitis, tympani bellici instar sonum ederet; quod erratum à malè consuto vulnere euenerat. In eiusmodi verò castratione omninò elaborandum est, vt vterque testiculus auferatur, nam si alter relinquatur, cucurrit, canit, & coitum repetit, & minus pinguescit.

Calcar recrescit.

Quæ castratio optima.

VICTVS. SAGINATIO.

Qui Capos & Gallinas primus saginarint.

QVÆ de victu Galli historia scripsimus, æquè Capo competunt, at quæ de saginatione, huic, & Gallinis tantùm, quas volucres saginare liguritores ipsi inuenere, quò vnctiùs, & lautiùs, vt Platinæ verbis vtar, deuorarent. Pinguescunt Capi milij farina cum melle præsertim, & tutundis in cibo datis. Nam Plinius eo nomine vocat bucceas, quibus farcire, saginareq; Gallinas, Anseres, & Capos solemus. Sunt apud Germanos, qui Capos saginant hoc modo; Includunt eos loco angusto, & è farina milij turundos faciunt, magnitudine ferè, & longitudine articuli digiti mediocris, e quibus ab initio circiter denos eis in fauces inserunt, & per aliquot deinceps dies quotidie plures, paulatim aucto numero, qui postea minuitur etiam paulatim. Dandum est autem eis plus minus prout coquunt: concoctio tactu explorata ingluuie animaduertatur. Turundi mox inferendi priùs in aquam, aut lac immittuntur, nam sic faciliùs descendunt, licet interim leniter digitis per collum premendo deduci debeant. In defectu milij furfur, & parum frumentaceæ farinæ, & milij etiam parum in turundos redigitur. Sic ferè viginti diebus obesantur, sed mero milio quatuordecim. Sunt qui Gallinas, & Capos breui pinguescere scribant, si ceruisia loco aquæ bibenda eis apponatur. De Gallina priuatim farciendæ in eius historia scripsimus. Videtur autem ratio eadem farciendi Capis conuenire. Quare eò lectorem ablegamus.

Germani vt Capos farciant.

Vt breui pinguescant.

VSVS IN CIBO.

Gallinacea carnis laus.

CAPI quàm sint in cibis grati nemo non nouit, vtpotè qui remoto Veneris vsu facti sint pinguiores, & salubrioris nutrimenti: Vnde Platina; *Omnium autem laudet*, inquit, *quantum ad absentes pertinet, vna caro Gallinacea comprehendit. Quid enim pomis afferunt reliquæ altiles quòd non vnus Capus in se habeat, siue elixum, siue assum velis? Huius auis patina stomachum iuuat, pectus lenit, vocem sonoram facit, corpus obesat.* Hæc ille. Quod ad carnis temperiem attinet, sunt in quattuor qua-

Carnis temperies.

litatibus

litatibus temperati, quare multum alunt, & venerem augent, teste Isaac, qui alibi etiam Capum auibus omnibus præfert, vt qui melius nutrimentum, & perfectum generet sanguinem. Villanouanus Capos in cibo probat circa ætatem sex, vel septem, vel octo mensium. In Gallinacei historia permulta à nobis recitata sunt, quæ omni harum auium generi, tum salubritatis in cibo, tum apparatus ratione communia sunt: itaq; hic ea tantum modo, quæ ad Capos priuatim pertinent, afferemus. Quod modò ad coquendi, ac apparandi rationem attinet, hæc sanè varia est, & pro cuiusque libitu instituta. Vel autem elixantur, vel assantur. Iulius Alexandrinus inter recentiores scriptores Medicos illustris Capos subsequen-
1 oti modo elixans medici potiùs, quàm coqui partes agit. Capum priùs per se elixat, huius pulpas, præcipuè verò alarum, ac pectunculorum cum apij vnà ac betæ radicibus sumit, addit caseum, & friati panis parum, oua sex circiter, vuarum passularũ aliquid, cinnamomum, zinziberis, piperis, caryophillorum quantum satis esse existimat, butyri cochlear magnum: componit omnia simul comminutis priùs, quæ comminui, tritis, quæ teri debeãt, in massam, quam deinde in offas diuidit figura, & magnitudine ouali ferè. Rapeolos, inquit, multi vocant, quòd ex friatis priùs id epuli genus fortè rapis concinnatum fuerit, dein minutim etiam concisis herbulis, demum, & animalium carne. Has tenui ex subacta farina, quam pastam vocat aliquoties folio seorsim singulas inuoluit offulas, eodem Capi iure recoquit: exemptis, patinęque iniectis caseũ infriat, & calidi affundit butyri satis. Est verò salis mix-
2 otura plurimæ alimoniæ, sed quæ sanguinem, vt ipsemet attestatur, inflammet, vitiosumque succum generet, meatusq; obstruat. Nostri verò coqui eiusmodi herbas, vt quæ ingratũ potiùs, quam gratum saporem carni cõcilient, minimè adijciunt, sed vel simpliciter elixant, vel ex caseo recenti pillulas adijciunt, & friatum caseum veterem superinspergunt: qui sanè cibus gratissimus est. Moletta verò etsi pariter, multiq; laboris assatio est, quam idem Iulius Alexandrinus præscribit paulò post, elegans tamen, & laudãda, si herbas eas ante nominatas excipias. Coques, inquit, eadem materia conclusum integrum Capum, excepto quod alæ, pedesq; infracti, & collum retorquentur in corpus, vt angustius iacet: ouorum, luteis duratis aliquot infarcies, ea configes caryophillis binis, ternisue, singula salita priùs, tum pruna accipies, & si hæc ad manus non sunt, vuæ passæ, aliquid, limonijuè tenuius con-
3 ocisi, aut vtriusq; partem, oua sex ferè: tudicula miscentur, agitanturque hæc: tum butyri bene recentis adijcitur pro Capi pinguedine plus minus, sed quod liquaminis tamen instar efficiat, hoc madescet immersus intus Capus: postremo factum ex eadem farina imponetur vasi operculum. Hoc modo immittitur furno farinacea patella, siue olla, siue testa, siue escarum vas id, ouorum prius albumine illitum. Si anniculus fuerit Capus, non ante tertiam horam extrahi furno debet. Cautio erit, si quid fumi calore agitatus factum effundi visum fuerit, vulgata charta nostra texisse, statim id reprimire efferuescentiam illam solet. Calidum inferre mensæ vult. Nonnulli ante perfectam coctura vini aliquid assundunt, conuiuisque iam apposituri luteum oui aceto dilutum adijciunt. Hæc ille. Nostris coquis in veru assare Capones vsitatum est, & cum vel malis aurantijs, vel limonijs in fru-
4 esta consciſſis conuiuis exhibere. Quod si verò sese offerat occasio, vt neque elixare, neque assere ad ignem Capum quemuis, vti fit in longo itinere, vbi sæpè hospitia desunt, tunc domo abeuntes chalybem ignitum nobiscum feremus, eumque in deplumem Capum, ac exenteratum injiciemus, accuratè vno, altero ue mantili obuoluentes, ne calor euanescat: sic enim sui aptum reddemus etiam inter equitandum, modo meminerimus subinde alitem ver sare. Verumenimuero tetro inficietur odore, sed ferendo tamen, ac grato famelicis. Iam de præparationis varietate dicendum. Mirasue Catellanicum lati genus cibi est à Platina his verbis descriptum: *Catellani gens quidem lauta, & quæ ingenio, ac corpore Italica soleritia haud multum dissimilis habetur, obsonium, quod mirause illi vocat, sic condiunt: Capos, aut pullastras, aut piptones, bene exentaratos & lotos in veru collocant, voluuntq; ad focum tantisper quo ad semicocti*
5 *fuerint. Inde exemptos, ac tessellatim diuisos in ollam indunt: amygdalas deinde tostas sub cinere calido, abstersasq; lineo panno terunt. His buccellas aliquot panis subtilis addunt, mixtaq; cum aceto, & iure per cribrum setaceum transmittunt. Postea in ollam hæc omnia, insperso; cinnamo, zanzibere, & saccaro multo, tamdiù efferuere simul in carbonibus procul à flamma, lento igne permittunt, quoad tustam coctu-*
ram peruenerint, miscendo semper cum cochleari, ne ferta adhæreãt. Hoc nihil suauius esse memini. Mul- *al. 6. c. 41.*
ti est alimenti: radè concoquitur, hepar, & renes conualefacit, corpus obesat, ventrem ciet. Idem a li- *& 42.*
bi cibaria alba, seu leucophaga, delicãtiss. ex pectore Capi parare docet: *Cibarium tum album, inquit, quod apius Leucophagum dicetur, hoc modo duodecim comitis condies: Amygdalarum libras duas per noctem aqua maceratas, ac depilatas in mortario bene tundes, inspergendo mo-*

Rapeolus quid.

Capus assandus cur charta involuatur.

Mirasue Catellanicum.

Cibarium album ex Capo.

dicum aqua, ne oleum faciant. Deinde Capi pectus ex oſſatum in eodem mortario conteres, indeſque excauatum panem, agreſta prius, aut iure macro remollitum. Zinziberis praterea vnciam, ac ſaccari ſelibram addes, miſcebiſque hac omnia ſimul, mixtaque per excretorium farinaceum in ollam mundam trãſmittes. Efferueat deinde in carbonibus lento igne facies, cohleariq; ſape agitabis, ne ſeriæ adhæreat. Coctum vbi fuerit aquæ roſaceæ vncias tres infundes. Ad menſam, aut in patinis, vbi caro fuerit aut ſeorſum, aut minoribus mittes. Quod ſi in Capos fundere inſtitueris, quò lautius videatur, mali Punici grana ſuperinſpergito. Idem ſubſequenti capite cibarium album Catellonicum ex pectore Capi deſcribit, hoc modo: *Farinam optimam riſi cum duabus metretis lactis caprini in cacabo ad ignem ponito, procul flamma, ne fumum concipiat. Pectus deinde Capi eodem die mortui, ac ſemicocti in quadam quaſi ſubtiliſſima ſila diuidito, inditaq; in mortario duabus eo amplius tribus ictibus piſtillo contundito. Vbi lac dimidium horæ efferbuerit, hoc idem pectus in ſila redactum cum libra ſaccari indes, efferuereque horas quatuor patieris, agitando ſemper conaturam cochleari, cui hærebit, vt terebinthinæ, vbi decoctum fuerit. Aquam poſtremò roſaceam, vt in ſuperiore infundes, patinaſque facies. Nec erit ab re ſaccari aliquid inſpergas: nulli enim cibariorum, vt aiunt, ſaccarum aduerſatur.* Cibarium croceum ex *b* eodem: *Pro duodecim,* inquit, *conuiuis libram amygdalarum cum membranulis tundes, his Capi elixi, aut cuiuſuis bonæ alitis pectus, ouorum vitella quatuor, ſaccari ſelibram, Cinnami, Zinziberis parum, croci pluſculum contraria addes, ac iure pinguis, ac agreſta diſſolues. Diſſoluta in cacabum per ſetaceum excretorium infundes, facitoque procul flamma in carbonibus efferueant, agitando ſemper cochleari. Ad horam ebulliant neceſſe eſt. Sunt qui inter ebulliendum duas vncias liquaminis, aut butyri recentis indat. Patinis aromata inſperges. Alit hoc, etſi tardè concoquitur obeſat, venerem citer, hepaticis, & cardiacis prodeſt.* Eodem item libro eſitium ex carne præſcribens: *Sunt etiam,* inquit, *qui pectus Capi tunſi non incommodè addant.* Id verò eſitium tale eſt: *Pro decem conuiuis libram abdominis porcini, aut vitulini bene elixato, coctam, ac conciſam cum ſelibra caſei veteris, pauco etiam & pingui addito, cumque herbis odoriferis bene conciſis pipere, zinzibere, caryophillo miſceto. Hæc omnia farina bene ſubacta, ac in tenuiſſimum folium redacta ad caſtaneæ magnitudinem inuoluito, inuoluta in iure pingui, ac croco decoquito. Parum cocturæ requirunt. In patinas traducta caſeo trito, & aromatibus dulcioribus aſpergito. Fieri, & hoc edulum ex pectore Phaſiani, Perdicis, aliarumue alitium poteſt.* Deſcribit deniq; eſitum ex pelle Caporum. Capum vbi elixaueris, pellem circunquaq; abſcindes, & eam maximè, qua collum integitur. Conciſam, ac in fruſta diuiſam rurſum in iure pingui per ſemihoram decoques, addito croco, quo coloratius fiat: in patina translatum aromatibus, & caſeo trito conſperges. Baltaſar Stendelius ſcriptor Magiricæ Germanicus docet, quomodo paſtillus è Capo fiat, de quo ante egimus. Apicius in minuta Apicianum teſticulos Caponum adijcit, Gallis nimirum, dum caſtrantur exemptos.

Cibarium album Catellonicum.

b lib. 7.

Cibarium croceum.

Eſitium ex carne.

Eſitium ex pelle Caponum.

VSVS IN MEDICINA.

SVNT qui tanquam ex Dioſcoride, alijſq; authoribus medicas facultates Capo attribuant, quas illi Gallinaceo aſcripſerant, obſcuri nempe authores, quos per linguæ Latinę imperitiam pro Gallinaceo Capũ interpretari diximus. Et quamuis eiuſmodi vires Capus quodammodo ſubminiſtrare poſſit, tamen ad victus rationẽ idoneam tantummodo vulgò à medicis tum caro, tum ius eius in quocunque fermè morborum genere, maximè in quibus virium ratio habenda eſt, præſcribitur, medici enim quotieſcunq; deiectas vires ægrotantium excitare volũt, medicamentum dant, quod ex carnibus Caporum, & Perdicũ conficitur. Sũt qui, inter quos eſt Aloyſius Mundella doctiſſimus inter neotericos medicus facilè corrumpi dicant, ſi aliquo notabili tempore moretur, neq; ita ægrotos alere, ſed is, vel id de extremè laborãtibus, qui carnem hanc maſticare nequeunt, dixerit, vel ſibi ipſi aduerſatur, vt qui ſcribat, ſe ægroto cuidam maligno laboranti morbo, cùm iã ſigna concoctionis apparerent, modò Turdum, modò vnum, aut alterum qui vitellũ, modò Caponis carnẽ contuſam conceſſiſſe potius, quam vituli. Idẽ deſcribẽs hiſtoriã iuuenis cuiuſdã bilioſi febricitãtis cõtinuè à ſe curati. Victus ratio, inquit, fuit caro Caponis iuuenis per diem ante mactati cum ſeminibus melonum cõtuſa, nec non panis in eiuſdẽ iure optimè incoctus ad virũ (quę debiles in eo valde erant) robur cõſeruãdũ. Iuris Caponũ in primis plurimus apud medicos vſus eſt, maximè quod cõſũptũ dicũt, vulgò cõſumat, alij deſtillatum

Capus quomodo in medicinæ vſum præſtet.

Vires ægrotantium, vt reſtituantur.

Iuuenis febricitantis victus.

stillatum, alij aquam carnis. Id enim ad restaurandas ocyus ægrotum vires satis laudari non potest. *Obscurus quidam ex Capi iure mirè vires recreari pollicetur, si vel cochleatium paruum inde ægrotus sorbeat.* Capum veterem, inquit, para, excentera, totum cum ossibus comminue. Tum in vase bene obturato vitreo, aut stanneo per sex horas bulliat, adiecto etiam auro, vt annulo, vel numismatibus aureis. *Fieri,* inquit Platina, *ius consumptum aut ex Phasiano, aut ex Perdice, aut ex Coprcolo, aut ex Piptontibus, aut ex Columbis syluaticis potest. Si ex Capo voles, cacabum sumes, qui aquæ metretas quatuor contineat. Hunc Capum fractis, & comminutis ossibus indes cum vncia succidiæ macræ, piperis granis triginta, cinnamo pauco, nec* 10 *minimum tunso, tribus, vel quatuor caryophillis, salueæ lacerę trifariam folijs quinque, lauri anobus. Simile hæc effervescant horis septem, vel donec ad duas sextulas, vel minus redigantur. Cane salem indat, aut salita, si ægrotantium causa fiat. Parum aromatum nil vetabit, quo minus ægroto etiam apponatur. Senibus hoc, & valetudinarijs detur.* Hæc ille. Nostræ mulierculæ Capum, vel pullastrum simul cum ossibus contundunt, ac tam diu in suo iure decoquant, donec ad exiguam quantitatem ius redigatur, & cremoris albi veluti substantiam acquirat, idq; ægris debilioribus potandum exhibent cum felicissimo successu. Sed nunc coquendi modum improbat doctissimus, & admodum Reuerendus F. § Euangelista Quatramius 20 piæ memoriæ Herculis Ferrariensium Ducis horti præfectus, & in arte distillatoria versatissimus amicus noster veteranus. Vult autem Capum integrum decoqui per aliquod tempus, iusq; quod ab eo defluit, dum eximitur colligi (id enim reliquo alio præstantius iudicat) Capum verò fortiter comprimi, vt humiditatem omnem ædat: si verò, vt fit, puluerem cordialem admiscere placeat, eum cum reliquo iure magis aqueo dissoluere iubet. At licet hunc coctionis modum minimè improbarim, probare tamen non possum. Siquidem Caponis integri coctio multũ aquæ requirit, quæ ad paruam quantitatem, quæ ægro exiberi debet, redigi quàm citò, ac facilè nequit: neque verum etiam esse existimo id ius, quod in exemptione defluit, cætero præstare. Alij verò Capum accipiunt, vel Gallinaceum tenerum, vel Gallinam, decoquunt, contundit totum id vase recondunt, igne subiecto per alembicum, vel duplici vase destillant, qui modus quàm maximè paratu facillimus. Quod si æger pestilentia laboret, periti medici simul herbas adijciunt Caponis coctioni 30 instituto suo congruentes, quales sunt melissa, scordium, buglossa, borrago, carduus benedictus, cicoria, endiuia, acetosa, scabiosa, tormentilla, flores nymphææ, violarum, buglossæ, borraginis Andreas à Lacuna circa finem libri de peste, Capo generosus, inquit, in aqua pura dicoquitur cum foliis borraginis, & buglossi ana m. 1. conseruarum de violis, rosis, borragine, & buglosso ana dr. ij. adijciatur etiam nonnihil de illis, quæ cordialia vocant, contritum. Destillatum inde liquorem in diplomate (baineo Mariæ) cum puluere diasantalon mixto propter odoris gratiam, propinabis creberrimè. Sunt qui aurum signatum, torques, laminas, siue bracteas auri eiusmodi decoctis adijciant, nec desunt, qui absoluta sublimatione candens ferrum aliquoties extinguant. E quibus quid coctura decerpi possit præter sordes, aut hydrargyrium, non video: scitèque dixit Trinca- 40 uella olim præceptor meus, aurem exhilarare spiritus omnes, cùm quis in crumena eo abũdauerit. Paradigma hoc Florentinis medicis fuit vsitatum in eodem casu. Accipe duos pingues Capos, & bene saginatos. Vnum coquito ad dissolutionem propemodum, contunde, & exprime vehementer, expressum ius conserua: post accipe secundum Capum, hic vncia tantùm ebullitiones bulliat, vt paulum molescat, in partes disseca & contundito. Fundum vasis injice borraginis manipulos duos, quibus insterne panis similacei albissimi, & leuissimi medullam, quæ totum Capi primi ius absorpserit antè asseruatum. Pani superpone secundum Caponem in frustula dissectum, & sic destillationi committe. Attamen satius fuerit cucurbitam vase vitreo figulino conflari, ne aduratur ob liquoris penuriam, gustuiq; minus voluptatis creet. Cauendum quoque, ne extrema destillationis cum prioribus 50 confundatur, cum ingratissimi saporis sic permixta sint euasura: sed seorsim colligantur. Paradigmata huiusmodi aquarum passim varia apud practicos extant: collecti simul reperies parte secunda Euonymi Philiatri à Vvolfio publicata, quo lectorem ablegamus. Hac ratione euocatus succus ignea vi concoctionem subit haud ita multo magnoque negotio ob partium tenuitatem, qua facilè ita carnibus detractæ per se concoquantur: Simul ipse ventriculi calore euictus breui iecoris quoque sanguificam facultatem promptè suscipit succus, ac per quàm citò alens sustentat labentes sæpè iam vires, idcirco insigniter debilibus datur in morbis magno plerunque vsu. Nonnulli præterea quibusuis morbis, capitis præsertim, & frigidis, & cum virum imbecillitate destillatas eiusmodi Caporum aquas

Ius consũptũ ex quibus auibus fiat.

Iuris consumpti cocctio.

§ In proœm lib. de Theriaca.

Ius consũptũ contra pestem.

Aurum vt spiritus recreet.

Paradigma Florentinorum.

laudant. Ornithologus ſe colicis affectibus prodeſſe expertum aliquando tradit, ijs maximè, qui flatuoſi ſunt. Aqua enim deſtillata aphyſos redditur, vt non amplius inflet, ſi rectè, parata fuerit. Adijcientur autem medicamenta alia, atque alia à perito medico pro affectuum varietate. Sed iſtæc de carnis, iuriſq; vſu victa ſufficiant. Adipis peculiaris quædam in colico affecta vis eſt, ſi Ornithologo credimus, qui ex libro manuſcripto virum quendam nobilem in hoc malo poſt multa remedia fruſtra tentata, liberatum tandem atteſtatur epoto cyatho (duarum, aut trium vnciarum) pinguedinis Capi pinguis decocti in aqua (vt fit ad cibum) abſque ſale: oportet autem, inquit, pinguedinem iuri innatantem ſeparatam bibere quam calidiſſimam. Marcellus verò ei, qui patitur varices, ſeui hircini ſelibram, & adipis è Capo librã ſimul permiſcent, & in linteo die Iouis cæroti more apponi iubet, & potenter ſubuenire pollicetur. Sed tale medicamentum non caret ſuperſtitione: cur enim die Iouis potius, quam alio exhibet? Obſcurus quidam ad fiſtulam, cum emortua eſt (ſic loquitur, hoc eſt, vt mihi videtur, cùm nullus in ea dolor perſentitur) pelliculam interiorem ventriculi Capi, quæ abijci ſolet, in ſole torrefactam terit, & inſpergit. Sunt qui oſſa crurum compoſitis ad alba mulierum profluuia medicamentis admiſceant. Græci aſſerunt fabæ ſemina Caporum ſanguine macerata ab aduerſantibus herbis immunia fore, & ſi pridie quàm ſeruntur aquæ ſimplici infuſa fuerint, citiùs naſcituras: ſin nitratæ aquæ, difficilem coctionem non habituras.

Adipis Capi facultas, & vſus.

Pellicula interior ventriculi Capi.

Sanguinis mira vis.

Sed hæc ad agricolas, non ad medicos pertinent.

Finis Libri Decimiquarti.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS ORNITHOLOGIÆ

Liber Decimusquintus,

QVI EST

De Auibus, quæ simul se puluerant, & lauant.

DE COLVMBIS IN GENERE.

Cap. I.

PRÆCLARISSIMVM, vtilissimum, decantatissimumq; genus Columbaceum illatam sibi à nobis iniuriam lamentabili suo murmure conqueritur, quod qui dignitatis ordinem vbiq; fermè sequentes, Gallinaceis postposuerimus, cùm alioqui veteres omnes cum sacros, tùm profanos Columbas non minoris, quàm Gallinaceos existimasse abundè constet: sanè & nos quoque priorem illis locum eramus assignaturi nisi Columbæ, præter quam quòd sese puluerent, quemadmodum & Gallinæ, etiam sese, teste Philosopho lauarent. Adhæc, vt cætera prætereamus, quædam quoque sunt, præcipuè ad oua spectantia, quæ licet vtrique generi communia existant, tamen in Gallinarum ouis, quæ semper in hominum manibus versantur magis conspicua sunt. Quod autem ad Columbarum encomia pertinet, ea non à corporis duntaxat, sed ab animi dotibus quoq; proficiscuntur, vndiquaq; nobilissima: vnde fortassis diuinus Propheta [a] Esdras, *ex omnibus creatis volatilibus Deum sibi Columbam vnam non inuenisse* dixit. Et reuera Spiritus Dei baptizato Saluatori nostro apparere cupiens Columbæ potiùs quàm alterius volucris figurã induit. Quãti verò gentiles, ac in primis antiquissimi Romani has volucres fecerint, soluta pro eius vix credenda pretia attestantur. Varronis ætate singula paria ducentis numis, & cùm eximia essent, *singulis millibus* sestertiorum vendebantur: quemadmodum & Columellæ temporibus sunt inuenti, qui quaternis millibus numum binas Columbas mercarentur. [b] Plinius etiam L. Axium equitem Romanum ante bellum ciuile Pompeianum denarijs quadringentis singula paria venditasse tradit, licet in omnibus exemplaribus, *& L. Axius vendicauit*, legitur, tamen & L. Axius venditauit rectè meo iudicio legit doctissimus [c] Budæus. Nam Varro de pullis earum agens, ita scribit: *Romæ, si sunt formosi, bono colore, integri, boni ieruntis, paria singula vulgò veneunt ducentis numis, necnon eximia singulis millibus numum, quas nuper cùm mercator tanti emere vellet à L. Anxio equite Romano, minoris quadringentis denarijs daturum negauit*. Si ergo singula Columbarum paria non semel mille sestertijs numis vendita sint, & aliquando etiam mille, & sexcentis, id est, quadringentis denarijs, quis Gallinaceo generi eas non præferendas iudicet, cùm id nullibi, quod noui, ad tale pretium euectum fuerit? Quinimo Columbas

Cur Gallinaceum genus Columbaceo author prætulerit.

Columbarũ laus.

[a] *lib. 4. c. 5.*

Romanorũ luxus in emendis Columbis.

[b] *l. 10. cap. 37.*

Axius eques quanti Columbas vẽdiderit. Plinius correctus.

[c] *In pãdec.*

Romani Columbarũ amore insanierunt.

lumbas ita celebrauit Romanorum luxus, vt Plinius ibidem multos earum amore insanijsse tradat, nobilitatemq; singulatum, & originem enarrasse. Quid? Harum causa Ælianus Carnos, & Iliricos bellum omisisse recitat. Non ne & apud nos nobilem familiæ ferè omnes Columbaria habent, in quibus habitant, educantur, ac nidulantur? Sed etsi nos emolumenti causa eas alamus, Gallos tamen maximè autem Belgas, ac inter hos Batauos ferunt adeo Columbarum studiosos esse, vt vel quarta saltem eorum pars eas ad animũ dũtaxat explendum enutriat. Aiunt insuper eosdem, quotquot reperiri queunt Columbarum genera, diligenter inuestigare, magno semper mercari pretio, laudes singularum in publico, priuatoq; conuentu, in quo patritios etiam viros pauperioribus scite immiscere minimè pudeat, modò de Columbis sermo sit, enarrare, adeo vt quod Plinius olim de Romanis, id nos etiamnum de Batauis dicere queamus, Columbarum scilicet amore insanire. Quod si modò quæstum quod iam plerique faciunt, consideremus, profectò Columbarum possessio vndiquaque vtilissima est, cùm propter fimi, cuius ad cannabi conciliandum decore, ac per consequens ingens pretium, apud Bononienſium agricolas magnus vsus est commoditatem, tum maximè propter pullos ijs potissimùm necessarios, qui iam vires à morbo recolligunt. Quamuis verò Columbarum fœcunditas, de qua abundè pòst suo loco agetur, longè minor sit quàm Gallinarũm est, malore tamen, teste Columella, quæstum dominis suis referunt: neq; magna opus est cura, aut sumptu ad earum nutritionem, quippe quæ per hyemem tantùm, ac tunc per paucos menses (loquor modo de saxatilibus, quas pullorum causa duntaxat alimus) videlicet cùm diutinæ niues agros cooperiunt, impendio domini alantur, cæteris anni temporibus victum ex agris quærirent. Quod modò ad dotes earum cùm corporis, tùm animi attinet, eæ profectò tantæ sunt, vt dicturo de eis calamus potiùs, atq; carta, quàm verba sint defutura, quare sponte, ne in longum nimis abeat oratio, eas prętereo, solùs tantùm castitatis earum mentione facta, quò hæc præ alijs in hoc auium genere tàm à sacris, quàm profanis passim concelebretur, sic enim *a* Sapiens: *Vna est columba mea, vna est matri suæ: electa genitrici suæ.* Talis autem in ijs castitas conspicitur, vt coniugij fidem nunquam, nisi alterius morte violent. *Communem*, inquit Plinius, *domum seruant, nisi calibs, aut vidua, nidum non relinquit & imperitos mares, subinde etiam iniquos ferunt, quippe suspecto est adulterij, cùm natura non sit.* Munditiei corporis quoque maximam curam gerunt, quibus scilicet immundato omnia, ac maculata displicent: vnde pariter apud sapientissimum Regum legimus: *Aperi mihi soror mea, immaculata mea.* Idem etiam nobis fortassis tacitè innuit Ouidius, inquiens:

Aspicis, vt veniunt ad candida tecta Columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aues.

Quæstus e Columbis vnde petatur.

Columbæ maior quæstus quàm Gallinæ.

Columbarũ castitas. a Cant. c. 1. & lib. 10. & 34.

Columbarũ mundities.

Adeo vt, cùm animi, tùm corporis mundities in hisce auibus magis, quàm in alis resplendeat: quare & Spiritus Sanctus in sacro Saluatoris nostri baptismo Columbæ specie apparuit. Quamuis verò insuper simplicissimum vulgò animal Columba habeatur, ingenio tamen minimè caret, vt suo postmodum loco fusiùs apparebit. Illud modò prętereire non possum, quod *f* Plinius de ijsdem prodidit, nempe *in esse quendam eis gloriæ intellectum. Nosse credas*, inquit, *suos colores, varietatemq; dispositam.* Hanc autem tanquam rem pulcherrimam, ac inspectu admirabilem complures celebrauere. Conspicitur verò in collo earum potissimùm, de quo in primis Nero Cæsar disertissimè lusit hoc versu:

Spiritus Sanctus Columbæ specie cur apparuerit. Columbarũ ingenium. f lib. 10. cap. 36.

Colla Tuberiacæ (Rodoginus legit Cytheriacæ) *splendent agitata Columba.* Videmus enim in eo colorem vnum, omnium colorum vniformitatem præseferentem, neq; tamen oculus indagare potest, quis nam præcipuè sit ille color, an cæruleus, an luteus, an niger, an hyginus, an fuluus. Varietatis huiusce venustatem visui nostro iucundissimum *g* Apuleius floſculum appellat, inquiens: *Nunc coruina nigredine caruleus Columbarum colli floſculus æmulatur, vel cum gutturis Arabicis obunctus, & pectinis argutè dente tenui discriminatur.* De eiusdem coloris diuersitate ita cecinit *h* Lucretius:

Columbini colli decus. g lib. 1. de Asin. aur.

Quali enim cæci poterit color esse tenebris
Lumina qui mutatur in ipso? propterea quòd
Recta, aut obliqua percussus luce refulget.
Pluma Columbarum quo pacto in luce videtur
Quæ sita cervices circum collumq; coronat.
Namq; alias sit, vti claro lis rubra pyropo:
Interdum quadam sensu fis, vt viridescat
Inter caruleum viridesq; mista gerere omnia gestet.

h lib. 2. de nat. rer.

Et Lu-

Et Lucretium imitatus Homerus Italus *i* Torquatus Tassus, puellam illam in omnes sese colores ad instar polypi conuertentem, quam magis Carolo, & Vbaldo itineris ducem promiserat, vt Rinaldum è faucibus Armidæ eriperent, depinges à Columbino collo similitudinem eleganter admodum deprompsit, canens. *i Cato 15. Gier. liber.*

Crinita fronte essa dimosta, e ciglia
Cortesi, e fauoreuoli, e tranquille,
E nel sembiante à gli angioli somiglia,
Tanta luce iui par, ch'arda, e sfauille
La sua gonna hor'azzurra, & hor vermiglia
Diresti, e si colora in guise mille,
Sì c'huom sempre diuersa à se la vede
Quantunque volte à riguardarla riede.

Così piuma talhor, che di gentile
Amorosa Colomba il collo cinge,
Mai non si scorge à se stessa simile,
Mà in diuersi colori al sol si tinge.
Hor d'accesi rubin sembra vn monile,
Hor di verdi smeraldi il lume finge,
Hor' insieme gli mesce, e varia, e vaga
In cento modi i riguardanti appaga.

k Plinius item *Smaragdos Carchedonis ad inclinationē magis, & minus lucidos Columbarum plumis comparat: l* Aristoteles verò Columbarum ceruices ad lucem refractam χρυσοειδεῖς, hoc est, auricolores sese offerre tradit, vt nimirum coloris splendorem, qui in auro pariter ad eandem lucem admodum varius est, nobis indicaret. Meminit quoque eiusdem rei D. Hieronymus: *Columbarum*, inquit, *colla ad singulas conuersiones colorem mutant.* Diuinus verò *m* Psaltes, quod alij de collo dixere, id de tergore quoq; & cauda prodidit, cùm ea *aduersar auri rutilare* dixerit. Iucundissima autem hac colorum varietas tam incertos aspicientes cedit, vt *n* Seneca, *falsi coloris speciem, & ponere & sumere* scripserit. Sed & *o* Martianus, *Arcesilas*, inquit, *collum intuens Columbinum dubitabat liquidem hac permotus varietatis incertitudine amplius astruere ἀκατα λη ψίαν* cœpit, id est *incomprehensibilitatem.* Proinde etiam M. *p* Tullius contrariæ scilicet sectæ, inquit ad Hortensium. *Neq; verò hoc loco expectandum, vt de remo inflexo, aut de columba respondeam. Non enim is sum, qui quicquid videtur, tale dicam esse quale videatur*; & rursus. *Nam & in remo fortasse non esse id, quod videtur, & in Columba plures videre colores, nec esse plus vno.* Quæ sanè colorum ficta varietas maximam Colūbis pulchritudinem conciliat, quamuis tamen nisi illustrante sole vix videatur, in cuius videlicet deliquio colorata omnia sua priuantur venustate. Sunt tamen qui existiment diuersos re ipsa esse inibi colores, diuersasq; superficies ex diuersarum pennularum portionibus radiantes. Plurimi verò vnius coloris esse illam varietatem, sed varijs aspectibus variè illustratam sub differenti specie oculis sese exhibere: rationem eius esse quòd mouendi vim à luce suspiciat, quod verò amplius ab illa moueatur, amplius, & ipse sese moueat. Vt vt est eiusmodi pennarum decor efficit, vt inter pulchellas aues connumerari Columbæ queant, & *q* Cicero plumas versicolores Columbis à natura ad ornatum datas perhibet, & in sacris *r* literis, vt sponsæ pulchritudo denotetur, oculi eius Columbarum oculis comparantur. *Ecce*, inquit Sapiens, *tu pulchra es, amica mea, oculi tui Columbarum.* Et *s* mox infrà enarrans sponsa sponsi sui pulchritudinem, similiter eius oculos Columbarum oculis comparat: *Oculi eius*, inquit, *sicut Columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residens iuxta fluenta plenissima.* Et alias dixerat idem sapientissimus Rex: *Propera, amica mea, Columba mea, formosa mea in foraminibus petræ, in cauerna macheriæ, ostende mihi faciem tuam.* Cæterùm si cuncta, quæ de Columbarum laudibus dici possent, hic adduceremus, in immensam nimis molem nostra abiret oratio, quare hic vela contrahimus, illud interim admonentes, sub Columbaceo genere, quod *t* Philosophus περιστερώδες appellat, & domesticas, siue celares, vt vocat Columella, & feras, vt sunt Palumbes, Oenades, Liuiæ, & Turtures comprehendi, de quibus sigillatim postea agemus, à communioribus exorsi, quòd ad has omnia fermè, quæ omni Columbaceo generi in vniuersum communia sunt, referri optimè queant.

k l. 37. c. 5. *l lib. de col.* *m Psal. 77* *n l. 5. nat. quæst. c. 5.* *o De nupt. Philolog.* *p Acad. 2. Coloratæ tantum in Sole splendent.* *q lib. de fin.* *r Cant. 1. & 4. c.* *s Sap. 5.* *t l. 5. Hist. cap. 13.*

ÆQVIVOCA.

a In Calig.
Columbus gladiator.
Venenum Columbinum.
Columba martyr.
Columba ſancta alterius nomen & miracula.
Monaſterium Columbinũ.
Lithoſpermon Colũba dictum.
Balearis inſula maior.
Columba dicta.
b In Theſ. Georg.
Columba oppidum.
Liber Columba inſcriptus.
c lib. 1.
d lib. 1.
e lib. 7.

SVETONIVS *a* Tranquillus gladiatoris meminit, cui nomen erat Columbus, *cui C. Caligula*, vt eiuſdem Suetonijs verbis vtar, *victorij leuiter tamen ſaucio venenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellauit*. Columba Senonenſis in martyris nomen eſt, quæ ad proſtibulum damnata, ſed Dei ope deſenſa ſupplicium capitis ſubijt pridie Calendas Ianuarij anno 275. Fuit eiuſdem nominis alia etiam virgo ſanctitatis plena Reatina ex ordine Sancti Dominici, admirabili innocentiam, cunctiſq; virtutum operibus ornatiſſimã, quæ ſpiritu prophetiæ inſignis innumeris ægrotis ſanitatem reſtituit. Panem ſuis deficientem ſæpè multiplicauit. Puerum quemdam deſperatæ valetudinis, & iam ſemimortuum precibus ſuis ad vitam, ſanitatemque ſimul confeſtim reuocauit. Defixa in cæleſtium contemplatione ſæpius extra omnes ſenſus rapiebatur. Cùm moraretur in monaſterio, quod vocatur de nomine eius, nihil aliud vnquam comedit, niſi herbas, nihil niſi aquam bibit: pane, vino, carne, piſcibus, lacte, & omnibus, quæ ex illo conficiuntur, ouiſque abſtinuit. Diuinitùs educta è cubiculo, in quo morabatur, vndiq; obſtructo, Peruſiam peruenit. Obijt anno 1051. mutis multis vſum linguæ, cæcis oculorum reddidit. Eius vitam Leander Albertus Bononienſis deſcripſit. Lithoſpermon à Romanis Columbam appellari inter nomenclaturas Dioſcoridi adiectas legitur. Baleares, vt Mela habet, vel Balearides, vt Prolomæus mediterranei maris inſulæ ſunt iuxta Hiſpania, hodie Mallorca, & Menorca Hiſpanis, teſte *b* Abrahamo Ortelio indigitantur, quaſi latinè diceres maior, & minor, quemadmodum eas Pomponius, & Procopius quoq; nominant. Sic etiam diſtinguit eas Antonius, qui maiorem Columbam, & minorem Nuram vocat. Columba Hyberniæ oppidum eſt, teſte Beda, & S. Columbani patria, Columba inſcriptus erat pro titulo liber cuiuſdam Stellæ poetæ dicti Patauini, qui Violantellam Neapolitanam amauit, quæ cùm amiſiſſet Columbam, quam habebat in delicijs, & fleret, præbuit argumentum Stellæ conficiendi operis de morte Columbæ. Teſtatur hoc Venus, cui Columba, vt dicemus ſacra eſt apud *c* Papinium de Stella loquentem.

Hic noſtra defluit fata Columba.

Meminit quoq; *d* Martialis.

Stellæ delicium meæ Columba
Verona licet audiente dicam,
Vicit Maxime Paſſerem Catulli,
Tantum Stella meus tuo Catullo,
Quanto Paſſere maior eſt Columba.

Et rurſus *e* alibi.

Vel Stellæ cantata meo, quam fleuit, Hiantis
Cuius in Elyſio nigra Columba volat.

Et ex recentioribus Io. Baptiſta Fiera Mantuanus poeta, & medicus de Perhillæ ſuæ morte ſcribens ad Ianum quendam huius Stellæ pariter meminit his verſibus.

Heus Iane, num licentiam hanc temerè tentem,
Si meo Catullo confero, nec veneror Stellam?
Catullus olim Paſſerem obrutum fleuit;
Et Stella Columbam: vtrumq; riſeris ſæpè,
Non ipſe Turturem fleo perditum dudum:
Nunc nunc ademptam epiſtatam domus ſidam
Fleo Perillam, &c.

Columba pars nauis.
Columbar quid.
f lib. 5.
g In Rud.

Columba pariter nauis pars eſt. Audiui, inquit, Lazarus Bayfius de viro docto, cùm diceret carinam propriè eſſe, id quod vulgò Venetijs dicitur la Columba: ſed eam Columbam puto eſſe quod δρυοχων Polybio dicitur. Latinum nomen, quod ſciam non habet. Verba Polybij ſunt. Αὖθις ἔγνωσαν ἐκ δρύοχων εἴκοσι, καὶ διακόσια ναυπηγεῖσθαι σκάφη, id eſt, *rurſus decreuerunt à fundamentis ducentas, & viginti ædificare naues*, quod enim eſt fundamentum in domo, id eſt δρυοχον in naui, ſic dictum opinor, quòd omnem δρυν, id eſt materiam nauis contineat. Columbulam Hollandi quandam nauem, vnam nimirum ex ijs, quibuſcum nuperrimè in Indias nouas nauigarunt, vocauerunt. Columbar, vt docet *f* Priſcianus, vinculi genus eſt, quò collum nectitur, ad quod per locum alludens *g* Plautus Columbum ita vocat, dum ait;

Illic

Illic in Columbum credo leno vortitur
Nam in columbari collum haud multò pòst erit.

Sed fortè per duplex l scribendum est.

SYNONYMA.

10 COLVMBVM Hebræis Ion significat, in plurali Iouin, vti apud *a* Ezechielem: Ionah verò Columbam, vti in *b* Genesi in primis videre est. Contrà Sanctes Pagninus in singulari masculeũ reperiri negat in S. Scriptura, sed fœminineũ tantùm: addit tamen apud Doctores Hebræos inueniri, & antè ita scripserat: Ion cum vau in pronuciatione occultato est Columbus. Quidam reducunt ad oppressit, quòd omnium præda pateat, & plurale Ionim Columbi Columbæ. Nomina enim specierum sub quocunque genere venerint, vtrunq; sexum comprehendunt. Hæc ille: qui etiam aliquot S. scripturæ loca adducit, in quibus tamen in nostra translatione semper Colũba legitur. Cæterùm apud *c* Ieremiam, vbi translatio nostra habet Columba, Hebræi legunt, vt docti quidem scribunt, mœror, vel 20 tristitia, vt scilicet sit deriuatum à verbo Ianah, quod est mœrore affecit, afflixit. Ion quidẽ pro Columbo in scriptis Rabinorum frequentius est. Chaldæus interpres in citato Geneseos capite Hebraicam vocem Ionah omisit. Arabs habet arlekeha, & Gamamah, vel chamamah. Persa Kaphtar. Rursus *d* vbi Chaldæus habet Ionetah. Arabs legi dazamach. Gozal Hebræis pullus auis est, maximè Columbæ: Dauid Kimki Gozal auiculã paruam interpretatur. Chaldæus in vetere testamento habet Bar Ionah, id est, pullum Columbæ, Arabs Pheral hamas; sed melius haman legendũ, nam & Auicennæ haman Columba est, pro qua voce Syluaticus hamen habet, vt Hara Hamen, stercus Columbinum. pro quo etiam alibi apud eundem Laaman, & caficium legitur. Alibi quoq; Demen Chame habet pro sanguine Columbæ, vti deniq; pro eodem Dem Alcamar apud veterem Auicennæ glosographum 30 legitur. Quidam Hemam Saracenis Columbam esse scripsit. In dictonario Auicennæ alia etiam nomina pro Columba leguntur, vt Guarisdem. Agluarisein (Serapio habet Guarzen, Alguriffen) Alursan, Alchata, Knakendin. Kebuhar (fortè Kaphtar legendũ, vt supra) bezar Persæ pullus Columbinus est. Alfrac, vt ait And. Bellunensis, est nomen commune ad omnes pullos, & aliquando vsurpatur pro Gallina iuuene, quę nondum oua peperit, absolutè verò pro pullo Colũbino, imperfectis adhuc pennis necdũ volante Alnuaheb, vt scribunt Arabes, significat Columbos, qui iam perfectis pennis volare incipiunt. Inter synonyma Græca vsitatiora in primis est περιστερὰ, Attici verò περιστερὸς genere masculino efferunt, vt Alexis, & Pherecrates, citante Athenęo. Meminit & Eustathius. Hodie etiam ita vulgò dicitur, vel περιστερί, à περιστερὰ fit περιστερίδιον, & περιστερον diminutiuum, hoc est Columba par- 40 ua, seu Columbulus. περιστερίδες Aristophani sunt pulli Columbi, vt annotant Scholiastes, Suidas & Eustathius. Περιστερίδης etiã, vel περιστερίδης patronymica forma de Pipione dici potest, περιστερὰ autem, vt Etymologus, & Varinus volunt apud Græcos dicta videtur à duro, & laborioso volatu, παρὰ τὸ φέρεσθαι στερρῶς, vel à nimio amoris affectu, παρὰ τὸ περισφόδρως στερᾶν. Quæ posterior etymologia placet, altera minimè; velocissimo enim, ac leuissimo volatu vtitur, tantum abest, vt laborioso, est enim feruidissima ad Venerem. Cæterum περιστερὰ versibus hexametris haud commodè admittitur. Quamobrem poetæ Græcè πέλειαι, & πελειάδα, quod genus peculiare, & ferũ esse dicemus, simpliciter pro Columba ponunt: & τρήρωνα aliquando per Antonomasiam, quod nomẽ Eustathius omnis Columbacei generis proprium epitheton esse dicit. Inuenies tamen pauidis alijs auibus etiam attributũ, sed 50 ratissimè. Apud *e* Aristophanem hoc versu: Καὶ χαυφουτέρωνι ἄλλως τε τοῖσδυσι πτηνοῖς. Scholiastes eam vocem non Cepphis attribuendã, sed per se accipiendam docet, ac si dicat poeta: Vos Cepphi (id est stolidi, ac leues) & timidi fidem habetis hominibus astutis. Circus Accipiter apud *f* Homerũ τρήρωνα πέλειαν prosequitur, id est, *pauidam Columbam*. Τρήρων simpliciter etiam aliquando pro Columba ponitur: vnde apud eundem *g* Homerum dictio composita πολυτρήρωνα. Sic autem Thisben Bœoticam cognominat, vt pòst dicemus, à copia Columbarum, vt Grammatici interpretantur. Πέλειαι adhuc verò vox deriuata à primitiuo πελεια non simpliciter, vt diximus, Columbam, sed genus Columbæ nigrioris significat, vt dictio ipsa indicat. Πελὸς enim vel πελιὸς oxytona nigrum sonant, quamuis aliquan-

Ion.
a Cap. 7.
b Cap. 8.
c Cap. 26. & 46.
d Psal. 55.
Gozal.
Bar Ionah Haman. Hara hamen. Demẽ chame. Hemame.
Alfrach.
Alnuaheb.
περιστερὰ. περιστερίδιον. περιστερίδιες.
Vnde dicatur.
πέλειαι pro περιστερα. τρήρωνα. pro Columba.
e In pace.
f Iliad. 10.
g Iliad. B. *Thisbe.*
Πολύτρηρον.

Liuidus color.

aliquantum ab hoc colore discrepent. Siquidem liuidum potiùs dicunt. Liuidus autem color cęruleo quodammodo dilui apparet. Quamobrem Theodorus hoc Columbarum genus traducens apud Aristotelem vbique Liuias vertit. Dores verò, vt Sophrō apud Athenæum πελιαδα simpliciter pro Columba accipiunt. Scholiastes *b* Homeri in hoc versu,

Διαχρὸ ἐσσα δ' ἰὰ σταθίη ἐ ϑεὶὼς πελείη,

pro πελειὰ etiam simpliciter Columbam transtulit, & sic quoque Andræas Diuus Iustinopolitanus, & Io. Spondanus, alijq; interpretes vbique apud eundem Homerum transferunt, vt sæpè in hac historia patebis. Πέλαρ, πέρσερα (Ornithologus legis περίσερα) Hesychio, & Varino etiam Columba est, vti ἰυγὲς Glossario Columbus. Παλιουρία Columba illex est, quæ exęcata, deinde reti imposita subinde subsultans cæteras allicit, vnde παλιωσι verbum: pro quo Budæus vertit allicere, fallere per allectores. Apud latinos Columbus masculino, & Colūba fœminino genere legitur: in plurali numero tamen fœminino magis vtuntur, vt Grāmatici obseruant. Colūbulus diminutiuum, cuius rarior vsus est: vtitur eo *i* Plinius: *Tu Passerculis, & Columbis nostris inter Aquilas vestros debes pennas.* Et Catullus de Cæsare *k*, cuius molliciem notat: *Vt albulus Columbulus Dionæus.* De etymo Columbarum alij aliter scribunt, *l* Varro à columinibus (lego autem culminibus) villæ in quibus degere solent, appellatas tradit. Ex recentioribus Hermolaus Barbarus insolentis doctrinæ vir à Græco verbo κολυμβᾶν, quod vrinare significat, dictas existimat, inde forsan quòd bibentes rostrū aquæ diutius immergant. Nonnulli, teste Grapaldo, à voce primis syllabis correspondente dictas putant, & *m* Varronem, ni fallor, notat, qui alibi sic habet. *Volucres pleraque à suis vocibus nominantur, vt Gallina, Columba.* Quod si verò per onomatopœiam ita vocentur, Palumborum quoque nominis rationem eandem esse diuinare possumus. Albertus cognomento magnus homo me Hercule eruditior, quàm eloquentior, *Columbi*, inquit, *ab eo appellantur, quod lumbos frequenter colant, contrà Palumbi, quod lumbis parcant.* Quæ etymologia mihi minimè improbatur, quamuis interim cuiq; viro docto suū relinquā iudiciū: reijciendam verò & pueris etiam explodēdam iudicans, quam *n* Isidorus adfert, quòd earum colla ad singulas conuersiones colores mutent, *o* Seruius Columbos Iudrico Titos dici scribit, non quidē latinè, sed multorum authoritate tanquam Latinè. Quem locum Cælius attingens cum Columbis Palumbes confundit, cùm Palumbes Titos dici arbitratur à Passerum salacitate, qui solent τιτίζειν, id est, titillare: siquidem Palumbes longè minus salaces sunt, quàm Columbæ, & paulo antè ex Alberto diximus, ita dici quòd lumbis parcant. In eundem lapsum alij viri docti impegere: vt Cornutus *q* Persij interpres, qui Titos Columbos agrestes interpretatur, atque ita Seruium intelligendum esse Georgius Fabritius Ornithologum admonuit. Erat item Ascensius in eundem Persij locum, Titos, inquiens, esse pullos Columbinos, cōgruereque vulgari Flandrico, quo sic pulli Gallinacei vocētur, & de iuuenibus ignauis per irrisionem dici quòd sint pulchri Titi. Ego Titos aduc Persium Tatios, seu Titios interpretor, vel si aues malis, aues Titias, id est: Vultures, vt etiam *r* Turnebus conijcit. Pipio quoq; Columbarum pullus est apud *s* Lampridium, vt annotat doctissimus *t* Barbarus. Videtur autem per onomatopœiam sic dictus. Italorum Piccione ad hanc vocem quodāmodo accedere videtur, quo vocabulo cùm maximè pro pullis Columbinis vtuntur, tū quandoque pro Columbis ipsis, quas in villis plerunque alimus, Gallis Pipio appellatur Pigeon. Germani circunscribunt ein iunge Tub, id est, iuuenis Columba: vel vtuntur diminutiuo Tuble, id est, Columbulus. Poetis Columbæ quandoque dicuntur Chaonis alites, Idaliæ, & Gnydiæ volucres, & aues Dionææ à Dione nympha Oceani, & Tethyos filia, matre Veneris. Italicè Columba, Columbo, Colomba, Puniono, & Palombo etiam apud Scoppam Grammaticum. Sed Hispani quoque Columbam Paloma appellant: quæ tamen nomina à Palumbo, id est, Columbo syluestri facta constat. Gallicè Coulon, Columbe, Columbe priuee. Germanicè Tub, Taube, Saxonicè, & Belgicè Duue. Germani Columbum, id est, marem priuatim appellantem Kunter per onomatopœiam, & apud quosdam Taub epicœni generis nomen est, Tauber masculini: vti quoq; apud Belgas fœmella dicitur een Duue, siue Duyf, masculus verò een Duffer, siue Doffer. Turcis Columba vocatur Iuga, & ygen.

Liuias Columbas cur Gaza appellet.

Columbarum etymū.

Latina synonyma.

Columbi cur.

Tiri dicti.

Passerum salacitas.

Iuuenes qui pulchri.

Pipio.

Piccione Italis qd.

Kunter.

Tauber.

Duue.

Doffer.

Iuga.

a Ilias. 2. φάλαρ.

b Iliad. 2. ἰυγξ. παλιουρία.

i Epist. 202

k Epig. 27.

l lib. 3. de re Rust.

m lib. 4. de ling. lat.

n l. 12. c. 7.

o In Bucol.

p l. 9. c. 10.

q Satyr. 1.

r l. 3. c. 11.

s In vita Alexandri.

t In Corol. in Plin.

GENE-

GENERA.

ARISTOTELES *a* teste *b* Athenæo, tradit vnum Columbarum genus esse quinq; verò species, quas sic, inquit, enumerat, Περιστερὰς, Φάϛ, Οἰνὰς, Φασσᾶ, τρύγων, id est, Columba, Oenas, Phabs, Phassa, Turtur, libro verò quinto de Animal. Phaba is non recenset, quamuis *c* Æschilus sic meminerit:

Cibum quarentem infaticem, & miseram Phaba
Medÿs lateribus irretitum obuoluas.

d Idem genitiuo casu, Φαβῶν dixit. Oenas Columba maior est, inquit Aristoteles, atq; Φάβος, Phassa verò magnitudine Gallinæ, colore cinereo. Turtur omnium minima cineris colore, ætate conspicitur. Hactenus Athenæus. Et reuera in Græco textu Phabs etiam legitur, etsi Gaza eam in sua translatione omiserit. Qua in re non exiguas lectori tenebras offuderit, cùm Philosophus apertissimè Phattam à Phabe distinguat. Ait autẽ Philosophus: Alia frugibus viuunt, vt Phabs (ita autem loquor, ne latinè simpliciter Palumbem traducens simul eum Phassa vnà cum Gaza confundam, qui pro vtraq; voce, vt mox videbis, Palumbes transtulit) Phassa, Columba, Oenas, & Turtur. Phassa, & Columba semper visuntur, Turtur æstate tantùm, Oenas autumno potissimum apparet, cui magnitudo maior Colũba, minor quàm Phabis est. Gaza hæc sic vertit. Alia frugibus viuunt, vt Palumbes, Columbus, Vinago (ita optimè pro Oenas transfert) Turtur Visuntur semper Columbi, atq; Palumbes, sed Turtur æstate tantùm. Vinago Autumno potissimum conspicitur, cui magnitudo maior Columbo, minor quam Palumbi est. Verùm si Phaps rectè (vti experientia docet legi debere) legatur, ipse quoque Athenæus species omnes ita non recenserat, quare pòst addit: Eodem opere Aristoteles Columbam à Peleiade differre monet. Peleiadem enim minorem esse magis Columbam mansuescere: nigram esse Peleiadem, paruã, rubris pedibus, & asperis: ideoq; cellarem neminem domi alere. Verùm & eiusmodi diuisio diuersa longè est ab ea, quam nobis reliquit doctissimus *e* M. Varro, qui duo duntaxat Columbarum genera statuit, atque ex his duobus, si misceantur, natum tertium aliud, quod miscellum nuncupat, sed ascribam ipsa Varronis verba: *In v lis* inquit, *intro volant Columba, de quibus Merula: Axi, si vnquam περιστεροτροφεῖον constituisses, has tuas putares quamuis feræ essent. Duo enim genera earum in περιστεροτροφείοις esse solent. Vnum agreste, vt alij aiunt saxatile, quod habetur in turribus, ac columnibus villæ à quo appellata Columba, quæ propter timorẽ naturalem summa loca in tectis captant. Quod sit, vt maximè agrestes sequantur turres, in quas ex agris euolant sponte ac remeant. Alterum genus Columbarum est clementius, quod cibo domestico contentum intra limina tantùm solet pasci. Hoc genus maximè est colore albo. Illud alterum agreste fere albo, vario. Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa atque incedunt in locum vnum, quod alij vocant περιστερεῶνα, vel περιστεροτροφεῖον.* Hæc ille. Putandumne igitur Varroni Peleiades, Phabes, Oenades, & Turtures, quas Aristoteles, & Athenæus in Columbarum genere recensent, in Columbaceo genere non fuisse habita? Id sanè ego nunquam mihi persuaserim, sed ideo duo tãtum genera potuisse crediderim, quòd ea ceu magis domestica, vulgatiora essent, magis cognita, & ad alendũ vtiliora, idcoq; alia tacuisse, quod cicurari ea minimè queant, & reuera si penitus, & ad triutinã Aristoteles verba examines, videbis tantùm de syluestribus loqui, atq; ex omnibus Columbarũ syluestrium speciebus quas enumerat, indicare id genus facilius domari, quod Varro agreste vocabat, idq; ideo Columbæ nomine dignatum, quòd proprius ad domesticarũ naturã accedat, domesticasq; tãquã notissimus præterisse, de earũ natura scripsisse cõtentum. Qui igitur Columbas in domesticas, & syluestres diuiserit, haud malè, ni fallor, fecerit. Nã & *f* Galenus non parui ponderis author genus vnum οἰκαδικόν, id est domesticum, alterũ ῥωμαδικόν, id est, pascuũ, & syluestre appellat. Omnes verò seu placidas, seu agrestes sub vno ferarum nomine in iure comprehendere oportuit, quod, quamuis in turribus peristerotrophij intraq; domesticos parietes eas habeamus tamẽ sæpe aufugere soleant apũ more, nouasq; sedes, & loca alia quærere, vnde lites poterãt suboriri, quibus sanctione obuiam ire necessium fuit. Quanquã & huic determinationi negocium aliquatenus facessit, quod alibi scribitur § Gallinarum. Inquit enim Imperator, Gallinarum, Anserumque feram esse naturam, neutiquã censeri, nosque id ex eo posse intelligere, quia aliæ sunt Gallinæ, alij sq: Anseres, quos feros appellamus. Ad, quã normam si rem exigamus, vides admitti difficultum, Columbasque ipsas, quas domi, aut etiã in peristerionibus

a l. 8. Hist. *b* l. 6. Deip. nos. *c* In Prometheo. *d* In Phil. Gaza error. *e* li. 3. de re rust. c. 7. Columbarum genera secundũ Varronem. Miscellæ Columbæ, quæ. Varro cur tantùm duplex Columbarum genus posuerit. Columbarũ diuisio. *f* lib 10. de comp. simp. med. Cur Iurisperiti omnes. Columbas feras vocent.

ſterionibus alimus, proſſeris non eſſe habendas, eò quòd aliæ ſunt Columbę, quas feras vocamus. Verùm dicendũ eſt Iuſtinianũ, iuriſq; conſultos ſequutos eſſe Varonem. Nam licet Peleias, Phata, Phabs, Oenas, & Turtur reperiantur, apud latinos tamen Columbæ nomine neutiquã veniunt; ideoq; nulla de ipſis ratio habita eſt. Vnde etiam dicẽdũ eſt rationem illam in prænotato Gallinarum, poſitam non pro ſolida, perpetuaq; quaſi ea ita animantum placida natura deprehendatur, ſed ſimul Gallinarum, Anſerumq; domeſticorum placidam naturam, quæ in fera nunquam, vt omnibus in cõfeſſo eſt, degenerat, adeo, vt ipſas feras nõ eſſe, nec proferis vnquam habendas exiſtimarent. Quæ ratio in Columbis apibuſq; minimè viget. Cùm quamuis feræ Columbæ feræq; apes, præter eas, quæ in hominum dominio ſũt, reperiantur, tamen quæ placidæ habẽtur, maxima impermutabilliq; placiditate, qualẽ, quãtamq; in Gallinis, Anſeribusq; quotidie ſpectamus, præditæ non ſint, ſed de hac re ſatis ſuperq;. Iam videndum, nũquid tales, quales Ariſtoteles, ac Varro nominant, noſtro æuo adhuc dentur. Quod ad Varronem attinet, nulli dubitum eſſe exiſtimo, quin iamnum reperiãtur. Primum enim, quas ſaxatiles, & agreſtes vocat, haud dubio illæ ſunt, quas nos, noſtriq; agricolę in turribus, vel in eminentiori domus parte alimus, nam & ille non in turribus tantùm, & culminibus haberi tradidit, verùm etiã inde etymũ Columbarum in vniuerſum, vti diximus, deduxit: eo quo facilè, ni fallimur, intelligitur aliud Varroni ſaxatile genus Colũbarum eſſe ab eo, quod in agro Bononienſi capitur quandoq; vulgò ſaſſarolo, id eſt, ſaxatile dictum, Columbis ſaxatilibus Varronis maius, & coloris liuidi, roſtro rubicundo, prorſus, ferum. An verò idem fuerit cum eo, quod Rhæti, teſte Ornithologo, vulgò Steintube, id eſt, Columbam ſaxatilem appellant, quam pariter prorſus feram refert eſſe. Cum Varronis verò ſaxatili eadem eſt, vt idem Ornithologus quoque iudicat, quæ Galeno πετραῖς, & βοσκὰς dicitur, quoniam liberius in agris, & campis paſcatur (ſic enim & equas πεδάδας dicunt, quæ in armento liberè paſcuntur, tanquam paſcuas, & paſcales) & ἀφετῖνας quibuſdam, vt eruditus quidam docet. Petrus Creſcentienſis nominis ſimilitudine deceptus ſaxarolos vulgò dictos cum ſaxatilibus Tarronis confundit, cùm ait: *columbi quidam vulgò ſaxaroli dicuntur, hi in Columbarijs melius aurant, quàm cæteri, &c.* Quos enim vulgus Bononienſe (& ille Bononienſis erat) ſaxarolos vocat, prorſus feræ, & indomitæ naturæ exiſtunt. Grauiori ſanè, ac minus tolerabilis Perotti error eſt, qui Varronis ſaxatiles cum πελειάδεσι eaſdem facit, ſed verba eius clarioris doctrinæ cauſa aſcribam, *Columbæ agreſtes, inquit, quæ & ſaxatiles Varroni aiunturs, maximè ſequuntur turres, in quas ex agro euolant ſuapte ſponte, ac remeant. Hoc genus Græci πελειάδας nominant à liuore. Varij enim ſunt coloris ac liuidi, propter quod è noſtris quidam* (Gazam videtur intelligere) *eas Liuias appellauere. Paucæ inter eas alba ſunt colore improbato. Pedes plumis nudos habent, rubidos, & ſcabroſos.* Hæc ille, nos πελειάδας ſylueſtres omnino eſſe diximus, & dicemus rurſus ex eodem Ariſtotele, & vnius omnes coloris eſſe, nec alij ſolere. Secundũ illud genus, quod Varro domeſtico cibo contẽtum intra limina paſci tradit, & plerunque cum Gallinis, coloris varij, & maioris amplitudinis, quàm eæ quæ turres incolunt, id meo iudicio illud eſt, quod nos communiter, Colombe ſotto banche, id eſt Columbas ſub ſcamnis, ſeu ſedibus, ita à loco appellamus. Hoc enim genus prædictas omnes qualitates obtinet. Verùm nunquid M. Varro, Ariſtoteles, alijque veteres domeſticarum Columbarum ſpecies, quas noſtra tempora modò ſuppeditant, agnouerint, non dubito duntaxat, ſed non adducor etiam, vt id credam, etſi antiquos Romanos Columbarum amore inſanijſſe probè norim, & ex Plinio antè retulerim. Tanta enim iamnum in Europa Columbarum reperitur diuerſitas, maximè, vt audio, apud Belgas, hoſq; inter apud Batauos, vt narranti mihi viro alioqui fide digniſſimo vix fidem adhibere potuerim. Hos populos ſi quæ vlla gens, Columbis impensè delectari, ideoque quàm plurima earum genera alere, ſupra quoq; memini. Dicebat autem vir ille præter communes domeſticas, & ſaxatiles, quarum inſuper immenſam habeant copiam, genus quoddam eſſe domeſticis vulgaribus duplo ferè maius, pedibus hirſutis, hoc eſt pennatis, quod inter volandum, & dum murmurat, id eſt vocem ſuam edit fauces in tumorem ingentem adducit, quem quo maiorem, maximè in volatu oſtendunt, eò nobiliores cenſeri, dici verò id genus Kroppers Duue, hoc eſt Columbas gutturoſas, quo nomine pariter nobis veniunt, nam quandoque etiam ad nos afferuntur. Ornithologus ſe Venetijs Columbas obſeruaſſe tradit, quæ Gallinaceos ferè magnitudine æquarent. Verùm quod eas è Palumbarum maximarum cicuratarum genere eſſe credit, prorſus meo iudicio fallitur; Palumbes enim nunquam cicurantur. Cæterum num illæ, quas in Batauia haberi vir ille narrabat, eædem ſint cum Campanis Plinij, qui in Campania maximas naſci ſcribit, non auſim affirmare quamuis

Saxatiles Columbæ Varroni.

Columbæ ſaſſarolo vulgo Bononiæ.

Steintube.

Columbæ nomas, & beſcas Galeno quæ.

Purgitis.

Columbæ Creſcentienſis error.

Perotti grauis error.

Colũbarum Varronis ſecundum genus.

Colombe ſotto banche.

An veteres omnes Columbas domeſticas agnorint.

Batani Columbarum multa habent genera.

Kroppers duue.

Columbæ Campaniæ.

quamuis interim id minimè negarim. Bellonius certè eius planè sententiæ est, & hallucinari eos asserit, qui Plinium, alioſq; veteres eas non agnouisse putant. Christophoro Columbo Indi quoque Columba obtulerunt inter alia munera nostratibus multò maiores, & gustu pariter suauiores, sed gustus itaq; iudicaret, si cùm superioribus eædem sint, an diuersæ. Affirmabat vir ille, reperiri aliud genus hirsutis pariter pedibus, ac magnum, si communibus domesticis compares, paruas verò, si illis, id nostrates vulgò Tronso vocant. Alere quoque Cyprias, seu, vt Ornithologus nominat, Russicas, & Anglicas, & Monachicas, Ferrarienses Sorellas, has appellare Kappes, hoc est, cucullatas, à crista nimirum, quæ cucu- *Kappers.*
lum, quem Kappam vocant, propemodum æmulari videtur, & harum duo habere genera, vnum pedibus pẽnis ornatis, alterum nudis; rursus omnes hasce diuersorum colorum esse. Dari & aliud genus Cyprijs simillimum, sed crista carnes, & pedibus semper nudis, rostro nempè admodum exiguo: hoc dicere Cortbecke, id est, breuis rostri: esse ibi & aliud genus, *Cortbecke.*
quod indigere voce à gestu Ouerslagers nuncupent, quoniam in honorem fæmellæ vel suæ, *Ouers lagers.*
vel aliarum post longa murmura à terra sese eleuet, & vltra illas volando alas quatiat. Quas *Drayers.*
verò vt nobilissimas colunt eas appellare Draijers, quæ non eodem, vt illæ, modo, inter volandum duntaxat alas quatiant, verùm etiam in orbem circum volitent, idq; maximè supra fæmellas tam fortiter alas quatiendo, vt duorum asserum simul collisorum sonitum superet, vnde remiges earum pennæ semper fermè fractæ conspiciantur, ac quandoq; etiam
volare inde nequeant. Hoc genus aiebat in Venerem admodum pronum esse, fæmellas, cùm partui vicinæ sunt, alijs etiam sui copiam dare, incolis autem in maximo pretio haberi, vtpotè quarum vnum sæpè per quattuor vendatur aureis, pedibus esse nudis, coloris varij, hoc est, dari cuiuscunq; coloris capite quandoq; exigua crista pulmena ornato, quandoq; plano, has bollen, id est, planas vocare, illas gecopte, id est, capitatas. Haberi item ibi aliud genus aspectu elegantissimum, quod Helme dicunt, quasi galeatas. Harum enim *Helme.*
alias capite, cauda, & alarum remigibus coloris esse alibi, cæteras alterius coloris, puta nigri, rubri, lutei, cærulei: alias verò ex horum colorum aliquo caput, caudam, & remiges habere, cætera vel ex albo, vel ex alio quouis diuerso, adeò, vt caput, cauda, remiges semper alius coloris sint, quam reliquum corpus. Quod modò ad tertium genus spectat, quod M. Varro miscellum vocat, id non solùm ex Columbo domestico, & agresti fœmina, vel contrà, vt ille innuere videtur, generatur, sed ex domesticis ipsis diuersæ speciei procreari potest, atq; id etiam quotidie conspicimus. Sed hæc de domesticis dicta sufficiant. Iam videndum, quæ Aristoteli Peleias, quæ Phatta, quæ Phabs, quæ Oenas sit, & quæ Trygon; Gaza pro Peleias traduxit Liuia: pro Phatta, & Phabs, vt diximus, Palumbes, pro Oenas Vinago, pro Trygon Turtur. Sed Iacobus Dalechampius eum reprehendit, quòd pro Oenade Vinago transtulerit. Ait autem Oenadem dici à fibrosa carne, & Gallis appellari vn Tarragon: sed quærendum esset, quæ auis sit Tarragon: nam Bellonius pariter Gallus eius non meminit. Præterea Oenas, vt Ornithologus quoque existimat vel à tempore vindemiæ, quo apparet, vel à calore corporis, qui vino nigro, vel uuis maturis
similis nomen obtinet, quare Gaza meo iudicio Vinago vertere potuit, g Aristoteles cæteras species magnitudine distinxit: alibi enim Liuiam, siue Peleiadem Columba minorem dixit, maximam esse in hoc genere Phassam, Oenadem Columba maiorem, nempè secũdum magnitudinis locum obtinentem, Turturem omnium minimam. Sed Philosophus (miror id hactenus à nemine animaduersum) in octauo, vt suprà citauimus, Oenadem Phabe minorem dixit: cur itaq; hic Oenadi secundum magnitudinis locum attribuit? Putauerim ego, qui semper me saniori virorum doctorum iudicio subijcio, Aristotelem hoc loco Phassam generaliter etiam pro Phabe accipere, vt scilicet in toto Columbaceo genere Phassa maior, & minor primum locum, secundum Oenas obtineat. Neq; tantum apud me valet Eustathij Homeri interpretis, necnon Athenæi testimonium, vt secus quàm feci, sentiam, quorum ille Phabem media magnitudine esse ait inter Oenadem, & Columbam, Phattam verò magnitudine Gallinacei, colore cinereo, hic verò idem repetit tanquam ex Aristotele, quem citat, quando tamen nihil tale apud hunc reperire sit. Hinc itaq; collectus magnitudinis ordo talis sit necesse est, vt Phassa primum, Phabs secundum, Oenas seu Vinago tertium magnitudinis locum obtineat, quartum Columba, quintum Liuia, seu Peleias, sextũ, & postremũ Turtur, omniũ scilicet minimus. Notiores ex his sunt Colũba, & Turtur. Mihi Phabs, & Peleias nunquã visæ, quare & suo loco Peleiadis iconẽ ab Ornithol. mutuatã exhibiturus sũ. Oenas siue Vinago ea fortè fuerit, quam Sassarolo vulgò dici nostris agricolis scripsi. Maior

Tronso.

Columbæ miscellæ.

Dalechampij error.

Tarragon auis.

Oenas Columba vnde dicta.

g li. 5. Hist. c. 13.

Columbarum distinctio Aristotelica.

Oenas siue Vinago quæ.

enim est Columba agresti, coloris vino nigro nam absimilis, & Autumno potissimum conspicitur. Nam iconem quam pro Oenade Ornithologo Rondoletius transmisit, aut Alchati Arabum est, aut Perdicis potiùs species, vt suo loco post dicemus. Oenas, inquit Turnerus Anglus, mihi vnquam hactenus visa est nec quid habeat nominis apud nostros, aut apud Germanos compertum habeo. Vidi tamen Venetijs Columbos his nostratibus sexquilatera proportione maiores. Sed hos non Vinagines fuisse credo, sed Columbos è Campania ad Venetos aduectos, vbi Plinius Columbos scribit esse grandissimos. *b* Niphus dubitat an Vinago sit genus illud, quod in Italia habeatur ex Columbo cellari, & Palumbo nascens, & quoniam Aristoteles hoc in loco Columbarum genera numerans Peleiadem omittit, vt libro quinto Oenadem, dubitat an Oenas, & Peleias eadem auis sit, sed Aristoteles in quinto Oenadem nominat, & Columbam maiorem facit, Peleiadem minorem. Ex recentioribus etiam quidam viri docti Phassam, & Phabem sex tantum differre existimant, vt Phassa femina sit, Phabs verò mas, sed eiusmodi determinationis authorem veterem nullum, quod sciam, habent. Aquitani Galli, vt in libello de nomenclaturis animaliom, & stirpium Latinis, Græcis, ac Gallicis innominati authoris legitur, Phaba Græci sermonis vestigium seruantes Phauier appellant: cæteri verò Galli nescio an ipsi quoque Phassam Ramier dicunt. Sed quærendum diligentiùs diuersam ne auem Aquitani Phauier appellet, an verò eandem, quam cæteri Galli Ramier: in quam sententiam inclinat Ornithologus hoc ductus argumento, quòd Itali quoque Palumbem communem, siue Phattam Fabariam, vulgò nempè Fauaro vocitent. Verùm *is* sibi contradicit, primùm enim Phauier ad Græcorum Phabs accedere etiam dicit, mox verò ad Italorum Fauaro (ùm alioqui & Latinorum Faba, & Gallorum Fabue æquè ad eandem vocem accedant. Iacobus Dalechampius pro Phabs quidem Palumbes minor interpretatur, & benè, at quod Gallis vulgò Biset dici ait, in eo non parum hallucinatur, si quidem Palumbes minor, vt ipse etiam scribit, coloris est cærulei, Biset verò, vt & Pet. Bellonius pariter Gallus testatur, liuidum colorem, vel plumbeum sonat, quare, & idem Bellonius ita Peleiadem, siue Liuiam interpretatur. Quanquam autē Phabs, & Phassa, vt scripsit, differant; idem tamen Accipiter a priore voce φαβοτόκος appellatur, quasi Palumbicidas à posteriore φασσοφόνος: Latinè Palumbarū reddunt: vnde vbi apud Varinum, & Hesychium legitur φαβοτύπος εἶδος ἱέρακος καὶ περιστερᾶς, ita corrigendus locus, φαβοτόκος, εἶδος ἱέρακος, καὶ φασσοφόνος περιστερᾶς &c. & rursus vbi habent, φασσοφόνος, ἱέρακος φάσσας φονεύοντι. Εἰ δὲ εἶδος περιστερᾶς ὑποπλεῖον πρασίνου, lege εἰ δὲ ἡ φασσα εἶδος &c. id est, *Phassa autem species est Columbæ sub Turture*, cum contrà Turtur veriùs sub Columba sit: quærendum an rectiùs legatur κατὰ τὸν τρυγόνα. Sed quid Callimacho respondebimus, qui, vt testatur *l* Aelianus, Palumbum, Pyrallidem, Columbam, & Turturem dicebat nihil inter se habere similitudinis? Nam si Palumbus, & Turtur, vt Aristoteles scripsit, Columbæ species sunt haud dubio statuendum est præter similitudinem corporis alia etiam gerere, quæ simul ipsis communia sint, vt apertè in singularum historia apparebit. Pyrallim verò à Columbaceo genere diuersam esse facilè est colligere ex eo, quòd *m* Aristoteles eam cum Turture pugnare scripserit. Sed qua ratione Palumbum, Columbam, & Turturem nihil inter se similitudinis habere dixerit, ipse vel alij viderint, mihi quidem id oscitanter scriptum videtur, quare, & ipse Aelianus addidit. *Si Callimacho fides est habenda*, quasi in re friuola, ac incogitata. Atque hæc de Columbacei generis diuersitate dicta sufficiant. De syluestribus singulis priuatim agetur; quæ enim hic afferā domesticis maximè quadrant, aut ea docent, quibus a syluestribus distinguantur.

b In Arist. 8. Hist. 3.

Phassa, & Phabs quemodo differant.

Phauier Gallis qua auis.

Ramier.

Ornithologi error.

Fauaro.

Dalechampij error.

l In annot. ad Athe. li. 9.

Biset Gallis qua auis.

k 16. c. 21.

Palumbarius Accipiter.

Varinus, & Hesychius correcti.

l li. 1. Var. Hist. c. 15.

Pyrallis.

m l. 9. Hist. cap. 1.

DIFFERENTIÆ.

Syluestres Columbæ mites vbi.

TOTVM Columbaceum genus, vt diximus, vel domesticum est, vel syluestre, sed in vtroq; genere aliquot constitui possunt differentiæ. Syluestres enim Columbæ in insula vulgò Capo verde, & Madera adeò mites sunt, vt nostrarum domest carum more se manibus capi sinant. Et Aloysius Cadamustus nouas insulas binas sese inuenisse memorat, in quibus item Columbæ ita placidæ essent, vt ab hominibus prætereuntibus caperentur, cùm alias tamen in his insulis nullum fuisset visum hominis vestigium.

Syluestres parùm differunt.

Siluc-

Syluestres præter positum ante magnitudinis discrimen partus ratione quoque differunt. *a* Aristoteles enim quæ Columbacea specie continentur omnia bina oua parere prodidit, in quibus Palumbem etiam, & Turturem annumerat, quas tamen complurimùm ternas testatur parere. Præterea *b* idem author est Columbas vel decies anno generare, Palumbem verò, Turturem, & Vinaginem semel tantummodò, & parcius. Syluaticus Algnesim nominat genus Columbarum, quæ semel anno pariunt. Sed & domesticis, si Aristoteli credimus, vti debemus, non est certus pariendi terminus. Nonnullas enim ait decies anno parere, Plinium in Campania grandissimas prouenire asserere: cui adde, si placet & Columellam nonnullas vndecies, Ægyptias verò duodecies. De magnitudine singularum diximus, & easdem, & Alexandrinas tanquam peculiare quoddam genus habeat, nominare. De Campanis Perottus etiam repetijt, & in Therapne maximas etiam nasci ait, cùm alioquin, inquit, Spoleti sint perexiguæ. Mirum quidem inter duodecim millia passuum tantam esse differentiam. Marcus *c* Varro Columbarum discrimina ponit à loco habitationis, colore, & coitu. Quod verò agreste genus sine albo varium esse dicat, non vsque adeo verum esse cuiquam videri possit, nisi id dicamus verum esse, vt in pluribus, nam aliàs quoque albo maculatur, vetùm an eiuscemodi spuriæ sint, & vt ipse vocat, miscella? *d* Athenæus auctor est, Columbas candidas eo tempore in Græcia primùm fuisse visas, quo exercitus Persicus circa Athon montem interijt, ignotas aliàs prius. Idem *e* Aelianus Charontem Lampascenum affirmasse prodidit, quem pariter Athenæus nominat. Longolio teste, Columbæ in Noruegia totæ albæ habentur, quod si de omnibus dicat, frigiditati regionis ascribendum, vti aliquoties diximus suis locis, sin de aliquibus ridiculum sese præbuit, cùm & Varro ex domesticis plurimas esse albas dixerit, & vbiq; terrarum vulgatissimæ sint, vnde *f* Ouidius Columbas albas vocat sine labe, qualem olim Coruum fuisse memorat his versibus:

Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
Ales vt æquaret totas sine labe Columbas.

g Aelianus in Erice Siciliæ ingentem Columbarum numerum haberi tradit, at ex his omnibus vnam rubram, quam (putabat autem superstitiosa antiquitas eam Venerem esse, vti postea dicetur) reliquæ tanquam ducem sequantur: quod sanè mirum esset, ex tot Columbis vnam tantummodò rubram videri, nisi forsè dæmonem ita superstitiosos illos homines sub eiusmodi Columbæ forma delusisse verisimile foret. Nobis interim rubras Columbas videre minimè insolens est, vti neque luteas, quas ille *h* alibi apud Indos reperiri ex aliorum relatu narrat: Athenæus huius rei authorem adducit Damachum quendam, sed & omnium ferè colorum diuersitas in Columbis hodie conspicitur, quare cum Aristotele dicimus colorem non immutare speciem. Differunt etiam partium figura. *k* Scaliger in Persia Columbos raros esse scribit, sed quos habent, oblongo collo esse, & Anserino: cætera natura nihil differre nostratibus. Mihi pariter vix ante quinquennium Columbæ icon ab excellentissimo Hieronymo Paduano Praga, nempe ex aula C. M. transmissa est, cui caput planè Anserinum est, quod genus peregrè ad nos transferri testabatur. Nostratibus quoque non omnibus eadem figura; aliæ enim capite plano sunt, cristatæ aliæ, & harum rursus cristam crassam, vt Cypriæ quæ inde Monachinæ dicuntur, quod monacorum cucullum æmulentur, aliæ tenuem, quales Batauis Gecopte dici antè memini. Rostrum item alijs exiguum, alijs oblongum. Sunt, quarum etiam ante mentionem fecimus, quæ fauces in tumorem amplissimum attollunt. Andreas Bellunensis Alchata nominat, & pedes eis tribuit nigros, & breues; sed nos post, qui de hac aue sentiamus, aperiemus. Pedes alijs nudi, alijs pennæ adnatæ. Postremò coitus ipse etiam differentiam ponit. Iuniores enim nunquam coeunt cum fœmella, nisi prius eam exosculentur, idque quoties coitum exercent, seniores verò prima vice tantum oscula præbent, secunda sine osculo coeunt.

a li. 6. Hist. cap. 4.
b Ibidem, & cap. 1.
Algnesim.
Domesticarum differentiæ à partu.
A magnitudine.
Columbæ Campanæ, & Alexandrinæ.
c li. 3. de re rust. c. 7.
d l. 9. c. 16. Columbæ albæ.
e li. 1. var. hist. c. 15.
f Metam. 2
g lib. 4. de anim. c. 2. Columbæ rubra reliquarũ dux.
h li. 1 Var. hist. c. 15.
i l. 9. c. 16. Differentiæ à partibus.
k Exercit. 231. 7.
Nostratum Columbarũ diuersitas.
A coitu.

DESCRIPTIO COLVMBARVM in genere.

Columbas describi in genere arduum est. a l. 5. de gr. cap. 6.

IN genere describi posse quàm arduum sit, ex differentijs paulò antè positis, maximè quæ ad partium diuersitatem spectant, satis superque cuiuis constare arbitramur. Magnitudo etiam cùm syluestribus, tùm domesticis non eadem. Quæ omnia secum perpendens prudentissimus *a* Philosophus nihil aliud de Columbarum cognitione memoriæ prodidit, quàm quod varijs coloris esse dixerit. Habent tamen simul omnes aliquid propriũ, nempe quòd vtraque palpebra connitcant: & *b* alibi Philosophus Columbas pedibus, & vnguibus Cuculum repræsentare dixit: Et reuera Cuculus Columba prorsus appareret, nisi Accipitris pennis vestiretur, auis aliàs ab Accipitribus planè differens, & innoxia. Quod ad electionem pertinet, albas omninò *c* damnat, quòd ab Accipitre longiùs conspiciantur: quare color albus, vt inquit Perottus, in domesticarum genere non improbatur, quòd hæ Accipitrum iniurijs minus obnoxiæ sint: nam intra limina ianuæ solent pasci.

Cuculus Columbis similis. b lib. 2. de part. c. 13. c 6. Hist. c. 13.

Alba Columba damnata. a 3. Hist. c. vlt.

ANATOMICA.

COLVMBO, *a* inquit Aristoteles, *ingluuies praeest ventriculo, vt Gallinaceo est.* Plinius ita habet, *Columbae vitra ventriculum habent ingluuiem*; quòd alibi ita exponit. *Anes quoq; geminos sinus habent: quadam vnum, in quo merguntur recentia vt guttur: alterum in quem ex eo demittunt, concoctione maturata, vt Gallinae, Palumbes, Columbae.* Albertus eiusmodi ingluuiem paruam esse ait, & fermè rotundam: Ventriculum feruentiorem esse testatur idem *b* Aristoteles: Lienem verò eius magnitudine deficere, hoc est, vt alias etiam ait, tam exiguum esse, vt visum fugiat. De felle in primis variæ authorum sententiæ. Alij prorsus carere, alij habere existimant, sed & hi de loco dissentiunt. Qui carere negant, sunt Theologorum non pauci, atque inter hos in primis Beda: negat quoq; Orus Apollo. Qui verò fel Columbis tribuunt, sunt Aristoteles, Plinius, Athenæus, & ipsemet, ceu sui oblitus. Orus Apollo *c* Aristoteles fel habere Columbas disertissimè scripsit, sed non eo loco, quo cætera animantia: verùm & non omnes Columbas eodem loco, alijs enim ventri, alijs intestino iungi: quod postremum *d* Plinius repetijt, vti præcedens *e* Athenæus. Fuere, qui fel in vropygio esse tradidere. Orus alibi in dorso esse scripsit: Mihi nec in dorso, nec in vropygio fel reperiri quispiam persuaserit; vti neque alij Columbas eo carere. *f* Galenus quidem ridiculos eos vocat, qui id asserere audeant, tamen & ipse interim vesicam habere negat, qua fel contineatur: quod quomodo defendi possit, ipse viderit.

Ventriculus Columb. b 3. de par. cap. 7. Esen. Fel. c In Hier. d 2. Hist. c. e lib. 8. c. 9. f l. de atrabile.

SEXVS.

HAVD facile est, inquit *a* Aristoteles, Columbarum sexum dignosci, nisi interiorum aspectu: cùm alioqui ex voce maximè domesticarum facillimè mas à fœmella distinguatur. Fœmellæ admodum exigua est, maris longè grauior. Taceo interim multas alias actiones, quibus eas vel quiuis etiam dignoscat.

a 9. Hi. c. 7

Mas quomodo à fœmina distinguatur. Columbas distingui.

SENSVS.

HÆ aues quantum fortitan vllum animans aliud cunctis sensibus valet, sed visu potissimùm, & auditu, gustuque, si non cætera vincant, saltem nulli cedunt. Perspicacissimas esse vel inde in primis constat, quòd à longè quodlibet Accipitrum genus agnoscant. Cùm enim horum alij Columbas humi sedentes rapiant, volãtes non appetant: alij super arborem, aut tale quid conscendẽtes venentur, sin humi cõsideant, aut volent, non inuadant: alij rursus neque humi, neque in sublimi manentes aggrediantur, sed volantes tan-

Columbas perspicaces esse, & cur. Accipitres quomodo. Columbas venentur.

testantummodò capere conentur: itaq; sagaciſſima rerum parens natura Columbis seſe nouercam, atq; iniquam exhibuiſſet, niſi & ipſis, vtpotè animalibus imbellibus, innocentiſſimis, & quę nulla ratione seſe tutari aduersus tam sæuos hostes possent, videndi aciem ingeniamq; elargita fuiſſent, quibus singula Accipitrum genera distinguere rectè potuiſſent. Alioqui enim Accipitrum iniurijs expositæ continuæ extitiſſent. Itaq; cùm Accipitrem prouolantem videant, si sublimipeta est, manent quo constituerint loco, tanquam non nociturum agnoscentes, sinhumipeta est, quem prouolantem cernunt, non manent, sed continuò auolant, & fuga saluti suæ consulunt. Author est *a* Aristoteles; quæ sanè oculorum acies insignis est: siquidem communem hostem à longè videre paucis datum, vti nullis, quod sciam inter tot Accipitrum genera speciem distinguere. Si authori, quisquis ille fuerit, de natura rerum credimus, nam reuera anile delitamentum sapit, Columba nouies visum recuperat. Idem discernendi iudicium Columbis in auditus sensorio, ac ob eandem rationem, vt scilicet hostes suos agnoscant, natura concessit. Cùm enim omnes Accipitres, vt diximus horreant, nempè suos prædones, Circi tamen, & Aquilæ marinæ rapacitatem magis quàm caterarum rapacium pertimescere videntur: vnde alibi dixit *b* Aelianus: *Aquilas marinas, & Circos horcos horrent Columbæ*: itaq; voces eorum inter alias discernere à longè norunt, vt si clamantes audiant, ocyus aufugiant. Meminit idem Aelianus: *Clangorem*, inquit, *quidem Aquilarum, & Vulturum Columbæ spernunt, non item Circi, & marinæ Aquilæ*. In gustu quoq; non minus iudicium. Amant quidem, ac edunt omnia ferè granorum genera: sed ex his quibusdam ita afficiuntur, vt donec is suppetit, nunquam, quem incolunt, locum deserant, quod alioqui meliorem alibi victum quærentes sæpius solent facere: sed de hac re fusiùs, vbi de victu earum agemus.

Columbæ Accipitres agnoscunt. a l. 9. Hist. cap. 36.

Columbarũ auditus.

Columbæ Circum, & Aquilam marinam agnoscunt. b lib. 3. de an. c. 45. Gustus.

LOCA COLVMBIS Abundantia.

Assyrij cur Columbis abundent. a Cap. 11. b lib. 1. c lib. 8. de præp. Euã. cap. 5.

APVD Assyrios Columba sacra habebatur, & nefas erat eam occidere, vnde tam immensa ibi creuit horum volucrum copia, vt accedentium mercatorum ora peruolarent: vnde apud *a* Oseam legitur; *Et auolabunt quasi aues ex Aegypto, & quasi Columba de terra Assyriorum*. Hinc pariter *b* Tibullus scripsit.

Quid referam, vt volucris crebras intacta per vrbes
Alba Palæstino sancta Columba Viro.

Ascalon vrbs Syriæ. Columbis abundans. d Iliad. B. Thysbe polytriton. e lib. 7. Geo. Columbæ Thysbeæ cur sacra. f l. 11. Metam. g l. 7. Thebaid. Sparte Nessi. h Iliad. B. Chaoniæ cur dictæ. In earum copia. k Eglog 9. Iliad. 2. m lib. 2. de arte am.

c Eusebius Pamphilus author est Syriæ maritimam quandam ciuitatem esse, quę Ascalon dicatur, ei cùm applicuisset (ait autem applicuisse, quando oraturus, atque sacrificaturus Hierosolyma ad patrium templum missus fuisset) magnam seſe Colũbarum multitudinẽ admiratum fuisse, interrogantiq; ipsi quamobrem aues illæ omnia penè loca illa occupassent, responsum fuisse lege apud eos Columbarum vsum esse prohibitum; *d* Homerus Tisben πολυτρωνα vocat, teste *e* Strabone, à copia scilicet Columbarum, vt Grammatici exponunt. Erat autem Thisbe Bœtiæ vrbs celeberrima: sed Stephanus portum, & nauale Thisbæorum Columbis plenum fuisse tradit: vt vt est, Colũbas poetæ hinc Thisbæas appellant. *f* Ouidius de Dædaliono mutato in auem rapacem, hoc est, Accipitrem secundum Grammaticos.

Quæ nunc Thisbæas agitat mutata Columbas.

Meminit etiam *g* Statius.

Dioneisq; auibus circumsona Thisbe.

h Homerus alibi Spartem Nessem pariter vocat multarum Columbarũ. Has Chaonias item poetæ dicunt ab Epiri parte, pro Epiroticas. *Nam*, inquit Seruius Vergilij Scholiastes, *olim in Dodona sylua Epiri oracula reddebant*: Sed malim cum *i* Io. Rauisio Textore dicere ideò Chaonias appellatas, quòd ea Epiri pars Columbis plurimùm abundaret. *k* Virgilius.

Chaonias dicunt Aquilæ veniente Columbas, &c.

Propertius.

Non me Chaonia vincant in amore Columbæ.

m Ouidius.

Quæq; colat turres Chaonis ales habet.

Pontanus.

Chaonis & qualis oscula iunxit auis.

Insulæ veneri, cui Columba etiam sacræ putabantur, antiquitùs consecratæ, vt Cyprus, Paphos, Cythera, & Sicilia præcipuè Columbis scatebant. Antiphanes apud *n* Athenæũ Cyprias Columbas plurimum commendat inquiens, Η' Κύπρος ἔχει πελείας διαφόρους, id est, *Cyprus habet Columbas præstantissimas*. Celebrantur sanè etiam hodie ab omnibus Cypriæ Columbæ propter cristæ venustatem. Lycophronis interpres, ibidem, & in Papho infinitam tradit esse copiam Columbarum, ideoq; currum Veneris ab ijs duci putare. In Sicilia etiam abundare Columbas *o* Aelianus prodidit, maximè circa Erycem, vbi ipsis festi dies agũtur, quos Eryecini, & Siculi omnes eodem authore, profectorios appellant: cur autem sic appellentur causam aliàs *p* ex eodem adferemus. Cæterùm Columbas Siculas egregias esse scribit Philemon apud Athenæũ, qui pariter easdem olim laudatas fuisse etiam alias refert, vbi hæc Alexidis verba citat: πτερύγιά σου τρίφωνον Σικελικὴν πάσαν μάσσομαι. Nicander denique Siculas Columbas alibi iubet. Cnidos, seu Gnidos vrbs insignis in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis. Veneris quoque cultrix, cuius imagine a Praxitele facta in primis nobilis celebratur, Columbas habuit plurimas, quæ inde poetis Gnydiæ volucres appellantur: vt Pontano, cùm ait:

Atque hac Gnydia loca lata Volucres
Peruolitant.

Cur Plinius Campanas laudet antè diximus, item cur Columella Alexandrinas, Tanta verò est apud Pœonios, & Illyricos Columbarum multitudo, vt contra eas ordine militari in bellum exeant, quemadmodũ Magnesij, & Ephesij contra locustas. Author est *q* Io. Rauisius Textor, nescio ex quo. Nos suprà ex Aeliano Illyricos Columbas in bello commouisse diximus. Franciscus Lopez Hispanus de Leucaiæ insulis prodidit, tam abundè ibi Columbas, aliasq; volucres diuagari, vt circumuicinarum insularum incolæ eò aucupatum venientes, nauibus quandoque onustis domum reuertantur. Aloysius Cadamustus in Madera insula olim ignota, quam Lusitani nunc obtinent, maximam copiam Columbarũ fuisse memorat, eisq; capiendis non alia arte vsos aucupes, quàm alligato perticæ vncino ex arboribus, quibus insidebant, aues admirabundas (vt quæ insula deserta hominem prius non vidisset) & nihil pauentes detrahendo. Idem etiam in alia quadam insula noui orbis Columbas hominum præsentiam nihil pauentes scipionibus cæsas refert. *r* Solinus insulam quandam appellat Columbariam, auium huius nominis matrem, quæ proculdubiò eadem fuerit cum ea, quam Graeci πελειοθρεπτειραν vocant, id est, Columbarum altricem: nam πέλεια, vt antè ostendimus sæpius pro Columba in genere ponitur. Hæc autem insula, Plinio teste, in Tyrrheno mari est. Pelias Zonaræ item insula est propè Drepanum Siciliæ. VVolfius, teste Ortelio Columbariam vertit, haud dubiò ab auium harum copia. VVitichindus, vt idem refert, Colmar Germaniæ vrbem vocat Columbariam. In Regno Pegù, Columbæ pariter abundant, vt Cornelius Iudæus Antuerpianus testatur. Fessa Aphricę vrbs, vt author est *u* Io. Leo Aphricanus immẽsum harum auium numerum suppeditat. Batauia quantum fortassis quęuis alia etiam decuplo maior regio Columbas numerosas enutrit, easque diuersorum generum, quoniam, vt narrauimus, plurimi incolarum cuiuscunq; ferè gradus, ac conditionis earum aspectu plurimùm oblectentur. Mirum quod Theophrastus scripsit, referente Plinio inuectitias esse in Asia Columbas.

Insulæ Veneri sacræ. *n* lib. 14. c. 15.
Columbæ cyprię.
Currus Veneris à quibus Columbis ductus.
o lib. 14. de animal. c. 2. & 1. Var. c. 15.
Dies profectorij Siculis cur dicti.
p lib. 14. c. 30.
Cnidos Veneris simulacro nobilis.
Gnydiæ volucres.
q In cornucopia.
Leucaiæ insulæ Columbas habent.
Madera insula.
Mirus modus capiẽdi Columbas.
r c. 9. Poly.
Insula Columbarum.
s l. 3. c. 6.
Pelias insula.
t In Thes. Geogr.
Columbaria vrbs.
u In Tab. Geo. Asiæ.
Fessa vrbs Africæ.

VOLATVS,

VOLATVS pernicitate Columbæ vel cum quauis penè alite possunt decertare. Domesticarum auium sanè nullam constat neq; longius domo, neque diutiùs abolare, quàm Columbæ faciant, quæ tectorum tamen lariumq; suorum mox memores summa illa fide repetunt, & mansuetissima nobiscum consuetudine diuertantur. Sed non domesticas aues tantùm volatus celeritate superant; verum etiam eadem rapacibus sæpè imponũt, quando ita fuga arrepta, saluti suæ consulunt, cuius ea sola sæpè spes est, cùm alioquin rapaces plurimùm velocitate valeant. Sunt qui eas ceu honoris ambitione tactas altissimum quandoq; volatum exercere existiment, vti neque desunt, qui opinentur tantã eis, cũ aere familiaritate intercedere, vt tutiùs sese ibi, quã humi degere existiment. *a* D. Ambrosius dum causam assignat, cur celeriùs, quàm cæteræ alites volent, mysticum potiùs, quàm

Volatu præstare Columbas.
Volatus à rapacibus eripiunt.
a to. 15. ser. de S. Eus.

natura-

naturalem rationem videtur adducere: *Vnde*, inquit, *puto etiam ipsius auibus ideò velocius Columbam penè præmanibus volitare, quod alacritatem, & innocentiam comitetur.* Etenim, & aliæ dari possunt aues innocentes, quæ tamen minimè volaces sint, vt Gallinæ. Tanta autem volatus Columbarum est facilitas, vt *b* Maro dicat: *b l. 5. Aen.*

Radit iter liquidum, cereis neque commouet alas.

Petrus *c* Bellonius narrat, sese obseruasse, dum in Philagonia ageret, Columbas per aera tam altè volitare, vt conspectum eius effugerent, quæ mox vnà omnes, absq; vlla separatione ad Colũbaria sua reuerterentur. Etsi verò semper perniciter volitent, celeritatem tamen penè duplicant, cum ab aue rapace aliqua infectari sese norint, vt eleganter *d* Baptista Fiera ex recentiorum poetarum numero non contemnendus eleganter his versibus demonstrat: *c lib. 6. de Aui. c. 23.* *d In sylu.*

Non tam pernici, & rapido effugere volatu
Præpetibus pennis, actaq; pauore Columbæ
Vncapedes volucris si quando incessit anhelas.

Vtitur eadem comparatione *e* Petrus Angelius Bargæus poetarum nostri æui decus eximium: *e li. 9. Syr.*

Non aliter, quàm si sublimi è turre Columbæ
Conspexere procul palsis Heliaton alis
Irruere infestum, & prædam captare volentem,
Densantur, coeuntq; omnes, rapidoq; volatu
Præcipites quacunq; viam secat illa, feruntur.
Sic globus Abdaridum furialibus ocyor auris
Infertur, &c.

Hunc tam velocem volatum omnes passim poetæ celebrant. *f* Virgilius in primis Columbas inde volucres appellabat inquiens: *f Aen. 5.*

Et volucrem traiecto in fune Columbam.

Et hunc imitatur Petrarcha:

Purpureis ornata rosis, volucresq; Columbas.

Hinc pariter *g* Ouidus aeriæ dicuntur: *g lib. 3. de Ponto.*

Qualis in aeria tergo solet esse Columba.

Sed & sacræ litteræ Columbæ volatũ ceu rem mirã celebrant: *Qui sunt isti*, inquit *h* Esaias, *qui vt nubes volant, & quasi Columbæ ad fenestras suas?* Diuinus *i* Psaltes non alterius animantis, quã Columbæ alas sibi exoptat, vt sese manibus hostium eripiat; *Vt volem*, inquit, *in tutum, & procul ab hostibus meis, & dixi, quis dabit mihi pennas sicut Columbæ, & volabo, & requiescam?* Quam Dauidis sententiam Petrarcha hisce versibus heroicis Hetruscis ita eleganter expressit. *h Cap. 60.* *i Psal. 54.*

Qual gratia, qual'amor, ò qual destino
Mi darà penne à guisa di Colomba,
Ch'io mi riposi, e leuimi da terra?

Chorus quoque apud Sophoclem non aliam ob causam in Columbam immutari desiderat. Ait autem ad hunc modum, interprete Georgio Ratellero in suptemo apud Belgas Regio Senatu Melchiniæ Consiliario:

O vtinam celerem mutatus
Nunc in Columbam prapete
Scinaum æthereas penna nubes
Vt quæ futura præcia
Præiagit mens, coram dijs
Aspectam consilijbus.

Apud *k* Pontanum Lepidina idem sibi precatur, inquiens: *k Pomp. 2.*

Dum liceas simul ad Solem, pectisq; capillum
Tunc ego, tunc niuea pennas imitata Columbæ.
Sim volucris.

Apud *l* Homerum legitur supra Planctas petras uarinas nullas aues transire posse, sed ne Peleiades, id est Columbas quidem, quæ Ioui patri ambrosiam afferant, quo nomine scilicet maior reuerentia ijs debeatur. Quo loco, *non modo*, inquit Eustathius enarrator, *poeta ne Peleias quidem supra Planctas transire posse canit, propter pernicitatẽ harum auium in volatu: sed etiam, vt impudentiam earum argueret, quæ ne ijs quidẽ auibus parcerent, quæ Iouis patri Ambrosiã afferant:* Idẽ Homerus *l* Iouis, & Mineruæ ab bellũ ocyssimè proficiscentium, *l Odyss. 12.* *Iuno, & Minerua cur Colũbis æstimata.*

vt

vt velociſſimè iuiſſe innueret ad opem Græcis tunc laborantibus ferendam (iam enim malè tractabantur à Troianis) pauentium Columbarum volatui aſſimilat. Ait autem.

Αἱ δ' ἅμα θαδὸν πρῆσσον πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι

Hæ autem iuerunt timidis columbis paſſus ſimiles.

m Aen. 5. Mneſteus Columbis cur comparatus.

Pereleganter ſimiliter *m* Virgilius Mneſteum infelici Sergeſti caſu commotum, repentè excitatum, & ſummo impetu mare ſulcantem Columbæ comparat exterritæ, & ad volandum incitatæ, loquitur autem hunc in modum.

Qualis ſpelunca ſubitò commota Columba,
Cui domus, & dulce latebroſo in pumice nidi
Fertur in arua volans plauſumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aere lapſa quieto
Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas.
Sic Mneſteus, ſic ipſa fuga ſecat vltima Priſtis
Aequora, &c.

n Sat. 1. Fama laudum Colũbarum velatui comparata.

n Ludouicus Arioſtus comparatione etiam ab harum alitum perniciſſimo, ac altiſſimo volatu accepta, ſeſe promittit ita amici laudes, & encomia decantaturum, vt earum fama Columbarum volatum ſit ſuperatura:

Io ſtando, *inquit*, quì ſarò con chiara tromba
Il ſuo nome ſonar forſi tant'alto,
Che tanto mai non ſi leuò Colomba.

Columbæ nunciæ.

Iam verò ſi exercitum, aut ab hoc vrbem aliquam obſideri tam arctè contingat, adeò vt nihil inde efferri ad alias vrbes poſſit ad implorandum opem, non ne Columbarum ope in hoc caſu vſos cum veteres, tum recentiores bellorum duces hiſtoria docet? Cur verò hiſce alitibus potius epiſtolas collo annexas, vel earum pedibus deferendas, quam alijs committebant, quam ob volatus celeritatem? Hoc militari aſtu *o* Plinius Hircium, & Brutum in Mutinenſi obſidione vſos narrat: Hircio Conſule ad Decium Brutum, & Decio Bruto rurſus ad Hircium Columbam mittente, vbi diſpoſitò cibo, quibuſdam eminentiſſimis locis, Columbas tenebris prius incluſas, & fame plurima affectas illinc inde volare inſtituerant. *Quid itaque vallum*, vt Plinij verbis vtar, *& vigil obſidio, atq; etiam retia amne pratenta, quod fuere Antonio per calum eunte nuncio?* Quæ verba Io. Douſa nobilis Batauus, apud quos Columbas ſimili officio functas in obſidione Leidenſi Lipſius tradit, ita carmine vertit,

o lib. 10. c. 37. Hircius, & Brutus literas ſuas Columbis committunt.

Quid vigil obſtat quia arces,
Aut valla proſunt, per ſpacia iunij
Eunte Cali nuncio?

p li. 9. var.

Mirum; ſed ad rem propoſitam ſanè accommodatum, quod *p* Aelianus tradit his verbis: *Vno, eodemq; die victoria Tauroſthenis ex Olympia Aeginam nunciata eſt ipſius parenti, vt alij affirmant, perſpecturum. Alij verò dicunt Tauroſthenem Columbam à ſuis pullis maiuſcis adhuc, & innoxijs abſtractam ſecum deportaſſe; cumq; veſtiſſet purpura amictam eam remiſiſſe, eamque cum ſumma feſtinatione ad pullos properantem eodem die ex Piſaea Aeginã aduoloſſe*, quod ſi verum eſt, nam fidem apud authorem eſſe volo, quãuis alloqui credi poſſit, velocitatẽ alarum Colũbæ maximã denotat: Et forſan hanc per Colũbas miſſionẽ Iuuenalis innuit, cũ ſcribit:

Tanquam à diuerſis partibus orbis
Anxia præcipiti venîſſet epiſtola penna.

Vſus Colũbarum in ſpectaculis. q l. 3. de re ruſt. c. 7.

Vnde verò eiuſcemodi vſus, litteras ſcilicet ita per Columbas mittendi, & remittendi ortum habeat, præter vnum Iuſtum Lipſium, nemo, quod nouimus prodidit: Hic autem vir doctiſſimus eius opinionis eſt, vt à theatro illo Brutiæ militiæ exemplum credat. *Olim enim in re ludicra, & in ſpectaculi Saturnalibus vſus*, inquit, *ſimilis fuit Columbarum.* Nam patres familias, qui in Theatrum, vel Circum bant, vnde non pro arbitrio reditus erat. Columbas ſecũ in ſinu ferebant, eaſq; immittebant cum tabellis nuncias domum, quid velĩet. Huius verò rei authorem adducit M. *q* Varronem, qui ſic ſcribit: *Columbas reuare ſolere ab eorũ licet animaduertere, quod multæ è theatro è ſinu miſſas faciunt, atque ad locum redunt, quæ niſi reuerteremur non emitterentur.* Sed fortè aduerſus nos, qui ad hoc officium Columbas potius, quam alias aues propter volatus celeritatem electas fuiſſe ſtatuimus, inſurgat inquiens, ideò accipi haſce volucres tantum, quia fideliter ſuas ſedes repetant, quemadmodum etiam *Hirundines internuncias in rebus magnis fuiſſe*, quandoque hiſtoria teſtatur, & *r* Ælianus prodidit Marrhem Ægyptiorum regem Cornicem habuiſſe, quæ poſtquam audiuiſſet, quò volatus dirigendus, & quamnam regio tranſeunda, & vbi terrarum requieſcendum

Hirundines nuncia. r l. 6. de anim. c. 7. Cornix literas portat, & quo.

secundum esse, eò literas ocyùs quàm quiuis nuncius perferret. Quam tamen alitem Columbis *in volatus celeritate longè inferiorem esse constat. Verum huic responsum esto,* Cornicem illam nisi temporis diuturnitate ab hominibus instructam eo munere functam idem Aelianus innuit, dum valde cicurem extitisse tradat. Hirundinis verò volatus nostram opinionem confirmat, tantum abest, vt eam diminuat. Hanc enim alitem transmare etiam aliquando migrare constat, moxq; ad domesticam sedem reuerti. Sed de volatu eius proprio loco. Astipulatur in primis nobis Pet. Bellonius, qui Aegyptios nautas, Cyprios, atque Cretenses Columbas in nauibus suis alere tradit, non aliam ob causam, quàm vt ad terram appropinquantes eas emittant domum lætum allaturas nuncium, aductare dominum. Insuper *t* Io. Boterus Benensis Cattiæ vrbis, quæ inter Gazam antiquissimam ciuitatem, & Cairum interiacet, incolas testatur Columbis ideo pro nuncijs vti, ligatis pariter sub alis literis, quòd hæ velocissimè ad columbaria reuerti sciant, etsi sex etiam dierum interuallum vtraquè vrbs distet. Eundem vsum, necnon celeritatem eiuscemodi nunciorum eleganter docet Ludouicus Ariostus de morte Orrili ita canens:

Hirundini cur litteræ committãtur.

s li. 6. de an cap. 13.

Nautæ Aegyp ij, & Cretẽ. cur Columbas in nauibus habeant.

t l. de re.

Tosto che il Castellan di Diamata
Certificossi, ch'era morto Orrilo,
La Colomba lasciò, ch'hauea legata
Sotto l'ala la lettera col filo.
Quella andò al Cairo, & indi fù lasciata
Vn'altra altroue, come quiui è stilo:
Sì che in pochissime hore andò l'auiso
Per tutto Egitto, ch'era Orrilo vcciso.

Sed hæc de celeritate dicta sint. In volatu quandoq; strepitum edunt, vt innuit quoque Virgilius *u* inquiens:

u Aen. 5.

Fertur in arua volans, plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem &c.

Quo tempore sanè minus celeriter volant, atque hoc idem quoque insinuat, dum addit:

Mox aere lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.

Eiusmodi verò alarum plausus pro diuersis Columbarum speciebus etiam variat: aliæ enim in aere sublimi, vt agrestes, quæ nisi dum sese à tectis præcipites dant, vt iam ex Varrone diximus, & genus illud gutturosum: quod iteratis vicibus plaudit magna cum ambitione: aliæ in aere quidem, sed vltra fæmelllas volando tantùm, quales sunt illæ, quas Bataui Ouerslarges, & Dracijers vocare priùs diximus. *x* Plinius de tempore agens, quo Accipiter Columbas inuadit, hoc tanquam præcipuum nominat. *Qua ostentatione*, inquiens, *vt vincta præbentur Accipitri, implicatis strepitu pennis, qui non nisi ipsis alarum numeris eliditur alioquin soluto volatu in multum velociores. Speculatur occultus fronde latro, & gaudentem in ipsa gloria rapit.* Hæc ille: ex quibus duo potissimùm intelligimus, strepitum scilicet pennarum cum ostentatione edere, & eo tempore tardiori volatu vti, sed de qua specie agat, arduum est indicare. Qui de maximis illis, seu gutturosis dixisse id ipsum existimet, haud ita toto cælo meo iudicio aberrauerit, si modò verùm est, quod tales Campanæ illæ fuerint, vt nonnullos arbitrari diximus: nam de his ita *y* Plinius scribit: *Harum volatus in reputationem cæterarum quoq; volucrum nos impellit.* Sed quò minus id credamus, obstat, quod Accipitrem inuadentem fronde latere scribat: nam Accipiter nisi in agris fronde latere non potest, cùm hominum consortia maximè fugiat. An Plinij temporibus magis erant syluestres, & victum ex agris comparabant? Nam & nunc quoque apud Batauos id quandoq; facere audio.

Alarum plausus variat.

x l. 10. cap. 36.

Plinius explicatus.

y l. 10. cap. 37.

ÆTAS.

COLVMBAS, & Turtures octonis annis viuere Plinius scripsit, mutuatus, vt videtur ab *a* Aristotele, ex quo tamen nihil certi concludas. Ait enim ad hunc modum: *Columba, & Turtura viuunt, vel ad annum octauum, scilicet qua excæcatæ allectrices aluntur.* Si enim hæ excæcatæ, & tam ingentes dolores passæ id tempus attingunt, quid vetat quod aliæ liberæ id superare nequeant? Neque etiam *b* Pet. Crescentiensis authoritas contrarium astruit, qui in Columbarijs nõ inueniri tradit, quę octauũ annum superegrediantur. Eiuscemodi enim Colũbæ vel in agris intercipiũtur, cùm ab hominibus, tũ ab Accipitribus, alijsq;

a lib. 9. de hist. cap. 7.

b l. 10. 91.

Columbæ saxatiles cur citius, quam aliæ moriantur.

Columbas duorum, & viginti annorum.

alijsq; rapacibus, quorum gratissima esca sunt, vel aliò auolant, veteres sedes aut ob pabuli inopiam, aut ob aliã quamuis causam perosæ. Quod verò ad domesticas attinet, retulit mihi vir quidam fide dignus, & rerum naturalium non imperitus, se à patre suo, qui Colũbacei generis, aliarumq; auium studiosissimus esset, audiuisse Columbum habuisse viginti, & duobus annis, & semper generasse, excepto vltimo semestri, quo cælibem vitam, relicta cõiuge, degerat. Fidem huius rei mihi facit Albertus, qui in indagandis eiusmodi naturæ arcanis diligentissimus fuit. *Compertum est*, inquit, *apud nos Columbam viuere per viginti annos, & raro supra*: quasi vigesimum annum Columbinæ vitæ terminũ constituat. Quin & *c* Athenæus post enumeratas omnes Columbarum species, ex ijs diutiùs vitam Columbas prorogare ait, vt quæ ad annos triginta quatuor viuant. Verùm *d* Aristoteles vitæterminum Palumbis tribuit quadraginta annorum, pro quibus fortè is memoria lapsus Columbas posuerit. Verisimile enim est Palumbes diutiùs superuiuere, vt pote in venere temperantiores, adeo fructuosum est venerem detrectare.

Columbinæ vitæ terminus.

c l. 9. c. 16.

d 6. Hist. c. 4.

Palumborũ ætas.

Venus minuit vitam hominum.

VOX.

a lib. 4. de ling. latin.

Marro Colũbas inter eas aues annumerat, quæ à sono vocis nomen habent. Verùm Græcorum, aliorumq; Latinorum, ni fallor, præter ipsum, neminem astruere videas, quando sanè longè aliam vocem edant. Itaque Γογγίζειν per iota in penultima, vel γογγύζειν per ypsilon de voce Columbæ dicitur, authore Polluce. Γουρρύζειν γοχγύσαι de voce porcorum apud Hesychium legitur. Τετθορίζειν Græcis murmurare est, quod verbum Varinus de Columbarum voce dixit; dicuntur & Τοττίζειν. Est autem vox, vt Theodorici verbis vtar, *suspirantibus similis*. Latini gemere dicunt, murmurare, & meditare. Prius verbum magis est vsitatum. Author Philomelæ.

Γογγύζειν.
Γογγίζειν.
Τετθορίζειν
Τοττίζειν.

Et castus Turtur, aiq; Columba gemunt.

Gemitus.

Pontanus.

Quid Acti
Profunt, aut gemitus tibi Columbæ?

Albertus omnia Columbarum genera eiusmodi gemitu pro cantu vti scribit. De earum murmure in elegantissimo legitur epithalamio Gallieni Imperatoris:

Murmur.

Non murmura vestra Columbæ
Brachia non hædere, non vincant oscula concha.

Et apud Politianum in rustico:

Murmure apricantes niuei de turre Columbi.

Meditari.

b Isai. 38.

c cap. 59.

Nahunc. 2.

d lib. 10. c. 31.

Quod verò meditari dicantur Columbæ, legimus in sacris biblijs: *Sicut pullus Hirundinis*, inquit *b* Ezechias Rex à morbo diuinitùs liberatus, *sic clamabo, meditabor, vt Columba*. Et *c* rursus: *Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi Columba meditantes gememus*. Item rursus: *Et males captiuus abductus est, & ancillæ eius minabantur, gementes vt Columba* &c. Eiusmodi suspiriosam vocem cantus nomine insigniuit *d* Plinius, inquiens: *Cantus omnibus similis, atque idem trino conficitur versu, præterquam in clausula gemitu, hyeme mutis, vere vocalibus.* Ornithologus hæc verba ad omne Columbarum genus extendi existimans meo iudicio fallitur. Postremum enim illud, quod hyeme obmutescere & vere vocales esse tradit, Columbis minimè competit, quæ hyeme non minus, quàm quouis alio anni tempore lamentantur potiùs, quàm canunt. Vnde Hebræorum Ionah, pro qua voce nostra translatio, vt diximus, Columba habet ab alijs Hebraïs mœror, vertitur, aut tristitia, vt sit deriuatum à verbo Ianah, quod est mœrore affecit.

Ornithologi error.

Ionah Hebraïs quid.

NATVRA. MORES. INGENIVM.

a l. 9. Hist. cap. 7.

Bibendi modus.

b l. 9. c. 16.

ARISTOTELES *a* proprium Columbis, Palumbis ac Turturibus esse videri scribit, ne collum, cùm bibunt, resupinent (eleuent legitur apud veterem interpretem) nisi satis hauserint. Videtur verò locus ille quibusdam viris doctis suspectus, fortassis quòd apud *b* Athenæum aliter legatur, hoc modo Ὁδὲ Μύνδιος Ἀλέξανδρος ἐν πίνειν φησὶν αὐτὰ ταῦτα πτιχόκτυπα, ὥσπερ τὰλλα τετράποδα, id est, *Alexander Myndius ait Columbas, cũ bibant,*

dum nec Turturum. Verùm ego vnà cum Ornithologo locum Athenæi corruptum esse arbitror. Aristotelis verò integrum, legendumq; apud illum ex Aristotele ἀναχύπτουσαι, ὥσπερ ἅδην πίνουσα. Nam & *e* Plinius quoque sic legit: *Proprium generis eius*, inquit, *& Turturum, cùm bibant, collum non resupinare, largè bibere tumentorum modo.* Albertus non ita quoque tantummodò legit, verumetiam cur ita bibant, rationem affignare conatur inquiens: *Omnes vno tractu bibunt demisso capite, & non erigunt in potu sæpè caput, sicut aliæ aues: nam collum earum breue, & amplum est, & multæ aquæ capax, in alijs auibus non item.* Germani, referente Ornithologo, similitudine ab eiusmodi Columbarũ potandi more accepta, hominem qui affatim vno hausto bibat, haustum Columbinum trahere dicunt, Græci ἀμοσι πίνειν. Aues sunt gregales, teste *d* Aristotele, conspiciuntur tamen & solæ volare. Quod si verò ignota quædam voluntatibus sese immisceat, primùm veluti eam odissent, verberant, & quandoq; etiam erectis pennis horrent, quod *e* Statius ita pereleganter demonstrat.

Qualiter Idalia volucres, vbi mollia frangunt
Nubilia, iam longum caloq; domoq; gregate,
Si iunxit pennas, diuersoq; hospita tractu
Venit auis, cuncta primùm mirantur, & horrent.
Mox propinsq; volant, sociam iamq; aere in ipso
Paulatim fecere suam, plausuq; secundo
Circumeunt hilares, & ad alta cubilia ducunt.

Plinius Columbam vocat auem multiuagam, quoniam, vt ego conijcio, sæpius volatum ad agros, maximè si pulli alendi sunt, reiteret. *f* Varro propter innatã timiditatem altiora loca, amare tradidit, quare & à nobis in eiusmodi domus partibus (loquor modò de agrestibus) enutriuntur. Arbores tamen rariùs petũt, quare minimè laudare *g* Pontanum queo, qui prore noua, & insolenti scribit Columbas nuces decerpsisse. Neq; Virgilius obstat, inquiens:

Tollunt se celeres, liquidumq; per aera lapsæ
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.

Nam cùm eiusmodi Columbæ aureum ramum Aeneæ indicare debebant, illeq; in arbore esset, arbori etiam insidentes facere poterãt debebant. Adde quod eiusmodi Columbas Veneris nempè nuncias Accipitris insidias non fuisse veritas tacitè subinnuere voluerit poeta, quas alioquin cæteræ naturaliter exhorrescunt: ille verò sub frõdibus latere solet, vt inopinantes inuadat, euasuras facilè, si aperto campo, cùm quod volatus celeritate vnguibus illius sese eripiant. Nam, vt inquit *h* Seneca, *fuga Columbas iuuat.* Terram etiam nisi pabulum quæsituræ fugiunt. Quare *i* Virgilius alias eas in solo sedere facit, inquiens:

Geminæ cum fortè Columbæ
Ipsa sub ora viri cælo venere volantes,
Et viridi sedere solo. Gaudent pluuijs, quibus sese abluunt à collectis sordibus. Sed & puluerare solent. Vtrumq; etiam *k* Aristoteles eis ascribit. Longolius tamen Columbas inter aues puluerատrices rectè numerari non putat. Sed quid si nec inter lotrices simpliciter reponamus? Lauant enim simul, & puluerant quod hoc modo præstant. Corpus primum humectant, dein puluere sese conspergunt, atq; ita corpora sua à pulicibus, ac omni labe mundant: quam nempè impensè oderunt, vt innuit *l* Ouidius hoc disticho.

Aspicis vt veniant ad candida tecta Columba,
Accipiat nullas sordida turris aues.

Alibi etiã Columella *sine labe* dixit, & D. Basilius *omnem fæcem expellere.* Sed hæc ad mores earum quoque referri queat, cùm aues sint, vt paulò pòst dicemus, castæ, & pudicæ, quæ nunquam connubia semel incœpta violent. Celebratur Gallinacei generis amor erga sobolem, sed his cum Columbarum amore neutiquam comparari potest. Illic enim à sola matre procedit, hic vtrique parenti æqualis, vt *m* Plinius testatur, atque experientia comprobat: quinimò *n* Aristoteles, & ex hoc *o* Aelianus, & ipse *p* Plinius referunt fœminas vagantes, & errantes à maribus compelli ad nidum, & cùm pepererint oua, cogi vt incubent, dein & ipsos vicissim cum ipsis incubare, pullos fouere, & alere; hæc omnia alternis vicibus præstare: illas noctu, hos interdiu incubare. *Sæpè etiam ex hac causa*, inquit Plinius, *castigatio pigriùs intrante fœmina ad pullos.* Et *q* Aristoteles etiam alibi *fœminam in opere sobolis marè acerbiorem esse* testatur: sed & mares, si Porphyrio credimus, exclusis pullis primi cibum in hos ingerunt. Haud tamen inde statuendum est fœminas parum de sobole sua solicitas esse, sed in nutritione paulò maribus negligentiores, siquidem alias, & ipsæ incubantes, vel fouentes eam non deserunt, nisi iam mares eodem officio functuri sponte vicem suam subeant.

Columbæ cur Plinio multiuagæ dictæ.

Columbæ cur Virgilio insidere arbori dictã.

Mundities Columbarum.

Amor erga prolem.

Mas erga prolem studiosior.

a lib. 10. c. 34.

Haustum Columbinum trahere qui dicantur.

d l. 1. hist. c. 1.

e lib. 1. Achileos.

g In Acom. Columbæ cur.

h li. de ira.

i lib. 6. Æn.

k 9. Hist. c. 49.

l li. 2. Met.

m li. 10. c. 34.

n 9. Hi. 7.

o 3. de an. 45.

p 10. c. 34.

q 6. Hist. 4.

beat. Ab hoc amore similitudinem sumpsit r Dantes, Columbis duas comparans animas: quas, vt ipsum alloquerentur, tam citato cursu vsas ait, quali Columbæ solent ad nidos reuersuræ. Ait autem.

r Cant. 5. de infer.

Quali Colombe dal desio chiamate
Con l'ali alzate, e ferme al dolce nido
Volan per l'aer dal voler portate
Cotali vscir de le schiere, &c.

Columba se inuicem amant.

Porrò non sobolem suam duntaxat amant Columbæ, verùm etiam se inuicem. *Ita magna ex parte*, inquit s Philosophus, *Columbæ mutuo degunt amore.* Gregatim enim, vt diximus, volãt, simul pabula quærunt, & pastæ simul reuertuntur. Maior verò amor maris erga fœmellã, & huius erga marem existit, eoq; humanum genus longè superant. Etsi enim plures in eodem loco mixtim degant mutuoq; se omnes amore prosequantur, aues alioqui salacissimæ procacitatis, lasciviæq; notam apud omnes gentes contraxerint, incomparabile tamen continentiæ, summæq; & incredibilis pudicitiæ exemplum de se nobis exhibent, quando neq; quis alterius connubia violet, masculo nempè non quærente nouas nuptias, fœminaq; illi, cui semel nupsit, fidem semper seruante inuiolatã, cuius sanè talis amor est, vt non tantùm morosiorem maritum patiatur, nunquam ab ipso deficiens, verùm etiã officiosa charitate illum sibi reconciliatũ in oscula cogit redire: quod eleganter t Plinius, qui in celebranda istac pudicitia multus fuit, his verbis scriptum reliquit: *A Perdicibus* (de quarum salacitate memorabili egerat) *Columbarum gesta spectantur maximè similis ratione, mares iidem, sed pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria. Coniugij fidem non violant, communemq; seruant domum. Nisi cœlebs, aut vidua, nidum non reliquit, & imperiosos mares, subinde etiam iniquos ferunt: quippè suspicio est adulterij, quamuis natura non sit. Tunc plenum querela guttur, frenigi; rostro tactus, mox in satisfactione exosculatio, & circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio.* Hæc ille; cui multi recentiorum ceu calculum adijciunt, quorum verba breuitatis causa sponte prætereo. *Sunt qui nigris Columbis hanc miram naturam tribuant, vt scilicet vita functis maribus fœminæ nullis illecebris adduci queant ad secundas nuptias, quodq; etiam sit maribus erga defunctas fœminas beneuolentia, quasi verò ea nigrarum Columbarum prærogatiua sit, vt aliorum quorumcunq; colorum Columbas castitate præeant, quod sanè, præterquam quod quotidiano experimento repugnat, fabulas sapit, & anilia deliramẽta, dignum vt à pueris explodatur. Constat enim Columbas cuiuscunq; etiam coloris, si mares defuncti sint, nouas nuptias appetere, quinimò si earum dominus coniugia earũ permutet, posteaque rursus simul ad consuetas habitationes perducat, quibus secundò coniunctæ sunt, posthac semper adhærescere, & cum prioribus maritis, tanquam eum ignotis vitam degere.* Sed anilis ea opinio inde fortassis enata videri possit, quòd Ægyptij sapientes mulierẽ volentes significare teste Oro Apolline, quæ ad mortem vsq; in eo statu permaneret, nigram Columbam pingerent. Verùm hi nigram faciebant, non quod cæteris pudicior sit, sed vt id scilicet indicarent, quod ad secundas nuptias non transisset, sed atrata viri prioris desideriũ præ se ferret. Ex quo in primis, vt id obiter annotem, docemur antiquissimos illos Aegyptios in luctu pullo etiam colore vsos, vti etiamnum mos ille plurimarum gentium communis est, quamuis apud Romanos in Imperatorũ funebribus vestibus albis vtebãtur, vt Plutarchus, & Herodianus asserunt. Sed vt ad Columbarum pudicitiã reuertamur, Tertullianus in sua Monogamia Columbam in exemplum trahit, nos ad simpliciratem eius prouocatos ea de causa differens, quòd hæc auis innocua tantùm sit, verumetiam pudicam, quam vnam vnus tantùm masculus nouit. Idem facit u Propertius, inquiens:

s lib. 10. c. 34.

Nigras Columbas perperam quidam dicũt alys pudiciores esse.

Vidua pudica hieroglyphicũ.

Aegyptij in luctu pulla vestc vsi.

t lib. 2.

u lib. 2.

Exemplum iuncta tibi sint in amore Columba
Masculus & totum femina coniugium.

Dantes ab hoc mutuo maris, & fœminæ amore eiusmodi metaphoram collegit:

Si come quando'l Colombo si pone
Presso al compagno, l'vno, e l'altro pande
Girando, e mormorando l'affettione.
Così vid'io l'vno da l'altro grande
Principe glorioso esser'accolto
Laudando il cibo, che là sù si prande.

Hue spectat quod Iuuencus poeta Christianus Columbas proprio, ac peculiari epitheto puras, quasi immaculatas, & vt Ouidij verbis vtar, totas sine labe appellet.

Simplicitate tamen puras superate Columbas.

Sed

Sed & § Martialis de Publij catella eodem epitheto vsus videtur, inquiens: *Ista est purior esule Columba*; Pontanus quoque fidem Columbis matrimonij tribuit immaculatam, dum ait: *Turturibus, si certa fides, certusq; Columbis. Est amor, & thalami, sunt vincula certa mariti.* § lib. 3. y Lepid. pomp. 7.

Et antè dixerat. z Pomp. 1.

Vixim⁹ ex illo gemini sine lite Columbi
Nox socios vidit, socios lux, oscula iunge
Mutua, sic gemini seruant in amore Columbi.

10 Quapropter mirum apparet, quod ab a Artemidoro Daldiano scriptum est, Palumbes, & Columbas in somnis mulieres scortatrices significare, cùm alias pudicas potiùs notare deberent. Columbarum autem oblationem in sacris, de qua post fusiùs agemus, Theologi ita accipiunt, vt coniugij tam firmi ratione habita, nos quoq; mẽtem stabili firmitate perseuerantem, Deo vt verò coniugi, sociemus. Offerebatur autem à muliere post partum par Columbarum pro peccato, veluti piaculum amissæ virginitatis. Mirum fortassis cuipiam videri poterit, quòd cùm vt omnium fermè volucrum castissimas celebrauerimus Colũbas, easdem salaces, & in Venerea palestra non alacres duntaxat appellemus, sed lasciuas etiam, ac petulantes. Nam si castitas temperantiæ species est, vt vult D. b Thomas, equidem Columbæ castæ ideo dici non poterunt, quod temperantiæ leges, terminosq; non obseruent. Ve- 20 rùm eò insignis temperãtiæ exemplar sese nobis offerunt cùm vt aues salacissimę, & ad coitum semper pronæ sese ab alienis temperent, & nisi cum proprijs vxoribus coeant, nec alios cum ijs coire patiantur, neque denique coniugium iam inde à primo ortu deserant, nisi cęlebs, aut vidua, vt Plinius, Aelianus, multique alij attestatur, vti latiùs demonstrauimus. Contra rursus Aristoteles disertissimis verbis interdum nonnullas ex maritatis cum alijs coire dixit, & apud Aegyptios impij, ac ingrati hieroglyphicum sint, quia masculus validior factus patrem rostro impetit, & à matris consortio tentat abigere. Illud verò maximè improbam, ac illicitam earum libidinẽ indicat, quod c Aristoteles ibidem tradit, & experientia comprobat, quod scilicet mas adultos pullos, cùm tempus prodeundi, ex nido est, subigat, dignus profectò culeo, & duplo maior supplicio: quæ sanè culpa elui nulla ratione 30 potest. Porrò notissima omnibus earum est salacitas, quam nempe non illi solummodo celebrent, qui de auium natura scripsere, sed quicunq; ferè etiam poetæ hinc in lasciuis amoribus suas deprompsere similitudines, & Veneri sacras facere. D. d Basilius etiam Columbas copia libidinis gaudere dixit, & non immeritò Albertus Columbarum etymologiam à plurimo earum coitu deducit, ita dictas tradens, quòd lumbos colant, id est, quod Veneri indulgeant. Catullus Columbulum albulum, aut Dionæum tanquam summæ salacitatis volucrem nominat, vbi C. Cæsaris libidinem describens, eam huic aui comparat. Vocat autem Columbulum Dionæum à Dione Veneris matre. Idem facit e Pontanus Catullum vt videtur, imitatus.

Mox vbi tunenis docent, valensq;
40 *Qui sit, substituam, salaciorq;*
Verno passere, & albulis Columbis.

f Homerus, vt annotat alibi g Varinus, Turdis, & Columbis comparat ancillas Penelopes, Turdis sortè à cichlismo, id est, inconcinno, & lasciuo risu, qui vtebantur, vt se mutuò exhilararent: Columbis verò propter libidinem, ad quam hæc aues, inquit, procliues sunt. Ob hanc itaque nimiam salacitatem, licet aliàs quidem Spiritus Sanctus soleat designari per eam non decuisse volunt Theologi, teste D. h Bernardo, Columbam in sacrificio Domini, de quo pòst suo loco, assumi, nisi ea ætate, qua nesciret libidinem. Turturis verò non designari ætatem, quoniam in quacunque ætate agnoscatur eius castitas. Vnde sunt, qui non omnibus Columbis hanc castitatem attribuant, at eis tantùm, 50 quæ παῖδες dicuntur, quarum cælibatum, quem alterutro eorum extincto, coniux alter fideliter seruat, & Coruis, & Cornicibus, & Gracculis communem esse perhibent. Sacræ sanè litteræ, vt paulò antè ex D. Bernardo diximus, Turtures maximè celebrant. i Aelianus à Palumbis Turtures castitate, ab his rursus Columbas superari innuens, quamuis interim quod tradit, fabulam sapere videtur, hunc in modum alibi scribit: *Ex auibus Castissimis (Palumbi) sunt ab omni stupro. Mas, & fœmina in hoc genere tanquam nuptijs allegati mutua consensione adeo ad Gabale, & certum connubium, per summam castimoniam adhærescunt, vt neuter alienum cubile attingat. Si autem impudico amore capti, ad alienam Venerem libidinis oculos adiecerint, eos reliqui circumdens mares quidem marem discepunt, fœminas verò fœmina dispendunt.* Huiusce etiam

§ *Martialis de Columbarũ lasciuia castitas quid.*
b 3. *Ethic.*
c 9. *Hi. c. 7.*
Columbæ cur Veneri sacræ.
d *In Hexa. hom. 8.*
Columbarũ etymum.
Columbulus albulus Dionæus.
Cæsaris libido Colũbæ comparata.
e l. 1. *Baiarum.*
f *Odyss. X.*
g *In voce* Κιχλισις.
Penelopes ancillæ Turdis, & columbis assimilatæ.
h *Serm. 59 super cant.*
Columbæ quæ castitatem seruẽt.
i l. 3. c. 44.

etiam modi lex ad Turtures pertinet, ſanctaque & ſyncera permanet: tum etiam ad Columbas albas manas, præter quam quod non vtranq; occidunt: nam marem duntaxat perimunt, fæminam verò illius miſericordia permoti, impunitam, atq; inuliam in viduitate reliquam ætatem ducere permittunt. Hæc ille. Cur verò huiuſcemodi caſtitatis decus priuatim ad albas Columbas peruenire dicat, planè non video, niſi albas, vt frigidiori temperie præditas, etiam minus libidinoſas innuere voluerit. Sed quò minus id credam, obſtat eiuſdem authoritas, omnes vniuerſaliter caſtiſſimas nominantis. Sũt præterea Columbę, ſi quę animantia alia, innocentia, imbellia, placida, ac mitia, timida, tepidaq; atq; ſimpliciſſima, Innocentia earum in primis iam diu in prouerbium abijt, qua alibi vtitur Iuuenalis hoc verſu.

Columba animal innocens.

Dat ventam Coruis, vexat cenſura Columbas.

Agnoſcitur autem ex armis ſuis, quæ neque ad nocendum, neq; ad iniurias propellendas idonea gerunt: quare rectè Horatius imbelles appellat, inquiens.

Nec imbellem feroces
Progenerent Aquilæ Columbam.

Columbæ timiditas.

Varro quoque *nihil timidius Columba* dixit, & Græcis τρήγων, & τρηρον ob eandem cauſam dicitur. Etymologi enim τρήγων paronymum nõ epitheton ponunt. Deducitur autem & τρεω, quod eſt trepido, & poetę cum Græci, tum Latini, nec non & Hetruſci paſſim in pauidis hãc vſurpant comparationem: vt Homerus de Pallade, & Iunone ad bellum euntibus.

Αἱ δὲ βάδην τρήρωσι πελειάσιον ἴθμα θ' ἱμοῖαι.
Hæ pauidæ greſſu ſimiles abiere Columbis.

k Ilia. l. 21.

k Alibi ẽt Dianã prę timore arma ſua de manibus cadere ſinentẽ pauidę Columbę cõparat.

Diana Columbæ comparata.

Δακρυόεσσα δ' ἔπειτα θεὰ φύγεν, ὥστε πέλεια:
Lachrymabunda autem deinde Dea fugit, velut Columba.

l l. 2. Aen.

Ita *i* Vergilius Hecubam ad aram capto Ilio profugientem, Columbæ aſſimilat, quæ imminentem tempeſtatem ſubter fugere conatur:

Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum
Præcipites atra ſeu tempeſtate Columbæ
Condenſa, & diuum amplexæ ſimulacra tenebunt.

m Can. 20. ſt. 92.

Marphiſa, Guido, & alij Columbis comparati.

Eodem modo Ludouicus *m* Arioſtus Marphiſam, & Guidonẽ, alioſq; heroes alioqui inſuperabiles, & fugere neſcientes, timidos Columbas nuncupat, quod Aſtulphi cornu ſonum ferè nequirent.

Mà che direte del già tanto fiero
Cor di Marfiſa, e di Guidon Seluaggio?
De i duo giouani figli d'Oliuiero,
Che già tanto honoraro il lor lignaggio?
Già cento milia hauean ſtimato vn zero,
E in fuga hor ſe ne van ſenza coraggio,
Come Conigli, ò timidi Colombi,
A cui vicino alto rumor rimbombi.

n Stan. 103.

Et *n* paulò pòſt, vt oſtenderet timidiorum eſſe gregatim ire, eandem Marphiſam fortiſſimis quibuſdam ac magnanimis heroibus inducit loquentem;

Dicendo che lodeuole non era,
Ch'andaſſer tanti Caualieri inſieme,
Che gli Storni, e i Colombi vanno in ſchiera
I daini, e i cerui, e ogn'animal, che teme.
Mà l'audace Falcon, l'Aquila altiera,
Che ne l'aiuto altrui non mette ſpeme,
Orſi, Tigri, Leon, ſoli ne vanno,
Che di più forza alcun timor non hanno.

o In Aui.
p Chil. 12. 433.

Orrhos quid.

Taurus quid.

Nates in timore contremiſcũt.

q Cap. 7.

Homerus, teſte *o* Ariſtophane, Iridem timidis Columbis ſimilem eſſe dixit. *p* Ioãnes Tzetza in enodatione dictionis ὀρρόνδειν, quæ ſignificat timere, ſcribit, Columbis, cùm pauore afficiuntur, medias natiũ partes tremere, atq; hinc eiuſdem dictionis etymologiam deducit, vel inde quod orrhos pars corporis, quam & taurũ dici ait ij, qui metuunt, ſudare conſueta ſit, atq; madeſcere, vel deniq; à timore brutorum, quę in eo caudã in femora ſolent cõtrahere, quòd ſanè verum eſſe domeſtici canes docent, & veriſimile eſt Columbarum horrentiũ nates tremerè, nã & nobis, vbi quid inſolẽs accidit, quod pauorẽ inducat, ſimiliter nates cõtremiſcũt. Cæterũ Colũbarũ timoris ſacrę literę qnoq; meminerũt, vt apud *q* Ezechielẽ:

Saluabun-

Saluabuntur, qui fugerint ex eis, & erunt in montibus, quasi Columbæ conuallium omnes trepidi. Quapropter rectè trepidas dixit e Ouidius.

Vt solet Accipiter trepidas vrgere Columbas. e Met. 5.

Et timidas Marullus.

Nec Leporem canis Æmathius, timidamue Columbam.

Porrò clementia earum, & mansuetudo tam nota omnibus est, vt comprobationibus opus esse non putem. Communis enim id paroemia satis manifestat: *Columba mitior.* Et cùm Graci aliquam mansuetudinem significare volebant ἡμίνη πτέλεια, ideſt, quieta Columba 10 dicere consueuerunt, & πρᾶος ὡς περιστερά: eodem significato. Chalinus etiã apud f Plautum cuidam ablandiens ita loquitur: *Sine amabo te amari, meus fellus ates, meus pullus Passer, mea Columba, mi Lepus.* g Alibi etiam Agyrippus adolescens apud illum dolet sese non amplius à læna ad amasiam admitti, quia iam nummis esset spoliatus: *Sed vbi,* inquit, *quod dederam quasi Columba pullis in ore amba* (læna, & amasia) *meo:* hoc est blandientes Columbarum more. Hinc blandæ poetis dici merentur. Petrarcha:

Ante Aquilam blandæ vincent certate Columbæ.

Propter innatam itaq; hanc mansuetudinem fortè humana hospitia diligunt. Hominum autem consuetudine gaudere, vel inde clarũ est, quod in medijs vrbibus, imò domi sub mensis vna cùm Gallinis conuersentur. *In vrbibus,* inquit Ælianus, *Columbæ cum hominibus frequentes habitant, leq; ad pedes horum huc, & illuc magna consuetudine, ac familiaritate versant. In locis autem vbi ab hominum frequentia solitudo est, propinquitatem hominum minimè expectantes aufugiunt. In multitudine n. hominum confidentiores sunt, vtpote nihil sibi graue passurae planè scitæ.* 20 Sed quod illas hominum præsentiam expauescere dicat, quæ nunquam eos viderunt, non rationi tantum, sed experimento etiam repugnat. Si n. paucos metuunt, cur non & multos? Quod si ideo metuere dicas, quod nunquã homines viderint, pullos oẽs, qui in Columbarijs nascuntur, procul aufugere semper ob eandem causam constituẽdum foret, quitũ & in medijs vrbibus in eisdem Columbarijs cum parentibus suis, modò non domis ad mensam cedant, postmodum quietè viuunt. Quinimo & illę quibus nunquam ante visi homines, non amant illos duntaxat, sed sponte ad ora etiam eorũ aduolant, tãquam innatam cum illis amicitiam significaturæ; quod multorũ populorum, incolarũ Cheecæ, & aliorũ quorum supra meminimus, Columbas feciſſe cõstat: Celebrilq, deniq; in ipsis simplicitas est, vt quibus, teste D. h Chrysostomo, *progenitum sit, vsque ad mortem in simplicitate perseuerare.* Sed laudine, an potiùs vitio ea ipsis vertenda sit, dubiũ cuiquã videri possit, cùm ea modò in sacris literis damnetur, modò cõmẽdetur. Ephraim apud i Oseam similitudine à Columba accepta stultitiæ ita accusatur, vbi dicitur: *Et factus est Ephraim quasi Colũba seducta, non habens cor* 40 *i.* intelligentiam, quæ suos fœtus non potest defendere. Cõtra verò Saluator noster k Iesus Christus disertissimis verbis Apostolos suos monuit, vt simplices essent, vt Columbæ, prudẽtes verò vt serpẽtes. Quid itaq; dicẽdum mihi ea vbiq; damnata videtur. Iesus n. ita eam commendat, vt simul serpentium prudẽtia adiungatur socia, vt scilicet prudẽtes essent, ne 40 aliorum insidijs caperentur, simplices, ne alijs nocerent. Prudentia autem sine simplicitate calliditas est: simplicitas sine prudẽtia stultitia ita f Prudẽtius Euam, cum à peccatis adhuc immaculata esset, Colũbã vocat, cãdidã, cuius simplicitati serpẽs facilè imponere potuerit.

Eua Columba fuit tum candida, nigra deinde
Facta per anguinum male suada fraude venenum.

Suidæ extat adagium, cuius et ante meminimus, ab harũ auium simplicitate, nempe ἡμίνη πτέλεια, Columba quieta, quod dici solitũ indicat de supra modum simplicibus, ac mãsuetis. Columbæ enim cum volant, volatus pernicitate cæteras fallunt, cum sedẽt, nihil ipsis mitius, ac quietius. Hinc simulatores, qui simplices apparet, Columbarum vultus gerere dicere possumus: ita Faustus ait:

50 *Exteriora gerit qui simplicis ora Columbæ.*

Licet verò tãtæ simplicitatis animalia sint, qualem diximus, suo tamen interim ingenio carere natura noluit, quo in primis simplicitatem, ac inermia sua corpora defendere possent. Loca in primis eligunt eminentia, vt a nocentibus bestijs tuta sint; nã præter rapaces aues alios quam plurimos hostes habent. Quid aduersus Accipitres, qui ipsis ceu gratissimæ escæ vbiq; & semper insidias struunt, eas tutatur aliud, quam singularum specierum earum exacta cognitio? *Contra quos quo alio vtatur auxilio efficax præsidium fuerit,* inquit m Ælianus, *cum ea Accipiter, qui natura sua in sublime ferri potest, persequitur, ea deorsum versus elabuntur. Cum illum inferiora sede acris volat, illa contra sublime feruntur, & supra Accipitrem, in sublime ineptum facere*

Clement. Columbæ.

f In Chalino.

g In Alinaria.

Simplicitas.

h Hom. 24. in cap. 10. Matth.

i Cap. 6.

k Mat. 10.

Simplicitas an vitio vertenda.

l In Ditoc. Eua Colũba dicta.

Columbarũ vultus gerere.

Ingenium Columbarum.

Loca alta cur habitent.

m l. 3. c. 45

non valentem, volantes bene sperare incipiunt, in fiduciaque implentur. Hæc ille. Sed nos antea
n 9 hist. ca. 36. istæc ex *n* Aristotele clarius scripsimus, qui talem ait Accipitrum naturam esse, vt alij Columbam nisi sedentem, alij nisi volantem rapiant: Columbas verò singulos horum etiam
dignoscere, superuolare, si humipetæ sint Accipitres, in terram se proijcere, si sublimipetæ.
Sed quod amplius est, cùm bibendi causa flumina petunt, vbi eos sub frondibus latentes
latrones infestare solent, ad aquas sæpius oculos conijcere, vt præuisa in ea illorum aduen-
Colũba in aqua Accipitris vmbram agnoscit. tantium vmbra (nam eminus etiam eos agnoscunt) fuga saluti suæ, quæ in ea sola reposita
est, consulant. Insuper multis aliis auibus si non sapientiores cautiores saltem existunt.
Multæ in cassides aucupum nullo planè negotio incautæ, stolidèque sese insinuãt, & si fortè
o l. 3. c. 15. semel euaserint, in easdem rursus tanquam mala sua à bonis discernere nescientes, impingunt. Columbæ verò non duntaxat aucupum fraudes ignorare minime videtur, verùm si
semel fortassis in eas incidere illas contigerit, vel sedes illas mutant, vel saltem summo cum
timore postmodum vitam ibi traducunt: quod *o* Ælianus quoque alibi scripsit reliquit his
verbis: *In multitudine hominum confidentiores fiunt, siq; nihil ibi graue passuras plane sciunt. Vbi verò aucupes venatoriaq; instrumenta versari vident, non amplius sine summa ibi formidine habitant, vt ita de is loquar, quemadmodum ante me Euripides.* Haud exiguam etiam prærogatiuam à
natura obtinent, dum & corporis dotes cognoscunt, inter quas pulchritudo, qua homi-
nes, qui animi gratia eas enutriunt, afficiuntur, primum locum sibi vendicat: hanc inquam
non agnoscunt tantùm, sed Narcissi instar, eius etiam specie capiuntur, vnde sese sæpè soli,
ad cuius radios pulchellum illud suum collum maiorem, & venustiorem colorẽ æditurum
scientes, exponunt. Id sanè Plinius quoq; intellectui earum ascribit, inquiens: *Columbis ineſt quidam, & gloriæ intellectus. Nosse credas suos colores, varietatemq; dispositam.* Sed hæc
omnia noscere eas, lectori minus mirum forte videbitur, si memoria pollere etiam dixeri-
mus, Themistius autem eximius sui æui philosophus, & affirmat illud, & causam quoq; assi-
p li. 20. ca. 10. gnat purgatiorem in illis imaginem: quod *p* Cælius quoq; repetijt. Exempla aliquot, quæ
memoriæ Columbarum firmitudinem testentur afferre possem, sed cum eadem, & ingenio
earum ascribi possunt, quod sequitur instar omnium vnum esto. Temporis sui mas, quando
fœminæ in incubatu succedendum est, nunquam obliuiscitur, vti neq; fœmina sub noctem
ad nidum reuerti, & hæc nimirum incubationis suæ temporis optimè memor. Quæ subse-
quuntur; nõ tantummodo Colũbarum ingenij acumen, sed amorem etiam erga suam spe-
q li. 10. ca. 34. lib. 9 Hist. ciem ostendũt. Parturiẽtem fœmellam dolere, auxilioq; egere nosse mas videtur dum sua
spõte solatia, & ministeria adferat, tanquã obstetricis vicẽ obiens: quin & ad pullos pigriùs
intrantẽ castigat, teste *q* Plinio, illius pigritiæ in alendis pullis conscius. Sed Aristoteles ad
Plinius explicatus. nidum simpliciter cogere eam tradit, atque ita Plinij verba quoque intelligenda sunt, nam
alioqui sibi ipsi contrarius esset, qui nempe ante dixerat, *amorem erga pullos ipsis æqualem esse.*
r l. 9. c. 16. Tunc enim ad nidum fœmina intrare tradat, cùm iam partus labores instãt. Sed vt de ma-
ris ingenio prosequamur, is pullis suis recens natis, si Æliano credimus, nescio quid in os
Columbæ cur terram fallugino-sam pullis in os ingerant. respuit, quod omnem ab ipsis fascinationis iniuriam repellat, ne si id non faciat, aliunde fa-
scinentur. *r* Athenæus etiã marem natis pullis inspuere ait, ne fascinẽtur, sed quid inspuat,
s 9 Hist. ca. 24. non addit. Verùm vt id incertum est, ita hoc in primis verissimùm quod veridicus Philo-
sophus, & rursus *s* Athenæus ex eo de mare, nempe quod exclusis iã iam pullis terram fallu-
ginosam potissimùm præmanducatã in nos inferentes suum ingerant, atque ita præparẽt,
vt post hac commodè cibum recipere possint. *s* Bernardinus Gomesius, nõ solùm fallugino-
t li. 1. com. de sale. sam, vt Aristoteles dixit, terram, sed & integra salis grana colligere asserit, idque face-
re, non ad præparationem recipiendi postmodum cibi tantùm, vt ille voluit, verùm
vt eis tam fœcunditatem, & propagandi vim, quam cibi etiam appetentiam ingerant.
Plinij locus Ornithologo suspectus. Eam etiam salẽ in os pullis ingerere. Quæ sanè doctissimi viri illius sententia ceu verissima summoperè mihi placet, cùm in
sale tales, quales prædicat virtutes omnibus eluceant, vt in tractatu, quem suo tempore
edendum conscripsi, plurimis argumentis comprobaui. Ornithologus, vt id obiter an-
u li. 10. ca. 34. notemus, Plinij locum suspectum habet, & pro inspuunt, inspuit in singulari ex Aristote-
les legendum arbitratur. Sed non video quomodo fœmina pullis id præstare non possit,
vel si possit, non velit. Si enim verum est, quod æqualiter sobolem amẽt, vti ex *u* Plinio
diximus paulò antè dicendum esse existimo, & ipsam illis eiusmodi beneficiũ, a quo totius
fermè vitæ salus dependet, nunquam negaturam. Posse verò id ipsis præstare nulli dubitan-
dum est, cùm longè diutius incubet, ac foueat, quam mas, & nocte tota, qua sanè ille nihil
fallugineũ reperire, vel si iam paratum habeat (vt *x* Plinius de vtroque innuere videtur, *gutture collectum gerere* inquiens) saltem in ore illorum inijcere non poterit, quare
x Ibidem.

meo

meo iudicio Plinij lectio integra remanere potest, eoque magis, cùm & y Ælianus ita legat, Aristotelem citans: *Aristoteles*, inquit, *parentes exclusis iam pullis, ait, primum nutrimentum, ne à cibis abhorreant, terrarum fastigine fauces in os tudere: quum id gustauerint, inde facillimè reliquis cibis vesci queant*. Putarim tamen Aristotelem id mari peculiariter tribuisse, quòd hic vel sæpius, vel securius id faciat. Vt vt est, insignis, & acuti id in primis ingenij aciem in tam simplicibus animantibus demonstrat, quemadmodum & hoc quòd solis grana non reperientes, terram salsam quærant, eamque in locis lotio conspergi consuetis, quasi apertè norint lotio salsam inesse acredinem. Corporis mũdities impensius, vt diximus, ipsis placet, eò quòd ex spurcitie pulices, pediculos, atq; execrãda id genus insecta alia, quibus infestari, torqueriq; sua corpora possent, procreari sciãt, itaq; & ipsæ à fimo nidos suos repurgare non ignorant, & pullos etiam, quàm primùm id præstare posse vident, id edocent, vt postmodũ & illi à similibus noxijs animalculis sese tueri queant. Verùm in eo maximè vel hominibus ipsis quamuis ratione vtentibus irrationales ipsæ sapientiores videntur, quod vbi ipsis ægrè est, sibi ipsis medicæ decerptis lauri foliis medeantur. Laurinos etiam ramulos, si Aeliano fidem habemus, tenues primum pro fascinationis amuleto colligunt, ac deinde ad custodiam pullorum in nidos imponunt, & z Zoroastres author est, Palumbes, quæ & ipsæ Columbarũ species sunt, nidis suis laurum imponere, sed etsi causam non addat, cur id faciant, facilè tamen contra blattas id eas facere conijcere possumus, quoniam proximè

y lib. 3. de ani. c. 45.

Columba quo in loco terram salsam agnoscant.

Cur fimum ejciant.

Columbæ sibi ipsis medentur.

z In Geop.

10 ab Hirundinibus eam ob causam apium nidis imponi dixerat. Helxinen herbam quoque inter alias agnoscunt, eaq; teste a Plinio, ægrè sese purgant. Sed quid istæc memoro, quæ naturæ instinctu faciunt, quin potius de ijs loquor, quæ proprio marte præstant. Possunt enim non solùm instituí, vt ad locum, quem ab eis habitari volumus redeant, verumetiam, quod amplius est, fideliter ad notos aduolent: quare fortassis & literæ ipsis perferendæ ad amicos committi queant, non autem eo modo, quo in obsidionibus fieri diximus, tam tum re ad antea visum dominum amicum. Quid enim Anacreon nobis aliud suo de Columba carmine iudicare voluit, quam scribit ita cicuratã fuisse, vt, præterquamquòd literas perferret, panem etiam è manu sumeret, vinumq; biberet. Quod si verò poeticè id ab eo, non

Helxinem agnoscunt Columbæ. a l. 8. c. 27.

Columbarũ docilitas.

Anacreontis Colũba.

15 historicè scriptum dixerit quispiam, viri mihi familiarissimi, & fide dignissimi experimentum, cui magis, quàm scriptorum authoritatibus credendum est, illi obiecero: narrabat autem vir ille pullum se Columbinum vix ante octiduum natum, postquam vtrumque eius parentem vendidisset, educasse, atque ita instituisse, vt postmodum è manibus eius cibum caperet, sed nonne impium illum, nefariumque Mahumetem Columbam habuisse constat, quæ quoties volebat, ex aure eius cibũ capere docta erat? at cur id nequam ille fecerit, suo loco dicetur. Si itaque talia illæ edoceri possunt, cur non & literas perferre, maximè si is cui portantur, gratiorem aliquem cibum offerre consueuerit, vt aliàs libentius reuertãtur. Sed videamus Anacreontis carmen, quod è Græco Clemẽs quidam Anglus Thomæ Moro & literis, & mortis genere nobilissimo quondam affinis, latinè vertit hoc modo, vt refert

Columba cicurata cibum è manu capiens Mahumetis Colũba.

20 Io. Garopius Becanus.

Amabilis Columba
Quid est rei, quod altum
Tam copia benigna
Tam copia benigna
Qui est? tuane refert?
Me misit ad puellum
Me misit, inquam ad illum
Potentia impotenti
Huic cantione parua
Me vendit Cythera.
In talibus ministro,
O qualibus tabellis
Mox illicò futuram
At ego, licet manu me
In seruitute eadem,
Nam quid necesse montes
Ramis quid insidentem,
Cum pane delicato

Vnde, vnde ades volando?
Cælum citò secando,
Spires liquentem odorem?
Vnguenta grata stilles?
Hæc te ne cura tangit?
Anacreon Bathyllum:
Qui nunc recens potitus
Tyrannus est in omnes.
Laudem in suam recepta
Hinc nunc Anacreonti
Tantisque prompta rebus
Nunc seruio ferendis
Me liberam recipit.
Mittat, tamen mancbo
Apud hunc meum patronum.
Agrosq; peruolare,
Agreste quid comesse,
Nunc pascat otiosa

Rapto ex Anacreontis
Iam quid quod illud offert
Quod ipsemet propinat?
Ducam leues choreas
Alis meis obumbro,
Dormire cogar, ipsa
Nunc cuncta habes, abito
Manu, rapi sinentis.

Vinum mihi bibendum
Et si deinde pota
Patronum Anacreontem
Si deinde pressa somno
Est barbitus cubile.
Tu, qui morare cursum,
Et me loquaciorem
Cornice reddidisti?

Habes etiam ex eodem carmine dulcissimum poetam ad amores suos magis deuinciendos eam misisse auem, quam ab ipsa Venere, cui sacra est, se fingit emisse: quod dum facit, omnes amabilitatis numeros comprehendisse videtur.

LOCVS HABITATIONIS.

Nidus.

Columbaria cur in altioribus extruãtur.

COlumbaceum genus omne propter innatum pauorem loca eminentiora amat: quare & omnes docuerunt Columbaria in altioribus ædium partibus extruere. Naturaliter autem specus, & latebras quærunt, vt *a* Vergilius in primis innuit comparatione ab hisce auibus accepta, cùm ait:

Qualis spelunca subitò commota Columba
Cui domus, & dulces latebrolo in pumice nidi.

a Aen. 5.

Columba in petris nidificant.

Idem colligitur ex *b* sacris litteris: *Columbas meas*, inquit Sapiens, *in foraminibus petræ, in cauerna macerieq; ostende mihi faciem tuam*; *c* Hieremias etiam alibi ait: *Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & estote quasi Columba nidificans in summo ore foraminis.* In arboribus nidificare etiam Columbas *d* Horatius tradere videtur, vbi prodigia enumerat omnia, quæ futuram vindictam post mortem Cæsaris à coniuratis in curia viginti tribus vulneribus interempti facta sunt, inter quæ tantam Tiberis fuisse ait inundationem, vt diluuij speciem repræsentaret, atque post eius cessionem pisces in arboribus relictos fuisse, in quibus antea Columbæ nidos extruxerant: ait autem:

b Cant. 2.
c Cap. 48.

An in arboribus nidificent.

Piscium & summa genus haesit vlmo,
Nota quæ sedes fuerat Columbis,
Et superiecto pauida natarunt
Aequore dama.

d li. 1. carm. 2.

e Aen. 5.

f In Aug. c. 94.

Palmæ arbor omen victoriæ.

e Virgilius etiam in arboribus, ceu gratissimis locis sedere facit, inquiens:

Tollunt se celeres, liquidumq; per aera lapsa
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.

Idem desertissimis verbis scribit *f* Suetonius, vbi Cæsarẽ narrat, cũ apud Mundã Hispaniæ oppidum castris locũ caperet, & syluã cæderet, arborẽ palmæ repertã conseruari, vt omen victoriæ iussisse. *Ex ea*, inquit, *continuo nata soboles adeo in paucis diebus adoleuit, vt non aquaret modo matricem, verumetiam obiegerat, frequentaretur q; Columbarum nidis, quamuis ad autumnus auram, & asperã frondẽ maximè vtiet.* Sed eiusmodi Colũbę Palumbi meo iudicio fuerint, quorũ in arboribus nidulari proprię est, cum quibus Colũbę sæpius ab authoribus, maximè à poetis cõfunduntur. Si enim in arboribus nidularẽtur, faciliùs, & cũ longè minori sumptu homines nidis dũtaxat ex illis suspensis, vt pro Palũbis faciunt, Colũbas alere possent. Sed Colũbaria antiquissima sunt, & quorũ extruendorũ rationẽ *g* Varro, vt post ostẽdemus, etiã docet. Fiebant autẽ & tunc in eisdem locis, quibus etiã nunc hodie, in eminentiori nẽpè domus parte, quod euidẽtissimis verbis *h* Plinius attestatur, inquiens: *Et harum amore insaniunt multi supra tecta exaedificant turres ys, nobilitatemq; singularum, & origines narrant, vetere tam exemplo.* Herodes, referente Flauio Iosepho hortum habuit, viridarijs syluisq; amœnissimis, ac altis euripitis, cisternis, & aquis irriguis, vbi varias feras, pisces, & aues continebat, & prolixas habebat ambulationes, ac circũ latices multas turres domesticarum Columbarũ in agro pariter Hierosolymitano *k* Christianus Adrichomius ad meridiem montis Oliueti turrem extitisse narrat saxeam, rotundam, sublimem, & concameratam, extrinsecus dealbatam, atque angusto vno ostiolo in summitate patentem, in qua pariter domesticæ seruabantur Columbæ, incolis autem petram Columbarum nuncupatam fuisse. Vnde & Iudæos

Columbarium antiquitas, & extructio.

g li. 3. de rust. c. 7.

h lib. 10. c. 37.

Herodis hortus.

i l. 6. Ant. c. 6.

k In Thesaur. sanct.

dæos Columbarum studiosissimos fuisse cõstat, sed mirum est in eiusmodi turri sæpè quinque Columbarum millia contineri solita. Quod M. Varro de Romanorum Columbarijs quoque attestatur. Quod modò ad loci constitutionem attinet, sunt multa poetarum monumenta, ex quibus pro Columbis turres, vel saltem habitacula in altioribus ædium locis facta fuisse comprobari potest. *k* Ouidius in primis de re incredibili loquens dixit.

Columbarũ 5000. in uno Colũbario.

Non prius incipient turres habitare Columbæ.

k lib. 1. de Ponto.

l Alibi rursus Accipitres, & lupos hominibus exosos esse scribit, quòd illi semper in armis vitam ducant, in persequendo innocenti pecore sint indefessi, Hirundines verò, & Columbas gratas, quia suapte natura mites sunt, & clementes.

l lib. 2. de Art. aman.

Odimus Accipitrem, quia viuit semper armis,
Et pauidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidijs hominum, quia mitis Hirundo est.
Quisq; colat turres Chaonis ales habet.

Meminit earundẽ turrium *m* Martialis animaliũ genera recẽsens, quæ in villa Faustini memoranda colebantur. Et *n* Iuuenalis docens, quomodo diuites inferiora, & latiora ædium loca habitantes ad incendijs tutiores sint, quàm pauperes, qui in summitatibus ædium sub ipsis tegulis habitare coguntur, si quidem illi bona sua, vrgente incendio, auferre queunt his antequam auferant, incendium viam intercludat, omnia absumens, eleganter pauperes, vel cum Columbis degere, vt quæ hæc loca habitare solent, illos nunc habitare inquit.

m lib. 3. de villa Faustini.

n Satyr. 3. Diuites, & pauperes quas ædium partes habitẽt.

Viuendum est illic, vbi nulla incendia, nullis
Nocte metus, iam poscit aquam, iam strenua transfert
Vicinus, tabulata tibi iam tertia fumant,
Tu nescis, nam si gradibus trepidatur ab imis,
Vltimus ardebit, quem tegula sola tuetur
A pluuia, molles vbi reddunt ova Columbæ.

Eiusmodi turres, in quibus hac alites enutrimus, Italorum vulgus la Colombaia appellat, nomine, vt apparet, vel ab ipsis auibus, vel à Latinorum Columbarium desumpto, quamuis hæc vox Latinis, atq; in primis Varroni, & Columellæ propriè loculamẽtum sit singulis Columbarum paribus destinatum, id scilicet, quod nostri agricolæ appellant vn burgotto: Palladio tamen, cæterisq; eius sectatoribus pro toto loco, quẽ Varro vocabulo Græco vsus περιστερεωνα, & περιστερεωνες vocant, in quo degunt, exponitur à nobis in eadẽ significatione vsurpatur. Perottus Columbarum esse putat, in quo agrestes, peristetereona, in quo domesticæ Columbæ habitant. Ego nihil interesse existimem, & omninò idem Columbarium Latinis significare, quod peristereon Græcis. Vitruuio Columbaria sunt, per quę aqua tympano excepta effluit. Sed hæc huc non pertinent. Columbariorum siue peristerionũ fabricam veterum nõ pauci scriptis traditam reliquerunt, ex quibus scilicet plurima hominibus cederet vtilitas. *Ita scribit*, inquit *o* Varro, *vt testudo, magna camera tectus, vno oculo angulo fenestris punctis, aut latoribus, reticulatis vtrinque, vt locus omnis sit illustris, neue serpens, aliudue animal maleficum intrare queat, intrinsecus quam læuissimo marmorato totis parietes, ac cameræ obliuntur, & extrinsecus circum fenestras, ne mus aut lacerta quà adrepere ad Colũbaria possit. Nihil enim timidius Columba, singulis paribus fiunt Colũbaria rotunda in ordine crebra. Ordines quamplurimi possunt à terra vsq; ad cameram, Columbaria singula esse oportet, vt os habeant, quo introire & exire possint. Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus sub ordines singulos tabulæ fictæ, vt sint bipalmes, quo vtantur vestibulo, ac prodeant.* Hactenus ille. Cui consentit prorsus *p* Columella, sed paulò diligẽtiùs singula recitat hunc in modum; *Nec in plano villa loco, nec in frigido, sed in adito fieri tabulatum oportet, quod aspiciat hyber nò meridiem. Eiusq; parietes, vt in ornithone præcepimus, continuis cubilibus excauentur, vel si ità non competit, paxillis adactis tabulæ superponantur, quæ vel loculamenta quibus nidificent aues, vel sicti lia Columbaria recipiant præpositis vestibulis, per quæ ad cubilia peruenient. Totus autem locus, & ipse Columbarum cella poliri debent albo tectorio, quoniam eo colore præcipuè delectatur hoc genus auium. Nec minus extrinsecus leuigare parietes maximè circa fenestrã, & ea tota sit polita, vt matore parte hyberni aeris solum admittat, habeatq; appositam satis amplam caueam retibus emunitam, quæ excludat Accipitres, & recipiat egredientes ad aprication ẽ Columbas, nec minus in agros emittant matrices, quæ ouis, vel incubant, ne quasi graui perpetuæ custodiæ seruitio contritatæ senescant. Nam cùm paulũ circa ædificia volitauerint, exhilaratæ recreantur, & ad fatus suos vegetiores redeunt, propterea ne longius euagari quidem, aut fugere conantur.* Hactenus ille. Veterum quidam quoq; alij, vt Palladius, Quintilius, alijq; de eadẽ re scripsere, sed quia cũ Varrone, ac Columella planè fermè conueniunt, itaq; vetba corũ, ne lectorẽ in te satis obuia diutiùs detineam,

Colombaia. Columbarium quid Latinis. Burgotto.

Columbarium quid Vitruuio.

Columbarij descriptio ex Varrone. o li. 2. de re rust.

p Ex Columella li. 8. c. 8.

Columbæ albo colore delectantur.

q li. 10. ca. 87.

neam, nũc sponte prætereo, solummodo illa allaturus, quæ pro maiori parte q Petrus Crescentiensis ex propria experiẽtia prodidit: Columbaria duobus potissimũ possunt fieri modis, aut super colũnis, & parietibus ligneis muro circundatis lapideo, aut super turri è crassis muris constructa & vtrumq; nidos, seu nidorum foramina potest habere. Sed præstat in turri lapidea, quàm lignea fieri, & nidos interius construi, qui si exterius sint, fimus perditur, qui maximè vtilis est, & pulli faciliùs à rapacibus auibus capiũtur. Excitetur ergo turris lapidea ampla, angustaue pro domini arbitrio, nõ admodum alta parietibus leuigatis, & dealbatis cæmento albo, habens à singulis quatuor partibus breuissimas fenestellas, seu foramina, quæ Columbis solùm ad introitũ, exitumq; sufficiant, sub quibus quàm proximè circumitus lapideus emineat circumquaq; quo mustelæ, aliæq; nocẽtes feræ ascendere prohibeantur. Super tectum etiam fenestra sit, per quam ingrediãtur, & exeant Columbi, qui ad solem super tectũ apricari gaudent. Si autẽ cancellata lapidibus aut lignis, ne per ipsam rapaces volucres alis apertis ingrediantur. Nidi formãtur interius, quos quidã faciunt rectos, & mediocriter angustos, alij obliquos, quibus incubãtes Columbę se continent. Quidam præterea proquidè faciunt fenestellas latas, & modicè concauas, seu longas. Sunt qui cistellos paruos circa parietes, & tectum affigunt, asserentes, in his Colũbas libentiùs incubare. Sed ego experimento didici Columbas quasdam in muro libentius, quàm cistellis nidificare, quasdam è diuerso: & rursus alias esse in aperto, & super quacunq; re cum nido, vel sine nido incubare, alias gaudere occultari. Quamobrem non inutile puto in Columbario cuiuscunqne generis nidos habere, vt diuersis Columbarum affectibus satisfiat. Qui in muro sunt, à fimo, & pediculis purgantur faciliùs, idq; crebrò fieri expedit: nã ab illis cùm augentur, plurimùm incubantes Columbę læduntur. Expedit etiam trabes passim per Columbarium ponere, & præcipuè in circuitu, necnon & asseres, quibus cùm vel pluuiæ, vel niues, vel nimij æstus infestant, Columbæ, maximè si magna earũ multitudo est, insidere, ac quiescere possint. Sic enim loci amore capientur, & non facilè recedent. Purgetur crebrò etiam ipsarum locus & vndique sit decorus. Nam & ipsæ mundam domum non minus ac homines, amant. Animaduertendum in primis est, vnumquodq; par tres, vel saltem duos nidos requirere, licet aliquando augeantur in tantum, vt nidos omnes, & solarium atq; trabes, & cætera loca omnia repleant. Atque fermè hoc modo Columbaria extrui iubet Pet. Crescentiensis, cuius præcepta, si Columbarum ædificaturus obseruauerit, indubitanter id omnibus numeris absolutum perficiet. Verùm quod in tecti summitate fenestras laudet binas, vt per alterã pariter Columbæ, quæ ad solem ibi gaudent apricari, exire, atq; ingredi queant, ego cùm propter Accipitrum, tum verò maximè mustelarum, atque id genus aliarum nocẽtium bestiarum metum suadere, & laudare nequeo. Apud Batauos nonnulli tenuioris fortunæ rustici exigua in medijs sæpè areis faciunt Columbaria, at in quibus non pœnitendum numerũ Columbarũ enutriunt, hoc modo fabricant. Columnam ligneã quindecim circiter pedes altam erigunt, huic totã imponunt, ac super hanc tria, aut quatuor rabulata (quod nempè rotam ferre posse coniiciunt) ex asseribus conficiunt, atq; ita concinnant, vt horum singula viginti, & amplius nidulamenta capere possint: sed hæc etsiã mustelis tuta sint. Accipitribus tamen maximè exposita. Nonnulli item Columbaria Columnis rotundis, leuigatisq; super piscinas mediaq; aquas collocãt, quo simul & à noxijs animalibus sint tutiores, & quia aquis limpidis cõtemplari gaudent, quoties iubet lauari possint, id quod incubantes facere expedit. Et sanè multi volunt, præcipiuntq;, vt aquã habeant è regione; sed alij vicinam, alij remotam: qui remotã laudant, collecta grana longinquitate itineris quodammodo inter volandum alterari existimant, atq; ita pullis tradere, qui cò faciliùs illa digerant, & in nutrimentum suum conuertant: præterea & hoc eriam commodi inde emanare, quòd redeuntes à potu pedibus siccis oua contingant, cum aliàs humiditate aquæ refrigerantes spem prolis sæpè fallant. Qui verò vicinam probant, antequam securè domum redeant, sæpius vel à rapacibus, vel ab insidiantibus hominibus intercipi, atq; ita oua, si incubent, irrita fieri, pulloſq; teneriores adhuc emori altoribus suis priuato. Quapropter, vt omnibus satisfiat, ego locum eligerem, qui neque ab aqua remotus sit, neque etiam nimis vicinus. Porrò multi Columbaria vel nimis alta, vel nimis humilia improbant laudantq; quæ mediocrẽ habet altitudinem, quoniã ad ea defessæ volucres sine vlla molestia redeant: & Varro quoque altiora improbare videtur, sed ob aliud incommodum, quia scilicet deuolantes ad conspecta per fenestras aliorũ grana capiantur. Hoc enim innuere mihi videtur his verbis: *Sed id genus minore tutela pascitur longinquis regionibus, vbi liber egressus auibus permittitur, quoniam vel summis turribus, vel altissimis ædificijs assignatas, sed frequentiæ,*

Columbarij descriptio ex Crescentiensi.

Turris cur lapidea esse debeat.

Turris qualitas.

Fenestra super tectũ.

Nidorum qualitas.

Columbarũ in nidificãdo diuersitas.

Nidorum diuersitas cur in Columbario esse debeat.

Cur fenestra supra tectũ improbetur.

Batauorum rusticorum Colũbaria.

Colũbaria in medio aquarum.

Locus Columbarijs aptissimus.

Altitudo Columbariorũ apta.

quentat, patentibus fenestris, per quas ad requirendos cibos euolitant. Obseruandum etiam est vt Columbarium intus, ac foris maximè dealbetur. Nam præterquam quòd Columbæ hoc colore delectantur (nã hanc causam tantùm veteres assignant, vt ex superioribus est conspicere) in eminus faciliùs videre poterunt. Antiquos verò Columbaria sua dealbasse ex Ouidio in primis habemus dicente.

Columbarium quare dealbetur.

Aspicis vt veniant ad candida tecta Columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aues.

Et ex hoc r Martialis.

Quæq; gerit similes candida turris aues.

r lib. 12. de hortis Marcell. vxoris.

Quo loco Dominicus Chalderinus poetæ interpres, & Scholiastes turrem candidam illum dixisse ait propter calcẽ, qua ex præcepto Columellæ Columbaria obstruebantur, ne feles possent irrepere, sed Columella, vt diximus, ideo candida fieri præcipit; quoniã Columbæ hoc colore gaudent. Sed eiusmodi Columbaria, de quibus hactenus diximus, agrestibus competunt. Nam domesticis, & cicuribus, quæ intra tecta aluntur, nisi ipsis locum in ædibus priuatum assignes (nam sic feliciùs soboli incumbunt) sibi ipsis in angulis sed trabibus, alijsq; locis nidos construunt. Has veteres, vt ex Iuuenale paulò antè probauimus, in eminentiori domus parte habebãt, vti quoq; & iã mos est, maximè apud Batauos, qui eiusmodi Colũbaria voce indigere appellant een tille, een duuslach, quæ postrema vox eam partem significat, quæ extra fenestram prominet, quibus aduenas Columbas fallere solent. Quod modò ad nidos, seu Columbaria, vt Varro, & Columella vocant seu loculamẽta attinet, & hæc varijs modis fieri possunt. Apud nos ex viminibus fiunt: Grapaldus ita fictilia Columellæ exponit, oualia, atque cooperta: atque his vtimur in Columbarijs agrestium. Horum Calphurnius meminisse videtur inquiens:

Domesticarum Columbarum nidi.

Tille.

Duueslach, Nidi vnde fiant.

Textilibus nidis ausas prodire Columbas.

Bataui, aut audio, fiscellas faciunt è stramine rotundas, non coopertas, quò faciliùs stercus cùm matrices, tùm pulli egerant, sed has loco alligare, aut ita collocare oportet, ne laxatæ, quando insiliunt aues, moueantur, nam sic oua eliduntur, & confringuntur. Domesticæ Columbæ sibi ipsis nidos parãt ex collecto stramine, aut stipulis, quod & agrestes facerent, nisi nidi à dominis darẽtur, aut locus in Colũbario sufficeret. Etenim debili nido cõtentę sunt, teste Alberto, eò quòd calida earum sint corpora, & non multùm indigeant calore nidi.

Bataui vt nidos columbarum faciant.

Columbæ debili nido sunt contentæ.

PASTORIS COLVMBARVM Officium.

EXTRVCTO itaq; Columbario, & nidis suis instructo, Columbæ imponendæ sunt. At quales, & quot, & quando, & quàm diù includi, & emitti debeant, dein quis cibus exhibendus, postremò quantum diligentiæ custos, vel pastor earum, qui colũbarius Varroni dicitur, eis debeat tribuere, nunc dicendum est. Empturus igitur Columbas pro nouo Columbario, coloris in primis corporis, & ætatis rationem habeat. Albus color in vagis ideo improbatur, quòd eum facillimè speculetur Accipiter, in domesticis, vt alibi etiam diximus non omnino damnandus. Qui verò in vagis color, alijs præstantior sit, Columella non facile dictu iudicat. Crescentiensis laudat, quæ vulgò turgni vocantur, quod præ reliquis maximè durent, at quales illæ sint, vix dum noui, nisi turchinas, hoc est cæruleas dicere voluerit. Columella vult, vt sint maximi corporis, hoc est, quæ aliàs paris ętatis magnitudine vincant: Crescentiensis in assignanda illis ętate à veteribus Varrone nempe, Columella, & Quintilio dissentit. Quintilius eligi præcipit, quæ iam pullos ædere cœperunt, Columella neque veteres, neque nimirum nouellas, Varro ætate bona, Crescentiensis verò pullos tantùm, eosque dum vix pennas habent perfectas. Sed cùm eiusmodi pulli antequam maritentur, multo adhuc tempore opus habeant, etsi post quindecim dies (illum autem inclusionis terminum ipse constituit) emittantur, ingens periculum est, ne sedium suarum immemores ad alia vicina Columbaria simul cum alijs auolent. Quare si fieri posset, pullos laudauerim semestres, tunc enim Veneris tentigine prurire incipiũt: verbi causa accipiantur Martio mense editi, & Iulio in Columbarium recipiantur, & non emittantur, nisi iam maritatæ pullos habeant, vel saltem incubent. De numero verò imponendarum nihil dico,

Columbæ quæ in Columbario imponi debent, quales esse debeant.

Albæ colũbæ quare improbentur, & quæ laudentur.

Turgni dicti.

Quà ætate imponendi in Columbarijs pulli.

Quando emittendi.

Quot debeant imponi.

Vt citò multiplicetur. co, is enim ad domini arbitrium relinquitur. Sit tamen ad minus sex, aut octo parium: gau-

Quamdiu includi debeant. dent enim gregatim volare, & simul pabula quærere. Quanto plures, inquit Crescentiensis, initio ponentur, tanto ocyus locus implebitur. Quintilius citò multiplicaturas pollicetur, si decẽ paria imponantur. Quando verò, & quandiu Columbario inclusæ seruari debeant, ex

Tempus emissioni aptum. veteribus, quod sciam nemo meminit: Crescẽtiensis, vt diximus, quindecim ad minus diebus includi præcipit, quòd sic pinguescant, & ad reuertendum peritiores euadant. Ego integro mense, & amplius ob paulò antè allatam rationẽ includi laudauerim, vt interea tem-

Veterũ negligentia. poris vel pullos educent, vel saltem incubent. Non omne quoq; tempus emissioni aptum est,

Vt plures educent. vt eleganter etiã Crescentiensis demonstrat, iubens, id præcipuè Augusto fieri, & Septembri mense, vel etiam Iulio, quoniam tunc facilius cibum in agris vicinis inueniant, vnde nec

Vt syluestris natura domet. longiùs a Columbario recedant, nec perdantur, vultque & tunc obseruandã esse, vt emittantur, nisi tempore pluuioso, vel saltem nubiloso; nam & sic ad remotiora loca non euolãt.

ur ali. 3. de rust. c. 7. Addit etiã mense Martio, Aprili, & Maio ob cõtrariam rationem ab intromissione, ac emissione abstinendũ esse. Sed quid vetat intromitti, si cibus supperit? Ac reuera mirum videtur, quod hęc à veteribus omissa sint, cùm alioqui tota hinc Columbarij concepta vtilitatis spes dependeat. Curandum insuper Columellæ præcepto, ne pulli, vt excluſi sunt, vnquam,

Domestica Colũba quo alenda. si fieri potest, separentur. Nam ferè, inquit, si sic maritatæ sint, plures educant fœtus, sin id fieri nequit, verat certè, alienũ generis simul coniungi, vt Alexandrinas, & Campanas. Quoniam ita maritatæ prolem suam minus diligunt, & masculi fœmellas non multum ineunt,

Columba quare citius reuertantur. nec sæpius fœtant. Veruntamen agrestes cum suaptè natura sint feræ, & sæpius domari nequeant, ita vt impositæ in nouum Columbarium nullis blanditijs retineri possint, multi, vt pòst facilius, & securius domi suæ assuescant, hoc modo naturam earũ temperant: agrestibus domesticas matrimonio iungunt, sed ex his illas tantùm, quæ aliquo tẽpore in Colum-

Cibus Columbarum. bario degerunt, atq; postquã ita agrestes exire, redire didicerunt, domesticas eis auferunt,

b 2. hist. c. 5. atq; inter sese sua coniugia celebrare permittunt. Hoc verò astu vti Batauos audio. Sed idẽ

Frugũ diuisio. nobis fortassis. *a* Varro significat olim etiam in peristerione domesticas cum agrestibus ali solitas, his verbis scribens. *Aluntur in peristerione Columbarum clementiores, tum agrestes, tum saxatiles, ex quibus fit viscellum tertium genus fructus causa.* Domesticarum sanè etsi longè

Victus quo plus delectantur. mitior sit natura, & faciliùs Columbarijs assuefiant, quia tamen & ipsæ quandoq; suas sedes deserere solent, itaque earum quoque cura Columbario minimè negligenda est. Hæc indebita maximè victus ratione consistit: primùm offerat, quæ gratiora ipsis sunt, & pleniori manu, & non prius emittat, nisi pullos iam ediderint. Nam aliàs emissæ cum vicini tui

Frumenti ex creta. Columbis sese permiscent, & quàm facillimè seducuntur. Sunt enim Columbæ animalia

el. 18. ca. 8. simplicissima. Si verò alant pullos, tum non longè à Columbario auolant, sed semper eorum recordantur, quorum nempe incredibili amore afficiuntur. Quod modò ad cibum pertinet, fruges offerendæ sunt. Frugilegæ enim *b* Aristoteli dicuntur, & Albertus granis tan-

Auena. tùm, vel quæ ex his conficiuntur, vesci scribit. Cùm autem fruges diuidantur vel in tritice-

Hordeum. a, vel in legumina, triticea verò vel in spicata, vel in panniculata, statuendum est his om-

d 3. de rust. ca. 7. nibus illas vesci: alias tamen aliis præferunt, & aliæ aliis magis, prout anni tempus postu-

el. l. c. 14. lat, conueniunt. Ex triticeis frumentum amant, & semper exhiberi potest, nisi id hominibus potiùs natum videretur, ac propter annonam sibi seruarent. *c* Columella excreta tritici

Marzuela. etiam exhibet, sed quæ Gallinacco generi magis conueniunt. Auena Columbæ vescuntur

Lolium. quidem, sed & hæc, maximè vbi pullos habent, propter grani longitudinem, atque extre-

Milium. mitatum spicula, quibus teneros lædere visæ sunt, improbatur. Similiter de hordeo (quò

Milium Indicum. tamẽ *a* Varro delectari ait, & *e* Palladius, si torreatur, fœtus frequentare) atque de frumento illo bimestri, quod à tempore, quo seminatur, Marzola appellatur, dicendum: paulò

Melega. tamen securius exhiberi possunt. Lolium summopere laudatur, cùm quòd eo delectan-

el. 18. c. 16 tur, vt Florentinus testatur, tum quia viliori pretio venditur, & homines ab illa peste libe-

Cracca. rent. Ex panniculatis milium panico carius est, sed illo libentiùs Varrone, & Columella

Vicia, Ervum. testibus, vescuntur: vtramq; dari potest, maximè vbi pulli recens nati sunt. Milium Indicũ,

el. 8. c. 8. quod nostri melegam vocant, proprius Columbarum victus videtur: & sanè pro eis ferè

Lenticula. solis in Italia nostra scritur. Inter legumina *f* Plinius gratissimã ipsis craccam nominat, de

Pisa. qua sic alibi scriptum reliquit: *Cracca ex legumine bus degenerat, in tantum Columbis grata, vt passus ea migent fugitiuas illius loci fieri.* *g* Columella commodissima cibaria putari tradit,

h 3. de rust. c. 7. viciam, vel eruum, tum etiam lenticulam, & si qua sunt alia legumina; quibus etiam Gallinæ aluntur. *h* Varro pisis, & fascolis delectari etiam asserit. Sunt qui & orobũ exhibeant,

Fascoli. porcis, quod mirum est, si pascantur, exitiale.

Orobus.

Faba. Fabæ, quanuis antiqui, quod summopere

admiror,

admiror, earum non meminerit, non improbatur, sed vt à viro quodam Columbarum altore intellexi, cum maxima vtilitate afferuntur. Nam etsi annona quodammodo offerre eas prohibeat, sumptum tamen frequentia pullorum compensat. Præter fuges semina, nucleos, & fructus etiam quærunt. Cannabis semen in primis tam impense amant, vt sint, qui affirment, quoties id ederint, non fugiturus alio, aliasq; id vtilitates præstare, nempe eo pastas citius soboli incumbere. *r* Andreas Cisalpinus tradit pinastri, seu syluestris pini nucleis alias inutilibus vberius fœtificare, & Crescentiensis glandem fagi non conuenire tantùm illis, sed carnes illarũ, frea pascantur, concoctu faciliores reddi. Itẽ nostri agricolæ & glandes quercinas in frusta contusas hyemalibus mensibus, quibus nix terram cooperit, eis exhibent, nec non & acinos vuarum, qui sanè omnium ciborum vilissimus exstitit, gratus tamen in fame. In omni cibi oblatione obseruari maximè Varro monuit, vt apponatur circa parietes in canalibus, quæ extrinsecus per fistulas supplentur. Verùm si Columbarum eiusmodi canalibus careat, vt sæpè vsu venit, tum circum parietes spargendus est, quoniam ea Columbarij loca carent stercore, quo inquinatum alias, si vbiq; sparseris, tangere recusant. Quantitatẽ offerendi cibi habemus ex *s* Palladio triginta Columbis sex sextarios dicente sufficere Crescentiẽsis quoq; pro centum paribus dari vult granorum partem corbis octauam singulis diebus, & duplum cùm nihil per se inueniunt. Quod ad potum attinet, Varro præcipit aquam puram dari, quæ influat, vnde & bibere, & se lauare possint: *Permanda enim*, inquit, *hæ volucres sunt*, quapropter maximè laudauerim, vt quotidie aqua permutetur, & vas lauetur, ne intus ad parietes putrescat. Sũt qui tradant, ex hydromelicrato pro potu melicrato prolem non derelicturas. Iam verò si eiusmodi, quem narrauimus, cibo, potuq; pastas retinere non possis, quin ad vicina Columbaria sese recipiant, tunc ad actum veniendũ est. Cumino quidem quod medici, & pharmacopolæ Romanum vulgò nuncupãt, mirificè Columbas delectari constat: vnde sunt, qui hæc semina eguminibus, vel frugibus offerẽdis misceant. Alij finteola, quibus inclusum est cuminum sub alis Columbarum affigant, vt allectæ odore alienæ Columbæ eas sequantur. Rem aiunt certam esse. Ornithologus scribit in quibusdam Italiæ locis astum istum legibus esse prohibitũ, adeo vt sacerdotes etiã dum confitentes audiunt, inter genera furti super hoc inquirant. Quod etsi mihi nunquam aliàs auditum, aut lectum sit, tamen admodum verisimile est, nam reuera furti genus est. Ex antiquis *t* Palladius Colũbas ait cumino pastas secum alias ducere. Alij non fugituras pollicentur, si cuminum, & lens melicrato infusa offerãtur, aut passo cocta. Præparant alij Columbis retinendis pharmacum amatorium, quod tale est: Testulam (ostracum) cribratam & costũ cum veteri, odoratoq; vino miscent simul, eisq; porrigunt exeuntibus ad pasturam. Sunt qui hordeaceam farinam vnà cum caricis coquentes, & æquigantes mellis aliqua portione adiecta, Columbis offeraut. Peristereon herba Columbis, testẽ *u* Plinio, admodum grata, vnde, & nomen. Nonnulli hanc in Columbario spargi, & circa nidos suspendi iubent. Salsa quoque tam auidè dicuntur appetere, vt nec hospita commutent, si argillam parietum sale condias: & iure caseorum delectari, quod à salsis dimanat caseis. Nonnulli milium Indicum ex aqua decoquunt, & rursus exiccatum in aere decoquunt in melle, calidum etiamnum inspargentes Columbarijs, eorumq; foraminibus, vt euolantes Columbæ alis pedibusque etiam odorem suscipiant, quo non allici duntaxat alienas promittunt, sed allectas etiam nunquam domũ suam repetituras: rem, aiunt, esse experientia comprobatam. Columbas quoque Columbarium nunquam deserere *x* Fallopius affirmat, si pascantur frumento, quod fuerit tribus continuis diebus maceratum aqua, in qua semina anisi ebullierint, donec crepuerint. Idem tradit, allaturas secũ alienas, si fasceoli, qui priùs in aqua ebullierint, ac dein melle macerati, demum puluere cumini inspersi ipsis offerantur. Columbæ, inquit, *y* Gaudentius Merula, & ex hoc Cardanus, alliciuntur hoc pastillo: Maizi, seu sorgi lib. 60. cumini lib. vi. mellis x. costi lib. 1. seminis vrticę lib. v coquantur omnia in aqua ad illius consumptionem: inde additur vini odorati optimi quantum sufficit cum libris quindecim cæmenti vetusti: & fit tumulus in Columbarij medio. Columbæ aliæ cùm odorẽ sentiunt, ad locum veniunt. Sentiunt autem, cùm ipsis commiscentur indigenis Columbis, & cùm semel adierint locum, relinquere nequeunt, suauitate cibi allectæ. Pharmacopæus quidam Colmariensis Dauid Vezelius nomine eiusmodi escam ad alliciẽdas alienas Columbas componebat referente *z* Io. Iacobo Vveckero: Recipe argillæ antiquissimæ, & in furno pistoris vsque ad rubedinem combustæ, vel luti antiqui ex furno vnciam vnam, verbenæ fœminæ drachmas quatuor, tritici in vino sublimato macerati, & triti drachmas quatuor, cardopatiæ drachmas sex, capburæ semi drachmam, cymini drachmas tres, vini sublimati sequiunciam,

mellis

Cannabis.

r lib. 3. de plant. c. 52.

Pinastri nucleo.

Glans fagi.

Acini vuarum.

Victus exhibendus.

Quantitas cibi.

s l. 1. c. 24.

lib. 10. c. 89.

Potus.

Aqua cur sæpe mutanda.

Melicratũ cur dandũ

Cuminum.

Cumino nutrire Columbas cur prohibitum

ll. 1. c. 24.

Pharmacũ ad retinendas Columbas.

Hordei farina.

Peristereon herba.

nis. 25. c. 10.

Salsis gaudent Columbæ.

n l. secret. c. 208.

oli. 3. memor. c. 48.

p l. 8. de secret. c. 4.

mellis quantum satis ad formandas pilulas ad magnitudinem ipsorum, quæ inter Columbarum edulia ponãtur. Quidam addunt vrinam, & sanguinẽ humanum: deinde recipe herbę verbenę quantum volueris, & impendatur in domicilio Columbino. Hęc ille. Plura eiusmodi secreta adducemus, vbi de sympatia sermo habebitur, si quidem multa sunt quæ Columbas alliciunt, quæ tamen ad victum inepta sunt, quod sanè sine quadam occulta, & nos latente facultate facere minimè videtur. Verùm in eiusmodi, quos posuimus, cibis, etiam obseruandum mihi videtur, ne exhibeantur, ijs maximè quæ ex agris viuunt, dum pullos habent, nam eiusmodi philtris allectæ ad agros euolare desuescerent, vnde cibum etiam ipsis offerre cogereris. Saginare Columbas rarius consueuimus, neq; etiam veteribus ad eo ex vsu fuit, quod in his farciendis tantus reditus non sit, vt Columella loquitur, quantus in educandis: dixerat tamen eadem ratione, qua Gallinas Palumbos etiam Columbosq; cellares pinguissimos fieri, ac mox subinde addit posse in hoc etiam auiario saginam exerceri. *Nam si qua*, vt eius verbis vtar, *steriles, aut seratdi coloris interuentunt, similiter, vt Gallinæ farciuntur.* Sed præter albũ nullum colorem aliud improbare videtur, dum qui eo excepto ex alijs optimus sit, non facilè dicta scribat; quare Columbarius albos, ne ab Accipitribus intercipiantur, saginare poterit. Sed sciendum est, quæ domicilia sua habent in turribus, carcere contabescere, volatuq; at exercitio exhilarari, atq; ita opimari. Quæ verò domi educantur, sic laudantur, præpingues fieri. Pullorum saginandorum maior cura habenda est, *Qui eos*, inquit *q* Varro, *saginare solent, quo plures vendant, secludunt eos, cum iam pluma sunt tecti. Deinde manducato* (mollificato, & masticato, vel molli, vt Crescentiensis habet) *candido farciunt pane: hyeme hoc bis, æstate ter, mane meridie, & vespere. Hyeme demum cibum medium. Qui iam pinnas* (Crescentiensis *magnas* addit, fortè quòd nisi iam magnas pinnas habentes impares ad sufferendum hunc dolorem existimet) *habere incipiunt in nido relinquunt illis in cruribus, & matribus, vberius, vt cibo vti possint, obijciunt. Eo enim totum diem se, & pullos pascunt. Qui ita educantur celerius, quam alij pinguiores fiunt, & candidiores.* Eadem ferè leguntur apud *r* Columellam: *Pulli vero facilius sub matricibus pinguescunt, si iam firmis, priusquam subnolent, paucas subrubas pinnas, & obteras crura, & vno loco quiescant præbeatq; copiosum cibum parentibus, quo & se, & eos abundantius alant. Quidam leniter obligant crura, quoniam si frangatur dolorem, & ex eo maciem fieri putent. Sed nihil illares pinguedinis efficit. Nam cùm vincula exercere* (exercere forte hoc est excutere) *conantur, nõ conquiescũt, & hac quasi exercitatione corpori nihil adyciunt. Fracta crura non plus, quã biduo, aut summũ triduo dolorẽ afferunt, & sẽ tollunt euagandi.* Hactenus itaq; Columella. Nonnulli cibo earum salsa immiscent, at inde pinguiores euasuras affirmãt. Cùm iam itaq; Columbarius peristereonem Columbis instructam habet, & quo cibo pascere quãto, & quando nouit, alia præterea exteriora nonnulla callere debet, quæ pariter ad propagationẽ harum auium plurimum faciunt. Curet ante alia, & vt mundum sit Columbarium, & à stercore purgatum: quanto enim id cultius, & mundius est, tanto etiam & aues lætiores, & meliores existunt. Sunt enim Columbæ, teste *s* Varrone, volucres permundæ, quare & quibuscunque mensibus a custode crebrò id euerti præcipit. Monet etiam, si quid Columbam offenderit, vt medeãtur, si qua perierit, vt afferat pullos idoneos ad vendẽdum promat, tæras rete ab alijs se parcet, ac loco certo discludat (cùm scilicet reliquę ob necessariam causam domi retinentur) quo transferantur, è quo foras euocare possunt matres. Quod quidem inquit, faciunt duabus de causis, vna si fastidiunt, aut inclusæ conferciscunt, quò libero aere, cũ exierint in agros redintegrentur: Altera de causa propter illicium. Ipsæ enim propter pullos, quos habent, vtique redeunt, nisi à Coruo occisæ, aut ab Accipitre interceptæ. Crescentiensis etiam Columbos nimis feros, & pugnaces, alijsque molestos remoueri, & aliò se poni vult, monetq; custodem, vt quoties ad Columbas accedit, in Columbarium, mediocrem secum semper esse quantitatem ferat, easq; solita voce conuocet, quoniam eo modo facilius mansuescãt. Vas in quo aquam semper puram haberi oportet, sæpius lauet, & tale sit, quale in Gallinarum historia descripsimus, quod scilicet colla bibentium solummodo admittat, vt cupientes lauare propter foraminum angustias, corpus immergere prohibeat. Quare cum eiuscemodi lotio ipsis salubris sit, laudauerim & aliud vas humile, nempe æquale nos vulgò tegliam vocamus, custos habeat, sed nũquã nisi vbi lauare sese velle videt, apponat. Obseruet item lauantes: nam quę incubant, vel quę pullos educant id facere minimè expedit. Animalia quæ hisce auibus noxia sunt, non cognoscere tantum, verùm & fugare ea scire debet. *t* Quintilius docet, quomodo Columbarium fieri queat ab eiusmodi animantibus immune, quod cum è re sit omnium Columbas habere volentium, itaq; quæ de eo scribit communis vtilitatis causa hic ascribere non piguit.

Obseruatio in cibis.

Sagina Columbarum

Pullorum saginatio.

q 3. *De re rusti. c.7.*

r l.8.c.8.

Quid in Colũbarijs obseruandum.

s3.de re ru. c.7.

Locus dissolutus ab alio cur esse debeat.

Vas quale esse debeat.

Quæ lauare, & quæ non debeãt

Animalia noxia Columbis.

t In Geop. Græcis.

Columbarij à noxijs animalib. immunis descriptio.

Ego

Ego quidem, inquit, *expertus sum accessus reptilium volens obsistere, vbi elegi locum selectum, remotumq; à contubernio domorum, columnas transtuli illuc pro ratione magnitudinis operis fabricandi. Quibus quidem minimè ad rectam lineam, sed ordine circulari dispositis, imponens capita, ac in ipsis postea capitibus dictis columnis admodum generosas trabes* (ἐπίστυλα habet Græcus codex) *confirmans tandem supra columnas in formam orbis domunculas duas extruxi altitudine cubitorum septem. In earum autem parietibus ab occasu quidem gratia splendoris fenestram vnam aperiens, ab ortu verò aliam in hac, per quam sunt egressuræ ad pasturam posui dictum cathecten* (nempè quod retinendi Columbas vim possidet) *vnde Columbas ad pascua exire oportet. Cæterum à latere meridionali tanuam constitui, vt per eam pateat ingressus, ei qui curandarum auium prouinciam subijt. Hoc enim modo ipsas volucres hactenus illæsas seruaui. Siquidem nec reptilia possunt ascendere per columnas, vtpotè bitumine accuratè inductas, & lauigatas, neq; item catus, neq; aliud animal in eas grassari poterit, cùm domus haud quidem consistant propè, è quibus insidiari queant.* u Varro etiam, nemus, aut lacerta adere par, partes Columbarij circa fenestras læuissimo marmorato oblini scribit, ac similiter totos parietes, ac cameras intrinsecus, ne serpens, aliuduè quouis animal maleficum introire queat: malim extrinsecus dixisset, hinc enim magis ab huiusmodi noxijs animalibus periculum imminet. Quod si Columbarij, siue Columbarum custodis Columbarium tale non fuerit, vel ita oblinat, vel ad alia remedia recurrat. Rutam in primis semper in promptu habeat. Huius enim ramulos x Palladius contra noxia animalia in Columbarijs pluribus locis suspendi præcipit. Auicenna quidam mustelas etiam hæc herba tradit fugari, id quod quis haud temerè miretur, cùm eandem impugnaturæ serpentes gustare dicantur. Didymus ad feles etiam abigendas rutam poni, suspendiq; iubet passim per Columbarium præcipuè circa fenestras, atq; omnes aditus. *Ruta enim*, inquit, *vim possidet feris aduersantem.* A mustelis, teste Palladio, Columbæ tutæ erunt, si inter eas frutex virgosus sine folijs asper, vel vetus spartea proijciatur. Sed si mustelam semel ceperit Columbarius, cinerem pullis Columbarum exhibeat. Hic enim, teste y Plinio in offa eis exhibitus à mustelis defendit. Non simile quid de vulpeculis in Gallinarum historia scripsimus. Rasis, & Albertus aiunt caput lupi in Colũbario suspensum cati, vel furonis, vel alterius animalis accessum ad Columbas prohibere. At fortè & Columbæ tam trucelenti animalis capitis aspectum non ferent, Democritus, & Florentinus serpentes abigi volunt suffimento ex pucedano parato, fenestræq; si herbam habeant. Quod deniq; ad aues rapaces attinet, quæ sæpissimè z Columbas persequi solent, Columellæ, vt diximus, præceptum est, vt Columbarium habeat appositam satis amplam caueam retibus emunitam, quæ rapacium genus excludant. Sed cùm earum aliæ diurnæ sint, aliæ nocturnæ, contrahas custos fenestram noctù teneat diligenter clausam, vel si eà apertà intrauerit rapax auis, ac ipse strepitum Columbarum audierit, audacter cum limine intret, auemq; captam occidat, nec curet de exitu Columbarum. Aues verò diurnas visco, vel paruo reticulo capiat, & occidat, fenestram claudat ita, vt Columbæ ingredi valeant, & exire, non autem auis rapax, quæ non nisi alis apertis intrat. Has diurnas rapaces ita visco capi solitas a Varro disertissimis his verbis ostendens, *Coruos*, inquit, *aut Accipitres, qui Columbas interficiunt, Columbarij interficere solent duabus virgis, viscatis defixis in terram, inter se curuatis, cùm inter eas posuerint obligatum animal, quod intercipere solent Accipitres, qui ita decipiuntur, cùm se obliuerint visco.* Sed istæc de Columbarum custodis cura dicta sunto; nunc ad auium naturam reuertamur, ab incubatione exorsi, omnibusq; quæ ad generationem spectant.

Columbarij à noxijs animalibus immunis descriptio.

u 3. de re rust. c. 7.

Rutæ vsus.

x l. 1. c. 24.

Mustelæ quomodo sese contra serpentes muniant.

Aduersus mustelas remedia.

y l. 21. cap. 15.

Caput lupicatos fugat.

Suffimentũ ex peucedana.

z li. 8. c. 8.

Vt tutæ sint Columbæ contra rapaces.

Rapaces aues si intrauerint.

Columbarium quid faciẽdum.

a 3. de re rust. c. 7.

Coeundi modus.

Columbæ sese mutuò exosculantur.

Coruus cur fellator dictus.

a In Apo.

b lib. 1. de var. hist. c. 15.

c l. 9. c. 16.

COITVS. PARTVS.

Incubatus.

QVOD ad coitus modum attinet, is in hoc cum humano conuenit, quod plerunq; antequam mas fæminam ineat, sese mutuò exosculentur. Sunt qui ad ipsis solis ascribant, sed falsò, cum & Coruum id facere constet, qui etiam fellator quibusdam inde dictus, quoniam ita ex osculis concipere illum putabant, & non alio coitu vti: cuius a Martialis meminit, inquiens:

Corue salutator, quare fellator haberis?
In caput intrauit mentula nulla tuum.

Oscitanter etiam ab b Aeliano & c Athenæo scriptũ, quamuis ille, si dijs placet, Aristotelem citet, *masculum non prius in fæminam ascendere, quàm osculum ei dederit: nec fæminas recipere*

marium

d l. hiſ. c. 2. *marium commertium, ſi vacuum ſit oſculo. d* Ariſtoteles enim *peculiare eſſe* prodidit *Columbis, vt in coitu, niſi antea ſeſe mutuo exoſculentur, marē non aſcendere, ſed intereſſe* etiam diixit, *iunioris ſit, an ſenior, ſiquidem, ſi ſenior,* inquit, *eſt* primum coitum *ab oſculo exorditur, ſequentem ſine oſculo celebrat. Sed iunior, quoties libet coire, toties oſculatur.* Sed & hoc quod pace Philoſophi ſit dictum, non vſq; adeò perpetuò verum eſt. Talem enim in Columbis ſalacitatem agnoſcit experientia, vt fæmina marem ſæpè ſine oſculo admittat; quod ſi quis videre velit, marem fæmellæ eripiat, ac per triduum, aut quatriduum ei reſtituat, & videbit illā recognito ocyus mari ſe ſubmittere oſculorum planè immemorem, licet interim credendum ſit ex his voluptatem percipere. Quod mirum eſt Ariſtotelem, vel Plinium, vel alium quemuis eorum, qui de animalium natura ſcripsêre, non annotaſſe, cum alioqui veterum pleriq; id apertè tradant, cum in illos, qui ſatis inter ſe iuuenantur, ac laſciuiunt, atq; itidem in oſcula, & amplexus proruunt, Columbari verbum prouerbialiter ſoleat iactari, atq; Columbatim ſe inire, atq; amplecti, quod Belgis; vt audio duuebecken appellatur, hoc eſt Columbarum more voluptati indulgere. Hoc verbo vſus eſt *e* Gallus in lambico carmine, & Seneca in verſibus Mæcenatis; *Quod ſi quis fæmina circo criſpata labris Columbatur?* Columbatim verò aduerbium à Muſæo factum eſt;

Oſculationis Columbarum diuerſitas.

Fæminam ſine oſculo marem admittere cōtra Ariſtotelem.

Voluptas in oſculis.

Columbari de quibus dicatur.

Duuebecken.

Sinuq; amicam recipio frigidam calido,
Columbatimq; labra conferens labris.

Quibus verſibus vtitur *f* Martius, Mæcenatis etiam pruriginis plena verba hæc ſunt:

e Epi. 115.

In mimi.

Quid ſalubrius amne, ſyluiſq; ripa, comantibus?
Viden, vt alueum lyntriculus aret verſoſq; vado
Remittat hortos?
Quid ſi quis fæmina cirros criſpat, & labris
Columbatim?

Et in eiuſmodi oſculis Columbas voluptatem agnoſcere poetę ferè omnes tradidere, qui de amore agunt, ac in primis Catulus carmine ad Nalium conſcripto:

Nec tantum niueo gauiſa eſt vlla Columbo
Compar, ſeu quicquam dicitur improbius.
Oſcula mordenis ſemper decerpere roſtro,
Quantum præcipuè multiuola eſt mulier.

g Amor. Eleg. 6.

g Ouidius paulò dilucidiùs:

Oſcula dat cupido blanda Columba viro.

Idem Martialis innuit, dum baſia Phyllidis meretricis Columbarum nuptijs comparat, inquiens:

Amplexa collum baſioq; tam longo
Blandita, quàm ſunt nuptia Columbarum.

h lib. 11.

Idem *h* alibi, vbi cum vxore diuortium faciens iuſtiſſimi diſſidij cauſas recenſet, inter alias, hoc quoque affert:

Baſia me capiunt blandas imitata Columbas,
Tu mihi das auia qualia manè ſoles.

Vtitur hac ſimilitudine etiam Pontanus aliquoties, vt

Meoque collo
Pendens in numerum, & modum Columba.

Et aliàs.

Oſcula mox iunges cupidas imitata Columbas.

i In Ruſt.

Item *i* Politianus.

Et amicam blanda rogantes
Oſcula circumeunt, inſertantq; oribus ora.

k Cant. 25. ſt. 68.

Et Ricciardetus apud *k* Ludouicum Arioſtum delicias, & voluptates enumerans, quas ex Concubitu Floriſpinæ perceperat, oſcula ſua Columbinis comparat, cum ait:

Non rumor di tamburi, ò ſuon di trombe
Furon principio a l'amoroſo aſſalto,
Ma baci, ch'imitauan le Colombe
Dauan ſegno, hor di gir, hor di far'alto.

Horum oſculorum etiam Torquatus Taſſus meminit, vbi Pſitacum introducit de amore loquentem, ait autem.

Radop-

Raddoppian le Colombe i baci loro
Ogn'animal d'amor si riconsiglia.

Cùm verò humana oscula sonitum, Columbarum murmur quoddam tantùm æduntː quod eleganter l Ouidius his versibus innuit: l 2. de arte.

Quæ modò pugnarant, iungunt suaviſtra Columbæ,
Quarum blanditias, verbaq; murmur habent.

Et hunc imitatus m Strozius pater: m Æoloſ. l. 4.

Turba Columbarum modò provolat, & modò miſcet
Certatim ranco mutua roſtra ſono.

Super hac re elegantissimum n Gallieni nubentium manus tenentis carmen extat tale. n In epith.

Ite, ait, ò pueri pariter ſudate medullas,
Omnibus inter vos, non murmura veſtra Columbæ,
Brachio non hedera, non vincant oſcula concha.

Idem quoque venustè ait o Pontanus; o 3. Amor.

Sic hedera ſerpunt, ſic iunguni roſtra Columbæ
Murmuris & taciti ludit in ore ſonus.

Et Sannazarius de plenis prurigine, & tentigine amantum osculis.

Sed totum cupio tenere linguam,
Inſertam humidulis meis labellis,
Hanc & ſugere, morſiunculaſque
Molles adijcere, & Columbulorum
In morem teneros inire luſus,
Ac blandum ſimul excitare murmur.

Verùm cùm in Venere ruunt, antequam ad oscula proueniant, mares fœminis primum adulantur, quamuis p Plinius, vbi marem de fœminæ adulterio quandoq; suspicari scribit, hoc postponat: *mox*, inquit, *in ſatisfactione exoſculatio, & circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio.* Præterea nisi & sic marem fœmella non admittit, tum ille magis ad libidinem accensus caudam flectit, & per terram non sine strepitu protrahit, ac tandem illam primùm ad oscula, ab his ad coitum compellit. quæ fortassis ideo coitum tardat, vt ita mas inflammatior alacriùs eam ineat. Sæpè enim mutuò sese exosculari visæ sunt, eùm tamen mas non ascendat. Libido alias, & salacitas vtique, ni fallor, par est: quinimo Aristoteles tradit, & Aelianus id ex eo repetit, fœminas, si mares desunt, in mutuos amplexus ruere, & super gressu mutuo agere, idq; cum osculis, vt mares solent, & quamuis altera nihil emittat in alterâ, tamen plura sic oua, quam ex maris coitu parere. Sunt qui dicunt rem experti, ita singulis ferè diebus ouum parere, idq; ad octiduum, & amplius quandoq; continuare. Verùm nullus, teste Philosopho, ex his pullus nascitur, sed sunt omnia irrita. De hypenemijs ouis abundè scripsimus in tractatu de Gallinis, ad quæ lectorem remittimus, vt pote cum his cõmunia, Ouum Columbæ coeuntis cum mare citiùs perficitur, quàm Gallinæ. Huius enim ouum decem à coitu diebus perfici supra ex q Aristotele diximus, cùm Columbæ eodem testante, paucioribus consistat, sed quota die perficiatur, non addit. Albertus Philosophi scholiastes id septem in vtero diebus fieri dicit, à Plinio, vt videri cuipiam posset, discrepans, ac dissentiens, qui quinta à coitu die Columbas parere prodidit. Sed r Athenæus, & Eustathius fœminam, cùm peperit, postridie marem repetere, & concipere aiunt. Si ergo quinta à coitu die, vt Plinius supponit, oua pariant, in medio ferè incubationis tempore eas quoque parere dicendum erit; quod cùm nunquam obseruetur, itaque aut falsum id esse, aut saltem oscitanter à Plinio proditum pronunciandum, nisi potius à veritate alienum esse dicamus, concipere fœminas ex eo coitu, quem postridie à partu repetunt. Hæc cùm aliquando mihi scrupulum facerent, & mox rei veritatem indagarem, ad experientiam confugiendum ratus incidi in virum fide dignum, ac eruditum, qui se ex antiquo Columbario percepisse affirmabat, Columbas non solùm postridiè à partu, vt Athenæus, & Eustathius inquiunt, marem repetere, sed prima quoq;, atque adeo ipsamet die, qua prius ouum ęddiderunt, idq; Columbarium ideo eas facere existimare, vt ad partum alterius oui (nam vt s Philosophus etiam testatur, cùm peperint primum ouum, interposito die, secundum pariunt) alacriores accederent, quod vt crederet, rationem hanc adduxisse, quia tum illæ mares ad coitum inuitent, cùm alias mares illas prouocare soleant. Atque ita Plinius defendi posset, nisi rursus ceu sui oblitus, & propriæ opinionis impugnator alias decima die ouum Columbinum

p l. 10. cap. 34.

Fœmella cur coitum tardet.

Ouum columba quanto tempore perficiatur.

q 6. hiſt. c. 2.

r l. 9. c. 16.

Plinius defenſus.

Fœmina non concipit à partu.

Fœmina cur à partu coeat.

s 6. hi. c. 4.

Pliny inconſtantia & lapſus.

binum in vtero perfici scriberet, in eo etiam z Philosopho dissentiens, quem paucioribus diebus ouum Columbinũ consistere scripsisse diximus, & decem dies Gallinæ quo tribuere: at verba u Plinij ascribere placet: *A coitu*, inquit, *decem diebus oua maturescunt in vtero: vexata autem Gallinæ, & Columbæ penna euulsa, aliaue simili iniuria, diutius*, id est, tardius, sed hæc longè aliter ex ipso Aristotele transtulit. Apud hunc enim istæc hoc modo leguntur. *Facultas Columbis retinendi oui, etiam tempore parturiendi est. Nam si ab aliquo vexetur, aut penna in nido euulsa vel quauis alia simili re infestetur, aut etiam sponte morosius habeat, ouum per tristitiam retinet, partumq; differt.* Parita utem fœmina oua candida, vt idem x Aristoteles tradit, & Plinius repetit, *eaq; ferè bina*, vt y Plinij verbis vtar, *ita natura moderante, vt alijs crebrior sit fœtus, alijs numerosior.* Hæc paulò obscuriùs ab Aristotele scripta videri possint, vbi ait. *Columbarum genus, vt Palumbes, & Turtur pariunt magna ex parte bina oua, sed complurimum terna Palumbes, & Turtur.* Nam si magna ex parte Columbaceũ genus bina parere dicat, & Palumbẽ, & Turturẽ ei annumeret, dicendũ apparet, & has magna ex parte duo ędere: cùm contra ille pòst subiungat *complurimum ędere terna.* Ego, ni fallor, semper enim me sanioribus iudicijs subijcio, ita accipiendã illam sententiã putẽ, vt dixisse voluerit, totum Columbaceũ genus bina parere, Turturẽ verò, & Palumbe terna, licet quandoq; reliquarũ more duo pariuriant. Parere tamen & totũ genus terna oua visum est, licet raro, vt author est Albertus, qui quoq; tertium semper corrumpi addit. Sed Aristoteles hæc de Palumbis, & Turturibus scripsit. Cur verò ram pauca oua pariant Columbæ, aues alioqui, vt superius scripsimus, adeo libidinosæ, vt salacitatis ergò Veneri sactæ putatæ sint, causam nobis talem z Aristoteles assignat, qualem alibi in aduncis auibus ex eodem attulimus. *Columba*, inquit, *pauca parit, vt pote volax, sicut & aues vncæ; materia enim volatu consumitur, & in alas pennasque conuertitur.* Mirum verò videtur, at ab a Aristotele traditũ, & à b Plinio, ac c Aeliano repetitũ Colũbas, cũ duo, vti dictũ est, ædant oua, ex priori marẽ, Fœminã verò ex posteriori ædi. Vt fœtamen sunt aliquando binas fœmellas, vti rursus binos mares vnico partu excluisse. Quod verò prior mas exeat Paulus à Castro, multiq; Philosophi virtuti caloris tribuendũ esse existimat, quamquã in hominibus contrarium voluerit Bartolus. Nec huic sententiæ desunt scriptores Theologi, inter quos d Alexander Ales tradit cõgruisse mulierẽ fieri corpore infirmiorẽ, virũ autẽ fortiorẽ, idque quatuor potissimũ rationibus: primò ex parte actionis, & passionis, deinde ex regimine, & subiectione, præterea ex parte nutriendæ prolis: postremò ex parte spiritalis significationis, quæ omnia mẽbratim, & articulatim prosequitur, & lõgè, lateq; declarat, quẽ lector plura desiderans adire poterit. Cæterũ quanuis duo plerumq; pariãt, vt diximus: non ideo tamẽ statuẽdũ est infœcunda esse animalia: quin cõtra fœcũdissima, quippe quæ singulis *quadragenis*, vt e Varro ait, & Florẽtinus cõfirmat, *tricenis*, vt f Aristoteles, diebus cõcipiant, pariãt, incubẽt, ac pullos educãt: sed & hæc, etsi in nullis alijs auibus fœcũdis obseruẽtur, pauca viderẽtur, nisi tantã fœcunditatẽ toto ferè anno cõtinuarent. Quod quanuis g Aristotelis aduersari appareat, qui alibi tradat, *vota alitate fœtificare Columbas*, ipse tamẽ alias decies anno, & omni fermè tẽpore parere dixit, & alibi h rursus nonnullas vndecies, Aegyptias verò, quod i Plinius ex eo reperit etiam duodecies, à loco, ac cibo, vt apparet, fœcunditatis laudem in ipsis dimetiens. Vnde k alibi etiã sic habet: *Pariunt Columbæ omnibus annis temporibus, pullosq; educant si locũ apricũ habeant, & cibum: sin minus, ætate tantummodo fœtant.* M. Varro ad cibum tantùm respiciens à bruma ad æquinoctiũ vernũ, quo scilicet tẽpore nõ sæuiũt solùm frigora, sed agri ferè vel niue, vel pluuijs infestãtur, interuallũ facere, & nõ alij anni tẽporibus dixit: quod Florẽtinus quoq; ex eo repetijt. Cùm itaq; tẽporis, loci q; conditio postulat, & victus suppetit, quibuscũq; etiã mensibus fœtare possunt, atq; ita l Aelianus intelligẽdus, qui alibi *omnibus anni partibus parere Columbas* dixit, & rursus alibi ex Aristotele, quẽ alioqui, vt videtur, minimè est assecutus. *Pariunt*, inquit, *omnibus anni tẽporibus, vnde per annũ decies fœtum adunt.* Quid obstat autẽ, si duodecies pariãt, cur nõ toties etiã pullos adãt, cùm author n Aristotele citra dies triginta, prole expedita superiori pariant, vt o Plinius testatur diebus octodecim, vel saltẽ viginti totus absoluatur incubatus? Sed apud illũ, vt apparet manifestò, parere, & fœtũ ædere non differũt, quando subinde pro miraculo subiungit de Columbis Aegyptijs, *quas*, inquit, *in ea regione ferunt duodecies parere.* At hoc forte dicere voluit Aelianus, alias scriptor disertissimus communiter Columbas duodecies quidem anno parere, sed decies solummodo fœtum ædere, Aegyptias verò Columbas vtrumque facere, toto anni cursu nempe propter regionis caliditatem. Sed & hoc rursus p Aristoteli refragatur, qui, vt diximus, cùm loci commoditas est, & cibus abundè suppetit, nostrates toto anno fœtificare etiam dixit. Qui verò defendere omnino

Aelianum

n l.10.cap. 53.

Colũbæ vexatæ ouum retinent.

x 6.hi.c.2.

y l.10.cap. 52.

Oua candida colũbæ, & quot pariant.

Aristoteles explicatus.

Cur pauca oua pariãt.

z l.3.de gẽ. ant.c.1.

a 6.hi.c.4.

b l.10.cap. 48.

c 1.hi.Var. cap.1.

Cur ex vno ouo mas ex altero fœmina generetur.

d In 2.bar. hist. quæst. 88.memb. 4.

Columbas fœcundas esse.

e 3.de re rust.cap.7.

f 6.hi.c.4.

Quoties pariant.

g 5.hi.c.13

h 6.hi.c.4.

i l.10.c.13

k 5.h.c.53

l 3.de re rust.c.7.

m l.1.Var. cap.15.

n 2.hi.c.1.

o l.10.cap. 58.

Aelianus explicatus.

p 5.h.c.13

Aelianum velit, dicat Aristotelem de domesticis loqui, illum de agrestibus, quæ etsi abundantiùs etiam cibum offeras, nunquam, vel ratò brumali tempore pullos ædere solent: De domesticis verò id constat abundè; Longè maior Varini lapsus est Columbam, *δίγονον* idest, bis parientem vocantis. *Homo*, inquit doctissimus Scaliger patet, *semper generat. Etiam de lepore idem produnt. De Columbis domesticis non est dubium. Singulis mensibus nouos creant, atq; educant fœtus.* Sed quæ hactenus diximus, etsi alioqui incredibilem propemodum. si ad alias volucres conferas, fœcunditatem demonstrent, duodecim ad summum pullorũ paria ex eis haberi significant. Si autem *r* Plinio credimus, vt certè experientia edocti credere hac
10 in re debemus, quatuordecim, vel saltem tredecim paria subministrare eas videbimus. Si quidem interdum est æstate binis mensibus terna ædunt paria. Nam sæpè, vt idem tradit, inter pullos oua inueniuntur, & alij prouolant; alij erumpunt. Hos rursus *s* M. Varro *simul ac creuerunt, & robur habent, cum matribus parere* dixit. Quinimò Florentinus non est veritus dicere, *id facere illos, cùm primum absoluti sunt.* Sed quamuis *t* Aristoteles longè aliter sensisse videatur, intra annum coire eos scribens, semestresq; agnoscere incipere Venerem. Nihilominus contra Plinius quinquemestres fœtificare scribit: eiq; Albertus non solũ subscribit, verè tempestiuè natos ante hyemem eiusdem anni pullos habituros assegens, sed experientia quoq; idem approbat. Vt vt est, inter omnes volucres Colũbarum collegium fœcundissimum esse concludendum est. Neque mirum amplius mihi videtur, quod M. Varronis
20 temporibus quinque millia Columbarum quandoque in vno peristerotrophio colerentur, cùm vel decem paria paucis annis in talem numerum excrescere queant. Quapropter *u* Columella rectè dixit Columbarum fœcunditatem, quamuis longè minor sit, quam Gallinarum, quæ scilicet quotidie pariunt, maiorem tamen quæstum referre. Tantæ fœcunditatis causam Aristoteles hanc rationem assignat, quod magno ventris, corporisq; calore, & facultate concoquendi maxima præditæ sint, & quod cibum facilè sibi acquirant. Quod postremò pertinet ad incubationem: hæc cùm fœminæ, tùm maris opera perficitur. *x* Athenæus ita omne Columbarum genus facere ait, testemq; citat Aristotelem. Operam verò hanc ita partiuntur, vt illa noctu, hic interdiù incubet. *y* Plinius verò eiusmodi incubatum Palumbi alibi priuatim attribuens, *Palumbas*, inquit, *incumbas post meridianam mutuinum*,
30 *cætera oras*. De tempore perfectionis pullorum in ouis Plinius, Aristoteles, ac Albertus dissentire videntur: sed Plinius, & Aristoteles facilè conciliantur, non item Albertus: *Concoquunt*, inquit *z* Aristoteles, *atque aperiunt Colũmba cura diem vicesimum ouum, quod prius adiderint* (masculum .s. quod ferè die vno prius quam fœmineum ædunt) *perforant* (vt Gaza vertit, sed textus Græcus *τιτρώσκει* habet in singulari. Ornithologus, de fœmina intelligendum id priuatim putat, ego verò & marem idem facere existimo) *ouum pridie eius diei quo pullum excludunt. Græca legitur τιτρώσκει δὲ τὸ ὠὸν τῇ πρώρᾳ* (scilicet *ἡμέρᾳ*) *πρὸ τοῦ*. Vbi Alberti translatio sic habet: *In fissura oui primò Columba paruula in eo existens penetrat testam anteriore parte rostri sui, ita vt testa eleuetur ad magnitudinem grani tritici, & postea diuidit eam in duas partes, & exit pullos.* Plinius primum a Aristoteli subscribẽs, & ipse vicesimo die Colũbas excludere dixit, mox verò subiungit; *Aestate interdum binis mensibus terna ædunt paria, neq; octauo decimo die excludunt.* Quibus verbis ab Aristotele recedere apparet, qui solum vigesimum diem in genere nominat. Vnde verisimile est hunc interim non negare id octodecim diebus absolui posse, vt Plinius vult, æstate nimirum celeriorem exclusionem fieri indicant. Albertus verò dum harum ouium oua propter caliditatem quindecim diebus foueri, & excludi, alijs verò diebus quindecim compleri ad volandum, scribit, quod *b* Aristoteles alibi priuatim Palumbis, & Turturibus adscribit, id ad Columbas generatim extendit. Idem Albertus alibi etiam, *Ouum*, inquit, *Columbarum vero completur septem diebus, deinde foueatur per quatuordecim, postea fissũ ouo exit pullus.* Sed Aristoteles, vt dixit de Palumbis, & Turturibus hoc scribit, nempè *oua harum auium diebus quatuordecim* non quindecim *in vtero*
50 *gestari, totidẽ incubari, totidem deniq; exclusa perfici ad volatũ.* Mirũ sanè est Albertum id scripsisse, qui aliàs ad experientiã confugere solet, quæ vigesimo plerunq; die incubatũ Columbarum absolui docet. Cæterum quãuis ambo, vt diximus, vicissim incubent, *prolem tamen nisi ad certum tempus* teste *c* Aristotele *fouent eodem modo. Fœmina.n.* inquit, *in opere sobolis acerbior mare est*, & vt cæteris quoq; à partu animalibus euenit. *d* Idẽ author est, cæcos parere pullos & imperfectos, & causam cæcitatis, & imperfectionis assignat, quod quia pauciparæ sunt, copiam alimenti parere vna cũ prole, soleant. *e* Oppianus Colũbas ab ortu versicolores, seu deprietas fore tradit, si cũ Veneris desiderio mouentur, & oscula iã maritis miscent, Columbarius vestes varietate colorum decoratas, præsertim verò purpureas conspiciendas exhibeat.

Varrini error.

q In l. 1. Theopo. de caus. plant. r l. 10. cap. 58.

Columbæ etiam trecedecim, aut quatuordecim pullorũ paria annuatim edunt.

s 3. de rust. c. 7.

Pulli quãdo incipiũt oua cedere.

t 6. hi. c. 4.

Columbas fœcundissimas esse omnium auium. u li. 8. c. 8.

Incubatio. x l. 9. c. 16.

Pulli quando perfecti in ouis. y lib. 10. c. 48.

z 6. hi. c. 4. a l. 10. cap. 58.

b 6. hi. c. 4.

Quandiu incubent. c 6. h. 6. c. 4. d 4. de ge. c. 6.

Pulli Colũbarum cur cæci, & imperfecti. e lib. 1. de ven.

Pulli ut versicolores nas. antur.

Hæc eadem peragit, nouitq; calidus auceps,
Cui volucres curæ sunt, & letalis arundo.
Atq; Columbarum pullis, hæc arte figurant,
Stragula flammeolis oculis, rubroſque tapetes,
Et vestes ostio perfusas obijcit auceps.
Sicque oculos pascens, animos eludit amantes,
Et pullos adit rubeo discrimine mille.

PVGNA.

f 9. hist. c. 7. Pugna Columbarum vnde.

QVAMVIS Columbæ suaptè natura nullum animal infestent, sed contrà quia timidissimæ, semper vel minimum quippiam perhorrescunt, has tamen *f* Aristoteles pugnacia animalia nuncupat. Verùm pugna non cum alijs animalibus est, sed inter se maximè propter fœmellas: quamuis & fœmellæ sæpè inter se dimicare visæ sint ob marium pariter commercium. *Alter*, inquit Aristoteles, *alterum insectat, nidumq; alter alterius subit, sed rarò. Nam etsi ex longinquo minus, tamen apud ipsum nidum summo certamine dimicatur.* Albertus pugnare quoq; scribit, quando nidos habent inuicem nimis vicinos, additq; id pro vxoribus facere. Alibi quoq; marem, & fœminam, postquam semel coiuerunt, non facilè coniuges suas deserere prodidit: sed antequam coiuerunt, mares, qui carent coniugibus, suas alijs subtrahere conari, indeq; acerrimam dimicationem oriri. Mirum, quod ab Auicenna, eodem referente, scriptum est, nimirum se vidisse duos Columbos pro fœmina pugnantes accessisse autem fœminam ad victorem: deinde pugna repetita cùm vinceret, qui antea victus erat, ad eundem relicto altero rediisse. Hic sanè, inquit idem Albertus, Columborum mos est, vt si mas sine vxore fœminam marito carentem viderit, mox cum ea coeat: hæc statim à coitu illum sequatur, & obediat. Inter filios præterea, & patrem quandoque pugna nascitur *propter matris concubitum*. Mas enim pullus, vbi robustior euaserit, vt *g* Orus, & Ælianus testantur, ex consortio matrem expellit, eique coniugio iungitur, dignus, si id verum est, culeo Romanorum, aut æneo Phalaridis tauro. Ægyptij sanè sapientes ob hanc impietatem Columbam pingebant, quando hominem ingratum, ac infestum ijs, à quibus beneficio affectus est, significare vellent.

Mares alijs fœmellas eripere.

Fœmina ad victorem accedit.

g In Hier. Paulæ patribus sæpe matres eripiunt.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

Sympathia cũ homine. h 1. h. c. 7. & 3. hi. ani. cap. 45.

COLVMBIS in primis cum humano genere occulta quædam videtur amicitia intercedere, quanuis *h* Aristoteles illas *cum hominibus aegere* simpliciter scripserit. *i* Aelianus nõ vi bibus duntaxat frequentes cum hominibus habitare dixit, sed sese quoq; ad pedes horũ huc, & illuc magna mansuetudine, & facilitate versare, & in multitudine hominum confidentiores fieri, & nihil se ibi graue passuras nosse. At quod aufugere illas, & propinquitatem hominem non expectare subiũgit, vbi ab horum frequentia solitudo existit, id vel non verum est, vel ita intelligendum, quod horum insidias metuant, vt ipsemet post loquitur: *vbi aucupes, venatoriaq; instrumenta versari vident, non amplius sine summa ibi formidine habitant.* Nam alias consortio hominum gaudent, tantum abest; quod eos metuant. *k* Aloysius Cadamustus in historia suorum nauigationũ scribit, se in Oceani quadam insula innominata, & incognita priùs dierum aliquot vltra Canarias nauigatione, incolas nullos, sed Columbas duntaxat, & varia aliarum genera auium inuenisse. *Columbæ*, inquit, *capiebantur pro libito manu hominis. Non enim pauebant, ad vrbis conspectum, vtpotè ad rem sibi hactenus inuisam.* Nisi itaque malè cederet ipsis hic erga homines amor, quibus ceu esca gratissima in cibum cedunt, indubitanter & apud nos sese manibus capi sinerent, sed vt piscatores icti sapiunt, seq; medijs insidijs, si possunt, eripiunt. Occultam verò hanc cum hominibus amicitiam hoc in primis attestatur, si modò verum est, quod ab alio quodam de sanguine humano sese audiuisse Ornithologus narrat. Nonnulli, inquit, humanum sanguinem cum pisis integris in vase figulino per quartam horæ partem circumagunt, deinde sanguine Columbas illinunt, & ipsa edenda obijciunt, vt hoc remedio adhibito tum ipsæ in Columbario maneant, tum alias etiam alliciant. Præterea Albertus eandem ferè vim

Columbæ manibus capi sese patiuntur.

Cur nos fugiant Columbæ.

Secretum quo aligni Columbas seruant, & alliciunt.

Sanguinis humani vis cũ cranio.

cranio

cranio humano tribuit: *Si*, inquit, *cranium hominis senis in Columbario suspendatur, multiplicabuntur ibi Columbæ, ac quietè viuent.* Verùm longè admirabilius est, quod Palladius scribit de loro, quo homo strangulatus est, non abire videlicet Columbas, neq; locum deserere, si per omnes fenestras aliquid de tali loro suspensum fuerit. Idem facturum lac mulieris puellam à bimatu lactantis Albertus pollicetur, si in vitreo vase ibidem suspendatur. Ornithologus hoc idē remedium ex libro Germanico manuscripto accepisse sese tradit, & sic, inquit, augebuntur, & aliæ allicientur, eruntq; mansuetiores. Idem Ornithologus de capite capræ sic scribit: Columbæ amabunt locum, & alias etiam adducent, vt quidam mihi asseruit, si caput capræ excoriatum in aqua coquatur cum copioso (libræ pondere fortassis) cuminо Romano, & multo sale (quatuor vnciarum fortasse) quod deinde in Columbario ponatur. Vulgò notū est, Columbas, Gallinas, Anseres, Anates, & Pauones quādā inter se mutua beneuolentia conuenire. *m* Plinius alibi *Columbas, & Pauones amicos* esse scribit, & Aelianus eis cū Turture amicitiam intercedere: quod sanè & si mirum esse non videatur, cùm Turtur ex Columbarum genere sit, vt suprà ex Aristotele ostendimus. Vir quidam tamen fide dignissimus mihi affirmauit, à Columbis immissum in Columbarium Turturem Indicum candidum fœminam penè interemptam, & nisi eam abstulisset haud dubio omninò occidendam. Ornithologus etiam Gallinas Columbis infestas esse ex aliorum relatu refert: & reuera cùm simul pascuntur, Gallinæ illis cibum eripiunt, & corpore, & viribus validiores. Cum Tinnunculo, quam auē ex *n* Aristotele in Accipitrum genere reposuimus, non solùm amicitiam colunt apertam, sed occultā etiam, & cum maxima vtilitate coniunctam. Eiusce modi enim auis naturali potentia Accipitres terret, licet viribus impar, atq; Columbas contra capitales illos earum inimicos defendit, dum viuit, mortua verò in Columbario in olla sepulta, & in quatuor angulis suspensa facit, vt loci amore capiantur, & nunquam deinceps sedem mutent, adeò amicā etiam post mortem amant. Meminit huius amicitiæ *o* Plinius, vbi Columbas colores suos nosse scribit, & in cælo ex volatu plaudere. *Qua*, inquit, *in ostentationem præbentur Accipitri implicatis strepitu pennis, qui non nisi ipsis alarum humeris elidatur, alioquin soluto volatu in multùm velociores. Speculatur oculius frondelatro, & gaudentem in ipsa gloria rapit. Ob id cum ijs habenda est auis, quæ Tinnunculus vocatur. Defendit enim illas, terretq; Accipitres naturali potentia, in tantum, vt visum, vocemq; eius fugiant. Hac de causa præcipuus Columbis amor eorum. Feruntq; si in quatuor angulis defodiatur in ollis nouis oblitis, non mutare sedem Columbas.* Idem ferè legere est apud *p* Columellam, vbi de Columbis loquitur, quare Columbaria sua deserant. *Id*, inquit, *ne fias vetus Democriti præceptum. Genus Accipitris Tinnunculum vocant rustici, qui fere in ædificijs nidum facit. Eius pulli singuli fictilibus ollis conduntur, lateribusq; operculæ supponuntur, & gypso lita vasa in angulis Columbarij suspenduntur, quæ res auibus amorē loci sic conciliat, vt nunquam deserant.* Cum Vespertilionibus quoq; tacitam quādam intercedere necessitudinem vel inde patet, quòd Colūbaria sua, si modò Dydimo credimus, nunquam mutent, si caput Vespertilionis è tabulato Columbarij suspenderimus. Sed fortè Vespertiliones Columbas eodē amore prosequuntur, cū & ipsi sub Colūbariorū tegulis habitent, atq; ita simul degere gaudeant. Illud quoq; sympathiæ videtur ascribendū, quod idem author de testula (ostraco nempè) cribrata scribit, nimirū si cū costo, ac veteri odoratoq; vino misceamus, ac Columbis ad pasturam exeuntibus porrigamus, ijs retinendis pharmacū amatorium fore. Huius enim meo iudicio ratio naturalis assignari nequit, vt neq; illius, quod idem quoq; Dydimus alibi tradit, mansuras nempè, si quis vitis agrestis ramū, quo florescit tempore decerptum in Columbario reposuerit. Peristerionem herbam Columbis admodū familiarem esse, indeq; nomen habere suprà ex *q* Plinio dixi, eamq; nonnullos in Columbario spargi, ac nidos suspendi suadere, vt Columbæ eius innata vi detineantur in amore loci. Eadem elelisphaco siue saluiæ facultas inesse putatur. Nam Dydimus scribit, si vnà cum thure in Colūbario cōburatur. Colūbas, quæ iam id deseruerint, cò reuocari. Herba itē carlina vulgò dicta, quæ quibusdā chamæleontis albi species est, Columbis obijcitur alijs quibusdā mixta, vt euolantes alia secū adducant. Tragus escam Columbarum, qua multas alias venentur, è radice carlinæ à quibusdam confici narrat hoc modo: recidi adiungunt lutū adustū è clibano, mel, vrinam, muriamq;, oua haleces condita fuerint, & massam inde formatā Columbarijs imponunt. Alij eiusdem herbæ radicem in aqua coquunt, lutumq; rufum è furno in vrina remollitum simul cum salis pugillo in eadem dissoluti, & modicum mellis adijciunt. Alij carlinam cum pisis albis melle excipiunt, & ad huius massæ odorem Columbas allici inquiunt. Sunt qui simul subigant carlinam, cannabes semina, coriandrum, & lutum fornacis veteris cum vrina. De Lygi, hoc est, viticis, semine

Cranij humani vis ad retinendas Columbas. Cum loro strangulati homines. *l.* 3. *c.* 44.
Cum lacte mulieris.
Cum capite capræ.
Cum domesticis auib. *m lib.* 11. *c.* 74.
Cum Pauonibus.
Cum Turture.
Cum Tinnunculo. *n* 9. *h. c.* 36.
Tinnunculus vt Colūbas amet. *o l.* 10. *cap.* 37.
p lib. 8. *c.* 8.
Cū vespertilionibus.
Cum oštraco.
Cum vite agresti.
Cum Peristerione herba. *q lib.* 25. *c.* 10.
Cū saluia.
Cum carlina herba.
Est a Columbas allicens.
Cum semine vitis.

Cum annulo aureo, & argenteo.
r l.10.c.17
Cum odoribus.
s l.1. c.24.
Cũ ladano.
Cum opobalsamo.
Rex Cypri Columbarũ alis vẽtilatur.
Antipathia cum animalibus.
t l.de par.c. 5.
Cum Accipitribus.
An cum omnibus Accipitr.
Palumbarius Accipiter.
§ lib. 4. de ani. c.14.
Columbarius Accipiter.
Circũ odisse Colũbas.
§ 9.h.c.36.
Palumbarius cur ita dictus.
Circos, & Haliæt cur magis horreant.
Ex clãgore agnoscunt Columbæ se nondum.
Aquilas visas.
u Iliad.9.
Diana colũbæ comparata.
x Aen. 11.
Pantasilæa Columbæ assimilata.
y Metam. 5.

mine tradit Didymus, si triduo in vetere vino maceretur, ac postea orbi eodem vino madefacti Columbis offerantur, & mox abigantur, vt primũ halitum senserint, extemplo omnes ad Columbarum aduolaturas, idemq; externas etiam facturas. Serapio inquit ab antiquis memoriæ proditum esse, Columbas citò, & libenter ad Columbarium sese recipere, si earum alæ aureo annulo argenteoue inurantur. *r* Plinius sanè huius sympathiæ meminit, quæ illis cum auro intercedit, cùm inquit. *Quod auro infectis alarum articulis quæsiere aliqui, non aliter innoxijs vulneribus, multiuaga alioquin auc.* Cum odoribus etiam permulcentur, tanquam re grata. *s* Palladius alienas ad Columbarium secum conducturas promittit, si alas tuarum fetosi hirci alarum balsami liquore (sic loquitur, ladanum autem videtur intelligere) tetigeris. Et Didymus ianuas, atq; fenestras, nec non angulos Columbarij oleo opibalsami inungi iubet, atq; sic non abituras pollicetur. Hanc sympathiam Columbarum cum delicatis odoribus agnoscebat quidam Rex Cypri, qui in Papho, referente Athenæo, inter cænãdum Columbarum circumuolitantium alis, nec alio flabro ventilabatur. Vngebatur enim vnguento quodam Syriaco, cui fructus quidam cuius cibo Columbæ delectabantur copiosè erat admixtus, cuius odore allectæ tanquam in caput regis erant incessuræ, sed cùm proximè erant, à pueris repellebantur: vnde parum auolantes mox reuolabant, regemq; ita mediocri, & commodo flatu, quem modò auolando, modò reuolando excitabant, refrigerabant. Verùm vt occultæ Columbarum cum his omnibus, quæ recensuimus, amicitiæ naturalis ratio assignari non potest, ita nec è contra inimicitiæ, quæ ipsis cum subsequentibus animalibus intercedit, nisi ideò hæc infestare eas dicimus, vt in cibum sibi cedant. Nam Accipitres, vt ab his exordiamur, Columbas magis, quàm alias aues, quia nimirum gratissima sibi esca sunt, persequuntur. Quin ipsæ *statim à suo ortu*, teste D. Ambrosio, *cognoscunt, omnibusque animantibus insitum est, vt etiam, quæ nondum nocere sibi experta sunt, quasi noxia reformident.* Sed num omnes Accipitres, an potiùs peculiares aliquas species tantùm Columbæ oderint, quis dubitare possit, cùm eorum vnus duntaxat Palumbarius, & Palumbicida, Græcis φαβοκτόνος, φαβοκτόνος, & φασσοφόνος dici meruerit: §. Gyllius Columbarum Accipitrem vocat, & Mercurio sacrum fuisse asserit. Præterea Aelianus alibi scripsit, *Colũbas clangorem Aquilarum, aut Vulturum facilè spernere, non autem Circi, & marinæ Aquilæ.* Circus autem Accipitris species est, non genus. Contrà verò poetæ cùm veteres, tùm recentiores, tum ipse §. Aristoteles, qui etiam à Columbis omne Accipitrum genus cognosci ait, scireq; eas, qui se vel in sublime volando, vel ad terram declinando eripere queant: eiusmodi odiũ Accipitribus simpliciter attribuunt: quapropter Palumbarium dici autumauerim, quòd is vel alias aues, præter Columbas non capiat, vel si capit, id inuitus faciat ad explendam famem, non autem propter odium: sed eo Columbas solas prosequi, nam & cæteri idem odiũ in quascunq; obuias exercent. Circi verò, atq; Haliæti vocem timere putauerim, quòd hæ volucres, dum clangunt, Columbas inuadant, vt paulò infrà ex Homero probabimus: reliquas verò Aquilas, & Accipitres ex insidijs, vocemq; cùm vicinæ sunt cohibere, ne se prodant, quamuis interim non me lateat Aquilas, Vultureſq; nisi admodum famelicans clangere. Columbæ tamen meo iudicio ideò clangorem eorum spernunt, quod à clangentibus, vtpotè etiamnũ remotis nondum visas esse sese cognoscunt. Sed vt ad Accipitres reuertamur, ab eorum cum Columbis antipathia, inter poetas in primis *u* Homerus sæpè similitudines hausit, maximè vbi à Iunone Dianam ad singulare certamen vocatam fuisse memorat, hanc more Columbæ fugisse inquiens, quæ ab Accipitre fugata se in cauam petram abscondit.

Ἀμάχυτο δ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ἣ ῥα δ' ὑπ' ἄρκτου χειλιοδαὴς πταθὲ θῆκεν: id est:
Lachrymabunda autem deinde Dea fugit velut Columba
Quæ quidem ab Accipitre in cauam volauit petram.

Idem innuit *x* Vergilius Camillæ victoriam aduersus Auni filium fugientem hac comparatione amplificans:

Quam facilè Accipiter saxo sacer ales aperto
Consecutus primis sublimem in nube Columbam,
Comprensamq; tenet, pedibusq; euiscerat vncis,
Tunc cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

Eodem modo Q. Calaber Pantasilæam ab Achille conficiendam Columbæ æquiparat, illum autem Accipitri, quòd in hunc Columba incidens euadere non possit. Hoc sensu *y* Ouidius loquentem introducit Arctusam virginem, enarrantemq; quomodo ab Alphæo fuerit compressa:

Sic ergo

Sic ergo currebam, sic me ferus ille premebat.
Vt fugere Accipitrem penna trepidante Columba,
Vt solet Accipiter trepidas vrgere Columbas.

Idem *z* poeta sæpissimè internecini harum auium inter se odij mentionem facit, nempe primum, vbi Dedalionem ab Apolline in Accipitrem conuersum fabulatur:

Quæ nunc Thisbæas agitat mutata Columbas.

Et rursus *a* alibi:

Terretur minimo pennæ stridore Columba.
Vnguibus Accipiter saucia facta tuis.

Item *b* alibi denuò, vbi de vitiata à Thereo Philomela agit elegantissimè à Columba, quæ Accipitrinos vngues euasi, similitudinem deprompsit hoc modo:

Illa tremit, velut agna tremens, quæ saucia cani
Ore excussa lupi nondum sibi tuta videtur.
Vtque Columba suo madefactis sanguine plumis.
Horret adhuc, auidosq; timet, quibus hæserat, vngues.

Alibi denique Arionem sonum edidisse scribit tam suauem, vt animantia inter se irreconciliabili odio dissidentia redderet sibi mutuò amica, adeo, vt Accipiter etiam à Columbarum raptu sibi temperaret.

Sedet, & Accipitris iuncta Columba fuit.

Pariter *c* Horatius Augusti contra Cleopatram, & Antoniũ victoriæ lætitiã describens, Cleopatram fugere facit trepidæ Columbæ more, & Augustum vt Accipitrem illam insequi.

Redegit in veros timores
Cæsar ab Italia volantem
Remis adurgens, Accipiter velut
Molles Columbas, aut leporem citus
Venator in campis, &c.

Hieronymus *d* Vida Saluatoris nostri discipulos adhuc propter Iudæorum timorem, quoniam nondum à virtute Spiritus Sancti erant confirmati, prædicare non audientes, sed sese huc illuc illatebrantes, Columbis comparat, quæ Accipitris vim, atque iniuriam fugientes subinde indomicilia sua recondunt.

Non tamen exuerant vanum inter tanta timorem
Gaudia, nondum animi firmati numinis aura
Aetherea, sed adhuc latebras, cauaq; antra petebant:
Sicut vbi Accipiter celsa de sede Columbam
Sustulit apprensam, quam rostro euiscerat vnco,
Diffugiunt aliæ huc illuc; mox turribus imis
Condunt se celeres, & inania murmura miscent.
Haud illis secus attoniti post funera regis
Inclusi tecto stabant, &c.

e Pontanus verò, vt auiditatem Colæ significaret, in efferenda ex profundo maris patera, Accipitris Columbam insequentis celeritate vsum fuisse fingit, quasi dicere velit, non tam auidè simul, ac velociter Accipiter Columbam insequitur, quam Colã paternam, ait autem.

Sesequ; sub vndas
Demisit, quantumq; acer per inane Columbam
Delapsus cælo Accipiter, sequiturq; feritque
Iamq; alis, iamq; vngue petent
Per fluctus, per saxa secans, imum vsque profundum
Sectatur pateram.

Eleganter etiam *f* Hercules Strozza Titi filius ceruum persequentem Strozzium Accipitri, timidum natura ceruum Columbæ assimilat, inquiens:

Deinde per obliquum campo insectatur aperto,
Qualis Hyperbore celerem de nube Columbam
Accipiter super instat agens, propriorq; fugaci
Fit magis, atq; magis; tamque huc, iamq; exigit illuc,
Alarum ad sonitum trepidantem, & sana pauentem
Consequitur fugientem, &c.

Ab eadem antipathia carmen Beroaldi tale est.

z Met. 1. Dedalion in Accipitrem.
a l. 1. tris.
b Met. 6. Philomela à Thereo vitiata Columba cõparata.
Arionis sonus.
Fast. 2.
c li. 1. cat. ode 37. Cleopatra fugit more Columbæ Accipitrẽ fugientis.
d l. 6. Chlistiad. Discipuli Domini Columbis comparati.
e lib. 4. de stel. de Cola pisce.
f li. de ven. Ceruus Columbæ assimilatus.

Quan-

Quantum cerua pauet fuluum, trepidatq; leonem;
Accipitrem quantum blanda Columba timet.

Quàm verò Columbæ esca afficiatur Accipiter, Ludouicus Arioſtus luculenter admodum ostendit:

Qual buon'Astor, che l'Anitra, ò l'Accheggia
Starna, ò Colombo, ò simil'altro augello
Venirsi incontro di lontano veggia
Leua la testa, e si fà lieto, e bello.

Cæterùm vt eiusmodi suum odium aduersum timidissimum hoc volucrum genus exerceant implacabiles Accipitres equidem viribus illos suis sæpè frustrarent Columbæ, vt pote quæ naturam eorum, modumq; venandi, teste *g* Aristotele, cuius suo loco super hoc verba citauimus, callent, gnaræ scilicet num aduentante aliquo, vel subuolandũ, vel humi sedendum sibi sit, nisi & ipsi ad astum deuenirent; vnde plerunque frondibus latentes Columbas intentas aliò improuidasque adoriuntur, ac quandoque speciem suarum pennarũ, pulchritudinemque admirantes, vt doctissimè *h* Plinius his verbis tradit: *Columbas nosse credas suos colores, varietatemque dispositam qui etiam ex velatu creduntur planaere in cælo, varieq; fulcare. Quam ostentatione vt vincta prabentur Accipitri implicatis strepitu pennis, qui non nisi ipsis alarum humeris elidit, alioqui soluto volatu in multum velociores. Speculatur occultus frondelatro, & gaudentem in ipsa gloria rapit.* Quamuis verò Palumbarius, seu Columbarius Accipiter vti dixi, à laniandis vel Palumbis, vel Columbis nomen meruerit, veterum tamen nemo, quod hucusque nouerim, ab eo priuatim similitudinem accepit, quod tamen de Circo fecit *i* Homerus, vbi Hectori imminentes sibi miserias præuidenti, ac secum expendenti Achillem superuentu suo pauorem incutere faciens, hunc Accipitri Circo, illum Columbæ assimilat his verbis:

Πηλείδης δ' ἐπόρουσε ποσὶ κραιπνοῖσι πεποιθώς.
Ἠΰτε Κίρκος ὄρεσφι ἰλαφρότατος πετεηνῶν
Ῥηϊδίως ὄρνισι μετ' ἀμφήκεα πέλεται.
Ἣ δὲ ϑύπαιπα φοβᾶται ὁ δ' ἐγγύθεν
ὠκὺ λελιηκὼς
Τρῶσαί τε φαῖσσῃ, ἦλεν τε ϑυμὸς ἀνώγει. id est,
Pelides vero irruit pedibus celeribus freus
Veluti Accipiter Circus in montibus leuissimus volucrum
Facilè ruit in timidam Columbam
Hæc autem obliquè fugit: ille verò propè acutè strepens
Crebrò irruit, capereq; ipsam animus iubet.

Ex quibus Homeri verbis non antipathia duntaxat Circi cum Columbis annotanda est, sed venandi etiam modus, qualem hanc auem exercere nupperrimè ostendimus, vbi rationem assignabimus, cur eius vocem magis, quàm aliorum Accipitrum Columbæ perhorrescerent, quæ ea erat, quòd Circus vociferans eas inuaderet, cæteri tacitè. Hoc enim acute strepens Homero significat. Circus autem, vt in illius historia abundè disseruimus, à vocis asperitate, quæ velut acutum strepitum edere videtur, nomen apud Græcos obtinuit. Porrò simili à Circo, & Columbis comparatione vsus est Apollonius.

Οἱ δ' ἄλλοι ἕζοντες ὑμίτρεσαν, ἠΰτε Κίρκους
Ὠκυπόδας ἀγέλιδι νυκτιρίσσασι πέλεται.
Alij verò edentes trepidabant, quemadmodum Circos
Celeripedes gregatim pertimescunt Columbæ.

Et alibi rursus. Ἠΰτε Κίρκοι
Φῦλα πελειάων ἀλεείνουσι.
vt Circi
Genera Columbarum conantur.

Cum Miluis etiam Columbis haud bene conuenit; nam & hi non minus, quàm Accipitres eas infestant. Verum num id ex occulto, insitoq; ipsi odio faciant, an potiùs quia imbelles, & ab Accipitrina indole degeneres, imbelles etiam, & timidissimas aues, quales sanè Colũbæ sunt, prosequuntur, curiosus quispiam inquirat. Cui si mihi respondendum foret, dicerem id ab innata quadam cum illis antipathia facere, cum vel à longè minore ipsis auium quocũq; genere, si tenerrimos Gallinæ pullos excipias, fugentur. Discordiam hanc perquam doctè Horatius, nostræ, aut apparet, opinionis patronus, & assertor his versibus detexit.

Mirus

g 9. hist. c. 36. *Accipitrũ astus in columbarum venatu.*

h l. 10. cap. 36.

i Iliad. 10. *Circo Accipitri Achilles, Hector Columba similis.*

Circus et Columbas capiat.

Circi Accipitris etymon.

Cum Miluis antipathia est columbis.

Miluus cur Columbas capiat.

k In epod. l. ode 16.

Mirus amor iuuet vt tigres subsidere cernis
Adulteretur & Columba Miluio: hoc est per adulterium à Miluo ineatur. Paræmia est ex impossibili desumpta, quà scilicet summam discordiam, & naturalem impotentiam docere intendit, quod aduersum animal, ac inimicissimum Columbæ sit Miluus, adeò vt impossibile sit eos vnquam reconciliari, tantum abest, vt mutuo amori indulgent, & Columba Miluo succumbat, priori odio deposito. Voluit item aliud nobis his versibus impossibile denotare poeta, quod cũ Columba nulli succumbere soleat, nisi cui semel sese iunxit, nunquam contingere possit, vt à Miluo, quam capitaliter alias odit, sese iniri patiatur. Ad eundem sensum Cassandra virgo cum Palladis exemplo perpetuam virginitatem vouisset, nunc vel ab hoc, nunc ab illo Græcorum duce ad coactas, & violentas nuptias raperetur, apud Lycophronem sic plorabunda loquitur.

Cassandra cur Colũba comparata.

Τῆμος βιαίος πρὸς τόργου λέχος
Ταμφαῖσιν ἅρπους οἰνὰς ἑλκυσθήσομαι,
Tum violenter Palumba ad Accipitris lectum
Faucibus Harpes Columba raptabor.

Quibus versibus duo potissimum innuit, Harpes nimirum, quæ, vt suo loco docuimus Milui species est, in Columbas sæuitiam, ac discordiam, tum etiam eiusdem ignauiam, vtpotè, quæ captam prædam è faucibus sibi eripi sinat ab Accipitre. Notandum interim Interpretem τόργου transferre Accipitris, cum potiùs τόργος Vulturem Lycophroni significet, vt Suidas, & Hesychius annotant. Sed interpres meo iudicio Accipitris voce ita vsus est, vt quancunque volucrem rapacem significet, quæ Harpen viribus superet. Accipiter enim ab accipiendo dictus est, hoc est à rapiendo, quod omnibus rapacibus cõuenit. Iosephus Scaliger, qui Iambico carmine Cassandram Lycophronis transtulit, Vulturem quidem vertit, sed cũ Harpes, non meminerit, sensũ authoris, vel non assecutus est, vel metri causa omisit, sic autem habet:

Harpes quæ auis.
Τόγος. quã auem Lycophroni significet.
Accipiter vnde dictus.

At vulturis Columba tunc raptim torum
Exanguis alas vngue picato trahat.

Deniq; & hoc etiam in Lycophrone notandum, quod οἰνὰς simpliciter pro quauis Columba accipiat, cùm alioqui Columbæ syluestris species sit, vt supra ostendimus, & infrà etiam proprio de eo facto capite demonstrabimus. Postremò obseruandum est Scaligerum totum hunc versum omisisse, cum sanè sine eo mẽs Lycophronis exprimi nequeat. Habet præterea misellum hoc, ac tenellum auium genus Accipitribus ipsis longè validiores, ac sæuiores hostes, & de quibus prius, tanquam maioribus, ac nobilioribus erat dicendum, nimirum Aquilas auium omnium reginas. Neque enim verum est, quod *l* Ælianus prodidit, *cum rapacibus cæteris fœdere deuinciri, pacemq; gerere*, quando etiam (Aquilas nunc etiam excipio) à multis nocturnis, & Coruini generis auibus infestentur, vt mox patebit. Inimicitiam verò Columbarum cum Aquilis, vel potiùs Aquilarum cum Columbis luculenter detegit *m* Ouidius, quando modum describit, quo Romulus vtebatur in diripiendis Sabinorum virginibus. Has enim ait, ita exhorruisse præsentiam Romuli, quemadmodum Columbæ superuenientem Aquilam pertimescunt; ita verò canit:

Antipat. cum Aquilis.
l li. 3. de anim. c. 47.
m lib. 1. de arte.

Protinus exiliunt animum clamore fatentes
Virginibus cupidas iniciuntque manus,
Vt fugiant Aquilas timidissima turba Columbæ
Vtque fugit visos agnæ nouella lupos.
Sic illæ timuere viros sine lege ruentes.

Simili etiam comparatione vsus est alibi:

Sic Aquilam penna fugiunt trepidante Columbæ.

Idem fecit Marialis, qui neget se Carminionis fratrem esse, his versiculis vtriusque naturæ disparitatem, ac discordiam aperit, inquiens:

Tam dispar Aquilæ Columbæ non est
Nec dorcas frigido fugax leoni,
Quare desine me vocare fratrem.

Meminit eiusdem diffidij Prudentius similitudine à contrario sensu accepta:

Agnus enim vice mirifica
Ecce Leonibus imperitat
Exagitansque truces Aquilas
Per vaga nubila, perque notos
Sidere fugat lapsat columbæ.

Et

Inachi Tẽdiliæ comes.

Et Baptiſta Mantuanus Inachi Tendiliæ comitis, Oratoris Hiſpaniarum Regis ad Innocentium Octauum Pont. Max. encomia recenſens, cui, inquit:

Cum vehit Hiſpanas animoſa in bella phalanges
Territus incurſu tanti ducis, ora fugaci
Vertit equo, refugitq; ſuam Saracenus in arcem:
Sicut præcipiti fugiunt ſtridore volantes
Inſtantem quoties Aquilam videre Columbæ.

o li. 1. p. 2.

Et rurſus *o* alibi hac ſimilitudine vſus egregiè Columbarum ingentem pauorem explicat, inquiens:

Sicut vbi mites Aquilam videre Columbæ
Nare per aereos tractus; nec pinguia rura,
Nec placida retinent epulæ; timor omnia vincit.
Pars latet vmbroſo ſaltu, pars alta volatu
Tecta petit, pars montanis caua ſaxa latebris,
Et pennis percuſſa ſonat pernicibus alis.

Bradamãtis imago Columbæ ſimilata.

p lib. 3. de anim. c. 45.

Exprimit pariter hanc Columbarum formidinem Franciſcus Modeſtus eo in loco, vbi illis comparat virgines in nauali certamine curſu contendentes ob propoſita præmia, ſic canens:

Seu quibus (ſcilicet Columbis) *inſtrepuit cælo Iouis ales aperto*
Et ſuper infrendens roſtrum exertauit, & vngues,
Cùm per inane fugæ ſe ſe agmine tradunt.
Certatim cunctæ ſocias anteire laborant,
Penna ſtrepit; nebulæ excedunt, adſibilat auræ.

Aquilas marinas pluſquam alias timẽt.

Aquila marina eſt Haliaetos.

q 9. hæ. 32.

r li. 9. Syri.

Ludouicus Arioſtus eandem ſimilitudinem in vſum ſuum conuertit, vbi Bradamantis imaginem ab Atlante è Carena Magico, vt Ruggerio cauſam apud ſe morandi innecteret, abrepta ſcribit:

E ſe l'arreca in ſpalla, e via la porta,
Come lupo talhor pauido agnello,
O l'Aquila portar ne l'vnghia torta
Suole ò Colombo, ò ſimil'altro augello.

Cum rapacibus nocturnis.

Cum Bubone.

Cum Noctua.

s li. 4. de reruſt.

Verùm quamuis ex æquo Aquilas omnes metuant Columbæ, priuatim tamen marinas maiori odio proſequuntur: quare alibi *p* Aelianus, *Aquilas marinas*, inquit, & *Circos horrent:* & alibi etiam dixit: *Vulturum quidem, & Aquilarum vocem facilè Columbæ ferunt, non item Circi, & marinæ Aquilæ.* Hanc Aquilam *q* Ariſtoteli Haliæton dici proprio de ipſo capite oſtendimus. Meminit huiuſce diſſidij Petrus Angelius Bargæus:

Non aliter, quam cùm ſublimi è turre Columbæ
Conſpexere procul paſsis Hallaeton alis
Irruere infeſtum, & prædam captare volentem,
Denſantur, coeuntq; omnes rapidoq; volatu
Præcipites quacunq; viam ſecat ille feruntur.

Noctua idẽ foramen intrat, quod Columba.

t li. 9. c. 90.

Cum coruino genere.

u 3. de reruſt. c. 7.

Cum terreſtribus.

Cũ vulpe.

Cum caſtis & muſtelis.

Cũ ſerpentib. & quomodo Columbæ ſe contra eos defendant.

x Can. 10. Hier. lib.

Rapaces nocturnæ noctu maximè Columbas exagitant. Author de natura rerum priuatim id de Bubone ſcribit, quem tradit illarum oua exorbere. Noctuam teſtatur *s* Conradus Heresbachius ſeſe in Columbario ſuo deprehendiſſe inter medios Columharum nidos ouis ſuis incubantem: item in propinqua excauata arbore plurimorum pullorum reliquias à noctuis congeſtorum, quibus pullos nutrierant illæ. Etſi enim, inquit, Noctuam maior apparet Columba, plurimarum videlicet denſitate freta, tamen eodẽ penetrat, quo Columba, quòd corpore exili ſit, licet pulmoſiore. *t* Creſcentienſis contra Nocturnas rapaces Columbis inſidiantes feneſtram de nocte claudi iubet, vt ſuprà diximus. Poſtremò ex auibus totum ferè Coruinum genus, vt ſunt Corui, Cornicex, & Picæ, videmus Columbarum pullos primùm euolantes opprimere. *u* Varro verò & matrices etiam ab illis intercipi ſcribit, præcipitique, vt cùm fœtæ ſint, certum locum diſcluſum ab alijs rete habeãt. Docet etiam quomodo à Columbarijs duabus virgis viſcatis hnmi inter ſe curuatis capti interimantur. Ex terreſtribus in primis vulpes communis hoſtis eſt Pauonum, Columbarum, ac omnium ferè auium. Cati inſuper, & omnia moleſtarnm genera Columbas non ſolùm, vt gratum pabulum comedunt, ſed continuè etiam eis inſidias ſtruunt, vnde peculiariter, ſi fieri poteſt, propè Columbaria habitant. Quomodo verò Columbæ ab his defendentur, antè docuimus, vbi quoq; ſcripſimus, vt à ſerpentibus infeſtentur, qui & ipſi aliàs ijs iniurijs eſſe ſolent. Hinc Paganorum Imperator apud *x* Torquatum Taſſum pacem Chriſtianorum

norum aſpernatus ait agnos priùs cum lapis familiariter in eodem ouili vna victuros, & cum ſerpentibus Columbas ſimul nidificaturas, antequam illi pacis conditiones accipiat. Ait autem:

Gli agni, e lupi fian giunti in vn'ouile,
E le Colombe, e i ſerpi in vn ſol nido,
Prima, che mai di non diſcorde voglia
Noi co'Franceſi alcuna Terra accoglia.

Peridexion Hyperdexion.

Sed ipſemet etiam Columbæ, contra ſerpentes ſeſe tutari noſcunt, idque miro modo, ſi Kiranidi, & Alberto credimus. *Peridexion*, inquiunt (Albertus heperdexin habet. Ornithologus fortè peritereon putat legendum eſſe, verùm meo iudicio perperam, nam peritereon Plinio herba eſt, peridexion, ſeu hyperdexion illis arbor) *arbor eſt in India, cuius fructus dulcis eſt, gratus Columbis, cuius gratia in hac arbore diuerſari ſolent. Hanc ſerpentes timent, adeo etiam vt vmbram eius fugiant. Nam ſi vmbra arboris ad orientem vertatur, ſerpentes ad Occidentem recedunt, & verſa vice. Itaq; vi huius arboris ſerpentes Columbis nocere non poſſunt. Si quæ autem forte aberrauerit ſerpentis flatu attracta deuoratur. Nam ſi gregatim degant, aut volutent, nec ſerpens, nec Oeypteros .i. Sparuarius, eas ladere poteſt, vel auzes. Huius arboris folia, aut cortex ſuffitu omne malum* (beſtias veneratas) *auertunt.* Vt verò illa arbor Columbis ſalutifera, ita, teſte y Serapione lethalis helleborus albus (de nigro autem id nõ ſcribit, fortè quia minus validum ſit) Antiquitas verò ſolo fermè ad expurganda hominum corpora vtebatur helleboro, vnde quoque à z Perſio pro tota medicina ſumitur hoc verſu:

y l.4.de me. c.114. Helleborus albus Colũbis letalis.

Helleborum fruſtra, cum iam cutis ægra tumebit.
Poſcentes videas venientis occurrite morbo.

z 2.Sat.3.

Idẽ enim poeta dixiſſe videtur de ſolo helleboro, quod ſic Ouidius de vniuerſa medicina:

Principijs obſta, ſerò medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.

Serapio itaq; ſcribit *ex Meſerugie Columbas primùm deuoratis frugibus, aut fabis madefactis aqua, in qua helleborus albus fuerit macratus.* Sed vti illud minimè mirũ eſt, cum & debitã quantitatem excedens, præſens etiam hominibus venenum ſit, ita verò huius potiſſimùm naturalis ratio dari non poteſt, quod a Plinius memoriæ prodidit, hominum nimirum dentibus quoddam virus ineſſe, quod Columbarum fœtus implumes necat, cum alioqui homines, & Columbæ mutam ferè amicitiam colant. Ornithologus b Martialem eiuſdem antipathiæ meminiſſe autumat, vbi ita ille canit:

a l.11.cap. 37. Dentibus humanis virus ineſt Columbas necans.

Nec violes teneras prædauo dente Columbas
Tradita ſic Gnydia ſint tibi ſacra Dea.

b In Xen.

CORPORIS AFFECTVS.

Pulicũ nocumenta.

MOLESTATVR genus Columbarum, maximè verò pulli pulicibus, & pediculis, quibus niſi à Columbario mundentur, macilenti fiunt, & ſæpè ad debitam magnitudinem non excreſcunt. Continuò enim infeſtati corpori nihil adijciunt, quare ſæpè nidos ille debet mutare, vel ſaltem ab animalculis illis expurgare. a Creſcentienſis diligentiſſimus geoponicus Columbis nonnumquam variolos circa oculos naſci tradit, præcipuè menſe Auguſto. Sed quod amplius eſt, ob vitiliginem, & lepram albas Columbas à Perſis expulſas legimus apud Herodotum: *Si quis, inquit, apud Perſas, è ciuibus lepra, aut vitiligine infectus ſit, hunc in ciuitatem accedere non conceditur, neque cum alijs Perſis conſuetudinem habere. Dicunt enim hos morbos illis immiſſos, quod in Solem peccauerint. Aeternam verò, qui ijſdem correptus fuerit, è regione ſua exigunt, atque ob eandem cauſam albas Columbas expellunt.* Hucuſque ille, interprete doctiſſimo Henrico Stephano, vbi communis interpretatio ſic legit, *eandem ob cauſam Columbas in ciuitatem aſſeruni.* Vtra verò lectio ſincerior ſit, ab experientia eſſet probandum. Mihi Columbas hoc morbo tentari nouum quidem, nihilominus veriſimile.

a l.9.c.90. Variola. Lepra. In Elio.l.1 Perſarum lex. Perſæ cur Columbas expellant.

CAPIENDI MODVS.

Colũbaria qui habere possunt.

LICITVM est quidem cuique etiam in fundo beneficiario, qui censualis est alicui domino etiam iuridico Columbarium habere tot Columbarum capax, quot in confinio possessiones habuerit, vt eis cibaria suppeditet, vt placuit iudici contradictorio Parisiensi Senatui xv. Calend. Iunij anno Domini 1549. & vj. Idus Decembris 1565. nec potest superior dominus prohibere, cum Columbaria non sint inter insignia superioris iuris, nisi contrarium suaderet loci consuetudo, vel præsidij clientelaris lex in empyteusi. Sunt enim cõsuetudines locorum, quæ ex clientibus prohibebat, & solis permittant dominis, vt Burgundæ, Armorecæ, Niuernensis. Alioquin ius est cuique liberè habendi, nec vicinus quoq; prohibere potest, cum victus harum auium sit innocens, nec rerum possessoribus noceat, damno de pastionis cum stercore fundis vtilissimo, compensato. Sed vti iura gentium Columbaria habere Columbis instructa permittunt, ita contra aucupatum earum prohibent: *Columbæ*, inquit *b* Iurisconsultus, *ex alieno Columbario acceptæ furti actionem pariunt.* Quamuis tamen etiam eas capere lex vetet, multi tamen clam eis insidiantur. Capiuntur autem illæ varijs modis: inter quos rete principatum obtinere videtur, quod eo maximè loco extendi debet, quem victum quæsituris sæpè frequentare solent, potissimùm verò nuis tempore, postquam ibi gratum ipsis aliquod edulium proieceris. Petrus *c* Crescentiensis rete describit, quod ad has volucres capiendas aptissimum sit, quem lector adire poterit. Retibus verò eas capere vsus est antiquissimus, & ante Homeri sæcula etiam cognitus, & magnatibus cultus, vt apparet ex hoc, quod scribit Athenæus: Heroes, inquit, apud Homerum, ne aerem quidem volucribus liberum permittebant, sed laqueos; & retia Turdis, & Columbis tendebant: Meminit & *d* Aristophanes facetissimus Comicus.

Columbarũ aucupium prohibitũ. b lib. signis de arb. Columbæ quod capiantur. c l. 10. cap. 21.

d In auib.

Τὰς περιστερὰς βίμοισιν ξυλλαβὼν ἐξεῖς, ἔχω
Κἀπαναχάζῃ μαλθακῇσι, δεσμίνας ἐν διατραι, id est,

Πάλευτρα vnde. *Paleutriæ quæ dicantur.*

vt Andreas D. Iustino politanus interpretatur.

Columbasq; similiter colligens, impedico, habet
Et cogit aucupari ligatas in rete.

Sed adagiorũ author παλεύειν transfert seducere, siue in laqueum deducere, indeque Græcis παλευτρίαι dici ait, moremque esse aucupibus exoscultatam Columbam in rete ponere, quæ subsultans cæteras Columbas alliciat. Alibi idem Aristophanes habet ad eundem sensum διὰ μίνου παλεύειν, vbi Scholiastes, *Aues*, inquit, *excæcatæ præsertim Columbæ, & Palumbis in retibus locantur, & voce alliciant alias sui generis*, quod Glossomatici παλεύειν dicunt. Verùm quæcunque Columbæ alias fallunt, & seducunt, paleutriæ dici possunt: in quo sensu Suidas *Columbæ*, inquit, *quæ volant fallunt cæteras paleutriæ dictæ à verbo* παλεύειν, *quod est fallere.* Euolantes verò Columbas arte blandiri alijs, easque corrumpere, furtoq; comitatores, reuerti author est *e* Plinius. *f* Aristoteles, cæterique ferè alij paleutrias eas vocant, quæ excæcatæ in retibus positæ alias alliciebant: Gaza allectatrices vertit apud Aristotelem, vbi sic habet. *Turtures, & Columbæ vel ad annum octauum viuunt, scilicet, quæ excæcatæ allectrices aluntur.* Et rursus de Palumbis: *Palumbum allectricem prius mas, quam fœmina moritur.* Quo loco Augustinus Niphus Italus, *apud nos ettam*, inquit, *allectatrix, siue hallucinatrix* (hoc fortè dixit, quoniam plerunque, vt diximus, exoscularj solent. Attamen aliud est cæcum esse, aliud hallucinari) *ut Palumbis sylvestribus.* Germani, teste Ornithologo, Liuias allectatrices faciunt, & vulgò vocant Locktuben, vt sui generis aues in rete pelliciant. Fuerint autem paleutriæ, vt rectè quidem Oppiani paraphrastes existimat, fordicio Eubulus apud *h* Athænæum meretrices appellat paleutrias, quæ iuuenes suis blanditijs alliciunt: quod etsi iuuenes etiam faciei suæ decore faciant, veteranæ tamen magis id verborum lenocinijs præstant, quas nos ab officio roffianas, id est, lenas dicimus. Cæterum excæcatarum loco, vbi desunt, Columbarum imagines subrogari possunt. Simplices enim sunt, atque ceu ad vuas aduolant. Imo vero *i* Athenæus alibi author est Columbam pictam conscendere ob similitudinem. *k* Oppianus autem de Palumbis loquens docet, quomodo eiusmodi excæcatæ alias alliciant, in summa quomodo retibus capiendæ, quibus & Columbas decipi posse adiungit, vt in Palumborum historia ostendemus. *l* Petrus Crescentiensis quoque ostendit, quomodo laqueis è caudæ equinæ pilis capiantur,

Columbæ alias seducunt. e l. 10. cap. 37. f 9. hi. c. vl. Allectatrices ex quibus fiant. Paleutriæ quare dictæ. h l. 1. deipn. Meretrices paleutriæ dictæ. i l. 13. cap. 29. k l. 3. Ixe. Laquei è cauda equina. ll. 10. cap. 26. 28.

&

& alijs quibusdam: & deinde quomodo feriantur sagittarum illo genere, quod caput crassum habet, pulzones vocat. Columbas agrestes & αὐτονόμους, à quibus capi scribit B. m Basilius allectas per mansuetam, quã aliquandiu domi aluerint Hanc alis vnguento suauiter fragrante inunctis emitti ad externas, quæ postea ipsam domum reuolantem suauitate odoris inuitatæ comitentur. *Ars quædam est*, inquit, *aucupandi Columbas videlicet talis. Vbi vnam cæperunt, qui capiendis illis student, cicurem illam reddunt, & ad humanum conuictum assuefaciunt. Deinde vnguento alas illius perungunt, sinuntque coniungi agrestibus: illa verò per vnguenti fragrantiam agrestem illum, ac liberi passus gregem ad possessionem transfert eius, cuius ipsa est domestica. Bene olentes autem sequuntur, & reliqua, atque ita in potestatem Columbarij veniunt.* Aloysius Cadamustus in Madera insula olim ignota, quam Lusitani nunc obtinent, tradit maximam fuisse Columbarum copiam, ijsque capiendis aucupes non alia arte vsos, quam alligato perticæ vncino ex arboribus, quibus insidebant, aues admirabundas (vt quæ insula deserta hominem priùs non vidissent) & nihil pauentes detrahendo. Idem etiam in alia quadam insula noui orbis Columbos ab hominibus nihil pauentes, scipionibus cæsos refert. Hollandi, apud quos, vt audio Columbis aliorum insidiari lex minimè prohibet, habent tanquam reticulum quoddam, quo caueas, quas extra Columbaria eminentes habent, claudunt, & aduolantes ad eas vicinorum Columbas intercipiunt n Prudentius quàm luculenter omnes modos enumerans, quibus ab aucupibus Columbæ decipiuntur, ostendit totidem ferè illusionibus hominum animas à dæmone in obscura Tartara detrudi:

Pulzones.
m Epist. 175. ad Iulittam.
Vnguento capi Colũbas.
Vncino perticæ alligato.
Columbæ scipionibus cæsæ vbi.
Hollandi quo columbas capiant.
n In Amartigenio.

Haud secus, aut si olim per sudum lactea forma
Lapsa Columbarum nubes descendit in aruum
Ruris frugiferi, laqueos vbi callidus auceps
Prætendit, lentoq; inoleuit vimina visco,
Sparsit & insidias siliquis, vel farre doloso
Inliciunt alias fallentia grana, gulamq;
Innectunt auidam toriæ retinacula setæ.
Molle vel implicitas gluten circumligat alas.
Ast aliæ quas nullus amor prolectat edendi,
Gressibus innocuis sterili spatiantur in herba,
Suspectamq; cauent oculos conuertere ad escam.
Mox vbi iam cælo reuolandum, pars petit æthram
Libera sideream plaudens super aera pennis,
Pars captiua iacet laceris, & saucia plumis
Pugnat humi, & volucres ne quicquam suspicit auras.
Sic animas cæli de fontibus vnicolores
Infundit natura solo, sed suauibus istic
Deuinctæ illecebris retinentur, & æthera pauca
Conscendunt reduces, multas viscosus inescat
Pastus, & ad superas percurrere non sinit auras.

HISTORICA.

NOTISSIMA in primis est sacra historia de Columba à Noe ex arca in famigerato illo cataclismate emissa, quæ primùm vacua reuersa est: iterum verò post septem dies emissa redijt cum oliuæ ramo, & rursus post totidem dies non redijt. Hæc autem ita leguntur in a Biblijs: *Cumque transissent quadraginta dies aperiens Noe fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit Coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. Emisit quoq; Columbam post eum, vt iam videret, si cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cùm non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aquæ enim erant super vniuersam terram, extenditq; manum suam, & apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem vltra septem diebus alijs rursum dimisit Columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe, quòd cessassent aquæ super terram. Expectauitq; nihilominus septem alios dies, & emisit Columbam, quæ non est reuersa vltra ad eum.* Nonnulli existimant hic sacram scripturam sibi non parum aduersari existimant,

Columbæ à Noe emissæ historia.
a Gen. 8.

Scriptura ſacra conciliata.

mant, quoniam, ſi prima die menſis decimi poſt diluuium taliter diminutæ fuerant aquæ, vt teſte Moyſe, apparerẽt cacumina montiũ, & adhuc poſt quadraginta dies Noe aperiens feneſtram arcæ emiſerat Coruum, qui egrediebatur, & nõ reuertebatur, cur Columba, quæ poſt Coruum ex arca emiſſa fuerat, dicitur idcirco reuerſa ad Noe in arcam, quia non inuenerat vbi pes eius quieſceret? Si enim, inquiũt, Coruus priùs emiſſus remanſerat, certum eſt, quòd locũ inuenerit, vbi pes eius quieſceret. Et reuera ex dictis colligi videtur terram nudatam fuiſſe, & non nudatã, per Coruum nudatam non nudatã adhuc per Columbam. Quapropter aliqui credunt ſacram hanc hiſtoriã accipiendam eſſe, vt ea poſterius intelligantur, quæ priùs facta ſunt, vt ſcilicet Columba primùm, vltimum Coruus dimiſſus ſit. Quam opinionem veram eſſe tradit *b* Seraphinus Cumiranus Feltrenſis, qui totius ſacræ ſcripturæ loca, quæ inter ſe pugnare videntur, conciliare enititur. Verùm cùm naturales rationes, eæque ſatis euidentes aſſignari queant, meo iudicio ad loquẽdi ordinis inuerſionem confugere non eſt neceſſarium. Coruus enim ſupernatantibus aquæ cadaueribus inſiſtere, & quieſcere potuit, eorũ paſtura ceu gratiſſimo cibo gaudens, à quibus interim carpophagæ Columbæ ſummopere abhorrent. Vel fieri etiam potuit terram aliquo pacto ſic ab aquis nudatam fuiſſe, vt requieſcere in ea Coruus potuerit, non autem Columba. Ille enim ceu auis immunda immunditijs, & ſpurcitijs delectatur, hæc etiam ſupra terram non deſcendit, niſi ab aquis nudata fuerit. Cùm diluuij aqua, inquit Ioannes Tzetzes noſtræ ſententiæ aſtipulans paulum ceſſaſſet, Noe ex arca Coruum priùs emiſit, qui quidem non eſt reuerſus iterum, cadaueribus ſe paſcens multorum, quæ interierant. Deinde Columbam emiſit, quæ arrepto ramo oliuæ reuerſa eſt, id quod indicium erat manifeſtum, aquas ſubſidiſſe. Columbas olim grauioribus rebus nunciorum munere functas fuiſſe, literis, vel pedibus, vel collo, vel ſub alis alligatis ſuprà diximus; vbi etiam oſtendimus has volucres ad id electas fuiſſe propter volatus pernicitatẽ, quod ex hac *c* Æliani hiſtoria probauimus, quam hic repetere placuit: *Vno, eodemq; die victoria Taurolthenis*, inquit, *ex Olympia Æginam nunciata eſt ipſius parenti, vt alij affirmant, perſpecturum; Alij verò dicunt Thaurolthenem Columbam à ſuis pullis modicis adhuc, & implumibus abſtractam ſecum deportaſſe, eamq; vicißet, purpura alligata eam remiſiſſe: eamq; ſummacum feſtinatione ad pullos properantem eodem die ex Piſa in Æginam aduolaſſe.* Oppugnante ante multos annos Chriſtiano exercitu Ptolæmaidem, cùm in hunc modum nunciam Columbam Saladinus deſtinaſſet obſeſſis, hortatus vt firmo animo eſſent, ſperata ſui aduentus feſtinatione, ea à noſtris intercepta eſt miro modo, cõtrario alligato nuncio demiſſa, vnde euenit, vt deſperato illi auxilio, nihil amplius expectarẽt, ſui deditionem facerent. Quam hiſtoriam ita narrat *d* Sabellicus. Tenebat adhuc obſidio, cùm ex ſpeculis datum eſt ſignum tabellariam Columbam aduentare, illi qui moris erant huius gnari, totis caſtris iubent milites, vbi auis caſtrorum ſpacia ſuperuolare cœpiſſet, clamorem quàm maximè poſſent, extollere: quo factum eſt, vt Columba velut telo quodã icta, ſubitò ad terram decideret: literæ quo volucri erant lino alligatæ, ſignabant ijs, qui obſidione tenebãtur, vt bono animo eſſent, fore vt intra paucos dies Dachin Rex cum ingentibus copijs auxilio adeſſet, foreque vt ante ipſorum oculos hoſtes ad vnum cæderentur, ipſi terra mariq; leuarentur obſidione. Mouit ea res Chriſtianorum animos, apparebatque eo nuncio accepto, Tyrios ſpe auxilij confirmatos, multò obſtinatiùs obſidionem laturos, & quod magis formidoloſum erat, metus inceſſit, ne cum potentiſſimo hoſte inuiti certare cogerentur; commenti itaq; dicuntur rem minimè ineptam, vt ſubditiciæ literæ pro Damaſcenis eius alitis pedibus obligarẽtur, quibus Tyrij docebãtur, nõ eſſe cur à Dachine auxilium vllũ expectarent, conſulerẽt ipſi rebus ſuis, quãdo fortuna belli eò loci veniſſet, vt aut vltrò ſeditio faciẽda foret, aut ſi caperẽtur, omnia extrema ferenda. His literis (quia vbi primùm Colũba dimiſſa eſt, in vrbẽ abij) publicè recitatis victa Triorum pertinacia, quinto menſe, quam obſideri cœperant, deditionẽ fecere. Nunc quia hæc, quæ de tabellaria aue à nobis ſunt prodita, non multum à fabula diſtare videntur, grauiſſimos authores habeo ex Romanis ducibus quoſdam huiuſmodi volucribus vſos eſſe. *e* Plinius Mutinenſi obſidione Colũbam ait literas in caſtra attuliſſe. Fabius Romanorum annalium ſcriptor, & Cecinna Volaterranus Hirundinibus vſos ad hoc ipſum dicunt. Sed confeſſo vſu illud in dubium venire poteſt, quæ cauſa ſit, vt ſuperuolantes aues, velut ictæ vocibus concidant, quod cùm ſæpè alias, tum in iſthmiorum conuentu accidiſſe proditum eſt memoriæ, cùm Græciæ vtilibus libertas reſtituta. Plutarchus Charoneus cauſam depreſſionis in auibus arbitratur colliſum vocibus aerem, qui, cùm vox permagna editur, vi diſciſſus nullam volucribus relinquat volandi facultatem, ſed cùm lubricus ſit factus, ſuperuolans auis,

b To. 1. Cõrap. 359.

Coruus vbi quieſcebat.

Columba nuncia.

c l. 9. Hiſ. cap. 2.

Victoria Taurolthenis.

Ptolemais à Chriſtianis obſeſſa & columba literas portantis operacapti.

d Aencad. 9. lib. 9.

e li. 10. ca. 37.

Quomodo clamore aues ex alto decidant.

auis, tanquã ad inane peruenerit, ad terrã defluat, aut certè vehementi clamore, tanquam telo icta concidit. Potest præterea & aeris velut aquarum esse vortex quidam, qui aues violento quodam turbine ad ima deprimat. Hucusq; Sabellicus, apud quem eadem aliàs repetuntur. *f* Martinus Polonus similiter in expeditione illa sanctissima Hierosolymitana Godefredi Lothoringiæ Ducis, antequam nimirũ adhuc Hierosolymam obsideret, Cæsaream nempe vsq; profecto, author est Columbam nunciam mirè in manus Christianorum incidisse, videlicet quam desuper eorum exercitũ volantem fortè insequens Accipiter grauiter vulneratam in terram deiecerit. Litteræ hæ talẽ habebant sententiam. Rex Acheron Duci Cæsareæ salutẽ: generatio canina venit, gens contentiosa: quos per te, & alios legem tuam defendas. Idem annũcia alijs ciuitatibus. Asseuerat huiusce historiæ miraculum Hetruscus Homerus *h* Torquatus Tassus, cuius doctissimos versus nõ tam doctrinæ causa, quàm quod dilucidiùs id enarrent, ascribere non piguit. Canit autem hunc in modum.

f Dec. 1. l. 8. In supputationibus. Accipiter Columbam litteras ferentem in aere occidit.

h Cant. 18. Hier. lib.

Mentre il campo à l'assalto, e la Cittade
S'apparecchia in tal modo à le difese,
Vna Colomba per l'aeree strade
Vista è passar soura lo stuol Francese:
Che non dimena i presti vanni, e rade
Quelle liquide vie con l'ali tese,
E già la messaggiera peregrina
Da l'alte nubi à la Città s'inchina.

Quando, di non sò donde esce vn Falcone
D'adunco rostro armato, e di grand'vgna,
Che fra'l campo, e le mura à lei s'oppone,
Non aspett'ella del crudel la pugna.
Quegli d'alto volando, al padiglione
Maggior l'incalza, e par, ch'omai l'aggiugna.
Et al tenero capo il piede hà soura,
Essa nel grembo al pio Buglion ricoura.

La raccoglie Goffredo, e la difende,
Poi scorge in lei guardando estrania cosa,
Che dal collo ad vn filo auinta pende
Rinchiusa carta, e sotto vn'ala ascosa:
La disserra, e dispiega, e bene intende
Quella, ch'in se contien non lunga prosa,
Al Signor di Giudea (dice lo scritto)
Inuia salute Capitan d'Egitto.

Non sbigottir, Signor, resisti, e dura
Insino al quarto, ò insino al giorno quinto,
Ch'io vengo à liberar coteste mura,
E vedrai tosto il tuo nemico vinto.
Questo il secreto fù, che la scrittura
In barbariche note hauea distinto,
Dato in custodia al portator volante,
Che tai messi in quei tempi vsò il Leuante.

Libera il Prence la Colomba, e quella,
Che de' secreti fù reuelatrice,
Com'esser creda al suo Signor rubella,
Non ardì più tornar nuncia infelice.
Ma il sopran Duce i minor duci appella,
E lor mostra la carta, e così dice,
Vedete come il tutto à noi riueli
La prouidenza del Signor de' Cieli.

Già più di ritardar tempo non parmi,& quæ ſequuntur. Aliam hiſtoriam *i* Sigiſmundus liber barbaro narrat de Olha Rutenorum principe Igoris, qui mortuo Olechi in eo regno ſucceſſerat. Hãc autem non Columbas litterarum allatrices habuiſſe memorat, ſed quæ hoſtium ad quos eas remittebat, caſtra cum annexis ſub alis igneis inſtrumentis inciderent. Mortuo Olech, inquit, Igor dicta ex Pleſcouia vxore Olha imperare cæpit: qui cum exercitu ſuo longiùs progrediens, Heraclem,& Nicomediam vſque peruenifſet, tandem bello ſuperatus aufugit. Poſt à Malditto Drevulianarũ principe in quodam loco Coreſte nomine, vbi etiam ſepultus eſt, occidit. Filius autem Suuatoslaus, quem infantem reliquit, cum per ætatem imperare non poſſet, interim mater Olha regno præfuit, ad quam cùm Drevulianiviginti internuncios miſiſſent, cum mãdatis, vt eorum principi nuberet, Olha nũcios Drevulianorum vinos obrui iuſſit, ſuoſq; interim legatos ad eos miſit, nimirum ſi ſe principem, & dominam expeterent, vt plures, atq; præſtantiores procos mitterent. Mox alios ſelectos quinquaginta viros ad ſe miſſos in balneo combuſſit: alioſque legatos iterum miſit, qui aduentum ſuum nunciarent, iuberentq; apparere aquam mulſam, aliaque ex more ad parentandum marito defuncto neceſſaria. Porrò ad Drevulianos cum veniſſet, maritũ deplãxit, Drevulianos inebriauit, quinque millia eorum occidit. Mox Chiouiã reuerſa, exercitum conſcripſit: contra Drevulianos progreſſa victoriam reportauit, fugientes in caſtrum proſequuta, obſidione ad integrum annum preſſit: poſt interpoſitis conditionibus tributum illis de qualibet domo, tres videlicet Columbas, totidemque Paſſeres imperat: acceptaſque in tributum aues, continuò allegatis ſub alis igneis quibuſdam inſtrumentis dimittit. Auolantes Columbæ ad ædes conſuetas redeunt, reuolantque, caſtrum incedunt. Inflammato iam caſtro diffugientes, aut occiduntur, aut capti venduntur. Hactenus ille. Argonautis, vt id obiter dicamus, quamuis alioqui poetarum figmentum eſt, Columba, data fuit itineris dux præcipiente Plinio. Apollonius id Plinium quidem præcepiſſe refert, ſed addit etiam ab Euphemo eam Columbam fuiſſe nutritam, emiſſam autem, vbi Argonautæ ad Cyaneas peruenifſent, hoſque eam ſequutos ſine periculo tranſiuiſſe. Meminit eius apud Latinos in primis *k* Ouidius eo verſu:

Qualis, & ipſa fuit, quoque præcipiente Columba,
Et data Palladiæ prænia, duxque rati.

Idem *l* Propertius, dum ait:

Et quæ mouiſti duo littera, cum rudis Argus
Dux erat ignoto miſſa Columba mari.

Notior verò, & certiſſima ſacra hiſtoria eſt de Spiritu ſancto Columbæ forma baptizato à D. Io. Baptiſta in Iordane Saluatore noſtro Ioſu Chriſto apparente, vt Euangeliſtæ omnes vnanimiter tradunt, quoniam ſacra verba aſcribere non piguit: *Tunc venit Ieſus*, inquit, *m* S. Matthæus, *ex Galilæa in Iordanem v. baptizaretur ab eo. Io. autem prohibebat eum dicens, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: ſine modo: ſic enim decet, nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum. Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ei ſunt cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut Columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Eadem ſcribit D. Marcus, ſed vt videtur paulò diligentius, & ſi paucioribus verbis. Hic enim & ciuitatem nominat, qua baptizandus Saluator noſter veniebat, nimirum Nazareth, cum S. Matthæus totam tantum regionem, nempe Galilæam. Ait itaque D. *n* Marcus. *In diebus illis Ieſus à Nazaret Galilea, & baptizatus à Ioanne in Iordane. Et ſtatim deſcendens de aqua vidit Cælos apertos, & Spiritum ſanctum tanquam Columbam deſcendentem, & manentem in ipſo, & vox facta eſt de cælis, tu es filius meus dilectus, in te complacui.* Sed D. Matthæus, D. Io. iſtæc dicere facit, & Spiritum etiã ſuperfuſum, non in ipſo manſiſſe refert, vti D. Marcus ait, cui D. *o* Lucas tamen aſtipulatur. *Factum eſt autem*, inquit, *cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, & orante, apertum eſt Cælum, & deſcẽdit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut Columba in ipſum, & vox de Cælo facta eſt: Tu es filius meus dilectus, in te cõplacuit mihi.* Hęc ille. In eo aũt cæteris clarior, & dilucidior, quod Spiritum ſanctũ corporali ſpecie deſcendiſſe dicat. Diuus verò *p* Ioannes, qui & ipſe Apoſtolicus fuit in eo cũ S. Matthæo conſentit, quod Spiritum ſuper ipſum mãſiſſe ſcribat, *Altera die*, inquit, *vidit Io. Ieſum venientem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt de quo dixi, Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat, & ego neſciebam eum, ſed vt manifeſtetur Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimonium perhibuit. Io. dicẽs. Quia vidi Spiritum deſcẽdentẽ, quaſi Colũbã de Cælo, & mãſit ſuper eũ. Et ego neſciebam eum,*

i Com. rer. Moſcouit. Olech hiſt.

Columbæ caſtra incẽdunt.

Igor occiditur.

Olha legatos occidit.

Argonautæ Columbã ſequuntur volantem.

k In ibim.

l lib. 8.

Columba Saluatori baptizato apparuit.

m c. 3. in fi.

n cap. 1.

o cap. 3.

p cap. 1.

cum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem viderís Spiritum descendentem, & manentẽ super eũ, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Hactenus itaq; D. Io. Discordiam verborũ in sacra istac historia nullã esse luculenter demõstrat *q* Cornelius Iãsemius Gandauensis Episcopus, ad cuius commentaria lectorem allegamus, maximè cum huc non pertineant. Vnum verò ex eodem hic ascribere placuit, num scilicet Columba, in cuius specie descendens Spiritus sanctus apparuit, verum fuerit animal, an non. D. enim *r* Augustinus omninò vult fuisse verum animal, nõ quidem ex communi Columbarium grege acceptum, sed recens à Deo creatum, & post officium suum esse desinens. *Neq; hoc ita dicimus*, inquit, 1 *vt Dominũ Iesum Christũ dicamus solũ verum corpus habuisse, Spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse, in oculis hominum, sed ambo illa corpora, vera esse credamus. Sicut enim non oportebat, vt homines falleret filius Dei, sic etiã nõ oportebat vt fallaret Spiritus sanctus: sed omnipotenti Deo, qui vniuersam creaturam ex nihilo creauit non erat difficile verum corpus Columbæ sine aliorum Columbarum ministerio figurare. Sicut etiam non fuit ei difficile verum corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare cùm creatura corporea, & in visceribus famina ad formandum hominem, & in ipso mundo ad formandum Columbam imperio Domini, voluntatique seruiret.* Verum sicut argumentum S. Augustini efficaciter non concludit, inquit Iansemius, ita quoque, & scripturæ, & ipsi rei magis cõgruit intelligere non fuisse veram Columbam, sed tantùm similitudinem eius, ad hoc factam, vt per proprietates Columbæ Spiritum sanctum designaret. Scripturę quidem, 2 ecò quòd dicatur Spiritus descẽdisse in corporali specie, hoc est, similitudine. Deinde, quod tanquam, vel sicut Columba dicitur descendisse, vbi similitudo potiùs designatur Colũbæ, quàm Columbæ veritas. Rei verò, quia cum hoc ipsum fieri potuerit per Colũbę similitudinẽ, quod per verã Columbam, nec Deus quicquam faciat frustra, sicut nec Natura, frustrà fuisset hic de nouo creata vera Columba. Columba enim hæc non aduenit, nisi vt signaret, & mox præteriret, vt etiam S. Augustinus testatur: neq; argumenta Augustini concludũt. Nã primùm nõ est simile de corpore, in quo Christus apparuit, vt verè dicatur, & sit homo. Spiritus verò non dictus est, nec fuit Columba. Neq; per hoc Spiritus veritatis aliquem fefellit, quòd in apparenti, & non in vera Columba apparuit, quæ tamen a plerisq; vera Colũba sic putata. Non enim fallit, qui sine intentione fallendi aliquid dicit, aut facit, ad quod 3 aliquis sequitur in alio error non pernicioſus. Iam Columbæ huius apparitio nõ ad hoc inducta est, quo homines crederent esse veram Columbam, sed quo per eam Spiritus præsentiã, & proprietates cognoscerent. Sicut ergò in die Pentecostes Spiritus sanctus dicitur descẽdisse super Apostolos tanquã ignis, cùm ñ secundũ omnes nõ esse verus ignis, sed ignis similitudo, nec ob id fallacia, aut fictione aliqua vsus est Spiritus Dei: ita & nũc veluti Colũba descẽdisse dicitur, quòd nõ in vera Colũba, sed in similitudine eius apparuit, nullã tamẽ falsitatẽ admittẽs. Est. n. vtrobiq; si nilis loquẽdi modus *ως* tanquã, vel veluti. Certè *t* Augustinus in hãc magis inclinat sentẽtiã, docẽs, nõ necesse esse, vt Colũba hęc dicatur habuisse se animã, à qua moueretur, imo, nec verũ fuisse corpus, quod apparuit. Dicitur autẽ Spiritus super Christũ descẽdisse corporali specie, sicut Colũba, nõ quòd reuera descẽde- 4 rit, qui vbique existẽs moueri nõ potest, neq; rursum, quod per descensum speciei Columbæ cœperit Christũ per gratiã inhabitare, qui ab initio semper fuit plenius Spiritu sancto, vt in quo inhabitabat diuinitas corporaliter, sed quia per descensum illius Columbæ manentis super Christũ, & spiritũ repræsentãtis, declarata est præsentia Spiritus in eo, in quo prius non declarabatur. Hactenus ergo Iansemius, qui etiam rationes assignat, cur Spiritus sanctus in Colũbæ similitudine apparuit: de quibus, & nos agemus, vbi de mysticis sermo erit. Hic veritatem historiæ annotasse sufficiat. Cõpendiosè tamen antequã reliquas Colũbæ historias prosequamur rationes nonnullas adferemus, cur Colũbæ potius, quàm ignis 5 specie Spiritus sanctus apparuerit, super qua re *u* Alphonsus Tostatus disputans, id propter multa, quæ Colũbæ cõueniunt factũ esse hoc ferè modo demonstrat: primò propter dispositionẽ, quæ requiritur in baptizando, vt nõ fictus accedat. Columba. n. est animal simplex, æstus, doliq; expers. Secundũ propter septẽ Spiritus sancti dona per septẽ Columbarũ proprietates, quas, quia nos alibi recensemus, nunc prætermimus designata, quæ baptizandis dantur. Tertiò propter propriũ baptismi affectum, qui est remissio peccatorum, & reconciliatio ad Deũ. Hoc autem in Columba propriè signatur, quia animal est cicur, domesticum, & mansuetum, & maximè quoniam ipsa denotauit reconciliationem Dei cum homine, & tranquillitatem sæculo redditãnam in diluuio, per quod sæculum delebatur, per Colũbam pax, & misericordia significabatur, videlicet, quod Deus misereatur sæculo, & cessaret diluuiũ. Quartò ad designandum communem baptismi effectum, qui est confirmatio Eccle-

siasticæ

q Cap. 14. cõment. in concord. euange. Columba, quæ apparuit Christo an fuerit verum animal.

r Lib. de agone Christi. c. 22. Columba, quæ apparuit nõ fuit vera.

Columba cur apparuerit.

s lib. 2. de Trinit. Spiritus sanctus ĩ quã ignis.

t Epist. 102. Spiritus cur super Christum descenderit.

u Cap. 83. cõment. in cap. 3. Matth. Cur Spiritus sanctus Columba potius, quã ignis specie apparuit.

a Tom. 5. in vita Bau.

fiasticæ vnitatis: quintò propter charitatem, vnicam nimirum virtutẽ, quæ priuatim baptizandis apparere debet. Quamuis etenim in baptismo omnes virtutes, & dona infundãtur, charitas tamen omnium est excellẽtior. Eius autẽ præ omnibus animalibus cultrix est Colũba, Angelos nec non & Sanctos huius auis figura quandoq; hominibus apparuisse testatur historia. a Laurentius Surius, ex quo pleraq; ista in nostram historiã transtulimus Angelum Columbæ specie moribundo iam glorioso Dei athletę Allouuino cognomẽto Bauoni, non tãtum apparuisse, verũ ẽt ceu super norę simplicitatis filiũ tam familiariter requieuisse scribit, vt videretur dicere: *Super quam requiescam, nisi super humilem, & trementem sermones Dei?* Addit ẽt totam cellulã tam miri odoris fragrantia replesse, vt raptũ se Allouuinus existimãs paradisi delicijs interesse cogitaret, & quasi iã laborũ securus diceret: *Ecce hæreditas Domini.* Cum verò alio spectet per scripturę prata riuulos ingenij dicere quid innocentiæ, quid simplicitatis Columba videatur habere: itaq; ad alia festinãti hoc solũ sufficiat dixisse, meritò super eũ in Colũbam Angelũ vnisse, qui Colũbina plenus erat simplicitate: meritò illum diuinum odorem hausisse, qui secura cõscientia poterat dicere. *Christi bonus odor sumus in omni loco.* Idẽ Surius S. Radegundim Reginã Colũbæ figura in mari periclitãtes ab imminenti naufragio liberasse ita enarrat. *Porrò clarissimis regibus, & serenissi. Regina Brunechildi, quos haud vulgariter dilexit, atq; etiam sacrosanctis Ecclesijs, & earum Episcopis cum assidua obsecratione suum commendauit monasterium. Pro cælesti autem hoc munere misit supradictum Presbyterum cum alijs gratias vt agerent Imperatori. Quibus redeuntibus, mare fluctibus cœpit agitari, ita vt multis illi obiecti periculis, eiusmodi procellas, & tempestates nunquam se vidisse faterentur. Quadraginta diebus, & noctibus in medio mari in summum vitæ discrimen coniecti, cum vitam planè desperarent, & mors eis ob oculos versaretur, inter se mutuò conciliati pelago illos tam tamq; absorbere cupiente, voces in Cælum dabant, ita aitentes. Domina Radegundis subuenit seruis tuis, vt qui tibi obedituimus, sine subsidio non pereamus. Libera nos de præsentissimo submersionis periculo. Vbicunq; ex fide inuocaris misereri soles adiuua ergo etiam nos, ne pereamus. Ad has voces in medio mari Columba ad hos ventens nauẽter circumuolauit. Cumq; tertiò id faceret in nomine S. Trinitatis, quam B. Radegundis semper in suo habuit pectore, famulus eius Benesarus manum extendens, è cauda eius tres extraxit pennas, quas mari intingens tempestatem sedauit. Ita ad sui nominis inuocationem B. Radegundis in Columbæ specie apparens, suos ex ipsis mortis faucibus reduxit ad vitam. Facta ergo tranquillitate in mari, illi alta voce exclamabant: Aduenisti bona domina pietate plena, vt suos captiuos eriperes, ne fluctibus absorberentur. Nec illi soli liberati sunt, sed etiam alij omnes mersis beati illius. Eas pœnas attulere ij ipsi à tanto periculo educti, & per loca sancta apie distribuerunt.* Idem Surius tradit S. Leonardum cuidam captiuo in subterraneum specum coniecto Columbæ figura apparuisse, eumq; inde eduxisse, & cùm atra nox hoi viam, quia iret prorsus absconderet, Columbam ab oculos eius volitantem eum antecessisse, atq; ad locum optatum perduxisse. Verũ quemadmodũ hi S. Colũbę specie alios ab imminenti mortis periculo liberarunt, ita pariter ipia Colũba mirabiliter alijs sanctis apparens sanctitatis illorũ publicè testimoniũ præbuit. Ita in primis D. Io. Chrysostomi in Archiepm initiandi capiti insedit, quod idem quoq; Surius recensẽt hoc ferè modo. *Cum autem eũ ordinaturi essent, vt Deus iusserat, & dies accesset præstitutus, aderat quidem omnis cœtus fidelium & simul etiã aderat vniuersus chorus pontificũ. Cum ad aram verò sacram accessisset, & ipse quidem, vt fas exigit caput pontifici submisisset, ipsi autem eius manus fuissent impositæ miraculum quoddã hic quoq; facit Deus, & ostendit eum qui initiabatur, esse dignum, & sua sententia illum dignatum fuisse sacerdotio. Columba .n. & colore alba, & specie valde pulchra templum superius conuolans, illico descendit, & insidet capiti eius qui ordinabatur. Superuacaneum esset omnino immorari interpretantis ijs, qua sunt manifesta. Cui.n. non est manifestum hoc esse signum S. Spiritus?* Columba, referente eodem authore, similiter S. Gregorij Agrigentini in augu-ratione eius in pastorem populi ab altari aduolans capiti insedit: quamobrẽ vniuersus populus stupore, vt par erat affectus, gaudio, & admiratione plenus, nõ amplius orabat exploratũ sibi fieri, vtrũ qui designatus pontifex fuerat, nunc Deo creandus videretur. Itaq; crastino die pontifex creatur, traditur q; Agrigentinis; immo verò huic isti, vt probo pastori rationales oues à pontifice maximo creduntur. Hæc dum Gregorius Romæ moraretur, contigere. Eidẽ simile Columbã, postquã Agrigentũ venerat, & templũ ingressus mysteria peregisset, rursus cælo deuolantẽ eum adumbrare conspexerunt. Idẽ quo q; de S. Fabiano Pontifice maximo memorãt, S. Anti, vel vt alij vocant Anterotis successore. Hoc enim post mẽsem vnũ in Episcopali munere mortuo diuinis sacra administratio ad Fabianũ est delata. Aiunt autem post Anterotis mortem ex agro Romam veniisse, atq; ibi cum alijs versatum esse. Quum verò Romæ Episcopi, & fratres omnes in Ecclesiam ad Episcopum creandum

Angelus Columbæ figura apparet S. Allouuino.

S. Radegũdis Columbæ figura periclitantes in mari liberat.

Periclitantes S. Radegundis auxilium implorant.

Columbæ ter nouem circũuolat.

Benesarus maris tempestatem sedat.

S. Leonar. captiuum liberat Columbæ specie.

Columbæ apparens sãctitatis eorum, quibus apparet indicium.

Chrisostomi capiti Columbæ insidet.

Columbæ S. Spiritus signum.

S. Gregorij Agrigentini capiti Columbæ bis insidet.

S. Gregorius cur in episcopum electus.

S. Fabiani capiti Columba insidet.

conue-

conueniſſent, arq; ſuffragia deligentium de multis præclaris, & illuſtr. viris, quibus eam dignitatem collatam iri hominum opinio erat, variarent, affuit etiam Fabianus: & quamuis de eo nulli Epiſcoporum in mentem veniret, de repentè tamen aliundè aduolans Columba, ac capiti eius inſidens, eum deſignauit, & ſpiritum in eo acquieſcere ſignificauit, in Columbę ſpecie apparere ſolitum: quare tam admiranda vniuerſus populus delectatus, eadem alacritate, atque eodem ſimul ore omnes dignum eum eſſe, & idoneum acclamarunt, & continuò in epiſcopali throno collocarunt. Authores ſunt y Nicephorus, Caliſtus, & z Euſebius, qui Columbam illam, illius figuram geſſiſſe etiam addit, quæ in Sancti Spiritus imagine deſcenderat ſuper Ieſum apud Iordanem. Scribitque id alios tradere quoq; S. Zepherino euenisſe, non Fabiano. Sed Platina ad priorem opinionem inclinat. Aliud miraculum de Columba recenſet Laurentius Surius, ampullam ſancto criſmate plenam B. Remigio Remorum Archiepiſcopo Francorum Regem Clodoueum baptizaturo adferente. *Interea eundi*, inquit, *via ad baptiſterium à domo regia præparatur, velis, & cortinis depictis ex vtraque parte protenditur, & deſuper adumbratur, platea ſternuntur, Eccleſia componitur baptiſterium, baſſamo, & cæteris odoramentis conſpergitur: talemque gratiam Dominus ſubminiſtrabat in populo, vt æſtimarent, ſe paradiſi odoribus refoueri. Sicque præcedentibus ſacroſanctis Euangelijs, & crucibus cum hymnis, & canticis ſpiritualibus, atque litanijs, ſanctorumque nominibus acclamatis, ſanctus Pontifex manum tenens regis, à domo regia pergit ad baptiſterium, ſubſequente*

2 *Regina, & populo. Dum autem ſimul pergerent, Rex interrogauit Epiſcopum, dicens: Patrone eſt hoc regnum Dei, quod mihi promittis? Cui Epiſcopus, Non eſt hoc*, inquit, *illud regnum, ſed initium viæ, per quam venitur ad illud. Cùm verò veniſſent ad baptiſterium, clericus, qui criſma deferebat, à populo interceptus, vt ad fontem venire nequiret. Sanctificato autem fonte, nutu diuino chriſma defuit. Et quia propter populi preſſuram vlli non patebat egreſſus Eccleſiæ, vel ingreſſus, ſanctus Pontifex oculis, ac manibus protenſis in Cælum cœpit tacitè orare cum lacrymis. Et ecce ſubitò Columba niue candidior attulit in roſtro ampullam, chriſmate ſancto repletam, cuius odore miriſico ſuper omnes odores, quos antè in baptiſterio ſenſerant, omnes qui aderant, ineſtimabili ſuauitate repleti ſunt. Accipiente autem ſancto Pontifice ipſam ampullam ſpecies Columbæ diſparuit. De quo chriſmate fundit venerandus Epiſcopus in fontem ſacratum. Viſo autem Rex tanto miraculo, abnegatis diabo-*

3 *li pompis, & operibus eius, petit à ſancto Pontifice baptizari*. S. Maria Oegniacenſis, eodem referente Surio, vidit quandoque ſacerdotem quendam cum lacrymis deuotè ſacrificantem, & Columbam quandam in eius humerum deſcendentem, ex eoque humero fontem puriſſimum ſcaturientem. Non minori miraculo plena eſt illa hiſtoria, quam idem author de Columba refert, quę Sanctæ Marinæ Virgini, ac martyri incarceratæ ſpecie S. Trinitatis apparens, non tantùm hunc in ſanctiſſimo ſuo propoſito conſtantem ad tolerandas futuras pœnas adhortata eſt, ſed iam morienti etiam iterum præſens facta multa hominum millia tanto miraculo ſtupentium ad fidem Chriſti conuertit. *Præter opinionem ergo*, inquit ille, *qua nullis culpæ erat aſſinis, Martyr Chriſti Marina à ſæuo illo & pernitioſo ſerpente (cuius ſpecie damon paulò antè illam tentauerat) liberata videt magnam lucem refulſiſſe in cubiculo.*

4 *Crux autem à terra in Cælum vſque peruadens oſtendebatur, tanquam fons illius luminis. Supra crucem verò conſpecta fuit alba Columba, & pura tota, lucidos emittens ſplendores, Trinitatis, vt mihi videtur, myſterium apertè oſtendente viſione. Nam per lucem quidem erat oſtendi aperiè paternam gloriam: per crucem Crucifixum ſignificari vnigenitum: per Columbam verò conſpiciebatur ſancti Spiritus diuinitas, qua & ancillam Dei alloquebatur, & conſolans animum addebat, dicens: Aue Marina ratione præditа Dei Columba, quod vicisti malignum, & bono adhæſiſti. Aue, & lætare, & delectare ex toto corde tuo filia ſuperna Sion. Quoniam venit dies, in qua pro tuis meritis ornata victoria coronis, & intelligentem Dei requiem comprudentibus ingreſſa apud ſponſum, & regem tuum habitabit.* Et paucis interiectis: *Tunc præſes iubet, vt ei nudata lampadibus pectus vratur, & latera. Cùm diuergo vreretur, & ſupplex tacitè preces emitteret ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in corde ſuo, dolores*

5 *facilè ſuſtinuit. Cùm eam autem de ligno depoſuiſſet, iuſſit magnum lebetem afferri in medium, & eum aqua repleri, & Marinam vinctam in aquam immitti, vt in ipſa ſuffocaretur. Cùm id autem celeritate maxima factum eſſet, ſancta Martyr vincta, & in vas aqua immiſſa exclamauit magna voce. Domine Ieſu Chriſte, qui eduxiſti vinctos in fortitudine, qui ſoluiſti vincula mortis, & inferorum, & eos, qui habitabant in ſepulchris, excitaſti tuo potentatis nutu omnipotens: Tu Domine altiſſime aſpice ad ancillam tuam, & rumpe vincula mea, & hæc mihi hæc aqua in vitam æternam, & in ſupplementum baptiſmatis à me deſiderati ad depoſitionem quidem veteris hominis, & qui corrumpitur ſecundum deſideria deceptionis, indumentum verò, & amictum noui, qui ſecundum Deum creatur in veritate, & iuſtitia. Sic orans intecta eſt ſancta illa adoleſcentula in vas illud plenum aqua. Cum primum*

S. Fabianus ad ſummi Pontificatus apicem euehitur.

y li. 5. Hiſt. eccl. c. 26. z li. 6. Hiſt. eccl. c. 21. Columba ampullam ch ſmate ſancto plenam B. Remigio portat.

Clodoueus Rex baptizatus.

S. Marinæ apparet columba in carcere.

Colũba ſupra crucem apparet. Trinitas ſignificata. Spiritus ſanctus S. Marinã cõſolatur. S. Marinæ tormenta.

Columba S. Marinæ coronam impoſuit.

antem ingreſſa fuit lebentem, ecce fit magnus terræmotus: & rurſus prima Columba coronã ore tenens volauit ipſa hora ſuper aquam, & ingens ignis Columna & crux ſuper eã eadem, qua prius figura apparuit beatæ: & Columba quidem cũ retigiſſet ſacrum caput martyris, & repente ſurſum volaſſet, ſedit ſuper ipſam cruce. Quæ etiam athletam placida voce eſt alloquuta, Pax tibi, dicens, ancilla Dei. Nunc cõſide caleſtem accipiens coronã de manu altiſſimi. Simul autẽ atq; hoc dixiſſet, ipſa quoq; ſoluta à vinculis, & ex aqua emergens, cùm, quæ explicari non poteſt, exultatione ſpiritus diuiniſſimis magnificãs laudabat Trinitatem, vt citra medium baptizata, & mirandum in modum illuminata. Illic dicitur factũ fuiſſe miraculum valdè admirabile, nempè alas quidem ſuas expandiſſe, tanquam vt, quæ ſicbant, exultantem diuinã illam Columbã, conſpectã ſuper illam lucidã, quæ apparebat, cruce. Cùm in voce autẽ eruciſſet apud ſanctã martyrem audientibus omnibus ſic fuiſſe locutã. Huc adſis nunc, ò ſponſa Chriſti Marina in ſupernis manſionibus: & accepta corona incorruptionis in dilectis Dei tabernaculis cum primogenitis filijs patris choros ducens, & lætens requieſce in ſæculum: Hanc tanquam Dei vocem, cùm totus populus exaudiſſet, & obſtupuiſſet, ſtatim Chriſto credidernnt, viri ſimul, & mulieres in magna multitudine, & ſeipſos quoq; eſſe Chriſtianos magna voce exclamauerũt, paratos verò ſe quoq; mortẽ ſubire pro Chriſto. Erant autem virorum quidem, vt aiunt, in quindecim millia, & multa mulieres, in quos Olybrius totum exercitum immittens crudeliſſimè animaduertit. Illud prætetea miraculo adſcribendum eſt, quod a idem ille de moribundo iam iam S. Amatore ſcribit, nempè, quod Columba huius ſancti viri animam in cælum afferret; Hoc, inquit, direns præcipit, ſe ad ſanctã Eccleſiam prouehi, vt ibi ſpiritum datori redderet, vbi die, ac nocte eidem conſuecuerat proliteri. Progreditur cum eo dextra, leuaq; frequens populi multitudo. Præcedit Clericorum chorus, matronarum caterua ſubſequitur. At vbi eccleſiam eſt ingreſſus pontificalem thronum aſcendens, ferè hora diei tertia emiſit ſpiritum. Et continuò chorus ſanctorum, quod eſt ad dictu admirabile, ſuccreſſit, & ſpiritum eius cum hymnis, & laudibus ſpecie Columba vehebat ad Cælum, hoc multis cernentibus, & narrantibus eſt confirmatum. Verùm num ad imminentis mortis augurium, an potiùs ad præcedentis vitæ beatæ, ſimpliciterq; tranſactæ ſpecimẽ demonſtrandũ ſit referendum, quod b Bernardus Scardionius Canonicus Patauinus memoriæ prodidit de B. Beatrice Atheſtina Accij Eſtenſis ex ſecunda vxore filia, alijs iudicandũ propono, mihi verba authoris deſcripſiſſe ſufficit. De ſignis autem, inquit, & prodigijs, ac vita, & mortis eius præter cætera, quæ de ea referuntur, hoc omninò reticendum non cenſui, quod paulò ante mortem, dum inter reliquas virgines menſæ accumberet, vt cibum caperet, Columba candidiſſima nunquam illic amplius viſa iuxtà manens: vbi quaſi admirans eam aliquandiù fixo oculo fuiſſet intuita, vltro euolauit, nec amplius vnquam viſa eſt. Hoc paulò ante obitum. Quomodo S. Niuardus, felicibus Columbæ auſpicijs cænobium ædificarit, ita ferè enarrat c Surius. S. Niuardus cùm in quodam præſidio ſuo cænobium ædificare vellet cum S. Berchario vicum quendam Spernacũ, quem B. Remigius Eccleſiæ Remenſi pretio acquiſierat, expetens in ipſo proceſſu itineris graui ſopore deprimitur, ita vt eundi facultate remota omnem illum equeſtrem, qui ſe fortè comitabatur, orationem ſtare pateretur. Itaq; fagus frondoſa eligitur, ſub cuius tegmine recubans, Berchary decumbentis gremio vertice compoſito recipitur. Interim eo quieſcente, S. Berchavius in Cælum defixis luminibus aſpexit ſubitò niueam Columbam è ſublimibus deſcendere, & arbori, cui ſubſtrati erant, inſidere. Quæ repentè ab arbore proſiliens, & rumpens aera vacuum ſuaue fabricæ ſpecium circumuolans, locum, quo cænobium conſtrui debebat, gyro deſignat, præſentia ſanctificat: Cumq; eoſdem ſui ambitus circulos tertiò repetiſſet, aperto Cælo recondidit. Simile prorſus miraculum in principio ædificationis templi D. Mariæ in Monte extra vrbem noſtram Victoris Epiſcopi temporibus euenſſe Carolus Sigonius, F. Leander Albertus, Pompeius Vizanius, & quot quot alij memorabilia huius vrbis poſteris conſecrarunt, referunt. Sed Sigonij teſtimonium dumtaxat hic adducemus. Quin etiam, inquit, vicinis adhibitis epiſcopis oratorium in monte Vrbi imminente paulò antè conditum Victor conſecrauit, idq; Aſſumptioni B. Mariæ Virginis dedicauit. Id autem hac occaſione fuerat factum. Cùm Picciola Alberti Galuzij filia, Octauiani Platesij vxor ſacellum in hoc colle Virgini Dei matri vouiſſet, ac fabri inſſu eius terram ad fundamenta agere inſtituiſſent, Columbam de indoluita locum quendam circumuolantem, ac lignei frutiulis collectis, orbem ſatis amplum conficientem vno atq; altero die notarunt. Ac mirati rem religionis pleni ad Victorem Epiſcopum retulerunt. Ille multis comſtantibus clericis in collem prouectus, cùm Columbam perinde vt acceperat, nouo adhuc intentam operi reperiſſet cæleſtem eo ligno ſine dubio portendi voluntatem aſſeruit, atq; vt eadem eo in loco, & quidem rotundam faceret, matronam admonuit. Ita ex pia optimi præſulis interpretatione conſtructa ædicula poſt paucos menſes ab eodem ante diem nonum decimum Cal. Septembris eſt dedicata. Miraculis inde plurimis editis, clarus locus, ac magna conuenarum dona piè deferentium celeber ſatis docuit verè ſedem illam à B. Virgine ſibi delectam, ac tacito Columbæ officio, atque labore ſignificatam. S. Ephren Syrus (tradente Cæſare d Baronio S. R. E. Cardinale) cuius ſummam in ſcribendo fuiſſe auctoritatem

a To. 4. In vita S. Germani c. 5. Columba S. Amatoris animam in cælũ effert.

b l. 11. cloſ. 6. de ſanct. & præcl. inſig. Pat. B. Beatrici Eſtenſi Columba apparet.

c To. 5. in vita S. Berchary. S. Niuardus columbæ augurio templũ condidit.

d Serm. de paſſ. Dom. e Deſcr. ec.

Templum D. Mariæ in monte Columbæ auſpicijs conditum.

Hieronymus

e Hieronymus tradit, tùm cùm velum scissum est, nempe cum iam moribundus Dominus noster Iesus Christus acetum accepisset, dixissetque, *Consummatum est*, Columbam etiam è templo egredi visã esse. Rursus B. Catherina totis illis duodecim diebus, quibus à Maxentio tyranno carceribus inclusa detinebatur, per Columbam, tradente Surio, alimentũ accipiebat à Superis. Quemadmodum S. Auxentius Abbas cubiculo totius hebdomadis spacio inclusus à monachis eius monasterij, in quo sanctus ille vir habitabat. Tale etiam est, etsi fabulosum mihi videatur, quod narrat f Diodorus Siculus de Semiramide à matre sua in loca saxosa, & deserta, in quibus aues erant plurimæ exposita. *Tradant*, inquit, *rem* 10 *mirandam, aues infantem alis confouentes nutrisse coagulato lacte ex proximis pastorum mapalibus rapto. Acto anno cum firmiore egeret alimento, aues caseum eodem ex loco raptum ori infantis admouisse. Quare à Pastoribus ex corrisione calei animaduersa infantem speciosam forma compertam ferunt, nutritamque apud se, dono postea datam prædai pastorum regio nomine Simma. Hic liberis carens, vt filium magna cura nutriam. Semiramidem ab auibus (eo enim nomine lingua Syra vocantur) appellauit, quas postmodum Syri omnes, vt Deas honorant.* Hæc ille, qui Semiramidem Decretus Deæ Syræ filiam fuisse tradit, atq; hoc modo genitam; Venerem nempe aliquando obuiam factam fuisse Decreto, amorem cuiusdam adolescentis sibi sacrificantis iniecisse, ex quo cùm filiam Dea suscepisset, sui erroris pudore affectam, adolescentem ab se amouisse, & filiam in deserta, & saxosa loca, vbi Columbarum erant ingentes turmę, exposuisse: 20 Columbas verò, vt diximus, infantem enutrisse. Tradit hæc quoque g Ioannes Tzetzes, quẽ lector plura videre desiderans adire poterit. Verosimilior historia est, quam de Aspasia Hermotimi Phocensis viri pauperis filia, per mulierem in Columbam mutatam in somnio visam à turpi laborum tumore liberata, at dęmonis astu, ac impostura illusa, vt credendum est, fusè h Aelianus posteritati consecrauit, quæ in compendium redacta sic habent, Aspasia Hermotimi Phocensis tenuioris fortunæ viri filia, cùm mentum ei maximo formæ detrimento intumuisset, nec haberet vnde suppetum in medicos faceret, in somno Columbam vidit, quæ in mulierem mutata bono animo ipsam esse iussit, & rosea serta Veneris iam arida contrita tuberi imponeret: quod cùm fecisset, tumor euanit, ipsaq; rursus inter formosissimas puellas numerata est, aut potiùs omnibus prælata. Tandem inuita relicto patre 30 ad Cyrum Darij filium adducta, vna omnium concubinarũ carissima illi fuit. Vnde Aspasia insomnij memor, Veneri sacrificia gratificatoria peregit, & ingens idolũ in honore eius faciendum curauit, iuxta quod gemmis picturatã Columbam statuit. Deinde Cyro in prælio contra fratrem occiso, ab Artaxerse quo que similiter amata & in honore fuit, vt multis ibi scribit Aelianus. Vide obsecro, pie lector, quomodo & dæmo sub Veneris nomine à superstitiosa vanaq; gentilitate cultus, Columbæ figura, qua & Spiritum Sanctum in Iordane, multosq; sanctos, vt ex superioribus est videre, delectatos, nõ sine grandi mysterio constat, induere non est veritus, & sibi eam sacram nuncupare ita facilius deceptos in laqueos suos irretitos in ima, ac obscura Tartara detruderet. Alia est apud eũdem i Aelianũ historia, quæ eundem humani generis hostem sub eiusdem innocentissimæ volucris specie 40 delusisse homines testatur, quamuis interim fabulã quodammodo sapere videatur. Est autem talis: *In Erice Siciliæ festis diebus agunturꝑ, quos Ericini, & Siculi omnes profectorios appellant. Cur autem sic appellentur, causam afferunt, quod id temporis Venerem inde in Lybiam profectam dicunt, nam cum longè maximè Columbarum in ijs locis numerus esse soleat, nulla autem tum temporis appareat coniciunt ipsam abeuntem venerantes Deam cum illa peregrè profectas esse. Nam Veneri sacrum esse genus Columbarum omnes existimant. Nouem diebus lapsis vnam formæ insignem ex pelago Lybico spectari enolantem, quæ non sit quemadmodum reliquæ gregales Columbæ, sed rubra, qualem nobis Anacreon canit esse Venerem, cùm eam quondam loco purpuream, & auro simlem canit, imitatione nimirum Homeri, qui eandem nobis auream celebrat. Hanc cæterarum Columbarum greges sequuntur, & rursus ex earum reditu Ericini reuersionis dies celebrant.* Et alibi rursus. *In Erice*, inquit idem k 50 Aelianus: *Sicilia, vbi templum Veneris ad venerandum, & sanctum, cum certo tempore offerunt Anagogia sacrificia Ericini, & Venerem è Sicilia discedere in Lybiam affirmant, euanescunt ex eo loco Columbæ, quasi comitantes Venerem. Reliquo verò tempore ingentem earundem auium copiam circa Dea templum abundare constat.* Hactenus ille. Et Athenæus scriptor alias clarissimus referente Nicolao Leoniceno, non solùm hæc omnia repetit, sed veluti etiam calcar historiæ addens, speciosо nimirum satis per se mẽdacio, longè maius adducens ait, *eo die, quo redeunt è Lybia, vnctuosum regionis illius tractum butyrum olere, id ijs aduentantis Deæ certissimum iudicium perhiberi.*

S. Catherina in carcere à colũba enutrita.

f l. 3. cap. 2. Semiramis à Columbis nutrita.

Semiramis Decretus filia & quomodo nata.

g Chil. hi. 9. 275.

h l. 2. var. Hi. à principi. Aspasia quomodo à fœdo tumore liberata.

Aspasia Veneri dedicat templũ. Dæmon Veneris specie incantos decipit.

i li. 4. de anim. c. 2. Profectorij dies qui Siculis dicti. Columbarũ in Sicilia maximus numerus.

Colũba Veneri abeuntem comitantur. Rubra Columbarum diuarũ dux. Vennus rubra. Venus aurea.

k li. 1. Var. hist. c. 15. Anagogia sacrificia. Butyri odor Veneris aduentũ indicat.

COGNOMINATA.

Semiramidis encomium.

SEMIRAMIDEM, quam quarto loco Babyloniæ annis quadraginta regnasse historiæ tradunt, militia verò triumphis, diuitijs, victorijs, & imperio omnes mortales superasse, atq; ipsam Babyloniam ex oppido maximam fecisse, vt magis dici possit illam ædificasse, quam ampliasse, Assyrijs, Columbam ex Diodoro Siculo nuncupatam fuisse, quod ab his auibus mirabiliter in desertis, & saxosis locis educata crederetur, paulò supra dixim⁹, dicemusque postea, cum expiraret in Columbā mutatā ab eis creditam, ideoq; ab esu Columbarum eos abstinere, deniq; & vexilla sua Columbæ imagine exornasse solitos: quod teste D. Thoma Aquinate, Hieremias Propheta exhortans Hierosolymitanos, vt fugerent à facie iræ Colūbæ, id est, inquit, Babyloniorum, quos Columba, id est, Semiramis armorum ferocia magis, quàm Ninus instruxerat, indicauit: Ter autem Propheta eius meminit. Primo autem *a* loco sic habet: *De reliquis quasi Leo umbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ Columbæ, & à facie iræ furoris Domini.* *b* Secundo loco ait: *Reuertamur ad populum nostrum, ad terram natiuitatis à facie gladij Columbæ.* Postremò, *Disperdite*, inquit, *saterem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis à facie gladij Columbæ vnusquisq; ad populum suum conuertetur.* Quo loco glossa ordinaria per Colūbam exponit Nabuchodonosor Babylonis regem, & optimè, vti etiam in antè allatis duobus prophetæ locis videre est. Sed quod regem illum Columbam interpretari à Propheta existimat, quasi stultum, leui admodum argumento innititur, quod tale est, *Columba*, inquit, stulta dicitur, qui alienos pullos nutrit alienos, ita Nabuchodonosor, non pro simplicitate Columbam vocat, sed pro stultitia superbiæ. Si enim ab amore Columbæ erga alienos pullos propheta similitudinem assumeret, vti glossa supponit, Nabuchodonosoris benignitatem, ac beneuolentiam erga Hierosolymitanos etiam inde concludere debebat, quod tamen sacræ literæ, ac ipsamet glossa negant, quin contrà ceu flagellum eorum constituunt. Taceo modo eiusce-modi Columbarum amorem admodum insolentem esse, vt inde similitudo accipi posset, vt ab Ossifraga alij peritiores faciunt. Quare verosimilior D. Thomę opinio habenda est, nimirum, quòd Columba Semiramidis, omniumq; eius successorum insigne esset. Sanctus Matthæus Euangelista Christi Saluatoris nostri genealogiam recensens, in ea etiam Naason nominat, quem à Columbina simplicitate, & à requie ita dictum Theologi interpretantur, vt disertissimis verbis facundissimus D. *a* Chrysostomus ostendit, inquiens. *Aminadab autem, qui erat voluntarius populus, vel gens desiderata, genuit Naason, qui interpretatur refectio*, id est, *requies. Ferè enim quicunq; est voluntarius Deo, & præbebit se desiderabilem apud Deum, generat sibi refectionem, & requiem. Congruè autem Naalon, in cuius tempore filij Israel de Aegypto exierunt, qui & principis factus est super tribum Iudæ, refectio, & requies est nominatus, quoniam in tempore illius de seruitute Aegyptiorum violentorum, de laboriosis operibus luteis liberati requieuerunt, & refectionem consequuti sunt in deserto, & corporis, & animæ: corporis quidem, quia ad libertatem venerunt corporalem: animæ autem, quia post immundas culturas Aegyptiorum ad notitiam perducti sunt Dei viuentis. Sed & Columbinus, & serpentinus interpretatur Naason, forsitan quia prudens erat in bono, sicut serpens: simplex autem in malo sicut Colūba.* Hactenus D. Chrysostomus. Hoc sensu, vt opinor, Saluator noster Iesus Christus, Sanctum Petrum carissimum suum discipulum apud D. *c* Matthæum Simonem Bariona, id est, vt Zacharias Episcopus Chrysopolitanus exponit, filium Columbæ, qui tristitiam ponat, ac mœrorem audiat, appellauit. Hoc enim Simon illud Bar Iona significat. Verba Saluatoris nostri sunt: *Beatus es tu Simon Barlona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super hanc Petram &c.* Porrò apud Genuenses originem habuit celeberrima iam familias Columba cognominata, quam scilicet Christophorus Columbus toto orbe nominatissimus iam ante multos annos maximè illustrauit noui orbis inuentione, quare & admirans mare dictus est: Cremonæ pariter alia familia est, Columba appellata, ex qua Realdus Columbus magnus ille Anatomicus egressus maxima sui laude, ac summo audientium commodo, ac progressu in almo Romano Gymnasio rem anatomicam professus est, ac de eo doctissimos quindecim libros posteritati distinctè sanè, atq; accuratè conscriptos reliquit, quos postmodum Lazarus, & Phœbus Columbi Pio Quarto Pontif. Max. nuncupatos in lucem ediderunt.

Semiramis Columbæ dicta.

Babylonij vexilla sua Columbæ imagine insigniunt.

a Cap. 25.

b Cap. 46.

Nabuchodonosor Columba dictus.

Glossæ ordinariæ error.

D. Thomæ opinio probata.

c Cap. 1.

Naason à Columbina simplicitate dictus.

d Hom. 1. *in cap. 1. Matth.*

S. Petrus filius Colūbæ dictus.

e Cap. 16.

Colūba familia apud Genuenses.

Christophorus Columbus admirãs mare dictus.

Colūba familia Cremonensis.

Realdus Columbus.

Lazarus & Phœbus Columbi.

DENOMINATA.

ACOLVMBA] sit Columbinus, vel Columbaris, Columbinus quod ad Columbas pertinet, Columbaris quod est Columbæ, vel idem significat. *a* Columella *Columbare tercus* dixit: *Pulli Colũbini* Varro; & Cicero. *b* Arist. aues omnes, quæ sub Columbario genere continentur Περιστεροειδεῖς appellat. Colũbina apud aucupes dicta est Merula Torquata fœmina, item & Turdus viscivorus, ob magnitudinem. *c* Plinius alibi vuas Columbinas acinosissimas appellat, cui *d* item, vt suprà etiã diximus, planta quædam peristeros vocatur caule alto, foliato cacumine in alios ramos se spargens, Colũbis admodũ familiaris, vnde & nomen. Hanc habenti negant oblatrare canes. Herbarij recentiores omnes hanc plantam Verbenam, siue verbenacam esse existimant. Sed cùm verbenaca Plinio peristereon, non autem peristereos vocetur (vt duobus in locis apud illum videmus, primùm vbi honores verbenacæ enumerat, quos illi olim Romani detulerunt, *e* vbi verbi gratia, *aliqui*, inquit, *peristereon, nostri verbenacam, vocant*, & *f* aliàs *alcea*, inquit, *folia habet verbenacæ, quæ & peristereon cognominatur*: quispiam dubitare posset, vtrum diuersæ plantæ sint, an verò eadem; & certè id doctorum virorum animos quandoquidem, vti video, forsit, quin etiam quidam Veronensis nomine Io. *g* Antonius Pantheus prorsus concludit, diuersas esse. Verùm cùm ipsemet Dioscorides peristeriona siue verbenacam ex eo nominatam videri scribat, quòd Columbæ circa eam perquam libenter versari soleant, cogor in omniũ doctissimorum Botanicorum sententiam venire. At cùm rursus Dioscorides duas herbas diuersis capitibus verbenacam nimirum, & hierabotanem peristereona dici tradat, & de verbenaca tantùm dicat, quod à Columbis nomen obtineat, quis denuo putare posset verbenacam ergo *h* Plinij peristereona esse, cùm contrà hic hierabotanem peristerona esse, appellari dicat. Vnde meo iudicio vtraq; hac herba Columbas delectari statuendũ est, ideoq; illud nomen accepisse, etsi id de verbenaca priuatim Dioscorides scripserit, Latinis peristereon itaq; verbenam, vel verbenacam significat, quibusdam herba segminalis, alijs Columbaria, seu Colũbina dicitur, nõnullis etiam ferraria, à ferri duritie. *i* Nicander περιστερεὼν πτισάνη vocat verbenæ folia. Scholiastes longè nobis aliud, quam Plinius, & Dioscorides faciunt, peristereonis etymum adduxit ex Crateia nimirum dictam scribens, quòd folia diuisa habeat, & pedibus Columbinis similia. *k* Ioannes item Goropius prorsus à Plinio, & Dioscoride apertè dissentit, cùm peristereonem dictam putet, quòd ad eos amores conciliandos, ligandosque, in quibus Columbæ omnium gentium iudicio habent principatum. Cuius equidem doctissimi viri sententiam eò libentiùs amplector, quod in hac herba, nisi ad occultam sympathiam recurramus nihil agnoscam, in quo tantùm auibus consistere possit oblectamentum, tum maximè verò etiam, quòd non alia de re, quam ob conciliandum amorem dicta est Philtrodotes: quod Vergilius sciens loco philtrorum, quæ *l* Theocritus lauris adiunxit, verbenas carmini suo intexuit, arte vt eximia, ita à nemine, quem legerim, præter vnum hunc virum animaduersa. Porrò inter nomenclaturas fumariæ apud Dioscoridem etiam peristereon legitur, à florum videlicet specie, quæ Columbarum ingluuiem quodammodo repræsentat, vnde à Germanis quoque nominatur Tuben kropfle: vel ad differentiam generis cuiusdam loti syluestris inodori, cui similes, sed lutei flores, quæ similiter eisdem Tuben kropfle vocatur, rote tuben kropfle, hoc est, rubra Columbarum ingluuies. Audio, & chamæbatum rusticis Germanorum alicubi Tuben kropfle appellari, vel ipsum, vel fructum eius. Pedis Columbini nomine duæ herbæ veniunt, vna nota, & satis vulgaris exgeraniorum genere, altera rara admodum, amomum nempe, de quo *m* Iacobus Dalechampius sic scribit. Gratias aromatum Indicorum author de amomo scribens narrat se percunctatum aliquando à quodam pharmacopæo Hispano, sed religione Iudæo, qui Hierosolymis habitabat, quid esset amomum. Eum respondisse Arabica lingua Hamama nuncupari, quod pedem Columbinum significat, stirpem hanc nouisse, quam tamen apud Indicos nõ vidisset. Postea seu euocatũ à Nizamoxa rege in Decam potentissimo, medicos eruditos tũ Persas, tũ Turcas, quos semper magnis stipendijs domi alebat, interrogasse nũ amomum haberent, dixisse illos, illic quidem non nasci, sed inter alia aromata, quæ ad regem ex Asia.

Colũbinus. Colũbaris.
a l. 8. c. 8.
b 5. h. c. 13 Merula torquata Colũbina dicta. Turdus viscivorus.
c l. 14. c. 3. Vua Colũbina.
d lib. 25. c. 10. Peristeros. Verbena seu verbenaca.
e l. 25. c. 9.
f lib. 27.
g In disce. 2. diei l. 4. cap. 55. Peristereon duab. herbis cõuenit.
h l. 25. c. 9. Segminalis herba. Colũbaria Ferraria.
i In theriacis. Etymon.
k lib. 6. de Saxonicis. Goropij sententia probata. Philtrodotes.
l Eglog. 8. Fumaria peristereon dict. & cur Tubẽ kropfle. Chamebatos. Pex Colũbinus.
m l. 8. hist. plãt. c. 40. Quid sit amomum. Hamama.

Persia, & Arabia conficiendis alexipharmacis perferrentur, Amomum etiam aduehit: eiusque ramulis se ab eis donatum, id cum Dioscoridis descriptione contulisse, & vetustissimè quadrasse, ac licet iam siccum, pedem Columbinum repræsentasse. Sed eius figuram nec prolixiore oratione, nec pictura Garzias expressit. Eius verò Scholiastes nobis iconem exhibuit, amomi, & amomidis nomine. Neutram tamen cum Plinij, & Dioscoridis conuenire ille putat, nisi id fortè sit, quo se Garzias donatum, quodque pedem Columbinum referre asserit. Nam hæc fragmenta aliquot sunt ramuli, foliolis quibusdam adeo, frequentibus onusti, vt ex solis foliis conflare videantur (velut in tithymalo paralio videre licet) quæ in extremo ita sunt dispositа, vt flosculum, aut rosam efforment. Ramuli isti simul compacti non ineptè pedem Columbinum (qualis Columbarum est, quæ pedes, vt ita dicam, plumatos habent) referre videntur, nullo tamen singulari odore, aut sapore præditi sunt. Caterùm cum auctor hic pedem Columbinum memorat, atque etiam Serapio, minimè intelligunt id geranij genus, quod herbarij pedem Columbinum vocant, sed amomum ipsum, vt ex Serapionis descriptione perspicere licet. Quare ineptissimè faciunt, qui pedem Columbinum vulgarem herbariorum amomo substituunt. Hucusque Dalechampius. Quod modò ad geranij genus attinet, pes Columbinus herbarijs dictum, id, teste Ruellio, illud est, cui folia malua sunt, rotunda, sed multipliciter dissecta. Videtur autem de illo geranio loqui, quod Andreas Matthiolus secundo loco depinxit, cum cæteri omnes herbarij illud, quod apud eundem tertio loco depictum est, pedem Columbinum nuncupent: quamuis tamen in Italia vtrumque eo nomine celebretur. Quod itaque omnes pedem Columbinum vocant, aiunt secundum genus esse Dioscoridi, dicique etiam geranium Columbinum, Gallis pied de pigeon, Germanis Taubersusz. Cæterùm apud veterem Auicennæ glossophagum Scalcar pedem Columbinum significat, quo author, eodem tingitur oculus vel cera. Aquilegiam [n] Dalechampius ait Columbinam dici, quoniam corniculis suis sursum reflexis, gracilitate cæruleum, & rostella Columbarum referat. Vult autem id de simplicibus aquilegijs intelligi, quod in hortis culta hæc stirps multo pluribus densioribus, & nidioribus corniculis prædita sit Lithospermon à Romanis Columbam appellari inter adiectas Dioscoridi nomenclaturas legitur. Adamus Leonicerus scribit, in quibusdam Germaniæ locis dici tubenrock, nimirum à Columbis. Theophrastus, & Dioscorides ciceris genus Columbinum vocant, quod [o] Plinius alijs etiam Venereum dici tradit, assequi candidum, rotundum, læue, & arietino munus. Hoc fortè fuerit, quod vulgò pisum album nominatur, interius flauescens, foris læue, rotundum, quod & pisis alijs in cibis ferè præfertur: de quo plura leges apud [p] Ruellium, qui id orobiæum, & orobiam Græcis vocari docet, sub quo genere etiam syluestre contineatur eruo simile, subamarum, secundum alios dulcissimum. Rhai alhamam, hoc est, pastus Columbarum (alias additur & camelorum, vt scribit [q] Auicenna) est herba, quæ fert granum simile grano myrti, sed magis cinereum, cuius medulla colore, & gustu refert ientem excorticatam cum exigua dulcedine. Apparet autem leguminis quoddam genus esse. Matthias Lobelius, atque Pæna scabiosam, minorem etiam Columbariam nuncupant. Est autem etiam Columbaria Insula in mari Thusco, à qua, ni fallor, [r] Io. Baptista Egnatio Columbarienses nominatur: verum [s] Plinio Peristeirides Insulæ etiam iuxta Smyrnam dicuntur, quas sic dictas arbitrandum est, quod Columbarum agminibus abundarent. Peristere Stephanos vrbs Phœnicum est: gentile Peristerites, Enisipia maris Lybici Insula Aegypto adiacens Gerar, Mercatori Isola de' Colombi, hoc est Columborum Insula dicitur. Duuelandia Zelandiæ pars est frugibus abundantissima, ita dicta, quod totius ferè insulæ Columbæ eo, etiam trans mare ad pastum quærendum euolitent. Porrò argillam, vel margam quandam [t] Plinius Columbinam nominat, & Gallicam suo nomine eglecopelam (quidam legunt Aeglepeliam, ideſt splendidam, & liuidam ἀπὸ τῆς λαμπρᾶς lucidus: ὠχρίου liuidus: sed hoc mundo ea vox Græca fuerit, non Gallica, vt Plinius vult. In vetusto legitur suo nomine Græco (legit Dalechampius, sed & Græco) Pelian appellat appellare ait & glebis exstitari lapidum modo, sole, & gelatione ita solus, vt tenuissimas bracteas faciat. Eadem inquit Ornithologus, aut similis fuerit argilla nigricans, qua agros alicubi stercorari audio: ex qua etiam optima vasa figlina, & ignis tolerantissima fieri puto, qualibus aurifabri vtuntur. Et ex eadem nimirum materia, sed magis indurata, etiam lapis ille niger in tenuissimas laminas sciſſis, quo ad pugillarem, & ædium tecta vtuntur. Ioannes Augustinus Pantheus alchymista lapidem lebetum vocat fuscum illum,

Admoniũ vnde aduehatur.
Amomis.
Amomi descriptio.
Colũbinus pes vulgaris non est amomum.
Geranium quod pes Colũbinus dicatur.
Scalcar qd Auicennæ. n'li.7.hist. plant.c.14.
Aquilegia columbina dicta, & cur.
Lithospermon colũbinum. 6l.18.c.12
Cicer Venereum.
Pisũ albũ. p l.2.c.36.
Rhai alhamam qua herba. q 2.565.
Scabiosa minor.
Columbaria insula. r In Hist. prin. Rom. s l.5.c.31.
Peristeridis insula.
Peristere vrbs.
Enisipia.
Isola de' Colombi.
Duueland.
Argilla columbina. t li.17.c.8.
Eglecopela.
Vasa ignis tolerantiss. vnde fiant
Lap. sciss.

illum, qui Plinij propè Clauenam in Rhetia non procul à Lario lacu ex montibus deportatur, & ferro tornatur in vasa ignis apprimè patientia: videtur autem eundē appellare petram Columbinam. *u* Isidorus verò Columbinum lapidem *ab auis colori nuncupari* scribit, *& natura gypso vicinum esse, & mollitie simillimum.* Venenum Columbinum Caligula apud Suetonium appellat ex eo, quod Columbo cuidam victori at leuiter saucio in plagam abdidit. *x* Paulus Iouius Antracium quendam refert Pisanis duo inusitatæ magnitudinis vendidisse tormenta rudi veterum sæculo fabrefacta, quorum vnum ab insculpta aue Columbinum, alterum à terribili ictus violentia Desperatum vocabatur. Plauto Columbare, exponente Festo, locum quendam significat in naui. Verba sunt Plauti in scribam naualem.

Non ego te vidi: naualis scriba Columbari impudens?

Et subdit Festus: Siue quod Columbariorum quæstus temerarius, incertusque est, Ornithologus hic fortè etiam Columbar legendum putat, genus nimirum vinculi, quod à collo denominatum aliquis coniecerit, & cuius idem *y* Plautus alibi meminit, inquiens: *Illic in Columbar credo, leno vertitur. Nam in Columbari collum haud multò post erit.* Vitruuio verò Columbaria duo significant, vtraque à Palutino Columbari diuersa, vt ex hisce *z* eius verbis manifestè apparet: Ὄπαι, inquit, *Græci tignorum cubilia, & asserum appellant, vti nostræ ea Columbaria.* Et *a* alibi ita vocat *foramina, siue canales, secundum singulos axis octantes, per quæ aqua in tympano haustorio organo concepta effluit.* Quo loco Guil. Philander dicta esse annotat Columbaria ἀπὸ τοῦ κολυμβιστὰς, id est, vrinando, quasi Columbaria, quod aquæ innatēt, immerganturuè, à quo, inquit, κολυμβιστὰς Græci vocant, quos Latini vrinatores, quales sunt Anates. Quæ, vt videtur, ab Hermolao mutuatus est, qui alibi sic habet: Cioniō, siue cion vasculi genus est, quo nomine in hodiernum vsque diem vtantur cauponæ. Hoc Columnas à nostris ex interpretatione Græca vocitatum putes: vnde apud Iurisconsultos Columnarium, quanquam non Columnarium, sed Columbarium fortasse pronunciandum sit. Instrumenti genus ita nominatur Vitruuio ad aquam hauriēdam per tympana, etiam si à colluuie colluuiarium sunt qui legant. In quo illud mihi occurruit. Columbarium non à Columbis, sed à Græco verbo, quasi colymbarium venisse, quando Græci κολυμβᾶν, & Colymbistas vocant, quod nos vrinare, & vrinatores dicimus. Vrinatorium ergò vas, quo videlicet, aut vinum promitur, aut aqua, Columbarium à veteribus dictum existimare possumus: alioqui & Columbæ ab hoc ipso verbi Græci significatu appellantur. Quid si columbarium apud iurisperitos pro mensa lapidea, quæ cartibum, & cartibulum quoq; dicebatur, accipiant. De qua M. Varro, *Altera*, inquit, *vinaria mensa erat lapidea, oblonga vna contumelia, & vocabatur cartibulum, in quo ponerentur anea.* Hæc omnia *b* Hermolaus. Ornithologus verò, cui libenter hac in re assentior, Columbaria in tympanis, siue rotis haustorijs vasa eadem esse credit, quæ & haustra dicuntur ab vsu, & columbaria figura dicta, qua referant loculamenta, seu nidos, quæ pro Columbis in cellis Columbarij fiūt, nisi hoc interest, vt videtur, quo haustra illa, quæ Columbaria propriè dicūtur, caua sunt, & in ipso tympano, alio verò vt modioli quadrati foras prominentia, vti etiam figuræ Vitruuio adiectæ declarant. Eodem modo *c* Isidorus Columbaria putat esse loca concaua in summis nauium lateribus, per quę eminent remi, ita autem dicta, quod sint similia latibulis Columbarum, in quibus nidificant. S. Columbanus, cuius vitam plenam maximis, & memorandis miraculis Beda fusè admodum describit, à Columba quidem nomen meruit, non autem ab aue, ac à ciuitate Hyberniæ Columba nuncupata.

Petra Columbina.
u l. 19. cap. 10.
Venenum columbinum.
x l. 3. hist.
Columbiuū tormentum.
Desperatū Columbar.
Plauto quid.
y In Rua.
Columbar quid Vitruuio.
z l. 4. c. 2.
a l. 10. c. 9.
Vrinatores
Cionion vasculi genus.
Columnas.
Columnarium.
Vrinatorium vas.
Columbarum dictū.
Mensa lapidea.
Cartibum.
Cartibulū.
b In Cora.
Haustra quam vasa dicta.
Columbaria vnde dicta.
c l. 19. c. 2.
Columbanus vnde dictus.

PRÆSAGIA.

COLVMBAS aiunt tardiùs solito ad suum περὶς ἐρεῶνα redeuntes mox imminentium pluuiarū signa repræsentare, quoniam percepto in pluuias aeris motu, in crastinum prouidè expleri satagunt. *a* Hieronymus Vida ab hoc Columbarum præsagio facta eleganti quadam similitudine innuit Columbas sæpè non prius arua, camposque relinquere, quàm vel tonitru audierint, vel ex nebuloso aere certò affuturas pluuias diuinauerint, canit autem:

Pluuiæ præsagium.
a l. 5. Christiad.

Ac velut in paſtus celſaq; ſede Columbæ
Exierant varios, cum tempeſtate repentè
Vrgenti cæco miſceri murmure cælum
Incipit, & nigræ cinxerunt æthera nubes,
Continuò linquunt arua vndique & ardua pinnis
Tecta petunt, celereſque canis ſe turribus abdunt.

Serenitatis ſignum. E contrario verò ſi inſolenter cantillauerint ſerenitatis ſigna vulgò creduntur.

AVGVRIA.

al. 5. Gen. dier. c. 13. DVPLEX ex Columbis erat augurium, lætum ſcilicet, ac infelix: quamuis nonnulli proſperos ſucceſſus tantùm prædicere velint: alij q; nullius prorſus auſpicij creditas eſſe, niſi comitatas ab alijs, quod *a* Alexander ab Alexandro quoque ceu ratum repetijt. Homerus felicis (hoc enim inter meas ſchedulas annotatum reperio) Columbæ augurij meminit: neq; etiam ſemper fauſtum fuit comitatas videre, quemadmodum vel hoc ſenario habemus ex Suida:

Περιστεράς βλέπειν τι προξενεῖ βλαβές.
Columbas videre malum aliquod præſagit.

Magnæ alites paruarũ auguria turbant. b Aegl. 9. Verùm vt aſtruamus modò felix, modò infelix augurium feciſſe: ſcire licet antequam felicia enumeremus, Columbarum vti etiam reliquarum minorum volucrum auguria à maioribus ſuperuenientibus extingui credita, quod alibi *b* Virgilius ab Aquila ſumpto exempto etiam innuit, dicens.

Sed carmina tantum
Nostra valeant; Lydia tela inter Martia quantum
Chaonias dicunt, Aquila veniente Columbas.

Seruius hallucinatur. c Aen. 6. Quo loco eius Scholiaſtes Seruius, *minora enim*, inquit, *auguria maioribus cedunt, nec vllarum ſunt virium licet priora ſint.* Idem Seruius Columbarum auguria ad reges pertinere dixit, quia nunquam ſolæ ſunt, ſicut neque reges: quod poſtremum falſum eſſe ſubſequentia docebunt. Adnumerari verò Columbas inter eas alites, quæ regibus auſpicia faciebant veriſſimum quidem eſt. Hinc in primis (proſequor autem felicia auſpicia) Virgilius Aeneæ Veneris filio, & regi Columbas geminas in auſpicium miſſas narrat, duces numinum ad inueniendum aureum ramum. Optauerat enim Aeneas in nemore arborem auriferam videre, vt inde ramum refringeret, & ſtatim illi apparent geminæ Columbæ volantes, quas quia matri Veneri dicatas nouerat, lætus precatur, vt curſum ſuum dirigant, vbi ramus exiſtit aureus, obſeruatoque earũ volatu ſuper arbore conſiſtere animaduerſit, quo gradiens, cum peruenisſet, auri fulgorem vidit in arbore, indeque illicò ramum excerpens, eum Sybillæ detulit. Quæ omnia poeta ſic proſequitur:

Columbæ geminæ Aeneæ apparent.

Si nunc ſe nobis ille arbore ramus
Oſtendat nemore in tanto &c.
Vix ea fatus erat gemina cum fortè Columbæ
Ipſa ſub ora viri Cælo venere volantes,
Et viridi ſedere ſolo, tum maximus heros
Maternas agnouit aues, latuſque precatur,
Eſte duces, ò ſi qua via eſt, curſumq; per auras
Dirige in lucos, vbi pinguem dines opacat
Ramus humum, tuque ò dubijs ne defice rebus,
Diua parens, ſic effatus veſtigia preſſit,
Obſeruans, quæ ſigna ferant, quo tendere pergant
Pascentes, illæ tantum prouare volando
Quantum acie poſſent oculi ſeruare ſequentum,
Inde vbi venere ad ſauces grauecolentis Auerni
Tollunt ſe celeres, liquidumq; per aera lapſæ
Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt.

Discolor vnde auri per ramos aura refulsit:
Quale solet Syluis, &c.
Talis erat species auri frondentis opacæ
Ilice sic leui crepitabant bractea vento.
Corripit extemplo Aeneas, manibusq; refringit
Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sybillæ.

C. Iulio Cæsari originem ab Aenea trahenti, vel saltem trahere sese iactitanti Columbæ prospero fuerunt ostento, cùm palmam eam nidis frequentare cæpissent, quã ipse castris locum capiens inter Syluas, quas cædebat, repertam conseruari vt omne victoriæ iusserat. Ea enim de causa mirum, & inusitatum videbatur, quòd id auium genus duram, & asperam frondem studiosè soleat euitare. Meminit huius augurij his verbis *d* Suetonius: *Apud Mundum*, inquit, *D. Iulius castris locum capiens, arborem palmæ repertam conseruari, vt omne victoriæ iussit. Ex ea continuò nata soboles, adeò in paucis diebus adoleuit, vt non æquipararet modò matricem, verumetiam obiceret, frequentaretur q; Columbarum nidis: quamuis id auium genus duram, & asperam frondem maximè euitet. Illo præcipuè ostento motum Cæsarem ferunt, ne quem alium sibi succedere, quam sororis nepotem vellet.* e Apollonius quoq; canit aspectu Columbæ iussos ab augure Mopso heroas illos benè sperare: demonstratumq; illis esse respondere id signum prædictioni Phinei, qui affirmarat reditum eorũ è periculosa illa expeditione, positum esse in Veneris voluntate, ipsius namq, Deæ eas sacras esse aues. Idem alibi §. Phinæum fingit Aragonatis suadere, ne per Symphlegades petras nauigent, nisi prius eminus emissa Columba, vt si illam viderint incolumem euadere per ipsas, sequantur: sin minus retrorsum nauigent, tanquam prohibentibus Dijs. Neapolim celeberrimam Italiæ vrbem tali felicissimo auspicio conditam referunt, vt nimirum Parthenope virgo Eumeli filia Columbæ augurium secuta post longa itineris interualla agrum Neapolitanum, tanquam ad tantæ futuræ vrbis decus elegerit. Meminit eius *f* Velleius Paterculus: *Huius classis*, inquit, *cursum esse directum alij Columbæ antecedentis volatu fuerunt, alij nocturno aris sono, qualis Cerealibus sacris cieri solet.*

C. Cæsaris argum.

d In Augusto Cæsare. c. 94.

e Argon. 3. Argonautarum augurium. § lib. 2.

Neapolis Columbæ auspicijs condita à Parthenope.

f lib. 1. hist.

Item *g* Statius.

Tenuis nec rara colonis
Parthenopis, cui mite solum trans æquora vectæ
Ipse Dionæa monstrauit Apollo Columba.

g lib. 4. Syl.

Hinc quoq; Neapolitani, referente Alexandro Neapolitano, statuam erexere Apollini, cuius numero Columba insidebat, & mulierculam quandam (quæ Parthenope fuerit) genibus flexis ante statuam procumbentem, quasi Columbam adoraret. Idem quoque Statius attestatur dicens:

Statuæ Apollinis Columbæ insidet.

Dÿ patrÿ, quos augurÿ super æquora magnis
* Litus ad Ausonium deuexit Abantia classis;*
Tu ductor populi longè emigrantis Apollo,
Cuius adhuc voluerem leua ceruice sedentem
Respiciens blandè felix Eumelis adorat.

Lætũ etiã Alexandro Seuero, ac imperium portendens auguriũ fuisse legimus, quod anicula quædã eo, quo natus est die, matri eius Colũbas obtulisset. De Diadumeno tradunt Macrini filio eiusmodi portentũ: Aquila qua natus est die Palumbũ ei regiũ paruulũ attulit, & in cunis posuit dormiẽti, receptitq; sine noxa: quod dubio procul cũ ab ineunte ætate Imperatorem aliquando futurũ indicauit. Præterea etiã de Aretulla scribitur, quod cũ sæpius Domitiũ pro fratre suo, quẽ in Sardiniã exultatũ miserat, frustra rogasset, vt ab exilio illũ reuocaret, in eius gremiũ Columba, quæ cum cæteris auibus in Theatro (nam id spectaculi genus edidit Domitianus, quod *h* Papinius testatur, & olim ediderat Nero) deciderit, neq; inde voluerit euolare. Hanc *i* Martialis fratri reuersuri ab exilio nunciam fuisse credidit, cùm canit:

Seueri augurium.

Diadumeni auguriũ.

Aretullæ augurium.

h In Sat.

i lib. 8. Epi.

Aera per tacitum delapsa sedentis in ipsos
Fluxit Aretullæ blanda Columba sinus.
Luserat hoc casus, nisi inobseruata maneret
Permissaq; sibi nollet abire fuga.
Si meliora piæ fas est sperare sorori,
Et dominum mundi flectere vota valent,
Hæc à Sardois tibi forsitan extulit oris
Fratre reuersuro nuncia venit auis.

k lib. 22. Hierogl. Hebræi columbarum alas tectis affigunt.

Pierius *k* Valerianus ex Euthymio apud Hebræos ait prædiuitum, ac potentiorũ hominum morem fuisse, Columbarum alas gypso illitas in summæ felicitatis signũ summis tectis effingere. Hæc itaque felicia hactenus extiterunt auguria, supersunt modò infelicia, quale in primis illud est, quod Priamus Iouem orans sumit ab Aquila. *Columbam etiam respirantem* vnguibus tenente. Inde enim Penthasileam haud reuersuram incolumen ex prælio augurabatur. Meminit Q. *l* Calaber.

Augurium infelicia.

Αἰετὸς ἐξ ὑψηλῆς
Ἥδη ἀποπτήσειεν ἔχων ὀιζυροῖσι πέλεια
Ἐσσυμένας ὄρνιν ἀριστερὸς, id est:
Aquila acutum clangens.
Iam efflantem animam tenens vnguibus Columbam
Concitatè ruit dextera.

Priami augurium.

l lib. 1.

m In Ione. Ionis augurium.

Ion quoq; apud *m* Euripidem, dum venenum, quod Creusa ei machinata, à sene rege acceptum biberet turmam Columbarum in interiora irruisset, vnam verò etiam ex ipsis pro eodem vino mortem obijsse. Euripides Latinus factus sic ait.

Atque dum hæc fierent, subitò irruit in tentorium
Turma Columbarum (nam in delubris Apollinis
Tutò habitant) illicque vbi vinum effunderant,
Simul rostra, bibendi scilicet cupidæ
Demiserunt, hauseruntque in plumigera guttura
Laticem: ac cæteris quidem innoxia Dei libatio
Fuit: quæ autem consedit, vbi nouus puer libauerat,
Potumq; gustauit, ea mox corpore volucri,
Concussoque bacchatur, simulque stridula
Vocem edit confusam: vnde omnis obstupuit
Conuiuarum corona laberes altis.
Tandem autem palpitans moritur, purpureos,
Et submittit pedes. At fatidicus puer
Nuda è vestibus supra mensam membra explicuit.
Exclamans, quis hominum mihi machinatus est necem?

n In Persicis. Persici exercitus augurium.

Charon *n* Lampascenus apud Athenæum de Mardonio scribens, & exercitus Persici interitu circa Athon montem, *tum*, inquit, *primùm Columbæ albæ in Græcia visa sunt, cùm prius non fuissent.* Idem *o* Aelianus narrat, sed tum primùm visas alites, cum triremes Persarũ prætereligentes Athon perirent. Hannibalem sedecim continuis annis Italiam vexaturum multosq; in ea occursum, sed tandem & ipsum à Scipione superandum, ac omnem victoriarum gloriam perditurum, hoc, quod Silius Italicus memoriæ prodidit, augurium significabat:

o li. 1. Var. c. 15.

Cùm subitum liquida non vllis nubibus æthra
Augurium mentes, oculosq; ad sydera vertit:
Accipiter medio tendens à limite solis
Dilectas Veneri, notasq; ab honore Dione
Turbabat violentus aues, atq; vnguibus idem
Idem nunc rostro, durisque nunc ictibus alas:
Terquinas dederat sæua inter vulnera letho:
Nec finis, satiesue, nouæ sed sanguinis ardor
Glisceret, & vrgebat trepidam iam cæde priorum,
Incertamq; fugæ pluma labente Columbam:
Donec Phœbeo veniens Ionis ales ab ortu
In tenues tandem nubes dare terga coegit:
Iam victrix latos signa ad Romana volatus
Conuertit plerosq; ducis qua parte decora
Scipio quassabat puerilibus arma lacertis,
Clangorem bis, terq; dedit, rostroq; coruscæ
Perstringens conum galeæ, seredidit altris.
Exclamat Liger, huic superos sentire monentes
Ars fuit: ac pennæ monstrare futura magistræ.
Pœnè bis octonos Italis in finibus annos
Audacis similis volucris sic habere pubem
Ausoniam, multamq; feres cum sanguine prædam.

Sed

Sed compesce minas, venuit tibi Danuia regna
Armiger ecce Iouis: nosco te summe Deorum.
Adsis è firmesq; tuæ pater aliitis omen,
Nam tibi seruantur: ni vano cassa volatus
Mentitur, superos præpes postrema subacta
Fata puer Libyæ, & maius Carthagine nomen.
Contra læta Bogus Tyrio canit omnia regi
Et factum Accipitrem, casosq; in nube volucres
Aeneadis cladem, & Veneris portendere genti.

Macrinus item Romanorum Imperator regno exutus legitur Columbæ augurio. *p* Xiphilinus author est, cùm primùm litteræ eius de imperio legerẽtur, Columbam ad statuam illius, quæ posita erat in curia, circumuolasse, idq; futuræ eius timiditatis, propter quam à Pseudoantonio puero adhuc superatus est, superior aliàs viribus, augurium fuisse. Diogenem orientis Cæsarem antequam imperio caderet, hæc signa præcessisse memorant. Nigra Columba circa triremem volitans, manu comprehensa est, & imperatricis adita: medium illius tabernaculum confractum, ac ignis, nescitur vnde, lapsus, qui equos imperatorios, & vehicula combussit. Hæc & id genus auguria, felicia, aut infelicia, qualia: posteriora fuere diuina putauit antiquitas. Viri autem vita, & doctrina sanctissimi, si aliqua esset, quæ diuina auguria tas esset dicere, ea signa diuina auguria assererent, quæcunque diuinam causam habere possunt, qualia sunt, quæ de Columba diximus, quæ discipulis Domini, quæ in multorum Pontificum electione, ac in templorum ædificatione apparuit nimirum ad futurum bonum: cui etiam felix illud Mediolanensium augurium ascribito. Die vno de tricesimo mensis Maij, anno à salutifero partu 1176. Sisino, Martino, ac Alexandro martyribus sacro tres Columbæ candoris niuei, ex horum sanctorum sacello euolasse visæ sunt ad castra Mediolanensium, ac tam diu aureæ cruci rhedæ, qua totus sese ratorius ordo vehebatur (vulgò carrotium vocant) insedisse, neque equorum fremitu, armorum strepitu, turbarum, ac tympanorum rumoribus ad volatum compelli potuisse, donec fugato hoste, qui Fridericus erat Imperator cognomento Barbarossa, victoria potiti, victoriam alto clamore nominarent. Author est *q* Paulus Morigia.

Macrini augurium.
p In Macrino.
Diogenis Cæsaris augurium.
Auguria diuina quæ dici possint.
Mediolanensium felix augurium.
Fridericus Barbarossa victus.
q In Hist. Mediol.

VSVS IN VANIS ETHNICORVM Sacris.

SYRI, teste Beroso, Columbis religiosè abstinent. Meminit huius superstitionis Tibullus, inquiens:

Alba Palestino sancta Columba viro.

Et *a* Lucianus dum ait: *Columbæ ex auibus Syris videntur res sanctissimæ esse, & ne tangere quidem ipsam fas habent: quod si quando inuiti etiam attingunt, scelerati & execrabiles illo tum die habentur: ideò compascuæ ipsis sunt, & ad domos ipsorum veniunt, & in terra pascuntur in sacra vrbe.* Vnde apud Hessenos Palestinæ populos tantam earum copiam factam fuisse legimus, vt aduenas, velut ciceres peterent. Eiusmodi populus ideò sacras has alites fuisse *b* Diodorus Siculus tradit, quod Semiramidem Decretus Syria Deæ filiam ab illis in deserto educatam crederent. Sed *c* Lucianus aliter sentit, nimirum quod cum expirasset in Columbam conuersa putaretur: quod *d* D. Iustinus martyr, & historicos astruere videtur hinc similitudine sumpta multos tyrannos pro Dijs cultos asserens: *Quod si, inquit, quidam execrandi, & Deo inuisi opinionem quod Dij essent, obtinuere: & Decretum filia Semiramis, mulier petulans, & cadibus contaminata Dea Syria exstitit, & ipsius Decretus causa, Columbas quoq; & Semiramidem Syri colunt. Nam quod impossibile est fanum in Columbam mutatam esse, apud Cteſiam fabula est. Quid mirum est, &c.* Alij propter castitatem cultas ab eis Columbas existimant, atque hoc etiam *e* Lucianus alibi retulit. Cur verò Meccæ Mahumeti sepulchro illustris vrbis incolis religio sit has aues occidere, longè alia ratio est nam pseudo prophetæ, ac nefarium illud scelus eis persuaserat sibi cum Spiritu Sancto Columbæ specie sæpius de rebus ferijs interloquia intercedere. Assuefecerat enim Columbam, vt ad aurem suam sæpius aduolaret; atque huiusmodi tanto in ea etiam vrbe harum auium copia facta est, vt Ludouicus Barthema quindecim, & viginti etiam millia ibi simul sese conspexisse memoret: quas omnes miserati illius vrbis cines sobolem, inquit, illius Columbæ existimant,

Syrii Columba sacra.
a lib. de Syria Dea.
Hessæi Columbas abstinent.
b lib. 3.
c lib. de Syria Dea.
d In Orat. Athenag. pro Christ.
e In Ioue Tragœd.
Meccæ incolæ Columbas non tangunt.

ſtimant, cũ ſcelecto illo colloqui videbatur. *Volabant*, inquit, *vbiq; per domus, vbi granorum omnis generis erat abundantia, neq; erat, qui eas abigeret.* Lugdunenſibus Batauorum, ſiue Hollandorum Columbas *f* Iuſtus Lypſius etiam ſacras eſſe tradit, ſed cauſam cur eas colant habere legitimam, quòd ſcilicet eis fideliſſimis nuncijs in vrbis ſuæ æternum memoranda, ac annua obſidione vſi fuerint. Sed verba Lypſij adſcribam. *Douſa*, inquit (Ianus poeta celebris, & eques auratus) *Columbas toto vultu renuit. Cùm verò Lernutius conuiuij præſes diceret, Quid ita? Fortaſſe te Columbis non amicum? Amiciſſimus ſum*, inquit, Douſa. *Qui an igitur Syrus es? Minimè ait: tamen & nobis Batauis hæc ſacra. Ea enim nobis obſeſſis arcanorum apud ſocios interpretes, ea litterarum ſidæ admirata, ea rebus iam deploratis, & tantùm non funere neſtro conclamato ſola indices auxilij ſalutaris.* Iam verò Columbas Veneri dicatas eſſe, ac ſacrificari ſolitas nemo neſcit, qui vel prioribus tantùm labris poetarum ſcripta guſtarit. *g* Ouidius autem id in primis, vt cæteris ferè fabuloſior innuit inquiens:

f li. 2. Satu. ſerm. c. 6.

Lugdunẽſes Bataui Columbas honorant.

Columbæ Veneri ſacræ.

g li. 1. Faſt.

Tuta diu volucrum proles tum denique caſa eſt,
Iuueruntq; Deos indicis exta ſui.
Ergo ſæpè ſuo coniunx abducta marito
Vritur in calidis alba Columba focis.

h lib. 4. Et *h* Propertius:

Sed capite torquatæ genus ò regina Columbæ
Ob meritum ante tuos guttura ſecta focos.

i lib. 14. Et *i* Martialis:

Ne violes teneras præduro dente Columbas,
Traditâ ſi Gnydiæ ſint tibi ſacra Deæ.

Cur Veneri ſacræ.

Veneris, & Cupidinis fabula.

Periſtera in Columbam.

Lactantius grammaticus cauſam, cur Veneri immolentur, in hanc fabulam reiecit. Cùm Venus, & Cupido laſciua contentione certarent, vter plures ſibi flores colligeret, & Cupido alis adiutus Venerem ſuperaret, Periſtera Nympha occurrit, & adiuuando Venerem ſuperiorem effecit, indignatus Cupido nympham in auem ſui nominis immutauit, Venus verò vt honore pœnam minueret, Columbam ſuam in tutelam eſſe mandauit. Verùm quod veriſimilius eſt, has aues Veneri ideò ſacras exiſtimatas fuiſſe putauerim, quòd laſciuiarum, ac cuiuſuis amoris Deam aues etiam decerent, quæ ſimul in oſculis, ac complexibus laſciuæ eſſent, & in incœpto amore perſeuerarent, ac continuè proli incuberent. Has etiam in vehendo Deæ curru, quem magna arte Vulcanus ei fabricauerat eorum officio functas fabulati ſunt. Meminit in primis *k* Ouidius, vbi Venerem cum Cupidine filio ſuo loquentem ita ferè inducit.

k lib. 1. am. oleg. 2.

Nectè commamyrto, maternas iunge Columbas
Qui deceant currus vitricus ipſe dabit.
Inque dato curru, populo clamante triumphum,
Stabit, & adiunctas arte mouebis aues.

l In Aſi. cur.

l Apuleius verò currus illius fabricæ artificium proſequens, à quatuor vectum Columbis ijſque candidit ait his verbis: *At venus terrens remedij inquiſitionibus abnuens, cælum petit, iubet conſtrui currum, quem ei Vulcanus ſubtilis fabricæ ſtudioſè poliuerat, & ante thalami rudimentum, nuptiale munus obtulerat, Lunæ tenuantis detrimento conſpicuum, & ipſius auri damno pretioſum: de multis, quæ circa cubiculum domina ſtabulant, procedunt quatuor candidæ Columbæ, & hilaribus inceſſibus picta colla torquentes, iugum gemmeum ſubeunt, ſuſceptaq; domina lata ſubuolant, currum Dea proſequentes, gemitu conſtrepenti laſciuiunt Paſſeres, &c.* Columbas verò Veneris currum vexiſſe alibi etiam *m* Ouidius ait:

m lib. 14. Metam.

Gaudet, grateſq; ait illa parenti,
Perq; leues auras iunctis inuecta Columbis
Littus adit &c.

Meminit item *n* Claudianus:

n lib. 6. de laudi Stip.

Venus hic inuecta Columbis
Tertia regali iungit connubia nexu.

Dioneæ vnde dicta columba.

Quia itaq; huic Deæ conſecrate erant Columbæ, Poetis Cytheriades, Cytheriacæ, Dioneæ, Cypriæ, Idaliæ, Paphiæ, & Gnydiæ nuncupantur. Dioneæ autem à Dione Veneris matre: reliqua verò nomina, ſiue epitheta à locis, in quibus hęc Dea colebatur, ſumpta ſunt, Catullus albulum Columbulum Dioneum dixit Cæſaris mollitiem notans, ita alibi Silius *o* Italicus:

o lib. 4.

Dilectus Veneri, notaſq; in amore Dionis.

p l. 6. The.

p Statius aues Dioneas vocauit, inquiens:

Dioneiſq; auibus circumſona Thybæ.

Aeneas

Aeneas verò apud *q* Virgilium aues maternas, Veneris nempè filius: *q lib. 5. Aeneid.*

Tum maximus heros
Maternas agnoscit aues, &c.

Paphias Columbas *r* Martialis dixit hoc versu: *r l. 8. Epig.*

Spartanus tibi cedet Olor, Paphiaq; Columbæ.

Idalias volucres *s* Statius. *s l. 5. Theb.*

Cæston, & Idalias procul ablegasse volucres
Fertur.

Item *t* rursus. *t In Achil.*

Quali Idalia volucres, vbi mollia frangunt
Nubila.

Cyterias *u* Sylius: *u lib. 3.*

Hanc sedem primò Cythereia condidit ales.

Gnydias Pontanus:

Atque hæc Gnydiæ loca læta volucres
Peruolitant.

Item Cyprias:

Vincant murmura Cyprias Columbas.

Præter Venerem Iouem etiam delectatum fuisse Columbis innuere videtur *x* Homerus, cum has ambrosiam illi subministrasse canat his versibus: *Iuppiter Columbis delectatus.*

Τῇ μέν' οὐδὲ πονηρὰ παρέρχεται, οὐδὲ πέλειαι
Τρήρωνες, τάι τ' ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσιν.

Hac neque volucres præteruolant, neque Columbæ
Timidæ, quæ ambrosiam Ioui patri fierunt.

x Odyss. 12.

Columbæ Ioui ambrosiã ministrant.

y Athenæus tamen multis astruit hic Pleiades stellas intelligi, non Columbas aues, idque auctoritate Mœrus, vel Myrus Bizantiæ in poemate, quod inscribebatur Mnemosyne, quæ prima hunc locum ita sit interpretata, quam inuentionem Crates Critieus sibi arrogauerit. Sed nos, quia reuera Homero de volatu, vt videtur, sermo est, communem interpretationem sequamur. Monet autem ibi Circe Vlyssem, vt Planctas marinas petras vitet, adeò nauigantibus periculosas, vt ne aues quidem tutò præteruolare possent, imò nec Columbæ, quarum celerrimus volatus sit, & quæ Ioui patri ambrosiam afferant, quo nomine saltem maior reuerentia eis deberetur. *Non modò*, inquit Eustathius enarrator, *poeta ne Columbas quidem supra planctas transire posse canit, propter pernicitatem harum auium in volatu, sed etiam vt impudentiam earum argueret, quæ ne ijs quidem auibus parcant, quæ Ioui ambrosiam adferunt.* Docet idem Eustathius, quæ illæ Peleiades fuerint, & cur Ioui ambrosiam subministrare Homerus finxerit. Refert enim Alexandrum Paphium tradere Homerum Aegyptijs parentibus Dmasagora patre & Aethra matre natum, nutricem habuisse Prophetin quandam filiam Ori Sacerdotis Isidis: ex huius mamillis mel aliquando in os infantis manasse, vnde is noctu voces nouem diuersas ediderit, Hirundinis, Pauonis, Columbæ, Cornicis, Perdicis, Porphyrionis, Sturni, Luscinia, & Merulæ, & puerum inuentum esse cum nouem Columbis colludentem in lecto, & aliquando Sybillam in conuiuio pueri insania captam carmen effudisse, cuius initium Αμασαγόρα πολιωνίκε, in quo Dmasagoram etiam μεγακλεῖ, & στεφανίτην appellarit, & templum nouem Pegridarum, hoc est, Musarum condere iusserit. Hoc illum fecisse, & puero iam adulto rem omnem aperuisse. Itaque poeta in honorem auium, quibuscum infans collusisset, finxisse eas ipsas Ioui ambrosiam adferre. Athenæus verò, quem ex Mœro Bizantia Pleiades, non Peleiades (ita enim stellas illas per epentesim poetis dici ex Eustathio suo loco dicemus) ambrosiam Ioui ferre dicere scripsimus, id ita non ab re fingi à poetis ait: quoniam ab hominibus quoque ortu, occasuq; partium anni discrimina, & arationes, messisq; tempora (idest, generationis frugum, & perfectionis) significant. Cæterùm figmentum Mœrus, cuius etiam carmina recitat, huiusmodi est: Cùm Iuppiter in specu quodam Cretæ nutrietur, Peleiades τρήρωνες ambrosiam ei ex Oceano afferebant, nectar verò è saxo quodam hauriens Aquila. Has aues postea Iuppiter, victo patre Saturno, vt gratiam referret, inter sydera collocauit, quæ Aquilam vocant, & Pleiades. Quod sanè figmentum ab auibus, non autem à stellis ambrosiam Ioui subministratam fuisse ostendit, cùm ob beneficium stellas ex Columbis factas à Ioue dicat.

y l. 11.

Circe Vlyssem monet, vt Planctas fugiat.

Columbæ quæ Ioui ambrosiam ferunt.

Homerus nouẽ auiũ voces edidit.

Pleiades arationis, & messis tempora significant.

HIERO-

HIEROGLYPHICA.

Trepidationis symbolum.

IN primis vulgatissimum, Columbam pro trepidatione poni. Si quidem quam trepidum animal sit, ex superioribus habes. *a* Orus, author est Aegyptios hominem notare volentes natura ipsa nequaquam iracundum, hoc est, qui suapte natura bile careat, sed eã ab altero suscipiat Columbam pinxisse erecto dorso, quasi hæc auis ibi bilem habeat, sed nos id negauimus, nonumq; nobis esse diximus ibi aui bilem esse. Indicabant autem eo modo auis mansuetudinem, quam pariter volentes Græci exprimere ἡμέρα πλάνις, hoc est, quieta Columba dicere consuere, & πρωότερος περιστερὰς eodem significatu. Cùm verò hæc auis sit gregalium omnium mansuetissima, etiam, teste Philone, à Mose purissima iudicata est: atque illud in primis apud Aegyptios, etsi alias, non tam eis, quam alijs quibuscunque nationibus plurima alia Columbę significata essent, miraculi loco habebatur, quod, cùm ineffabilis lasciuiæ, ac procacissimæ salacitatis notam vbique ferè sibi contraxerit, marito suo tamen fidem perpetuò seruet inuiolatam, nobisq; tam memorandæ suæ continentiæ, summeq; ac incomparabilis pudicitiæ specimen edat. Itaque testante Oro, Sacerdotes illi Columbæ nigræ typo mulierem significabant, quæ post mariti obitum ad vltimam vitæ horam vidua perstaret. Depingebant autem nigram, vt indicarent, spretis etiam secundis nuptijs priorem maritũ velut deplorare, quemadmodum viduæ facere solent, quibus etiamnum atris vestibus, vti moris est, quoniam huiusmodi color firmitatis, & perseuerantiæ signum est. Alij enim colores quot quot sunt, ex vno in alium transeunt, obscurioriſque corporis admistione densiores fiunt, at vbi ad nigrorem est peruentum, ibi tunc consistitur. Quod verò, inquit *b* Pierius Valerianus, ijdem Sacerdotes Aegyptij per volucris huius simulacrum illecebras amatorias significarent, duabus vtriusq; sexus Columbis se inuicẽ exosculantibus adpictis, id ea de causa factum, quòd illæ nunquam ad Veneris copulam, nisi prius ad osculationem deueniant. Idẽ paulò post, sanè, inquit, quod mutuis se osculis Columbæ suauientur, ansam dedit, vt charitatem, amoris quippè pij virtutem hieroglyphicè per Columbam nonnulli interpretarentur. Actis item indicium, quod vnumquodque volatile animal significat, Columbæ potiùs, quàm alterius auis pictura veteres denotarunt, quòd domesticis alitibus nulla neque longiùs domo, neque diutius abuolet, tecti tamen lariumq; memor, summa fide reuertatur, & mansuetissima nobiscũ consuetudine diuersetur. Vnde Hesychius Columbam, neque non Turturem hieroglyphica ponit hominis; qui mente sublimia quæque facillimè penetret, & contemplationi sit egregiè deditus. Aliquem verò remedio quodam conualuisse à morbo significare cupientes Aegyptij, quod Deorũ aliquis præmonstrasset, tunc quoq; hanc alitem ita exprimebant, vt lauet trumulum, in quo medicinam suam, ac per consequens salutem agnoscit, ore gestaret. Ijdem impium, ac ingratum hominem indicaturi, eumq; qui in eos, qui de se benè meriti sunt, etiam perduellis est, Columbam, testante Oro, aut eius pullum, qui matrem solicitaret, facere consueuerunt. Columbis enim, vt suprà scripsimus, hæc pessima nota inusta est, quod earum mas iam validior factus patrem nostro impetit, & à matris consortio tentat abigere, eiusq; coniugij locum occupare.

Hominis non suapte natura iracundi hieroglyphicũ.

Quieta Columba.

Viduæ ad vitæ exitũ typus.

Color niger quid indicet.

b lib. 22. Hieregl.

Charitatis symbolum.

Actis indicium, cur Columbæ potius, quã alia auis.

Sublimis penetrãtis hieroglyphicum.

A Deo mõstrata remedio conualescentis typus.

Impij, & ingrati symbolum.

VSVS IN SACRIFICIIS Hebræorum.

Hebræi cur Columbas sacrificarent.

a Gen. 15.

Abraham Columbas sacrificare iussus est, & cur.

b Qu. 65. in Genes.

PLVRIES à Deo Columbarũ sacrificium institutũ fuisse sacræ literæ testantur, at non semper ob eandem causam, quamuis præcipua sit ad eluendũ peccatum. *a* Abrahamo autem primùm sacrificare sibi has aues iussit, vt nouas terras eũ possessurũ significaret. Ita enim ex Deo quærit Abrahã. *Domine Deus, vnde scire possum, quod possessurus sum eã?* Respondens Dominus, inquit: *Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, Turturem quoque, & Columbam. Qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrosq; partes contra se alterutrum posuit: aues autẽ non diuisit. Descenderunt q; volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham.* Quo loco beatus *b* Theodoretus quærens, quare Deus præcepit

cepit sacrificari sibi vaccam, &c. Hæc erant, inquit illorum ænigmata, quæ familiæ erant obuentura. Siquidem sacrificio peracto subiunxit: *Cognoscens cognosces quod semen tuum peregrinari debeat in terra non sua*, & addidit. *Quarta vero generatione reuertentur huc.* Propterea ex quadrupedibus mundis tria, & vnumquodque eorum sacrificari præcepit, ad significandas tres generationes, quæ in incolatu permansuræ erant. Turtur autem generationem illam denotabat, quæ ex Aegypto egressa, velut auolauit, & habitauit in deserto. Huiusmodi enim auis est amans deserti. Columba autem generationem aliam innuebat, quæ terram promissam accepit. Mansuetum enim est hoc animal, & domesticum. Quamobrem 1 ehæc minimè diuisit, vt liberationem à seruitute significantia. Quadrupedes autem partitus est, eò quòd indicarent, quàm malè tractandi erant in Aegypto. Aues autem illæ, quæ supra portiones diuisas volitabant, quas quidem Patriarcha à sacrificijs abigebat sententiam Aegyptiorum significabant, qua omnes cædere decreuerant: quam tamen irritam Deus reddidit, volens ea firma, rataque esse, quæ Abrahæ promiserat. Sicut enim in figura aues illas prædatrices expellebat Abraham: sic Abrahæ honor repressit Aegyptios. Hæc ille. Beda verò Columbam ab Abraha oblatam significare ait, aliquos inter Iudæos spirituales futuros. Explicat obiter eundem locum S. Augustinus, probans, cur volucres spirituales significent: Non frustrà, inquit, dictũ est de Abraham, Aues autem non diuisit. Abraham in illo sacrificio satis mystico accepit tria animalia, arietem trimum, vaccam trimam, 2 ocapram trimam, ac Turturem, & Columbam. Diuisus est aries, & aduersus se inuicem partes constitutæ. Diuisa vacca, sic etiam de ipsius carne factum est, & subiecit scriptura: *Aues autem non diuisit*: deinde dicitur, *trimus aries, trima vacca, trima capra*: de auium ætate tacetur. Vnde rogo vos, nisi quia significantur in auibus quidam spiritales, quorum ætas temporalis propterea tacetur, qui æterna meditantur, & transgrediuntur, desiderio, & intellectu omnia temporalia? Spiritales viri qui de omnibus iudicant, & à nemine iudicantur, itaque ipsi soli non diuiduntur in hæreses, & schismata. In ariete intelliguntur præpositi: ducunt enim greges. In vacca plebs intelligitur Iudæorum, habuit enim iugum legis, sub quo laborabat. In capra intelligitur Ecclesia de gentibus: in quibusdam enim liberis saltibus insultabat, & amaro pascebatur oleastro. Trima sunt dicta animalia, quoniã tertio tempore gratia 3 orevelata est. Nã primũ fuit ante legẽ, secundum ex quo lex data est, tertiũ quod nunc est, ex quo regnum cælorum prædicatur. Quid ergo dicimus, quod aries non diuidatur? Nonne Episcopi fuerunt authores schismatum, & hæresum? Porrò autem si plebs ipsa non diuideretur, erubuissent fortassis illi in diuisionibus suis, & ad compagem remeassent. Diuiduntur duces, diuiduntur & plebes, vt cæcus cęcum sequatur, & simul in foueã cadant. Ponuntur aduersus se inuicẽ. Aues autem non diuisit. Spiritales nõ habent diuisiones, nõ cogitãt schismata. Pax est in eis, custodiunt eã in cæteris, quam ũ possũt, vbi in alijs deficiunt, in se tenent, &c. Et *alibi* rursus. quid ergo, inquit, significent ista, fratres, breuiter, quantum Dominus dederit charitatis auribus vestræ cupimus intimare. Beatus Abrahã pater multarũ gentiũ à Domino dictus est: Omnes enim gentes, quæ in Christum credunt, & credituræ sunt, filijs sũt 4 oAbrahæ imitando fidẽ non nascendo per carnẽ. Nã sicut Iudæi per infidelitatẽ degeneres facti ex filijs Abrahæ filij diaboli, & progenies viperarum sunt in euangelijs appellati, ita è cõtrario omnes gentes, quæ in Christum fideliter credunt, Abrahæ filij effici meruerunt. Vacca ergo triennis, & aries annorũ trium, & capra triennis, & Turtur, vel Columba figurã omnium gentium prætulerunt. Dicta sunt autem trium annorum, quia omnes gentes in trinitatis erant mysterium credituræ. Et quia tota Ecclesia catholica non solùm habet spiritales, sed habet etiam & carnales, quanuis nonnulli in Trinitatem se credere dicant, carnales tamen sunt, quia crimina, & peccata vitare dissimulat. Quia ergo cum carnalibus sunt, etiam spiritales, ideo Turtur, & Columba sunt additæ. In Turture, & Columba spiritales possunt significari, vt in illis tribus animalibus carnales intelligi. Ergo diligenter attendite, quia il- 5 la tria animalia diuisisse in duas partes dicitur Abraham: & cõtra se inuicem posuisse, *Aues*, scriptura inquit, *non diuisit*: Quare hoc patres? Quia in Ecclesia catholica carnales diuiduntur: spiritales omnino non diuiduntur, & sicut dicit scriptura, contra se præparantur, quare carnales & diuisi & contra se positi sunt? Quia omnes luxuriosi, & amatores mundi contra se inuicem diuisiones, & scandala habere non desinunt. Isti ergo diuiduntur, quia sibi inuicem aduersantur: Aues autem, id est spiritales non diuiduntur. Quare spiritales non diuiduntur? Quia est illis cor vnum, & anima vna in Deum. Est in illis vnum velle, ac nolle. Illis enim quas supra diximus auibus similes sunt, Turturi scilicet, & Columbę. In Turture castitas, in Columba simplicitas designatur. Omnes enim in Ecclesia Catholica Deum timentes,

Turtur quæ generationem denotet, & cur.

Columba quã generationẽ denotet, & cur.

Quare Abrahã quadrupedes diuisit, & non item aues.

c In Enarrat. in Ps. 103.

Spiritales ꝑ Columbam significati.

Aries quos notet.

Vacca.

Capra.

Cur trima dicta animalia.

Aries cur diuisus.

Aues cur non diuisa.

d De tem. in Domin. quinquag. 2.

Abrahãpater multarũ gentiũ dictus.

Iudæi degeneres, vt appellati.

Cur animalia trima dicta.

Cur Colũba, & Turtur in sacrificio Abrahæ addita.

Aues cur Abrahã nõ diuiserit.

Spiritales cur non diuidantur.

Turtur, & Colũb. quid significent.

timentes, & casti, simpliceſq; esse signantur, & cum d Psalmista dicere possunt: *Quis dabit mihi pennas sicut Columbæ, & volabo, & requiescam?* Et e iterum. *Turtur inuenit nidum, vbi reponat pullos suos, &c.* Hæc itaque omnia D. Augustinus. Alia præterea scripturæ loca sunt, quæ Deo Columbarum, ac Turturum sacrificium gratum fuisse ostendunt, maximè vbi sedulò Moysen admonet, vt id vniuersum populum Israel doceat. At non semper eodem modo celebrari voluit, sed pro occasionis diuersitate, vt iam patebit. Nam cùm placari vellet, holocaustum fiebat, vel è pecoribus, vel ex auibus, & si ex his, tum hoc modo institui iubebat. *Si autem*, inquit f Deus ad Mosem, *de auibus holocausti oblatio fuerit Domino, de Turturibus & pullis Columbæ, offert eam Sacerdos ad Altare, & retorto ad collum capite, ac rupto vulneribus loco decurrere faciet sanguinem super crepidinem Altaris, vesiculam verò gutturis & plumas proijciet prope altare ad orientem plagam in locum, in quo cineres infundi solent, confringetque ascellas eius, & non secabit, neque ferro diuidet eam, & adolebit super altare, lignis igne suppositio.* Cùm quis peccauerat peccatiq; aliquandiu non meminisset veruntamē eius tandem recordaretur, tum Deus agnam, aut capram immolare præcipiebat, sin autem non posset pecus offerre, vt offerret duos Turtures, vel duos pullos Columbarum, vnum pro peccato, alterum in holocaustum, daretq; eos Sacerdoti: qui primum offerens pro peccato retorquebat caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreret, & non penitus abrumperetur, & aspergebat sanguine eius parientem altaris: quod autem erat reliquū, faciebat destillare ad fundamentū eius. Alterum verò in holocaustum adolebat, rogabatque pro eo Sacerdos, & pro peccato eius, & dimittebatur ei. Voluit item à muliere post mēstruam purgationem pro filio, vel filia natà deferri agnum anniculum in holocaustum, & pullum Columbæ, siue Turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij, tradique Sacerdoti, qui offerebat illam coram Domino, & orabat pro ea, & sic mundabatur à profluuio sanguinis sui. Cùm verò nō posset agnum offerre, sumere licebat ei duos Turtures, vel duos pullos Columbarum, vnum in holocaustum, alterū pro peccato. Antequam verò ad cætera sacrificia, in quibus hæ alites celebrabantur ab Hebræis, me conferam, placuit huius de mēstruatis mulieribus sacrificij mysteria prævertere. Qui sit itaque mysticus huius diuinæ legis sensus egregiè fic g Rodulphus Flauiacensis ordinis S. Benedicti, vir incomparabilis doctrinæ, eruditorumq; sui temporis omniū sine cōtrouersia princeps exponit. Dies purgationis mulieris, inquit, huius tūc explētur, cùm præsentis vitæ cursus consummatur. Hæc est enim quadragesima illa, in qua sanctū non tangere iubetur, & à sanctuarij fotibus eliminatur. Nā & illa quæ fœminā peperit, etiāsi post mortē carnis secundam prius quā purgetur, sustineat quadragesimā, eiusdē tamen purgationis, quę mortē sequitur, modus ante mortē quodāmodo cōpletus est: quia pōdus sequentis animaduersionis ex merito pendet præcedētis actionis. Neq; enim post obitū tēpus erit bene operādi, sed quod egeris recipiendi. Sciendū est, ait B. Gregorius, quia illic saltem de minimis nil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus, vt illic obtineat, promereatur: Purgatio igitur etiam sequens ante mortem quodammodo expletur, dum mensura illius ex præcedentis actionis merito terminatur. Expletis itaque diebus purgationis, die scilicet vltimo iam instante, mulieri ista, quæ aut masculum, aut fœminam peperit, quæ in via Domini, aut viriliter, aut remissius egit, iubetur offerre agnum anniculum in holocaustum. In agno intelligitur innocentia, in spacio temporis, quod annum scilicet expleſſe iubetur, eiusdem innocentiæ consummatio designatur. Porrò holocaustum totum incendebatur, iubetur itaque mulier ista completis diebus purgationis suæ agnum anniculum offerre in holocaustum: vt vnusquisque qui purgare mores suos, actusque sanctificare aggreditur, magnopere contendat, vt saltem in vitæ extremitate ad iustitiæ ipsius perfectionem pertingat, sicut h scriptum: *Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem.* Sed quoniam nec ipsa perfectio humana irreprehensibilis vsquequaque fieri potest, cum agni oblatione iungendus est Columbæ pullus, siue Turtur pro peccato. Hæ namque aues gemere, non cantare solent. Nullum ergo ex nobis quamlibet perfectum sine gemitu exire oportet: etsi enim non sunt præsentia peccata, quæ plangat, sed sunt præterita: præsentia si non sunt magna, sunt tamen nonnulla: nam & beatus Apostolus proprijs etiam, quæ non intelligebat, timebat: *Nihil*, inquit, *mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem me iudicat, Dominus est.* Et k Psalmista: *Si iniquitates obseruaueris Domine, quis sustinebit?* Si enim absque misericordia operū nostrorū discussio fiat, nullus erit, qui sustinere queat. Quis namque gloriabitur, castum se habere cor? Vel quis dicere poterit, purus sum à peccato? Mulier ergo ista cum agno suo pullum Columbinum, aut Turturem offerat, vt vnusquisque quanuis sanctus, quanuis perfectus, magis studeat in illa

d Psal. 54.
e Psal. 83.

Sacrificiū Columbarū, ac Turturum Deo gratum.

Holocaustū ad placandū Deum.

f Leu. c. 1.

Sacrificādi Columbas, & Turturēs ritus.

Si peccator tādem peccata recordaretur quod agendum.

Mulieris post menstruæ purgationis tempus sacrificium.

g lib. 8. in Leuit.

Dies purgationis est quadragesima.

Agnus anniculus significat innocentiam.

Cur mulier purificāda agnum offerret.

h Prou. 4.

Cur Columbæ pullus, & Turtur sacrificio addantur.

i 1. Corynt. 4.

k Psalm. 129.

illa hora tremenda, ea in quibus vt homo errauit, cũ cordis contritione recolere, quàm merita sua stulta |præsumptione iactare. Hæc autem omnia ad ostium tabernaculi deferri præcipiuntur, quia videlicet iam tempus imminet, vt anima, quæ perfectionis culmen attigit, post longi peregrinationem exilij domum cælestis ingrediatur tabernaculi. *Et tradet,* inquit, *sacerdoti, qui offeret illam coram Domino, & rogabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui.* Docemur per præpositorum nostrorum orationem, seu per summum omnium Pontificem Christum, si illi defuerint: quicquid boni agimus, vel certè ipsam peccatorum confessionem fieri posse acceptabilem, & paulò pòst. Simile quid in his, quæ pro peccato offeruntur, iam exposuimus. Agnum quippe manus illius non inuenit, quia ad extrema veniens, dum vitam suam recolit, veram se custodisse innocentiam non agnoscit. Offerat ergo duos Turtures, vel duos pullos Columbæ, vt duplicem gemitum assumat, siue quia malum egit, quod iam non potest digna satisfactione abluere: vel quia bonum, quod proposuerat, non vocat explere. Inde est, quod de duobus Turturibus, seu pullis Columbinis dicitur, vnum pro peccato, & alium pro holocausto. Turtur quippe, seu pullus Columbę pro peccato offertur, cùm graui cordis contritione criminum reatus defletur. In holocaustum verò alter credit, cùm mens, quæ à bonis operibus vacasse se plangit eorum desiderio, si tẽpus detur, & spacium, tota se accendit. Hactenus ille. Ad eundem planè sensum Beda ad subsequentia D. Lucæ verba: *Et vt darent hostiam secundum &c.* Moraliter autem, inquit, siue fortia quis opera, seu creauerit infirma, quæ masculi, ac fœminæ vocabulo distinguuntur, vt hæc legitimæ Domino valeant consecrari, quem necesse est innocentiæ, & Turturem pariter, siue Columbam compunctionis offerat. Quia enim volucres hæ pro cantu gemitus habent, non immeritò lachrymas humilium designant, quibus plurimum in ipsis etiam bonis operibus indigemus. Quia etsi bona esse, quæ agimus nouerimus, qua tamen distinctione à Domino examinanda, qua à nobis perseuerantia sint consummanda nescimus. Qui verò diuitias virtutum non habendo, de quibus ad Corynthios Apostolus ait; *Quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & omni scientia*, agnum vitæ innocuæ in actuum suorũ grege non inuenerit, duos saltem Turtures, aut duos Columbę pullos offerat, hoc est, ad lachrymarum flagitanda suspiria confugiat. Et bene duos, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum. Holocaustum namque totum incensum dicitur, quia duo sunt nimirum genera compunctionis; Deum namque sitiens anima prius timore cõpungitur, pòst amore. Prius enim sese in lachrymis affligit, quia dum malorum suorum recolit, pro his perpetui supplicij æterna pertimescit. At verò cùm lõga mœroris anxietate fuerit formido cõsumpta, quędam iam de præsumptione veniæ securitas nascitur, & in amore cælestium gaudiorum inflammatur. Contemplatur etenim mens, qui sint illi angelorum chori, quæ ipsa societas bonorum spirituum, quæ maiestas æternæ visionis Dei, & amplius plangit, quia à bonis perennibus deest, quam flebat priùs cùm mala æterna metuebat. Qui ergò priùs flendo non duceretur ad supplicium, Turturem pro peccato offerebat, de altero facit holocaustum, cùm postmodum fiere amarissimè incipit; quia differtur à regno. Columbam pro peccato offert, qui laborat in gemitu suo lauat per singulas noctes lectũ suum, hoc est, per singulas pulsãtis culpæ tenebras opera sua bona, in quibus requiescere debeat, lachrymis abluere non cessas. Columbarum pullos in holocaustum ferunt, qui patriæ cælestis absentiam flentes aiunt: *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Sunt qui binos illos Columbæ pullos, qui in tẽplo pro pueris offerebantur, duo etiam Spiritus sancti opera significari velint, incarnationem videlicet, & effusionem charitatis, vt vnus indicet sponsum Ecclesiæ, qui est Christus, alter Ecclesiam sponsam eius. Eadem lex à Beata Virgine obseruata est, vt testatur D. Lucas: *Et postquam*, inquiens, *impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysis, tulerunt eum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino, & vt darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par Turturum, aut duos pullos Columbarum.* Verùm lex Domini, vt diximus, erat, vt qui diuites essent, agnum offerrent Cur ergo Dominus Iesus Christus omnium ditissimus, vtpote Rex regum par Turturum, & duos pullos Columbarum offerri pro se passus est. Respondens *m* Beda, Dominus ergò Iesus Christus, inquit, cùm diues esset, pauper factus pro nobis, pauperem pro se hostiam voluit dari, vt videlicet vna sua paupertate nos & hic diuites in fide, & illic faceret hęredes regni: quod Deus diligentibus se repromisit. Quæ ferè his ita versibus reddidit *n* Baptista Mantuanus:

Regia post partum Virgo, quæ limina nunquam
Liquerat, & breuibus tectis abscondita nondum
Venerat ad Solymas arces altamq; Sionem.

Cur ad ostiũ tabernaculi deferri tur sacrificanda.

Cur qui agnũ nõ haberet Colũbas, vel Turtures offerret.

Cur vnus pullus offerretur pro peccato, alter pro holocausto. li. 2. in eũ. Luc. c. 2.

Cõpunctio duplex.

Duo pulli oblati duo S. Spiritus dona significant.

B. Virginis sacrificium.

m l. 1. in eu. Luc. c. 4.

n l. 2. Par.

Peruigil ante diem petijt cum prole, viroque
Et cum pauperibus donis Salmonia templa,
Munus erat veteris gentis de more, pudicæ
Turturis, aut Paphiæ, duo pignora parua Columbæ.
Ista sacerdoti solyma paupercula matres
Munera pro natis deferre in templa solebant,
Luce quater decima, minor hoc tamen hostia, maior
Agnus erat lex ipsa noui post tempora partus
Ante maritales thalamos intrare negabat.

Quamuis verò Deus hanc legem, vt diximus, ad abluendum peccatum instituerit, haud tamen idcirco concludendũ est B. Virginem Deo hostiam hanc pro peccato obtulisse, sed, vt D. § Bernardi verbis vtar, hæc omnia non ex necessitate, at ex humilitate impleuisse. Abstinuisse ab introitu templi quadraginta diebus, non quia necesse habeat purgari, quæ sine omni delectatione, saluo virginitatis sigillo, de Spiritu sancto concepit. Obtulisse hostiam non pro peccato, sed pro humilitate, vt nimirum ostenderet etiam in hoc filium Dei Iesum Christum non soluere venisse legem, sed adimplere. *o* Alibi etiam vbi castitatem, & viduitatem commẽdat, Turturem, ait castitatis merito dignam fuisse dari hostiam pro virgineo partu, & licet alias quidem per Columbam Spiritus sanctus soleat designari: tamen quia libidinosa auis est, nõ decuisse offerri eam in sacrificium Domini, nisi ea sanè ætate, qua nesciret libidinem: At Turturis non desinari ætatem, quoniam castitas in quacunque ætate agnoscitur. D. *p* Ambrosius pudicitiam referri ad Turturem ait, facta prius eiusdem hostiæ mentione, gratiam verò ad Columbam. *q* Alibi quoque: Qua de causa, inquit, cùm dies quadraginta complerentur ex Mariæ Virginis partu, tulerunt Dominum nostrum in Hierusalem, vt offerent Domino secundum legem, & vt darent hostiam par Turturum, aut duos pullos Columbarum, eò quòd in Columbis spiritalis gratia sit, in Turture incorruptæ generationis natura, vel immaculati corporis castimonia. Meritò ergo ad sacrificiũ iubentur post arietem Turtur, & Columba sumi, vt verbo adhærere intelligas incorruptam castimoniam, & spiritalem gratiam. Quamuis verò sanctissimi isti castitatis indicium ad solam Turturem referant, *r* Adamantius tamen Origenes ad vtramque illam extendit: Non sine causa, inquiens in sacrificio assumitur par Turturum, aut duo pulli Columbarum; Nam idem valent, & nunquam dictum est separatim, per tantum modò Columbarum, sed par Turturum, & duos pullos Columbarum. Columba Spiritus sanctus est. Spiritus autem sanctus, quando de magnis, & occultioribus sacramentis & quæ multi capere non possunt, loquitur, in Turturis appellatione signatur, id est, in eius auis, quæ semper in montibus, & in arborum verticibus versatur. In vallibus autem, & his, quæ ad homines vsque perueniunt, Columba assumitur. Denique Saluator, quia hominem est dignatus assumere, & venit ad terras, multiq; tunc circa Iordanem peccatores erant, idcirco Spiritus sanctus non in Turturem vertitur; inter nos propter hominum multitudinem auis mansuetior conuersatur, Turtur autem non videtur. Exponens illud Canticorum: *Oculi tui Columbæ.* Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam iam mœchatus est eam in corde suo, oculos non habet Columbæ, &c. *s* Philo verò disertissimus Iudęorum Mosen ad auium naturam latissimè respexisse innuit, & non ad mores, dum ait: Volucrium cùm sint innumeræ species, duas tantùm legit Moses legifer, quoniam Columba inter natura mansuetas, & gregatim volitantes est mitissima. Turtur verò inter solitarias cicuratu facillima. Et rursus, vbi eius mysterium explica: Præterea Turturem, & Columbam, diuinam, & humanam sapientiam ambas quidem volucres, & in altum extolli exercitatas, differentes tamen à se inuicem, quate differt genus à specie, aut exemplar ab imagine. Amat enim diuina sapientia solitudinẽ, propter solum Deum, cuius ipsa est possessio, & Turtur figura vocatur. Altera verò mansueta, cicur, & gregatim volitans ciuitates hominum libenter incolit, gaudens consuetudine mortalium, & ideo representata per Columbæ similitudinem. Ita pariter *t* Beda: Hoc sanè, inquit, inter Columbæ significantiam distat, quòd Columba, quæ gregatim conuersati, volare, & gemere consueuit, actiuæ vitæ frequentiam demonstrat: de qua dicitur. Multitudinis autem credentium erat cor, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat, sed erant illis communia omnia. Turtur verò, qui singularitate gaudet, adeo vt si coniugem casu perdiderit, solus exinde permaneat, speculatiuæ vitæ culmina denunciat, quia & paucorum est ista virtus, & his sigillatim attributa, &c. Eodem modo *u* Hesychius perfectionem, &

maiorem

§ Serm. in die Purific. B. Virgo cur Columbas, & Turtures sacrificare voluerit.

o Serm. 59. super Cant. Colũba qua ætate in sacrificijs adhiberetur.

p l. 5. He. c. 19.

q l. 2. de Abra. c. 8.

Castitas nõ solũ Turturi tribuitur

r Homil. in Cant.

Spiritus sãctus cur potius in Colũbæ specie quam Turturis apparuit.

r Cant. 1.

s In l. de victimis.

t l. 1. in cu. Luc. 2.

u l. 1. in Le.

maiorem volatilium oblationem esse docens: Volatilia enim, inquit, homines sunt contemplationi vacantes, terrenis omninò non se miscentes negocijs, &c. Et paulò post. Contemplationi ergò vacans, & in superiorum considerationem perfectus homo, si conuersionem, siue vitam suam oblationem offeret, de Turturibus, aut de Columbis offerat munus suum, id est, in scientia, & mansuetudine spirituali, &c. Non frustra autem Turturem, & Columbam: Turtur siquidem, quia cognitionem habet, ita vt eius exemplo Iudæorum exprobaretur populus. x Hieremias probat: ait enim: *Turtur, & Hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* Columba autem munda, & simplex, adnunciatrixq; præsentiæ S. Spiritus est, quales oportet esse eos, qui circa contemplandas scripturas habent studium. Propter quod, & Apostolos simplices vult esse Dominus, vt Columbam &c. Sed & ad meditandum vacare debent, vnde Ezechias ait; *Meditabar, vt Columba, &c.* y Alphonsus Tostatus duas præcipuas causas esse docet, cur eiusmodi, & non alias aues Deus sibi offerri voluerint, primò, quia cùm in sacrificijs deuotionem omnium populorum tam diuitum, quàm pauperum excitare vellet, non debuit, inquit, constituere oblationem in rebus magni valoris, nam eo modo pauperes excluderentur, & Deum non colerent: secundò, quia sacrificia, quæ fiebant in testamento veteri, erant tanquam signa eorum, quæ futura erant in nouo, & potissimùm Christi in cruce immolandi: cuius Columba, vtpotè sine felle, mansuetudinem, Turtur, quia semper gemit, gemitum in cruce significat. Ex Neotericis Franciscus Ribera Societatis Iesu, vir sanè doctissimus Turtures putat posci ad holocaustum, & pullos Columbarum non autem pullos Turturum, & Columbas, quoniam in Turturibus plures fiant, & aptiores ad cibos, qui iudicantur grandiores, quàm pulli. Cõtrà in Columbis meliores, ac suauiores sunt pulli. Quod ita, inquit, præcipiendum fuit, vt rudis, ac carnalis populus vbique doceretur, meliora Deo esse offerenda. Ex his itaque satis constare arbitror ex omnibus auibus Columbas duntaxat, & Turtures aptas fuisse sacrificijs, præter quam tamen in leprosorum purificatione, in qua institui poterat sacrificium de qualibet auium mundarum, seorsum verò Passerum specie. In quo sacrificio, si offerens erat pauper, eiusmodi fiebant cæremoniæ: pro delicto assumebat ad oblationem agnum, vt rogaret pro eo sacerdos, decimamq; partim simile conspersæ oleo sacrificiũ, & olei sextarium, duosq; Turtures, & duos pullos Columbarum, quorum vnus erat pro peccato, & alter in holocaustum, offerebatque ea die octauo purificationis suæ sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino: qui suscipiens agnum pro delicto, & sextarium olei leuabat simul, immolatoque agno, de sanguine eius ponebat super extremum auriculæ dextræ illius, qui mundabatur, & super pollices manus eius, ac pedis dextri: olei verò partem mittebat in manum suam sinistram, in quo tingens digitum dextræ manus aspergebat species coram Domino: tangebatq; extremũ dextræ auriculæ illius, qui mundabatur, & pollices manus, ac pedis dextri in loco sanguinis, qui effusus est pro delicto: reliquam autem partem olei, quæ erat in sinistra manu, mittebat super caput purificati, vt placaret pro eo Dominum, & Turturem siue pullum Columbæ offerebat, vnum pro delicto, & alterum in holocaustum pro libamentis suis. Atque hoc erat sacrificium leprosi pauperis. Habebant etiam Hebræi legem pro immoderato seminis in viris sanguinis in mulieribus profluuio, pro cuius purgatione duos Turtures tantummodo aut duos pullos Columbarum, vnum scilicet pro peccato, alterum in holocaustum offerebant. Vt verò nemo nesciat, quantum refert hæc quæ de sacrificijs istis dicuntur, mysticè exponere, itaque breuiter, at paulò altiùs quædam adferam, eorum mysterium perquam aptè explicantia. Triplex autem erat hostia, vitulus nimirum, agnus, Turtur, aut pullus Columbinus. Vitulus optima omnium victimarum erat, quæ in holocaustum offerri poterant, & Deo gratissima. Qui enim vitulum habere non poterat, agnum, aut hœdum offerebat; sicut & hæc qui non habebat, offerebat Turturem, aut pullum Columbæ. Vitulus ergo, vt exponunt Catholicæ Ecclesiæ Doctores, Christi caro est, in ara crucis pro humano genere oblata. Homo qui vitulum offert, ipse Christus est, quia, vt ait z Apostolus, *tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis*: quæ victima omnium præstantissima, & Deo gratissima fuit. Masculus verò est vitulus, vt ait a Origenes, quia peccatum, quod est fœmineæ fragilitatis ignorat. Solus ergo ille masculus, solus sine macula est, qui peccatum nõ fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Secundum dignitatem holocaustum erat ex pecoribus, quo offerebant, qui vitulũ non habebant. Hoc ergo holocaustum sanctorum martyrũ est, qui Christũ imitantes semetipsos obtulerunt. Hoc holocaustum agni erat, aut hœdi, masculi, & immaculati. Agnus martyr est ro-

x Cap. 8.

y In comm. in capit. 1. Leuit.

Leprosorũ sacrificium. Cæremonia in sacrificio leprosi.

Sacrificium pro seminis profluuio. Hostia trimplex. Vitulus primarius & quare notet. Christi holocaustum.

z Ephes. 5.

Vitulus curnus masculus in sacrificijs. Hom. 10 in Leuit.

Secundũ holocaustum sanctorum martyrum. Agnus martyrem denotat.

b Cap. 11. eſt propter innocentiam, & manſuetudinem, qua inimicis minimè reſiſtit, ſicut ait b Hieremias: *Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam.* Maſculus propter fortitudinem, immaculatus propter ſanctitatem. Idem in hœdo intelligitur, quia natura filius iræ erat, & ad vitia procliuis, vt virtutes, quibus anima ornatur, & vitia, quibus caruerit, non naturæ bonitati, ſed gratiæ Dei tribuat. Natura enim non agnus erat, ſed hœdus. Tertium holocauſtum erat eorum, qui cùm ſanguinem pro Chriſto fundere non poſſunt, quia deeſt tyrannus, qui fundat, vltrò ſe ipſos per aſſiduam carnis macerationem, & voluntatis ſuæ abnegationem, quaſi viuas hoſtias Deo mactant, totoſque ſe illi dedunt: de his D. c Paulus ait: *Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationale obſequium veſtrum, &c.* Hoc holocauſtum de auibus erat: magnum enim eſt homines verſantes inter cęteros, qui in terra ſunt, & terrena ſapiunt, & corpori indulgent, & voluptates amant, & ſuo more viuere volunt, terram relinquere, & quaſi volucres grauia corpora pennis charitatis Dei, & ſanctarum orationum in altum tollere, & volucres cæli appellari. Nec de omnibus auibus holocauſtum fiebat, ſed de Columbis, & Turturibus. Columba velocis, ac diuturnioris volatus eſt, ideoque a Dauid, omnes huius ſæculi curas affugere cupiens, & ab illis quàm longiſſimè recedere: *Quis, inquit, dabit mihi pennas ſicut Columbæ, & volabo, & requieſcam?* Fœcunda etiam auis eſt, & manſueta. Turtur caſtitatem amat, ſolitudinem appetit: atque vtraque auis aſſiduè gemit, ſicut eſt apud e Poetam.

Nec tamen interea rauca tua cura Palumbes
Nec gemere aerea ceſſabit Turtur ab vlmo.

Sic iuſti volant celeriter, nec labore defatigantur, & fœcunditatem bonorum operum habent, manſueti ſunt, felle carent, vicem iniurijs referre neſciunt, caſtitatis ſtudioſi ſunt, ſolicitudinem ad orationem, & ad vacandum Deo quærunt, pro cantu gemitum addunt, quia dum alijs lætantur voluptatibus, ipſi pœnitentiæ gemitibus ſua, atque aliorum peccata deflent; de quibus dictum eſſe docet D. f Hieronymus illud: *Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Pulli Columbarum, & Turtures grandiores, qui meliores, ac ſuauiores putantur hoc indicant, eos, qui in hoc hominum genere præſtantiores ſunt; eligi à Deo in holocauſtum, id eſt illos eſſe, qui verè holocauſtum offerunt Domino, cui totos ſe tradunt, omnia relinquentes, vt nudi nudum Chriſtum ſequantur.

Hœdus filius iræ.

Holocauſtũ confeſſorũ.

c Rom. 12.

Quæ aues ad ſacrificia apta.

d Pſ. 54.

e Ver. egl. 1.

Iuſtorum typus.

f Mat. 5. & Hier. in eadem verba.

MYSTICORVM ALIORVM Sacræ Scripturæ explicatio.

SVNT præter iſtæc ſacrificiorum myſteria, multa præterea alia ſacrarũ literarũ loca de Colũba, quæ pariter ſua habent myſteria: in quibus explanandis ego, qui philoſophum, non myſten ago, ne falcem in meſſem alienam inferre videar, nil allaturus ſum aliud, quàm quæ à ſanctis Patribus, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Doctoribus conſcripta ſunt. Primus itaque g locus eſt de Noe, qui quadrageſimo vniuerſalis diluuij die, emiſſo Coruo, vt videret, num ceſſaſſet aqua, atque non reuerſo emiſit Columbam, quæ non inuenta requie pedibus ſuis redijt ad ipſum in arcam; quæ, cùm eam rurſus poſt ſeptem dies emiſiſſet, redijt ad ipſum ſub veſperam oliuæ ramulũ ſecum ore adferens. D. h Io. Chryſoſtomus non abſque ratione, neque temere adiunctum eſſe ait, ad veſperam, ſed vt diſcamus, quòd tota die fuerit paſta, & inuento ſibi conuenienti cibo ad veſperam redierit, portans ſecum folium, vel ramulum oliuæ. Animal, inquit, mite eſt, & noſtra familiaritate gaudens, & idcirco redijt, & ſicco oliuæ folio multum ſolatij iuſto attulit. Sed dixerit fortaſſe aliquis. Et vbi inuenit folium oliuæ? Totum hoc factum eſt diſpenſatione diuina, & quod Columba inuenit, & quod ore receptum ad iuſtum attulit. Alioquin & arbor ſemper virens eſt, & veriſimile eſt, quod cùm aquæ redierint, arbor hęc habuerit adhuc foliorũ comam. Myſticũ eorundem ſenſum facundus pariter S. Ambroſius, qui de Noe, & arca integrũ conſcripſit libr ũ, eleganter ita proſequitur. Noe illud, inquit, vacuũ (myſterio ſcilicet) quod poſtea Colũba dimittitur. Malitiã enim ſimplicitas, & culpã virtus reſoluit. Malitia igitur amat diluuiũ, cõfortiũ iuſtę n ctis refugit, & quaſi deſolata, & ſine aliqua ſtatione

g Gẽ. 8. c. 8.

h Hom. 26. in c. 8. Gen.

Columba cur ad veſperã dicatur rediſſe in arcam.

Colũba vbi inuenerit oliuæ foliũ.

Oliua arbor perpetuo virens.

i li. de Noe c. 18.

Corui typus.

tione remanet nullam habẽs cum virtute communionem. Virtus autem redit, amans iustorum consortia, & largiendæ familiarior vtilitati, quæ conferat salutaria, & cauenda ea, quæ sunt nocitura, cõmoneat. Sicut Columba dimissa, cùm videret cessasse aquam, reuersa est, tanquam plena iustitiæ, vt ei, à quo missa erat, nunciaret, quid adhuc cauere deberet, atq; expectando fructu meliore postea potiretur. Quod autẽ Columba non inueniens requiem suam non regreditur ad eum, manifestum iudicium dedit per huiusmodi aues, quantum interfit inter militiam, & virtutem exprimi. Siquidem Coruus antè dimissus, cùm aliquanto videretur amplius exundare diluuium, visus est locum inuenisse residendi. Et certè non
10 est huiusmodi Coruus, vt aliæ aues, quæ in aquis conuersationem habere consueuerunt. Cùm ergo Coruus, vbi remaneret, inuenisse videatur: Columba autem non inuenerit, cuidẽs ratio est, altiore interpretatione signari, quia malitia inquietis passionibus, & cupiditatibus, quibus corrũpitur anima, se miserere consuecuit, & quasi cognatis, & domesticis delectatur, ibiq; commorationem suam locat: virtus autem prima statim specie visionis offensa, regredi festinauit ad mentem animamq; iusti, quòd illic diuersorium sibi tutissimum sit locatum: eò quòd alibi tanquam Columba, ita huiusmodi virtus stationem tutissimam inuenire non possit. Tardè enim inter astutias istius mundi, & sæcularium fluctus cupiditatum portum solet inuenire simplicitas. Itaq; sicut iustitia veluti visendi gratia progressa paulisper ad mentem optimam redire festinat, nec longiùs discedit à iusto: ita etiã iustus,
20 & studiosus virtutis, vbi virtutem appropinquare cognouerit, gremium suæ mentis expandit. Quid enim sibi vult, quod vir studiosus virtutis Noe extendens manum suam suscepit eam, & introduxit ad se? Quod etsi secundum literam planum videtur: non tamen facilè colligas, nisi viri sapientis tibi nota sit consuetudo, qui velut speculatrice virtute vtitur, & ei explorandorum negociorum, gerendorumq; prærogatiuam quandam videtur committere. Ea ergo virtus expendit naturas, vt si qua earum sibi videtur committere profectum, ei possit adiungere. Communis enim quædam est bonitas sapientiæ, & liberalis, & largæ vtilitatis: ita vt quas morigeras sui cernet, associet: vbi autem propositio suo viderit aliquorum recalcitrare naturam, velut ad hospitium familiare sibi reuolat, & receptic quam sapiens, & industrius tanquam manu quadam mentis festinat excipere, omne cor
30 aperiens suum, quo etiam eam absentem tenebat. Nunquam enim potest sapiens exors esse proprijæ virtutis. Quid præterea sibi velit, quòd tenuit septem diebus alijs Columbam, & iterum emisit eam, nisi vt aduertas, quòd bonum sapientis, optimumq; propositum semper sibi etiam alios adiungere studet, errantes emendare, corrigere vagantes? Si quem in principio resilire conspexit, tamen cõmutandi eius, & corrigẽdi non desperet profectum. Sicut enim bonus medicus, etsi tempus medicinæ non sit, tamen visitationis speculum ante præmittit, deinde non negligit iustæ expectationis excubias, & paulisper passionibus cedens, operatur facultatem medendi, quæ cùm fuerit oblata, suum non intermittit officium, ita ergo, & sapiens verbis ac disputationibus tanquam medicus medicamentis contrarias curare desiderat passiones, & quia in omnibus remedio diuini fauoris vtendum est, ideo se-
40 optem expectauit dies, quibus mundus omnis describitur absolutus, & operatori requies ministrata, vt ex illo authore omnũ sumeretur disciplina operationis humanæ. Cur modò verò Columba dicatur ad vesperam reuersa cum ramo oliuæ in ore: & vnde cognouerit Noe aquas defecisse: & cur Columba tertiò post dies septem omissa non rediret, fusiùs etiam exponit hoc pacto: Non ociosè, inquit, posuit & vesperam, & regressam, habentem folium oleæ & ramum in ore suo, vt non fugitantem virtutem arbitreris profectus futuri, si quos possit acquirere, neq; rursus tanquã sine lumine eam fuisse cognoscas, & quibusdam tenebris occultatam, sed diurno candore fulgentem expectasse ad occasum dici, & sic ad eum regressam, apud quem etiam vesperi tenebras habere non posset. Folium quoque quod secum detulit, etsi breue illud folium detulisse videretur, spem eorum, quos sui pœni-
50 teret erroris, etsi non magnum, aliquam tamen significauit. Folium enim sine virgulto esse non potuit. Ergo quasi germinantis corruptionis, licet non magnum aliquod, tamen vexit insignia, & folium oleæ, in qua arbore oliua generatur, ex qua oleum conficitur, quo materiale hoc lumen fouetur, & tenebrarum fugatur obscuritas. Quid autem magis, quàm lumen familiare virtuti est? Folium ergo, & ramulus insigne est corruptionis. Corruptio autem quasi radicem sui pœnitentiam habet, quæ pœnitentia non potest in turbidis, sed in ijs, qui spiritalem iam sermonem acceperint, germinare. In ore quoq; non frustra ramulus oleæ videtur esse delatus, eò quòd virtus, & sapiẽtia in sermone sui habeat claritatẽ,

Columbæ typus.

Colũba non inueniens requiẽ q̃d denotat.

Coruus non reuertens q̃d signet.

Noe Columbam recipiens quid significet.

Noe septẽ alijs diebus colũbã tenens quid sibi velit.

Medici boni opus.

Columba cur ad vesperam reuersa ad arcam.

Columba cur folium oliuæ secũ tulit ad arcam.

Lumen familiare virtutis.

Oliuæ ramulus cur in ore dicatur allatus.

& ipsa statim specie lumen eius effulgeat, maxime cum pacifica loquitur: quoniam hunc quoq; pacem petentes præferre solebãt. Tulit ramulum eò quòd simplicitas puritate, & sinceritate semina quædam auribus nostris infundit, & bonæ doctrinam virtutis, aut ad iustitiam prouocat, & inuitat ad præmium bonæ sibi cõmissum disciplinæ, aut gerẽdæ pœnitentiæ, & sequendæ cõuersationis cupiditatem injcit peccatori. Vnde & præterea cognouerit sanctus Noe, quia defecerit aqua à terra sicut scriptum est, considerandum videtur. Primò omnium secundum literam, quia potuit intelligere, vtrum siccum, aut humidum folium esset allatum. Deinde quia non est huiusmodi Columba, vt possit fructus latentes sub aqua eruere. Sed vtrum illud folium ante diluuium fuerit exortum, an tempore diluuij contendum est tibi. Si ante diluuium vir iustus gauisus est fructũ de veteri semine aliquem reseruatum, & inde collegit misericordiæ insigne diuinæ, quod iam diluuiũ remouisset, quæ fructum demonstraret, cui non potuissent nocere diluuia. Si diluuij tempore natũ est folium, aduertit vtiq; iustus noua semina misericordiæ fructificasse cælestis, vt radices arborum viuerent, quasi resumpta anima fœtus geminarent vetustos atq; in affluetos partus redirent, quorum iudicium præmissa folia demonstrarent. Sed hoc alta potiùs interpretatione collegit, quia Dominus Deus noster, quamuis acerbis iniquitatis nostræ offensus sit erroribus, tamen antiquæ nobis profapiæ, patriæq; virtutis semen aliquod vel exiguũ reseruaret, ne penitus operis, & creaturæ suæ omne circa humanũ genus ampuraretur insigne. Tertiò admittitur Columba post sep tem dies, atq; eadẽ nõ regreditur. Vnde consideremus ne id quod supra diximus inueniatur esse cõtrariũ. Si verbo quidem Columba opere autem virtus non reuertitur ad iustum, ergò destitutus est iustus, & defraudatus munere suo? Nequaquam. Nunquã enim vir huiusmodi à virtute disiungitur, nec cùm ex ore emittit iustitiã, disputationemq; alterius virtutis inducit, virtute se exuit, & imitanda alij æquitate despoliat, sed vice solis alios illumina t, cũ radios suę lucis emittit. Ignis nẽpe calefacit appropinquãtes, ita vt calorẽ naturæ suæ ipsæ possideat. Nunquid deficit lux diei, cùm totum mundũ illuminat claritate? Habet inoffensum cursum suũ, illibatamq; naturã, sic & ista & Columbæ specie virtus cùm adhuc ferueret diluuium, secundũ autẽ tamen in terris, secundũ virtutem in hominum passionibus: reuertitur ad iustũ, quia iniquorũ pectoribus virtus, vt posset hærere, nõ potuerat inuenire. Et ideo in illo secundo diuersorio sui regrediens hærer, atq; requiescit At verò vbi deferbuerint diluuia passionum, & auditi verbi, compertæq; doctrinæ plurimi studerint esse consortes, iam non vnius patrimonium, sed commune bonum esse incipit disciplina virtutis, & tanquam sapientiæ poculum hauritura plurimis qui antè sitientes bibere noluerunt: sicut nũc feruent diluuia in pectoribus Iudæorum, & cùm aqua cælestis doctrinæ exundet, potuq; exuberet, non putant esse potandum. Euangelium legitur, virtus exit de sermone cælesti, tradat sacerdos in Ecclesia, ne fortè intra arca solus positus non possit audiri, interdum & egressus Ecclesiam, vbi Iudæus occurrerit, monet exemplũ adferi cælestiũ scripturarum. Claudunt aures, ne vel inuitos fons abluat, & verbi dominici humor aspergat. Si quis verò crediderint, currunt ad fontem doctrinam expetunt, insinuari sibi Euangelium concupiscunt, nec satiantur assiduitate potandi. Ita fonte sapientiæ certatim repleri desiderant, quem antè fugere gestiebant. Quem fontem? Audi dicentem: *Si quis sitit ueniat ad me, & bibat.* Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Rursus / alibi trinam Columbæ emissionem, & binam reuersionem hoc modo exponit: Tres, inquit, emissiones tria tempora significant. Primum ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. In hoc verò loco Noè Deũ, arca autem cælestẽ Dei habitationem designat. Noè primo Colũbam ex arca emisit, quia Deus omnipotens sanctis viris, qui ante legẽ fuerunt gratiam Spiritus sancti dedit, & qui legem nõ habebant diuina præcepta, quæ postea data sunt, per donum Spiritus sancti impleuerunt. Sed columba non inuenit vbi pes eius requiesceret, qui nõ solùm cæteræ gentes, sed & ipsi Iudæi in Ægypto positi in tantum culturã Dei reliquerunt, vt eo tempore quo Moses natus est, penè nullus inueniretur, in quo Spiritus sanctus habitare dignaretur. Et quodammodo gratia Spiritus sancti ad eum redijt, à quo missa est, cùm homines iniquos deseruit. Secundò emisit Noè Columbam ex arca, quia Deus gratia Spiritus sancti hominibus legem puro corde seruantibus dedit. Vespere autem, qua Columba ad Noè redijt, tempus quo Christus natus est, designat. De hoc tempore Dominus dicit in Euangelio: *Lex & Prophetæ usque ad Ioannem*: quia postquam Euangelium cœpit prædicari, circumcisio, & multæ obseruationes legales nihil profuerunt. Quandiù legis obseruatio Deo placuit, tandiù homines legem seruantes Spiritus sancti

Noe vnde cognouerit aquam defecisse. Oleæ ramus allatus à Columba quo tẽpore natus.

k Dom. 7. l Com. in 6. c. Apoc. Tres emissiones Columbæ ad arcam designant.

Cur vespere reuersa. m Mat. 11.

sancti gratia comitauit. Et sicut Columba ad vesperam ad Noè rediit, ita & Spiritus sancti gratia Iudæos infideles deserens, quodammodo ad eum, à quo fuerat missa, reuersa est. Per ramũ verò oliuæ legem possumus intelligere, vel accipere: per folia autem virenta, eos qui per legem salui facti sunt. Columba igitur ramũ oliuæ cum virentibus foliis in ore suo detulit, cùm Spiritus sancti gratia eos, quos per legem saluauerat, quodãmodo obtulit. Tertiò Noè Columbam ex arca emisit, quando fidem euangelij seruantibus gratiam Spiritus sancti dedit. Quæ non est reuersa vltrò ad eum, quia fides euangelij tamdiu cum electis manebit vsq; dum veniente Domino ad iudicium, electi, qui in hoc mundo inuenientur, rapientur coram Domino in aera, & sic semper cum Domino erunt. Ad eundem ferè sensum D. *n* Chrysostomus. Dimissa est autem in figuram Dei à Noè & Columba, vt videret, si cessasset diluuium, quæ cùm nondum inueniret requiem pedibus, post tempus iterum dimissa est, & rediit siccum ramum oliuæ in ore ferens, & post dies septem dimissa, inuenta q; sibi requie, confidens, cessasset diluuium, nidificauit. Columba figura est aduẽtus Spiritus sancti, quæ ante legem inuisens creaturam, nõ inuenit, quomodo super ea requiesceret, sicut neq; Iesus, vbi inclinaret caput suum, ita impietas omnia occuparat. Deinde post tempus quoddam iterum Colũba dimissa est, redit ferens ramulum oliuæ in ore: forte signans in lege, ac in ore prophetarum paruum quendam fructum misericordiæ Spiritum sanctum ferre. At post septem dies omnis cultus sabbatorum legis emisit Deus Noè Columbam spiritus filij sui, & inuẽta requie apud fideles, & in eis habitauit, & delicatè deambulauit, nidificauit, & mansionem apud nos fecit. Columba enim animal est, quod præ omnibus volatilibus cæli homines amat, & contubernale est, & mansuetum, innocensq; & fœcundũ, & domesticum, quod quiescit, verlatur; & habitat in domibus nostris. Sicut & Spiritus sanctus dicit de nobis: *equitabo habitabo, & conuersabor cum eis.* Atq; idcirco in specie Columbæ in Iordanem de Cælo descendit. Specta autẽ hoc admirabile animal: feræ enim, & nigræ cohabitare, & conuersari non amant, sed immaculatæ, & fulgidæ, vt & hoc manifestè, & signanter describã in seipsis in nobis habitationẽ immaculati, purissimiq; Spiritus sãcti. S. verò *o* Cyrillus ad eundẽ modum cõmentans. Mittentur, inquit, quippe à Christo viri sanctissimi, qui mundũ eosq; qui eũ incolunt, fermè explorarent, qui redeunt, quasi pacẽ loquentes. Hoc enim ramus ille oleæ, quẽ Colũba in ore suo portabat, vt puto, significat. Argumentũ enim pacis hanc plantam esse accepimus. Igitur qui in fide purgati sunt, Deũ magnoperè diligunt, & veluti quadam euangelicæ institutionis mansuetudine eruditi, Deo mirificè placent. Quod autem ex ipsis quoq; defecturi essent, hinc latissimè patet. Nam tertia Columba, & vltima emittitur, quæ ad Noè reuertatur, haudquaquã curauit. Sed cùm aquæ cessassent, *sedit*, inquit, *ercas super montes Ararat*, quod descensus testimonum interpretari possumus. Nã qui in Christum crediderint, sublimes quidem ob euangelicæ disciplinæ celsitudinem sunt, & tanquã in altissimis montibus sedentes, vnigenitum Dei filium, qui è cælo descenderit, vbiq; orbis terrarum alta efferunt prædicatione. *p* Beda quoq; Colũba, quæ oliuæ ramum attulit, Christum significare dixit, qui pacem mundo attulit, vt ipsa est pax nostra. Pacis nũciam etiam esse ex *q* Prudentio habemus canente:

Nuncia aluuij iam decrescentis ad arcem
Ore Columba refert ramum virentis oliuæ.
Coruus enim inglutie per fœda cadauera raptus
Hæserat, illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

Quærens quidam, cur emissa secundò Columba reuersa est cum ramo oliuæ: Nonne cognoscens pater ille sapientissimus, inquit, sæuientem adhuc iustitiæ diuinæ seueritatem per reuersionem Corui, emisit Columbam pacis, & clementiæ nunciam, vt exploraret, an esset adhuc terris restituta pax? Sed quia pax nondum erat reddita, sed currebat tempus medium inter bellum, & pacem, hinc dicitur, quod non inueniebat locum, vbi requiesceret planta pedis eius, & ideo reuersa est in arcam. Propterea Noè arcanorum peritissimus, expectatis adhuc septem diebus, numero quidem remissionis, & placationis, iterum emisit ipsam Columbam. Quæ cognoscens remissum, & placatum esse furorem diuinũ in signum reddituæ pacis tulit ramum oliuæ virentibus foliis. Quo facto expectauit nihilominus pater ille prudentissimus adhuc septem alios dies, vt alio subsequente septenarij curriculo plenius subsequeretur, & firmaretur pax. D. verò Cyprianus emissam à Noè Columbam lapsorum imaginem præ se ferre commentatur. Et *r* Pierius Valerianus Columbam hanc, nempe quæ ad Noè oleæ virentis ramum attulit, fuscam poni à Prophetis ait, esseq; indicium perhiberi mentis, quæ à peccatis factis iam abstineant, seq; quieti det, hoc est tranquilli-

Lex per ramum oliuæ significata.

n Hom. de Spir. san.

Columba quale animal.

o lib. 3. in Gen.

Ramus oleæ quid notet.

Olea pacis planta.

Ararat qd

p In Ge. 8.

Colũba ramũ ferens Christum notat.

q In Dist.

Lapsorum imago.

r l. 22. Hie.

Columba fusca mentis indicium.

quillitati, quæ non niſi in depurgato à vitijs animo locum habet. Sub veſperam autem hãc reuerti deficiente quippe luce, quod tantundẽ ſit, ac ſi momẽtaneo, ac breui temporis curriculo duraturæ felicitatis diceremus. Sub veſperam, inquit, aduolat, ne occupetur à nocte, quippe ne intercipiatur à morte, priuſquã infectum eluerit ſcelus, atq; ita perpetui carceris ſupplicio afficiatur. *s* Iudocius Clichtoueus per hanc eandem Columbã beatiſſimam Virginem Mariam interpretatur elegantiſſimè hoc modo ſcribens: Secundum gaudiũ habuit Virgo ſanctiſſima hodierno die in oblatione, qua genuflexa filiũ offerebat Deo Patri pro totius mundi pace, & pacatione. Quod ſignificatum eſt in Geneſi per Columbam reuerſam in arcam ad Noè ad veſperam, quæ portauit ramum oliuæ virentibus folijs: intellexitq; Noè, quod Deus pacem dediſſet in terra, & quòd ceſſaſſent aquæ. Iſta Columba eſt beata Virgo felle amaritudinis carẽs, quæ hodie ramum oliuæ, ſcilicet Chriſtũ pacificum, & pacem populi virentem gratia, & virtute obtulit Deo Patri. Inſuper intellexit beata Virgo, quod hęc oblatio in tẽplo eſſet quędã repreſentatio oblationis futurę, qua ſeipſum eſſet oblaturus in Cruce pro Mundi redemptione, vbi etiam ipſa Mater præſens eſſet futura, & in huius myſterijs contemplatione gaudebat. Secundus ſacræ paginæ locus eſt apud diuinum *t* Pſalten: *Si dormiatis inter medios cleros, penna Columbæ deargentatæ, & poſteriora in dorſi eius in pallore auri.* Vbi *u* Gil. Genebrardus notandum monet Hebraicam ecclipſin: quaſi propheta dicat, ſi verſemini in præſentiſſimis, & certiſſimis periculis, vt quãdo de captiuorum vita, libertate, fortunis, victores ſortẽ mittunt, tùm in illa rerũ deſperatione eritis tutiſſimi, ſereniſſimi, lætiſſimi, vultu & colore tã pulchro, ſereno, ac vegeto, quã Columba, cuius pennæ ſunt veluti deargentatę inſtar argenti pellucẽtis, & dorſũ, vel cauda dorſi ſplendẽt, ac rutilat inſtar fului, ſiue pallentis auri; Tam præſens vobis erit numen, vt illis ſitis in tuto, & animi ſecuritate, neq; quicquam perditas de vultus ſpecie, & habitu. Columbæ ſimilitudinẽ appoſuit, quòd in hac aut pennarũ elegantia, & morum forma excellant, quin & capta nitet, eodẽ eſt colore, ſpecie, ſtatu. Non omittam tamen alios ita vertere, ſi tam ſordidi, & atri ſitis, quã ij, qui iacent inter nigras ollas, eritis poſthac tamẽ candidi, quam alæ Columbę argenteæ, & inſtar auri fulgẽtes: depoſito ſcilicet mœrore poſthac læti eritis, & fortunati. *x* Iacobus Vitriacenſis S.R.E. Cardinalis ex is hunc myſticum ſenſum elicit, argentatæ Columbæ ſanctos aſſimilans: Hi ſunt, inquit, velut pennæ Columbæ deargentatę inter medios cleros dormientes, quia duplicem gratiã, ſcilicet actionis, & contemplationis à Deo ſunt ſortiti. Ipſi enim pennati per volatum contemplationis, Columbini per ſtudium ſimplicitatis, deargentati per puritatẽ locutionis inter medios cleros dormiunt, dum à mundana cupiditate oculos claudunt. Columba igitur deargentata, ideſt, anima ſancta, & pura, duas habet alas, actiuam ſcilicet, & contemplatiuam. Ala autẽ actiua ſeptem habet pennas, quę ſunt ſeptem opera miſericordię. Similiter & contẽplatiua ſeptem quę docentur in Euangelio, ſcilicet paupertas ſpiritualis, luctus, & alia, quę ſequũtur. Vnde etiam Iacobus ſeptem annis ſeruiuit pro Lia, & totidem pro Rachele. Hæ pennæ debent eſſe deargentatę, vt ad imitationem Chriſti informentur, cuius humanitas argento comparatur. Vel argẽtatæ dicuntur, dum operibus actiuæ, & contemplatiuę vtimur ſecundũ ſcripturas diuinas. Columba item in ſacris literis pro ſponſa, vel coniuge chariſſima accipitur: quod in Colũbaceo genere pręcipuè coniugij lex firmiſſima, & minus inter cõiuges amor ſpectetur. Sic autem regum *y* ſapientiſſimus: *Columba mea, formoſa mea*: & paulò poſt. *Columba mea vna perfecta mea.* Et *z* rurſus: *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, Columba mea, integra mea.* Et *a* alibi: *Ecce tu pulchra es amica mea, oculi tui Columbarum.* Et infra *b* rurſus enarrans ſponſa pulchritudinem ſponſi ſui eius oculos comparat oculis Columbarum. Sed vim, & ſententiam talem habet iſta ſimilitudo; nimirũ ſignificãtur oculi ſimplices, ſine fuco, & dolo: Nam Chriſtus Dominus excellentiã ſimplicitatis præcipuè tribuit Columbis, cùm *c* dixit: *Eſtote ſimplices ſicut Columbæ.* An potius oculi Columbini ſignificant oculos minimè vagos, & laſciuos, ſed pudicos, & caſtoſę? Nam & *d* Adamantius Origenes hæc exponens verba: Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo, oculos non habet Columba. Si quis autem oculos Columbæ non habet, domum fratris ſui ingreditur infelix, non ſeruans illud, quòd in *e* prouerbijs eſt præceptum: *Domũ fratris tui ne intres infelix.* Qui autem habet oculos Columbæ videt rectà, & miſericordiam promeretur: videns quippe rectà miſericordiam conſequetur. Porrò quis videt rectà, niſi qui caſto conſpectu, & puris intuetur oculis? Noli igitur mihi de his tantùm carnis oculis intelligere, quæ dicta ſunt, licet & de his intellexiſſe, ſed ingrediẽs ad interiora & ante oculos mentis perquirens, qui & à *f* Deo mandato illuminantur, mandatum quippe Dei illumi-

f In ſeſt. 3. purif. B.M. Maria Virgo per Columbam ſignificata.

Chriſtum ramus oliua ſignificat.

t Pſ. 77.

u In com.

In Columba pennarum elegãtia.

x D. 7. poſt feſt. Pent. *S. Columbæ argentatæ ſimilari.*

Duæ animæ ſanctæ alæ.

Columba pro ſponſa accepta.

y Cant. 2.

z cap. 5.

a cap. 1.

b cap. 5.

Oculi ſimplices ſine dolo.

c Mat. 10.

Oculi Columbini ſignificant minimè vagos.

a Hom. 3.

e Pron. 27.

f Pſ. 18.

illuminans oculos) illud enitere, labora, contẽde, vt sanctè intelligas vniuersa; quæ dicta sunt, & similis spiritui, qui in specie descendit Columbæ, audias, quia oculi tui Columbæ sunt. Si intelligis legem spiritualiter, oculi tui Columbæ sunt. Si intelligis Euangelium, vt se vult intelligi Euangelium,& prædicari, vides Iesum omnem languorem,& infirmitatem, non solum eo tempore quo carnaliter facta sunt, fuisse medicatum, sed hodieq; medicantẽ, & non tantum tunc ad homines descẽdisse, sed hodieq; descendere. *Ecce enim, g* inquit, *ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Oculi tui Columbæ sunt. Sunt qui per illa *h* verba: *Vna est Columba mea, perfecta mea*, B. Virginem Mariam intelligant, vt 1 operi quam etiam eleganter ostendit, *i* Rupertus Abbas Monasterij Tuitiensis Ord. Benedictini vir, & vitæ sanctimonia, & sacrarum literarum peritia præclarus, exponens hæc verba: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui Columbarum:* Ecce tu pulchra es, & iterum dico, ecce tu pulchra es, pulchra decore Virgineo, pulchra vnigenito filio. Taliter geminata nullius vnquam fuit, nullius vnquam erit pulchritudo. Adhuc addo istud pulcherrimum: *Oculi tui Columbarum.* Quinam sunt oculi Columbarum, nisi dona septem gratiarum, ideſt septem spirituum super Christum requiescentium? Septem namque oculi, qui iuxta Zachariam prophetam in vno lapide sunt, septem sunt spiritus Dei, qui iuxta Esaiam propheram super florem Iesse requiescunt: Isti oculi mei (Christi verba sunt, quem loquentem facit) sunt oculi tui, oculi Columbarum, oculi omniũ gratiarum. Omnium quippe gra- 2 tiarũ, vel spirituũ tu effecta es particeps, ex quo me castis visceribus suscepisti, super quem requiescit, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et *k* rursus in hæc verba (*oculi tui Columbarum absque eo, quod intrinsecus latet*) commentans: Oculi Columbarum, inquit,& oculi Coruorum hoc differunt: quo dulcedo simpliciter diligentium,& multiplex amaritudo inuidẽtium. Simplicitas Columbarum septem habet insignia virtutum naturalium: hęc namque auicula primùm sine felle est, deinde nihil viuum comedit, pullos alienos nutrit, grana semper candidiora colligit, in petris ædificat, gemitum pro cãtu habet, libenter iuxta fluenta residet, vt venientem Accipitrem ex vmbra præcognitum effugiat pernicier. Tu maximè, ò misericordiæ mater, sine felle es: nihil enim vnquã habuisti inuidiæ, nihil odij, quòd familiare est rapacibus Coruis. Nihil viuum Columba comedit, & tu lõgè ab 3 illis es, de quibus scriptum est, *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.* Pullos alienos Columba nutrit, & nos qui eramus alieni secundum carnẽ à genere tuo, ecce viuimus tuis meritis. Grana candidiora Colũba colligit, & tu conferens in corde tuo testimonia de scripturis, creditum tibi conseruabas secretum Dei. Columba in petris nidificat, & tu in solitudine fidei permanens, euasisti serpentis antiqui venena. Columba gemitum pro cantu habet, & tibi gemere dulce fuit, eo quòd præcunctis mortalibus mortẽ vulnerata esset. Columba iuxta fluenta residet: tibi autem vel tuo pectori omne fluentum scripturarum quá contineguum est? Nunquam aduentas spiritalis Accipitris tibi esse improuisus, aut te cõsequi, imo nec tibi appropinquare potuit. Igitur oculi tui Columbarum, & hæc vera pulchritudo est, absq; eo quod intrinsecus latet, quod solus in te Deus videt: nobis autem quia inexpertum, 4 oidcircò ineffabile, imo & incogitabile est, &c. D. verò Hieronymus per speciosam istã spõsam intelligi vult Christum, vel eius Ecclesiam. Grandis, inquit, in hoc profectus eius ostenditur, vt quæ prius tantũ speciosa in mulieribus dicta est, nũc vt proxima speciosa dicatur, ex ipso sine dubio sponso splendorem decoris accipiẽs, vt semel ab ipsa sumpta pulchritudine, etiam si accidat ei paululum sponsi absentiam pati, nihil minus pulchra permaneat. Quod autem oculi eius cõparantur Columbis, ob hoc profectò contingit, quia diuinas scripturas non iam secundum literam, & secundum spiritum intelligat, & aspiciat in eis spiritualia mysteria. Columba enim indicium est Spiritus sancti. Spirituali ergò sensu intelligere legem, & prophetas, hoc est oculos Columbæ habere. Et hìc quidem Columbæ oculi eius appellantur. In *m* Psalmis verò huiusmodi anima pennas sibi dari Columbæ desiderat, 5 vt volare possit in intellectum spiritualium mysteriorum, & requiescere in atrijs sapientiæ. Sed etsi dormire quis possit, hoc est collocari, & requiescere in medio sortium, atq; intelligere sortium rationẽ, & cognoscere diuini iudicij causas, non solùm pennæ Columbæ, quibus in spiritualibus intellectibus volet, promittũtur ei, sed deargentatæ pennæ, ideſt, verbi, & rationis ornamento decoratæ. Scapulæ quoq; eius in specie auri fieri dicuntur, vbi constantia fidei, & dogmatum stabilitas indicatur perfectorũ. Ergo si caput esse Christus dicitur nihil puto absurdum videri, si & oculi eorum, qui secundum interiorem hominem spiritualiter intelligunt, & spiritualiter dijudicãt, Spiritus sancti esse dicantur. Et ob hoc fortassis in lege, sicut agnus positus est, per cuius hostiam populus purificaretur in Pascha, ita &

g Mat. 28.
h Cant. 6.
B. Maria significata.
i Com. in Cant. c. 1.
Dona septẽ gratiarum oculi Columbarum.
k Com. l. 3. in c. 3. cãt. *Oculi columbarum, & Colũba quomodo differãt.*
l Hom. 3. in cant. *Christus vel eius ecclesia significata.*
Oculos columbæ habere quid.
m Psal. 54. & Ps. 67.

Colum-

Columbæ positæ sunt, quibus purificatur homo, ingressus hunc mundum. Sed & de eo nunc dicere, & hostiarũ qualitates discutere, longior videtur excessus, & proposito operi minimè conueniens. Potest adhuc profundiore fortassis sacramẽto, quod dixi: *Ecce es speciosa proxima mea*, intelligi de præsenti sæculo dictum: quia speciosa quidem sit & hìc Ecclesia, cùm proxima est Christo, & cùm imitatur Christum. Quòd verò iterauit, & dixit. *Ecce es speciosa*, potest ad futurũ sæculum pertinere: vbi iam non solùm imitatione, sed ipsa sui perfectione formosa est, & speciosa, & ibi dicat esse oculos eius Columbas, vt duorum oculorum Columbæ duæ intelligantur esse filius Dei, & Spiritus sanctus. Et ne mireris, si Columba simul dicatur, cùm vterq; similiter aduocatus dicatur, sicut [a] Ioannes Euangelista declarat, Spiritum quidem Sanctum dicẽs paracletum, quod est aduocatus. Et de Iesu Christo nihilominus in Epistola sua dicit, *quia ipse sit aduocatus apud patrẽ pro peccatis nostris*. Sed apud Zachariam Prophetam duæ oliuæ ad dextram, & ad sinistram candelabri positæ, vnigenitum nihilominus, & Spiritum Sanctum designare dicuntur. Insuper Diuus [b] Gregorius eadem sapientissimi regis verba enarrans, per eandem sponsam Ecclesiam intelligit hoc scribens: Pulchram narrat, & pulchram replicat, quia alia est pulchritudo morũ, in qua nunc cernitur, & alia pulchritudo præmiorũ, in qua tunc per conditoris sui speciem, videlicet omnes dilecti, qui ad cuncta simpliciter incedunt; eius oculi Columbarũ vocantur, qui magna luce irradiant, quia & signorum miraculis corruscant Sed quantum est omne hoc miraculũ, quod videri potest, illud de internis miraculũ est mirabilius, quod videri non potest. De quo illic apertè subditur: Absq; eo quod intrinsecus latet. Magna quippè est gloria aperti operis, sed longè incomparabilis occultæ remunerationis. Item D. Augustin. per Columbam quoq; inquit, vnitas Ecclesiæ significatur, de qua [p] dictũ est, *Vna est Columba mea, vna est matris suæ*. Vnde debuit humilitas, nisi per auem simplicẽ, & gementẽ, non per auem superbam & exultantẽ, sicut Coruus significari? Abbas quoq; Ioachim [q] Theolsphoro ad hæc D. Cyrilli verba, Columba suo volatu volatũ Aquilæ, vel Accipitris nõ formidat; Hæc est, inquit, Romana Ecclesia, quæ si cursu celeri in suis aduersantibus, & pressuris iniquè illatis fideliter, & deuotè ad Christum Dominũ recurret, raptoris insultum minimè formidaret [r] Thomas vero Bozius Eugubinus cõgregationis Oratorij Presbyter ob hanc causam Ecclesiæ in canticis nomen Columbæ ascribi ait, quòd hic sit mos Columbis, vt ante coniunctionẽ mutuò se se osculentur. Ore namq; nos Eucharistiam percipimus, ex illa perceptione cõnectimur in vnum cum Christo, & inter nos corpus. Et antiquitùs communicaturi per osculum sanctum labia labijs iungebant, vt alterius in alterum spiritus ipse corporeus intimè infunderetur. Hinc olim multis in locis Eucharistia seruabatur super altari intra auream, vel argenteam Columbam, vt est in gestis S. Basilij, quæ nomine Amphilochij scripta circumferuntur, & in libello supplici quem quintæ synodo aduersus hæresiarcam euerum clerus, & monachi Antiocheni obtulerunt. Tertius locus [s] Scripturæ est: *Et quasi Columba meditantes gememus*: quæ verba explicans D. [t] Hieronymus, subaudiendum monet, absq; sensu, & intelligentia Scripturarum ranquã acerba meditãtes, quæ decantant memoriter. Sed quomodo, inquit Columbæ, de quibus scriptum est; [u] *Ephraim quasi Columba non habens sensum*. Et quomodo in [x] Euangelio cõtra serpentium malitiam, simplicitas ponitur Colũbarum: sic in præsenti loco simplicitas absq; prudentia, quæ vicina stultitiæ est, in sola verborum meditatione monstratur. Quartus locus est apud [y] Hierem. Proph. quem Nabuchod. Colũbam vocare, quod hęc auis Babylonis insigne olim erat antè dixi Ad quem locũ commentans idem D. [z] Hieronymus. Non mirabitur, inquit, Columbã Domini intelligi Nabuchodonosor, qui supra eũ vocari seruũ Domini legerit, pro quo septuaginta transtulerunt gladium magnũ. Licet Columbam, & in persona Hierusalem possimus accipere, quo iracadia tur, & tristis sit se leonis sui pertidisse custodiam, & terram suam venisse in desolationem. Quintus locus est [a] Ezechielis: *Erunt q; in montibus quasi Columbæ conuallium omnes trepidi, &c.* Theodotio transtulit: *sicut Columbæ meditantes omnino tacuerunt*. In quorum verborum explicatione noli quoq; ab eodem D. Hieronymo recedere, qui sub metaphora, inquit, Columbarum meditantium significat vnumquenq; de populo suum flere peccatum, & intelligere, atque sentire, cur ista pariatur. Tropologicè verò sic accipiendũ, Columbæ quandiu in vallibus sunt, trepidant, & singula reformidant, quarum imitari [b] præcipitur innocentiam. Et de quibus in [c] Psalmo dictum est: *si dormiatis inter medios cleros, &c.* In cuius specie [d] descendit Spiritus Sanctus, & mansit super Dominum Saluatorem. Pulchreque iuxta Theodotionem vocabimus Columbam mediantem eum, qui in lege Domini die, ac nocte meditatur, & de quo [e] scriptum est: Os iusti meditabitur sapientiam. Sextus locus est [f] Oseæ:

Filius Dei & spiritus sanctus Columba dicti.

n cap. 14. 15. 16.

Oliuæ duæ ad candelabrũ positæ quid significẽt. o li. 1. mor.

Ecclesiæ vnitas. p Can. 6.

q cap. 1.

r tom. 2. de sig. eccles. lib. 14. de coniũct. cor. Eccles. & Christi.

Veterum in Cõmunione ceremoniæ.

s Esaiæ 59. t Cor. 1. 16.

u Osea 7.

x Mat. 10.

y cap. 14.

Columba Nabuchodonosor significat.

z lib. 5. con. in Hier.

Columba Hierusalẽ significat.

a cap. 7.

Columba gemens quid notet.

b Mat. 10.

c Psal. 67.

d Mat. 3.

e Psal. 36.

f Osea 7.

Factus

Factus est Ephraim quasi Columba seducta, non habens cor. g Rupertus Abbas ad hunc locum commentans, in eo, inquit, quod non absolutè ait: Factus est quasi Columba, sed addidit seducta, bonam Columbæ significationem præsenti loco penitus exterminat. Amplius autem cùm apponit adhuc, non habens cor, seductionem eiusdem, & vacuitatem omnis boni miro exprimit modo. Si quidem aduersus id, quod de Columba pro bona similitudine dici, vel scribi solet, non habens fel, hìc dicitur, nõ habens cor. Quanta putas distantia est inter non habentem cor? Quanta, inquam differentia Columba habens fel, & non habens cor à Columba non habente fel, & habente cor seiuncta est? Magna profectò, & omnino contraria. Sic planè & tanta dissimilitudine seiunctus est carnalis Iudæa à spirituali, qualis tunc erat ille Ephraim, qui seductus est, vt recederet à domo Dauid, & nunc est iste Iudas, qui negauit Christum filium Dei, Columba esse debuit manendo in simplicitate, atque vnitate paternæ fidei, sed & tunc, & nunc seducente diabolo recessit in fellè amaritudinis, in inopia cordis. Hæc ille. Et D. *h* Hieronymus eadem prophetæ verba declarans, significare illa innuit, Ephraim non dolere, quòd ipsius populus nõ seducerentur in partes, & perderetur, quoniam aues omnes dolent, si ab eis eripiantur pulli, & pro viribus eos tuentur, sola Columba non dolet ablatos pullos, neque requirit. Sed verba eius ascribamus. Præcepit, inquit, Dominus in *i* Euangelio, vt simus simplices sicut Columbæ, & astuti quasi Serpentes, vt imitantes simplicitatem Columbarum, & serpẽtis astutiam, nec alijs nocere possimus, nec ab alijs patiamur insidias, sed simplicitate, & prudentia exhibeamus hominẽ tẽperatum, quia prudentia absque bonitate malitia est, & simplicitas absq; ratione stultitia nominatur. Et pulchrè Columba seducta, siue insipiens appellatur, quia est Columba, & sapiens, quæ dicit in *k* Psalmis. *Quis dabit mihi pennas sicut Columbæ. &c. Cuius pennæ deargentatæ sunt, &c.* Ephraim autem Columba insipiens, & non habens cur in tactum bruta mentis offenditur, vt Ægyptũ inuocans ad Assyrios perrexerit. Quæritur cur Ephraim non alijs auibus, sed Columbæ comparatus sit. Aues cateræ pullos suos, etiam cum periculo vitæ suæ protegere festinant, & cùm nidum suum, Accipitrem, colubrem, Coruum, siue Cornicem accedere viderint, huc, illucque volitant, & immittunt se morsu, & vnguibus lacerant, & dolorem parentis querula voce testant: sola Columba ablatos pullos nõ dolet, & ideo rectè comparatur Ephraim, quòd vastatum per partes populũ non sentiat, sed negligens sit salutis. Magistros contrarium dogmatum, qui Christum reliquere sapientiam, & Ecclesia sũt egressi, rectè insipientem, & excordem Columbam possumus dicere, qui terrena desiderantes, Assyrijs traditi sunt. Septimus locus habetur apud eumdem *l* Prophetam: *Et auolabant quasi aues ex Aegypto, quasi Columba de terra Assyriorum.* Hæc Columba, teste eodem D. Hieronymo, hominem signat, qui fuit hæreticos. Ægyptus, inquit, *m* Rupertus Abbas, siue terra Assyriorum, mundus iste est omnibus errantibus, & principem huius mundi sectantibus, qui intelligitur per Assur. Pulchrè namque qui auis auolare dicuntur, qui terrenas cupiditates relinquẽdo cælestem gratiam sequuntur, & sic euadunt, vt vestigia culpę nulla in eis inueniat insecutor diabolus, sicut auolatus auium nulla vestigia superfunt, dum liberis per aera pennis ferunt. Nec verò contentus dixisse nomine generali, & auolabũt quasi auis, sed continuò specialiter exprimit eius auis similitudinẽ, cui competenter assimilatur gratia cælestis, dicendo: *Et quasi Columba de terra Assyriorum.* Columba namq; maximè pro eo, qui in hac specie Spiritus sanctus super Dominum nostrũ cũ baptizaretur, apparuit regenerantem eiusdem Spiritus sancti gratiam significat, cuius itaq; sacramẽtis viuificati, auolauimus ex Aegypto, & de terra Assyriorum, id est, de ignorãtiæ tenebris, & de terrenarum affectibus cupiditatum, &c. Octauus locus legitur apud *n* Naum Prophetam: *Et ancilla eius mirabuntur, gementes vt Columbæ, murmurantes in cordibus suis.* o Rupertus hunc locum sic explicat: quod protinus, inquit, subiungit, gementes vt Columbæ, murmurantes in cordibus suis tam de milite, quam de ancilla, id est, tã de nobilibus, quàm ignobilibus debet intelligi. Quid autem gementes, vnde murmurantes? Non vtique quod captui abducti sunt, vel quod minentur ante currum triumphatoris huiusmodi, sed inde gementes, quod ab isto domino sibi incogniti liberi, & Niniue, hoc est, mundi huius, serui fuerunt, & super hoc murmurantes in cordibus suis, id est, scriptores reprehendentes in conscientijs suis. Murmurare namque interdum in bono accipitur. Itaque & hìc cum dicitur: *gementes sicut Columbæ murmurantes in cordibus suis*, sic rectè intelligitur, ac si diceret, conquerentes, ac dolentes de peccatis præteritis, & semetipsos reprehendentes in conscientijs suis. Nam licet gratia victoris, & triumphatoris ducentis eos, non ignorent se esse saluatos, non tamen obliuiscuntur, & quales fuerint, & super hoc dolere, & conqueri nõ desinunt

g *l.* 3. *com. in Ose. c.* 7.

Ephraim qualis.

Iuda Colũba seducta.

h *In com.*

i *Mat.* 10.

k *Psal.* 54. 67.

Columba insipiẽs, & excors, quis dicendus.

l *Osee* 11.

Homo hæreticos fugiens Columbæ assimilatus.

m *l. com. in Os.*

Ægyptus quid.

n *cap.* 2.

o *l.* 2. *com. in Naum. c.* 2.

Murmurare.

sinunt in cordibus suis. Pro huiusmodi rectè dicuntur gementes, non vtcunque, sed gementes, vt Columbæ. Columba namque gemitum pro cantu habet, & istis ita gemere valde dulce est, ita vt quando canunt quippiam in laudē captiuatoris sui &c. Nonus locus est *p* Sophoniæ: *Væ prouocatrix, & redempta ciuitas Columbæ, non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam.* Vbi D. Hieronymus commentans: Multi putant, inquit, propter consequentiam dici aduersus Niniuen, de qua *q* suprà: *Et ponet Assyrium & ponet Niniuen in solitudine*. Sed nunquam scriptura Niniuen Columbam vocaret, licet in *r* Hieremia à facie gladij Columbæ de Nabuchodonosor dictum putent. Sed sciendum, quod alij è contrario asserant, pro Columba ibi posse intelligi ἰλλαδα, id est, Græciam, vt sit sensus, à facie gladij Iona, id est, à facie gladij Græciæ Iona enim tam Columbam, quàm Græciam significat. Vnde & vsq; hodie Græci Ionas, mare appellatur Ionium, & apud Hebræos permanet eorum vetus vocabulū. Omnis itaque contra Hierusalem sermo est: Væ ciuitas quondam Columba, semper peccans, & captiuitatibus tradita, & rursum redempta à Domino. Væ ciuitas prouocatrix, quod significantiùs Hebraicè dicitur, id est, παρα πιρανοα, quod possumus dicere Deum amarum faciens, id est, tuo vitio dulcem Dominum, atq; clementem vertens in amaritudinem, vt qui miseri vult, punire cogatur, &c. Et *s* Rupertus, Super quā, inquit, cœpit intentio iudicij dicendo, & extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitatores Hierusalem, super eandem ciuitatem, & consummatur dicendo *Væ prouocatrix, & redempta ciuitas.* Quę enim alia ciuitas à Deo prouocatrix, quā passim, & ferè vbiq; sancta scriptura Dominū prouocasse arguit? Ipsa prouocatrix, ipsa redēpta, & tantò dānabilior prouocatrix, quātò pluribus redēpta beneficijs. Prouocationes eius magna cū admiratione hic denarrātur, cùm in primis Columba ipsa nominatur, & deinde leonū sæuitiā, luporū ferocitatem vel habuisse, vel habere declamatur. *Columba*, inquit, *non audiuit vocem & non suscepit disciplinam*, hoc dicere est, mānsueta quondā ciuitas, vel gēs rebellis facta est, incorrigibilis perseuerat. Quid .n. mansuetius Abraham, Isaac, Iacob, cæterisq; patribus, Moyse, & Dauid, cæterisq; sanctis, & prophetis, vel iustis hominibus. Si illos, & vniuersam illius gētis, vel ciuitatis electionē consideres, rectè nimirum ciuitas Colūba dicta est. E contrà, si illos attendas qui prophetas, & iustos homines occiderunt, qui Dominum dereliquerunt, & Baal, cæteraq; portenta coluerunt, & alia sacrilegia commiserunt, veraciter dicas, quia non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam, in Domino non est confisa, &c. Decimus locus de Columba in sacris literis est de Spiritu sancto, quem omnium Euangelistarum testimonio huius auis specie in Saluatoris nostri baptismo apparuisse scripsimus, & *t* Prudentius innuit:

Apertis poli per illustribus iugis
Discipulus videt à patre venientem,
Manentemq; spiritum in perpuro verbo,
Profectum vt Columbam indicibili modo
Populisq; ostendit occurrentem Domino.

Quærens quidam recentior, cur Columba tanti habita sit, vt aliquando Spiritum sanctum designauerit? An quia, inquit pacem, & remissionem, affectum quippe Spiritus sancti nunciauit? An quia est animal simplicissimum, carens omni fraude, & dolo? iuxta illud *u* Saluatoris: *Estote simplices vt Columbæ.* Hinc & in *x* Canticis dicitur: *Oculi tui Columbarum.* An quia rectè volat, sicut Spiritus sanctus, qui ad nos demissus præbet, vt eodem tramite conuolemus ad superos? Hinc *y* Propheta canit. *Quis mihi dabit pennas vt Columbæ, & volabo?* An quia hæ sola inter aues habet pennatos pedes, in hoc significans Spiritum sanctum, qui tanquam interpres Patris, & Filij volat ad nos affectu, & amore, per pedes denotato? Sicut de Mercurio dicitur, quē interpretē dicunt esse Deorū. Est enim Spiritus sanctus velut interpres docens, & illuminās, & prophetas, & amicos Dei cōstituens, vt sapiens ait. *z* Adamātius Origenes causam reddens, cur Spiritus sanctus Colūbæ, non autem Turturis specie apparuit. Columba, inquit, Spiritus sanctus est. Spiritus autem sanctus, quando de magnis, & occultioribus sacramentis, & quæ multi capere non possunt, loquitur, in Turturis appellatione signatur, id est, in eius auis, quæ semper in montium iugis, & in arborum verticibus commoratur. In vallibus autem, & his, quæ ad homines vsque perueniunt, Columba assumitur. Deniq; Saluator, quia hominem dignatus est assumere, & venit ad terras, multiq; tunc circa Iordanem peccatores erant, idcirco Spiritus sanctus non in Turturem vertitur. Inter nos propter hominum multitudinem, auis mansuetior conuersatur: Turtur autem non videatur. Et Suidas στρεπτὸς περιστερὰ exponit Alę Columbæ, dona Spiritus sancti. Eius autem alæ, inquit, argento sunt indutæ, tergum verò auro est ornatum. Nam simpliciora

p cap. 3.
q cap. 2.
r cap. 25.
Græcia per Columbam intelligitur
s In Com.
Hierusalē prouocatrix dicta.
Spiritus sāctus Colūbæ specie.
t In Prosp.
u Mat. 10.
x Cant. 1.
y Ps. 54.
Mercurij officium.
z Homil. 2. in Cant. 2.
Cur in Columba specie, nō Turturis apparuit Spir. sanctus.

pliciora,& candidiora simplicioribus,altiora perfectioribus conueniunt. Item D.Cyprianus ideò in Columba venisse Spiritum sanctum scribit, quoniam simplex sit animal, & lectum, non felle amarum, non moribus sæuum, non vnguium laceratione violentum, cuius ingenium, est hospitia humana diligere, vnius domus consortium nosse, cum generant simul filios educare, communi conseruatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, circa omnia demum humanitatis omnem implere legem. Diuus verò *a* Chrysostomus Columbam tunc ideò apparuisse tradit, vt extenti quodammodò digiti vice, Dei filium Ioanni monstraret, atq; vt etiam disceres, quoniam super te quoque, cùm sacro fonte
10 dilueris, Sanctus Spiritus veniat: iam verò non visibili specie, qua vtique non egemus cum nobis pro cunctis sola fides sufficiat. Nam signa, inquit, non credentibus, sed incredulis dantur. Quærit deinde cor in specie venit Columbæ? Mansuetum, respondet hoc animal, & mundum est. Quia igitur ipse spiritus mansuetudinis est spiritus propterea in eius specie apparuit. Simul etiam veteris videtur nos admonere historiæ. Nam cùm vniuersum aliquando orbem naufragium commune mersisset, & omne prorsus hominum genus periclitaretur, illud interim certè animal apparuit, finemq; illius tempestatis ostendit, atque ore ramum
20 portans oliuæ, pacem mundo redditam nunciauit. Quæ omnia erat futurorum signa. Tunc enim multò erat hominum vita deterior, multoq; maiori digna supplicio. Ne igitur ipse desperes, illius te historiæ confirmat admonitus. Nam tum quoque desperatis iam omninò rebus, liberatio facta est, atque correctio: sed tunc vtique per pœnam, modo verò per gratiam, atque ineffabilem indulgentiam redemptoris. Propterea, & Columba cernitur, nequaquam oliuæ ramum ferens, sed omnium malorum liberatorum nobis euidentiam ostendens, spemq; suggerens prosperorum. Non enim ex arca vnum educit hominem; sed postquam apparuit, vniuersum prorsus orbem attollit in cælum, quæ certè pro oleæ ramo, omni
30 generi hominum adoptionem detulit filiorum. Considerans igitur tanti amplitudinem muneris, nequàquam illius inferiorem existimes dignitatem, qui se in huiusmodi specie demonstrauit. Audio quippè dicentes aliquos, quantum inter hominum Columbamq; discrimen est, tantam Christi, & Spiritus sancti esse distantiam: quia ille quidem in nostra vtique natura, hic verò in specie sit visus Columbæ. Quid igitur ad talia responderi potest? Nisi quod
40 filius quidem Dei naturam hominis profectò susceperit, Spiritus verò sanctus non assumpserit naturam Columbæ. Idcircò Euangelista non in natura, sed in specie Columbæ dixit: nec vnquam omninò postea, sed tunc certè solum in hac visus est figura, &c. Et rursus exponens hæc verba Diui *b* Matthæi: *E. vidit Spiritum descendentem sicut Columbam, & venientem super se.* In quo inquit, mysterio natus est Christus, in hoc mysterium, & Spiritum sanctum accepit. Etenim filio Dei baptismum recipiente, & spiritu descendente, vnus in forma stabat humana, alter in specie descendebat Columbæ, tertius nec in forma stabat humana,
50 nec in specie descendebat Columbæ, sed in voce tantùm audiebatur, desursum descendente. Et in hæc verba: *sicut Columbam*, ideò, inquit, Spiritus sanctus speciem Columbæ suscepit, quoniam præ omnibus animalibus hæc cultrix est charitatis. Omnes enim species iustitiæ, quas habent serui Dei in veritate, possunt habere, & serui diaboli in simulatione. Habet enim diabolus, & mansuetos, & humiles, habet castos, & elemosinarios, & ieiunos, & omnem speciem boni, quam creauit Deus ad salutem hominum, ipsam speciem, & diabolus introduxit ad seductionem, vt inter bonum verum, & bonum simulatum confusio fiat, vt simplices homines, qui boni veri, & boni simulati differentiam intelligere cautè non possunt, dum quærunt bonos Dei viros, incurrant in seductores diaboli. Solam autem charitatem sancti Spiritus non potest immundus spiritus imitari. Omnis ergo species iustitiæ de impostoribus inuenitur, sola autem gratia veræ charitatis non inuenitur, nisi in solis seruis Dei. Ideò ergo hanc priuatam speciem charitatis sibi soli, seruauit Spiritus sanctus, vt per nullius iustitiam, & testimonium sic cognoscatur, vbi est Spiritus sanctus, quemadmodum per gratiam charitatis. Diuus autem *c* Hieronymus D. Matthæum commentans, triplicem ob causam Saluatorem ait à Ioanne baptismum accepisse. Primùm vt quia homo natus omnem iustitiam, & humilitatem legis impleret; secundò vt baptismate suo Ioannis baptisma comprobaret; Tertiò vt Iordanis aquis, per discensionem Columbæ Spiritus sancti in lauacro credentium monstraret aduentum. Et paulò pòst ad hæc verba: *Et ecce aperti sunt ei Cæli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut Columbam, & venientem super se &c.* Mysterium, inquit, Trinitatis in baptismate demonstratur. Dominus baptizatur, Spiritus descendit in specie Columbæ, Patris vox testimonium filio perhibentis auditur. Aperiuntur autem Cæli non reseruatione elementorum, sed spiritualibus oculis, quibus & Ezechiel principio voluminis sui apertos eos esse

Columbarum benigna natur.

a Hom. 13. in 3. Euan.

Cur sãctus Spiritus non videatur super nos cũ baptizamur.

Cur in spẽ Colũbæ dixerit Euãgelista.

b Hom. 4. eadem capit Matt.

Diabolus imitatur bona bonorum opera, Spiritus sancti charitatem non.

c Comm. 1. Christus triplicem ob causam à Io. baptizatus.

Trinitatis mysl.

d Expoſ. in Euāg. 101. tract. 2. de cc. 2.

commemorat. Sedit quoq; Columba ſuper caput Ieſu, ne quis putaret vocem Patris ad d Io. factam, non ad Dominum. Et D. Auguſtinus, quod didicit, inquit, Ioannes per Columbam, diſcamus & nos. Non enim Columba Ioannem docuit, & Eccleſiam non docuit, cui Eccleſiæ dictū eſt: *Vna eſt Colūba mea.* Columba doceat Columbam, nouerit Colūba quid Io. dicerit per Columbam. Spiritus S. in ſpecie Columbæ deſcendit. Hoc autem quod dicebat Io. per Columbā, quare in Colūba didicit? Oportebat enim, vt diſceret, ne hoc fortè oportebat, niſi vt Columbam diſceret. Quid dicam de Columba fratres mei? Aut quando mihi ſufficit facultas, vel cor, vel lingua, dicere quomodo volo, & fortè non dignè volo quomodo dicendum eſt, nec ſic tamen poſſum dicere quomodo volo, quanto minus quomodo dicendum eſt? Ergo à meliore hoc audire vellem, non vobis dicere. Diſcit Io. eum, quem nouerat, ſed in eo diſcit, in quo cū non nouerat, in quo nouerat nō diſcit: Et quid nouerat? Poteſtatē dominici baptiſmi in nullū hominē à Domino tranſiturā: ſed miniſteriū planè tranſiturū poteſtatē à Dño in nemine miniſtrorū, miniſteriū & in bonos & in malos. Non exhorreat Columba miniſterium malorū, reſpiciat Dñi poteſtatē. Quid tibi faciat miniſter, vbi bonus eſt Dñs? Quid te impedit malitioſus præco, vbi benuolus eſt iudex? Io. didicit per Colūbam hoc: Quid eſt quod didicit? Ipſe repetat: *Ipſe mihi dixit*, inquit, *ſuper quem videris Spiritum deſcendentem ſicut Colūbam, & manentē ſuper eū, hic eſt, qui baptizat in Spiritu Sancto.* Non ergo te decipiant, ò Colūba, ſeductores, qui dicūt. Nos baptizamus. Columba agnoſce, quid docuit Colūba, Hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto. Per Colūbam dicitur, quia hic eſt, & tu eius poteſtate putas te baptizari, cuius miniſterio baptizaris? Si tu hoc putas, nondū eſſe in corpore Colūbæ, non mirandū, quia ſimplicitatē non hēs. Simplicitas. n. maximè per Colūbā denotatur. Quare ſimplicitatem Columbæ dicit Io. Quia hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto, niſi quia Columbæ non erant, qui eccleſiam diſſipauerunt? Accipitres erāt, Milui erāt. Nō laniat Columba, & vides illos inuidiā nobis facere, quaſi de perſecutionibus, quas paſſi ſunt. Corporales quidē paſſi quaſi perſecutiones, cùm eſſent flagella Dñi, &c. Et poſt rurſus idē S. e Auguſt. exponens, quomodo Columba ſuper Dñm deſcendit: Gemitus, inqt, Columbæ eſt, gemūt enim Columbæ in amore. Audite, quid dicat Apoſtolus, *Nolite mirari, quia in Columba ſpecie voluit demonſtrari Spiritus ſanctus.* Quid enim oremus, ſicut oportet (inquit) neſcimus, ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non in ſemetipſo gemit, ſed in nobis gemit, quia gemere nos facit, inſinuans nobis, quia peregrinamur, & docens nos in patriam ſuſpirare. Præterea Columba ſine felle ſæuit. De arca miſſus eſt Coruus, & non eſt reuerſus. Et ſi arca figurabat Eccleſiā, videtis vtiq; quia neceſſe eſt, vt in iſto diluuio ſæculi vtrumq; genus cōtineat Eccleſia, & coruum, id eſt eos, qui quæ ſua ſūt, quærunt, & Columbam. i. eos, qui ea, quæ Chriſti ſunt, quærunt. Propterea ergò cū mitteret Spiritū ſanctū, duobus modis eū oſtendit viſibiliter. Per Colūbam ſuper Vñm baptizatum, & per ignem ſuper diſcipulos congregatos. Ibi ſimplicitas, hic feruor oſtenditur. Ergo ne ſpiritu ſanctificati dolū habeant, in Colūba demōſtratū eſt, ne ſimplicitas frigida remaneat, in igne demonſtratū eſt. Sic ſic oportebat demonſtrari Spiritum S. venientem ſuper Dñm, vt intelligat vnuſquiſq; ſi habeat Spiritum ſanctū, ſimplicē ſe eſſe debere, ſicut Columba, habere cū fratribus verā pacē, quam ſignificant oſcula Columbarū. Colūba de fructibus terræ viuit, innocens eius victus eſt, qđ verè mirandū eſt in Columba. Sunt Paſſeres breuiſſimi, q vel muſcas occidunt, nihil horū Columba. Non. n. de morte paſcitur. Qui laniauerunt Eccleſiā, de mortibus paſcuntur. Per Columbā quoq; vnitas Eccleſiæ ſignificatur, de qua dictum eſt, *Vna eſt Columba mea, vna eſt matri ſuæ.* Vnde debuit humilitas niſi per auē ſimplicem, & gementem, & non auē ſuperbā, & exultātem ſicut Coruus ſignificarie? Et infra: Si Columba eſt ſimplex, innocens, ſine felle pacata in oſculis, non ſæua in vnguibus, quæro vtrū ad huius Colūbę membra pertineant auari raptores, ſubdoli, ebrioſi, flagitioſi. Membra ſunt Colūbæ Spiritus S. in ſpecie Columbæ, & maneret ſuper eum, cùm in aduentu Columbæ, hoc cognoſceret Io. propriam quandam poteſtatem in Domino ad baptizandum, quia per propriā hanc poteſtatem pax Eccleſiæ firmata eſt. Et infrà: Columbam vnam videns ſupra caput Chriſti, linguas vides in toto orbe terrarum. Idem ſpiritus per Columbam, idem & per linguas. Si per Columbam idem ſpiritus, & per linguas idem Spiritus S. per totum orbem datus eſt, à quo te præſcidiſti, vt clames cum Coruo, non vt gemas cum Columba. Et infra, Miſſa eſt, inquit, Columba, & primò non inuenit requiem pedibus ſuis, rediit in arcam. Plena enim erant aquis omnia, & maluit redire, quàm rebaptizari. Coruus autem ille emiſſus eſt antequam ſiccaretur aqua, rebaptizatus redire noluit, mortuus eſt in his aquis. Auertat Deus Corui illius mortem. Nam quare non eſt reuerſus, niſi quia aquis interceptus eſt? At verò Columba non inueniens requiem pedibus ſuis, cum ei vndique

clamaret

Simplicitas notata.

e Tra. Sex.

Coruus quos ſignet.

Vnitas Eccleſiæ ſignificata.

clamaret aqua, Veni, Veni, hic tingere, quomodo clamāt isti hæretici Veni, Veni, hic habites non inueniens illā requiem pedibus suis, reuersa est ad arcā. Emisit illam Noe iterum, sicut vos mittit arca, id est, Ecclesia, vt loquamini illis. Et quid fecit postea Colūba? Quia erant lingua foris baptizata, reportauit ad arcā ramum de oliua. Ramus ille folia, & fructū habebat. Non sint in te sola verba, non sint in te sola folia, sit fructus, & redis ad arcam, non per te ipsum, Colūba te reuocat. Oliuæ fructus charitatē significat. Quomodo enim oleum nullo humore premitur, sed diruptis omnibus exilit, & supereminet: sic & charitas, quia nō potest premi in ima, necesse est, vt ad superna emineat. Et rursus *f* alibi, vbi manifestā Trinitatis ostensionē factā esse in hoc Domini baptismo demōstrat. Cùm ergò, inquit, baptizatus esset, aperti sūt Cœli, & descēdit super eū Spiritus sāctus in specie Colūbæ. Deinde vox desuper consecuta est, Hic est filius meus, in quo bene sensi. Habemus ergo distinctā quodammodo Trinitatē: in voce patrē, in homine filiū, in Colūba Spiritū sanctū. Hoc quidē cōmemorare opus erat Nam videre facillimū est. Euidente enim, nec vllo dubitationis scrupulo cōmendatur hæc Trinitas cùm ipse Dñs Christus in forma serui veniēs ad Ioannē, vtiq; filius est. Nō. n. dici potest, quod pater sit, aut dici potest, quod Spiritus sanctus, Venit, inquit, Iesus vtiq; filius Dei. De Colūba quis dubitet? Aut quis dicat, Quid est Colūba? Cùm ipsū Euangeliū testetur apertissime; *Descendit super eum Spiritus sanctus in specie Columbæ.* De voce autē illa similiter nulla dubitatio, quod patris sit, cùm dicit; Tu es filius meus Habemus ergo distinctā Trinitatē, &c. Et *g* rursus alibi ad eundē sensum: Vt autē Ioānis testatio, inquit, ēt cælesti testimonio cōfirmetur, vidit Spiritū sāctū corporali specie, quasi Columbā descendentē, & manentem super Iesum. Audiuit, & Patrem dicentē. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui bene.* Aduertite dilectissimi fratres, quāta nobis in baptismare Dñi nostri Iesu Christi patefacta sit gratia, quā subtili sacramēto Trinitas se homini reuelauit. Pater enim auditur in voce, filius manifestatur in homine, Spiritus sanctus dignoscitur in Colūba &c. Ei D. *h* Ambrosius Colūbam illā, quam Noe iustus ex arca misit, istius Colūbæ specie fuisse ait, quæ super Dominū descendit, vt typus agnosceretur sacramēti. Et forasse, inquit, dicas, Cùm illa vera Colūba fuerit, quę emissa est, hic quasi Colūba descēderit: qūo illic speciē esse dicimus, hic veritatē cùm secūdū Græcos in specie Colūbę spiritū descēdisse fit scriptū. Sed quid tàm verū quàm diuinitas, quæ manet semper? Creaturæ aūt nō potest veritas esse, sed species, quę facilè soluitur, atq; mutatur. Simul quia eorū, qui baptizātur, nō in specie esse debeat, sed vera simplicitas. Vnde & Dñs ait *Estote ergo astuti sicut serpentes, & simplices sicut Colūbæ.* Meritò ergo sicut Colūba descendit, vt admoneret nos simplicitatē Colūbę habere debere. Speciem aūt pro veritate accipiendā legimus & de Christo: *Et specie inuēnus vt homo.* Et paulò antè dixerat de eodem baptismatis mysterio loquens: Volēs Deus reparare, quod decrat diluuiū fecit, & iustū Noe in arcā iussit ascendere. Qui iā decedente diluuio Coruum dimisit prius, qui non reuertit: dimisit Colūbā, quę cū ramo oleæ legitur reuertisse. Vides aquam? Vides lignum? Columbam aspicis & dubitas de mysterio? Aqua est ergo, qua caro mergitur, vt omne abluatur peccatum. Sepelitur illic omne vitium. Lignum est, in quo suffixus est Dominus Iesus, cùm pateretur pro nobis. Columba est, in cuius specie descendit Spiritus sanctus, sicuti didicisti in nouo testamento, qui tibi pacem animæ, tranquillitatēq; mentis inspirat. Coruus est figura peccati, quod exit, & non reuertitur, si in te quoq; iusti custodia, & forma seruetur. Et rursus explicans illud: *Super quem videris Spiritū descendentē de cælo, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.* Dixit, inquit, hoc Deus pater Ioanni: Ioannes & audiuit, & vidit, & credidit. Audiuit à Deo, vidit à Domino, credidit, quia Spiritus erat, qui descendebat de cælo. Non enim Columba, sed sicut Colūba descendit. Sic enim scriptum est, *Et vidit Spiritum descendentem de Cælo sicut Columbā.* Sicut Ioānes vidisse se dicit, ita scripsit & Marcus. Lucas autē addidit, quod corporali specie descēdit Spiritus S. sicut Columba, ne incarnationem illam putes fuisse, sed speciem. Ideo autem speciē prætendit, vt per speciem crederet, qui spiritū nō videbat &c. Sed hac de re nos supra fusiùs egimus. Idem rursus *k* alibi ad eadem verba cōmentans. Nunc, inquit, consideremus mysterium Trinitatis. Vnum Deum dicimus, sed patrem confitemur, & filium confitemur. Nam cùm scriptum sit: *Diliges Dominum Deum tuum & ipsi soli seruies.* Negauit filius esse se solum, dicens: *Sed non sum solus, pater enim mecum est.* Nec nunc solus est: Pater enim se adesse testatur. Adest & Spiritus S. Nunquam enim potest à se Trinitas separari. Deniq; apertum est Cælum, & descendit Spiritus S. corporali specie, sicut Columba. Quomodo autem hæretici dicunt, quia solus in cælo est, qui non est solus in terris? Aduertamus mysterium. Quare sicut Colūba. Simplicitatē enim lauacri requirit gratia, vt simus simplices sicut Columbæ.

10 20 30 40 50

Oliuæ ramus charitatem significat.

f Serm. 58. Euang. Iean.

g Serm. 5. de temp. Dom. intra oct. Epiph.

h l. de imitat. cap. 4.

i l. 3. de Sp. sanc. c. 11.

k Com. in Luc. Euāg. cap. 3.

lũbę. Pacẽ lauacri requirit gratia, quã in typo oliuę Coſũba quondã ad illã arcã, quæ ſola fuit diluuij immunis, aduexit. Docuit me cuius typus Colũba illa fuerit, qui nũc deſcẽdere dignatus eſt in ſpecie Columbæ. Docuit in illo ramo, in illa arca typũ fuiſſe pacis Eccleſię, quod inter ipſa mũdi diluuia Spiritus S. ad Eccleſiã ſuã pacem afferat fructuosã. Docuit ẽt Dauid, qui prophetico ſpiritu cernẽs baptiſmatis ſacramentũ ait: *Quis dabit mihi pẽnas ſicut Colũbæ?* Ad eundẽ pariter ſenſũ doctiſſimus *k* Tertullianus, Tunc ille ſanctiſſimus ſpiritus inqt ſuperemũdata, & benedicta corpora libãs a parte deſcẽdit, ſuper baptiſmi aquas tãquã priſtinã ſedẽ recognoſcẽs cõquieſcit colũbę figura delapſus in Dñm, vt natura Spiritus S. declaratur *p* animal ſimplicitatis, & innocẽtię: quod ẽt corporaliter ipſo felle careat Colũba. Ideoq; *Eſtote* (inquit) *ſimplices ſicut Colũba.* Ne hoc quidẽ ſine argumento præcedẽtis figuræ. Quemadmodũ n. poſt aquas diluuij, quibus iniquitatis antiqua purgata eſt, poſt baptiſmũ; vt ita dixerim, mũdi ſpacẽ cæleſtis irę pręco Colũba terris adnũciauit dimiſſa ex arca, & cũ olea reuerſa; quod ſignum apud omnes etiam nationes pręfertur. Eadem diſpoſitione ſpiritalis effectus, id eſt, carni noſtrę emergẽdi de lauacro poſt vetera delicta Colũba ſancti Spiritus aduolans, pacem Dei adferẽs, emiſſa de cælis, vbi eccleſia eſt arca figurata. Ex recentioribus Theologis *l* Cornelius Ianſenius Epiſcopus Gandauẽſis: In Columbæ ſpecie, inquit, apparuit Spiritus ſanctus, primùm quidem ad deſignãdũ in Chriſto Columbinam non ſolùm innocentiam, mundiciam, & ſimplicitatem, ſed ſummam etiam erga ſuos manſuetudinẽ, ſolicitudinem, & curam. Manſuetiſſimũ enim animal eſt Colũba, vtpote felle carens, flagrantiſſimę quoq; erga pullos ſuos affectionis, quos omnibus rebus poſthabitis ſummo ſtudio fouet. Ita & Chriſtus tanta manſuetudine præditus, vt vnicè à ſe diſcere nos velit, quòd mitis ſit, & humilis corde, in omni vita ardẽtiſſimũ erga nos amorẽ exhibẽs, vt & mortẽ pro nobis obierit. Deinde & ideo factum eſt, vt veritas figurę reſpõderet. Quoniam enim in diluuio hoc animal apparuit, ramũ ferens oliuæ, & cõmunem orbis terrarum tranquillitatem annunciãs, ideo & nunc etiam Colũbam apparere conueniebat, quę liberationem, & liberatorem nobis in ſalutari baptiſmatis diluuio demonſtraret, & gratiã patris per Chriſtum orbi oblatam annunciaret. Ipſe enim Chriſtus ille erat, de quo Eſaias: *Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me &c. vt prædicarem annum placabilem Domino.* Vtrobique autem ad annũciandum orbis tranquillitatem, Columba aſſumpta eſt, propter illius animalis manſuetudinem, & charitatem: quę animalis proprietates ſimul cum alijs, quoniã optimè exprimunt nobis proprietates Spiritus ſancti, ob id etiam tertiò conueniebat ipſum in huius animalis ſpecie apparere. Idem legere eſt apud *m* Iacobũ de Vitriaco Cardinalẽ, qui ita ſcribit: In ſpecie autẽ Colũbę ſuper Chriſtũ Spiritus ſanctus deſcẽdit, vt ipſius oſtenderet ſimplicitatem, & manifeſtaret eius manſuetudinem, & innocẽtiam. In ſpecie verò ignis deſcendit ſuper Apoſtolos, vt peccatorũ in eis rubiginẽ conſumeret, & ipſos calefaceret ad feruorem, & illuminaret ad cognitionẽ. His autẽ omnibus non indiget Chriſtus. Vnde non in ſpecie ignis, ſed in ſpecie Colũbę ſuper eũ Spiritus ſanctus ſe oſtendere voluit, vt per eã inſtruerentur homines de baptizãdi poteſtate, & per Colũbæ proprietates varia chariſmatũ dona in Chriſto eſſe monſtrarentur. Colũba enim felle caret. Et Chriſtus omni malitia, & felle peccati caruit. Nullũ roſtro, vel vnguibus lędit. Et Chriſtus per omnia innocẽs fuit. Nec minimas auiculas inuadit, quia Chriſtus nulli vnq̃ iniuriã fecit, ſed omnibus benevolus fuit. Puro grano, & nõ cadaueribus paſcitur. Et Chriſtus iuſtis, & nõ peccatoribus delectatur. Alienos pullos nutrit. In quo Chriſti charitas deſinatur, qui nõ quę ſua sũt, ſed quæ patris erant, quæ fiuit, & gẽtes alienas vocauit ad ſe. Gemitũ habet pro cãtu. Et Chriſtus *p* nobis legitur fleuiſſe, nunquã autẽ in hac miſeria legitur riſiſſe. Gregatim volãt Colũbę. Et Chriſtus ſibi multos cõgregauit, pacẽ, & cõcordiã, quantũ in ipſo fuit cũ omnibus habuit. Iuxta aquã ſedẽt, vt præuiſa vmbra Accipitrẽ declinẽt. Et Chriſtus rãquã lignũ, quod plantatũ ſecus decurſus aquarũ, id eſt ſecus fluẽta gratiarũ, ita à diabolo ſibi cauit, quod princeps huius mũdi *in ipſo* non habuit quidq̃, nec aliquid q ſuũ eſſet, *in ipſo* reperire potuit, &c. Et *n* rurſus, Et Spiritus ſanctus, inquit, plura gratiarũ dona in ſe cõtinet, & cõprehẽdit. Vnde ad eius manſuetudinẽ oſtendendã in ſpecie Colũbæ, Spiritus ſanctus ſuper Chriſtũ apparuit: ſuper Apoſtolos autem in ſpecie ignis. In Chriſto enim manſuetudinem oſtendit, *in Apoſtolis peccatorum rubiginem conſumpſit*, &c. Super Chriſtum etiam in Columba Spiritus apparuit, quia homo pro hominibus factus mitem ſe hominibus præbuit. Quis n. iuſtitiã iudicis ferret, ſi priuſquã nos per manſuetudinẽ corrigeret, culpas noſtras p zelũ rectitudinis exanimare voluiſſet? Noluit prius peccatores ferire, ſed colligere. In Colũba igitur ſupra illum apparere voluit Spiritus ſanctus, qui nõ veniebat, vt peccata p zelũ

iam

k *li. de bap.*

l *In cõm. in concer. euã.*

m *In eſt. Epiſt.*

n *In die Sãct. Pent. poſt Cur Spiritus S. ſpecie Colũbæ & ignis apparuit.*

iam perciteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret, &c. Et mox. In igne autem, & Columba, potiùsquam in alia specie Spiritus sanctus monstratur, quia simplices facit, & ardentes. Simplices puritate, ardentes æmulatione. Non enim placet Deo simplicitas sine zelo, vel zelus sine simplicitate. Vnde de B. Iob dicitur, quod erat simplex, & rectus. Cor enim, quod Spiritu sancto tangitur, & mansuetudinis lenitate fit tranquillum, & zelo rectitudinis, & iustitiæ accensum. Sancti enim prudentes sunt sicut serpentes, & simplices sicut Colũbæ. Vnde Apostolus dicit: *Nolite pueri effici sensibus*. Ecce prudentia serpentis. *Sed malitia parvuli estote*: Ecce simplicitas Columbæ. Habet autem spiritualis Columba septem oculos, *Septẽ oculi spir. Columbæ.*

1° qui sunt septem dona Spiritus sancti, de quibus in Canticis: *Oculi tui Columbarum*. Hi autem oculi per septem proprietates, quæ materiali Columbæ conueniunt, designantur. Columba enim gemitũ habet pro cantu, ecce spiritus timoris: felle caret, & pullos alienos nutrit, ecce spiritus pietatis: super aquas residet, vt percipiat vmbram Accipitris, ecce spiritus scientiæ. Gregatim volat, ecce spiritus fortitudinis. Scriptum est enim. *o Væ soli quoniam si cecíderit, non habebit sublevantem*. Meliora grana eligit, & cadaueribus non pascitur, ecce spiritus consilij. Non requiescit in palude, sed in altum ponit nidũ suum, nidificans in summo ore foraminis, sicut *p* Ieremias ait: ecce spiritus intellectus: puro grano vescitur, & per spiritum sapientiæ delectatur homo in grano puro, quod cadens in terram multum attulit fructum. Non solùm autem in specie Columbæ apparuit Spiritus sanctus in baptismo, & *o Eccl. 4.* *p Cap. 48.*

2° in specie ignis in die Pentecostes, sed & in specie flatus datus est &c. Septem autem hasce Columbæ proprietatum etiam *q* Thomas de Vio meminit, & septem Spiritus sancti dona significare scribit: Et *r* Rupertus Abbas de eisdem, quomodo per singulas illarum singulæ virtutes, vel gratiæ significentur, & quibus modis easdem Columbæ virtutes spiritualiter in suis actibus Christus habeat, hoc pacto demonstrat. Igitur totus, inquit, super illum requieuit septiformis gratiæ spiritus, secundum signum, quo id ipsum manifestaretur, id est, secundum Columbæ integrũ corpus. Quapropter nec illud pratereundũ, quia volucris huiusce, scilicet Columbæ natura fungitur septem suis virtutibus quadam similitudine congruentibus septem huius Spiritus sancti gratijs, quas diximus. Primò, sedet enim super riuos aquarum, vt Accipitrẽ (conspecta eius vmbra) velociter effugiat. Secundò nihil viuum comedit. *q In sum. D. Thomæ.* *r l. 1. de op. Sp. san. cap. 22.*

3° Tertiò pullos alienos nutrit. Quartò in foraminibus petræ nidificat. Quintò grana candidiora colligit. Sextò felle caret. Septimò gemitum pro cantu habet. Deinde in eo, quòd iuxta fluenta residens Accipitrẽ præcauet, sapientiæ, in eo, quod pullos alienos educat consilij, in eo, quòd in foraminibus petræ nidificat, fortitudinis, in eo, quòd grana candidiora colligit, scientiæ, in eo, quòd felle caret, pietatis, in eo, quòd gemitũ pro cantu habet, timoris quædam imago est. Sedet enim iste Spiritus sanctus, in ò is, in quo est Spiritus sanctus, maximè hic totius plenitudinis eius possessor Dominus noster iuxta plenissima sedit fluenta scripturarum, cunctas antiqui hostis præuidens, & potenter præcauens tentationes, quod sapientiæ est. Nihil viuũ comedit, id est, neminem vnquam iustum condemnauit, aut certè neminem malè viuum, id est, concupiscentijs, & vitijs militantẽ sibimet per acceptionem personarum

4° concorporauit, quod intellectus est. Alienos pullos nutrit, id est gentes; abactis Iudæis nutriendas recipit, qui eramus alieni à testamento Dei, quod incõprehensibilis, & inuestigabilis consilij est. In petra nidificat, quò serpens accedere nõ possit, id est, in vulneribus passionis suæ ipsẽ suorũ collocat. Vnde diabolus rapere nõ possit, quod fortitudinis est. Grana candidiora, id est, lucidiores, de acerno scripturarũ, in omni sermone suo sententia cõgerit, qđ scientiæ est. Felle caruit, id est, mala pro bonis, vel maledictũ pro maledictio nõ reddidit, quin ẽt pro interfectoribus suis exorauit, *s* dicendo, *Pater dimitte illis, nesciunt enim quid faciunt*; qđ pietatis est, gemitũ pro cãtu habuit, id est, gemitibus inenarrabilibus, vt ait *t* Apostolus, cũ clamore valido, & multis lachrymis pro nobis exorans, obediẽs fuit vsq; ad mortẽ, quod timoris est. *u* Federicus Nausea Episcopus Viennensis in ipsa quinquagesima post Pascha die *s Luc. 23.* *t Hebr. 5.* *u l. 6. cate. cat. c. 37.*

5° Christi fideles scribit, vt plurimũ ad horã diei tertiã vel circiter in tẽplũ proinde processionaliter, & vnanimiter cõuenire, & in eo loco, vbi nuper cęremonialis habita est ascẽsio Domini, coram, & super ipsis aliquot in locis demitti imaginẽ Colũbinã, cumq; ea statim ignẽ, & aquam cũ sonitu nonnunquã bõbardico, vel alterius rei crepitu, canẽtibus interim Christi fidelibus ipsis responsoriũ, cuius initiũ est. *Apparuerunt Apostolis &c.* Et verba quæ Christus dicit post resurrectionẽ ad discipulos. *Accipite Spiritũ sanctũ, quorũ &c.* Hunc verò actũ, & ritũ cęremonialẽ omninò credi repræsentare, quicquid verè gestum traditur in ipsa Spiritus sancti missione, quã quinquagesima die post Pascha factã Lucas attestatur. Deniq; impiũ quoddã Mahumeti sceleratissimi, ac nequã hominis scelus inferere placuit, non incõgruum alias huic loco. Aiũt aũt Colũbam ipsum adeò cicutẽ aluisse, vt cibũ ex aure eius sumere perdidice-

Mahumet Columbæ opera sibi cum Spiritu sancto fermon. esse fingunt.

didicerit, quod nefarius ille ideo factitabat, vt ſibi cum Spiritu ſancto in Columbæ ſpecie ſecretos in aure ſermones eſſe, qui ad religionis ſuæ amplificationem pertinerent, ignaro vulgo falsò perſuadens faciliùs, incaſſes ſuos ſeduceret. Penultimus ſacræ paginæ de Columba eſt locus iſte: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Sunt autem verba Saluatoris noſtri ad diſcipulos. Quæri hic iure merito queat, cur ſimplices iubeat eſſe Apoſtolos, ſicut Columbę, cùm alioqui ſimplicitas tam pro ignorantia, quã pro ruſticitate accipi ſoleat, & ſimplices vulgò inſcij, & imperiti vocentur, quales ſanè diſcipulos ſuos Saluator eſſe non voluerit: dixerat enim, vt eſſent prudentes, vt ſerpentes: præterea, ſi in ea ſignificatione ſimplicitatem accepiſſet, Columbas non nominaſſet, nam ita innueret has aues inter omnia bruta poſtremum ſimplicitatis gradum obtinere, id eſt, inſipientiæ: ſed aſinum, & inter aues Struthionem, qui pullos ſuos enutrire ignorat, vt ait D. *x* Iob, quoniam Deus eum priuauit ſapientia. Columbæ verò alijs brutis imperitiores non ſunt, quia nihil omittunt, quod ad ſolicitam ſui conſeruationem pertinet: quare de eiuſcemodi ſimplicitate intelligere non potuit. Verùm aliter ſimplicitas etiam accipitur, nimirum ſine dolo, nam ſimplex dicitur ſine plica, id eſt, non ambulans duplici corde, ita vt aliud oſtendat foris, quã intus mente recluſum gerat, de quo dicebat Perſius:

Aſtutam vapido ſeruat ſub pectore vulpem.

Simplices autẽ ſunt, qui quamuis ſint prudentes, non diſſimulant tamen, nec decipiunt, ſed quod mẽte gerunt, hoc verbo, & geſtu exprimunt, quales ſanè debebant eſſe Apoſtoli, nam Columbæ dolum neſciunt. Quare eiuſcemodi ſimplicitas mentis, animique quendam candorem ſonat, in quo ſenſu hunc eundem Saluatoris locum tranſtulit *y* Io. Baptiſta Fiera, dum canit:

Vos modò non vincant mentis candore Columba,
Quas odium nullum, nec fellens inquinat ardor.
Non aſtu ſuperet ſerpens, quem fallere durum eſt.

Quoniam itaq; prudentes, id eſt, habentes aſtutiã ſolent plerunq; eã abuti (tunc autem, teſte *z* Ariſtotele, aſtutia, nõ prudentia appellatur) Apoſtolos ſimplices iuſſit eſſe, vt ſint Columbę, quod ſanè neceſſariũ fuit addere; nã cum dixiſſet, Eſtote prudentes, ſicut ſerpẽtes, qui non ſolùm à malo ſibi cauẽt, ſed alijs ẽt inferunt, Columbarũ ſimplicitate, quę memini nocere noluerunt, prudẽtiã eorũ tẽperare debebat. Atq; hoc modo verba Saluatoris noſtri intelligẽda ſunt, vt anteà ẽt oſtendi, & ſubſequentes doctiſſimorum virorum expoſitiones ẽt docent. *a* Io. Tzetzes hoc ſenſu à Domino prolata ait, ſeruate capita veſtra, quemadmodũ ſerpẽs, qui inſidijs pertus, vapulanſque ad mortem, omni modo caput ſuum abſcondit: ſic vos à tyrannis, & impijs cruciati caput ſeruate mihi, fidem veſtram, & ne Deum negetis vſque ad ipſam mortem. Simplices autem ſitis, ſicut Columbæ, ac prudentes pariter, ſicut Columbæ Noe, quæ diluuij tempore dimiſſa ad arcam reuerſa eſt. Omnis ſanè Columba, ſi nata fuerit domi non recedit indè, niſi fuerit ſpuria, & non genita ibi, ſed aliunde adducta. Poterit præterea aliquis Rethoricè hoc dictum illuſtrando ſeruanda iubere capita, hoc eſt, authores, & dominos noſtros, nec illos decipere, aut fallere dolis ſacrilegis. Et D. Hieronymus ad eadẽ verba. Vt per prudentiam, inquit, deuitent inſidias, per ſimplicitatem non faciant malum. Serpentis aſtutia ponitur in exemplum, quia toto corpore occultat caput, & illud, in quo vita eſt, protegit, ita & nos toto periculo corporis caput noſtrum, qui Chriſtus eſt cuſtodiamus. Simplicitas Columbarum ex Spiritus ſancti ſpecie demõſtratur: Vnde dicit *b* Apoſtolus: *Malitia paruuli eſtote.* Eſtote, inquit D. *c* Io. Chryſoſtomus, ergo prudentes, ſicut ſerpentes ad intelligendas fraudes. Eſtote ſimplices, ſicut Columbę, ad ignoſcendas iniurias. Nolo vos eſſe ſemper ſicut Columbas, ne propter ſimplicitatẽ nimiam per ſeductionem laqueum incurratis. Nolo vos eſſe ſemper ſicut ſerpentes, ne ex corde contra aliquem venena fundatis, ſed ſecundum tempus, & perſona mutetis & mores. Eſtote ſerpentes, ne comprehendamini. Si enim comprehenſi fueritis, eſtote Columbæ, vt ne mordeatis. Quandiu enim homo gentilis eſt, ſerpens in illo eſt, quoniam indignatio illius, ſecundum ſimilitudinem eſt illius ſerpentis, qui in paradiſo hominem à Deo ſeparauit, cùm verò conuertitur ad fidem, recedente ſerpente, ingreditur in illum ſpiritus, qui in ſpecie Columbæ deſcendit de cælo, & fit Columba. Ergo contra infideles eſtote ſerpentes, quia ſerpens ſerpenti non nocet: cum fidelibus autem eſtote Columbæ, Columbis charitatis oſcula porrigatis. Et vt breuiter dicam, eſtote prudentes ſicut ſerpentes, vt malum intelligatis, & cauetis. Et eſtote ſimplices ſicut Columbæ, vt non faciatis vllum malum. Quia intelligere malum, laudabile eſt, facere autem vituperabile. Nec qui intelligit malum, ipſe facit malum, ſed qui facit malum. Et in ſequentia verba Domini: *Attendite vobis ab hominibus, tradent enim vos*

Simplicitas pro qua re accipi ſoleat.

x Cap. 39.

y li. 3. de Deo homine.

z Eth. cap. 16.

a Chil. 9. c. 263.

b 1. Cor. 14.

c Hom. 24. in Matt. 10.

in

in concilijs. Quoniam, inquit, superius dixit. *Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut Columbæ:* nunc ad vtrumque causam ostendit, & quare vult esse prudentes sicut serpentes, & simplices sicut Columbæ. Prudentes quidem sicut serpentes, vt attendant sibi ab hominibus qui tradent eos in concilijs. Proprium enim est serpentis ab hominibus sibi cautè prospicere. Vnde *d* Apostolus admonet: *In sapientia ambulate, quoniam tempus malignum est.* Quare autem vult eos esse simplices? Vt non aduersus proditores suos malitię memores sint, sed diligant inimicos suos, & benefaciant persequentibus se, secundū Dei Christi præceptum; quia non tantùm lædimur ab inimicis iniquis, quando lędimur ab ipsis: sed etiam proficimus cum per malitiam eorum constantia bonitatis nostræ à suo proposito victa non recesserit. Quoniam proprium est Columbæ vsque ad mortem in simplicitate manere. Vnde & de tolerantia *e* Iob dictum est: *Et adhuc perseuerat in simplicitate.* Elegans pariter, ac docta epistola super hac materia extat S. *f* Isidori Pelusiotæ ad Martinum presbyterum: Prudentia, inquit, simplicitate temperata, diuinam quandam rē, hoc est, numeris omnibus absolutam virtutē parit. At si altera ab altera seiungatur, illa in peruersitatem incidit, hæc in stultitiam desinit. Etenim illa ad malum aliquod patrandum apta est: hæc fraudi, & deceptioni patet. Ac propterea diuinum oraculum per vnam imaginem hoc minimè declarauit (neque enim in ijs animantibus, quæ ratione carent, prudentia cum simplicitate coniuncta est: verùm alia improbitatem, alia simplicitatem consectantur) verùm his verbis est vsus. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut Columba.* Hoc autē non eò spectat, vt serpentis venenum percutiendi libidine imitemur (vituperantur enim Iudæi, vt serpentes, & genimina viperarum) nec rursus vt versutiam, ac fraudem (neque enim istud exemplum iuxta omnem rationē accipitur, sed ex aliqua duntaxat parte, alioqui exemplum non esset, sed res omninò eadē) verùm vt veterem hominē, hoc est, vitium, tanquam serpentis pellem, exuamus, atque fidem quidem, vt ille caput, custodiamus, corporis autē exiguam curam geramus: cætera verò imprimamus (traditur enim Ephraim vt stulta Columba, non habens cor) verùm vt ipsius simplicitatem ab omni improbitate remotam imitemur. Hæc ille. Vltimus de Columba in Euangelio locus est: *Et cathedras vendentium Columbas euertit.* Ad hæc D. Hieronymus commentans, qui, inquit, vendunt gratiam Spiritus sancti, & omnia faciunt, vt subiectos populos deuorent, de quibus dicitur. *Qui deuorant plebem meam, populum meum sicut escam panis.* Et Origenes, sunt & alij, inquit, in templo vendentes Christi Columbas, & tradentes simplices sicut Columbas, & dicentes: *Quis dabit mihi primas, sicut Columba, & volabo, & requescam,* tradentes eas principibus, quibus non oportebat. Et arbitror conuenire verbum de venditoribus Columbarum, eis, quibus tradunt Ecclesias, auaris, & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligiosis Episcopis, aut presbyteris. Propter quod & cathedras tantummodo appellauit Euangelista euersas esse à Iesu. Et vtinam audirent hæc cum decenti admonitione scripturæ, qui gloriantur de cathedris Moysi, in quibus sedent, & vendunt omnes Ecclesias Columbarum, & tradunt eas talibus prępositis, ad quos rectè dicatur à Domino per *g* Hieremiam prophetam: *Principes populi mei non cognouerunt.* Filij enim sunt insipientes, & non intelligentes. Sapientes sunt ad malè faciendum, bene autem facere nesciunt. Et apud *h* Michæam similiter. *Principes populi mei expellentur de domo voluptatis suæ.* Si autem audirent, nunquam venderent Christi Columbas, sed constituerunt principes eorum parentes Columbis, & prouidentes saluti earum, & non despicientes, nec occidētes pingues Columbas. Vnusquisque ergo sedentium super cathedram Ecclesiasticam, & amantium primas cathedras in synagogis, videant ne fortè sic sedeant in eis, vt veniens Dominus eas euertat, quasi dignas euersione. Super hac sententia elegantissima legitur epistola S. *i* Isidori Pelusiotæ ad Lucium Pelusij Archidiaconum, hominem auarum, & titulo tenus tantùm Deo addictum. Si venerandi altaris diaconi. Episcopi oculi sunt, profectò cùm tu Dei permissu ipsis præsis, totus oculus esse debet, quemadmodum animalia illa plurimis oculis prædita (quoniam etiam propinquitatis ad Deum ratione, ea imitaris, non vita vt audio, sed sola muneris sacri functione) ac non improbis studijs, atque consilijs, & honorandum illum chorum ac sodalitium, & Episcopum tibi temerè ac sine iudicio morem gerentem obscurare, diuinumque sacrarium per auaritiam contaminare, dum opes tibi ipsi per nummariam manuum impositionem aggeris. Dominus enim eos, qui Columbas vendebant flagris à templis expulit. Quamobrem ne tu quoque eodem modo submouearis, desine opes ita augere, ac materiam futuro igni parare. D. verò Ambrosius, cathedras vendentium Columbas, inquit, cur euerterit, secundum scripturam non intelligo. Neque enim

d Coloss. 5.
e Cap. 2.
f Epist. 175
g Cap. 4.
h Cap. 2.
i Epist. 29.

enim verò nundinationis auium vendicare sibi poterant honorati alicuius in nundinis solij dignitate. Nam quæ prærogatiua est in Columbis? Admouet tamen dominici forma baptismatis, quando descendit Spiritus sanctus in Columbæ typo, eiectorum de templo eiusmodi mercatorum, in Ecclesia Dei consortium eos habere non posse, qui sancti Spiritus gratiam nundinentur. *k Gratis*, inquit, *accepistis, gratis date*. Denique Simoni, qui sanctificandi munus pretio in se putauit posse conferri, respondit Petrus: *Pecunia*, inquit, *tua tecum sit in interitum, quoniam gratiam Dei putas te pecunia consequi posse: non est tibi pars, neque sors in hac fide.* Venditores quoque ouium, & boum eos puto, qui de labore alieno vel simplicitate, fœdi auctionales quasdam nundinas aucupantur: aut quia oues ejciuntur, & boues, Columbæ iubentur auferri, populus videtur Iudæus excludi. Ephraim enim sicut Columba, quòd eorum Dominus, & successiones oderit, & labores, &c. Item *l* alibi. Templum suum, ait, Christus ingreditur, & flagellum prehendit, & ejicit de templo nummullarios. Nõ patitur enim in suo templo pecuniæ esse vernaculos: non patitur in suo templo esse eos, qui vendant cathedras. Quid sunt cathedræ, nisi honores? Quid sunt Columbæ, nisi simplices mentes, vel animæ fidem candidam, & puram sequentes? Ego ergò inducam in templum, quem Christus excludit? Iubetur enim exire, qui dignitates vendit, & honores. Iubetur enim exire, qui vendere vult simplices mentes fidelium. Item *m* Laurẽtius Surius eleganter in quadam D. Gregorij Papæ epistola demonstrat sacerdotes non esse, qui pretio fieri conãtur: quia graue facinus sit Dei donum vel pretio comparare, vel vendere. Euangelica, inquit, authoritas testis est. Templum erit Dominus, & redemptor noster ingressus cathedras vendentium Columbas euertit. Quid aliud est Columbas vendere, nisi pretium de manu impositione percipere, & sanctum Spiritum, quem omnipotens Deus hominibus tribuit venundare? Quorum sacerdotium ante Dei oculos, cathedrarum vtique patenter euersione signatum est &c. Atque hactenus expositæ sint sacræ paginæ loca omnia de hac aue. Cæterùm Columba cùm sit auis, vti dictum est, simplex benenola, multisque ac bonis proprietatibus insignita, mistice nobis etiam signat quemlibet virum iustum, simplicem, ac timentem Deum, qui super cæteros homines, mitis, benignus, ac humilis esse dicitur, tanquam Columba. Ipsa enim auis non tantum munda dicitur victu, sed insuper fructu fœcunda, & gemebunda cãtu. Quibus pariter, & vir iustus ornatus esse debet, vt sit vita, & conuersatione mundus, ac facundus operibus bonis, & gemebundus pariter, dum tanquam incolam hunc mundum se inhabitare recolit. Et sicut Columba nõ comedit de Cadaueribus, sicut Corvus, sed grana pura, & munda eligit, in signum cuius emissa ex arca, & non inueniens situm mundum, & siccum, vbi pes ejus quiesceret, reuertebatur in arcam, ne super huiusmodi immunditias descendens inficeretur. Sic viri perfecti non debẽt quiescere in suis affectibus, qui hoc in loco per pedes Columbæ figurantur, nisi in bonis operationibus, & in societatibus honestis, ac sanctis, & à cadaueribus putridis, ac fœtidis, id est, à vitijs, & à caducis delicijs, quæ animam maculant, se studiose cohibere debent. Quibus carnales homines, vt Corui delectantur. D. *n* Basilius sanctos quoque Columbas dici scripsit propter innocentiam. Et D. Chrysostomus Iob virum iustũ Columbam vocat in medio Accipitrum, quem in medio luporum, stellam in medio nubium, Lilium in medio spinarum, & iustitiæ germen in oppido iniquitatis. Porrò Columbam secus fluenta residere, vt Accipitre viso fugiat, significat, sanctos secus diuina scripturæ fluenta residere, vt diaboli incursum euadant, vel sanctos eligere sanas sententias, & non hæreticas. Quod Columba meliora grana eligit, significat etiam sanctos bona doctrina, & exemplo pascere eos, qui diaboli fuerunt imitatores. Quod ipsa nutrit pullos alienos, significat etiam, sanctos carere ira irreuocabili, & refugium suum, & spem in vulneribus Christi Domini ponere, & gemitum, & non cantum de peccatis suis edere, quòd ipsa careat felle; Thomas Bozius Eugubinus elegantissime catholicos Columbas vocat, probans illud *o* Esaiæ, *Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi Columbæ ad fenestras suas?* Horum synceram, & immaculatam religionem remotissimis orbis insulis notam futuram: Hæc vbi, inquit, percunctatus est Christum, qui conuersus ad Ecclesiam respondeat, inducit: *Me enim, subijcit, insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè, argentum, & aurum eorum, cum eis nomini Domini tui, & sancto Israel, qui glorificauit te.* Hucusque oraculum Esaiæ, in quo aduertendum, quod ait: *Qui sunt isti, qui vt nubes volant.* Signat enim velificationem celerrimam, quam venti vehementes moderentur: & quod adijcit: *Quasi Columbæ ad fenestras suas:* offendit eorum, qui volant, & nauigant partus. Columbæ namque sicut fœcundissimæ, sic in fenestris foraminum, cubiliumque suorum pullos habere solent, eodem modo, qui properant ad Indias, siue

occiduas

k Mat. 20.

l Cant. de basil. non trad. hæc.

m In vita D. Gre. Pa.

Iustũ Columba notat.

n Hom. in Psal. 28.

o Cap. 60. Catholici Columbæ dicti.

occiduas, siue Eoas, vt Christi doctrinam disseminent, filios sibi innumeros, ac Christo longè se dare plures, quàm prisci gignunt. Et quemadmodum Columbę, vbi alas explicant, in præceps se dare videntur, sic qui Antipodas petunt, cùm sint illi subter pedum nostrorum vestigia inspicientibus infra loca, in præceps se dare videntur, veluti aerem secantes. Quod subdit: *Adducam filios tuos de longè*, innuit eorum, quos Ecclesia Christi suscipit, ad nostram religionem aduentum. Atq; vt aliquam insignem notam proponat, meminit de argento, & auro, quod plurimum ab Indijs aduehitur ad nostras oras. Quod si velis Esaiam prophetam vocabulo illo Columbæ voluisse quodammodo alludere, ad quæ frequens est allusio Hebræis, ad Christophorum Columbum, qui nobis iter primus ad oras illas aperuit, & hoc dici potest. Hæc ille.

MORALIA.

ARS quædam est aucupandi, inquit D. *a* Basilius Magnus, Columbas, videlicet talis. Vbi nam cæperunt, qui capiendis illis studet, cicurem illam reddunt, & ad humanum coniunctum assuefaciunt. Deinde vngucto alas illius perungunt: sinuntq; coniungi agrestibus: illa verò per vnguenti fragrantiam, agrestem illum, & liberi passus gregem ad possessionem transfert eius, cuius ipsa est domestica. Benè olentes namq; sequuntur, & reliquæ, atq; ita in potestatem Columbarij veniunt. Quamobrem autem literarum istarum istud exordium esse voluit? Quoniam Dionysium filium, aliquādo Diomedem, nactus, diuino vnguento animæ illius alas perunxi, & ad honestatis tuę grauitatem misi, vt & te ipsam illi iungeres & ad nidum acciperes, quem ipse apud nos compegit &c. Quemadmodum etiam Columbæ Accipitrem cognoscētes, qui in aere genus earum diripere solet, ei se eripiunt terram petendo, ita etiam illum, qui eas in terra inuadere solet, illudunt, ęthera petendo: ita pariter, qui nimia sui confidentia tentantur, timere debent, & ad humilitatis asylum perfugere: vt contrà qui de salute sua diffidunt, ac veluti oppressi iacent, caput extollere, & ad charitatis misericordiæq; diuinæ spem confugere, credereq; non tanti fieri pudorem lapsus humani apud Deum, quanti emendatio prioris vitæ, humanumq; esse labi, angelorum vitia commissa corrigere. Hæretici præterea, vt exposuit *b* glossa ordinaria, qui ab Ecclesia recedunt, ex cordi Columbæ comparantur, qui terrena desiderantes Assyrijs traduntur, & cùm profecti fuerint de Ecclesia, extendet Deus super eos rete, & testimonij scripturam, & artifici sermone sapientiæ contextum, vt eleuantes se contra Domini sapientiam ad humilia detrahat, comminando de pœna, vt sic correcti non pereant in æternum.

a Epi. 171. Exemplum à cap ĕdi ratione.

b In Osc. 6. Hæretici Colũbæ comparati.

ALLEGORIA.

SVNT qui per geminas illas Columbas, quas Venus Æneæ apud Maronem duces ad inueniendum aurum illum ramum cęlo dimisit, duas mysticè animę alas Platonicè designari putent, hoc est, contemplatiuam, moralemq;. Esse autem volucres Veneris, quia oportet illas esse ab ardenti amore, neq; iniuria matrem inuocare, quoniam tantam difficultatem, nisi rapiat amor, facile homines fugiant. Columbas verò non semel, aut vno impetu, sed paulatim volando, ad locum vbi aureus ille ramus erat, ducere: quia hominis non sint omnia momento videre, sed ratiocinando grādatim à cognitis ad incognita: sed vide quid sequatur.

Inde vbi venere ad fauces grauc olentis Auerni
Tollunt se celeres liquidumque per aera lapsa
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.

Namquæ ad tantarum rerum cognitionem duces se præbent, eas rerum terrenarum cōtagionem (id enim est Auerni teter odor) celerrim o volatu fugere oportet. Aureus autem ramus sapientiam nobis indicat, sine qua non est speculatio eligendarum, agendarumq; rerum iudex. Neque mireris aurum sapientiæ symbolum apud hunc poetam obtinere, cùm pleriq; idem scriptores fecerint. Vnde illud sapientis: *Aurum, & multitudo gemmarum, & vas pretiosum labia sapientiæ.* Aurum enim est sapientiæ virgo, atq; fulgor. Nullum

Duæ animæ aliæ per duas Colũbas designatæ.

Aureus ramus quid noster.

lum ex metallis auro pretioſus eſt. Nihil in rebus ſapientia pluris faciendum. Fulget maximè aurum. Nihil ſapientia eſt ſplendidius. Nulla ærugine exeditur aurum. Nulla res imminuit ſapientiam. Nullis ſordibus coinquinatur aurum. Nullis maculis ſapientia deturpatur. Sed latet arbore opaca, multis enim, & varijs inſcitiæ tenebris ita obruitur: verùm & luco (ea enim corporis, vt ita loquar hebetudo eſt) ita tegitur, vt difficilè omnino ſit illud eruere. Scitè enim & à Democrito vſurpabatur naturã in profundo veritatem demerſiſſe. Non tamen prius in hanc contemplationem deſcendere valemus, quàm aureum ramum decerpſerimus.

Veritas in profundo.

Sagittariorum illud certamen, quod Homerus Achillem in Patrocli obitus honorem, Virgiliũ Æneam in mortem patris inſtituiſſe ſcribunt, ſignificat non omnibus contingere, vt Corinthum adeant, hoc eſt, vt ad culmen virtutum aſcendant. Sic enim & illud facundiſſimus [a] Lucianus explicat, inquiens: *Neq; enim rectè, aut probabiliter fortunam incuſaremus, ſi ſagittando, & iaculando non prorſus aſſecuta ſit veram illam viam, vnam nimirum inter tot infinitas fallas, & erroneas exiſtentes, quod nec Homerico quidem ſagittario conceſſum fuit, cui cùm debuiſſet Columbam arcu fixam deijcere, linea vincula rupit. Opinor autem fuiſſe Teucrum.*

a li. de ſect.

EMBLEMATA.

SACRVM emblema Iacobi Billij S. Michaelis in Eremo cœnobiarchæ de hominis peruerſitate inſcriptum eſt:

Serpentem nobis dens eſt, mens læua Columba,
Stultitia & pueros, & ſuperamus oues.
Et canis eſt morſus nobis, & equina libido:
Vt Leo nos furimus ſemper, & inſtar apis.
Formica ventris non cura eſt maior alendi,
Fermenti, & ventris nos comitatur amor.
Sic innata feris mala nobis cuncta ſuperſunt:
Cùm bona deficiant inſita cuncta feris.

Aliud emblema eſt apud Lucam Contilem nobilis cuiuſdam Hieronymi Torti Papienſis, qui binas candidas Columbas ceu duces ſibi ad ſyluam, in qua arbor illa erat cum ramo aureo, vt ſuprà ex Vergilio diximus, præuolantes depingens cum verbis: VNDE PER RAMOS AVRA REFVLSIT, Æneæ exemplo, cum ſumma gloria ad ſcientiam quam per ramum aureum intelligi diximus, pertingere ſignificat.

ÆNIGMA.

DE Columbo ænigma talc habet Iulius Cæſar Scaliger:

As, aſſuſq; atq; exilius præponitur vnctis
Pars duo ſunt aſſis, non contemnenda trientes
Namq; hæc poſterior, meliorq; priore ſuperbit.

As (aſſuſq;) totus Columbus. Pars duo &c.) duo trientes, duæ ſyllabæ lumbus. Namq; hæc) lumbus, quàm collum.

PROVERBIA.

Coruus nũcius. Columba nuncia. Qui Colũba nuncia dicatur.

CORVVS nuncius, veluti ſuo loco ſcripſimus, de eo dicitur, qui aliquo terrarum miſſus non reuertitur. Eodem modo Columba nuncia prouerbialiter æquè dici poteſt, qui celeriter reuertitur, vnde miſſus fuerat, prout ea fecit Columba, quæ poſt Coruum de arca exierat. Poteſt item ille vocari Columba nuncia, qui felicem adfert nuncium, facta nempè alluſione ad id, quod ſoleat hoc innoxium animal Spiritus ſancti ſpeciem repræſentare. Vel poteſt deniq; nuncia Columba dici, qui futuram iam nunc pacem annunciat: ad quem ſenſum [a] Prudentius ait.

Nuncia diluuij iam decreſcentis ad arcam
Ore Columba refert ramum viridentis oliuæ.

a In Dittochæo.

Coruus

Ceruus enim ingluuie per fœda cadauera captus
Hæserat illa data reuehit noua gaudia pacis.

Η' μένη πελείας à Suida prouerbij titulo commemoratur .i. *Columba sedent.* Ait autem id dici solitum de supra modum mansuetis, ac simplicibus. *Nam Columbæ*, inquit, *cùm auolant fallunt cæteras pernicitate volatus, cum sedent, nihil mitius, ac simplicius: neq; quicquã habent, quo se tueantur aduersus Miluios, & Accipitres præter alarum velocitatem.* Author verò adagiorum, Mihi, inquit, videtur dici posse & in eos, qui simplicitatem simulant, quo magis imponant: propterea quòd mos sit aucupibus exoculatam Columbam in reti ponere, quæ subsultans cæteras Columbas alliciat. Sed apud Suidam ἡμμένη per duplex μ legi non posse antè diximus, vti etiam quod Suidas non eandem faciat τὴν ἡμένην & τὴν παλεύτριαν, idest, exoculatam, vt adagiorum author: sed illam sedentem, & simplicem, hanc astutam, non autem euolantem, vt Ornithologus exponit. *b* Aristoteles enim παλεύτριαν exoculatam vocat. Exoculatas, quis euolare dicat? Ad hunc sensum alia adhuc similis parœmia est apud Diogenianum. Πρᾳότερος περιστερᾶς id est, *mansuetior Columba.* Quo loco Columbina simplicitas, inquit adagiorum author, & mansuetudo laudatur, etiam in diuinis literis. Nam hoc est Columba in auibus, quod ouis in quadrupedibus. Ipsa nulli animantium meditatur noxam, nec aliunde præsidium habet aduersus Miluios, quam à celeritate volandi.

Columba sedens.

b hist. c. 7.

Columba mãsuetior.

Non ouum tam simile, quàm illud prouerbij speciem præ se fert, quod est apud Iuuenalem, nempè hoc:

Dat veniam Coruis, vexat censura Columbas:

Hoc est, vt idem author interpretatur, pæna legum exercetur in humiles quospiam, & à quibus ob ingenij mansuetudinem aliquid emolumenti potest auferri. Rapacibus ignoscitur. Sumpta est parœmia ab apophtegmate illo satis triuiali Anacharsidis, qui hoc dicto elusit studium Solonis in conscribendis legibus, quemadmodum refert *c* Plutarchus his verbis: *leges aranearum telis adsimiles dicebat, propterea quod in illas: si quid leuius, aut imbecillius incurrit, hæres: si maius aliquid, dissecat, ac fugit.* Huc etiam pertinet *d* hoc Terentij:

c In Solone.

d In Phor.

Quia non rete Accipitri tenditur, neque Miluio,
Qui malè faciunt nobis, illis qui nihil faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

Quod subsequitur à Lyrico poeta etiam prouerbialiter scriptum est, & à nobis in Aquilæ historia explicatum.

Non imbellem feroces
Progenerant Aquilæ Columbam.

Simili planè forma id Horatius dixit, ac illud Theognis:

Οὐδὲ γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὐδ' ὑάκινθος,
Οὐδὲ ποκ' ἐκδοῦλης τέκνον ἐλευτερίον, id est,
Non enim è squilla rosa nascitur, aut hyacinthus,
Sed neque ab ancilla filius ingenuus.

Admonet autem adagium è probis parentibus nasci liberos probos, ex improbis improbos. Venustius erit, si ad indocti Doctoris indoctum discipulum referatur, ad improbi nutricij improbum alumnum. Pertinet adagium ad illam classem. *Mali corui, malum ouum, & prolem probam haud pater progignet improbus.* *e* Plato præterea hoc prouerbij loco vtitur. *Si velit, accipiat Palumbem pro Columba.* Legitur & in Mormiæ cuiusdam Græci scriptoris epistola ad hunc modum, *Redemptam tibicinam, quàm fortè amabat, sponsaq; stola amictam mihi induxit Columbæ loco Palumbem, vt aiunt, meretricem prosponsa.* Conuenit vbi quod deterius est, & adulterium pro eo, quod est præstantius, ac legitimum supponitur: vt videlicet error sit in re, non in ipsa scientia. Palumbes enim Columbis sunt adsimiles. De re incredibili *Columbæ prius vitabunt turres*, dixit *f* Ouidius:

e In Thea.

Nam prius incipient turres vitare Columbæ,
Antra feræ, pecudes gramina, Mergus aquas,
Quàm malè se præstet veteri Gracinus amico.

f 1. de Pōto.

Et nobis Italis commune de Columbis adagium est tale: Tirano alle Colombe delle loro Colombaie, hoc est, proprij sui Columbarij Columbas iaculantur. Idem est, quod sibi ipsi damnum inferre. Etenim tales Columbæ maiorem longè vtilitatem erant allaturæ fœtus frequentia, quàm ipse semel mensę. Germani quos de re leui, & vili contendere significant, eos, teste Ornithologo, de fimo Columbino certare inquiunt: Nobis verò fimus iste vilis adeò non est, sed in magno pretio, vt postea ostendemus.

De fimo Columbino certare.

APO.

APOLOGI.

Columba & cornix.

COLVMBA siti correpta, vt vidit quodam in loco poculum aquæ depictam, verum rata, atque multo elata impetu, inscia in tabulam offendit, vt & pennis ipsius perfractis in terram decideret, atque à quodam occurrentium caperetur. Apologus significat nonnullos homines ob vehementes alacritates inconsultò res aggredientes, inijcere sese in perniciem. Columba in Columbario quodam nutrita, fæcunditate superbiebat. Cornix verò ea audita, ait: sed, heus, tu, desine hac gloriari: nam quo plures paris, eò plus mœroris accumulas. Signat ex captiuis eo quoque esse infelicissimo, qui in seruitute multos filios procreant: Formica sitiens descēdit in fontem, ac tracta à fluxu suffocabatur. Columba verò hoc viso, ramum arboris acceptum in fontem proiecit, super quo sedendò formica euasit. Auceps autem quidam post hoc calamis compositis ad Columbam comprehendendam ibat. Hoc autem viso formica aucupis pedē momordit: qui dolens & calamos abiecit, & vt Columba fugeret, author fuit. Indicat fabula, oportere benefactoribus gratiam referre. Monedula videns Columbas in quodam Columbario lautè, ac abundè enutriti dealbauit sese, atq; ad eas accessit, vt & ipsa eodem pabulo frueretur. Hæ verò albedine deceptæ, ratæque Columbam esse, donec taceret, admiscerunt in societatem. Sed cùm aliquando eeu oblita emisisset vocem, tunc detecta fallacia, ac perspecta eius natura, expulerunt percutiendo: eaq; priuata eo cibo redijt ad Monedulas: quæ ob colorem, cùm eam non nossent, à suo pastu abegerunt, vt duorū illa appetens, iam neutro potiri posset. Morales docet oportere, vt quisque nostrum propria, & quam Deus dedit, fortè contentus viuat, simulq; perpendat, auaritiam, præterquam quòd nihil prodest, sæpè & quæ adsunt bona auferre.

Formica & Columba.

Monedula & Colūba.

FABVLÆ.

De Dodonæo oraculo.

a li. 1. ant. Rom.

b lib. 2.

Dodona vrbs.

ANTEQVAM de fabulosis peccatum mutationibus agamus, aliquid prius qui de Dodonæi Iouis oraculo commenti sunt, in medium adducemus. Nam & hoc fabulosum esse. *a* Dionysius Halicarnassæus, necnon Herodotus *b* in historia tradenda aliàs & ipse poeta attestantur, vt mox patebit. Proximum hoc Delphico oraculo fuisse fertur. Dodonam enim Chaoniæ regionis, quæ Epiri pars est, ciuitatem fuisse memorant amplam, satisque florentem, notam Iouis oraculo, quod Dodonæum appellatum est: in quo duas columbas fuisse fabulantur totidem quercubus insidentes, & responsa dedisse, exprimentia in mutis animalibus, quid homo adorare vellet: & postea vnam earum transuolasse Delphos, quæ ciuitas fuit Bœotiæ iuxta Parnassum montem eiusdem regionis, ibiq; Delphici Apollinis oracula edidisse, alteram verò Hammonis Iouis templum tenuisse in Aphrica. At Ægyptij sacerdotes, authore Herodoto oraculum Dodonæum sic constitutum fuisse afferebāt: binas nimirum columbas nigras ex Thebis Aegyptis aduolasse, alteram in Molossis ex fago monuisse voce humana illic habendum esse oraculum Iouis, alteram idem fecisse, sed in Lybia, vbi esset Hammonis Templum sacratum. Templum id iuxta nemus Ioui sacrum, in quo arbores, quercus nempè vocales responsa dare dicebantur, omnibus circà populis sanctum erat, à Pelasgis constructum, & plaudibus circumfusum, quo capti superstitione homines, vt in dubijs rebus respōsa acciperent, religiosè ascendebāt. Qui arboribus hisce famulabantur, ij quoque diuinandi facultatem habebant, solisque Bœotijs, si quando consultò opus foret, responsa dabant. Hæc & alia prodigiosiora de hoc oraculo nugata est antiquitas, quæ cum ad rem nostram non pertineant, iubens prætereo, hoc tantùm repetens, primam fagum, aut quercum (nam has arbores poetæ confundunt) & columbam Dodonæ vaticinatam fingi, Dodonæ absque columbas à nonnullis, teste *c* Gyraldo, oracula sua dicit carmine heroico conscripsisse. Cæterùm quia poetarum figmenta sunt, non piguit *d* Silij Italici elegantissimi poetæ versus egregiè explicantes apponere; ait autem.

Hammonis templum vbi.

Quercus Dodonæa & eius oraculum.

c Dialog. de Poeti.

d l. 3. circa finem.

Has vmbras nemorum, & conuexa cacumina cælo,
Calcatosq; Ioui lucos prece Bostar adora:

Nam

Nam cui dona Iouis non diuulgata per orbem,
In gremio Thebes geminas sedisse Columbas?
Quarum Chaonias pennis quæ contigit oras,
Implet fatidico Dodonam munere quercum.
At quæ Carpathium super æquor vecta per auras,
In Lybien niueis tranauit concolor alis,
Hanc sedem primo Cythereia condidit ales.
Hic vbi nunc aras, lucosq; videtis opacos,
Ductore electo gregis & mirabile dictu,
Lanigeris capitis media instar cornua perstans,
Marmaricis ales populis responsa canebat.

Meminit eius etiam inter recentiores *e* Baptista Mantuanus, quando inquit: *e lib. 3. in quercu.*

Nec tua quercus erat laus vltima. Tu Iouis arbor
Conscia fatorum; Graijs oracula namque
Ipsa dabas, meminit veteres Dodona Columbas
Antheaq; illapsu superum querceta Deorum.

Item *f* alibi; *f li. 3. Age.*

Aspice sacra
Quod tibi in Epiro dudum cecinere Columbæ.

Et *g* Sannazarius ait ad hunc sensum: *g li. 2. Ele.*

Nec mihi Chaonias spes est audire Columbas.

Alludere videtur ad id, quod *h* Solinus scribit, nempè eiuscemodi oraculum desijsse reperiri. Sed & Columbas hinc Chaonias dici Seruius scribit, explicans illud Vergilij. *h li. 7. circa finem.*

Chaonia dicunt, Aquila veniente, Columbas &c.

Verum non ineptè quispiam, ni fallor, Columbis in epitheton attribui dicat, quoniam in Chaonia plurimum abundauerit hoc auium genus: ideoq; nõnullos finxisse Thebem, quam quoq; supra Homeri testimonio Columbarum cultricem nominauimus, virginem fuisse è cuius gremio geminæ illæ Columbæ oracula reddentes euolauerint, altera nimirũ ad Hammonis fontem, altera ad Dodonæ syluam. Ad hæc poetæ sæpius Columbas Chaonias appellant, cùm nihilominus oraculi illius prorsus non meminerint, verbi causa *i* Ouidius: *Columbæ cur Chaoniæ dicta. Thebe Columbarum cultrix dicta.*

Quasque colat turres Chaonis ales habet.

Item *k* Propertius: *i l. 3. de ar. k lib. 2.*

Non me Chaoniæ vincant in amore Columbæ.

Et ex recentioribus Pontanus:

Chaonis & qualis oscula iungit auis.

Vt verò ad oraculum Columbarum redeamus, fabula quidẽ suo nõ caret mysterio. Seruius Grammaticus id fingi credidit, quia lingua Thessala Peleiades Columbæ & vaticinatrices appellarentur. Alij Columbas illas duas puellas fuisse putant, quæ ob sermonis sui barbariem Columbæ dicerentur, & cum aliorum more loqui didicissent, deposita barbarie, ita tum lingua humana vsas fuisse, atq; eleganter respõdisse fingi, quibus astipulari Herodotus videtur, inquiens: *Mulieres Dodonæi oraculi, antistites aiunt geminas ex Ægypto Columbas aduolauisse, vtranq; nigram, vnam quidem in Africam, alteram verò in Dodonam, quæ fago insidens humana voce elocata sit, eo loci Iouis oraculum cõdi debere, & se interpretes esse. Eam verò, quæ ad Afros abijsset, Columbam, iussisse Afros, vt Ammonis oraculum condirent, quod oraculum & ipsum Iouis est. Sic illa referebat, quarum antiquissimæ nomen erat Promeneæ, proximæ Timaretæ, minimæ natu Nicandræ. De quibus ita mea fert opinio. Si reuera Phœnices ablegauerunt fæminas sacerdotes & earum alterã in Africa, alteram in Græcia vendiderunt: hanc quæ in Græcia, illa quæ Pelasgia vocabatur, venijt, illã esse, quæ apud Thespotos venijt, atq; deinde ancillantem ibidem condidisse sub fago enata fænum Iouis, quemadmodum mos erat Thebis ministrare in Iouis templo. Et postea quam illa linguã Græcam accepit, dixisse aiũt, sororem suam in Africa ab eisdem Phœnicibus (vt ipsa fuisset) venundatã. Quod autem mulieres à Dodonæis Columbæ vocatæ sunt, ob id mihi videtur factum, quod barbaræ essent; quòd videlicet simile quid auibus sonarent: Interiecto deinde tempore Columbam humana voce locutam aiunt, postquã more ipsorum Columba locuta est, tandiu volueris more sonare visa, quandiu barbarè loquebatur. Nam Columba quodammodò humanam vocem sonat. Nigram autem Columbam esse dicẽtes Aegyptiã fæminam significat. Sunt itaq; simillima inter se oracula, & illud apud Thebes Aegyptias, & hoc apud Dodonam &c.* Hæc omnia Herodotus. Verùm Ioannes Goropius Becanus vir me Hercule, vndiquaque longè doctissimus multò altiùs eiusmodi oraculi mysterium explicare nititur in

Oraculi Dodonæi mysterij explicatio.

Mulieres Dodonæi oraculi.

Sacerdotes fæminæ.

Colũbæ, & humanæ vocis similitudo.

Alia mystica oraculi Dodon. explicatio.

hæc verba. Aueo, inquit, videre antiquiſſimum illud Dodonæum quercetum, & ſciſcitari, quæ illo oraculo reddi conſueuerunt, quæque fuerint Chaoniæ glandes, quibus homines primùm victitarunt. De Dodonæo Ioue, deque eius vaticinorum antiquitate, & fabuloſo exordio, cùm alij tùm Herodotus, & Strabo conſulendus. Nos in Gallicis docemus, Chaoniam ab Hercule Chaone, id eſt, à Nocho nomen accepiſſe. Quo fit, vt illi optimè ſenſerint, qui Dodonem à Deucalione conditam ſcribunt, quandoquidem is idem ſit cum Nocho, vt in Chronijs oſtendis. Oraculum autem ex Phœnicia veniſſe vti Herodotus prodit, ex eo liquet, quòd Nochus, quem vel Chaonem Herculem, vel Deucalionem voces, è Phœnicia in illam Græciæ partem prius appulerit, quam in Italiam nauigarit. Hyginus à Theſſalo, quo nomine Deucalionem vocare videtur, Dodonam conditam dicit. Quia igitur extra omnem controuerſiam eſt, locum hunc omnium eſſe antiquiſſimum, probabile eſt multò Pelaſgis eſſe vetuſtiorē, & tanto quidē magis, quātò Gallos veteres Pelaſgis fuiſſe priores ex ijs, quæ de Iapigia, & Epiro tradidi, quiuis colligere poteſt. Quando igitur omnis Ogeniorum hominum religio ad vitæ lignum referebatur non poteſt eſſe obſcurum, cur Nochus, ſiue Chaon, ſiue Deucalion, ſiue Theſſalus quercetum Ioui conſecrarit. Cùm enim totius orbis Pontifex maximus eſſet, diligenti ſtudio vbique terrarum curabat, vt vetuſta Sethinorū de religione inſtituta, & ſacris ritus diuinitùs accepti docerentur: atq; ad eam rem collegia, & diatribus pluribus locis erigebat: quarū nulli Dodonæa, aut venerationis nomine ceſſiſſe videntur, aut antiquitatis opinione. Quod autem de Columbis fabulati ſunt, quò ſit referendum, vt conijcere poſſum, ita aſſerere nolim. Appulit fortaſſis Nochus in Epirum duabus nauibus, quas bono omine Columbas potuit nominare, tùm ob volatus celeritatem, tùm quò memoriam refricaret eius, quod in magna illa naue occiderat in gemina Columbæ emiſſione. Ex vera enim hiſtoria inanes frequenter fabulæ apud Græcos natæ ſunt de rebus vetuſtis non benè cognitis, vnoquoque ſibi ſomnia comminiſcente. Nec aliter hic accidiſſe reor, dum Columbæ è Phœnicia dicuntur emiſſæ: è quibus alij, quod viſum fuerit, ſibi fingant, mihi certè naues lubet ſuſpicari, idque eo magis, quod hæc auis Veneri dedicetur, ad quam terris omnibus inducendam Nochus potiſſimum nauigabat. Holcadi maximæ, qua generoſiſſimæ quæque Reginæ Hungariæ ancillæ, & pediſſequæ vna cum Oeconomo, & alijs, inter quos & ego fui, in Hiſpaniam à Belgio vehebantur, nomen erat Mons Veneris, vt & ingens moles, & formoſarum mulierum vectura notaretur: cui ego potius Columbæ nomen dediſſem, maiorem eorum, quorum Columba teſſeram habet, quàm molis rationem habiturus: tametſi ſciam eum, qui nomenclaturam dederat, ad fabuloſum Veneris in Apennino montem alluſiſſe. Non fuit itaq; falſum Columbas olim oracula reddidiſſe, ſi naues pro vectoribus capiantur, eò quòd ij, qui cum Deucalione ex Phœnicum littore appuliſſent, primi ſacrorum doctrinam in Epiro plantaſſent: & quorſum ea tenderet, nobili querceto ſolertibus ingenijs intelligendum dedidiſſent. Atque hoc quidem primum Dodonæ fuiſſe videtur inſtitutum, à quo poſteri immanibus ſpatijs digreſſi, vaniſſimum aperuerūt mercatum mendaciorū, quæ ceu vera vaticinia protruſa, ingentem quęſtum fallacibus ſacrificulis attulerunt: qui, vt perpetuus eſſet, omnem non veritatem modò, ſed veritatis etiam memoriam frigidiſſimis, & execrandis idolomaniæ portentis obruerunt. Hoc eſt illud præſens omnis pietatis venenū, hoc vbitatum religionis exitium, cùm quæ diligens patrum cura ad frigidos hominum animos accendendos comparauit, ea ad ſordidum lucrum detrahuntur. Hoc eſt illud præcipitium, quo quæ Deo ſunt conſecrata, & pietatis ſtudijs promouendis inuenta, ea ad mammonam rectiſſimo lapſu deuoluuntur, ruina ſua non rarò totam ſecum trahentia religionem: quod vtinam nunquam cogeremur videre. Vt vt res nunc habeant, id ſaltem vnum eſt de certiſſimis omnem priſcam ſacrorum diſciplinam hac via ſic corruptam quondam fuiſſe, vt tandem Deus non abuſum modò, ſed res etiam ipſas ad pium vſum olim inſtitutas, tolli mandauerit. Hactenus itaque Goropius. Sed tempeſtiuum modò eſt fabuloſas quaſdam metamorphoſes, quæ & ipſæ poetarum commenta ſunt, deſcribere, inter quas fabulas Semiramidis celeberrimæ mulierum primò ſuccurrit. Hanc enim in ſolitario, ac inuſitato loco ab adultera matre expoſitam non tantùm à Columbis eo modo, vt antè diximus, enutritam fingunt, ſed morientem etiam in Columbam commutatam fuiſſe, ac cū multis huius generis alitibus, quæ in morientis domo conuenerant, auolauiſſe: ideoq; à Syris Columbas, vt Deas coli, immortalem Reginam arbitrantes. Alij poſt maxima bella cō fecta, Babylonemq; ędificatā, cùm inſidias ſibi a filio ſtrui cōperiſſet, omni iniuria illi remiſſa, præfectis omnibus iuſſiſſe ferunt, vt illi, tanquam Regi parerent: è veſtigio-

Chaoniæ vnde dicta.

Deucalion idem qui Noe.

Dodona à quo condita.

Ioui cur quercetum conſecratū.

Noe inſtituit homines ad cultū diuinū.

Columbas naues Noe nominat.

Mons Veneris nauis dicta.

Idolomania vnde orium ducat.

Semiramidis fabula.

Semiram. in Columbam.

Syri cur columbas colant.

que

que euanuisse ad Deos translatam. Sed *l* Diodorus Siculus à Nino per eunuchum, non à filio instructas insidias ait. Vt vt est, hoc saltem fabulosum ad Deos translatam, & in Columbam mutatam, vt *m* Ouidius quoq; canit his versibus:

l li. 3. ca. 5.

At magis vt sumptis illius (Decretus) *filia pennis*
Extremo alsis in turribus
(alias montibus, quod magis placet) *egerit annos.*

m li. 4. Metamor.

Idem *n* Ouidius Alcidamantis filiæ meminit, quam & ipsam in Columbam transfiguratam sic inquit:

n 7. Meta.

Alcidamãtis filia in Columbã.

Transit, & antiquæ Carthæia mœnia Cæa.
Quam pater Alcidamas placidam de corpore nata
Miraturus erat nasci potuisse Columbam.

Anij Apollinis Delphici filias ideo in Columbas pariter conuersas fabulatur, quòd quæcunq; manibus attingerent, in segetem, vinum & oleum Bacchi beneficio conuertentes Agamemnon abducere conaretur, vt illarum opera exercitum alere faciliùs posset: sed cùm illæ se ituras negarent, ille verò iam vi cogeret, implorata Bacchi ope in Columbas abiere. Anius hæc hoc modo apud Ouidium narrat:

Anij filia in Columbas.

Agamemnon cur Agij filias in exercitu suo esse voluerit.

Dedit altera Liber
Fæminea stirpi voto maiora, fideq;
Munera. Nam tactu naturam cuncta mearum
In segetem, laticemq; meri, baccamq; Minerua
Transformabantur, diuesq; erat vsus in illis.
Hæc vbi cognouit Troiæ populator Atrides,
Abstulit inuitas gremio genitoris: alantq;
Imperat Argolicam cælesti munere gentem.
Effugiunt quò quaque potest &c. & mox
Iamq; parebantur captiuis vincla lacertis,
Illæ attollentes etiam nunc libera cælo
Brachia Bacche pater, fer opem, dixere: tulitq;
Muneris author opem (si miro perdere more
Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui scire aut nunc dicere possum.
Summa mali nota est pennas sumpsere, tuaq;
Coniugis in volucres niueas abiere Columbas.

Nonnulli allegoricas fabulam explicantes, Anij filias, aiunt, apprimè fuisse auaras, atq; omne studium in mercatura exercuisse, frugumque, vini, ac olei in primis fecisse monopolium, Bacchum verò eo illas donauisse munere dicit à Poeta, quoniam ille Deus cornucopiæ, atq; abundantię præcesse antiquitùs crederetur. Cur modo in Columbas potiùs, quàm alias volucres immutatas dicat, significare, vel celerrimè eas aufugisse, vel potiùs ab Agamemnone opibus exutas postmodum meretriciam vitam agere coactas fuisse. Columbæ enim admodum libidinosæ sunt. Peristeram puellam in Columbam quoq; conuersam Lactantius Grammaticus refert, teste Gyraldo: sed alij aliter Lactantij verba citant: Etenim Antonius Constantius Fanensis in illud *o* Ouidij.

Anij filiarum fabula explicata.

Anij filiæ cur in Colũbas mutatæ.

Peristera in Columbam.

Vritur in calidis alba Columba focis.

Delectatur, inquit, Venus huius auis holocausto, vt Lactantius Grammaticus tradit hac de causa; Cùm Venus, & Cupido lasciua contentione certaret, vter plures sibi flores colligeret, & Cupido alis adiutus Venerem superaret, Peristera nympha accurrit, & adiuuando Venerem superiorem effecit: indignatusque Cupido mutauit eam in auem, quam Græci περιστερὰν appellantur: Venus autem, vt honor pœnam minueret, Columbam in tutelam suam esse mandauit: Hæc ille. Ioannes Baptista Pius verò explicans hoc Plauti: *Meus festus dies, meus pullus Passer, mea Columba, mi lepus*, lepidam, inquit, Lactantij interpretis Papiniani fabellam recẽsere non inserium, nec illepidum fuerit. Venus cùm fortè fortuna in pratum admodum versicolorem incidisset, quodam veluti Cupidinis floreæ stimulo succensa legere comantes florulentè mox herbas occœpit: quas dum tenui vngue succisas in scirpiculum reponit, videt suam sibi cosmetam segniter cessare. Eia age, inquit Dea, quam Paphos, & fluctu pulsa Cythera colit, & tu in Venerem æmulationem sedes? Surgit ilicò Peristera diuali se rapinæ præcingens: dein tum sedulitate, tum studio Deam Venerem in floreo certamine relinquit: quod ægrè ferens Venus Peristeram mutauit in Colũbam: quæ

o li. 1. Fas.

Veneris & Cupidinis contentio.

Iuppiter in Columbã. Pli. l. 1. Var. cap. 15.

pristini obsequij, & in noua fortuna non immemor, currui Venereo sub iuga fidissima triumphat. Hactenus Pius. Qua quantum à supradictis differant quisq; videt. Iouem quoq; Achiui, referente Æliano commemorant (Athenæus id Autocratem scribere tradit) cum Pithiã virginem in Ægio habitantẽ amaret, in Colũbæ figurã conuersum esse. Huc insuper pertinet, quod de Homero Alexander Paphius scribit, & est à nobis etiam antea ex eo annotatum, quod scilicet cum nouem Columbis per etiamnum in lecto colluserit, ac adultus in earum honorem finxerit eas ipsas Ioui ambrosiam afferentes. Postremò illud etiam ceu fabulosum explodimus, quod ex Æliano de Columbis Erycinis suprà etiam scripsimus.

Homerus cũ nouem Columbis colluſit.

10

VSVS IN CELEBRATIONE Funeris.

a Iliad. 4 Patrocli funus. Columba è malo suspensa. Præmia & iaculatione Columbæ. Teucra iaculator.

HOMERVS *a* celebrationem funeris Patrocli describens inter reliqua aliorum certamina etiam sagittarios facit Columbam funiculo à malo suspensam nauis eminus eam impetentes. Scribit autem & huius certaminis authorem fuisse Achillem, præmiaq; sagittarijs proposuisse huiusmodi, vt qui Columbam ipsa percussisset, decem pro præmio bipennes acciperet, qui verò ab illa aberrans rupisset funiculum, totidem securiculas. Primus itaq; iaculator Teucer feniculum, quòd Apollini nihil voluisset, rupit; Meriones verò facto prius voto, aufugientem Columbam in sublimi percussit. Versus Homeri Latinè facti sic sonant, quorum plerosq; interpres à Virgilio mutuatus est.

Protinus Aacides celeri certare sagitta
Inuitat, qui fortè velint, & præmia ponit,
Ingentiq; manu malum de nauе refixum
Erigit, & volucrem traiecto in fune Columbam,
Quò tendant ferro malo suspendit ab alto.
Qui primus volucrem ferro contingat acuto,
Is ferat appositum munus, bis quinque secures:
Totq; securiculas, qui funem ruperit ictu.
Prodiit his dictis rex Teucer, eumq; secutus
Fortis Meriones, magni comes Idomenei:
Aerata inde duas miscent in casside sortes.
Teucro prima loco sors contigit: ille reductum
Fortiter emittens telum, nec munera nouit
Debita, primitias agnorum, aut sacra daturum
Vlla sagitti fero regi. Quo crimine Phœbo
Irato, volucrem non attigit: indita tantùm
Vincula diffregit, quæ cùm liridente sagitta
Lapsa solo tacuere, Columba per aera purum
Tollitur, acclamant totis spectacula castris.
Moriens properè arrepto fidentior arcu,
Vouit primitias agnorum, & munera Phœbo,
Et iactu latam calo speculatus, & alis
Plaudentem nigram fugit sub nube Columbam,
Transmittens ala medium, reuoluta sagitta
Figitur in terram mali, ipsa in culmine fidens
Proiecto demum collo, & stridentibus alis
Decidit exanimis, vitamq; reliquit in astris.
Spectantes Danai miracula tanta stupebant.
Atque ita Meriones retulit bis quinque secures,
Ipse securiculas Teucer.

b L. de sect. Via una bona inter multas malas.

Hactenus Homerus. Meminit huius certaminis *b* Lucianus. *Neque enim rectè aut probabiliter fortunam incusaremus, si sagittando, & iaculando non prorsus assecutus sit veram illam viam; vnam nimirum inter tot infinitas falsas, & erroneas existentem, quod nec Homerico quidem sagittario concessum fuit, qui cùm debuisset Columbam arcu fixam deijcere, linea vincula rupit opinor*

opinor autem fuisse Teucrum. c Athenæus etiam alibi scripsit heroes Homericos se ad aucupia exercuisse, Columba è malo nauis suspensa funiculo. Aeneas apud d Virgilium, qui ferè totam hanc historiam ab Homero accepit, quamuis hic duos, duntaxat, ille quatuor sagittarios faciat, simile planè sagittariorum certamen instituit, & ex multis quattuor sorte eligit, Hippocoontem nimirum primum, secundum Mnestheum, Eurytionem tertium, quartum Acestem. Hippocoon autem primus telum mittit, & malum figit: Mnestheus funem, quo nexa detinebatur auis ictu sagittę disrumpit: quam fugientem, ac per aera volantem promptus Eurytion, vocato in vota Pădaro fratre transfigit. Acestes etsi nullus supererat palmę locus, tamen sagittă emittere vult, quę in aere accensa, tota igne consumitur. Inqui ergò Vergilius:

c l. 1. Dei.
d Aen. 5.

Protinus Aeneas celeri certare sagitta
Inuitat, qui forte velint, & præmia ponit,
Ingentique manu malum de naue Seresti
Erigit & volucrem traiecto in fune Columbam,
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
Conuenere viri, deiectâque sorte
Accepit galea, & primus clamore secundo
Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis.
Quem modo nauali Mnestheus certamine victor
Consequitur, viridi Mnestheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus ô clarissime frater
Pandare qui quondam iussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achiuos.
Extremus, galeaque ima subsedit Acestes,
Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.
Tum validis flexos incuruant viribus arcus
Profe quisq; viri, & depromunt tela pharetris.
Primaq; per cælum neruo stridente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat aurus,
Et venit, aduersique infigitur arbore mali.
Intremuit malus, timuitque exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Post acer Mnestheus, adducto constitit arcu
Alta petens, pariterq; oculos, telumq; tetendit.
At ipsi miserandus auem contingere ferro
Non valuit, nodos, & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa Notos, atque atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus iam dudum arcu contenta parato
Tela tenens fratrem Eurytion in vota vocauit,
Iam vacuo lætum cælo speculatus, & alis
Plaudentem nigra figit sub nube Columbam.
Decidit exanimis, vitamq; reliquis in astris
Aereis fixamq; refert delapsa sagittam.
Amissa solus palma superabat Acestes,
Qui tamen Aethereas telum contorsit in auras.

Ad horum veterum exemplum Batani fictitios è ligno Psittacos, vt audio ex altissimis malis deijciunt, sed id non sagittis tantùm faciunt, sed sclopetis etiam.

VSVS IN MEDICINA.

Temperies.

TEMPERIEM Columbis calidissimam attribuunt. a Aristoteles quidem ventriculo feruentiore esse dixit, neque id b Iuuenalem latuit dicentem:

a 3. de pa. c. 7.
b Sat. 6.

Calida pulmone Columba

Tractatus.

Author quisquis ille sit, de natura rerum propter huiusmodi ventriculi temperiem comesos

c L. de var. hist. *Margaritæ quomodo adulterantur.*

lapillos conficere ait, & *c* Cardanus ita margaritas eis datas breui in ventriculo relictas poliri prodidit. Aliqui verò referente Ornithologo, eas sic mentiuntur: Conchas palustres in forti lixiuio coquunt, donec cortices nigri separari possint, reliquum albũ contundũt, & rore inter Pentecosten, & Augustum collecto, destillatoq; excipiunt, subigunt, & globolos minutos formant, quos acicula pertusos, filoque insertos ad Solem indurant: tum Columbis deuorando obijciunt, ita vt cibi aliud nihil præbeant, in loco puro, & per aluum redditos seligunt in cribro, abluunt, & aliquandiu coquunt in aqua calcis clara, & forti: demum soli per dies octo exponunt, vt perfectè dealbentur. Alij conchas in forti aceto ad solem, vel iuxta fornacẽ macerant, vt à crusta nigra purgari possint. Verùm tanta harum auium caliditas non est, vt Mauritani in cibis eas damnare potuerint. Nam & usum earum Galenus, maximè, quæ in turribus degunt, non tantùm concedit, sed etiam commendat. Quamobrem qui sinceras litteras sequuntur, non dubitant pullos cùm sanis, tùm etiam ægris salubres iudicare: quamuis continuus earum vsus improbetur. Nam Curtium aiunt, quòd quotidiè Columbas esitasset, vitam breuiorem reddidisse. Et reuera longè duriores sunt ad concoquendum pullis Gallinaceis, & melancolicum generant succum, suntque excrementitij, maximè si à senibus edantur, qualis Curtius erat, iam propemodum septuagesimum annum agens, & multis grauibus curis afflictus, ac inter reliquas filij maximè cæde, nec non multis studijs maceratus, demum quòd omnibus maius fuit, vix quinq; horas dormiens. Ex arcanis Aegyptiorum accepimus eos, qui Columbis assidue in cibo vtuntur, pestiferis morbis haud corripi, quare si pestis vnquam debacchari cœpisset, nihil aliud in obsonium regibus comparari solitum, quàm ex Columba, quamuis Diodorus Siculus vitulum alioqui, & Anserem simplicem tantùm eorum regum cibum fuisse contendat. Quamobrem *d* Cardanus laudat in peste cibum, qui ex Columborum iure, & carne conficitur. Villanouanus antiquis Columbis mirabilem tribuit in epilepsia, & paralypsi proprietatem, & syluestres Columbos mares comestos membrorum tremori, paralypsi, & antiffioni loquelæ prodesse ait, sed per syluestres, vt conijcio, Columbos turrium intelligit. Nam & filios Zor apud R. Mosen his eandem ferè facultatem ascribit, additq; etiam odorem Columbarum in aerem resolutum ab effectibus iam dictis præseruare, & Nicolaus Massa, Pulli Columbini, inquit, in cibo sumpti membra resoluta roborant, & tremorem vniuersi corporis sanant, relaxata crura, & minimè incedere potentia, ac sensu, motuque ferè priuata reparant. Et *e* Cardanus dari præcipitius Columbinum ijs, qui frigore laborant. Sunt qui Columbum viuum dissectum per spinam, melancolicorum, aut desipientium capiti affecto admoueant, quod faciendum etiam consulit *f* Amatus Lusitanus. Sextus Empyricus Columbam scitam (per ventrem, vt Villanouanus habet) calidamque morsui serpentium impositam credi ait venena omnia rapere, & sanare. Idem fermè *g* Plinius scribit, inquiens. *Columborum caro recens concepta contra serpentes auxiliatur.* Præterea pullos Columbinos, nec non & Gallinas ijs, qui ob paucitatem spirituum visiuorũ imbecillitate visus laborant, vtilissimos esse Auẽzoar scriptum reliquit, sed capita abscindi iubet, quia eorum cerebella cæcitatem inducendi proprietatem habeant. Idem, vt Rasis attestatur occulta proprietate rerum dolori conferunt, & corruptum sanguinem emendant. Sed & ipse capita truncari prius præcipit. Eodemq; authore eorundem carnes tenesmum sanant, quem, inquit, cucurbita frequenter comesa generare solet. Aliqui syluestres Columbos etiam in arthritide commendant. Florentinus pullos ijs necessarios esse dicit, qui iam vires à morbo recolligunt. Præter carnem multa alia Columbæ suggerunt ad vsum medicum. Etenim cerebella in primis nonnulli recentiores medicamentis venerem promouentibus miscent, sed Ornithologus id ostentationem magis, quà vtiliter facere eos asserit: quoniam absq; ratione, & copiosius sumpta magis ad hanc rem conferre queant, quàm medicamentis parcè admixta. Ego verò eiusmodi cerebellam cùm in eiusmodi medicamentis, tùm in cibo omnino prohibuerim, si modò verum est, quod ex Rase, & Auenzoare diximus, nimirùm cæcitatem inducere. Nam & in multo coitu spiritus visorij plurimùm resoluuntur: ne scilicet noxa dupliciter. Fabulam sapere videtur, mulierem, vt Albertus scribit, perditè eum amaturam, a quò Columbini cordis puluerem in potu, vel cibo acceperit. A ratione pariter alienum est, verrucas aboleri, & euanescere, si quis cor Columbinum sepeliat.

c L. de var. hist. — *Margaritæ quomodo adulterantur.*

Colũbæ in cibis non improbãdæ. — *Curtius cõtinuo Colũbarũ usu vitã reddidit breuiorem.* — *Peste qui nõ corripiatur. Aegyptiorũ Regũ cibus.* — *d In com. 1. Aph. 10.* — *e In com. 5. Aph. 22.* — *f Cura. 34.* — *g l. 28. c. 4.* — *Capitum Columbarum noxa.* — *Cerebelli vsus in medicina.* — *Cordis facultas vana.* — *Testiculorũ vsus.* — *Sanguinis facultas, & vsus.*

Testiculi venerem ciere creduntur: quinimmo Kiranides in pluribus plus quàm poeta fabulosus, ac nugax author eos mulieri à viro exhibitos, amoris poculum fore asserit: sicuti etiam Columbæ matricem viro a mulieri præbitam. Sanguinis vis notior, ac celebrior. Peculiariter autem a teste Dioscoride, cruorem recumbentis cerebri manantem cohibet.

Galenus

b Galenus tradit Pergamenos, atque adeo per totam ferè Asiam, qui capitis ossa confracta odorant, Columbæ sanguinem in crassum cerebri inuolucrum assolere effundere: postea verò quendam cùm haberet Palumbem, nec adesset ad manum Columba, Palumbis sanguine vsum esse, & tamen seruatum esse hominem illum. Aliumque rursus Turturem ad eundem vsum applicantem, nihil hominem læsisse. *Quippe similia*, inquit, *similia efficere posse consentaneum est*: de verò ait, sexcentos nouisse eorum, quibus Romæ perforata fuere ossa, nec quicquam ab vsu rosacei citra Columbi sanguinem offensos. Verùm id calidum sit æquè, inquit, atque Columbæ sanguinis necesse est: ac fortassis ipsa tantum caliditas in contactus moderatione est vtilis, haud quaquam eximia, & incognita facultate. Adest illi quoque bona facultatis temperatura. Sed quid hoc? Nam & hæc rosaceo inest, præter quàm quòd leuiter astringat. Itaque melius inuenire nihil possis in capite perforato, quàm vt rosaceo probo vtaris. Hæc ille, ex quo Aetius, & Auicenna eadem repetunt. Eodem sanguine, inquit *i* Galenus, ad hyposphagmata, id est, sugillata in oculis consistentia, quidam vtuntur, protinus videlicet sumentes, qui ex animante mactata effluit. Hunc calidum in hyposphagmata affundebat quidam venis ad alarum exortus incisis, quo videlicet ad multos vsus idem animal sufficeret (vt iterum scilicet, & sæpius ex eadem Columba sanguinem oculo sugillato infundere posset, nam ex mactata semel tantùm vtiliter). Alter pullorum tenerorum extractis pennis (sunt autem illæ molles, & fistulas humore plenas obtinent) eum ipsum humorem exprimebat, oculis instillans. At alijs medicis controuersia fuit, pullinè sanguinem, an Columbæ adultæ meningi affundere oporteat. Sed collyria sunt plurima, quæ medeantur hyposphagmatis, & maximè quod plurimam recipit myrrham, quale est, quod a Democrate compositum diasmyrnon vocant. Secundò sunt, quæ habent multum thuris: post quæ sunt, quæ ex croco constant. Quin & fœnugræci succus sanguini Columbino in hoc vtique præstat. Quid ergo moramur aut Columbos, aut Palumbos, aut Turtures, cùm omnium medicamentorum paratu facillimum habeamus fœnugræcum? Tum memorata collyria in promptu seruemus? *k* Idem alibi Archigenis hæc verba recitat: Ad hæmalopas, & hyposphagmata, id est, ad cruentatos oculos, & sugillatos. Cùm plagæ oculis illatæ sunt, & oboriuntur ex eis cruentę suffusiones, statim in principio tùm ad inflãmationẽ, tùm ad dolorem compescendum facit Columbinus sanguis instillatus, & præsertimis, qui exteneris pennis exprimitur. Qui locus mihi suspectus est: neque enim sanguis ex pennis exprimitur, sed humor quidam, vt paulò antè ex eodẽ Galeno recitatũ est, & ex subsequẽtibus patebit. Quocunq; ictu læsus oculus, inquit Marcellus, si sanguinolentus videbitur, Palumbinus ei, vel Perdicis, vt Turturis sanguis: aut si hæc animalia non erunt, Colũbinus de pinna sublatus statim, id est, adhuc calens infundatur. At Marcellus, ac eiusdem sententiæ Cornelius Celsus aliàs grauissimus author in eo ab alijs discrepare videntur, quòd Columbinum sanguinem, ceu minus efficacem postponant. *Si ictus oculum ladit*, inquit Celsus, *vt sanguis in eo substinuatur, nihil commodius est, quàm sanguine vel Columbæ, vel Palumbi, vel Hirundinis inungere: neque id sine causa fit, cùm horum actes exit intecus lasa interposito tempore in antiquum statum redeat, celebertimèque* (fortè celebertimè) *Hirundinis*. Eorum ergò sanguis nostros quoq; oculos ab externo casu commodissimè tuetur, hoc ordine, vt sit Hirudinis optimus, deinde Palumbi, minimè inefficax Columbæ & illi ipsi, & nobis. Verùm reliqui veteres omnes vel Colũbinũ sanguinem ad eiusmodi mala solum prędicant, vel saltem aliarum auium sanguini pręferunt. Dioscorides solius Columbini mentionem faciens. *Columbæ sanguinis* inquit, *an oculis cruore suffusis, & recentibus eorum vulneribus illinitur*. Sic Sextus ad sanguinẽ in oculis ex ictu, Columbæ sanguinẽ recisum, vt illius quoque verbis vtar, deinde infusum, optimè facere asserit. Sic & ipse Marcellus solùm Columbę sanguinẽ alibi ceu sui oblitus, nominans, eum de loco pinnarum (sic habet) eo momento, quo pinna auellitur, oculis, dum adhuc tepet, infundi præcipit, qui ictu aliquo vulnerati, aut sanguine suffusi fuerint. Plinius quidem Turturum, Palumbinum, Perdicumque sanguinem ad eundem effectum celebrat, sed Columbinũ prius nominans, sic infit. *Columbarum, Turturum, Palumbium, Perdicum Sanguis oculis cruore suffusis, eximiè prodest*. In Columbis masculi efficaciorem putant. Vena autem sub ala (quæ in axilla eius est, Sextus) ad hunc vsum inciditur, quoniam suo calore vtilior est. Superimponi oportet splenium è melle decoctum, lanamque succidam ex oleo, aut vino. Porrò idem Plinius ex Dioscoride, vt videtur, apud quem idem est legere, Columbæ sanguinem luscios illini asseuerat, vt Turturum etiam, & Palumbium: & *l* Galenus instillatũ nyctalopa, id est nocturnam oculorum cæcitatem iuuare author est. E naribus fluentem sanguinem à Columbino sanguine ad id seruato, concretoque sisti, Plinius, Marcellus, Seuerus,

h li. 10. de simpl.

Similia similia efficiunt.

i l. de simpl. 10. 3.

Diasmyrnon.

k lib. 4. c. 8. ac com. mec. sec. loc.

l Ecp. 146

Scuerus, atquè ex his Auicenna scripsere. Idem Auicenna podagræ prodesse testatur. Hierocles verò medicamento cuidam ad stranguriam equi sanguinem Columbæ admiscet, ac denique in alijs Hippiatricis Græcis medicamento miscetur ad Ieuconia equi compositio. Adipem harum volucrum Alexander Benedictus ad dysuriam commendat, inunctum scilicet. Pinnæ Columbinę, vt Marcellus est author, maximè quę primùm nascuntur, vstę cum vrtica, atque impositæ podagræ dolores leuant. Ouis etiam veteres Medici vsi sunt. Cornelius Celsus *ad rhagadia, Columbina,* inquit, *oua cocuenda sunt, & vbi induruerunt, purganda: deinde alterum iacere in aqua bene calida debet, altero calido foueri locus, sic vt inuicem vtroque aliquis vtatur.* Et mox de condylomate tuberculo. *Isdem etiam ouis rectè tuberculum,* inquit, *id fouetur: sed delidere ante horam in aqua debet, in qua verbena decocta sunt ex reprimentibus.* Et rursus paulò pòst etiam hæmorroidum vitium ouis foueri iubet, sed simpliciter, vt Gallinacea intelligamus. Dioscorides verò Columbinis ouis longè diuersam facultatem tribuit, nimirũ contra ceruſſæ venenum, si cum thure, & hordei decocto præbeantur ijs, qui eiusce modi venenum hausere. Aliam rursus Plinius, sed luteis eorum duntaxat vim commemorat, inquiens: *Veneres concitant lutea ex ouis quinque Columbarum si admixto adipis lustri denarij pondere sumantur.* Iamverò fimi, seu stercoris Columbini, cùm ita simpliciter sumpti, tùm etiam vsti, & cum alijs admixti maximus in medicina vsus exstitit. Quod ad temperiem attinet, sane medicamentum est calidissimum, adeo vt [m] Galenus alibi tradat, si manus huic fimo inseratur, manifestam persentiri caliditatem. Profectò & Palladius author est, in agro etiam eiusce modi stercus feruidissimum esse. Insolens profectò etiam est, quod de summa eius caliditate [n] Galenus alibi prodidit, nimirum, quod in ea Mysia, quæ est Asiæ pars, domus hac ratione aliquando conflagrauit. *Erat profectum,* inquit, *Columbinũ stercus, cui tã durum, & exsiccatum, ac vaporem edens & tangentibus admodum calidum, in propinquo, sed extra fuerat, ita vt contingeret eius ligna, quæ largè nuper illita resina fuerant. Media igitur ædes cùm sol plurimus incidisset, accendit tũ resinam, tum ligna. Hinc aniè & fores quædam altæ, quæ propè fuerant, & fenestræ nuper etiam resina illita facilè ignem conceperant, atque ad tectum vsq; fumiserant.* Hæc ille, qui itẽ multis alijs in locis Columbarũ agrestium stercus maiori tẽpore perfectè accendi asserit. [o] Alibi rursus, vbi ex professo de eo scribit, *Fimo nomadũ,* inquit, *hoc est Columbarum agrestium persæpe vtor ad mulierũ calfacientem pharmaco, & cũ Nardi syrio semine tum, inueteratumq; aridum prosinapi in ijs, quæ phœnigmo, seu rubrificatione indigent, adhibeo, vt sunt inueterati affectus hemicraneæ, coxendicis scelomata, vertigines, & cephalæa, & in lateribus, scapulis ceruice, lumbis inueterati: item nephritides, & affectus caliaci, & podagrici, arthritides, quando videlicet in articulis eorum nondum constiterint tophi, siue pori. Atq; hoc stercus planè fœtidum non est, maximè arefactum; quocirca & in vrbibus & variè vtimur, alias alijs miscentes medicamentis.* Demum rursus [p] alibi, *Columbarũ,* inquit, *in turribus rusticorũ agentium stercus asseruatur est, quo interim rure vsus sum in adolescente nerui vulnere affecto: atq; hoc agricola loco ille præfectus cùm vidisset (erat enim non imprudens) imitatur semper & sarpat, & nerus vulneratus medetur. Porrò compositio & vsus similiter se habet, vt in medicamine ex euphorbio: sic vt cæteris medetur. Porrò compositio & vsus similiter se habet, vt in medicamine ex euphorbio: sic vt cæteris medetur. Verùm stercus hoc subtilitate euphorbio nihil discrepans, sed euphorbij loco stercus inducatur. Verùm stercus hoc subtilitate euphorbio cedit, eoq; duris corporibus rure ex vsu est. Temperant idem aliquando cum metallicis experiundi gratia, statim à principio cũ eis tercns ex aceto ad Solem, sicut suprà docui, multoq; acrius medicamentum euasit, quemadmodũ & cũ aruginem non vstã acceperit.* Hæc omnia de stercoris Colũbini ardore Galenus: quibus velut in compendiũ contractis Fernelius doctissimus ex recentioribus medicus, Columbinus, inquit, fimus (cùm cum antea intrahentibus medicamentis celebraſſet) admodũ calfacit, attrahit, & rubificat cũ hordeacea farina, & aceto mixtus strumas discutit; arefactus, tritusq; cũ nasturtij semine inueteratos coxendicis, ceruicis, & lũborũ dolores, podagras, & arthritides omnes extirpat. Celsus quoq; euocare, & educere dixit. Insignẽ sanè prærogatiuã hoc Colũbinum stercus obtinet, si vt Æsculapius testatur, dolores omnes vniuersaliter soluat, & humores deficcet. Et reuera ex Galeno iam diximus huius fimi vsum ad inueteratos capitis dolores nimirũ hemicraneam, & cephalæam commendari. Apollonius apud eundem Galenum idem stercus fomentis ad aurium dolores adhibendis commiscendum esse aliquando scribit. Marcellus etiam tritum id cum hordeacea farina, & adipe suilla, & ouorum albo permixtũ, & coctum, emplastri more renibus dolentibus ait imponi. Aliqui cataplasma ex eo cum farina, hordei, & aceto ad omnem tumorem commendant. Aduersus carbunculos maximopere celebratur à Dioscoride, Plinio, alijsque: *Carbunculos emarginat,* inquit Dioscorides, *tritum cum melle, lini semine, & oleo.* Plinius verò sic habet: *Carbunculus fimo Columbino abolebitur per se illico, vel cũ lini semine ex aceto mulso.*

Adipis vsus.

Pennarum vsus.

Ouorum vsus.

Fimi vsus maximus. m lib. 3. de med. sim.

n l. 3. de temp.

Domus propter fimum conflagrat.

o lib. 10. de simpl.

p l. 2. de cõp. med. sec. genera.

Idem

Idem legere est apud Serenum:

Carbone medendo
Dulcacidum, laticemque cum lini semine iunge,
Atque simum pariter Paphia compone Columba,
Hinc line diruptas partes, & clausa venena.

Verùm Ornithologus rectè quidem priorem versum ex Dioscoride, & Plinio sic restituit. *Dulcacidum laticem cum lini semine iunge.* Parotidas tumores etiam sæpius periculosos Plinius hunc simum vel per se, vel cum farina hordeacea, aut auenacea comprimere testatur. Idq; Marcellus repetit, sed paulò aliter. *Tritum*, inquit, *cum farina hordeacea, & melle subactum, calidum supposituum nascentes parotides comprimit.* Idem tradunt, si eo quo postremò dictum est, modo vsurpetur, panos aperire, & aduersus strumas prodesse. Ad nigras cicatrices inalbandas Oribasius apud [q] Aetium idem stercus ex aqua illini iubet, at citò ablui, ne exulceret: aut alijs medicamẽtis misceri, vt thuri, saponi, cimoliæ, cũ aceto. Plinius verò ex melle illitũ cicatrices ad colorem reducere ait, vitiligines itẽ albas ex vino. Marcellus tritum cũ aceto omnes cicatrices sanare. Clauos pedem sanat, Plinio attestãte, si ex aceto coctum applicetur. [r] Andreas Furnerius liquorem quendam stillatitium, qui faciem nitidam, & teneram reddat, præscribit, cui inter cætera (oua recentia, caseum musteum pinguissimum, vinum Maluaticum, poma arantia, oleũ tartari, & cerusam, diuersis ponderibus mixta) Pipionem adijcit. Verùm fortassis rectiùs simum eius adijcere debebat, vtpote quod, teste Æsculapio, vtile est ad impetigenes, aduersus quas apud Ætium etiam medicamentis admisceturnec nõ stigmata faciei delet, vt Marcellus scribit, ex aceto, ita vt assiduè medicamen superducatur. Si caluescat mulier ex defluuio capillorũ. Hippocrates stercus Columbinum *imponi præcipit: Marcellus* cum aceto tritum capiti impositum alopecias ait, & cicatrices omnes sanare: Medicamentũ ad alopeciam Archigenis probatum, etiam Nicol. Myrepsus refert. Simũ Columbinum bene tritũ cum aceto irrigato, & nitro prius fricato loco illine: postea subtile linteum imponito: quod vbi abstuleris, locum prius irrigato. Mirum videtur, quod Dioscorides stercus hoc, quod alioqui vrere p se dixit, simpliciter igni ambustis mederi asserat: Plinius autem eandem facultatem cineri eius ascribit, si ex oleo illinatur. Quod sanè quæsitum doctissimis medicis discutiendum relinquo. Magis verisimile est omnes durities discutere, ad quas Plinius cum hordeo commendari prodidit. Sextus qui eiusdem facultatis testem ẽt se præbet, humores exiccare ait cum oleo, aut melle calefacto distemperatum, & super duritias ligatum. Miscetur insuper medicamento oculari non iumenti solum, vti apud [s] Vegetium, quid id ad cicatrices eorũ videtur vsurpare, sed in humanis etiã corporibus: Plinius enim ex aceto (Marcellus addit, si coquatur, & illinatur) ad ægilopas, hoc est, fistulas oculorum, similiter ad albugines, & cicatrices, nimirum vt addit Marcellus, quæ plerunq; sua ex Plinio transcribit, oculorum, laudari prodidit: & Archigenes apud Galenum thus cum eodem stercore probè facere. Alibi quoq; [t] Galenus, ad ægilopas inquit, simi Colũbini aridi drachmas quatuor cum masculo thure, tere & insperge, certum est: & in libro de oculis, qui eidem Galeno attribuitur, simi Columbinũ apud pilorũ in oculis albationẽ etiam adhibetur. Idem deniq; [u] Galenus ad discutiendas genuũ defluxiones, salem & stercus Columbinum teri iubet, atq; ex oleo iungi. Morsibus venenatis, si Villanouano credimus, vtiliter imponitur. Tarẽtinus quidã ad pastinacas marinas, quarum ictus etiam exitialis habetur, Columbinũ simum aqua perfundi iubet, & ex similagine leuigari, & imponi. Sed vt ad internos affectus redeamus, præter diurnos capitis dolores, multis ẽt alijs morbis medetur. Quidam in apoplexia Columbum dissectũ sincipiti admouent. Si epilepsia fit ex atrabile, stercus Columbinum tritum cum ouis Coruorũ nonnulli miscent, & ceu cataplasma spleni imponunt, appositis prius sanguisugis. Hoc enim cataplasma materiam aiunt trahere a capite ad splenem, & febrem inducere, & sic epilepticum liberari, maximè si id per autumnum fiat. Author additionum breuiarij Villanouani antidoto cuidam contra epilepsiam etiam stercus Columbinum admiscet. Inflammatas tonsillas Nicolaus Myrepsus Columbino stercore illini consulit, Plinij nimirum authoritate vsus, qui id cum passo gargarizatum tonsillas, & fauces iuuare scripsit etiam cum fico arido, ac nitro impositum extra: quod posterius remedium Marcellus Pliniomastix asperitatem faucium mollire, destillationemq; castigare ait. Sed hæc verba apud Plinium mox subiecta ad sequens ex cochleis remedium pertinent. Ad mouendum pus in angina [x] Aretæus clarissimus medicus Columbinũ simum tenuiter per cristeram, id est linteum sacculũ instar pulueris transmissum, ac insuper insersum efficacissimum esse scribit: & [y] Galenus duobus in locis ad

anginam,

[q] lib. 13. c. 129.
[r] In lib. de decorat.
[s] Vet. c. 22.
[t] 3. Eup. 41.
[u] 3. Eupor. 131.
[x] l. 5. c. 7.
[y] 3. Eupor. 265. & 266.

anginam, & colli dolorem fimum Columbinum ex melle inſtar cataplaſmatis imponi præcipit, & Plinius vino, & oleo permixtũ, anginis illitum remedio eſſe tradi docet: Ad vomicam, inquit Serenus,

Simplice reſinam miſcebimus hordea tuſa,
Et mulſos amnes, & purgamenta Columbæ,
Has bene decoctis languentia membra ſouentur.

Commendatur item Galeno eiuſmodi fimus ad cœliacos affectus veteres foris illitus, Plinius verò totum, potumq; eorundem affectum dolores mulcere aſſerit, ſed videndum potiùs an ad colicos dolores dicere voluerit. Nã & Auicẽna dolorem colicę in clyſtere curare aſſerit. Et, vt dictum eſt, Galenus id foris cœliacis illinit, & Marcellus tritum, & ex melle illitum, alui incontinentiam ſtringere teſtatur. Necnon Hippatri equi ſtrophoſi coltirijs inanum indendis cùm alia, tùm ſtercus Columbinũ miſcent. Abſyrtus, ac Hierocles ad inflãmationem ilium & ventris equi, fimum Columbinum, aut Gallinaceum, quantũ manus capit, in vino cum nitro diſſoluunt, & inde clyſterem injiciunt. Plinius cum melle illitũ ileo reſiſtere quoq; ſcribit. Galenus laudat ad veteres lumborum dolores, item ad nephritides. Ad hydropicos Archigenis remedium ad Galenũ tale legitur. Aeris vſti, ſtercoris Columbini ana drachmam vnam, rutæ ramulos tres, ſalis communis parum, cum vino Epheſio, & aqua, ita vt tota mixtura heminæ dimidiæ ſit, præbeat. Apud Nicolaũ Myrepſum Columbinum ſtercus adijcitur quoq; emplaſtro cuidam ad lineoſos, hydropicos, & cachecticos. Si vrina retineatur propter calculum à renibus delapſum, & in lotij meatu hærentem noſtrum electuarium, vel puluerẽ eius dabis, inquit Marianus Sãctus Barolitanus, cuius eſt hæc deſcriptio: Stercoris mirum, Columborum (ſcilicet ſtercoris) porcellionum (id eſt, aſellorum integrorum) ſingulorum vnciam miſcebis cum ſeſquilibra mellis daſpumata, & facies electuarium, de quo exhibebis ſemiũciam miſcebis, iure, vel vino. Vel loco mellis accipe tantũdem ſacchari optimi, & morſellos inde para: de quibus itidem ſemiunciam præbeas cum jure Gallinaceo, vel vino. Hoc remedium ſi exhibere pergas, intra triduũ vrinam promouebit, quamuis etiam prima ſtatim die vtilitas eius ſentiatur: nam lapidem renum cõmunuet. Quod ſi puluere vti malis, dantur inde ſcrupuli duo cum iure, vel vino. Conſtat aqua in ueri poſſe, quæ lapidẽ veſicæ per catheterem immiſſa illico cõtingat. Ad quod duo ſunt neceſſaria, vt & lapidem atterat, & veſicæ ſit neceſſaria. Primũ præſtabit modus & materia. Nam extremos vapores ſcorpionũ cinere, vel Mecedonici petroſelini, vel tecolitho, aut lapidibus cancrorum excipiemus. Sic enim aqua fiet, quæ etiam porphyriten comminuit. Porrò innocẽtiã præſtat, ſi materia, ex qua aqua excipitur, omnis ſalſedinis expers fuerit; nõ igitur è ſalis genere aliquo, aut alumine, aut calcantho, aut vini fœce ſed ex aliquo eorum quę nuper retulimus, aquam excipere oportebit. Equidem ſcio ſtercus Columbinũ, ac paricta riam, hoc, vt illud hac arte in aquam deluctum, lapides veſicæ duriſſimos frangere poſſe. Quodnam autem illud ſit, quod id facturum ſit, & abſq; noxa, experientia declarari oportet. Hæc ille. Ornithologus ex libro manuſcripto, Fimum Columbinum inquit, in aceto per diem, ac noctem macerabis, & colando ſeparabis acetum, propinabiſq; calculoſo. In hoc aceto iniectum lapidem frangi aiunt. Aliqui ſeptem diebus in vaſe vitreato macerari in aceto volunt, deinde acetum colatum bibi. Alij fimum Columbinum purgari diligenter iubẽt, & poſtquã in aceti modo, qui ſufficere videatur (ſextarijs tribus, aut amplius) diebus ſeptẽ maceratus fuerit, deſtillant in alẽbico in inſtar aquæ roſaceæ: hoc liquore poto calculum veſicæ, & renum pelli aiunt, idq; experimentis conſtare. z Galenus quoque Turturis ſtercus calculoſis vſtum ex mulſo propinat, vt lapides per vrinam exturbentur. Et Serenus eandem aduerſus lapidem veſicæ in hoc fimo facultatem aguoſcit, inquiens.

z 3. *Euper.* 273.

Sine Palumbarum capitur fimum aere ſororum
Dulcedinis ſparſum ſuccis, tritumque ſolutum.

Ad vrinæ difficultatẽ in equo a Theomneſtus quoſdam Columbinũ ſtercus cum vini duabus heminis refert infundere. Si mulier ſecundinas retineat, ſtercus Columbinum ſuffitum per infundibulum, eas educet. Symphorinus Champegius radicẽ ariſtolochiæ rotundæ addit. Sunt qui fœtum viuum, aut mortuũ, & molam quoq; expelli dicunt, ſi fimum Columbinum per ſe, vel cum alijs, vt caſtoreo, opoponace, myrrha, felle vaccino exceptum ſuffiatur. Et reuera Aſpaſius apud Ætium eandem vim huic fimo aſcribit. Porrò Marcellus ſtercus Columbinum, vel ſolum, vel cum ouo tritum dolentibus articulis illitum prodeſſe tradidit, & eſt ab Auicenna repetitum: & nos quoq; coxendicẽ, & podagram, in qua rophi nondũ conſtiterint, hoc fimo iuuare ſupra ex Galeno retulimus. Sed Plinius ſimile quid de

a *In Geoponicis.*

cinere

cinere eiusdem fimi prædicare videtur, dum ait: *Incussi articuli fimi Columbini cinere cum polenta, & vino albo curantur*. Alibi tradit eundem cinerem cum arsenico, & melle ea quæ erodenda sunt, nimirum in vlceribus, auferre: Nam & alibi omnia pedum vlcera sanare prodidit. Emplastrum de fimo Columbarum vsto, vti legimus in additionibus breuiarij Villanouani, cum aceto foris imponitur super ficus ani, vel hæmorroides. Cæterum notandum erit, quod etiam Galenus sese obseruasse testatur, in Columbis, quarum stercoris tam creber nobis vsus est, multo semper inferius, & imbecillius earum stercus fore, quæ in domibus degunt, quam earum quæ in montibus. Sed & hoc annota, quod Gallinaceum stercus, vt Dioscorides scribit, omnia quidem quæ Columbinum præstet; sed inefficaciùs. Item pro fimo Palumbi, fimum Columbæ ad remedia adhiberi posse, & rursus pro Gruis fimo Columbinum, vt in Antiballomenis, quæ Galeni, & Pauli libris adijci solent, legitur. Atque hæc de fimo Columbino, & de toto, quia Columbis petitur, medico vsu dicta sunto.

Fimus quis eligendus.

VSVS IN CIBO.

COLVMBARVM genus omne in cibum cedere extra omnem controuersiam est. Veteres quoque earum esu delectatos fuisse cùm magna pro eis soluta pretia, tùm celebrari ab ipsis peristeriones testantur. *a* Ouidius delicias, quas ex Columbarum esu percipiebant, exemplo innuit Polyphemi, quem Galateæ, vt in amorem sui pelliceret, par Columbarum inter alia eiusce moi gulæ illecebras offerentem introducit. Solent enim amantes amasijs suis ad conciliandum amorem eiusmodi conferre munuscula: ait autem:

a Met. 13. Polyphemus. Galat. par Columbarũ donat.

Nec tibi delicia, vulgataque tantùm
Munera contingent, damæ, leporesque, capraque
Parque Columbarum, &c.

Qui de nouo orbe scripsere, Pegù incolas adeò harum auium esu affici aiunt, vt appellentibus eò nostratibus vendere nolint, tanquam cibum sibi gratissimum alij sinuidentes. Sed videamus, quibus, & quæ conueniant, & quantum corpus humanum nutrire natæ sint. Eiusce moi autem differentiæ maximè ab earum ætate, nascendi loco, & tempore accipiuntur, Syluestres domesticis præferuntur, pulli veteribus, & ex ijs vere quàm autumno nati, teste *b* Aristotele, æstiui improbantur. Albertus autem autumnales etiam laudat, nec immeritò, nam eo tempore melioribus granis vescuntur. Veteres durioris alimenti sunt, & propter nimiam caliditatẽ, & siccitatem improbandi. Ex pullis optimi, qui euolarunt: si tamen has aues quamplurimis alijs assimiles, optimi succi dici possunt: nã generatim de his loquens *c* Galenus eas auibus annumerat, quæ facilè concoquuntur, & inter laudata alimenta, & quæ neque tenuem, neque crassum succũ generant. *d* Alibi priuatim de pullis loquens, eos boni chimi, & subtilis esse scripsit. Et Ruffus pullos secundo ordine auium laudabilium recenset, quare laudare minimè possum, quod à Simeone Sethi scriptum est, nimirum eorum carnem multæ superfluitatis excrementitiæ esse; nam quamuis id priuatim de domesticis intelligit, vt subinde facit, etiã minimè verum erit, nisi facta ad syluestres cõparatione: nam hoc modo etiã *e* Galenus rusticulas domesticis ad attenuantem victum præfert. Et alibi syluestres nimirum sanguinem calidiorem, & crassiorem temperamento gignere dixit. Psellus eadem inter attenuantia quidẽ etiam recẽset, sed *f* alibi ceu sui oblitus inter ea, quę humores excremẽtitios pariunt. Languentibus hoc auiũ genus teste Galeno, exhibebatur. Sed vt ad pullos reuertamur. eos generatim acceptos Auerroes calidos esse iudicat, & humidos, crassique succi, idque animaduerti ex grauitate motus eorum, & quoniã calidi actu sũt, & cibos celeriter percoquant. Quod modo ad nocumenta, & iuuamenta ex eorum esu attinet; *Ex volucrum genere*, inquit *g* Aetius in cura colici affectus frigidi, & phlegmatici; *Gallina alitiles omnibus præstant, deinde Perdices, & Palumbi debilis nutrimenti gratia exhibentur, Turturesque alitiles, atque Columba.* Aretæus & ipse illustris medicus in cura cephaleæ inter aues laudat Palumbum, & Columbum, aliasque quæcunq; haud ita pingues sunt. Et *h* Hippocrates diætam præscribens in morbo epatico quodam Columbas edi iubet. Florentinus pullos Columbarum admodum necessarios ait illis, qui iam à morbo conualescunt. Iã verò contrà quia multũ alimenti, & plus sanguinis generẽt, inflammationes, & febres etiam procreari apti sunt. Simeon Sethi caput, & oculos lædere ait, & si nimirum eorum esus vsurpetur, lepram dici gignere. Cynanchen eandem

Incola Pegù Columbarum esu delectantur.
b 5. Hist. c. 13.
c l. 3. de ali. & l. de cib. & ma. suc.
d l. de diss. cont.
Simeonis Sethi lapsus.
e l. de vict. atten. l. de oss. cont.
f l. de vict. rat. in morb. acut. g l. 9. c. 30.
Columbarũ vsus in quibus morbis vtilis.
h l. de inter affect.
Nocumenta ex esu Columbarum.

dem ob cauſam, teſtante Raſi, inducunt, & quendam Caſſiſam nomine, qui ter vno die ex aſſa Columba comederat, perijſſe memorant. Quapropter quamuis alibi *i* Galenus Columbarum pullos pro calidis, & ſiccis laudet, ego potiùs Auicẽnæ, & Raſis exemplo phlegmaticis hoc eſt frigidis, & humidis tutiùs exhibuerim. Raſis *hiſtriè paratis medica*, inquit, *veſci conſulant iis, qui parum ſanguinis habent, & quos calor innatus, ac vires deſituunt, præſertim ex longo morbo.* Quomodo autem parentur, idem docet, inquiens. *Veteres cum frigidis ſumi præcipiunt, vt cum liquore vua acerbæ, citrij pomi, portulaca, lactuca, ſcariola, coriandro, & ſimilibus.* Baptiſta Fiera in magno calore labruſca condiri iubet, & acribus pomis:

Sint mihi cellaris conuiuia prima Columbæ,
Cum patrios primum liquerit ala ſinus.
Tunc calidi, humentiſque cibi eſt, facileſque culina,
Obtuſi, atque grauis antè cruoris erat.
Condiat hanc labruſcatamen, cùm Syrius ardet,
Aut repleant caliaos acria poma vteros.

Nicolaus Maſſa Columbas aliquando elixari, at plerunq; aſſas, aut in farragine coctas comedi ſcribit. Sunt qui ſub alis digitis compreſſas circa cor ſuffocent. Alij in collo ſuperius venam incidunt, vt ſanguis omnis effluat, qui ſalubriùs facere perhibentur: mulierculæ noſtrates eodem modo, quo Gallinas occidunt, rumpendo ſcilicet colli vertebras. Antonius Gazius vir ſanè illuſtris, aut relinquendas eſſe ait, nimirum quæ domi aluntur, aut aſſandas, deficcandaſque cum frigidis, & ſiccis condimentis: Sylueſtres verò vel eas, quæ in turribus degunt, vtpotè non admodum pingues, melius elixari. *k* Raſis, & *l* Auenzoar capita earum truncari volunt, cùm præparantur: quoniam naturali potentia morbos capitis chronicos generent. Ancillæ noſtrates, coquique præceptum illud minimè obſeruant, quin ſi fortè caput auferri ab eis contingat, nobiles è menſa quaſi indignabundi reijciunt cum cæteris capita ſua habentibus ignobiliores. Apud veterem Auicennæ gloſſographum meſſos cibarij genus eſt (Syluatico Almoſos dicitur, ni fallor) cum Columba in aceto, vel rhu, vel omphacio, vel ſucco limonum, aut granatorum acidorum coquitur, cuius ventri imponitur menta, vel gelatina. Apicius ſic præparat. *In Palumbis, & Columbis*, inquit, *piper, ligulticum, coriandrum, carum, cepas ſiccas, menthã, oui vitellum, caryotam: mel, acetum, linguamen, oleum, & vinum.* Aliter in elixis: *Piper, careum, apij ſemen, petroſelinum condimenta mercataria, caryotam, mel, acetum, vinum, oleum, & ſinapi.* Aliter: *Piper, ligulticum, petroſelinum, apij ſemen, rutam, nucleos, caryotam, mel, acetum, liquamen, ſinapi, & oleum modicè.* Aliter: *piper, ligulticum, laſer, vinum ſuffunnatis liquamen: vino & liquamine temperabis, & fundis ſuper Columbum, vel Palumbum, pipere aſperſum inferes.* Hæc ille. Columbæ pullos quomodo in paſtillo ad cibum paretur, docuimus in Gallina, vti quoque in Capo ex Platina, quomodo ius conſumptum ex Pipionibus fiat. Innominatus qui Gallicè Magirica ſcripſit, in paſtillum è Pipionibus addi iubet laridum minuatim conciſum, & zinziberis aliquid. *Secundam* voles, inquit *m* Platina, *ex Pipionibus, aut quantis aut, primùm ſucco ebulliant, vbi ad coctura ſatis ſuperuentum erit, ex lebete eximito, exemptaque in frixta concila in farragine cum abundanti laride frigito. Inde in patellam, vel teſtam benè vſtam, crullaq; inſtratam deuoluito. Eluit pulmento non iniuria prunæ, & ceraſa, vel aulera addes. Agreſtam deinde, & ſua acetoſa, ſi plures conuiuas habebis, vel pauceras ad paucos, cum modico iure tudicula agitato. Eluit petroſelinum, amaracum, menthã, gradatim minutatim, quod fieri poteſt craſſam admiſceto, ad ignem q; ponito, longè tamen à flamma. Lentè enim ebulliat neceſſe eſt. Cochleari interim tandiu malaxari debet, donec cochleare ob craſſitudinem integat. Fundito poſtremò hoc tuſculum in crullam, ad ignemq; ac ſi tortreas eſſet ponito coctam conuiuis apponito. Multum alet, tardè concoquetur, pauca excrementa relinquet, bilem reprimet, corpus exaſperabit.* *n* Idem mox Miraufe Catellonicum ex Capis, aut Papionibus parare docet, vt in Capo diximus. *o* Idem in Pipionem exoſſatum: *Pipionem eximantium*, inquit, *& bene locum per diem, ac noctem in aceto acri lines: locum deinde, ac repletum aromatibus, & herbis, eluxum prolixiuſculum, aut aſſum facies. Virouis modo ſine oſſibus inuenies.* Et *p* mox quomodo ex vno Pipione duo fiant docens, *Pipionem*, inquit, *ſine aqua ita appoſitè deplumato, ne pellem frangas: Exenterato deinde autem integram aperies, ac diriges: directum optimo farcimine replebis: integer tuus omnino videbitur. Vel in Pipionem hoc modo aſſum, frictum, eluxum facies. Aſſum ſemicoctum, ſale, ac trito pone aſperges, inunges; lenter tudicula oui, vt crullam procuté facias. Vbi incoctus omninò fuerit, vehementi igne ſtatim torreto, quo coloratior fiat: inde conuiuis appones.* Syluaticus Iudebor cibum eſſe ait, dicit; Rui, eſſe autem micas panis, quibus pingue de pullis Colũbinis ſuper fundi-

tur. Porrò ſanguine Colũbino quoſdam veſci nec eſſe illũ ſuillo inferiorum *q* Galenus ait, ſed leporino multò peiorem: Elluchaſim verò facilè corrumpi, & morbos ſanguineos pro-

i Met 8. *Quibus danda in cibo.* *Quomodo parentur.* 10 *Quomodo occidãtur.* *Quæ aſſanda, quæ elixanda.* *k* Aph. 4. *l* In Theſ. 9. *Meſſos quid.* *Almoſos quid.* 20 30 *Columbæ pullus quomodo in paſtillo paretur.* *Ius conſũptũ ex Colũbis quomodo fiat.* *m* l. 6. c. 10 *Crulla ex Pipionibus.* *n* Cap. 13. *Miraufe Catellonicum.* *o* Cap. 40. *p* Cap. 40. *Vt ex vno Pipione duo fiant.* *Iudebor quis cibus.* *Rui quis cibus.* *q* lib. 3. de alim. fac. 40 50

ducere dicitur. Oua quoque, teste Auicenna, percalida habentur, & mali saporis. Albertus haud facilè ait indurari; quod quidem verum esse alius etiam mihi retulit, sed paruum in ijs saporem reperisse negabat. *Oua Columbarum.*

VSVS IN EXTERNIS.

IMPOSTORES quidam aromatibus sanguine Columbino exceptis, & ad solem exiccatis, rursusq; tritis, & aqua rosacea moschata aliquoties rigatis, iterūque exiccatis, tertiam, vel quartam partem moschi veri admiscent, atque eo modo moscum adulterant. Ouorum Gallinaceorum ad potiones crassas, & turbidas purificandum pharmacopolis hodie vsus est, vt in Gallina latius exposuimus. Horatius eundem vsum in Columbinis ouis celebrat his versibus. *Moschi adulteratio. Ouorum vsus.*

Surrentina vafer qui miscet fæce falerna
Vina Columbino bene limum colligit ouo,
Quatenus ima petit, voluens aliena vitellus.

Frequentissimus verò fimi vsus apud agricolas. Varro non duntaxat ad agriculturam appositum esse tradit, verum etiam aliquot scripsisse optimum haberi, & rursus, *Cassius*, inquit, *stercus optimum esse scribit volucrum, præter palustrium, & natium: de hisce præstare Columbinum quòd sit calidissimum, ac fermentare possit terram. Ego arbitror præstare ex auiarijs Turdorum, ac Merularum.* Palladius quoque calidissimum esse dixit Columbinum, & Columella Varroni astipulans proximo Turdorum fimo Columbinū constituit. Nonnulli cinerem tenuissimum, vt optimum stercus prædicant oleribus, quoniam, naturali colore non solùm terram recreet, sed & omnia pulicum, vermiumq; genera, ac eiusmodi bestiolas enecet: ijdem ei cinerem si desit, Columbinum fimum surrogant, quoniam & hoc eadem præstare possit. Porrò Cassius apud Varronē, nec nō Columella spargi id per agros, vt semen præcipiunt, & non vt de pecore aceruat imponi. Crescentiensis ex recētioribus, *Fimus Columbinus*, inquit, *optimus est plantis, & seminibus, & potest spargi quocunque tempore anni, quoties aliquid seritur cum ipso semine, ac etiam postea quandocunque, & vnaquæque corbis huius fimi æquiualet fimi ouium quadrupedum plaustro. Nam ex viginti corbibus satis commodè, ex vigintiquinque bene, ex triginta optimè impinguatur iugerum frumenti, si manibus spargatur per agrum æqualiter, & cum ipso grano tunc sato vertatur. Tria quidem paria Columbarum in anno faciunt corbem fimi, si Columbaria nidos intrinsecos habeant, & quo magis cibantur in Columbario, tantò plus fimi recipietur ab eis. Sic enim diutius in eo morantur, nec semper coguntur extra quærere victū.* Verū nostri rustici Columbino fimo tantùm ad cannabem vtūtur, quā ex nullo alio stercore maius incrementū sumere obseruarunt; quare ēt carè admodū vēditur, sed longè minori quantitate quam scripsit Crescētiēsis, agris inspergūt, & lętū cannabis tū prouentum faciunt, & quatuor vel quinq; corbes sufficere cuiq; iugero existimant. Democritus stercus Colūbinum cū pipere, & oleo ficubus adhibitū præcoces producere fructus tradidit: & Io. Baptista Porta si eo radices arborū oblinantur fructus copiosiores productūras pollicetur, arboresq; à vermibus non infestari. Plinius denique quosdam scribit Columbino ac suillo fimo palagis arborū mederi. r Alibi etiā Indicū eo adulterari ait. Verum veteres Israelitæ, vt apparet, longè præstantiorē in hoc fimo vsum agnouisse videntur: nā in magna illa Samarię obsidione, ac celeberrima fame, vt sacra s Biblia testatur caput asini octo argenteis, & quarta cabi stercoris Colūbarū quinque argenteis venundabatur: quare non immeritò quis miretur in quem vsum tanti fęx illa Columbina emeretur. Nonnulli pro construendo igne tā carè venditam existimant: sed id à peritis non admittit, quando huiusce modi materia nec ignē foueat, nec tā abundans esse potuerit, vt ciuitati satis esse posset. Alij vt Diodorus Siculus recondita in ea granula nondum digesta à famē perpetientibus empta fuisse credunt, vt in cibum cederent. Sed horum alij aliter stercus illud considerant. Etenim t Nicolaus à Lyra, referente Alphonso Tostato non comedisse existimat ex fimo iam excreto de ventre Columbarum, quoniam id esui non est, neque alit, sed quòd etiamnum in œsophago esset, nimirum grana tritici aliarumque segetum, necdum à ventriculo concocta, ac in intestina protrusa, quæ, ait, stercus quodammodo appellari possunt, quoniam iam in corpore auium existunt mox in excrementum tale abitura. Contrà verò Andreas antiquissimus bibliorum postillator, homines tradit in magna illa fame industrios factos, excrementaque Columbarum inquisiuisse, in ijs *Fimi vsus apud agricolas. Fimus quarum auium ad agriculturam præstet. Cineris vsus in terra cultura. Fimi vtilitas. Fimi quantitas agris inspergenda. Cānabis seritur cū fimo Columbino. Vt ficus pcoces fructus producat. r L. 35. c. 6 s 4. Reg. 6. Samariæ obsessio, & fames. Columbinū fimum care venditū, & cur. t Ca. 29. in 4. l. Re. c. 5.*

humores quoſdam relictos eſſe exiſtimantes, ex quibus quoniam ex granis optimis conſtabant, pulmentum, ſiue ſorbitiuncula alicuius nutritionis parari poſſet. Quam poſteriorem opinionem & ipſe Toſtatus aſtruit, veriſimilius eſſe ſcribens de ſtercore dici propriè ſumpto, quam de granis, quæ reperiuntur in œſophago. Hæc enim in primis ſtercus nondum appellantur, & nomen ſeruant: præterea ſi de his intelligeretur, non tantùm de Columbarum fimo, ſed de Gallinarum aliarumquè auium dici poſſe, verùm cum Columbinum tantummodo nominat ſacra pagina, de ſtercore, non de granis locum illum accipiendum eſſe. Cur verò ſtercus hoc potius, quam aliarum auium in cibi vſum cederet, hanc rationem exiſtere, quia Columbæ mundis ſolummodo granis veſcantur, nam tantò ſtercus minus malum eſt, quantò de rebus ſit ſimplicioribus: vnde humanum omnium eſt peſſimum, & fœtidiſſimum, nimirũ ex multa ciborum varietate conſtans: quare & Ezechiel panem ſuum à Deo eo operire iuſſus, hoc magis, quàm quoduis aliud horruit. Verùm nemo clariſſimorum horum virorum (quod pace eorum dictum ſit) rem acu (quod aiunt) tetigit. Nam vnde Samaritanis tanta copia, vt Columbas alerent cùm vix trex, quatuorue equos nutrire poſſent? Rectius meo iudicio, Flauius Ioſephus obſeſſis ſalis vicem præbuiſſe iudicat: quæ ſanè miſera conditio ſummæ calamitatis ſpecimen dedit.

Stercus quam melius, & quod potius.

ICONES. NVMISMATA.

OCCVRRIT hoc loco primum Archytæ Columba volatilis, de qua ſic ſcribit *a* Aulus Gellius: *Quod Archytam Pythagoricum commentum eſſe, atque feciſſe traditur, neque minus admirabile, neque tamen vanum æquè videri debet. Nam plerique nobilium Græcorum, & Fauorinus Philoſophus memoriarum veterum exequentiſſimus affirmatiſſimè ſcripſerunt, ſimulacrum Columbæ ligno ab Archyta ratione quadam, diſciplinaque mechanica factum volaſſe: ita erat ſcilicet libramentis ſuſpenſum & aura ſpiritus incluſa, atque occulta concitatum.* Hæc ille, qui pariter Fauorini verba fidei conciliandæ cauſa etiam ponit. At *b* Cælius Calcagninus Columbam illam Archytæ, inquit, ligneam certis machinis, ac ponduſculis inſtructam fuiſſe legimus, vt cùm moueri ſemel cœpiſſet, ſemper moueretur, neque deſineret, vt illa ſcilicet priſtina, quæ motus principium dederat, nunquam deſerente impulſam, ſtructura præterea, & artificio adiuuante. Eiuſcemodi ligneæ Columbæ fabricandæ rationem *c* Cardanus his verbis præſcribit: Quæri ſolet, an Columbam ligneam, qualem Archytam Tarentinũ ex Gellio alibi annotauimus fabricaſſe, facere liceat, ſcilicet, quæ ſponte volet, vbi tamen quieuerit, immota maneat? Nam imagines, ſtatuaſque ambulantes ſuper menſam rotarum abditarum vi aliquoties vidimus. Volantem etiam auem, ſed funi inſitam, per ſe, nondum: Ergo quæ ſe ſponte eleuet, vix fieri poteſt: quoniam firma oportet eſſe vincula, quæ moueant, atque ideo grauiora, quam vt agi proprijs poſſint viribus, mota verò ab initio, & impulſa, & maximè vento flante ſecundo, ob alarum magnitudinem, & vim rotarum, quæ illas agat, nihil prohibet. Conueniat igitur leuitas corporis, alarum magnitudo, & robur rotarum, atque venti auxilium, quod & anſeres, & grauiores aues non negligunt, vt Columba euolet certo ordine, incerto autem ignis vi, quemadmodum & lampades. Sic enim & ſponte eleuabit, & alas mouebit, quoniam ignis non manet, & materiam citra pondus ſuppeditare non licet. Hactenus ille. At *d* Iulius Cæſar Scaliger, pariter volantis machinam, cuius authorem Archytam tradunt, ſe vel facillimè profiteri audere ſcribens longè alium, quàm Cardanus, parandi modum, innuit: Nauiculam, inquit, ſponte mobilem, ac ſui remigij authorem faciam nullo negotio. Eadem ratio cum volante auicula. Materia, ex iunci medulla parabilis, veſiculis amicta, aut pelliculis, quibus auri bracteatores, atque foliatores (ſic enim libet nunc) vtuntur neruulis obuoluta, vbi ſemicirculus rotam vnam impulerit, motum præſtabit aliarum, quibus alæ agitabantur. Vt ad Archytam reuertamur, cum *e* Diogenes Laertius primum mechanica mechanicis principijs expoſuiſſe tradit, primumque organicum motum deſcriptioni geometricæ admouiſſe. Non diſſimilem huic artificem *f* Caſſiodorus Boeth. prædicat. Ad quem enim ſcribens, vt recitat *g* Petrus Crin. Tibi inquit, ardua cognoſce, & miracula monſtrare propoſitum eſt. Tuæ artis ingenio metalla mugiunt, Diomedes in ære grauiùs, buccinatur æneus anguis inſibilat, aues ſimulatæ ſunt, & quæ vocem propriam neſciunt habere, dulcedinem cantilenæ probantur emit-

a l.10.cap.12.

Columbæ Archyta lignea volatilis.

b lib.de peren. mot. rer.

c l.12.var. c.58.

Columbæ lignea volatilis fabrica.

d Exe.326

Nauicula mobilis ſine remigio.

e lib.8.

Boethij artificium.

f In Var.

g lib.17.

emittere. Parua de illo referimus, cui cælum imitari fas est. Iam verò notum est, & à nobis sæpius repetitum Columbam Semiramidis insigne fuisse, ac ideo Babyloniæ vexillis appingebatur. Hinc etiam in sacra vrbe, vt Lucianus memorat, in Syria, Dea colebatur, cui aurea insidebat Columba, quæ Semiramis credebatur. Scribit *b* Athenæus circa Pyrenem Colũbam tanto artificio fuisse depictam, vt ad illius imaginem, ceu ad viuam Columbam viua Colũba aduolaret, ingens idolum Aspasiam Hermotimi Phocensis viri pauperis filiam in honorem Veneris fecisse, ac iuxta id gemmis picturatam Columbam statuisse, ex *c* Aeliano scripsimus, quod conspecta in somnis Venere in Columbam conuersa, & bono animo esse iubente didicisset, quomodo à fœdo faciei tumore, quo laborabat, sanaretur. In æde Transtyberina magnæ matri dicata, vrna cinerum custos conspicitur; in qua eiusmodi caracteres leguntur antiquitatem redolentes: HOSTIÆ C. F. PROPINQVÆ VIXIT, AN. VII. M. IX. Huic virgunculæ conditorio subscripta est Columbula passis alias velut cuolatura, angue mordicus latus dextrum appetente. Columbæ icon tenerrimæ ætatulę virginis dulcissimam puritatem denotat: cuius ætas violenter moritur, vel Virgilio sic adstipulante:

Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras,

Anguis nimirum vim, ac venenum indicat mortis. Subest quoque semilacer canis ceruum modicus arreptum sistens. Canem furiam, ac parcam, ideſt mortem dici ex hoc Lucani habemus.

Stygiasq; canes in luce superna
Destituam.

Ceruum symbolum ætatis, ac temporis esse nemo ignorat. Neapolitanos statuam Apollini erexisse, cuius humero Columba insidebat, & mulierculam, nimirum Parthenopem genibus flexis ante statuam procumbentem, quasi Columbam adoraret, collocasse ex Alexandro Neapolitano, item Statio in augurijs recitauimus. Cur verò Phigalenses in antro quodam Cereris simulacrum, quod manu altera delphinum, altera Columbam sustinebat, consecrarint, *k* Cælius eiusmodi fabulam recensct: Propè Phigaliam Arcadię vrbem, stadijs plus minus triginta mons fuit Elainon nomine, ac in eo Cereri sacrum antrum, qui μελαινῶν cognominant, ideſt nigram, pullatamue. Deæ cum Neptuno congressum sub equina specie celebrant Thelepusæi. Verùm non inde natum Phigalenses, equum volunt, sed quam dicunt Arcades δεσποιναν. Quinimo indignatione in Neptunum concepta, prætereaque Proserpinæ raptu consternatam, sibi pullam induxisse destem, ac in speluncam sese insinuantem diu postea non esse visam: verùm corruptis frugum pluribus, ac grassante latius in homines pestilentiæ vi rabida, Deorum quidem nulli superesset coniectatio, vbi latitaret Ceres. Vnum Pana, dum venando hunc, illum montem obit, fortè ingressum specum Deam ibi esse conspicatum, qui & mòx Ioui intusurrarit: à quo μοῖραι, hoc est, Parcæ illuc è vestigio missæ. Ab eis verò demulctam Cererem iram desisse, ac tristitiam valere iussisse. Causis quidem hisce astruunt Phigalenses antrum illud videre sacrum Cereri, atque simulacrum inibi consecrasse, habitu quidem in petra sedentis, ac cætera muliebri persimile præter caput, quod cum coma erat equinum, adnexis draconum, ac ferarum id genus item iconibus. Tunica ad talos demissa. Dephis manu sustinebat. Columba verò altera. Cur autem sic effigiem simulacri censuerit efformandam, facilè (opinor) sagax vir, nec imperitus rerum, bonusq; disseruerit, coniectaritue. Hæc autem hactenus ille. Celebre etiam apud *l* Homerum est prudentissimi Nestoris poculum Columbarum imaginibus decoratum, quod nimirum antiqui enarrationibus suis variè illustrarunt, vt modò patebit Homerus verò sic habet:

Παρ δὶ δίπας περικαλλὶς, ὃ ἶκοτο ἒ γ' ογειραις,
Χρυσείοις πλοιν πεπαρμένον κατα δ' συιὰ
Τέσσαρὶσαν, δοιαὶ δὶ πελειαδὶς ἀμφὶς ἑκασσον
Χρύσειαι πεμίθοντο, δύω δ' ὑπο πυθμενὶς ἦσαν.
Αλλος μὲν μογέων ἀποκίνησασκε τραπέζης,
Πλεῖον τον Νέσωρ δ' ὀγέρων ἀμογητὶ ἀειρεν, ideſt.
Iuxta etiam poculum perpulchrum, quod domo tulerat senex
Aureis clauis transfixum: ansæ autem ipsius
Quatuor erant, binæ autem Columbæ circum quamlibet
Aureæ pascebant, duo autem subtus pedes erant
Alius quidem laborans submouisset à mensa
Plenum existens: Nestor autem senex sine labore collebat.

Columbæ Semiramidis insigne.
Dea Syria antea insidebat Columbæ.
b lib. 3.
Columbæ elegans Pictura.
c lib. 12. in Var. c. 1.
Aspasiæ simulacrum.
Columbula alis passis in virginis sepulchro depicta, quid notet.
Furia canis dicitur.
Cerui ætatis symbolum.
Statuæ Apollinis humeris Columbæ insidens.
Cereris simulacrum.
k lib. 15. c. 31.
Cereris fabula.
Cereris & Neptuni congressus.
Ceres latitans pestilętiã immittit, & fruges corrũpit.
l Iliad. A.
Nestoris poculum.

Peleiades in poculo Neſtoris, an Homero aues, an ſtellæ.

Peleiades hic non ſignificat aues ſecundum aliquos, idq; fuſiùs probat doctiſſimus Athenæus. Nam cùm poculum illud aures, ſiue anſas geminas haberet, vtraque ſcilicet in binas partes verſus poculum rurſus coeuntes diuiſa, vt cùm binæ eſſent aures, & circa vtramque περὶ ἑκατέρου binæ Peleiades ſpectarentur, & rurſum aliæ duæ ſub fundo poculo, in vniuerſum ſex haberentur, quot ſcilicet in cælo etiam conſpiciuntur, itaque ſtellas, non aues ſignificare Homero exiſtimat. Sed cùm & Martialis Columbas verterit, haud inepte quis Homerum aues intellexiſſe putet:

Hic duo longæuo cenſetur Neſtore fundi
Pollice de Pylio trita Columba nitet.

m In com. Quo loco m Domitius Calderinus pro Columba turpiſſimè legit columna, ſenſum authoris planè inuertens. Extat ſuper eodem poculo elegans Alciati emblema SCYPHVS NESTORIS inſcriptum, quod tale eſt:

Neſtoreum gemmis cratera hunc accipe fundis,
Quod grauis argenti maſſa profundit opus.
Clauiculi ex auro: ſtant circum quatuor anſæ:
Vnamquamque ſuper ſidua Columba ſedet.
Solus eum potuit longæuus tollere Neſtor,
Maonide doceas quid ſibi muſa velit?
Eſt cælum ſciphus ipſe, color argenteus illi eſt:
Aurea ſunt cæli ſydera clauiculi.
Pleiades eſſe putans, quas dixerit ille Columbas
Vmbilici gemini magna, minorq; fera eſt.
Hæc Neſtor longo ſapiens intelligit vſu.
Bella gerunt fortes, callidus aſtra tenet.

Allegoria de Neſtoris poculo.

Quam allegoriam Alciatus ex Athenæo tranſtulit, cuius longiſſima diſputatio ſuper ea, ceu in compendium redacta ad hunc ferè modum habet: Neſtoris poculum quatuor aures, vt Homerus teſtatur, habebat, quod ita Poeta deſcripſit, vt cæli faciem repræſentaret. Argentum enim, quo tantũ poculum conflatum erat, cæli colorem indicat claui aurei ſtellas: Pleiadas, quæ circa aures erant, Pleiades referebant. (Peliadas ſiquidem ſæpe Poetæ pro Pleiades poſuerunt, vt Simonides, & Pindarus teſtantur per tranſmutationẽ literæ.) Et quando Homerus Peleiades .i. Columbas inducit Ioui ferentes ambroſiam, de Peleiadibus, non de Columbis eſt intelligendum. Verùm & per has aues intelligi ſupra ſcripſimus. *n* Paulus Iouius Antracium quendam Piſanis duo inuſitatæ magnitudinis tormenta rudi veterum ſæculo fabrefacta vendidiſſe narrat, quorum alterum ab inſculpta aue Columbina, alterum à terribili ictus violentia Deſperata vocarentur. Laurentius Surius, alijſq; permulti ſcribunt D. Baſilium Columbam ex puro auro, confeciſſe, in qua ſacratiſſimam cuſtodiebat Euchariſtiam; ſuſpendebat autem eam ſupra ſacram mẽſam in ſpecie S. Columbæ illius, quæ in Iordano Saluatori noſtro baptizando apparuit. Hinc *o* Baronius S. R. E. Card. In Altari inquit, item intra Columbam auream reponi ſolitam legitur in actis D. Baſilij; quæ Amphilochij nomine inſcripta habentur. Ad idem officium poſitas ſupra Altare Columbas aureas, & alias argenteas ſuper Baptiſteria ſuſpenſas Seuerus impius hæreticus ſuſtulit, vt quæ iſti ſunt Clerus, & Monachi Antiocheni libello ſupplici, quem quintæ ſynodo obtulerunt. Hæc ille. Et Platina author eſt, Hilarium Pontificem in Templo trium SS. Columbam auream duarum librarum pondere inter alia aurea munera obtuliſſe. Item Conſtantinum Imper. in Templo D. Petri auream Patinam cum Thure, Columbamq; hyacinthinis ornatam gemmis, ac margaritis conſtituiſſe. Romani Pontifices ſingulis annis in præclara Natalis D. N. Ieſu Chriſti nocte, priuſquam exordiantur ſacrificia, thure, & aqua luſtrali conſecrant, & ſanctis precibus inaugurant enſem affabrè factum, aurea vagina baltheo, capuloque aureo inſtructum, & eius mucroni impoſitum galerum ex holoſerico molli ianthino conſutum, duplicatumque exuuijs muſtelarum, vel vt quidam vocant, inalpinorum murium candidiſſimis faſcia, vel diademate aureo circundatum, & margaritis plurimis circumtextum, exornatumque. Quamuis autem nobilis, & optima hæc ſtrena, quam parat ea nocte ſolam Pontifex Summus magno cuipiam Principi domandam, qui bene de Republ. Chriſtiana meritus eſt, vel bene mereri adhuc poteſt, huc pertinere minimè videatur tamen eius obiter mentionem fieri oportuit, quoniam in eo galeto candida Columba, & ſolis globus ſcalari ſolcant, illa Spiritum Sanctum, hic ſummum omnium conditorem Deum ſignificans. De cæterorum myſterijs aptiſſimis, quorum meminiſſe, & exequi ſignificata Chriſtiani,

n L. 3. hiſt. Tormẽtum bellicum cũ Colũbæ imagine.

Columbæ aurea in qua S. Euchariſt. ſeruabatur.

o Ann. t. 1.

Columbæ aurea oblata ab Hilario Pontif.

Maximus, cur enſem conſecret nocte Natalis Domini.

ſtiani, ac pij principis intereſt, qui plura deſiderat, is Stephanum Vinandum Pigiũ adeat, qui fusè, ac doctè ea ſingulatim in ſuo Hercule Prodicio omnia proſequitur. Quod modo ad numiſmata ſpectat, pauca equidem, imo bina tantum obſeruaui, in quibus Colũbæ imago repreſentatur. In nummo ſanè Cybaritico Columba cuſa eſt. Horatio eius vrbis, & forta ſſis numi meminit, inquiens: *Numiſmatacum Colũba imagine.*

Ne Cybariſtica, ne Bithina negotia perdas.

In Cilicia ea eſt vrbs, quamuis & alia ſit minoris Phrygiæ. In nummo autem inſcriptio eſt KIBIRA. Signum Columba volans. Pierius Valerianus loci religionem indicare exiſtiomat, nimirum, vt in ea vrbe quemadmodum in Siria ſacra Columba colatur. Aliud numiſma, argenteum eſt Iuliæ Piæ, quod in auerſa parte Iuliæ Piæ in habitu viduali effigiem cum inſcriptione IVLIA PIA FELIX AVG. ab aduerſa verò Pudicitiæ Deæ eundem veſtitum indutæ, ſed ſedentis, & ab vtroque ſedis latere Columbam, manu verò ſceptrum habentis imaginem repreſentat cum literis PVDICITIA. *Iuliæ Piæ numiſma.*

EPIGRAMMA PONTANI INSCRIPTVM cui donaturus ſit ſuam Columbam.

Cui veſtrum niueam meam Columbam
Donabo, ò pueri, tibine Iuli?
An Celſi tibi? An tibi Nearche?
Non vobis dabimus mali cinædi.
Non vos munere tum elegante digni.
Quin in te miſeram crucem, diuque
Conciſis maceremini mariſcis.
Inſulſi, illepidi, & parum venuſti.
Sed cuinam cupis, ò Columba, munus
Deferri? ſcio, nam meam puellam
Amas pluſquam oculos tuos, nec vlla
Viuit mundior, elegantiorque.
Hæc te in delicijs habebit, hæc te
Præponet nitidis ſuis ocellis,
Nec tanti faciet ſuam ſororem.
Huius in gremio beata ludes.
Et circumſiliens manus, ſinuſque
Interdum aureolas voles papillas.
Verùm tunc caueas proterua ne ſis.
Nam pœnas dabis, & quidem ſeueras.
Tantillum modo, tam venuſta poma
Seces vnguibus. Eſt enim Dionis
Tutelæ hortulus ille dedicatus.
Nomen lædere tu tuum caueto.
Impune hoc facies volente Diua,
Vt dum te roſeo ore ſuauiatur.
Roſeum luteolis premens labellis,
Mellitam rapias iocoſa linguam,
Et tot baſia, totque baſiabis
Donec nectarei fluant liquores.

DOMESTICARVM ALIQVOT Columbarum descriptiones, & primum earum quibus pedes nudi sunt. Cap. II.

DOmesticas Columbas appellamus vti suprà quoq; innuimus, quæ intra limina nobiscũ ferè degunt. Harum alias nostrates, alias peregrinas, siue exoticas nominare possumus. Nostratiũ aliæ pedes hirsutos habẽt, aliæ nudos: rursus aliæ cristatæ sũt, aliæ vertice plano, q̃ vulgatiss. sunt. In peregrinis nõ eędẽ tantum



Columba domestica varij coloris cum piso.



Columba maioris nudis pedibus imago. Trofo. Auſtarnellato.

differentia reperiuntur, ſed roſtri inſuper quantitate diſcrepant. De colore omniũ nihil dico: quod ſi enim & is diuerſitatem ſpeciei in eis conſtitueret, potuiſſem qua ſuis vbique obuias deſcribere, lectorēq; in re trita, ſeù ſeria diutiùs remorari; at cum idem etiamnum mihi ſit, qui ſemper fuit, docendi animus, itaq; poſthabita coloris ratione, diuerſiſſimorum generum ſaltem vnam delineabo, vel plures ſi neceſſarium fore exiſtimauero.

Colore Columbæ variæ pedibus nudis deſcriptio.

Inter notiores, quibus pedes nudi ſunt, cum duplex genus ſit, maius nimirum, & minus duas etiã icones exhibere placuit. Prior effigies maioris eſt. Vulgus hmõi Columbas Trõfas, & Auſtarnellatas appellat. Maiore ſui parte nigricabat. Caput maculis albis, quas virides pennæ percurrebant, erat variegatum. Mentum pariter inſignẽ maculã albã habebat, ſub qua pennæ prorſus erant amethestinæ. Alæ inſup albis maculis reſpergebantur remiges verõ totæ cãdidæ: pedes rubri, albis tabellis diſtincti: cætera, vt dixi, auis erat nigra.

Magnitudo Roſtrum. Guttur. Collum. Dorſum. Ala. Pectus. Venter. Coxa. Cauda.

Quam nũc damus potius, quam aliã in hoc genere depinximus, quia videlicet inter alias ob colorum diuerſitatẽ longã pulcherrima exiſtit. Quare variã appellare libuit. Magnitudo ſi à roſtri extremitate ad caudæ finẽ, vſq; demetiaris dodrantem æquat, & palmum. Roſtrum craſſiunculum eſt, qua capiti coniungitur, albũ: nates patulæ, & nigræ: cætera coloris cornei. Caput ſuperiùs modò albis, modò amethestinis plumis variegatur. Guttur propè roſtrũ, atq; oculos primũ liueſcebat, mox prorſus candicabat. Collum coloris caſtanei, ſed in ſummitate pennarum fermè ſanguinei, & propè dorſum vireſcit. Dorſum ipſum, ac vropygium candida, vti etiam coſtæ, & alarũ remiges, nã cætera omnino ſunt ferruginea. Pectus, venterq; plumbi colorẽ æmulantur, quemadmodũ item coxæ: nihilominus plumulæ omnium ſubtiliſſimæ ad caſtaneum inclinant. Cauda ex albo cinerea eſt Tibiæ digitiq; nudi, coloris ſanguinei, albis tabellis inſignes. Vngues breues, nigri, ac minimè recurui.

Columbarũ monſtrificarũ pedibus nudis imagines.



Verum antequam ad Columbarum domeſticarum, quibus pedes hirſuti, hoc eſt, pennulis obueſtiti ſunt, deſcriptiones me accingam: monſtrificarum harum Columbarum imagines præponere libuit, quarum prior in Germania propè pagum Rikenſchouen, non procul Landouia oppido anno 1550. capta eſt, non tantum quatuor pedes, ſed duplicem etiam

etiam naturæ ad ejcienda excrementa aluum habens, quæ Augustam (vbi tunc temporis Romani Imperij comitia habebantur) Missa, primum à Carolo Cæsare, & Principibus Imperij, ac reliqua hominum multitudinem miraculi loco conspecta est. Hæc altera Bonon. nata est duplici aluo, item quadrupes colore tota cinereo ad amethistinum tendente.

Columba monstrifica alia quadrupes cum cannabe.



DE COLVMBIS PEDIBVS HIRSVTIS, siue pennatis. Cap. II.

Columba hirſutis pedibus maior, cum cicere arietino.



NOSTRATIVM domesticarum, quæ pedibus sunt hirsutis, aliæ maiores quoque, aliæ minores dici queunt, & harum rursus aliæ capite sunt plano, cristato aliæ. Quam pro maiori exhibuimus, auis erat aspectu quidem iucundissima, maxima tamen sui parte albicans. Rostrum habebat ferè luteum, ceruicem viridem, pectoris initium amethistinum, vertex capitis, dorsum, alæque superius quodammodo liuescebant. Cauda, alarumquè superiorum extremitates prorsus erant nigræ, digiti pedum rubei, cætera candida. Aracum quia quoque vescatur eo, appinximus.

Ex minoribus, quæ crista carent, hæc est, quam modò delineatum tradimus, omninò candida, sed rostrum luteum, pedum digiti rubri, ac inter eos pennæ, eæque satis longæ, & candidæ.



Si Picam Plinius, quod nimirum albo, nigroque variaret, variam appellare potuit, & nos hanc ex poſteriorum etiam genere hic iam depictam Columbam variam dicere poterimus. Nam & hæc ſi ſanguineos pedes excipias, duobus eiſdem tantummodo coloribus conſtat. Caput enim, guttur, pectus, venter, coxæ, & alæ inferius candida. Dorſum totum nigrum. Ceruix, collum, atque alæ ſuperius, necnon podex, & cauda ex albo, nigroque varia. Apicta eſt melica.



Columba noſtra criſtata.



Inter criſtatàs noſtrates huius auis icon etiam ſufficerit. Auis erat tota ſubcæruleo, nigro, ac candido variegata. Caput vbi roſtro annectitur, ſubcæruleum, mox album: in ceruice rurſus ſubcæruleum. Gula pectus, venter omnino alba: alæ albo ſubcæruleo, & nigro variæ. Cauda tota ſubcærulea pedes rubri; atque hæ icones pro domeſticis noſtratibus poſitæ ſufficiant.

DE COLVMBIS PEREGRINIS.

Cap. IV.

Columba criſpis pennis cum cicere ſylueſtri.



PEREGRINARVM quia maior diuersitas, plures etiam icones postulare videbantur. Differunt autem non pedum duntaxat ratione, sed rostri quoque quantitate, & capitis crista. Has inter tanquã mirabilior, omnium conspectũ in se rapit, præcedenti pagina depicta quã vulgò Columba Riccia, id est, cristam vestitam pennis crispis habentẽ, appellant. Auis autem prorsus erat candida, præter pedum digitos qui rubebant.

Columba Cypria cucullata cum orobo.

Superiorem pulcherrimæ excipiẽt Cypriæ, quarũ duplex genus est; cristatum vnum, alterum plano capite. Christatarum, quas cucullatas, seu monachinas, Ferrariæ Sorellas vocant, aliæ pedes nudos, aliæ plumis tectos habent, qualis hæc est, quam hic põnimus, Columbam galeatam quibusdam appellatam, quod nimirum cristam gerat admodum surrectam, magnamque.



Plurimæ ex hoc genere pedes nudos habẽt. Sed quoniam eiuſcemodi aues ſpecie ſua dũ viuunt, plurimos oblectent, nõ ab re futurum arbitror, ſi etiam aliquas delineatas exhibuero. Quæ primo loco datur auis eſt ex albo nigroq; varia, pedibus ruberimis.

Columba Cypria alia cum lente.



Sunt qui ob pectoris amplitudinem, hanc, quam nunc depictam tradimus, vulgo etiam Tronfo nuncupent, & gutturosam. Avis est satis speciosa capite ex albo, & cinereo variante, crista omnino cinerea. Rostrum vbi capitis coniungitur superius album, cætera cinereum. Pectus ab initio, totusque ventre alba. Collum elegantissimo colore puniceo nitet, intercursantibus pennulis viridibus. Alatũ vestitricũ quatuor primi ordines albi, quintus castaneus, sextus, ac postremus ater: remiges rursus omnino candidæ. Cauda, ac vropygium ex albo ad cinereum vergentes. Pedes rubri: vngues nigri, exigui, minimè vnci.

Columba Cypria alia cum fumaria lutea.



Hæc quoque Cypria quibuſdam dicitur, & criſta decoratur ſatis venuſta: ſed haud ita cucullata: quare ad cõmunes noſtrates domeſticas potius, quam ad Cyprias meo iudicio referenda eſt, maximè cum & roſtrum ſit longiuſculum, quod Cyprijs breue eſſe ſolet. Cæterum auis tota coloris erat caſtanei, ſi candidas quaſdam maculas, quæ in collo, ac propè remiges, nec non ad ventrem cõſpiciuntur, excipias. Remiges tamen etiam caudaque intus candidæ ſunt: pedes rubri: vngues nigri, roſtrum luteum.

Columba Cypria alia cum araco.



Posteriores hæ duæ vbique fermè similes. Priorem tamen alba macula, quam retrò oculos ante cristam habet, facile ab altera distinguit. Vtraq; colore cinereo est ad subcæruleũ declinante. Collum etiam vtrique elegàntissimo, ceu torque pollicem lato viridi ornatur. Priori remiges candidæ, alteri nigræ, quibus tamen binæ etiam candidæ immixtæ sunt. Caudæ extremum vtrique nigrum, rubri pedes.

Columba Cypria alia cum verbenaca.



Columba Cypria alia cum lente minore.



Eiuſcemodi Columbarum genus nonnulli Indicas appellant, cùm Cyprijannumerari optime, ni fallor, queant. Nanque ſi criſtam, ſiue cucullam addas, planè tales euadent. Quæ priori loco poſita eſt. Columba tota erat nigra præter croceos oculos, & rubros pedes, nec non poſteriorem roſtri partem, quæ lutea eſt.

Columba vulgò Indica dicta cum pede Columbino.



Sunt qui hanc Cretenſem appellant, quando alioqui roſtri breuitas ſuperiori congenerem, eſſe demõſtret. Auis eſt capite, dorſo, pectore, ventre, cauda, & coxis cinereis. Roſtrũ luteſcit, ſuperiuſq; qua capiti nectitur, albũ habet tuberculum. Supra oculos retrò prope verticem, oblonga macula candida erat: ſimiliſq; alia mentum conſtituebat. Collum ad latera viride, cætera cinerum, pennis intercurrentibus puniceis: prope pectus verò omnino puniceum. Alæ erant verſicolores. Octo enim priores ordines prorſus erant cinerei, dein alius ordo coloris cere, iquem rurſus albus, albũ rurſus ordo cereus excipiebat. Remigum minores ab initio albæ, à medio ad extremitates vſq; cerei coloris erant, maiores totæ candidæ. Pedes rubri, vngues nigri.

Columba vulgò Cretenſis dicta cum vite vuam ferente.



Huius generis Columbam quidam gutturosam vocant, sed id nominis meo iudicio, magnis illis quæ in ipso volatu guttur aere inflantes, tanquam in amplum tumorem adducũt, potiùs competit. Color huic aui pene vnus, nimirum castaneus ad rubedinem vergens. Rostrum breue, crassum, tuberosum, totum album. Macula item alba supra oculos à rostro per frontem ascendit. Oculi rubescunt. Pennæ colli ad latera, & in extremitatibus in viridem colores desinunt. Alarum remiges, caudaq; extra candicant, intus sunt castanei coloris, pedes rubri, vngues nigri.

Columba perperam gutturosa dicta, Cretensis vel Cypria potius, cum cicere sylvestri.



Ex eodem genere eſt, quam nunc exhibeo, etſi monſtrifica. Color eis ex amothiſtino cãdicans. Auis erat quodammodo bicorpor, ex vno nimirum corpore alterum par pedum emittens, cùm reliqui duo alteri corpori perfecto ineſſent. Capitis coloris amethiſtino puniceus alius erat immixtus: pedes pallidè rubeſcebant, vngues nigricabant.

Columba Cypria quadrupes cum araco.



Eiusmodi Columbas Persicas, & Turcicas appellant, colore toto pullo, siue betico, præter oculos, qui miniaceo colore, & pedes, qui pallidè rubent, necnon rostrum, quod lutescit. Nunquid verò eiusmodi color huic generi proprius sit, planè ignoro.



Hanc iconem, quã modo dabimus Hieronymus Parauinus Medicus clariſſimus Viennã mihi ex aula Sacræ Cæſareæ Maieſtatis ante aliquot annos tranſmiſit ſub titulo Columbæ Indicæ roſtro Anatis, cùm interim præter pedes, & magnitudinẽ nihil cũ Columbis commune habeat. Roſtrum enim, remigum, caudæque breuitas Anatem potius, quã Columbam conſtituunt. Quid verò de natura eiuſcemodi auis dicam, præter nudam, eamque propè mutilam deſcriptionem nihil habeo. Columbis tamen adijcere eius iconem propter inditum nomen liceat. Lector interim curioſus, ſi dabitur occaſio, reliqua quæ ad naturam eius ſpectant, inquirere poterit, & defectum noſtrum in re tam ſeria ſupplere. Roſtrum primùm albicat, dein circa nares erubeſcit poſtremò ſerpentium inſtar ſubcæruleis, & nigris maculis, quæ per totum fermè verticem producuntur variegatum eſt. Sub oculis macula longa alba totum caput tanquam torquis ambit. Collum interius virelcit,



retrò ſub ferrugineum eſt, ſicuti etiam potior pars alarum. Pedes tenuiter admodum rubent. In pectore pennæ quinque, aut ſex in vertice albæ totidem eiuſdem coloris maculas conſtituit; cætera fuſca ſunt.

Columba Saxatilis M. Varronis cum cannabe.



Antequam verò ad ferarum Columbarum priuatas historias me accingam, agrestis, siue saxatilis, vt Varro nominat, Columbæ imaginem prius exhibere necesse esse iudico, eoque maximè cum agrestium, nimirùm, quæ in Columbarijs nostris degunt, natura planè in omnibus eadem sit, si tantùm habitationis locum excipias cuius gratia minus humana consuetudinem ferunt.

Quia verò, & in hoc genere etiam variat color, itaque hæc, cuius iconem expreſſimus, non ideo depicta eſt, tanquam eo colore omnes ſint, ſed quia plerunque ſaltem tales. Color capitis ſupini, colli prope dorſum, & alarum ex cinereo fuſcus. Ramiges omnes pennæ cinereæ. Dorſum ex cinereo albicat. Vropygium, & cauda cinereæ, hæc verò in extremo nigra. Pectus ad caſtaneum vergit. Venter totus leucopheus. Pedes rubicundi, tabellis albis ornati. Vngues nigri.

DE PALVMBO MAIORI, ſiue Torquato. Cap. V.

ÆQVIVOCA.

ENARRATIS iam ſatis, ſuperque quæ ad Columbarum generatim conſideratarum hiſtoriã pertinere videbantur, deſcriptiſq; aliquot domeſticis, ſyueſtres ſequuntur, in quibus Palumbus Torquatus, nimirum omnium maximus primum locum iure merito obtinet. De quo antequam agamus more noſtro quædam recenſebimus, quæ eodẽ nomine inſigniuntur. Gladiator quidem magnæ famæ Palumbus dictus eſt, de quo lepidiſſimum apud Tranquillum apophthegma legitur Claudij principis: nam cùm populus Romanus aliquando obnixè Palumbum illum exhiberi peteret, Claudius alludens ad nominis amphibologiam daturus ſeſe Palumbum pollicitus eſt, vbi captus foret. Athenæus piſces quoſdam Palumbos nominat ex Epicharmo his verbis: *Mane ab aurora apuas exigne comedimus rotundas, ac porcellos, carnes aſſatas, polypos, quibus cum vinum dulce bibimus, heu me miſerum ad ſepulchrum me vocans, mala dicit, præter triglas, tum duæ amiæ mediæ appoſitæ, Palumbiq; Φάσσαι tanti aderant, & ſcorpij.* Paſtina marina, cuius redij, ſiue caudæ ictus lætalis eſt, Venetijs vernaculè peſce Palombo appellatur, quæ nunquid Φάσσα ſit Athenæi, peritiores inquirant: nam quamuis adeo venenoſo armata ſit radio, non ob id tamen à ciborũ cenſu prorſus ſubmouetur, abſciſſa ſiquidem cauda vbique fermè venalis habetur, & in cibos admittitur, verùm vilis, & plebeia æſtimatur; nobilis tamen, ac delicata, ſi muſtelæ læui comparetur, quæ & ipſa tamen Romæ neſcio, quam ob cauſam peſce Palumbo vulgò dicitur Caniculam muſtelarum pariter generis in quibuſdam Galliæ locis Palumbum vocari audio.

Palumbus gladiator.

a li. 7. ca. 3. Palumbus piſces.

Paſtinaca marina.

Muſtela lævis, peſce Palumbo dicta.

SYNONYMA.

QVÆ Græci Phattis, ideſt, Palumbis, ea aui Guareſen dictæ aſcribunt Arabes, pro qua voce Bellunenſis habet Alurſan, ſeu Aluraſen, ni fallor, nam Columborum ſyueſtrium cæteris maiorum, notorumque in Syria ſpeciem eſſe aſſerit, & alibi Aluers Columbos ſylueſtres magnos exponit. Apud veterem Auicennæ gloſſographagum etiam Algauriſcen legitur. Apud Hebræos hoc nomen non reperitur, Albertus vbi Gaza Ariſtotelem traducens habet, *Cenas maior eſt Columba, minor Palumbe*, legit minor eſt, quam Kyloz, vel Kalez. Aphatta Græca voce Feita, & vehica etiam detorſit, Auicennæ interpretes, vt apparet, ſecutus. Græci hanc auem, vt ſæpe diximus Φάσσαν, Attici. Φάτταν, moderni Φάπα dicunt. Gaza Latine traduxit Palumbes. & rectè quidem ſed perperam eo nomine Phattam, & Phabem tanquam eaſdẽ aues comprehendit, Plinium, ni fallor, ſecutus, qui nuſquam Phabes nominat, ſed Palumbes tantùm ſimpliciter, atque eam vocem ad omnes forſan ſylueſtres Columbas extendit. Exempli cauſa, vbi Ariſtot. ſcribit, *Cuculum in Phabum nido parere*, ille Palumbis habet. Alibi verò viſcum naſci negat niſi per aluum auium redditum, maximè Palumbis, & Turdi, quod Athenæus de Oenade atteſtatur. vnde ſatis liquet, Plinium, ſi non omnes, ſaltem pleraſque Columbas ſylueſtres, Palumbes vocaſſe. Quamuis tamen eodẽ in capite modò Palumbum ſimpliciter, modò Palumbum ferum nominet: quare hìc ferum fortè dixit non ſaginatum. Ex recentioribus. doctiſſimus Hermolaus, & Perottus Palumbi ſignificationẽ etiam ad omnes Columbas ſylueſtres extenderunt,

Guareſen. Alurſan. Aluers. Algauriſcen. Kyloz. Kalez. Gaza error. Plin. error.

Viſci generatio.

Hermolai, & Perotti error.

runt, Palumborum genus vnum cuius fimo viscum nascatur. Athenæum Oenadem appellare scribentes. Veterum enim nemo Oenadem Phattis, aut Phabis annumerauit, sed Columbaceo generi simpliciter, cuius, & Phatta, siue Palumbes species existit. Nõnunquam etiam Palumbus cum Columbo apud authores confunditur: vnde nonnulli, dum intelligunt Palumbos, maioris distinctionis causa, feros dicunt. Ego, vt omnis vitetur confusio, Phattam transfero Palumbem, siue Palumbum torquatum, vel maiorem, Phabem verò Palumbem minorem: quemadmodum etiam Iulius Cæsar Scaliger *a* alibi fecit: quamuis aliàs Phabem nunquam videre mihi contigerit, nec ab vllo recentiorum descriptũ cernam. *Palumb. cũ Columbo cõfunditur.*

10 Sed & ipse Ælianus quoties Palumborum meminit, Palumbos semper Φάττας nominat, nunquam Φάβους. Martialis, qui & ipse tamen Φάβους (ni fallor) vel nunquam agnouit, vel saltem de eis non meminit, Palumbos torquatos elegantissima distinctione appellat: idem faciunt ex recentioribus Niphus, & Perottus. Quod verò Phabes Palumbes minor verti queat, vel inde saltem constare potest, quia idem Accipiter, quem Latini Palumbarium, vel potius Palumbicidam nuncupant, Græcis modò Φασσοφόρος, modò φαβοτύπος, siue φαβοκτόνος indifferenter vocetur, tanquam vtrunque hoc genus peculiari odio indifferenter rapiens. Quæ cum ita sint, superest, vt reliqua synonyma persequamur Palumbo torquato competentia, in quibus, si quæ sint, quæ & Phabi attribui queant, ea vtrinque accommodabimus. Palumbus in masculino genere passim apud authores legitur: Palumba 20 in fœminino apud Propertium. *b* Vergilius, vt nonnulli putant, Palumbos dixit in fœminino, hoc versu: *Translatio propria. al. l. c. 27. in Theoph. de plant. Accipiter Palũbarius*

Nec tamen interea raucæ tua cura Palumbi.

Sed fortè hic Palumbes legendum, nam hæc vox vsitatior est apud omnes Latinos scriptores, quamuis & ipsa non semper in fœminino genere cùm apud poetas, tum apud prosin- scribentes. *c* Plautus in masculino genere dixit, inquiens: *b In Bucc.*

Qui enim intelligo duæ vnum expetitis Palumbem, Quem locum Nonius quoque adducit. Lucilius pariter, *Palumbes macros* vocasse legitur. *Palumbium ferorum* legimus in Plinio, & alia lectio habet *ferarum*. *Quo Palumbem vnum*, inquit Pomponius de vite, vt citat Nonius, *ex ore tollat*, Palumbulus, vti Columbulus diminutiuè etiam dicitur. Palumbula quoque legitur in Cornucopiam Perotti, authore non citato. Nobis Italis Palombella dicitur, vt 30 audio. Palumbi genus alterum, & minus, quod Liuiam Niphus, nescio num bene interpretatur: Quapropter ego Palumbulum poti- s Phabem dixerim, quasi Palumbum minorem, nisi Palumborum pullos alij Palumbulos etiam vocarent, quod non veto. In Marchia Anconitana duo Palumbi genera reperiri intelligo magnitudine differentia maius appellari Palumbono, minus simpliciter Palumbo: quæ fortè Phatta, & Phabs fuerint. Isidorus Palumbes dictãs putat à pabulo, eo q sint farctæ: addit tamen ex moribus appellari, q comes sit castitatis, quod postremum magis placet; nam & Albertus, vti scripsimus Palumbem dictam ait, q parcat lumbis, sicuti Columbam contrà quòd lumbos colat. Hallucinatur Adrianus Iunius, Palumbem Martiali simpliciter Torquatum dici existimans; nam Martiali hæc vox epitheton, sicuti ex hoc versu, vel mediocriter doctus videat: & ex quo etymum Alber- 40 ti egregiè elucescit. *c* In Bacch. *Palũbulus. Palõbella, quæ auis Italis. Palumborum genus maius, & minus vbi. Palõbono. Etymologia. Adriani Iunij lapsus.*

Inguina Torquati tardant, hebetantque Palumbi.

Rectius dixisset Iunius quotiescunque Palumbes simpliciter nominatur, de Torquata intelligendum esse. Seruius Palumbes vulgò Titos vocari scribit, idque Isidorus repetit: quin- imo idem Seruius dicere non veretur, Palumbes non dici Latinè, sed multorum authoritatem Latinum fecisse, vt Ciceronis in Elegia, quæ Thalemastis inscribitur, vt Vergilius in Bucolicis. Cælius Palumbes Titos dici arbitratur ex Passerum salacitate, qui solent, inquit, τιτίζειν, idest titissare: quanquàm, & τριβίζειν, de voce eorum vsurpatur: hinc fortè Titis deriuatur, vt scribit Dionysius, auiculæ species, aut etiam auis quædam minutior. Hoc ille: Et Cornutus in illum Persij locum *Palumbes simpliciter de Torquata intelligẽ d.*. *Titi quæ. Palumbes cur Titi dicantur.*

Ingentes trepidare Titos.

Columbos agrestes interpretatur, Ascensius verò, qui, & ipse Persium commentatus est, 50 pullos Columbinos congruere inquiens vulgari Flandrico, quo sic pulli Gallinacei vocentur, & de iuuenibus ignauis per irrisionem, q sint pulchri Titi. Ego Persium per Titos ingentes, aues intelligere non puto, sed vti vetus interpres interpretatur Titios principes Romanos, alias Tatios dictos, vel si omnino Titos velit quis aues esse, ego Titias aues interpretabor .i. Vultures: etsi similem vocem nimirum τιθαιὼν reperio apud *d* Aristot. vbi etiam Gaza Palumbium transtulit, quam pariter lectionẽ secutus videtur doctissimus Turnebus. qui ad hæc Varronis verba, sodales Titij, &c. sic scribit, *Titi q Persio vocetur. d 8. h. c. 16*

Titij à Tacito vocantur lib. 1. à Lucano Titij. Vtrumque verum puto, cum & Titiensis trib. à prænomine Tatij dicta sit, & Titia curia ab eodem. Tatij tamen sodales à Varrone dicuntur nõ Titij, argumẽto Titiarum auium. De his ita scribit Tacitus

Titiensis tribus. Titia curia

Titius Tatius.

Tacitus. Vt quondam Titus Tatius retinendis Sabinorum sacris sodales Tatios instituerat. Varro autem à Titijs auibus appellatos putat. Vetus interpres, Ingentes trepidare Titos, cùm Poeta ait, à Titis Titos vocatos dicit. Seruius Palumbes dicit vulgò appellari Tetas. An sint hæ Tittæ aues lectori conijciendum relinquo. Hæc ille *e* Arnoldus Villanouanus subinde post Turtures Cadones nominans, non alias aues, quàm Palumbes videtur intelligere. Palumbes, teste Augustino Nipho vulgò Torquati appellantur, nonnulli Latinum nomen quodammodo seruantes Palumbo appellant, aliqui rursus Colombo Torquato, quemadmodum, & Hispani Palòma Torcaz, circa Ferrariam, & Bononiæ Colombo Fauaro nomine non ad Phaps Græcorum accedente, vt Ornithologus existimat, sed quod fabis vescatur: sed Gallorum Phauier fortè Phabs fuerit, quo nimirum nomine Aquitani genus à Phatta diuersum appellant: aliàs Phattas Ramier dicunt; quod in ramis arborum nidificet. Ornithologus dubitat nunquid Græcorum Semiramis à Ramier Græcorum deriuetur, quod etsi propter Gallorum vetustatem negare prorsus non ausim, magis tamen placet, Semiramidem eam statui, quæ nobis vulgò Sassarolo vocatur. Nam Diodorus Semiramidem in loco saxoso, & deserto nutritam à Columbis tradidit. Nonnulli Galli, vt Phattam à Phabe distinguant, illam grand Ramier, idest, Palumbum magnum, hanc petit Ramier, idest, paruam Palumbem nuncupant. Robertus Stephanus Palumbem interpretatur etiam Coulon, ou pigeon Ramier, oug Mansart: quæ posterior vox, aut saltem consimilis, nimirum Mansau Brabandis, vt audio, vsitata est. Germanicè vocatur Ringeltub, nempe à circulo, siue torque circa collum. Alijs vt in Heluetia, teste Ornithologo, Schlagtub, Grosz Holtztub. Alijs Plochtub, nomine forsan à Palumbe facto, Flandris Kriesduue, Hollandis Ringduue, Anglicè à Coushot, à Ringgeddoue, vt Gul. Turnerus interpretatur, vel vt Eliota à Vvood Culuer, idest, Columba syluestris, vel vt alij, à Blokdoue, à Stokdoue. Illyricè Divvoky.

e li. de sanctuend. Cadones, quæ aues. Palumbo. Paloma torcaz. Colombo. Fauaro. Phauier. Semiramis quæ auis. Grand Ramier. Petit Ramier. Coulon, ou Pigon, Ramier, oug. Mansart. Mansau. Ringeltub.

GENVS.

PHASSAM è Columbarum genere esse antea ex *a* Aristotele ostendimus, & maximam in hoc genere. Plinius Palumbulum ferum dixit, non quia, & domestici dentur, vt Ornithologus putat: nam quos hic domesticos interpretatur, nimirum Palumbos pedibus pennatis suis Zam Schlagtuben, hoc est, Columbas Italicas appellatas, illi sunt, qui vulgò tronfo vocatur, quod ipsemet mihi indicare videtur, nam vbi locum Eustathij, & Athenæi scribent ium, Palumbos magnitudine Gallinacei esse interpretatur, tantas ferè Columbas se Venetijs vidisse aduectas profitetur, & fortè, inquit, huius generis Palumbes cicuratæ fuerint: alibi item vbi vocem illam Vvelsch tuben exponit, Columbas pedes plumis indutos habentes esse ait, alijsque Russicas appellari. Huiusmodi autem aues ex Columbarum, meo iudicio, non ex Palumbium genere sunt; nec obstare arbitror, quominus id sic credam, quod antiqui Palumbes cellares habuerint, nã has propterea pennatis pedibus fuisse nemo dixerit. Niphus ex columba cellari, & Palumbo, quoddam Columbæ genus diuersum enasci tradit, quod quamuis nunquã obseruauerim, inficiari tamen noluerim, maximè si Columba mas fuerit, Palumbes fœmina. Nam quàm salax Columbus sit, satis à me demonstratum. Sed an syluestrium Palumbium, hoc est, Palumbium per se consideratarum genus diuersitatem admittat nondum mihi constat: nam & in cõmuni prouerbio est Columbo Palumbus semper adsimilis. Lego tamen apud Petr. Martyrem Hispanos in quadam insula noui orbis inuenisse Palumbos nostris grandiores, sapore, & gustu Perdicibus nostris meliores, aromaticum quendam odorem spirantes, eorumque ingluuies, cùm dissecuisset, odoratis floribus plenas deprehendisse.

a l. 5. Hist. cap. 13. Palũb. cur ferus à plinio dictus. Ornithologi error. Zã Schlagtuben. Vvelschtuben. Tronfo. Russicæ columbæ. Palumbes cellares. An in Palũbiũ genere diuersitas. b l. 10. dec. 1. Ocea. Palumbes nostratibus maiores.

FORMA. DESCRIPTIO.

PALVMBES COLVMBIS adsimiles esse, vel ex communi habemus Adagio. Eustathius, & Athenæus Aristotelem citans, apud quem hoc non inuenias. *Phassam aiunt magnitudine esse Gallinacei, colore cinereo.* Quem locum considerans, ceu parum verisimilem Nicolaus Leonicenus, *haud*, inquit, *multò minor est paruis Gallinaceis*: alius item quidam vir doctus, cuius nomen modestiæ causa sileo, eundem èxaminans locum, nonnullis in regionibus Gallinaceos æquare existi-

Palumbes Golũbis adsimiles. Magnitudo. Color.

m:,

Palumbus Torquatus cum piſo.



Athenæus explicatus. ali. 5. Hist. cap. 13.

mat, & nos iam paulò antè ex Petr. Martyre in quadam noui orbis insula nostratibus maiores reperiri diximus. Sed Athenæus vniuersaliter de Phassis loquitur: quare vel non agnouit, vel fortassis de corporis crassitie intellexit, nã eo modo ad Gallinas propemodum accedere dici poterit: aliàs reuera tam magnæ non sunt. a Aristoteles quidem Phassam in Columborum genere maximam nominat, sed Gallinacei magnitudine esse, vt ille citat, nusquam in ijs, quæ extãt eius scriptis, legitur. Colore cinereo esse verissimum est, si ad alia Columbarum genera comparetur. Phassam quàm breuissimè ita Bellonius describebat. Palumbes coloris est cinereo capite ex rubro, & cæruleo mixtis, alis in lateribus maculis albis insignitis, torque coloris à capitis, dorsiq; colore diuersi, à qua Palumbos torquatos dixit Martialis, canens.

Palumbis maioris descriptio ex Bellonio.

Inguina Torquati turdant, hebetantq; Palumbi
Non edat hunc volucrem qui cupit esse salax.

Descriptio ex Ornithologo.

Hæc ille. Apud Ornithologum verò exactissima Palumbi Torquati descriptio legitur, quæ talis est: Palumbus Torquatus quem manibus tractaui, dum hæc scriberem, longus erat circiter duos dodrantes à rostro ad pedes retrò extensos: pondere vnciarum sedecim cum dimidia. Circulus albus in collo imperfectus, supina colli parte desinens, duorum digitorum interuallo. Is in minoribus ætate non percipitur. Candidæ aliquot pennæ in medijs alis apparent, in Liuijs non item, vt neq; circulus colli. Externa pars alarum, quæ longioribus pennis constat, colore nigricat, interior magna ex parte fusca est, vt etiam dorsi superior pars: reliquũ dorsum, & cauda cinerei planè coloris sunt. In collo præcipuè prono, & ad latera pennæ (præter albas) variæ, & pro alio, atque alio ad lucem situ positæ purpureæ, virides, cæruleæ, cinereæ. Collum pronum cum aliqua parte pectoris purpurei coloris plumas habet, cui cinerei etiam nonnihil confusum est. Cauda extrema nigra, pedes rubicũdi, rostrũ subflauũ, cute vtrinque purpurea inductum. Ventris plumæ partim albæ, partim cinereæ. Aliàs etiã mihi incipienti Torquati venter magis ruffus visus est, quã Liuiæ.

Longitudo. Pondus. Collum. Vt à Liuijs differat. Ala. Dorsum. Cauda. Collum. Cauda. Pedes. Venter.

ANATOMICA.

a 2. h. c. vl. b li. 11. ca. 37. c 3. Hi. c. 1

HVIC auium generi a Aristoteles ingluiem ventriculo præpositam haberi memoriæ prodidit. Atque ita istæc b Plinij verba, *Palumbes vltra ventriculum habet ingluiem* intelligere oportet, nam & alibi ita scribit: *Aues quædam sinum vnum habent, quo merguntur recenta, vt guttur: alterum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata, vt Gallinæ, Palumbes, Columbæ.* Eisdem auibus cùm Venerem exercent, insigni tantisper magnitudine testes augentur, teste c Philosopho, *hyberniq; mensibus*, inquit, *ne villos quidem in ijs haberi nonnulli arbitrantur.*

LOCVS.

a li. 15. ca. 37. Palumbarum mira copia vbi. b l. 1. Hist. cap. 1. Palũbes, vt campestria loca habitare aiebat. Palumbes non insidet humi, c In Acon. Palumbes syluarũ dona dicta.

TORQVATI Palumbi nullibi non noti sunt. Miratur a Ioannes Bruyerinus, vnde tantus eorum, cùm apud Delphinates, tùm apud Vesates Aquitanos prouentus existat: quibus ex verbis facilè colligo in illis Galliæ partibus copiosiores longè, quàm apud nos haberi, vbi iam mense Maio cùm hæc scriberem bis in foro apud aucupes quæsitum Torquatum reperire non licuit. Sed quid b Aristoteli respondebimus, qui Phattas campestres vocat, cum contrà in arboribus degere nemo ignoret? Is meo iudicio hic per campestria loca intelligit, quæ in arboribus consita sunt, non autem planos campos, quos campestres aues incolunt in terræ areis nidos constituentes, nam Palumbes nunquam, vel admodum rarò humi insidere visæ sunt, sed arboribus, vel saltem locis editioribus semper. Elegantissima desumpta paroemia dicabat c Iouianus Pontanus de re insolenti:

Liquere palumbes.

Quercus: ideſt, arbores. Ita Vergilius ab vlmo gemitu earum audiri dixit:

Nec tamen interea raucæ tua cura Palumbes
Nec gemere aerea cessabit Turtur ab vlmo.

Habitant autem plerunque syluas, teste Aristotele, quapropter facere admodum Nemesianus Poeta has aues syluarum dona nuncupat, inquiens:

Geminasq;

Geminasque Palumbes
Nuper quæ potus syluarum præmia misi.

d Plinius Palumbes migrare scribit, sed quoniam eant, incertum esse, idque cùm experiẽtia, tùm recentiorum multorum, quinimmo ipsius *e* Philosopho testimonio de Torquatis comprobatur. Hic autem non discedere solùm Phattas, sed quod maius est, ne hybernare quidem apud nos sese pati asseuerat: attamen cũ Plinio Palumbis nomine etiam Phabs comprehendatur, & si Deo placet, ipsemet *f* Aristoteles alibi scripserit *Semper apparere Phattas*, siue Palumbes apertissimè sibi ipsi repugnans, itaque quispiã dubitare possit, nunquid vel Palumbes siue Phassæ, vel Phabes migrent. Difficultatem hanc soluit doctissimus Athenæus, qui posteriorem Aristotelis locum in suos libros transcripsit, & pro Phatis Phabes habet, quare Phassas migrare, Phabes semper apud nos haberi constituendum est, & meo iudicio in modernis Græcis *g* Aristotelis codicibus perperam Φάττας pro Φάβις legitur. Alibi idem Aristoteles Τύβαων aliquas latere scribit, aliquas non, sed cum Hirundinibus abire: quo loco Gaza nescio, an bene pro Τύβαων Palumbium vertit alludens, vt videtur, ad nomen Seruij Titi: quod Palumbem significare tradit: at docti inquirant, quæ aues illæ Aristoteli fuerint, quarum neminem adhuc meminisse video, sed ne vocem à Lexicographis acceptam. Agricola Palumbes eis auibus connumerat, quæ in loca vicina tepidiora secedunt, & si ea defuerint, se in angustis montium iugis recondunt: atque ea de causa vere no tempore deplumes solere conspici: quod si verum est, Gazæ interpretationem aliquo modo defendit, at non arguit non decedere, nam hoc certissimum est, mirumque quot è mari quotannis in agrum Volaterranum, item Delphinatem aduolent.

d lib. x. c. 24.
An migrẽt. el. 8. hist. cap. 12.
f lib. eod. cap. 3.
g lt. 8. cap. 16. hist.
Palumbes se condũt.

INGENIVM. MORES.

MIRA de Palumbium castitate recitauimus ex Æliano in Columbæ tractu, quæ hic repetere nolumus. *h* Aristoteles tradit, mare vno contentam viuere Palumbem, nec alterum recipere. Vnde Isidorus de etymo huius auis loquens, *Comes est*, inquit, *castitatis, cùm, amisso corporali coniugio solitaria incedat, nec carnalem virũ copulam requirat.* Quapropter meo iudicio, quæ de Columbarum in genere castitate referunt, ad Palumbium genus, Turtures, cæteraque syluestres potius, quàm domesticas referenda sunt. De hac admiranda Palumbium castitate loquens *i* Porphyrius: *Mira est*, inquit, *Palumbium in coniugio castitas, quæ etiam adulterio corruptæ interimunt corruptorẽ, si assequi possint.* Atque hæc de castitate harum auium breuiter dicta sufficiant. Sed vt ea virtute Columbas domesticas vincere videtur, ita par vtriusque est ingenium, nempe simplex ad hæc habes, ac obtusum, vtpote quod non hominibus tantum, sed ipsis brutis etiam, iisq; stupidissimis nimirum Cuculis perspectum est. Hi enim cùm in quarundam stolidam stolidarum auium nidis oua pariant, tum id in Palumbium teste *k* Aristotele, maximè nidis faciunt, suosque liberos educendos eis committunt. Ad quam ingenij hebetudinem alludens facetissimus Plautus, hominem soliuagum, ac aliorum consortia fugientem, ideoque bardum, atque stupidum elegantissima similitudine Palumbem nuncupat, aduocatosque homines, scilicet vafros improbo Lenoni eum spoliandum tradentes introducit tanquam hominem peregrinum facillimè in aliena vrbe decipiendum: Ait autem,

Nos tibi Palumbem ad aream vsque adduximus,
Nunc te illum melius capere, si capium esse vir.

Verùm quid si hinc astutiam auis, vafritiamque quis potiùs colligat quàm stoliditatem, & Plautum dicere voluisse asseueret, aduocatos illos gloriari se hominem, qui alioqui deceptu difficilis esset. Palũbi assimilasse aui scilicet, quæ difficulter capiatur, quod acumen potiùs, quàm stoliditatem denotat? Quid si præterea ideo Cuculum in eius nido oua sua deponere dicat, quia, teste Oppiano, visis Acciptribus procul aufugiat? Verisimile enim est, & eo viso, qui veteribus propter magnam similitudinem Accipiter creditus est, aufugere, atque ita Cuculum impune, ac sine vllo obstaculo earum nido parere. Amplius alienum à veritate minimè videtur oua Cuculi Palumbinis ita dissimilia non esse, vt ea à suis distinguere Palũbes queant. Quid igitur concludendum, stolidis ne an potiùs astutis auibus sunt ac cẽsendæ Palũbes? Ego stolidis annumerem, nec obstat, quod difficulter capiantur, nam & Cuculus, brutorum ferè omnium stupidissimus parata sibi retia vitate nouit. Altera ratio negari non possit, si Cuculus præsentibus illis ad nidum earum accederet, verùm is ex-

h Hist. c. 7.
Castitas. Columbis ascripta cui generi conueniat.
i lib. 3. de abstin. ab animatis.
Ingenium. Cuculus in Palumbiũ nido parit. kl. 10. c. 7.
Homo stolidus palũbus dictus.
Palumbes difficulter capiuntur.
Cuculus olim Accipiter creatus.

pectat

pectat, dum longè absint. Dicamus itaque ingenio esse præditas hebeti, nam & idem Comicus in hoc eodem sensu Palumbis nomine amatorem vix mentis compotem perstringit, inquiens: *Qui enim intelligo, dua vnum expetitis Palumbem.* Quamuis verò ita vituperemus harum auium ingenium: attamen non ideo statuimus ita stolidas, & stupidas existere, vt omnino eo sint destitutæ quin contrà in quibusdam sapientiores hominibus nonnullis esse existimamus, nam exempli causa inter arbores lautum, origanum inter herbas non tantummodò agnoscunt, sed in vsum suum, vbi opus est conuertunt. Plinius Lauri folio annuum fastidium purgare eas atte statur; Philes contrà fascinationem edere: Apollo Orus in nidum inferre, vbi ægrè habent, atque ita conualescere, Gaudentius Merula, vt blattas ex nido extrudant, vel, vt noxias bestiolas fugent, vt habet Ruellius. De origano verò ita scriptũ reliquit Aelianus: *Perdices aiunt, & Ciconias Palumbas vulnere accepto origanum imponere, & ad sanitatem redire*, idem reperies ab Antonino Liberali repeti.

l lib. 1. de stirp. ca. 22.

VOLATVS.

AVES huiusmodi, cùm è Columbarum genere sint, similem etiam quem illæ volatum exercere credibile est. *a* Philosophus cum ad nos accedunt, & cùm suo tempore secedunt gregatim volare eas testatur. Vergilius aerias appellat, videndum nunquid à volatus pernicitate, vel fortassis à loco, nam in aere habitant; dicebat autem:

a lib. 8. hist. cap. 12.

Nanque nutant
Ipse locum aeria quò congessere Palumbes.

VOX.

IDEM Vergilius Palumbium vocem raucam nuncupat hoc versu:

Nec tamen interea rauca tua cura Palumbes.

Plausitare Minurire.

Sed qualis istæc vox sit alij aliter scribunt. Proprium verò earum est palusitare, vt monstrat author Philomelæ hoc versu;

Plausit at arborea clamans de fronde Palumbes.

Aelius Spartianus verò minurire Palumbos dixit: Multis etiam, vt Columbæ gemere dicuntur, hinc *b* Martialis:

b lib. 3.

Gemit hinc Palumbus inde cæreus Turtur.

Eiusmodi vocem, siue gemitum *c* Plinius cantus nomine non dedignatur, eumque secutus *d* Angelus Politianus; dum canit:

c l. x. c 30.
d In Rust.

Dum sua Torquati recinunt dictata Palumbes.

Plinius hyeme tacere scribit, & nullam vocem emittere, vbi ait: *Cantus omnibus similis atque idem trino constitutur versu praterquam in clausula gemitu: hyeme mutis vere vocalibus.* Atqui *e* Aristoteles hyeme quidem mutas esse tradit, sed si aliquando ex asperrima hyeme placidum tempus successerit, gemitum earum audiri apertissimè scribit, idq; inquit, apud peritos in admirationem habitum esse. Et Alexander Mydius apud Athenæum ab eis vocem edi negat nisi serenitas fuerit. Quinimo Augustinus Niphus sese hyeme tranquilla, & serena multis diebus gemitum earum audiuisse profitetur, quę mox aduenientibus imbribus, statim silerent. Sed quarum dicet quispiam, gemitum, vocemve audire potuit, si hinc migrent, vt ex Aristotele diximus? Præterea authore eodem *f* philosopho gemere incipiunt vere incipiente, & nisi confecto, peractoque solstitio, vt habet *g* Plinius, qui solstitij tempus antea vix indubitatis notis signasse naturam asserit, cùm Palumbium vtique exauditur gemitus. Quamobrem si Niphus gemitũ earum in hyeme audiuit, id in loco tepidissimo (nam & condere sese suprà ex Agricola scripsimus) contingisse rationi consentaneum est, sed cùm, & ipse eiuscemodi vocem auditam rusticis præsentis veris signum haberi, inquiat principium veris pro hyeme accipere abundè constat.

Palumbes hyeme aliquando gemunt.

e 9. hist. ca. 49.
f 4. hist. ca. 49.
g li. 18. ca. 28.
Solstitij indubitatæ notæ.

ÆTAS.

COLVMBÆ, vt in earum historia traditum est, vitæ sunt breuiores, qua Palumbes, quòd Venerem sæpius quàm hæ exerceant, adeo vtile est, venerem moderatè colere, ad quam sententiam respicit illud *a* Theocriti:

Οἱ δὲ πωθῦντες ἐν ἅματι ληράσκουσι.

idest, vt hoc versu transtulit adagiorum author:

Verum quos amor angit, in vna luce senescunt.

Hnc spectat aurea illa D. Chrysostomi sententia, quam (nisi me fallit memoria) in ea legi homilia, cui titulus est: Quod nemo lęditur, nisi à se ipso: *Qui*, inquit, *in libidine vitam ducunt resoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta: quibusq; ad cumulum malorum, podagræ tremor, & immatura senectus succedit, & est eis vita semper cum medicis, & medicamentis:* Atque hæc quidem mala omnibus, & communia sunt animantibus. Vt verò de Palumbis loquamur, his sanè vita longa teste *b* Philosopho, *nam ad vigesimum quintum*, inquit, *& ad trigesimum annum protrahentur: nonnullas quadraginta etiam annos compleuisse exploratum habetur*. Idem *c* Plinius repetit, & Aristotelem citat. Veruntamen, quamuis hic Palumbium ætatem propter infrequẽtiorem Veneris vsum, quàm Columbarum longiorem esse scribamus, non ideo innuimus omnino à coitu abstinere; nam reuera, & ipsæ salaces sunt, sed hoc dicimus, quia Columbis multò minus ac rariùs lumbos colant, ideoq; diutius superuenire. Palumbes autem salaces esse, vel inde constat, quod mares in hoc genere, tradente *d* Aristotele, prius mori credantur, quemadmodum in Passeribus salacissimo pariter auium genere contingere volunt, cùm contra in omnibus auibus cæteris fœminæ prius, vt ibidem testatur Philosophus, è vita discedant. Quod verò Palumbium mares fœminas morte præuertant, cognoscitur, inquit, documento earum, quæ domi allectrices aluntur.

Colũbæ cur breuioris vitæ, quam Palumbes.
a In Atta.
Amor vitæ spaciũ minuit.
Chrysost. de libidine sententia.
Libidinis mala.
b 9. hi. c. 7.
Palumbes quot annos viuant.
c l. x. c. 35.
Palumbarũ salacitas.
d Loco cit.
Cur Palũbes mas citiùs, quam fœmina moriatur.

COITVS.

PALVMBIVM libidini, si lubet, ascribe, quod trimestres factæ coire, fœtificareq;, vt nonnulli, referente *a* Aristotele tradunt, argumento, quod larga vbique earum copia conspiciatur: hoc verò continentiæ, quod proditum est à Martiale canente.

Inguina torquati tardant, hebetantq; Palumbi
Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax.

Ex quod disticho quispiam has alites non solùm non salaces esse statuat, verumtiam frequentiùs aut largiori manu comesas salacitatem, libidinemque extinguere: Verùm poeta meo iudicio, salacitatem ita ipsis nõ aufert, sed hoc dicere voluit vt ijs, qui salaciores euadere cupiunt, Columbas potiùs, quam Palumbes edant; nam Columbas veneri sacras prius dixerat, cum contra Palumbes Proserpinæ sacræ haberentur. Vère in Venerem accenduntur, seseque Columbarum more ante initium exosculantur, vnde *b* Oppianus:

Oscula blanda vibrant plaudentes vère Palumbi.

Et *c* Baptista Mantuanus, sed qui Palumbes cum Columbis confundat;

Geminaq; in fronde Columbæ
Mutua porrecto collibant oscula rostro.

Et *d* rursus:

Iam redijt Progne, iam sunt de prole Palumbes.
Solicitæ: Venerem tam meditantur aues.

Mirum quod Alciatus, nescio nunquid ex inspectione an alicuius scriptoris authoritate scribit, nempe Palumbes ante vèris ingressum, magno adhuc frigore existente, nidificare plumasque sibi euellere, vt pulli calidiori nido fruantur, ipsesq; plumis nudatas frigore aliquando perire.

Palumbes trimestres coeunt.
a 6. hi. c. 4.
Palũbes cur comesas libidine extinguere Martialis dicat.
Proserpinæ sacræ.
b li. de ven.
c L. de 1. cal. temp.
d L. 4. Syl.
Palumbes quomodo pullos foueant.

NIDVS.

NIDVS. PARTVS.

Incubatus.

a Eidil. 1.

IN arboribus degit hoc auium genus, vti dictum est, in ijsque nidulatur: sed nunquid alias alijs præferat, videndum foret: nam *a* Theocritus disertissimus poeta, quem vnum à Vergilio ne adæquatum quidem fuisse volunt, Palumbum iunipero incubare inducit, sed carmina maioris, dilucidiorisque doctrinæ gratia non piguit adijcere: Ait autem:

Κήγὼ μὲν δωσὼ τᾶ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν,
Ἐκ τᾶς ἀρκεύθω κατελών. τὰν εἰ γὰρ ἐφίσδει.
Et ego quidem mox puellæ dabo Palumbum
Ex iunipero abreptum: ibi enim incubat.

Virgilius pariter priuatim ab vlmo Palumbes, & Turtures gemere facit, canens:

Nec tamen interea raucæ tuæ cura Palumbes,
Nec gemere aeriâ cessabit Turtur ab vlmo.

Hollandi vt nidos pro Palũbibus parent.

In Hollandia, vt audio, nidos oblongos inter maiores arborũ ramos, vt faciliùs ab auibus conspiciantur, collocãt, sed qui mihi id narrauit, dicebat se ignorare Palumbinè torquati essent, an Phabes, ꝙ magis credebat, veruntamen certò sese nouisse aues esse ex Columbaceo genere, & in turribus etiã nidulari. Quod pertinet ad partum, & incubatum, *b* Plinius hasce aues, nec non Turtures quotannis bis parere tradidit: *c* Aristoteles verò semel tantùm, ouaque bina: sed *d* Plinius alium Philosophi locum transcripsisse videtur, vbi ille, *Compluribus terna & bis, at non pluries parere* testatur, atque ita, si prior fœtus corruptus fuerit. Vbi & *e* Plinius hoc addidit, & quamuis tria pepererit, nunquam plus duobus educare, tertiumq; irritum esse, vocariq; vrinum. Incubatum citiùs, quàm Columbæ absoluũt, nam, teste *f* Philosopho decem, & quatuor diebus vterum ferunt, totidem alijs incubãt, & totidem rursus alijs fœtus inuolucris euadit, atque perficitur, vt vix possit apprehendi, cùm contrà Columbarum incubatus rarò ante vigesimam diem absoluatur. Seruant eundem, quem Columbæ incubationis vicissitudinem: vnam & in hoc genere fœmina à meridie incipiens, totaque nocte, & vsque ad ientaculi tempus perseuerans incubat: reliquo verò tempore munus idem mas sudit. Pullos etiam vt Columbæ cæcos, & imperfectos, teste *g* Aristotele, pariunt. Quomodo pullos edant rubeos docet Oppianus, ita scribens.

b l. 10. c. 13
c 6. hi. c. 1.
d 6. hi. c. 4.
Quoties & quot pariant.
e lib. 10. c. 58.
Ouum vrinum.
Incubatus.
f 6 hi. c. 4.
Incubandi modus.
g lib. 4. de Gen. cap. 7.

Dum celeres blando capiuntur amore Palumbes
Oscula dum rostris gemebundis dulcia figunt
Stragula flammeolis oculis, rubeosque iapetas.
Et vestes ostro perfusas obijcit anceps,
Sicque oculos pascens, animos eludit amantis,
Vt pullos edat rubeo discrimine tinctos.

VICTVS. SAGINA.

Palumbes cur sabariæ dicantur.
Columbæ cauernales sunt Palũbes.
Palumbes glandiphagæ.
Palumbes cellares altæ.
Quom. farciantur.

INTER alia grana, & legumina fabas præferunt, quare nonnulli Italorum, maximè circa Ferrariam sabarias nuncupant. Bellonius in Gallia stomachum earum glandibus sæpiùs cum ilicis cocciferæ tum superis, ilicum viridium, necnon & fagorum repletum reperiri tradit, quapropter Columbæ Alberto cauernales dictæ non aliæ, quam Palumbes fuerint, nam & has glandes, & grana comedere scribit, monachi, qui annotationes in Mesuem dederunt, Palumbes aiunt domesticis maiores à nonnullis glandiphagas nominari à glandibus, quibus libenter vescantur. A nonnullis Torquatas supra à veteribus diximus cellares altas fuisse, quod nunc asseuerandum occurrit. Varro Palumbes eodem modo farciri, impinguatique scripsit, quo Gallinæ, sed eius de Gallinis saginandis verba retulimus suo loco, quæ lector per se videre poterit. Columella (cuius etiam verba, quomodo pinguissimi reddantur Palumbi, in Columba recitaui) offis ex pane in vino madefactis, hyeme Turtures, sicuti etiam Palumbos, cæleriùs opimari, quàm cæteris cibis scribit. M. Cato priuatim de Palumbo

sagi-

saginando, hæc scripta reliquit: *Palumbem recentem sit farcito. Vti prehensus erit, ei fabam coctam tactam primùm dato; ex ore in eius os insufflato item aquam. Hoc dies septem facito. Postea fabam fresam puram, & far purum facito, & fabæ tertia pars vt inferuescat. Cùm feruere incipiet, pariter facito, & coquito bene: id vbi excoxeris, deponito. Bene oleo manum vngito, depositoque primum pusillum, postea magis depses, oleo tangito, depositoq; dum poteris facere turum das & eas ex aqua dato, & escam temperato.* Hæc ille. Alica ad hoc negotium plurimum præstat, quod Martialis pariter attestatur, talesq; in primis delicijs habitas fuisse innuit: inuehitur autem Poeta in Cæcilianum, qui inuitatus præ auaritia, & ingluuie delicatiora, ac pretiosiora è mensa surrepta domum mittebat.

Alicæ vsus ad impinguãdas Palumbes.

Cæciliani auaritia, & sordities.

Quicquid ponitur, huic, & inde veris,
Mammas suminis, imbricemq; porci.
Communemq; duobus Attagenam,
Mullum dimidium, lupumq; totum
Murenaq; latus, fœmurq; pulli,
Stillantemq; alica sua Palumbum.
Hæc cùm condita sunt, madente mappa,
Traduntur puero domum ferenda.

CAPIENDI RATIO.

QVEMADMODVM antiqui, sicuti diximus, Palumbos cellares habebant, quas pascendo saginabant, ita etiam alias, vt nostra etiam ætate fit, aucupij duntaxat gratia alebant. Quæ ita habentur, à veteribus (vide in Columba) exæcatæ allectatrices, siue illices vocabantur, quam postremam vocem Palumbo priuatim attribuit *a* Scaliger, inquiens:

Palumbes aluntur vt alias capiant.

Allectatrices, siue illices.

a In Anac.

Fertillicem Palumbem
Hic humeris rete habile
Reuocauit à tergo prorsum,
Et plagulis faciem texit
Fratribus mormolyssans, &c.

Palumbi, inquit Oppianus, difficillimè capiuntur: statim enim, visis aucupibus, procul auolant: Vincuntur tamen & ipsi dolo. Nam aucupes insidentes arbori conspicatus, rete in solo extendit, ac tenues paleas inspergit, vt lateat: & Palumbos etiam captos, atque exæcatos imponit, & pedibus funiculos alligat, quo commoto sese concutere, & strepitum ædere cogit: eo percepto, cæteri pascuis, & arbustis relictis, adulant. Auceps in attegia conditus, quantum potest, retium funem attrahit, & perdicis simul omnibus euersis, Palumbos retium finibus intricatos capit. Eiusmodi retibus Columbæ etiam comprehenduntur, sed multò faciliùs laqueis. Gallorum nonnulli, maximè verò Delphinates, in quorum agros quotannis plurimo grege aduolant, Palumbos plerunque noctu ignibus accensis capiunt. Aues dum splendorem eorum admirantur, à sagittario telis agitatæ configuntur, nec tamen vna, aut altera pluribusq; ex arbore deturbatis, sociæ deuolant, aut mouetur, sed silentio opus est. Alij verò sagittarij, teste Bellonio, pelues secum ferunt, earumq; crepitu aues terrent, tantum abest, vt silentio vtantur. Hunc capiendi modum vernaculos illis vocabulo Chariuari appellant. Et *b* Constantius Robertus molarum sonitu, aut tympanorum maximo strepitu ex arboribus decidere ait, neque sagittariorum meminit. In Antitate, inquit Blondus, agro Italiæ Palumbium aucupium est per autumnum, Palumbi cùm mari transuolato, Italiam relicturi sunt, aliquandiu in nemoribus Antiatum commorantur: quare peritissimi Neptunienses retia quàm maxima in id aucupij magno parata impẽdio suspendunt. Exinde Palumbes quascumq; longo tractu viderint congregatis in arboribus considere, iacta lapidis, & clamore teritas in aere volare compellunt: dumque aues in magnum coactas numerum aduolando, tensis retium insidijs viderint supereminere, contorta funda paruum lapidem vel naturaliter album, vel gypso delinitum maximo emittunt crepitu: quo territæ bombo Palumbes, vt Accipitres Chiluones à Plinio appellatos, quibus nunc Falconibus est nomen, quos in lapide, bomboq; fundæ timent, declinando feruentur, terræ quam possunt volatu rapidiùs propinquat: sicque amentes in retia se præcipitant. Hæc ille.

Difficillimè capiuntur.

Quomodo capiantur.

Palũbi facile laqueis capiũtur.

Galli vt Palumbos capiant.

Chariuari quid Gallis.

b in supple. ling. lat.

Neptuniẽses vt Palũbes capiãt.

Accipitres Chiluones nunc Falcones vocantur.

CORPORIS AFFECTVS.

Palumbis vngues accrescũt nimium.

NVLLVM in hisce auibus affectum hactenus obseruaui, vno, eoque exigui admodum momenti excepto, nempè nimio vnguium incremento, eoque in senectute tantummodò. Meminit huius affectus Aristoteles, ex quo Plinius eundem reperit. *Aetate prouectis*, inquit ille, *vngues accrescunt, quos recidere solent qui eas alunt. Nil, quo ladantur aperiè, alius his senescentibus accidit:* insigni sane priuilegio, cùm nobis senescentibus nullum non morbi genus insidietur, sed & ipsa senectus nobis per se morbus est.

Senectutis mala.

SYMPATHIA.

CVM Perdicibus, teste Aeliano, his auibus benè conuenit.

DENOMINATA.

Accipiter Palumbarius.

ΑΣΣΟΦΩΝΟΝ, hoc est Palumbicidam, siue Palumbarium Accipitrem eundem esse cũ παβυτύπω, siue φαβοκτόνω, antè diximus, de quo Accipitre vide, quæ instituto de eo capite scripsimus. Proserpinam multi ex Græcis Theologis Pherephattan dictam existimant παρὰ τὸ πέρβειν λῶν φαττὰν, id est, à pascenda Palumbe. Et antiqui huic Deæ Palumbem sacrã fecerunt. Quamobrem etiam mulieres Maiæ sacerdotes eam ipsi immolant. Maia verò eadem est, quæ Proserpina, tanquam mea quędam, id est obstetrix, & nutrix. Est enim Dea terrestris, & eadem Ceres. Author est *a* Porphyrius.

Proserpina cur Pherephatta dicta.

a Lib 4. de abstinent. ab anim mat.

Palumbarij oppidi in Samnio olim à Caruilio capti meminit *b* Liuius. Illud, ni fallor, fuerit, quod Lanciano dextrorsum ad Marelle radices procul abesse scribit *c* Blondus, & Pennam castellum in montibus ei supereminere.

b Lib. 10.

Palũbariũ oppidum.

Apud eundem *a* Blondum Palumbaria oppida nominantur Sabellæ familiarum vrbis Romæ, & in regione opulentissima in Crutumerijs annumerantur.

c In Abruttio.

Pennacastellum.

a In Vmbria.

Palũbaria crypta, & eius aquæ facultas.

Palumbaria crypta à Palumborum nidis dicta est. Huius cryptæ aqua caput, & renes sanat, vrinæ meatus aperit, nebulas ab oculis, & ventos ab auribus fugat, passiones stomachi etiam quæ ad cortendunt, expellit, & arthriticis confert, sed ea vtens à falsis, & frigidis caueat; quæ omnia hoc dodecastico expressit Alcadinus Siculus:

Crypta Palumbaria est, fuerit qnia grata Palumbis,
Vel quoniam lumbis fertur obesse parum.
Vnde suo hac læsos feruens medicamine renes
Sanat, & vrinæ sumpta recludit iter.
Auxilium nusquam inuenies præsentius vllum,
Perpetuus capitis, si tibi forte dolor.
Ex oculis nebulas, & ab auribus excutit euros,
Cardiacam tollit, arthreticumq; fugat.
Et matura facit, si sces seruare diætam,
A salsis caueas, frigida quaq; fuge.
Algentis vitalis aquæ consuescere potu:
Vtere lymphato, quod parti vna, mero.

Phassachaten gemmam ex achatis genere nominatam à Plinio, Georgius Agricola ita dictam scribit, quòd aliquando venarum, & macularum discursu exprimat Palumbem.

Phassachates gemma.

AVGVRIA.

AVGVSTINVS Niphus de Gallinis, & Palumbibus negat auguria accipi, præterquam ex ouis.

EMBLE-

EMBLEMA.

DE Palumbis emblema est apud Alciatum cum lemmate AMOR FILIORVM.

Ante diem vernam boreali cana Palumbes
Frigore nidificat, præcoqua, & ova fouet.
Mollius & pulli vt taceant sibi vellicat alas,
Quæ nuda hyberno deficit ipsa gelu.
Ecquid Colchi pudet, vel te Progne improba? Mortem
Cum volucris propriæ prolis amore subit?

Sed vereor Alciatũ hęc perperam Palumbi tribuere: quia præter ipsum nemo id tradit aljus.

VSVS IN CIBIS.

PALVMBES tanquam aues humano palato arridentes, ac delicatas cùm maiores nostri, tùm coætanei passim nominant. Has a Athenæus in Carani Macedonis nuptijs fuisse memorat, easdem vnà cum Turturibus, Turdis, Merulis, Anseribus, Leporibus, Agnis, Hœdis, similibusq; gulæ illecebris in Laconicis conuiuijs celebrat, quemadmodum & sexcentis alijs in locis, Pistoclerus adolescens apud Plautum Bacchides meretrices duas vnum Palumbem expetere, ceu rem acceptissimam, asserit; intelligit autem amantem. Et b Theocritus pastorem inducit, qui puellæ suæ Palumbem promittit sese dono daturum, inquit enim:

Κἠγὼ μὲν δώσω τᾶ παρθένῳ ἄυτικα φάσσαν
Ἐκ τᾶς ἀραίθω καθιλὼν· νέον γὰρ ἐφίζει.
Et ego quidem nox puellæ dabo Palumbem
Ex tunipero abreptum. Ibi enim incubat.

Alibi item Licon apud eundem cõqueritur puellam suam basium recusasse, quamuis ei Palumbem donauisset:

Οὐκ ἐράω· Ἀλίππα δότιμι πρανὲς ἔβλασε
Τῶ ὤων καθελοῖς, ὄχα δὲ ναὶ φάσσαν ἔδωκα.
Non amo Alippen, quia me nuper non osculata est,
Auribus ad se attrahens, cùm ipsi Palumbem donarem.

Quas Theocriti sententias Nemesianum, & Calphurnium elegantissimos Poetas, qui pariter eglogas scripsere imitatos fuisse, non est dubitandum. Alcon enim pastor apud Nemesianum Donacen puellam, quam ardebat, sic alloquitur:

Præterea teneram leporem, geminasq; Palumbes
Nuper quæ potui syluarum præmia misi.

Sic quoque c Calphurnij Lycidas sese sæpè Phylsidi suæ Palumbes donauisse iactitat, inquiens:

Accipe, ne dubita meruit manus vtraque pœnas:
His tamen, his inquam manibus tibi sæpe Palumbes
Sæpe etiam Leporem decepta matre parentem
Misimus.

Horatius verò Nasidieni diuitis cuiusdam cœnam ordine totam describens inter alios cibos Palumbes etiam nominat, easque sine clune, ceu ita lautiores: sed hanc cœnam per totam saryram ridet, eamque partem, vt Acron vetus Horatij Scholiastes exponit, putrem fuisse indicat, vti quoque alias, quæ cæteris animalibus, quarum meminit, deerant. Innuit tamen interim veteres in aliquibus tantùm partibus animalium priuatim delicias agnouisse, vt d Plinius disertissimis hisce verbis testatur: *Postea culinarum artes, vt clunes spectentur, vt diuidantur in tergora, vt à pede vno dilutum, repositoria occupent. Dedere & Parthi coquis suos mores, nec tamen in hoc magonio quicquam totum placet: hic clune, alibi pectore tantùm laudatis.* Audiamus nunc e Horatium, qui sic canit:

Vt Leporem auulsos, vt multò suauius, armos,
Quàm si cum lumbis quis edat: tum pectore adusto

a Li. 4. c. 1. & 4. Carani Macedonis nuptiæ.

Bacchides meretrices Palumbem petere quid significet.

b Edil. 5. Pastor puella Palumbem promittit.

Lacon pastor puellæ Palumbem donat.

Alcon pastor puellæ p lumbes mittit.

c Egl. 3. Lycidas pastor puellæ Palumbes donat.

Nasidienè cœna.

d l. 10. cap. 50.

e Sat. 8. l. 2.

Vidimus, & Merulas poni, & sine clune Palumbes,
Suauis res, si non causas narraret earum.

Palumbis nuptias parat. Hoc est, causas naturales, cur partes essent totis sæpè, & integris corporibus, aut aliæ alijs præferendæ. Romanus nostri temporis populus, teste Blondo, ex Palumbium aucupio nuptias, & conuiuia maiori ex parte parat. Apud Gallos quoque eas inter elegantiores epulas hybernis mensibus collocari nouimus. Aliqui eorum cum brassica eluxant, parum tamen antè inassatas. Alij verò (quorum maior est numerus) semitostas mandunt, hoc est adhuc cruore perfusas, quod quidem nec salutare est, nec humanum: quippe coctura genus omne carnium moderatam postulat, si quidem hominum vitam alere debeant, & sustinere. Iulius Scaliger & ipse Gallus tamen semicoctam laudare videtur Machomæ cænam damnans, & sua edulia recitans.

Populus Romanus.

Galli vt Palumbos edant.

Coctura qualè quæque carnes expostulent Machomæ cæna.

Quaris meæ quid essitem domi? dicam. Et mox:
Bisterque lota dextera, è veru tracta
Fumat Palumbes semicocta: porcellus
Nitore grandis: paruus hædus ætate,
Veruexque petricorijs tener mandris
Te corte Capo captus, & saginatus, &c.

f In Hipp. Et *f* rursus vbi Rufo Natali, & affini suo conuiuium parat, ait:
Exin Palumbes semicocta fumabit.

g In Trisil. Item *g* alibi de Palumbe canebat:
Is, quem scis lauti nomen captare, Palumbum
Integrum vbi posuit, non coctum clamat: & esse
Esse reponendum: Miser ille offertur inanis,
Inde sine exequijs in cœnum: vera stimulat cutis,
Quem toltum apposuit, sed non semel,

h In Api. Atque *h* rursus:
Iussum cœnare Palumbes
Mensa saturas porris, priusquam discedere certum est,
Quàm me plebeia cupiant fastidia cœna,

Condimentū Palumbi. Apitij verba de condimento in coctura Palumbi altilis, recitauimus in Columba. Coquus quidam Gallicus, referēte Ornithologo, ad pastillos è Palumbis parandos, Veteris salsa (iure intinctorio) inquit, calida, vt pro bubula carne, & speciebus aromaticis, nisi quod cepa requiritur in liquamine fullo trixa.

Pastilli e Palumbis.

VSVS IN MEDICINA.

Palumbiū carnis qualitas.

QVOD modò ad qualitatem carnis Palumbum spectat, perperam nonnulli, meo iudicio, sicuti Psellus inter excrementosas numerant. Num Hippocrates mulieri, cui menses pituitosi fluebant, Palumbis, & similibus vesci consulit: alibi etiam in cibo exiccare, & ventrem astringere dicit, quod postremum ab Auicenna repetitum est: sed magis astringunt, teste Celso, si in posca decoquantur, *b* Galenus pariter Palumbium carnem non improbat, sed Columbina tantùm duriorem esse dicit: *Auium caro minus nutrit, quàm quadrupedum, sed facilius concoquitur, præcipuè Perdicis, Attagenis Columbæ, Gallinæ, & Galli. His verò durior est caro Turturis, Palumbis, & Anatis.* Et *c* Paulus primum locum inter aues Perdici, pullo Columbino, Artagenæ, Gallinæ, Phasiano tribuit, secundum Turdis, Merulis, & Passeribus, tertium Palumbis, & Anati: quartum Pauoni, vltimum Anseri, & Struthioni. Rufus pariter, referente Elluchasio tres auium ordines statuit, & præfert ex auibus syluestribus Alaudas non cristatas, & sathur (fortè Turdos) deinde Sturnos, Phasianos, Perdices, Turtures, Pipiones, Palumbes syluestres, & Filacotanas, M. Cato Censorius ægrotis ieiunium imperari vetabat, sed saltem oleribus, & modica carne Anatis, aut Palumbis, aut leporis ali volebat. Libidinem dicuntur inhibere, nam Martialis ait:

a lib. 1. de morb. mul.
b lib. 2. de alim.
c lib. 1.

Iuguina turquati tardant, hebetantque Palumbes
Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax.

d de comp. med. sec. lo. Venerem autē extinguere nonnulli volunt propter glandiū esum. Archigenes apud *d* Galenum Palumbes pro stomachicis cōmendat. Trallianus pro tympanicis: & elephātico Aretæus

victum

victũ præscribens, Perdices, Colũbas, & Palumbes celebrat, & rursus priuatim torquatas commendat in cibo cephalæã patientis, & colicũ affectũ inquit Aetius frigido, & plegmatico Gallinæ altiles ad cibum præferuntur, deinde Perdices, & Palumbi debilis nutrimẽti gratia sunt exhibendi, Turturesq; altiles, & Columbæ. Ab Alexandro Benedicto Turtures, & Palumbes tempore pestilentiæ in cibo probãtur. e Hippocrates Palũbis carnis his, quæ iam cõceperũt dari iubet, item, si vterus laxus fuerit, diæta, inquit, fiat ex alica, carne suilla, aut Palumbis. Alibi etiam in lienteria vtendum esse monet carnibus sale, & aceto inueteratis caninis assatis, & de Palumbis, ac reliquis huiusmodi volucribus. Nonnulli ad corrigendam fortè intemperiem siccam, priusquam coquant Palumbem in aqua frigida aliquandiu relinquunt. Mirum, quod scribit f Io. Baptista Porta oculos Palumborum confossos renasci, ideoq; nullũ remedium ad cicatrices, & vulnera oculorum præstantius reperiri. Hoc verò omnẽ admirationem superat, quomodo, referente Plinio, iumentorum verminatio finiatur, ter circumlato verendis Palumbo, & quomodo Palumbus emissus moriatur, iumentumq; liberetur confestim. Idem Plinius Palumbi in aceto decoctam, dysentericis, & cœliacis mederi dixit, item Palumbũ ferũ ex posca decoctũ, tormina sanare, nec non in cõtractione neruorũ in cibis prodesse etiã si inueterata. De sanguinis Colũbini, Polũbiniue vsu ad oculos sanguinolentos, vel sanguine suffusos, & sistendũ sanguinem multa diximus in generali Colũbarũ historia. Celsus huiusmodi sanguinem vulnera purgare scribit. Marcellus pedes illitos sanari eo efficacitet, si cũ Miluino permixto vrtica intingãtur, ad podagram, ni fallor. Fimus Colũbinus, teste Celso, adurit Vires, quas Dioscorides Columbarũ fimo adscripsit, recentiores quidem indocti Palumbino attribuerunt. Etsi autem Palũbium fimus eadem possit, quæ Columbinus efficaciorq; etiam sit, conseruanda tamen suot bona fide authorum verba. De huius item vsu in calculo multa diximus in Columba. Celebratur in tali affectu à Sereno canente:

Siue Palumborum capitur fimus acre ferorum
Dulcacidis sparsam succis, tritumque solutum.

Plinius item in faba sumi aduersus calculos, & alias difficultates vesicæ prodidit, nec nõ & lapillos in harum auium ventriculo inuentos contritos potioni inspergi contra eosdem. Idem fimus vrinam prouocat, & alijs vesicæ affectibus opitulatur.

e l. de mor. mul.

f l. 1. Phy. cap. 14.

Palumborũ oculi confossi renascuntur.

Iumentorum vermination sistitur.

Sanguinis vsus.

Fimi vsus.

Lapidũ in Ventriculo Palumbiũ inuentorũ facultas.

DE PHABE, SEV PALVMBE Minore. Cap. VI.

PHABEM, vt diximus, Palumbem minorem interpretamur, sed cum hæc volucris, nec mihi nunquam obseruata sit, nec alijs notam fuisse videam, itaque relicta eius delineatione ad Oenada, siue Vinaginem, quæ proximè, teste a Philosopho ad Phabis magnitudinem accedit, sermonem conuertimus.

Phabe est palumbes minor.

a 8. hist. 3.

DE OENADE, SEV VINAGINE. Cap. VII.

ÆQVIVOCA.

OENAS, inquit a Alianus, auem significat, non vt quidam putant, vitem; ex quibus verbis facilè est colligere, quod Oenas veterib. etiam vitem significauerit. Sed & nonnulli Oenada interpretantur locum vitibus consitum. Οἰνάδες, inquit Hesychius, ἄμπελοι τόποι. Huic præterea, & Varino Οἶνος genus Corui, aut Columba fere est, & alibi σπάνιος habent pro specie Corui. Mihi Οἶνας pro Columbæ specie tantummodò nota, & ab Aristotele nominata, scio verò aliam auiculam Oenanthen Aristoteli, & Plinio dici, sed de hoc agam proprio loco. Est postremò Oenas canis nomen, si benè memini apud Xenophontem.

a lib. 4. de anim. c. 58. Oenas antiquis etiam vitem denotabat. Οἶνας. Oenanthe. Oenas canis.

SYNONYMA.

HAnc alieto Tzetzes Οὐνὸ Hebraicè, & Syriacè dici tradit. *a* Lycophroni ni fallor, οἰνοτρόπος φάψ dicitur: interpres vertit, vnifera auis, Ioſephus Scaliger Vinitorcula, Gaza pro οἶνας apud Ariſtotelem tranſtulit, quemadmodum ſuprà diximus, Vinago, quaſi fortaſſe cum vino agro. Nam præterquam quod, teſte Philoſopho, *autumno*, (quo videlicet tempore vindemiæ celebrantur maximè) *& conſpiciatur, & capitur.* Euſtathius etiam colore addit eſſe, quam Græci οἰνεῖον appellant, qualis nimirum in vuis nigris maturis apparet: adeo vt ab eo an colore, an vindemiæ tempore dicta ſit, meritò quiſpiam dubitet. Qui ſanè color in aue, quam ego Oenadem eſſe puto, optimè reperitur, vt ſubinde in deſcriptione eius patebit. Quapropter Gulielmus Rondoletius vir alias longè doctiſſimus, rerumque naturalium, maximè piſcium, de quibus luculentiſſimos edidit commentarios, peritiſſimus, non, rectè ἶνας per iota tantum in prima legendum cenſet, ita auem dici credens ἀπὸ τῶν ἰεῖν, hoc eſt, à fibris carnis: ita enim inquit in Epiſtola ad Ornithologum ſcripta, fibroſa, & dura eſt, vt neque edi, neque ad cibum parari, niſi detracto tergore commodè poſſit. Sed auem, quam Rondoletius Ornithologo miſit ab Oenade Ariſtotelis diuerſiſſima exiſtit: eſt enim vel Alchara, vel Filacotano Arabum, vel ſaltem congener, non autem Damaſcena Perdix Bellonij, quemadmodum arbitratur Ornithologus: nam pedes huic ſunt pennis obueſtiti, manifeſtiſſimo diuerſitatis inditio. *b* Iulius Cæſar Scaliger alibi pro Oenade interpretatur Rupicola, & pro Peleiade: hoc eſt, Liuia Turricola: ex qua interpretatione auem, quam depingemus, veram Oenadem eſſe inde colligimus, quoniam montium rupes duntaxat habitat, ideoque Bononienſibus aucupibus Saſſarolo nuncupantur, hoc eſt, ſaxatilis, quamuis M. Varroni Columba ſaxatiles vocetur: Præterea diuerſa eſt à ſaxatili Rhætiæ meo iuditio Peleis, ſiue Liuia eſt: nam & hæc aliquando in parietibus templorum, vnde Turricola Scaligero dicitur, & in montium rupibus nidificat, at non ſemper, vt noſtra ſaxatilis, cui etiam magnitudo Oenadi ab Ariſtotele aſcripta optime reſpondet. Neque alia fortè Semiramis fuerit Heſychio, & Varrino pro hac voce Columbam montanam interpretantibus. Robertus Stephanus quoſdam ait Oenadem Gallicè vertere grand Colomb, vel Biſet: ſed Biſet, teſte Bellonio Liuia eſt, Oenade multa minor, & diuerſa, vt inſtituto ſuper hac capite Bellonius diſputat.

a In Caſſandra.
Vinago, cur ſic dicta.
Color Oenadis.
Rondoletij error.
Ἶνας auis, & cur ſic dicta.
Inadis caro
Inas Rondoletij non eſt Oenas Ariſtotelis.
Alchata, & Filacotana quæ auis Arabibus.
Perdix Damaſcena.
d Comm. in Teoph. lib. 2. cap. 27.
Rupicola.
Turricola.
Saxatilis.
Columba Rhætiæ.
Semiramis quæ auis.
Columba montana.
a 8. Hiſt. ca. 3.
Magnitudo.
Æliani error.
Phattæ magnitudo.
Quomodo Ariſtoteles Oenadem Columba maiorem eſſe dixit.
Oenadis authoris magnitudo.
Color.
b 8. Hiſt. cap. 3.

DESCRIPTIO.

ARISTOTELES *a* Oenadi in Columbaceo genere tertium magnitudinis locum attribuit, inquiens: *Oenas maior quam Columba, minor quàm Phabs.* Quem locum repetens Ælianus, non ſolùm nõ aſſequutus eſt Ariſtotelem, ſed planè contextum eius vitiauit, quando ſcribit. *Hanc Ariſtoteles Palumbo* (οἴναπον habet) *maiorem, Columba minorem facit.* Ariſtoteles enim Phattam, vt iam ſæpius diximus, in toto Columbaceo genere maiorem, imò maximam appellat, tantum abeſt, vt minorem dixerit. Rectus, opinor, Euſtathius Columba maiorem eſſe dixit Oenadem, & colore, quem Græci οἴναπον appellant, qualis nempe vini nigri eſt, vel qualis in vuis nigris maturis apparet; quod ſi pro Columba, qua Oenadem maiorem eſſe dixit Ariſtoteles, eumque ſequutus Euſtathius, Saxatilem Varronis, hoc eſt, in Columbarijs noſtris agentem intelligas, vt ego intelligendam arbitror: certè auis hæc quam ego pro Oenade depingam, egregiè reſpondebit: eſt etenim domeſticis Columbis nihilo minor. Color quem Oenadi tribuit Euſtathius planè etiam in ea conſpicitur, maximè propè pectoris initium, nam quodammodo ex ferrugineo ad fumatum accedit, qualis in vuis nigris, ac illis potiſſimum, quas maiolas apud nos vulgus nuncupat. Præterea *Oenas* teſte *b* Philoſopho, *autumno potiſſimùm conſpicitur, & capitur:* & hoc quoque meæ aui comperit: quapropter vbi Ariſtoteles addit, *ad nos venire, còm iam prolem facere*, quis non malè interpretetur, ad plana deſcendere. Aucupes interrogati, quoties anno pariat noſtra auis, reſpondebant ſeneſcite. Socio in Latinis à Gaza factis Ariſtotelis libris, legi ſemel anno tãtùm parere, quod ſanè in Græco textu nõ habeatur, at bonus ipſe Gaza, illud addidit, neſcio quam bene; falſum verò eſt, & experientiæ, & Ariſtotelis

authoritati

Oenas mas cum vicia.



Oenas fœmina cum orobo.



authoritatis repugnans Turturem semel tantùm parere, vt ille adiungere ausus est. Cæterùm Oenadem Philosophus dixit citato loco bina parere. c Athenæus de Oenade miraculum recitat huiusmodi, Arbores non producturas ixiam, hoc est, viscum, quod alias ἰξὸς nempe Aristoteli dicitur, nisi super quas auis ventrem deponens deuoratum eius semen excreuerit. Idem in Palumbe de Palumbe scribere Plinium diximus. De turdo idem communi adagio vulgatissimum, *Turdus malum sibi cacat.* Sed vt fabulam hanc anilem prætereamus, quam sola visci natiuitas per se iugulat, nam viscum αὐτομάτως in arboribus sine semine oritur, iubet huc insignem Plinij errorem annotare, qui cum Dioscoridi ixiam viderem (huic enim alia planta, quàm Theophrasto ixia vocatur, nempe Chamæl conniger) in venenatis radicibus recenseri, ac quodammodo, ab ἰξῶ, id est viscо appellari, vbiq; pro ixia venenata radice viscum reddidit intolerabili sanè errore: Restat modo vt auem nostram describamus. De magnitudine eius paulò antè memini, & de colore pectoris, Rostrum planè est cinnabarinum, longum vt in Columba domestica, in extremo acutum. Caput totum, venter & alarum pennæ sunt cinereę, exceptis remigibus, quæ nigricant, & notabilis sunt magnitudinis, quare etiam volatu plurimum valere verisimile est. Ceruix viridis est, intercurrentibus nigris plumis: Cauda versus vropygium cinerea, cætera nigra, pedes rubri, vngues nigri. In fœmina, cuius etiam iconem ponimus rostrum minus rubet, & pedes etiam palidiores.

Gazæ auda cia.
c l. 9. c. 16.
ixia, siue viscum vt nascatur.
ἰαὸς
Turdus malum sibi cacat.
Plinij maximus error.
Ixia Dioscoridis & Chamælcõ niger.

CAPIENDI RATIO.

ARISTOTELES priuatim de Oenade scripsit, vt Gazę interpretis verbis vtar, modum maximè capiendi eam esse, dum se in aquam bibendo propendit.

DE ALCHATA, SIVE Filacotona Arabum.

Cap. VIII.

Ordinis ratio.

Alchata, Arabum siue Filacotona.

ANTEQVAM ad Liuiæ Columbæ historiã, quemadmodum institutus ordo, magnitudinis nempe, expostulabat, orationem conuertam, operæ pretium planè mihi visum est de Alchata, siue Filacotona Arabum prius verba facere, cùm quia Arabes è syluestrium Columbarum genere eam nominẽt, tùm verò etiam, vt relicto interim vnicuiq; suo iudicio appareat nostram quam pro Oenade dedimus auem, potius quàm hanc Oenadi respondere. *Alchata*, inquit Bellunensis, *est genus Columbarum syluestrium, quorum ala oblonga sunt, penna, & pluma coloris Coturnicum, & cutis extrema prædura, quamobrem medici in regionibus ad Orientem præcipiunt huiusmodi Columbos excoriari, vt cutis remoueatur: Vulgo vt ij sunt in Syria pedibus nigris, & valdè breuibus.* Hæc ille. Ecce quam exactè huic aui conueniant quæ de sua Oenade Rondoletius ad Ornithologum scripsit. Vt enim eam cum Oenade veterum faceret ἰναϛ per iota, vti diximus, non ἰναϛ scribendum esse existimat, vt nimirum ἀπὸ τοῦ ἴνις, id est, à fibris denominata dicatur: Ita enim inquit fibrosa, & dura est neque edi, neque adcibum nisi detracto tergore parari commodè possit. Auis est gregalis, & circa Monspessulum vulgò Angelus (vn Angel) vocatur: simillima perdici, sed rostro, & pedibus nigris: plumis ex fusco colore in nigrum vergentibus, & luteis in ruffum. Cætera, magnitudine præsertim, Perdici persimilis. Sed quis hanc auem ab Alchata diuersam esse non dicat, quoniam Bellunensis pedes perbreues Alchatæ tribuit, cùm contrà quam ille Inadem vocat cruribus sit satis proceris, sed non impedit, quin saltem (vtor modo Ornithologi verbis) eiusdem generis proximi species sint diuersæ: & sanè Angelo etiam Monspessuli dicto, vt pictura ostendit pes propriè dictus, hoc est inferior, & digitatus breuis est proportione, & postremus digitus minimus. Alchatæ carnem Auicenna etiam duram esse dixit, ijs tamen salubrem, quorum iecur obstructum est, & infirmum, & quorum corruptum est temperamentum, hoc est, cachecticis, & hydropicis. Filacotonæ apud Elluchasem,

Rondoletij Inadẽ esse Alchatam Arabum.
Angelus que auis dicta.
Pedum cõstitutio.
Caro Alchatæ quibus prosit.
Filacotonæ caro.

Iuchaſem, qui Tacuinos Arabicè ſcripſit, cum Columbis, & Turturibus numerantur, vnde Ornithologus Palumbium generis eſſe conijcit, & eaſdem fortè, quas Auicenna Alſuachat nominat. Ego cum Alchata potiùs eaſdem crediderim, maximè cùm idem Elluchaſem paulo antè Palumbos ſylueſtres, & Filacotonas ſimul numeret tanquam diuerſas, cuiq; tamen in reparum nota ſuum permitto iudicium.

Alſuachat.

Alchata, ſiue Filacotona Arabum, cum ſecuridica.



DE COLVMBA LIVIA. Cap. IX.

SYNONYMA.

COLVMBA πέλεια Aristoteli dicta, à Theodoro Gaza, vt iam sæpe diximus, Liuia traducitur, & apparet sanè πελειάδα, siue vt efferũt poetæ πέλειαν à colore ita appellatam. Nam πελὸν, & πελὸς Græci liuidum dicunt. Vnde Eustathius πέλεια, inquit, *non simpliciter Columba est, sed species Columbæ nigrioris, vt vox, seu dictio ipsa subindicta.* Idem Eustathius alibi πέλειαν ait esse genus Columbæ timidum, ideoque etiam alias τρήρωνα vocari. Contrà rursus alibi docet πελειάδα Doribus Columbam simpliciter sonare, & τρήρωνα commune omnium Columbarum epitheton esse, necnon etiam quandoque per antonomasiam simpliciter pro Columba vsurpari, quemadmodum (ni fallor) ni Columba diximus. Augustinus Niphus Columbas Liuias (vtor enim communi Gazæ interpretatione, atque vtinam is ita vbique virum se præbuisset) scribit Italis vulgò Palumbellas dici. Quod nomen Ornithologus Latinè quoque eis rectè tribui posse existimat; Nam, inquit, maior est, qui simpliciter Palumbus dicitur, vel ad minoris differentiam, torquatus. Veruntamen eo modo Liuiæ cum Phabe, quæ Palumbus minor est, seu Palumbella confundentur. Albertus Magnus alias Columbas cauernales, alias corrupta, vt apparet, à Peleia voce Belez nuncupat: Scaliger aptissima dictione Turriculas; Germani Lochtuben, Kleine Vuilde, Holtztuben.

Etymum. *Πελὸν quid.* *Τρήρων.* *Palũbella.* *Columbæ cauernales.*

GENVS.

ARISTOTELES Columbarum genera enumerans πελειάδα penultimum magnitudinis locum tribuit, sicut alibi fusiùs à nobis disputatum est. Nunquid in hoc genere diuersitas reperiatur, planè ignoro; lego tamen apud Aelianum in India Liuias Columbas virides pennas habere, adeo vt primo aspectu, si quis in auium cognitione rudis sit Psittacum, non Columbam dicat: rostrum illi, & cruta Græciæ Perdici esse similia: quas sanè in nostratibus Liuijs non reperias.

Belez. *Liuiæ Columbæ viridescunt.*

DESCRIPTIO.

PELEIAS, inquit Aristoteles, *quàm Columba minor nigra est* (Gaza vertit, Liuet etiam plumis, & penè nigricat) *& pedibus rubidis, scabrosisque.* Idem Athenæus, & Aelianus repetunt. Quare parum rectè Varinus *Peleian* esse ait *Columbæ genus simile Palumbi*, nam neque color, neque magnitudo respondet. Hinc etiam vbi Albertus habet, Columbæ Belez similes sunt domesticis griseis, lege fuscis, nam aliquin color griseus incanus, seu cinericius est, & ipsemet alibi nigras esse dixit. Hesychius ob allatam rationem non parum hallucinatur, & dum Peleiades Columbas nigras interpretatur Φάσσας, lego Φασσὰς Mihi Peleias, siue Liuia, nunquam conspecta, quare descriptionem, atque iconem ab Ornithologo mutuatus sum. Descriptio autem talis est. Vidi ego, inquit, apud nos Liuias captas cùm aliàs, tùm Februario etiam, & Augusto mensibus. Auis ea Columbæ domesticę specie persimilis est, paulò minor; pedibus rubet: rostrum albicat, circa nares tamen purpurei parum habet. Plumæ vbiq; cinereæ, sed in cauda extrema pennæ nigrescunt, mediæ subruffum aliquid habent. Collum pronũ, & ad latera partim purpureas, partim subuirides plumas habet pro diuerso ad lucem positu hoc, vel illo colore splendentes. Collum supinum ex cinereo purpureum est. Alarum pennæ quatuor longiores nigri-

a 5. hist. c. 18. *Varini error.* *Gesneri color qualis.* *Columbæ Liuiæ descriptio.* *Rostrum.* *Color.* *Collum.* *Alæ.*

nigricant cum aliquo ſubruſſo colore: minimæ cinereæ ſunt: mediæ partim cinereæ, partim ad extrema nigricant, & earundem vltimæ dorſum verſus ſubruſſæ ſunt. Longitudo à roſtro ad extremam caudam dodrans, & digiti quinque ferè. Differt à Palumbe, quod & multò minor eſt, & maculas albas circa collum, & in alis, vt illa non habet.

Liuia vt à Palumbe differant.

Columba Liuia cum Cumino.



LOCVS. NIDVS.

MONACHI, qui in Mesuem commentarios promulgarunt, *Columbæ*, inquiunt, *syluestres in turribus, & montium rupibus nidificant, domesticis minores, & nonnullis Liuiæ, quasi liuidæ dictæ.* Sed dubito ego num in montium rupibus nidulentur. Nam & Scaliger Turriculas, Oenades verò hoc est, nostros Sassarolos rupicolas dixit, quàm aptissimè Turnerus in cauis arborum, & templorum muris nidificare ait, item Albertus, sed hic cauernas arborum, aut ipsas arbores præferre existimat Aues sunt migratoriæ, *a* Aristoteles enim discedere eas, neq; hybernare apud nos testatur, pręterea minus patientes esse, eãq; ob rem à nullo cellares ali. Albertus aliam causam cur non alantur adducit, quod scilicet quamuis retineantur, non pullificent. Volant gregatim, vt idem Albertus testatur.

An in rupibus nidulentur.

a 8 hist. c. 12.

Cur non alantur.

ÆTAS.

ARISTOTELES *a* Perdicum ætatem non amplius, quàm ad sexdecim annos extendi prodidit, si communi textu standum. Sed cùm eo in loco de Columbaceo genere agat, dictio περδίκες multis viris doctis suspecta est, & Niphus annotauit multos in verioribus codicibus πέλειαι legi asseuerare. Quod si πέλειαι legendum, hæ sanè è Palumbium genere non fuerint, quarum videlicet ætas ad quadragesimum vsq; annum extenditur.

a 6. hi. c. 4.

Perdicum ætas.

Palumbiũ ætas.

VICTVS.

ORnithologus Columbis Liuijs eadem ferè exiberi posse credit, quę Palumbis, & Albertus glandibus, & granis Columbas cauernales, quæ Liuiæ sunt, vesci scribit.

VSVS.

LIVIÆ inquit Ornithologus, apud nos, vt audio, Palumbis, tanquam teneriores in cibo præferuntur; Quod etiam Bapt. Fiera dixit canens:

Aridior si te delectat fortè Columba
Liuia, turrita quæ tibi ab arce cadit.
Non sapiat torquata minus mihi caro Palumbes,
Si modo fert molles non diuturna dapes.

Hoc est non annosa. Liuiarum fimus, vt tradunt monachi Mesues commentatores, ad sinapismum requiritur.

Liuiarum carnis præstantia.

Fimi vsus.

DE TVRTVRE. Cap. IX.

ÆQVIVOCA.

TΡΥΓΩ'Ν, vti dicemus Græcis Turtur est; Huius nominis mulier quædam fuisse legitur, eaque Aesculapij nutrix, cuius monimentum *a* Pausanias in templo eius Dei prope Ladonem Arcadæ fluuium, cuius aqua omnibus Græciæ fluminibus pulchritudine antecellebat, extare memorat. Hesychio quoque τρυγὼν est ἤτων γυναικῶν μίξις, & συνετροφος, quæ verba doctissimus Henricus Stephanus mendo non carere existimat. Eidem Hesychio τρυγων est piscis marinus centro deleterio, ille nempe quem Latinè pastinacam marinam dicimus. Hunc piscem, Vlyssi necem intulisse tradunt, ideoque à Nicandro ὀλοοργὸν τρυγόνα nuncupari.

Trygon.

Æsculapij nutrix.

a In Arc.

Trygon piscis.

Pastinaca marina.

Recen-

Recentiorum nonnulli, vt D. Ambrosius, vocis amphibologia decepti pro hoc pisce Turturem verterunt, quod multi non probant, quoniam τρυγων non à voce dicatur, sed παρα το τρυειν ἢ τρυχειν, ideſt, βλαπτειν καὶ κακοῦν, hoc est, nocere, & affligere. Turtur tamen etiam piscis nomen est: hunc Robertus Stephanus vocat Trutam, Ornithologus Troctam legit, & authorem habere illum negat. Sed Turtur duos fortè diuersi generis pisces significat. Nam qui à Iuuenale Turtur appellatur, eum nonnulli Truchan, seu Troctam esse volunt, quemadmodum c Lucius Marineus Siculus historiographus regius, cuius super hac re verba adijcere minimè piguit. *Capitur*, inquit, *multis Hispaniæ amnibus pisces aureis maculis insignitus, qui etsi notissimus, vbique, què tamen nomine recètur abigitur. Ego verò eum esse arbitror, quem Turturem Iuuenalis appellat, quo cariturum dicebat Vrsidium: quandoquidem nomen hoc Turturis multarum gentium vulgari sermone maximè conuenit. Nam & Hispani Truchan, & Itali, Siculiq; Troctam vocant. Pisces est autem non modò iucundissimi saporis: sed optimi quoque nutrimenti, quem medici senibus, & etiam ægrotis libentissimè concedunt: cuius in Hispania magna est multitudo, & magnitudo ingens. His namq; prælarga captura non diuites modo sed etiam pauperes vescuntur vilius emptis. Qui etsi in multis Hispaniæ fluminibus capiuntur, illis tamen, qui apud legionem fluminis Orbigonis, Benauentum, Burgos, Molenam, Nelar, Mansiliam, Barchum Abutæ, & in amne quamuis paruo, cui nomen est copus homtnis, multò meliores habentur, quàm cæteri. Turturem captum vidimus in ripa Thormis apud Salamanticam libenter viginti.* Hæc itaq; ille. Truttam, vt apparet, intelligens, quam Itali Trottam, non Troctam nuncupant. Trocta autem piscis quidem nomen est, at Græcum, & communi Doctorum virorum sententia Amia Aristotelis, de qua suo loco, Deo dante, agemus. Vt verò ad Truttam reuertamur: hunc piscem nunquid Iuuenalis Turturem vocauerit viri docti iudicent. Græci veteres, quod nouerim, Truttam non agnouere, Latini alij aliter appellant, at nemo Turturem. Ausonio Gallo haud dubio silar nescio, quare appellatur, dum ait:

Purpureisque flellatus tergora gutlis.

Inter Iuuenalis commentatores Georgius Valla poetam existimat non de aue, at de pisce loqui, verùm quem piscem, ita vocent, non addit: & reuera Iuuenalis, dicant alij quid velint, lautissimum cibum nominare volens, quo Vrsidium carituram gloriatur, auem satis obuiam, quamuis gratissimi saporis intelligere mihi non videtur, maximè cum sequenti sub inde versu mullos recenseat. Romani, vt historia testis est, pisces maximè exoticos semper cùm in summo honore, tùm in præcipuis habebant delicijs: sed hęc sunt alterius loci, & negocij. Addemus Iuuenalis versus, vt quisque, quam lubet, amplectatur opinionem:

Sed placet Vrsidio lex Iulia, tollere ducem.
Cogitat hæredem cariturus Turture magno,
Mullorum subis, & captatore Macello.

Quę si ita sint, τρυγων siue Turtur duos pisces significauerit, Truttam nimirum, & Pastinacam marinam, de qua, vt id obiter sit dictum, eiuscemodi tradunt miraculum, nempe si quis ictus ab ea caudam ex arbore quapiam, & præcipuè quercu suspendat, arborem arescere, ipsum liberum euadere. Quod per antipathiæ rationem contingere tradit Aetius. Porrò Turtur vulgò loci nomen est in calabria multis arundinibus saccariferis abundantis.

b In Hexa. D. Ambr. error.
Turtur qui piscis.
Trutta.
Trucha.
piscis qui Turtur Iuuenalis dicitur.
c Li. de vetus Hisp.
Turcha siue Trocta, qui piscis.
Turtur piscis librar. viginti.
Amia Aristotelis.
Silar piscis Turtur ad Iuuenal.
Romanorũ gula.
De Pastinaca pisce miraculum.
Turtur locus.

SYNONYMA.

Thor.
Saphina.
Schuphina.
Schephenina.
Tetaru.
Zuziltha.
Alfafanin.
Guarescen.
Duram.
Duraz.
Antonij Gazij error.

THOR Hebræis Turturem sonat, & Thorem Turtures in plurali. Thor tempus quoque significat, & Thorem in Canticis gemmas, aut margaritas coniunctas, vel ordinatas secundum ordinem dispositionis, vel lineamenta, aut genus ornamenti, vt sunt torques, vel monilia. Rabbi Dauid exponit figuras depictas instar Turturis. Chaldæus pro Thor habet Saphina. In dictionario Syrochaldaico apud Platinum impresso Schuphnina legitur, atquè Schephenina, & in plurali Schaphnina. Legitur in eodem dictionario species auis, vel Turturis. Persa pro Turture habet Tetaru inuenitur item pro hac aue in lexico trilingui zuziltha, nescio cuius linguæ. Tuttur Auicennæ, vt Bellunensis interpretatur, præposito articulo appellatur Alfafanin. Guarescen, inquit Syluaticus, Turtur est, vel Palumbus syluestris: quę posterior significatio verior est. Neq; etiam Duram, vt ille vult, Turtur est, modò Duram illi eadem auis, quę Duraz Auicennę, vt ego conijcio: nam hęc, vt Bellunensis quoq; interpretatur, Attagen, siue Francolinus est: quare & Antonius Garzius

10

a eundem errorem incidisse videtur, cùm nixus authoritate Auerrois, qui Turturibus admirandam ad acuendum ingenium facultatem tribuit, Duragi, cui hanc vim ascribit Auicenna, Turtures vertit, apud Albertum, vbi Græcè Aristoteles habet τρυγὼν, semel, atque Targula legitur, quam nonnullis Sturnum esse asserit, sed omnino Turtur est. Alibi quoque Theagore habet pro Turture, Τρυγὼν Græcis recentioribus Τρυγὼν, vel Τρυγόνα appellatur, Latinis Turtur. Vtrisque, tàm Græcis nempe, quàm Latinis à sono vocis, nimirum à τρύζειν, non Τρίζειν, nam hæc posterior vox Vespertilionum est, quod etymum in Græca dictione dilucidè, minus in Latina apparet, nisi dicamus id per methatesin, siue literarum transpositionem, vt Goropius vult, factum, vt Turtur dicatur quasi Trutru. Alij verò ab Hebræorum Tor Turturis nomen deriuant. Legitur, & Turturis in nominatiuo, vt Vulturis apud Ausonium. Plerunque Turtur in masculino genere, rarò in fœminino sumitur. a Martialis cærerum, & aureum Turturem dixit, b Iuuenalis magnum, sed hic subinde à Turture Mullos nominat, vnde fortè, vti antè diximus, piscem Turturem nominat. Turtur auis Italis Tortore, Tortora, Tortole, & Turtura, & Tortorella dicitur; Hispanis Tortola, & Tortolilla; Gallis Tourterelle, Tortorelle; Germanis Turteltub, Turtel; Saxonibus, Anglis, Belgis communi vocabulo Turtelduue: vsurpatur, & Turtell in Anglia: Illyricè Hrdlicze. c Io. Goropius Becanus, qui omnia suæ linguæ origini vocabula accepta ferenda esse contendit; Belgis Turturem non Turtelduue, vti diximus, sed Troutelduue dici scribit, sed vulgus, vt multa plerunque corrumpit Turtelduue nuncupare: dici verò Troutelduue à verbo Troutelen, quod, inquit, idem est, quod blandiri, & omnibus modis, & gestibus conari cuipiam placere, & propriè id facere suauijs, & amplexibus, quod à Turturibus docemur. Et mirum est in hac voce, & sonum quodammodo ipsius auis exprimi, & præterea significari fidei excellentiam, quæ in Turturum coniugio tota est, vt meritò princeps fidei dici possit. Trousidem notare ait, & Trout idem esse, quod coniugio copulat. El, siue cum aspiratione Hel, excellentiam denotare. Hinc Troutel de ijs dici fœminis, quæ blanditijs Columbinis amorem sibi conciliare student: & in masculis Troutelaer eodem modo vsurpari.

Duragi.
Targula.
Thagore.
Τρυγὼν.
Τρυγόνα.
Etymologia.
a l. 3. Epi.
b Sat. 6.
c In Saxo. Troutelduue.
Trutelen quid Belgis
Turturum mira fides in matrimonio.
Troutel de quibus fœminis dicatur.
Troutelaer de quibus masculis dicatur.

GENVS.

ARISTOTELES Columbacei generis volucres ordine recensens, Turturem vltimo loco nominat, & minimam in eo genere existere scribit, & sanè nostrates Turtures tales omnino existunt. Cæterùm Philosophus vnicum duntaxat, vt apparet Turturum genus agnouit, quod licet in locis frigidioribus, ac niuosis candidum aliquando reperiatur (a Scaliger in Vascouia duos eiusmodi fese vidisse narrat, & in Polonia eosdem inueniri mihi per literas narrauit Martinus Foxius Medicus Cracouiensis) nostro tamen æuo aliud genus obseruatur, cuius fœmella naturaliter candicat, mas verò coloris est cinerei ad subruffum vergentis, habetquè torquem nigram. Eiusce modi par Turturum mihi misit Ioan. Michael Rinellus nobilis Placentinus; hoc genus Indicum appellant. b Aelianus Turtures sæpè apparere scribens, de posterioribus intelligere mihi non videtur, at de illis, quas in niuosis locis quandoque conspici diximus. Insula illa, quam Hispaniolam nuncupant, tria, aut quatuor diuersa Turturum genera producere tradunt. Henrico Galliarum Regi, teste Ornithologo, coronando Turcarum Imperator inter alia munera par Turturum rari cuiusdam, & peculiaris generis transmisit, & mihi Ioan. Paulus Olina Genuensis aliquando alterius, & diuersi, quàm sunt nostrates, coloris promisit, quas ex Alexandria Aegypti deferri referebat.

Magnitudo.
Turtures candidi.
a Exerc. 19.
Turtures Indici.
b lib. 10. cap. 33.
Henrico Galliarum Regi Turcarũ Imp. Turtures missit.

FORMA. DESCRIPTIO.

TVRTVR, quemadmodum ex *a* Aristotele diximus, in toto Columbaceo genere minimus est: *b* alibi quoque Chloreum, pro qua voce Gaza non rectè Virionem vertit; nam hanc Turture triplo minorem, Turturis magnitudine esse dixit, quemadmodum, & Alexander Myndius Ortygometram: sed Ortygometra Turture nostrate breuior, & altior, & vt apparet, corpulentior est, modo quam pro Ortygometra pinximus nostris *Rè delle Quaglie*, hoc est Coturnicum Rex vocata veterum Ortygometra fit, vt opinor. Athenæus ait, Turturem esse colore cinereo, eius authorem citat Aristotelem; quod etsi quodammodo verum sit, tamen in Aristotelis codicibus non reperitur; dorso, vt inquit Albertus, color ruffus in superficie pennarum inspergitur. Turturem itaque cur nigrum vocent *c* Ouidius, & Pontanus, haud facilè intelligo, cum præter maiores, seu remiges alarum pennas, nihil vel saltem parum nigredinis possideat. Orus verò Apollo ridiculosè admodum Turturi (τρύγωνι) soli inter omnes volucres dentes, & mammas tribuit. Orus nithologus rectè hunc locum Ori mēdo nō carere suspicatur, sed quod pro τρύγωνι, τύκτιρις, id est, Vespertilio. Quia, inquit, hic dentes, & mammas habet, legendum arbitretur, mihi vix arridet, quia ea vocabula nihil similitudinis inter se obtinent, & fortè vox consimilis Oro imposuerit, nam Vespertilionis ex Græcis τρίζων dicitur, Turtur verò τρύζων: atque eo modo Turturem cum Vespertilione imprudenter confuderit. Neque minus absurdè Athenæus cuipiam scripsisse videatur, Turturem Cercopi similem esse, cùm Cercope cicada sit, vel saltem ei congenere: verùm hoc dicere voluit Athenæus, quòd Turtur nimia, & obstrepera garrulitate Cercopi similis sit. Turturem verò, quem ante aliquot annos ad vuum depingi curaui, ita descripsi: Capite est pro corporis portione exiguo, coloris, qui ex cinereo ad subruffum vergit. Oculi pupilla nigra, iris lutea. Rostrum longè quam in vlla alia Columba minus, & tenuis, eiusdem, cuius caput, coloris. Collum torquis ambit retrò aterrimus, viridibus maculis conspersus, ante vix conspicuus: Dorsum, & pectus fermè ferruginea, dilutiùs tamen pectus, dorsum intensiùs. Pars prona situ ventris candicat. Femora, tibiæ, pedesque ferruginea. Vngues breuiusculi, nigri parùm aduncι. Alæ prorsus versicolores. Primùm etenim qua dorso, pectori vicinæ sunt, elegantissimo colore ruffescunt, intercurrentibus pennis nigris, quarum extrema viridia sunt, dein subuiride, sequuntur, quarum margines ruffi aliquid obtinent, immiscenturque his pennæ nonnullæ nigræ: vltimæ tandem, nempe maiores, siue remiges prorsus atræ, at in extremitatibus aliquid albi habentes. *Vropygium* fuscum, vel colore, quem fumatum vulgus nuncupat. Cauda supina eiusdem coloris est, at prona, & in extremitate candicat. Fœmina teste *d* Aristotele, nisi interiorum aspectu, difficulter dignoscitur. Contrà in Turturibus Indicis secus habet Fœmina enim exceptis pedibus, qui rubri sunt, & præter rostrum, quod nigricat, vt in mare, cætera candida est. Mas verò capite, collo, pectore, alis ad remiges vsque, & dorso vsque ad vropygium ruffescit, sed color longè, quam in nostrate dilutior est, neque vlla macula respergitur. Magnitudo fermè eadem, vox eadem. Rostrum quoque simile, at nigricans. In oculis diuersitas euidentissima. Huic iris planè croceo, aut potius miniaceo elegantissimè respondet, quæ in nostrate lutescit tantùm. Torquis etiam diuersa figura est, nam Indicis tenuis, & nigra est, & circumcirca collum ambit, cum in nostrate digitum, & amplius lata sit, nec vnicolor, vt diximus. Pennæ alarum longiores, vropygium, cauda tota tuscescunt, calamos habentes atros, & in marginibus albicant. Venter maximè prope anum lutescit, pedes rubei tabellis albicantibus ornati, vngues fusci ad luteum vergentes. Alui marem, & fœminam domi meæ caueæ inclusos, ac milio eos paui. Sæpius oua ediderunt, sed propter caueæ motum (erat enim è trabe suspensa) excludere non poterant. Incubabant autem vicissim, donec oua rumperentur: quibus ruptis iterum coibant, & nouiter oua bina semper edebant, donec tandem gemebunda earum voce, matris potissimùm, nam fœmina exilem admodum edit, defessus, eas neptibus meis donarem. Nunc nostratium historiam prosequamur.

a 5.hi.c.13
b 9.hi.c.22
Chloreus.
Gazæ error.
Virio.
Ortygometræ magnitudo.
Color.
Dorsum.
c In Epist.
Turtur cur niger vocatus.
Ori Apollinis nugæ.
Turtur Cercopi similis vt dicatur.
Cercopæ quale animal.
Turturis descriptio.
Caput.
Oculi.
Rostrum.
Collum.
Dorsum.
Pectus.
Venter.
Pedes.
Alæ.
Vropygiũ.
Cauda.
d 9.hi.c.7.
Turturum Indicorum descriptio.
Quomodo à nostratibus differant.
Historiæ Incubatus.

Turtur mas cum ornithopodio.



Turtur Indicus cum latyro altero.



LOCVS. HABITATIO.

TVRTVRES notissimæ quidem in nostro orbe aues sunt, & passim habitant. Nihilominus rarò admodum quibusdam in locis visuntur; quibusdam verò crebrius apparent. Commorantur ferè semper in montium iugis, & arborum vertícibus: quamobrem, teste Origene Turturis appellatione Sanctus Spiritus appellatur, vbi de magnis, & occultioribus mysterijs agitur, quæ multos latere solent. Hinc quoque *a* Cælius arbitratur Turturem Vergilio aeream nuncupari hoc versu.

Nec gemere aerea cessabit Turtur ab vlme.

Sed poeta eo innuere voluit, non solum in montibus agere plerunque Turturem, sed in vlmo, hoc est, arboribus nidulari, tum quoque rariùs terram, nisi victus quærendi causa contingere, nam ad agros etiam, & hortos propter id descendit. Vnde rectè dicebat doctissimus Aloysius Mundellà, Turturem tùm monticolam, tùm capestrem esse. Platina scribit loca fabulosa libenter ab eo frequentari, in summa loca solitaria, & ab humano consortio remota. Contrà verò Psalmographus innuere videtur, dum sese deteriorís cõditionis esse ait, quàm est Passer, & Turtur, quia his aditus ad altaria Dei pateat, adeo vt apud illa nidulentur. Sed Hebraici sermonis periti Hebraicè Hirundinem significari volunt, quæ sanè in Ecclesijs, & domibus nidos construit. Gilbertus Genebrardus ad hunc Prophetæ locum commentans existimat esse synecdochen pro omnibus auiculis, quæ nidos apud templa fingunt. Imo, inquit, citra synecdochen R. Mose. Nahmanides eodem loco arbitratur Deror nomen esse commune omnibus auiculis liberè per domos, vrbes, & agros volitantibus, & vagantibus. Nam Deror libertatem significat Auis nempe libera, non inclusa caueæ, vel domibus. Septuaginta propter mysterium Turturem potuerunt eligere. Amat itaque Turtur loca rarò frequentata, sed quæ & ipsa immutat. Migrat enim, vel si locum tepidum repererit, in eo per hyemem latet. Latere Turturem præter alios testatur sæpius in primis ipse *b* Aristotele. *Turtur*, inquit, *c* alibi *æstate tantùm apparet, hyeme se condit. Latitat enim suo tempore.* Et rursus alibi: *Turturem hyeme latere maximè omnium constat: nemo enim prope dixerim vidisse per hyemem vspiam Turturem dicitur.* Latere autem incipit præpinguis, & quanquam pennas in latebris demittit, tamen pinguedinẽ seruat. Alibi quoque vbi de toto Columbaceo genere generatim agit, scribit *ad nostra loca venire, cùm iam prolem fecerit*, sed id de Turture & Oenade solùm mihi dicere videtur. Nam, & Plinius *trimestres* vocat Turtures, hoc est tribus mensibus nobiscum agentes, *Columbas perennes.* Et rursus idem *d* Aristoteles, *Degunt*, inquit, *æstate Turtures locis frigidis hyeme tepidis.* Ex recentioribus qui idem scribunt, sunt Albertus Magnus, & Georgius Agricola, quorum hic *Turtures*, inquit, *aliquando in angustis montium locis latere consueuerunt, qua de causa verno tempore deplumes conspiciuntur.* Ille verò *sapè* inquit *manent, cùm montem habuerint contra Boream, & ab altera parte locum liberum & patentem, in quo se soli exponant, & regio temperata fuerit.* Atque ita satis probasse me existimo Turtures hyberno tempore in nostris regionibus quoque latere: quare dicendum, assueuerandumq; superest hinc migrare, quod superius pronunciauimus. Tradit id etiam *e* Aristoteles, inquiens *Turtures non putantur apud nos hybernare, sed discedunt, nisi paucæ locis apricis remanserint.* Et rursus ibidem. *Volant gregatim tum Palumbes, tum Turtures, cùm aduenerunt, & cum suo tempore abeunt.* Idem M. *f* Varro refert, dum ait: *Turtures, & Coturnices immani numero suo tempore in Italiam aduolant, & alio tempore reuolant.* Et iterum: *Pontiæ insula*, inquit, *non longè à Palmaria è regione Formiarum, in qubus Turtures, & Coturnices, cum ad Italiam veniunt, prima volatura requiescendi causa paucos dies morantur.* Addit Ornithologus Turtures in genere Columbaceo apud suos primas aduolare, deinde Liuias, postremò Palumbos torquatos. *g* Cicero quoq; Turtures cursu, & peregrinatione gaudere dixit. Quapropter Plinij haud verè dixisse putauerim, quẽ alias tamen Platina sequitur, vere occultari Turturem, & pennas amittere. Nam si verum est, quod ex Aristoteles diximus, ad nos venire cum iam prolẽ fecerit, vt certè constat, dicendum est dũ occultatur proli incumbere quod mihi absurdum omnino videtur. Præterea Turtur ex ijs auibus est, quæ sua præsentia ver nunciant. Hinc in sacris *h* Canticis Sponsus sponsæ suæ signa recensens, qu bus aduenisse iam ver cognoscitur, vocem Turturis quoque nominat; *Surge*, inquit, *propera, amica mea, Columba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit, apparuerunt in*

a l. 26. Antiq. lect. c. 5. *Turtur cur aerea vocatur.*

Dauidis locus explicatus.

Hirundo vbi niduficet.

Deror quæ aues Hebraïs.

b 8 Hist. c. 3. *Quando latet.*

c 8. Hist. c. 16. *Cur trimestres dicantur.*

d 8. Hist. c. 12. *Turtures migrare.*

e 8. Hist. c. 12.

f lib. 3. de re rust. c. 5.

g lib. 2. de fin. bon. & malor. *Turtur vernunciat.*

h Cap. 2. *Signa aduentus veris.*

terra

terra nostra: tempus putationis aduenit: Vox Turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorẽ suum. Meminit pariter *i* Ieremias Propheta disertissimus, dum ait: *Miluus in cælo cognouit tempus suum: Turtur, & Hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* Quamuis in nulla non regione Turtures inueniantur, alia tamen alijs locis præferre videntur. Nam in Æthiopia tantam harum auium copiam per aerea volare tradunt, vt cælo velut nebulas offendere videantur, & solis radios impediant. Apud Tartaros abundare minus mirum est, qui eas non capiant, esumque abominentur. Perù dicta regio numerosè eas alit. In Germania, teste Turnero, multo frequentiores sunt, quam in Anglia.

Turturum copia vbi. Tartari cur Turturibus abundent.

MORES. INGENIVM.

Turturum castitas.

IN Columbaceo genere castissimas ẽsse Palumbes, secundum castitatis locum obtinere Turtures, tertium, ac postremum Columbas albas ex *a* Æliano in Columbæ historia generali tradidimus. Alij in Turturibus hanc continentiæ laudem magis celebrant. *b* Aristoteles Turturem, & Palumbem vno mare contentos viuere, nec alterum recipere inquiens, neutram præferre videtur, sed Turtur, si mori alterutrum contingat, à secundis nuptijs abstinet, & quod reliquum est vitæ sine coniuge perpetuò agit, solusque volat, & quàm plurima etiam mœroris plena propter coniugem vita functum exempla edit, omniaq; facit, quæ ad luctum spectare, & ad viduitatem, ac solitudinem exprimendam aptissima videantur, atque ideo frondenti ramo non amplius insidere tradunt, nec ex lympido fonte bibere, nec conspecta in aqua imagine sua coniugis esse ratus eius recordetur, & nouos dolores inde percipiat, sed siccos truncos eligere, & aquam turbare, quod Vergilianus & patria, & cantu *c* Baptista ille hisce versibus sic expressit:

a Li. 3. de ani. c. 44.
b 9. hi. c. 7.
Turtur à secũdis nuptijs abstinet.

Sicut vbi amisso thalami consorte per agros
Sola volat Turtur, nitidis nec potat in vndis,
Ne comitis prisci tristetur imagine visa,
Nec viridi post hac fertur considere trunco.

Quare viduus factus non bibat aquã fontis lympidi.
c Lib. 2. de Part. Mar.

d Alibi quoque matrem D. Virginis propter sterilitatem ceu viro, qui rus ierat, orbam Turturi ita assimilat:

d Lib. 3. de sacr. dieb.
Mater Virginis Turturi cur assimilata.

Rus ierat, mater tanquam sine compare Turtur
Desolata domi viduas imitata sedebat.

Ob huiusmodi igitur pudicitiam Turtur poetis castus nuncupatur, ac in primis Ouidio, si is Philomelæ author est, dicenti:

Et castus Turtur, atque Columba gemunt.

Et Baptistæ Mantuano pudicus, dum ait;

Munus erat veteri gens de more pudicus
Turtur, &c.

Passim verò per hanc historiam pudicitiam huius auis celebrauimus. Hic tamen de inuiolabili earum amore ita sciscitari vnà cum Iouiano Pontano lubet, cuius hi mellitissimi sunt versus hendecasyllabi:

Quæ ramo gemino sedetis vnà,
Atque vnà canitis vagæ volucres,
Vna & gutture canitis canoro:
Cùm vobis amor vnus: vna cura,
Vnum sit studium, & fidele amoris,
(Nostri nam variant subinde amores)
Vos blandæ volucres, amoris instar
Exemplum fidei iugalis vnum.
Quæ vis, obsecro, dicite, est amoris?
Tam consilans male, dissidensq; secum?
Nam si pascitur è calore, & igni,
Curò miseri subinde amantes
Frigescunt simul, & tremunt? geluque
Toto pectore sanguis obriescit?
Sin est frigida vis gelu; ab ipso

Horrescit

Horreſcit ſimul omnibus medullis:
Cur ò cur miſeri ſubinde amantes
Vruntur tacito colore, & igni
Toto, & pectore ſanguis vſtulatur?
Quanam hac tam varians ſubinde vis, vt
Alternus calor imperet, geluſq;?
Vos ò dicite blandulæ volucres,
Exemplum fidei, atque amoris vnum.

Ingenium Turturis Iudæorum ſapientiæ præfert e Hieremias, dum ait: *Turtur, & Hirundo, & Ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui populus autem meus non cognouit iudicium Domini*, Celebrat idem f D. Amdroſius, aut neſcio, an verè; ſed audiamus quid dicat: *Vides*, inquit, *quantum Dominus etiam minuſculis infundit prudentiam? Turtur nido ſuo ne pullos ſuos incurſet lupus ſquillæ folia ſuperiacit. Nouit enim, quod huiuſmodi folia lupi fugere conſueuerint: nouit auicula, quomodo poſteritatem foueat ſuam, & tu ignoras, & tu negligis, quomodo aduerſum lupum nequitia ſpiritalis poſteritatem vitæ huius habeas tutiorem?* Hæc ille. Sed quid Turtur à lupo ſibi, pulliſque metuat in arboribus nidulans? Gladiolum, vel vt alij legunt, iridem nidis imponere tradit Aelianus, Philes verò comedere eandem, tanquam faſcinationis amuletum, & ad pullorum cuſtodiam Ariſtoteles, ſi modò verus Ariſtoteles, author nimirum mirabilium, qui ſub Ariſtotelis nomine venditur, tradit Cuculum in Helice pariturum non conſtruere nidum, ſed in Palumbium, & Turturum nidis parere.

Ingenium Turturis.
e 9. cap. 8.
f 6. Hex. 4.
Turtur, vt nidũ ſuum tueatur cõtra Lupũ.

PROPRIETAS.

TVRTVRI, & alijs quibuſdam auibus, inquit a Philoſophus proprium eſt crepitu ventris. Pars etiam nouiſſima alui earundem vehementer citatur, cùm vocem edunt.

Cuculus in Turturũ nidis parit.
a 9. hiſt. c.

VOX.

TVRTVR, inquit a Iſidorus, de voce vocatur auis de qua ſupra quoque quædam ſcripſimus. Dicitur autem Græcè τρύζειν, hoc eſt, vt Cælius vertit, triſſare, quod verbum de inani obſtreperaque verborum multitudine vſurpatur, ob quam Turtur etiam male audit, vt in prouerbijs dicetur. Aliqui Græcorum verò Turtures τίτεα, hoc eſt, gemere dicunt. Latinam vocem Latini vſurpant: Author philomelæ.

a l. 12. c. 7. Etymologia.
Tryſſare quid.

Et caſtus Turtur, atque Columba gemunt.

b Martialis.

Gemit hinc Palumbus, inde carens Turtur.

b lib. 3. epi.

Item Virgilius.

Nec genere aerea ceſſabit Turtur ab vlmo.

Huiuſmodi gemitum, cantus nomine dignatus eſt Suidas, inquiens: *Cum maximè eſurit, cantat maximè.*

Gemitus. Turturis cantus dictus.

ÆTAS.

COLVMBÆ, & TVRTVR, teſte Plinio, octonis annis viuunt, nimirum, quæ excæcatæ allectrices aluntur, vt habet Ariſtoteles, ex quo hoc tranſcripſiſſe videri poteſt. Ego enim aliàs diutius viuere arbitror. a Bartholomæus Anglicus neſcio ãn propria obſeruatione, an verò ex alio quopiam ſcriptore tradit Turtures quindecim annos viuere, ijſdemque cubare.

a lib. 3. de prop. anim. cap. 34.

VOLATVS.

Turtures pedum velocitate valent.

ALBERTVS priuatim Turtures cùm volatu, tùm etiam pedibus plurimum valere prodidit. Columbarum sanè volatus velocissimus est, gressus non item hoc itaque Turturi priuatim in Columbacco genere competet, modò verum sit pedibus valere, vt ille testatur.

NIDVS. COITVS.

Incubatus. Partus.

Vbi nidulentur.

NIDVLANTVR Turtures ijsdem ferè in locis, quibus Palumbes, nempè in arboribus: montana tamen alijs præferunt. Nidum inter densos arborum ramos ex lignis duris, & nodosis construunt. De coitu, vteri gestatione, fœturaque, nonnulla, scripsimus in Palumbe, quæ & Turturi communia sunt. Oscula quoq; Columbarum more ante initium permiscent, idque inter eas, quæ prouectiores ætate sunt, perpetuum est. Iuniores verò non rarò absque osculis coire visæ sunt. In vulgaribus Oppiani exemplaribus legitur, mares si fœmina desit, præter communem auium legem se inuicem conscendere, & oua, sed infœcunda generare: sed legendum potius fœminas se inuicem conscendere, si mas desit: nam *a* Aristoteles hoc Columbis quoque attribuit, vt in Columba diximus. Ad eiusmodi oscula, quibus Turturem ante coitum vti diximus, alluſit fortassis *b* Plautus, Pistoclerum adolescentem loquentem inducens, se pro machera Turturem captaturum, hoc est, pro meretrice, quæ busijs, & suauijs adolescentes decipiat, amantes. Gaza in textu *c* Aristotelico addidit, *Turturem semel tantùm anno parere*: nam bis parere constat, sicuti idem ipse alium interpretans Aristotelis locum, scribit Turtures quidem animalia fuisse infœcunda, nisi benigna parens rerum natura trimestres iam factos generationi idoneos fœtificareque fecisset, vt nonnulli, referente *d* Aristotele prodiderunt, eo argumento nixi, quòd larga eorum vbique repertatur copia. Turtures illi Indici, quorum suprà meminimus pluries pariebant, quotiescunque nempe oua rumperentur, non pariturі fortassis, & ipsi, nisi bis oua excussissent. Incubant autem, teste *e* Aristotele, mas, & fœmina vicissim, quod in omni Columbaceo genere commune esse arbitror.

Oppianus correctus.

An mares cum maribus coeant.

a 6. hi. c. 2.

b in Bacc. act. 1.

Pro Machera Turturem captare quid sit.

c 6. Hist. cap. 1.

d 6. Hist. cap. 4.

e 9. Hist. cap. 7.

a 8. Hist. cap. 3.

lib. 3. *de agricul. c.* 35.

VICTVS. SAGINA.

Turtures oliuis vescuntur.

FRVGIBVS viuere Turturem præter communem experientiam testis est *a* Aristoteles. Albertus præter grana etiam glandibus vesci asserit: quin & *b* Carolus Stephanus oliuarum cultores hortatur, ne Turturibus, Turdis, ac Sturnis accessum ad eas permittant, tanquam summa auiditate eas depascentibus. De sagina Turturum abundè Columella scribit in hanc sententiam. *Turturum educatio supernacua est, quoniam id genus in Ornithone nec parit, nec excludit. Auolatur vt capitur, farctura destinatur: eaque leuiore cura, quàm cæteræ aues saginatur. Verùm non omnibus temporibus. Per hyemem, quamuis adhibeatur opera, difficulter gliscit. Et tamen quia maior est Turdi copia pretium Turturum minuitur. Rursus æstate vel sua sponte, dum modo sit facultas cibi, pinguescit: nihil enim aliud quàm obijciatur esca præcipuè multum: nec quia tritico vel alijs frumentis minus crassescant, verum quod semine huius maximè delectentur. Hy me tamen ossa panis vino madefacta, sicut etiam Palumbes celerius opimant, quam cæteri cibi: Receptacula non tanquam Columbis, loculamenta vel cellulæ cuiusque sic struuntur: sed ad lineam mu uli per parietes defixi, tegeticulas cannabinas accipiunt prætentis retibus, quibus prohibeantur volare, quoniam, si id faciant corpori detrahunt. In his autem assiduè pascuntur milio, aut tritico: sed ea semina dari nisi sicca non oportet. Satiatque semodius cibi in dichus singulis vicenos, & centenos Turtures. Aqua semper recens, & quam mundissima vasculis, qualibus Columbis, atque Gallinis præbetur. Tegeticulaque mundentur, ne ulcerentur pedes, quod tamen & idipsum repoui debet ad cultus agrorum, arborumq; sicut & omnium auium, præterquam cantium. Ea vetus auis ætas ad saginam nō tā vetus est idonea,*

Turturum copia.

Turturum pretiū minuit.

Turtur quo cibo pinguescat.

Receptacula Turturū diuna vnius dandis.

Stercoris vsus.

Turturis ætas ad saginā apta.

quam

quàm nouella. Itaq; circa messem, cùm iam confirmata est pullities, eligitur. Varro pariter de Turturum sagina loquens: *Inseptis*, inquit, *villæ affixis nutriri possunt Turtures.* Et c rursus Merula apud eundem, *Turturibus*, inquit, *locus constituendus proinde magnus, ac multitudinem alere velis.* Item iubet, vt habeat hostium, ac fenestras, & aquam puram, & parietes, ac cameras munitas tectorio: Sed pro Columbarijs in pariete mutulos poni, aut palos in ordine, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. Infimum ordinem oportere abesse à terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, à summo ad cameram ad semipedem, æquè latem mutulos à pariete extare posse, in quibus dies, noctesque pascuntur. Cibatui quod sit obicij triticum sicocum in vicenos, & centenos Turtures fere semodium, quotidie euerti eorum stabula, à stercore ne offendantur. Sic ferè ille. Palladinus verò præcipit, vt Columbarij cellæ duo subiecta cubicula fiant: vnum breue, & propè obscurum, quo Turtures claudi possint: quos, inquit, nutrire facillimum est: nam nihil expetũt, nisi vt æstate, qua sola maximè pinguescunt, triticum, & milium mulsa maceratum super accipiant. Panico etiam impinguari author est Dydimus, & potu largiore delectari Aucupes Lombardiæ, tradente Crescentiensi, præcipuè Cremonæ, tota æstate Turtures ferè retibus capiunt, & domunculæ illuminatæ includunt: aquam continuè puram, & mihi quantum lubet exhibentes, & vsq; ad exactum fere autumnum seruant quingentas, & mille quandoque eo modo congregatos, atque admodum carè vendunt. Tam mirum verò in modum Turtures pinguescunt, vt teste *d* Scaligero, pinguedine suffocati intereant, tanquam nimio infarctu elisis faucibus. Ob hunc itaque bonum pinguescendi habitum Turtur fortassis Martia li cæreus appellatur, atque aureus hoc versu.

Aureus immodicis Turtur de clunibus implet.

c L. 3. c. 8. de re rust.

Locus in quo nutriẽdus est Turtur.

Vt maximè pinguescãt.

Aucupes Galliæ Cisalpinæ.

Turtures laginent.

d Lib. 5. in Theoph. c. 20.

Turtures pinguedine suffocãtur.

Turtur nullam aucm infestat.

SYMPATHIA.

Antipathia.

QVAMVIS Turtur nullam auium suapte natura infestet, vt scribit Albertus, & author de natura rerum, & aliarum iniurias, seu infestationes patientissimè ferat, non caret tamen, & ipse suis amicis, quibuscum tacita ei intercedit amicitia, eaq; reciproca, & cum integerrima fide cultа, qualis in primis illa est, quam cum Psittaco exercet. Agnouit quidem hanc sympathiam Plinius, dum ait: *Turtures & Psittaci amici sunt.* Sed quantopere inuiolabilem vterque inuicem fidem seruet, si nouisset, pluribus eam verbis erat celebraturus, quemadmodum nobis præstitit *a* Ouidius poetarum facundissimus, qui reciprocum harum auium amorem talem fuisse canit, qualis olim inter Orestem, & Pyladem (hunc enim per Phocæum intelligit) interceſſisse legimus. Quatuor autem amicitiarum mutuarum (vt id obiter dicamus) teste Lactantio Firmiano, exempla celebrantur, Thesei nempe, & Pirithoi; Achillis, & Patrocli: Tydei, & Polynicis: Orestis, & Pyladis: quos postremos, vt dixi nominat Ouidius. Addita postea sunt à quibusdam, & illa duo amicorum paria, Scipionis, & Lælij: Damonis, & Pythiæ, de quibus *b* Cicero: sed Ouidium audiamus, qui ita inquit:

Omnes quæ liquido liberatis in aere pennas,
Tu tamen ante alias, Turtur amice dole. (scilicet ob mortem Psittaci)
Plena fuit vobis omni concordia vitæ
Et stetit ad finem longa, tenaxq; fides.
Quod fuit Argolico inuenit Phocæus Oresti,
Hoc tibi dum luisti, Psittace Turtur erat.

Turtur cũ Psittaco amicitiam exercet.

a L. 2. amo. Orestis, & Pyladis amicitia.

Quatuor amicitiæ mutuæ celebratæ.

b Lib. 3. de off.

Sapho, vt Phaoni persuadet, vt se amet.

Aues diuersi coloris, sæpè se inuicem amant.

Ouidius explicatur.

Hanc eandem Psittaci cum Turture sympathiam, amoremue comprobat apud eundem Ouidium Sappho puella Phaoni persuadere contendens, se quamuis candida non sit, at nigra, posse tamen ab eo adamari, quoniam, & aues diuersi coloris, diuersiq; generis naturali quadam iungantur amicitia; inquit autem.

Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo
Andromade patriæ fusca colore suæ.
Et variis alba iunguntur sæpè Columbæ,
Et niger à viridi Turtur amatur auc.

Quem locum interpretatus Domitius Scholiastes omnibus neruis contendit lectoribus persua-

persuadere, poetam pro varijs Pauones intelligere, aues nempe diuersi à Columbis generis eo solo argumento nixus, quod sequens versus duas diuersi generis aues nominet, Turturem nempe, & auem viridem, ideſt Psittacum. Sed quamuis Pauones, & Columbæ, vt nos ex Plinio scripsimus, amici sint, possit tamen ita versus meo iudicio exponi, vt non solùm Columbæ candidæ sese cum varijs, hoc est, maculatis, nempe deformibus copulent, matrimoniumq; contrahant, sed quod magis est, vt aues etiam diuersæ speciei sese mutuò ament; sed prosequamur. Idem Domitius arbitratur Plinium pro Merula, cum qua Aristoteles Turturi bene conuenire testatur: Psittacum vertisse, quod sanè etiam probare non possum, cùm ob allatum c Ouidij, qui ipso Plinio antiquior est, testimonium, tum ob quorundam experimẽtum. Magna est, inquit Antonius Mizaldus, scriptor non infimæ classis naturam familiaritas inter Psittacum, & Turturem: nam hunc de omnibus amat ille, & contra: quod mihi, & multis exploratum fuit. Asseuerat eandem harum auium necessitudinem, cui vel soli adhæserim, Iulius d Cæsar Scaliger, quapropter, & ego ausim astruere Turturi præter Psittacum, Merulam quoq; amicam existere. Aelianus, quemadmodum in Columba dictum est, Columbæ cum Turture amicitiam intercedere ait: sed hoc etsi mirum non videatur, quoniam Turtur è Columbarum genere sit, dixi tamen ex viri fide digni relatione, Columbas immissum in Columbarium Turturem penitus occidisse, sed hunc Turturem Indicum fuisse, quare fortassis id ob coloris diuersitatem feciſſe videre possunt. Hoc verò etiam sympathiæ tribuendum videtur, quod cùm Columbæ hellebori esu interimantur, Turtures eo impunè vescantur, nihilq; inde detrimenti patiantur; author est e Glyca, id propter peculiare ipsis temperamentum accidere tradens. Contrà verò malo punico trito pereunt, si f Aeliano credimus, qui pariter eorum hostes recẽset occultos Coruum, & Circum, aues certè aduersus quas sese defendere nõ possunt: est tamen id odiũ reciprocũ. Occiduntur pariter, teste g Philosopho à Chloreo, quo cũ pugnant: quo loco h Gaza pro Chloreo Luteum vertit, quod placet. Plinius ex Aristotele cum Pyrallide pugnare scribit, & rationem odij reddit, quòd eodem victu pascantur, & eodem loco degant. Hic Gaza pro Pyrallide Ignariam transtulit. Repetit hanc eandem inimicitiam Philes. Sed quod apud eundem proximè ante legitur, Turtur odit Pyrram, id deprauatè legi apparet: fortè Pyrallidem dicere voluerit. Oderunt, & Pharalim volucrum, teste Rauisio Textore. Diximus antè ex i D. Ambrosio Turturem aduersus Luporum accessum squilla folia ad nidum inducere. Sed hoc Zoroastres vulpem, non Turturem facere scribit, pro qua fortè D. Ambrosius memoria lapsus Turturem substituerit.

Pauones Columbas amant.
Varia aues quæ Ouidio.
Auis viridis.
Merula, & Turtur amici.
c 6. Hist. c. 1.
d In com. ad l. 3. Theo. de plant. 16.
Columba, & Turtur amici.
Turtures impunè hellebro vescuntur.
e Ann. par. f 6. de anim. cap. 46.
Turturis hostes Coruus, & Circus.
g Cap. 45.
Cum Chloreo pugnat.
h 9. Hist. c. 1.
Cum Pyralide.
Ignaria.
i 6. Hexa. c. 4.
Vulpes, cur squilla foliando importet.
D. Ambrosij error.
a 9. Hist. 7.
b Lib. 3. de aucup.
Anthemonis gloriosi militis iactatio.

CAPIENDI RATIO.

ARISTOTELES a de Columbis scribens Turtures etiam excæcatas allectatrices ali solere prodidit. Capiuntur autem diuersimodè: Viſco in primis teste b Oppiano, & sub arbore, cuius ramis Turtur alter, videlicet allectrix imponitur. Qui capiendi modus longè antiquissimus videtur, vt pote cuius Plautus quoque meminit, vbi Antemonidem gloriosum militem facit iactare sese sexaginta hominum millia occidisse proprijs manibus, dum ait.

Viscum legioni dedi
Fundasq; eò præsternebam folia sarfari.

Lycus respondet.

Cui rei? ANTH. Ne ad fundas viscus adhæresceret
Infundas infundebam grandiusculos globos
Eos volantes iussi fundarier.
Quid multa verba? Quemquem visco offenderant,
Tum crebri ad terram decidebant, quàm pyra.
Vt quisque ceciderat, necabant eum ilicò
Per cerebrum pinna sua sibi quasi Turturem.

Quomodo intricentur Turtures laqueis è pilis caudæ equinæ, & alijs quibusdam: item quomodo retibus capiantur docet multis Pet. Crescentiensis, & ante ipsum Aelianus, dum ait: *Ad hanc rationem aucupantur Turtures, qui absolutè, perfectè q; earum aucupium tenent, nec longissimè ab experimento aberrant, vt saltent, valdè q; suauiter, præclarè q; canant: quorum auditu hæ delectantur, saltationis q; conspectu permulcentur, accedunt q; proprius. Aucupes sensim, & pedetentim*

Vt retibus capiantur.

detentim rò fecedunt, vbi retium explicatorum posita sunt insidiæ in quas incidentes, capiuntur; cepta primùm saltatione, & cantiunculis. Orus quoque testatur Turtures tibia, & saltatione capi. Intercipiuntur insuper, teste Oppiano, cùm siticulosè ad fontem accedunt: venator prope eum arundinem erigit, pennis ad summum alligatis: quarum inquit, motus Turtures admodum terret, fugatque. Sed aliàs Turtur iam pridem captus in propinquo ponitur, quo conspecto, cæteri aduolitant, & retis tractu obteguntur. Aliquando etiam contingit Turtures ita viribus labescere, vt manu sese capiendas præbeant, vt author de natura rerum prodidit.

Turtures saltatione gaudent.

Vt prope fontes capiantur.

Turtures manu capiuntur.

DENOMINATA.

VERBENACA Græcis trygonium appellatur, quòd Turtures ea delectentur, seu potiùs, vt doctissimè disputat Ioan. Goropius Becanus, quod ad eos amore conciliandos, ligandosq; valere credatur, in quibus cùm Columbæ, tùm Turtures omnium gentium iudicio habent principatum.

Trygoniũ.

AVGVRIA.

Vsus in Sacris.

VETERES, vt historia testatur, quicquid agebant, nisi auspicatò agebant, maximè in rebus serijs. Ita quoque in primo die, vbi desponsatio futura esset, nobiliores familiæ non nisi auspicatò conueniebant. Optima autem istiusmodi auguria capiebantur à Turture, & Cornice: atque ita si par integrum apparuisset, boni ominis erat, si alter tantùm, pessimi, quemadmodum in Cornice fusiùs docuimus. In Columba verò Columbam diximus propter salacitatem potissimum Veneri ab antiquis sacram habitam fuisse. Contrà verò *a* Ælianus albas Turtures cùm Veneri Cereri, tùm etiam Parcis sacras esse sese intellexisse scribit. Belgæ, referente *b* Becano, Turturem Columbarum minimam his amoris, & fidei dotibus excellentissimam arbitrati, non nomen tantum ab ijs facere, sed eum præ ceteris Veneri consacrarunt, adeo, vt apud eos, qui externis moribus necdum corrupti, patrios ritus conseruant, nephas habeatur. Turturem occidisse: & ne honos nobili auiculæ à maioribus tributus ob Veneris cultum abolitum pariter, dicunt eam D. Virgini sacram esse, attexta etiam nescio qua fabula ad opinionem apud vulgus confirmandam. Tartaros pariter ferunt Turturum esum abominari, eosque minimè capere, nescio an ob similem causam. De vsu verò Turturum in sacrificio Hebræorum abundè cùm in Columbæ tractatu egerimus, superuacaneum est hic repetere.

Familiæ nobiles antiquorũ auspicatò conueniebant.

Duos Turtures vidisse bonum, vnũ malè.

Columbæ cur Veneri sacra.

a li. 10. ca. 33.

b lib 6. Sax. Belgæ, Turtures Veneri consecrarunt.

Turtures occidere vbi nephas sit.

MYSTICA.

CASTITATI huiusce auis, qualem prædicauimus, multa sacrosancta mysteria innituntur, adeo vt Adamantius Origenes scripserit: *Castitatis sermo Turtur est in Ecclesiæ conuiuio.* Et alibi *a* D. Hieronymus: *Turtur*, inquit, *auis pudicissima semper habitans, in sublimibus, typus est Saluatoris.* Cui eandem hanc auem ita comparat S. Antonius Patauinus: *Christus*, inquit, *facit sicut Turtur auis, quæ hyemis tempore ad valles descendit, & in truncis concauis arborum habitat deplumis. In æstate verò ad montana reuertitur. Sic Christus in hyeme infidelitatis, & frigore demoniacæ persequutionis descendit in vterum humillimæ Virginis, & habitauit in hoc mundo pauper, & abiectus, tanquam plumis potentiæ nudatus. De hac Turture dicitur in Cantico: Vox Turturis audita est in terra nostra: Vox Turturis est gemitus, & luctus. Christus descendit gemere, & plangere, quem nunquam legimus risisse, vt nos doceret gemere, & plangere. Audita est autem vox Turturris in terra nostra, scilicet, Agite pœnitentiam. Cùm verò appropinquauerit æstas, & feruere cœperit Iudaicæ persequutionis, & exarserit calor passionis, tunc redyt ad montem, idest ad*

Turtur D. Virgini sacer auctus.

a lib. 1. ad. uerl. Ioninianum.

Saluatoris typus.

Vox Turturis.

Christus nunquam risit.

Turtur significat sapientiam patris.

Turtur sanctos viros notat.

Sancti solitarij incedunt.

Praedicationis & secretarum orationum typus.

b Psal. 73. Catab quod Hebrais.

c Comm. in Daniel. c. 2. Hebraea gens Turtur appellata, & cur.

Idem sunt confiteri, & laudare.

d Psal. 63.

Turtur animi malecallitatis.

e Lib. 19. mor. c. 24.

Christus Passer dictus.

Fideles per Turtures designati.

f Cap. 29.

Quis per nidum expressa.

Dauidis cor Passer significat.

Turtur eius carnē.

Patrem, &c. Eadem ratione, vt ait Ambrosius Heremita Turtur dicitur sapientia Patris, quoniam imperfectis absconditur, & inter perfectos eam verbi dispensator loquitur. Nam Turtur, vt dictum est, vitam in secretioribus, & à multitudine remotis vitam transigit. Turtur, inquit, disertissimus Iacobus de Vitriaco Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. sanctos viros significare potest, quorum exemplo reprobi Iudæi tempus visitationis suæ debuerunt agnoscere, & dicere cum Nicodemo: *Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo.* Turtur quandiù maritus eius viuit, nunquam recedit ab eo, quo mortuo nulli alij copulatus, sed solitaria incedens, siccis arborum ramis insidet, gemens, & tristis. Per Turturem igitur sancti, casti, & iusti designantur, qui solitarij incedunt à tumultu mundi remoti, gementes, & dolentes pro morte Christi, & pro peccatis suis, & aliorum, super siccum paupertatis ramum insidentes: absconduntur autem in hyeme: in præsenti enim sæculo propter vanitatem, in æstate autem futura in cælum volabunt. Significat etiam Turtur soliuaga prædicationes, & secretas orationum lachrymas, quemadmodum contrà Columba gregalis vitam actiuam, & orationes Ecclesiæ publicas, vt scribit Thomas de Vio in summa D. Thomæ Doctoris Angelici. Apud Psalmographum *b* locus est huiusmodi: *Ne tradas Chaiah* (bestijs, vt D. Hieronymus transtulit) *animam erudita in lege tua.* Vbi septuaginta habent. *Ne tradas bestijs animam confitentem tibi.* Fr. Hector *c* Pintius Lusitanus Hieronymianus Hebraicismi peritissimus idem vocabulum feram, & bestiam significans significare etiam congregationem, & vocabulum, pro quo septuaginta verterunt confitentes significare ait Turturem, & legem. Vnde Pagninus traduxit: Ne tradas congregationi inimicorum animam Turturis tuæ. Ac si dicat. Ne tradas, Domine, vitam gentis Hebrææ exercitui hostium suorum. Gentem illam appellat Turturem ob imbecillitatem, & mœstitiam, quo opprimebatur, quòd se cinctam ab inimicis intueretur. Et quia populus ille Deum laudibus efferebat, appellant illum septuaginta confitentē Deo, idem est confiteri, quod laudare, & Hieronymus eruditum in lege Dei. Potest verti: Ne tradas cœtui hominum animam Turturis tuæ: vt sit sensus; Cupio, Domine ab hominum cœtu, & frequentia discedere, neque in solitudinem recipere instar Turturis, loca solitaria quærentis, vt aptiùs possim in diuinam philosophiam incumbere, & cælestia mysteria contemplari; quapropter te obsecro, & obtestor, ne me Turturi similem tradas turbulentis negotijs, & hominum congregationi ac frequentiæ. Alius est eiusdem Psalmographi locus, quo antea diximus D. Hieronymum propter mysterium Turturem vertisse. Ait autem *d* Psalmographus: *Etenim Passer inuenit sibi domum, & Turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos.* Quem locum commentans D. Hieronymus: Simpliciter, inquit, interpretemur: videte quid dicat (Dauid) Desidero Domine æterna tabernacula tua: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Sedem aliquam, & nidulum animæ meæ, & corpori meo habere desidero. Aues, quæ liberè huc illuc vagantur tamen postquam volauerint, habent locos, & nidulos, vbi requiescant: Quanto magis anima mea, & caro mea debet sibi locum præparare, vbi possit requiescere? Non alibi ascendamus. In Domino confido: Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut Passer? Videte ergo, quia nemo transmigrat in montes, nisi qui Passer est. *Et Turtur nidum sibi.* Iste est Turtur, de quo dicit in Cantico Canticorum. *Vox Turturis audita est in terra nostra. Turtur nidum sibi:* Turtur est animal castitatis. Turtur non habitat in humilibus, sed semper facit nidos sibi in excelsis arboribus. Sicut ergo Passer, & Turtur aues castissimæ nidos sibi in sublimioribus faciunt: sic ergo tabernacula, & atria, & domus non sunt in humili ista terra, sed in excelsis, hoc est in Regno Cœlorum. Exponit eundem textum D. *e* Gregorius, per Passerem intelligendo Christum, qui sibi domum inuenit, quando ascendit in Cœlum sed per Turturem fideles accipi, qui ipsum imitantur: Vnde explicans illud *f* Iob: *In nidulo meo moriar*: ait: Quid per nidum exprimitur, nisi tranquilla quies fidei, puta, qua vnusquisque infirmus nutritur? Nam si Ecclesia Sancta infirmos quoque filios nunc in nido pacis non enutriret. Psalmographus non diceret: *Etenim Passer inuenit sibi domum, & Turtur nidum, &c.* Iam quippè domum Passer inuenit, quia in æternum Cœli habitaculum Christus intrauit. Et Turtur inuenit nidum, quia Sancta Ecclesia amore conditoris affecta crebris gemitibus vtitur, & velut nidum sibi, id est pacatissimam fidei quietem constituit, in qua crescentes filios quasi plumescentes pullos quousq; ad superiora euolet, caritatis gremio calefactos fouet. D. verò Augustin enarratione eiusdem Psalmi per Passerem intelligit, ait Prophetæ cor, & per Turturem eiusdem carnem. Nam duo, inquit, dixerat, & duo reddidit in similitudinem auium.

Dixerat

Dixerat exultasse cor suum, & carnem suam, & hic duobus reddidit Passerem, & Turturem. Cor tanquam Passer, caro tanquam Turtur: inuenit sibi domum Passer, inuenit sibi domum cor meum. Exercet pennas in virtutibus huius temporis in ipsa fide, spe, & charitate, quibus volet in domum suam, & cùm venerit permanebit etiam querula vox Passeris, quæ hic est, non erit ibi. Nam ipse est querulus Passer, de quo alio g Psalmo: *Sicut Passer solitarius in tecto, de tecto volat ad domum.* Iam sic sit in tecto, calcet domum carnalem, & habebit quendam cælestem locum, perpetuam domum. Passer iste finiet querelas suas. Turturi autem dedit, & pullos, ideſt, carni, inuenit nidum Turtur, vbi ponat pullos suos. Passer domum, Turtur nidum: & nidum vtique vbi ponat pullos suos, Domus tanquam ad sempiternum eligitur, nidus ad tempus congeritur. Corde cogitamus Deum, tanquam volantem Passerem ad suam domum: carne autem agimus opera bona: videtis enim per carnem sanctorum quanta bona fiant: per hanc enim operamur, quæ iussi sumus operari, quibus adiuuamur in hac vita. Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, vesti, & cætera talia, quæ nobis præcepta sunt, non operamur nisi per carnem. Passer ergo ille, qui cogitando domum suam, non recepit à Turture quærente sibi nidum, vbi eos ponat, &c. Idem alibi. Videamus, inquit, quomodo in Deum, & cor simul, & caro hominis exultat. Quomodo nisi, vt homo, & carne, & corde seruiat. Cor enim exultat in Deum, quando honesta, & sancta cogitat, quando religiosa opera, & Deo placita concupiscit. Caro autem exultat, quando pudica est, quando sobria, quando nulla impuritate polluitur, quando nullis immundis actibus sordidatur. Videte enim è diuerso, & agnoscite, quàm vera sint, quæ dico: si viderit aliquis vestrum hominem iniusta dicentem, nunquid dicere potest, quod cor illius exultet in Deum viuum? Aut si quis alium viderit ebriosum, impudicum, fornicatorem, nunquid dicere potest, quod caro eius exultet in Deum viuum? Nulla enim caro exultat in Deum, quæ viuit in vitio. Ideo ergo propheta dicebat: Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Quia & corde retinebat plenam religionis fidem, & carne seruabat deuotam corporis sanctitatem. Nec sine causa in consequentibus statim Psalmista subdidit, dicens: *Etenim Passer inuenit sibi domum & Turtur nidum, vbi reponat pullos suos.* In Turture, & Passere Saluator noster significatur. Passer enim, vt scitis, perparua auis est: Turtur enim, vt legimus, pudicissima. Et ideò Saluator noster Passer dicitur, quia docuit primus humilitatem. Turtur dictus est, quia docuit primus castitatem. Vnde etiam in Canticis Canticorum dixit: *Vox Turturis audita est in terra nostra.* Vox Turturis doctrina intelligitur Saluatoris. Audire cœpit, puritatem castitatis adamauit. Etenim Passer inuenit sibi domum, & Turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos. Quæ est enim domus Christi, nisi Ecclesia. Hanc ergo domum Saluator cum ingenti pietate quæsiuit, &c. Diuus verò i Bernardus in hanc Prophetæ psalmographi sententiam incidens longè aliter eam interpretatur, dum ait: *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, in quibus Passer inuenit sibi domum, & Turtur nidum, vbi reponat pullos suos.* Passer, inquam, naturaliter animal vitiosum, mobile, leue, importunum, garrulum, ac pronum in libidinem. Et Turtur luctus amica, opacæ solitudinis familiaris incola, forma simplicitatis, exemplum castitatis. Ille sibi inuenit domum quietis, & securitatis. Illa nidum sibi, vt reponat pullos suos. Quæ sunt hæc, nisi iuuenum naturaliter calidus sanguis, & feruidus animus, ætas labilis, curiositas inquieta, & virilis maturitas, seruus animus, castus, sobrius, pertæsus exteriorum quantum potest, & intra semetipsum. Quorum alterum in tabernaculis Domini virtutum, in disciplina cellarum inuenit sibi ab omnibus vitijs quietem, firmamentum stabilitatis, & mansionem securitatis. Alterum verò in secreto cellæ secretiorem recessum conscientiæ, vbi reponat, & nutriat sanctarum affectionum suarum fructus, & spiritualis sensus contemplationis. Passer solitarius in tecto, hoc est, in altitudine contemplationis calcare amat habitationem carnalis conuersationis. Turtur in inferioribus fœcundatur, & gaudet in fructibus humilitatis. Perfecti enim quique, & spirituales, qui Turturis nomine designantur, cùm ad firmamentum, & robur virtutis suæ per virtutem obedientiæ, & subiectionis peruenerunt, præmunt se semper, & deijciunt in id quod insipientium est: & vnde infra se descendunt, inde ascendunt supra se: & humiliando se magis proficiunt propter fructus solitudinis, qui sunt frequentes, & sublimes excelsus contemplationis, non arbitrantes esse negligendum conscientiam voluntariæ subiectionis, vsum socialis vitæ, & dulcedinem fraternæ charitatis, &c. k Disertissimus D. Chrysostomus à prophe-

g Psal. 10.

h Hom. 33. *Homo, vt Deo corde & carne seruiat.*

Saluator in Passere, & Turture notatur.

Dominus Christi Ecclesia.

i Epist. ad frat. de monte Dei.

Passer animal vitiosum.

Turtur amica luct.

Inuentus Passeri comparata.

Passer solitarius in tecto.

Perfecti, & spirituales Turturis nomine designantur.

k Homi. de virt.

Homo cur per Passerem designatus.

pheta Passerem appellari ait, designarique hominem, quia anima nostra, sicut Passer erepta est de laqueo venantium. Quod & Dominus idipsum volens ostendere discipulis suis, quantum alios sanctitate præcellerent, dicit *l* eis: *Nolite timere: multis Passeribus meliores estis vos.* Propterea, & Salamon proclamat, dicens: *Vt euadas, sicut damula ex cassibus, & sicut auis à laqueo.* Turturi verò ait comparasse omnem castam Ecclesiam propter multiplicem sapientiæ gratiam. Et, quia, inquit, verum est, quod dicimus, audi *m* Dauid loquentem: *Omnis gloria filia regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietate: Etenim Passer inuenit sibi domum, & Turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos.* Hoc in confessione trophæi crucis enutriens illuminatos filios suos. Huius Turturis *n* Hieremias mentionem facit, dicens: *Turtur, & Hirundo, & Cicada agri, Passeres cognouerunt tempus aduentus sui.* Turturem dicit omnem castam Ecclesiam: Hirundinem verò Ioannem hominum amatorem: Cicadam verò eloquentissimum Paulum, Ecclesiæ Organum. De ista namque Turture præcepit Abrahæ Deus dicens: *o Accipe mihi vaccam trimam, & arietem trimum, & capram trimam Turturem, & Columbam.* Huius Turturis meminit scriptura in Cantico *p* Canticorum, dicens: *Vox Turturis audita est in terra nostra. Vox Turturis huius cœlestem Christi nobis veris temporis gnificat aduentum: Vox Turturis audita est in terra nostra. Audiamus igitur huius Turturis vocem melleam dicentem: Nigra sum, & speciosa filia Hierusalem, &c.* Venerabilis *q* Beda, quomodo per Passerem animam, per Turturem carnem intelligendam esse scribit, nunc audiamus. Duobus, inquit, præmissis, duo alia reddit (nempe diuinus Psalmista) in similitudinem auium. Et animam dicit Passerem, propterea, quia Passer querula auis est, & cauta à laqueis, & exercet se in pennis. Et anima, quæ hic ingemiscit attendendo tristitiam, & laborem peregrinationis, & cauet sibi à deceptionibus diaboli, non acquiescendo concupiscentijs carnis. Et quæ exercet se in pennis, quibus ad alta tollatur, id est, in virtutibus huius vitæ, scilicet in fide, spe, charitate. Huiusmodi, inquam, anima auolando de terra, & cælestibus conuersando, inuenit sibi ibi domum, in qua semper maneat, & omnem miseriam suam finiat. Turturem verò comparat carni: quia sicut Turtur pro cantu gemitum habet: ita ad carnem propter multiplicem, & infinitum defectum suum pertinet semper ingemiscere. Cui Turturi dat pullos suos: quia carnis est opera misericordiæ facere: vt nudum vestire, esurientem pascere, infirmum visitare, & cætera talia facere. Isti autem pulli non vsquequaque sunt ponendi, ne conculcentur, & pereant: sed in nido, idest, in fide, & societate Catholicæ Ecclesiæ, extra quam veri Sacrificij locus non est, quia & pagani sæpè faciunt opera Misericordiæ: sed quia non habent nidum; ideò conculcantur, & pereunt opera eorum. Et notandum, quod animæ propter manentem mansionem in cælo domum dat, carni verò dat nidum, qui ad tempus tamen inhabitatur, deinde deseritur: quia & fides, & opera misericordiæ, quæ caro facit, temporalia sunt. Cùm enim venerit species, peribit fides, nec opus erit misericordiæ, vbi nulla erit miseria. Litera autem sic legitur, quasi dicat: Verè anima mea, & caro exultauerunt in Deum viuum, quia anima mea existens Passer inuenit sibi domum: & caro mea existens Turtur inuenit sibi nidum, vbi reponat sibi pullos suos. Sed istæc pro huius loci explicatione sufficiant. Alius est scripturæ locus in *q* Cantico Canticorum: *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut Turturis.* Quam sententiam explicans D. Gregorius. Turtur, inquit, postquam parem suum perdiderit semel, nunquam alteri se iungit, sed semper solitariè habitans, in gemitu perseuerat, quia quem diligebat, non inueniens, quærit. Sic anima quæque dum à sponso suo abiens est, ab eius amore non recedit, sed in eius desiderium semper anhelat, & gemit, & dum illum, quem valde diligit, non inuenit, quia ab omni alieno amore se retrahit, quasi in genarum verecundia castitatem cordis ipso habitu, & actu exteriori ostendit. Et D. *r* Bernardus antedicta verba exponens, hoc pacto ferè scribit: Tenera est sponsæ verecundia, & per increpationem sponsi facies eius rubore suffusa est, pulchriorque ex eo apparens, illicò audit, pulchræ sunt genæ tuæ sicut Turturis. Duo quædam in intentione, quam faciem animæ esse dicimus, necessariò requirentur, res, & causa: idest, quid intendas & propter quid. Et his sanè duobus animæ, vel decor, vel deformitas iudicatur, vt (verbi causa) anima, quæ ambo ista recta, atque pudica habuerit, illi meritò, veraciterque dicatur: *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut Turturis.* Quæ verò altero eorum caruerit, non poterit audire: *Pulchræ sunt genæ tuæ, &c.* propter eam quæ adhuc ex parte erit, deformitatem. Si (verbi gratia) intendat quis animum inquirendæ veritatis, atque id solo veritatis amore, nonne is tibi videtur, & rem, & causam habere

Extra Ecclesiam Catholicã non est locus sacrificij.

Anima Turturi assimilata.

l Matt. 15.
m Psal. 44.
n Cap. 8.
o Gen. 15.
p Cap. 2.
q In com. ad Psal. Passer cur animam designet.
q Cap. 1.
r Serm. 4. super Cãt.

habere honestatem, meritoque sibi vendicare, quod dicitur *Pulchre sunt*, &c. Quippe cui in neutra generum natiuus reprehensionis appareat. Quod si minimè quidem veritatis desiderio, sed aut inanis gloriæ, aut commodi temporalis obtentu in veritatem obtenderit, iam etsi vnam genarum videatur habere formosam, non dubitabis ex parte deformem, cuius alteram faciem cauſę turpido fœdauerit. Si autem videris hominem nullis honestis studijs intendentem, sed carnis illecebris irretitum, ventri, & luxuriæ deditum, quales sunt illi, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt, nonne istum ex vtraque parte fœdissimum iudicabis in cuius vtique intentione res, & causa reproba inuenitur? Ergo solum inquire Deum propter ipsum solum, hoc planè est, vtranque bipartitæ intentionis faciem habere pulcherrimam, atque id proprium, ac speciale sponsæ, cui merito singulari prærogatiua audire conueniat: *Pulchræ sunt*, &c. Turtur pudica auicula est, & conuersatio eius non cum multis, sed solo degere fertur contenta compare: ita vt si illum amiserit, alterum non requirat, sed sola deinceps conuersatur. Tu ergo stude ambas speciosas habere has genas tuę intentionis, vt imitator castissimæ volucris, sed eas secundum Prophetam solitarius, quoniam leuasti te super te. Omnino supra te angelorum Domino desponsari, adhærere Deo, atque vnum spiritum esse. Sede itaque solitarius, sicut Turtur, nil tibi, & turbis, nil cum multitudine cæterorum, etiamq; ipsum obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Secede ergo mente, ostio, ora patrem tuum ſ præcipiens, ne virgo coniungatur malis hominibus: Sanctimonialis, inquit, fœmina, quæ Christum perfectè diligit, delectabilia, & superflua dona ab omnibus non recepit, quia Christum in omnibus donis anteponit. Vnde in Canticis Canticorum Ecclesiæ dicitur, *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut Turturis*, Turturi assimilatur Ecclesia, vel quælibet sancta anima, quia Christum perfectè diligit, & nihil amori eius præponit. Turtur ex quo per occasionem coniugem suum perdidit, nunquam alterum amplius quęrit, quia adulterinum amorem non recipit, sic sanctimonialis fœmina, quę Christum perfectè diligit, amplius adulterinum amorem non recipit, ideſt, amplius in malo homines non diligit. Religiosa fœmina, quæ plus diligit hominem, quam Christum non est casta, sed adultera, quia Christum contemnit, cui fuerat desponsata, &c. Antea item eodem in 1 libro dixerat ad eundem fermè sensum, Soror in Christo amabilis mihi, audi vocem Iesu Christi sponsi tui dicentis: Surge amica mea, & veni per dilectionem, iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit, flores apparuerunt in terra, tempus putationis aduenit, vox Turturis audita est in terra nostra, hoc est vox prędicantium apostolorum in Ecclesia. Turtur est auis castissima, quæ in excelsis, & arboribus semper nidificare, & morari solet: Apostolos, vel cæteros Doctores significat, qui possunt dicere: Nostra conuersatio in Cœlis est, quæ & gemitum habet pro cantu, & significat ploratum sanctorum, qui suos ad lamentum, & fletum hortantur, dicentes: Miseri estote, & lugere. Igitur honesta virgo, accipe exemplum huius Turturis, & luge propter amorem Iesu Christi sponsi tui, quousque eum videre possis regnantem in solio regni sui. Melius est tibi lugere cum amore Iesu Christi, quàm cum timore inferni. Pulchræ sunt genę tuę sicut Turturis. Natura Turturis est, vt si per occasionem perdiderit alterum amplius non quærit. O sponsa Christi, assimilare & tu huic Turturi, & præter Iesum Christum sponsum tuum, amatorem non quæras alterum. O sponsa Christi, esto similis Turturi, & luge die, ac nocte cum desiderio Iesu Christi sponsi tui: quia iam ascendit ad Cœlos, vt aliquando faciem illius videre merearis in dextra patris. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut Turturis. In genis solet esse verecundia. Soror venerabilis genas habes Turturis, si præ verecundia Iesu Christi sponsi tui, nihil contra voluntatem illius facis. Genas habes Turturis, si cum amore, & reuerentia Christi ea, quæ nihil displicent postponis. Genas habes Turturis, si præter Christum alterum amicum non diligis, &c. Explicat pariter eiusdem sententię mysteriũ D. Hieron. postquam disertissimè demonstrasset Ecclesiam Christi, sponsam esse, quæ tanquam pro epilogo repetens. Per hæc, inquit, edocemur, quomodo sponsa Christi, quæ est Ecclesia, etiam sit corpus eius, & membra. Si ergo audias sponsi membra nominari, Ecclesię membra dici intellige: in quibus sicuti aliqui, qui dicunt oculi pro intelligentiæ fine dubio, ac scientiæ lumine: & alij aures pro audiendo verbo doctrinæ: alij manus pro bonis operibus religiosisque ministerijs: ita sunt alij & qui genæ eius appellentur. Genæ autem partes vultus dicuntur, in quibus honestas, & verecundia animæ agnoscitur: per quod sine dubio illi in membris Ecclesiæ declarantur, qui castitatis, & pudicitię excolant honestatem. Pro his ergo ad omne corpus sponsę dicitur: Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ? Et obserua, quàm speciosæ sunt genæ tuæ, sed quam speciosæ factæ sunt, vt ostendat prius quidem non eas ita fuisse speciosas, sed poste quàm suscepit oscula sponsi, & ipse qui loquebatur per Prophetas, prius affuit, & mundauit

Turtur pudica auis.

s Serm. 60. de modo bene viuendi.

S. Ecclesia Turturi assimilatur.

Sanctimonialis fœmina Turturi comparata. t Serm. 10.

Vox prædicantiũ vox Turturis est.

Genas Turturis quæ habent.

Ecclesia Christi sponsa.

ſibi ipſi Eccleſiam lauacro aquę, & fecit eam non habere maculam, aut rugam, & agnitionem ſui præſtitit ei: tunc factæ ſunt ſpecioſæ genæ eius. Tunc enim caſtitas, & pudicitia, & virginitas, quæ prius non fuerat, per Eccleſiæ genas ſpecioſa decore diffuſa eſt. Quæ tamen genarum ſpecies, ideſt, pudicitiæ, & caſtitatis Turturibus cõparatur. Turturum ferunt huiuſmodi naturam eſſe, vt neque maſculus præter vnam fœminam adeat aliam: nec fœmina pluſquam vnum patiatur marem: ita vt ſi accidat altero intercepto ſupereſſe alterũ, pariter cum coniuge extinctus ſit ei concubitus amor. Conuenienter ergò ſimilitudo Turturis aptatur Eccleſiæ, quòd vel alterius viri poſt Chriſtum coniugiũ neſciat, vel quod continentiæ, & pudicitiæ in ea tanquam Turturum volitet multitudo. Reſtat & alius Canticorum locus de voce Turturis enodandus, qui talis eſt: *Surge, veni, proxima mea, ſponſa mea, quoniam ecce hyems tranſiit, pluuia abijt, flores viſi ſunt in terra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra, &c.* Hæc declarans idem qui ſupra D. Hieronymus; Quod ſit autem, inquit, tempus opportunum, quo de terrenis, & corporeis locis euolent ad cœleſtia, pennis ſancti Spiritus ſubleuati, conſequenter inſeruit. Quia, ecce hyems perturbationum, ac vitiorum procella diſceſſerit, & vltra iam non fluctuet, & circunferatur omni vento doctrinę. Vbi ergo ex anima hæc cuncta diſceſſerint, deſideriorumq; ab eadem tempeſtas effugerit, tunc incipient in ea flores vernare virtutum: tunc eius meriti, & tempus putationis aduenit, & ſi quid ſuperfluum, & minus vtile fuerit in eius ſenſibus, vel intellectibus, reſecabitur, & ad gemmas ſpirituales intelligentiæ reuocabitur. Tunc etiam vocem Turturis audiet, illius ſine dubio ſapientiæ, quam diſpenſator verbi loquitur inter perfectos ſapientiæ Dei altioris, quæ abſcondita eſt in myſterio. Hæc namq; indicat appellatio Turturis. Hęc namq; auis in ſecretioribus, & remotis à multitudine locis, vitam tranſigit aut deſerta montium diligens, aut ſecreta ſyluarum, procul ſemper à multitudine poſita, & turbis aliena. Quid autem eſt aliud, quod opportunitati temporis huius, amœnitatique conueniat. Et D. Gregorius per vocem huius Turturis veris principio canentis niſi Eccleſiam, per terram ſponſi, niſi vitam illam beatam deſignari aſſerit. Vocemq; Turturis in terra ſponſi auditam eſſe dicit, quia dum pro deſiderio ſuo ſancta Eccleſia deprecatur, à Chriſto in cęlo clementiſſimè exauditur. ᵘ D. Bernardus pariter ad eundem locum commentans hunc in modum ſcripſit: *Vox Turturis, &c.* Hoc inditium eſt tranſactæ hyemis, tempus nihilominus putationis adeſſe denuncians. Id iuxta litteram, inquit. Alias Turturis vox non dulce admodum ſonat, ſed ſignat dulcia. Ipſa auicula ſi emis, non magni, ſi diſcutis, non parui pretij eſt. Et vox quidem gementi, quam canenti ſimilior, peregrinationis noſtrę nos admonet. Illius doctoris libenter audio vocem, qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctum moueat. Verè Turturem exhibes, ſi gemere doceas, & ſi perſuadere vis, gemendo id magis, quam clamando, ſtudeas, oportebit. Exemplum ſanctum in alijs multis, tum vel maximè hoc in negocio verbo efficacius eſt: dabis ˣ voci tuæ vocem virtutis, ſi quod ſuades, prius tibi illud cognoueris perſuaſiſſe. Validior operis, quam oris vox. Vox Turturis, &c. Vbi Regni Cœlorum promiſſio facta eſt, tunc intellexerunt homines, ſe non habere hìc ciuitatem manentem, ſed futuram inquirere tota auiditate cœperunt, & tunc primum manifeſtè ſonuit in terra vox Turturis. Nam dum ſancta quæque iam anima Chriſti præſentiam ſuſpiraret, regni dilationem moleſtè ferret, deſideratam patriam gemitibus, & ſuſpirijs à longè ſalutaret, non ne tibi videtur, vice fungi gemebundæ, ac caſtiſſimæ Turturis quæcunque anima in terra ita feciſſet? Hoc quippe eſt, quod ipſe agebat. Numquid ʸ poſſunt, inquit, filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus, veniet autem dies, cùm auferetur ab ijs ſponſus, & tunc lugebunt. Ac ſi diceret: Et tunc vox Turturis audietur. Ita eſt Ieſu bone. Venerunt illi dies. Nam & ipſa creatura ingemiſcit, & partutit vſq; adhuc, reuelationem filiorum Dei, expectãtes redemptionem corporis noſtri. Hoc ſciẽtes, quod quandiu ſumus in corpore hoc, peregrinamur à Domino. Nec vacui gemitus, quibus è Cœlo tam miſericorditer reſpondetur. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. Et infra: Deniq; compare vno Turtur contenta eſt, quo amiſſo, alterum iam non admittit, numeroſitatem in hominibus redarguens. Nam etſi forſitan culpa propter innocentiam venalis eſt, ipſa tamen incontinentia turpis eſt. Pudet ad hoc negotium honeſtatis rationem non poſſe in homine, quod natura poſſit in volucre. Cernere enim eſt Turturem tempore ſuę viduitatis ſanctæ viduitatis opus ſtrenuè, atque infatigabiliter exequentem. Videas vbiq; ſingularem, vbiq; gementem audias, nec vnquam in viridi ramo reſidentem proſpicies, vt tu ab eo diſcas voluptatum virentia velut virulẽta vitare. Adde, quod in iugis montium, & in ſummitatibus arborum frequentior illi conuerſatio eſt, vt quod vel maximè propoſitum pudicitię decet, doceat nos, terrena deſpicere, & amare cęleſtia. Ex quibus colligitur, quod vox Turturis ſit etiam prędicatio caſtitatis. Neq; enim à principio

Turturum natura.

Tẽpus opportunum quo de terrenis ad cæleſtia euolatur.

Turtur abſconditam Dei ſapientiam denotat.

Eccleſiæ vocem Turturis canẽtis veris principio ſignificatur.

ᵘ *Serm. 59.*

Hyemis tranſactæ inditium.

ˣ *Pſal. 67.*

Anima ſancta Turturi comparata.

ʸ *Matth. 9.*

Turtur viduitatem ſeruat.

vox ista terris audita fuit, sed magis illa, z Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Incassum profectò vox illa pudicitiæ sonuisset, necdū prolata resurgentium patria in qua longè facilius homines neq; nubēt, neq; nubentur, sed sunt Angeli Dei in cælis. Tunc voci illi tempus fuisse dicas, cùm maledicto omnis subiacebat sterilis in Israel, cum Patriarchæ ipsi plures simul haberent vxores, cum frater fratris absq; liberis defuncti semen suscitare ex lege cōpellebatur? At vbi insonuit ex ore cęlestis Turturis commendatio illa spadonum, qui se castrauerunt propter regnum Dei, & item alterius cuiusdam castissimæ Turturis consilium de virginibus vbiq; inualuit, tunc primi dici veraciter potuit, quia vox Turturis audita est in terra nostra. Eucherius verò hoc eodem loco, Turtur, ait, intelligentiam, quę à diuino spiritu est, significari, neq; inficiatur idem de Colūba dici. Sed Spiritum sanctum ex Columba tunc intelligi vult, quando quæ de sacris literis disputatio, cōmentatioq; profertur, ea manifesta est, & adaperta. Tunc verò è Turture cum res altis, obscurisq; mysterijs agitatur. Franciscus a Georgius Venetus Minoritanus quid altius ex hoc mysterio eluere conatur, quærens hoc pacto. Quid significat illud à Salomone decantatum, *Vox Turturis audita est in terra nostra?* An forte quia incipiebat tempus vernale, quando Turtur incipit canere? An si theologizari velimus per numeros, & arithmeticam, quam Hebręi ghematriah vocant, quę est pars secretioris theologię (vox Turturis est vox Iesu, & Marię simul) Iesu enim reddit per numeros trecenta, & sexdecim: Mariam verò ducenta, & nonaginta. Qui numeri simul iuncti reddunt sexcenta, & sex. Quo numero gaudet nomen Turturis apud c Hebræos, quę dicitur Tur. Alibi verò ita respondet. An Turtur (præter ea quę super diximus) est illa gratia, vel diuinitus, quam Hebręi Sachinam vocant? Quæ quidem gratia sacrificia aspiciens, ea inflammabat, orationesq; pariter in Deum ascendere faciebat. Turtur autem dicitur ob fidelitatem, quam exhibet consorti, scilicet filio, qui ait de hac Sachina, quæ est Spiritus sanctus. *Ille de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Et iterum: *ille suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.* Omnimoda enim fidelitas, connexio, & vnio Spiritus sancti, est cum filio: adeo vt alter nunquam ab altero dissentiat. An Turtur est beata Virgo: cuius vox audita fuit in terra nostra, quando dixit: *Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum?* Ad quod verbum statim facta est vnio æterni verbi cum carne humana. Vnde salus, ac redemptio nostra. Iacobus Vitriacensis in explicatione huiusce sententiæ: *Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi*, hunc eundem Salomonis locum adducit, atq; hoc modo declarat, dicēs: post tristia sabbata felix irradiat dies, qui primatum in diebus tenet. Iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit flores apparuerunt in terra nostra. Ficus protulit grossos suos. Vineæ florentes dederunt odorem suum. Hyems transijt, ideſt persecutio, quam pro nobis à Iudęis Christus sustinuit. Frigus etiam infidelitatis, & corporis recessit à cordibus Apostolorum: Imber abijt, recessit, ideſt, amaræ lachrymæ ab oculis discipulorum. Flores immortalitatis, & impassibilitatis Christi apparuerūt in terra nostra, ideſt, in humana natura, vel flores quos produxit æstiua pluuia, ideſt dulces lachrymæ charitatis, bona, scilicet operum initia, apparuerunt in primitiua Ecclesia. Tempus putationis, ideſt amputationis immortalitatis à Christo aduenit, vel amputationis vineæ Domini, vt sacramenta sterilia amputētur. Vox Turturis, ideſt, Mariæ Magdalenæ, prius plangentis, & gementis audita est in terra nostra, quę gaudium nouæ resurrectionis discipulis nunciauit. Vox etiam Turturis, ideſt, Christi, & sanctorum prædicatorum audita est in vniuersa Ecclesia. Ficus protulit grossos suos, ideſt, Synagoga fructus primitiuos, scilicet Apostolos, qui dulcem cibum credentibus ministrarunt.

z Gen. 1.

Intelligentiam, quæ à diuino spiritu est Turtur significat.

Columba quando Spirit. sanctum significet, & quando Turtur. a To. 4. sec. 9. de B. V. q. 457.

Sachina quod Hebræis.

B. Virgo Turtur.

Vox Turturis est Maria Magdalena.

MORA.

MORALIA.

AB insigni, qualem hactenus prædicauimus, castitate, sancti Patres, alijq; passim, quædam moraliter scripsere: *Audiant*, inquit, D. & magnus Basilius, *ipsa mulieres, vt etiam apud animalia ratione non prædita viduitatis honestas iterati connubij anteponatur.* Et *a* rursus alibi vbi de temperantia, & incontinentia scribit: *Audiant idcirco*, inquit, *viri, audiant mulieres castimoniam viduitatis etiam apud ea animalia, quæ ratione non vtuntur, matore esse pretio, & honore, quàm sit multarum nuptiarum deformitas. Inimici cum ijs, qui animam agunt, in gratiam redunt, ac nouercæ mortem demum incipiunt odio habere. Turturem aiunt, si quando à coniuge disiunctus fuerit, nunquam in posterum cum alio inire societatem, sed calibem sibi coniugio manere, alterius coniunctionem respuendo, coniugis superioris nimirum recordatione. Quid igitur nobis miserius esse potest? Qui non solum non eundem coniugibus nostris ostendimus amorem, quem animantia rationis expertia, sed etiam contra, quàm est præceptum Domini, incedimus collo erecto, oculis vicantibus, colore q; adulterato, qui vulgò castitatem prodere, atq; eripere solet. Hanc autem lex Dei, inquit* fœcundissimus, & sanctissimus *b* Ambrosius, *velut casta hostia munus elegit. Quæ cum Dominus circumcideretur oblata est, quia scriptum est in lege Domini, vt darent hostiam par Turturum, aut duos pullos Columbarum. Hoc est enim verum Christi sacrificium, pudicitia corporalis, & gratia spiritalis. Pudicitia ad Turturem refertur, ad Columbam gratia. Etenim Turtur, vbi ingalis proprij fuerit amissione viduata præsum thalamos, & nomen habet coniugij, eo quod primus amor fefellerit eam dilecti morte deceptam, quoniam, & infidelis ad perpetuitatem fuit, & amatus ad gratiam, qui plus doloris ex morte, quam suauitatis ex charitate generauerit. Itaque iterare coniunctionem recusat, nec pudoris iura, aut complaciti viri resoluit fœdera: illi soli suam charitatem reseruat, illi custodit nomen vxoris. Discite mulieres, quanta sit viduitatis gratia, quæ etiam in* c *1. Tim. 5.* *animabus prædicatur. Quis igitur has leges Turturi dedit? Si hominem quæro, non inuenio. Homo* d *1. Cor. 7.* *enim nullus est ausus, quando nec* c *Paulus ausus est leges tenendæ viduitatis præscribere. Nam ipse ait: Volo ergo iuniores nubere filios procreare matre familias esse, nullam occasionem dare aduersario.* Et *d* alibi: *Bonum est illis si sic permanent, quod si se non continent, nubant: melius enim est nubere, quam vri. Optat Paulus ió mulieribus, quod in Turturibus perseuerat. Et iuniores hortatur, vt nubant, quia mulieres nostra Turturum pudicitiam implere vix possunt. Ergo Turturibus Deus infudit hunc affectum, hanc virtutem continentiæ dedit, qui solus potest præscribere, quod omnes sequantur. Turtur non vitiat flore iuuentutis, non tentatur o cassus illecebra. Turtur nescit primam fidem irritam facere, quia nouit castimoniam seruare prima connubij sorte promissam.* Super eadem Turturis continentia elegans extat Theodorici Regis ad Vvilitanchum Ducem scripta Epistola, quam Cassiodorus varijs suis inseruit, posteritatique reliquit. Est autem talis: *Grauis est Patzeris clementia nostræ sensibus animata conqueritur: qui se in expeditione Gallica constituto, in eum Brannilam profiluisse testatur excessum, vt vxorem eius Regiam, proprio sociandam duceret esse coniugio, & in iniuriam nostrorum temporum adulterij simulata matrimonij lege commissum fuit. Hæc nos, si vera sunt, transire nequaquam patimur impunita. Nam quando effectus tuos quis habeat, si sic sceleri subiacebit, cum pro omnium salute pugnauerit? Respexite impudica, gementium Turturum castissimum genus: quod si à copula sua fuerit casu intercidente diuisum, perpetuæ se abstinentiæ lege constringit: gratiam coniunctionis non repetit, quam reliquit fidem seruat, dum laudem pudoris ignorat: & moribus studere deprehenditur, quod nulla viduitatis conuersatione gloriatur. Mulierum se, proh dolor, vota continere nequeunt, quibus castitatem ratio persuadet, pœna legis imponit, terror maritalis extorquet. Perierunt profectò mores, sic nec illis comparari possunt, quæ ratione carentia temperantur. Et ideo sublimitas tua imperitos ad suum factat examen occurrere: & rerum veritate discussa, sicut iura nostra præcipiunt, in adulteros maritorum fauere reiecetur. Quia defensorem Resp. redire noluerunt, qui scelerata præsumptione coniuncti sunt. Confundi sine dubio desiderauerunt omnia, qui tentauerunt legibus inimica. Sed melius est paucorum damno malorum corrigatur intentio. Quia omne matrimonium,* f *Serm. de temp.* *quod abest, incertum relinquitur, si in tanta reuerentia sine aliquo terrore peccetur.* D. Aug. *f* verò iubet, vt velut castissimi Turtures diuina verba S. Spiritus feruore in nidum cordis nostri fouere contendamus, ne ve permittamus, vt in nobis semen verbi Dei peccatorum frigore congelascat: propter illud, quod scriptum est: *Abundauit iniquitas, refrigescet charitas.* Simus magis, sicut dicit Apostolus, spiritu feruentes. Quomodo .n. Columbæ, vel Turtures, postquam genuerint oua, si illa permiserint refrigerari, perdent fructum illorum: ita & nos si conceptum verbum Dei per obliuionem refrigerari permittimus, desiderabilem fructum habere

a Orat. 8. Castimonia viduitatis laudata.

b Li. 6. Hexam. c. 19. Turtur pro casta hostia manere electa.

Turtur cõtinẽtia mulieres vincit.

Theodorici Regis Epistola de continẽtia Turturis.

e L. 5. Var. 33. Brandil adulterij accusatus.

habere non possumus. Præstamus itaque in nobis nidum sermonibus sanctis, secundum quod scriptum, *Turtur inuenit sibi nidum, vbi reponat pullos suos.*

HIEROGLYPHICA.

QVAMVIS paucissima, imò penitus nulla apud Orum legantur Turturis hieroglyphica ab Aegyptijs sacerdotibus prodita, verisimile tamen est, & alia præter vnicum, quod ille ponit, idque falsissimum, ab illis posteritati relicta fuisse. Illud autem tale est: Mulierem lactantem, ac bene nutrientem pictura expressuri Aegyptij Turturem pingebant, quod sola inter omnes volucres hæc dentes habeat, & mammas. Sed hoc nos Vespertilioni conuenire, non Turturi, suprà diximus. Picrius Valerianus aliquot alia addit, quorum primum est continentissimæ viduitatis, quam illi exprimere volentes, plerosque ait *Turturem in aliquo ramo insidentem* pingere, nimirum quia hæc auis coniuge vita functo non amplius nubat. Alterum pudicitiæ est, quoniam apud Hebræos reperiatur, per Turturem pudicitiam significare, siquidem, inquit, apud D. Basilium habetur in circuncisione par Turturum, aut duos pullos Columbarum offerre mos erat, quod indicium esset pudicitiæ, & vitæ continentis exemplum. Pudicitia à Romanis velata facie pingi, sculpique solebat, & apud alios testudini æquiparata fuit, quod pudicarum sit sese domi continere, & frequentia loca omnia declinare. Atqui Turtur in secretioribus, & remotis à multitudine locis vitam transigit, aut deserta montium diligens, aut secreta syluarum à frequentiore auium aliarum cœtu sequestrata. Tertium quod ponit, Hieroglyphicum est prouidentia, quoniam oblatio Turturis, & Columbæ in sacris literis significat, vt Hesychius exponit, hominem contemplationi deditum, qui munus offerat suum in scientia, & mansuetudine spirituali: hic enim opus est prudentia, non vt excedat legis consideratio circa res vana occupata. Turturem quidem ponit, quia cognitionem, atque prudentiam habet rerum, quas sibi necessarias fore viderit, ita vt eius exemplo exprobaretur populus Iudæorum, Hieremia dicente: *Turtur, & Hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* Apud Philippum, inquit idem Pierius loquens de quarto huiusce auis Hieroglyphico, nimirum saltationis, illum, qui sacerdotum Aegyptiorum lemmata quædam Græcè scripta posteritati tradidit, saltatorem hominem, & t bijs deditum, per Turturem significari comperio, neque quicquam aliud: nam eam omninò tibijs mirum in modum affici compertum est, quarum etiam audita æmulatione, date motus compositos, & saltationem imitari dicunt: quin etiam eo cantu in insidias allici, atque capi. Ad huiusmodi saltationem addemus, quod Theocritus Idilio, cui Συρακούσαι titulus est loquaciores quasdam fœminas Turtures vocat: illæ enim non ore tantùm garrulitatem ostentant, verùm etiam caudæ motu, qua propemodum obstrepere videntur. Hæc ille. Sed eo modo Turtur garrulitatis potiùs, quam saltationis fuerit symbolum Hierog yphicum, nam & a Aelianus si bene memini *homines*, ait, *Turture loquaciores dici solere. Siquidem Turtur*, inquit, *& ore semper garrula est & postica etiam parte plurimùm (vt ferunt) obstrepit. Et hanc quidem paræmiam eam poeta* (Menander nempe) *vsurpat & Dorius in Sicilia fabula.* Quintum Hieroglyphicum est, quod Turtur in sacris literis intelligentiam, quæ à diuino spiritu est, significet, vt, inquit, Eucherius ait eo Cantici Canticorum loco: *Vox Turturis audita est in terra nostra*, neque inficiatur idem de Columba dici. Sed Spiritum Sanctum ex Columba tunc intelligi vult, quando quæ de sacris literis disputatio, commentatioque profertur, ea manifesta est, & adaperta: tunc verò ex Turture, cumres altis obscurisque mysterijs agitur.

Mulieris lactantis Hieroglyphicum.

Viduitatis continentissimæ typus.

Pudicitiæ typus.

Pudicitia quomodo à Rom. depicta.

Prouidentiæ hieroglyphicum.

Homo contemplationi deditus vt designetur.

Saltationis hieroglyphicũ Turtur tibiarũ cãtu & saltationẽ gaudet.

Fœminæ loquaces Turtures dictæ

Garrulitatis typus.

a *Lib. 12. c. 10.*

ÆNIGMA.

IVLIVS Cæsar Scaliger de Turture eiusmodi habet ænigma:

Quod nomen signare potest, sub tegmine fusco
Non colo, quas trepidi fratres, trepidaque sorores.
Sum minor, at triplex culmen pro corpore porto.

Quod nomem (à turribus. Quas trepidi) Columbi turres. At triplex) Tur apex est turris.

EMBLE-

EMBLEMA.

APVD Iacobum Billium de Columba sacrum legitur emblema sub lemmate PIORVM IN CALAMITATIBVS CONSOLATIO. Ego istud emblema Turturi potius, quàm Columbæ ascripserim, nam & ipse in scholijs de Turture, non de Columba explicat. Canit autem:

Ira progenies iram non sentit acerbam.
Ridet at in gravibus perfida turba malis
In lachrymis contra sunt semper corda piorum:
Crescereq; vt virtus, sic dolor ipse solet.
At quid ait mœsta Christi vox blanda Columbæ
Qua cupit amisso conjuge morte, necem?
Chara cohors animo ne concide, summa voluptas.
Excipiet luctus tempus in omne tuos.

VSVS IN CIBIS.

Carnis laus a In mostell. act. 1.

TVRTVRVM caro tam veteribus, quàm nostris æui hominibus grata in mensis fuit. a Plautus sanè Turtures inter lautiores cibos enumerat. Nam Grunnio seruus alibi apud illum à seruo Tranione derisus, quòd allia, cibum nempe agricolarum & vilem oleret. *Quid tu*, inquit, *vis fieri?*

Grunnio seruus à Tranione seruo derisus.

Non omnes possunt olere vnguenta exotica,
Si tu oles: neque sapidior, quàm herus accumbere,
Neque tam facetis, quàm tu vinis victibus
Tu tibi illos habeas Turtures, pisces, aues
Sine me alliatum fungi fortunas meas.

Sed & Epigrammatarius Romanos scribit olim Turturibus mensas suas exornasse, dum ait:

Dum pinguis mihi Turtur erit, lactuca valebit,
Et cbocleas tibi habe, perdere nolo famem.

Clunes Turturis laudati in cibo.

Alibi pariter clunes priuatim laudat huius auis, quod ea pars præ cæteris magis pinguescat.

Aureus immodicis Turtur de clunibus implet.

Et rursus albi.

Et concubino Turturum nates donat.

b Lib. 7. Turturib. caput amputabatur.

Antiquiùs, seu potius suo æuo idem b Martialis Turturibus capita amputari solita innuere mihi videtur, vbi Sanctræ gulositatem improbat, & exprobat; nam hunc Turturis caput trunci, & alia canum etiam analecta deuorasse dicit, inquiens:

Sed mappa, cum tam mille rumpitur furtis
Rosos tepenti sponsilos sinu condit,
Et deuorato capite Turturem truncum
Colligere longa turpe nec putat dextra
Analecta, & quicquid canes reliquerunt.

c In Sat.

Inter recentiores, qui Turturis esum celebrant est in primis; quem libenter propter immensam eius doctrinam, etsi Italicè scribentem nomino, est, inquam c Ludouicus Ariostus, in principium aulicos inuectus, quorum plerunque venter Deus est:

Hor vuol Fagiani, hor Tortorelle, hor Starne.

d L. 4. Ser.

Item d Strocius pater amico suo epulas ruri parans, inter primas volucres Turtures nominat, dum canit:

Turturibus verò, quas cepimus aliste Martis
Orygias tungemus aues, solitaque necdum
Textilibus nidis ausas prodire Columbas.

e Lib. 4. de abst. ab anim.

Antiquissimos verò Aegyptios, qui plurima curiosè admodum obseruabant, tradit e Porphyrius inter cætera Turturibus etiam abstinuisse, non quòd vel noxias, vel praui saporis eas existimarent, sed quia Accipitrum vngues aliquando euaderent. Itaque ne in talem, nempe

nempe ab Accipitre sacro sibi alte dimissum Turturem incideret, vniuersum eorum genus in cibo vetuisse. At relicta modo hac Aegyptiorum superstitione, videamus nũ quos vulgus laudat, nos pariter laudare oporteat. Vulgus autẽ quò pinguiores sunt, eò meliores, salubrioresq; existimat. Idẽ enim in hac aue, quod in Coturnicibus euenit, nimirum, vt pinguedinis infractu nimio strangulẽtur. Nec tamen idcirco edendo non esse puto, quippe qui more, vt diximus conturnicũ suffocati tantum pereant, intercluso tantùm spiritu, non autem tabifico morbo aliquo, aut senecta confecti. Cauendum tamen edentibus iudico, ne præpingues nimis in mensa veniãt: nam si naturę eorum humiditati, pinguedinis 10 addatur humor noxius, laxansque, damnosi procul omni dubio euident, humiditatis, scilicet improba nimietate. Et quamuis Turtures innocentiùs, quàm Coturnices pinguescentiam illam ferre possint, sunt enim Coturnicibus sicciores, & calidiores, & quamuis etiam eiuscemodi pinguedine siccitas, qua cum calore bene satis à tẽperamenti iusti mediocritate recedunt, temperatior fiat, quæ duram alioqui reddat eorum carnem, præsertim adultorum, longèque magis senescentium, tamen quia difficulter concoquatur, concoctaque crassum, & atrabiliarium alimentum præbeat. Itaque salubriter ijs vesci cupientibus omnino author sum, vt nouellos tantùm vsui adhibeant, non maiores anniculis, nec nuper iugulatos, aut *pridianis recentiores. Etenim hac quoque temporis mora*, præter ætatis tenerioris delectum, veluti marcescens tenerescet insita illis durities, siccitasque, tũ & *promptius parebunt ventriculi officio, & significationi meliori commodabunt*, 20 alimentumque largentur corpori pro rara parte non exiguum, nec paruum, crassumque inter, & tenue exuta partim remanente natiua adhuc duritie, quæ diuturnitatis aliquid nutrimento addat. Idem siccitatis, humiditatisque in medio constituet: nam calore exuperabit aliquantum alimentum id idcirco generando, augendoque sanguini laudatum calore, atque humore, vel certè non multa siccitate gigni, perficique multus solet. Iam quoque ex sanguine multo, præsertim cum humore insto suo calido, seminis sæpe sperari multum ad obeunda fortius Veneris munia, poterit, & ex non valde crasso, quin modicè potiùs tenui, spiritus animales, peragendis ratiocinationis, & intellectus cogitationibus aptissimi, solidè potiùs, ac firmiter, quam euanidè, & inaniter perspicacibus expectari: 30 quare rectè dicẽbat Nicolaus Massa Turturum carnes cibum esse sapientum.

Vulgus quos Turtures laudet.

Qui vitandi.

Temperamentum.

Qui edendi.

Vt durities Turturum tenerescat.

Turturum caro cibus sapientum.

VSVS IN MEDICINA.

TVRTVRVM, & Palumbum esus cùm grassatur pestilentia, à nonnullis laudatur. Archigenes apud *a* Galenum has volucres inter cibos stomacho viles enumerat. Trallianus tympanicis permittit, & colicis; nonnulli etiam nephriticis conuenire tradunt. Dysentericis in cibo mire prodesse dicuntur, vtpote ventrem sistentes: sed efficacior ad hoc ipsarum sanguis habetur: qui item, teste Plinio, oculis cruore 40 suffusis eximiè prodest, de qua re plura in Columba à nobis scripta sunt, tum etiam quomodo ad sistenduum sanguinem, qui ex cerebri membranis erumpit, sit vtilis. Auicenna calidum istiusmodi sanguinem vtiliter super aurem contrariam, & dolentem distillari author est. Fimum, teste Plinio, albuginem extenuat. Kiranides cum melle ait albulam curare. *Ad summam leuitatem tritum*, inquit Marcellus, *& cum melle Attico, aut etiam alterius generis, dummodo optimo, & desumpto inunctus leucomata oculorum potenter extenuat.* Alibi rursus ex mulso coctum & ceroti modo ventri, ac renibus laborantis impositum efficaciter prodesse ait. Nicolaus Mirepsus difficulter mingentibus auxilium quod sequitur, admodum probatum esse scribit, nempe, si æger stercoris Turturis drachmam tritam cum melle bibat per triduum. Alibi *b* Galenus fimum hoc vstum ex mulsa præberi iu- 50 bet calculosis. Lapidem enim, inquit, per vrinam exturbat; qui pariter vsus ex Columbino stercore à quibusdam mirè prædicatur. Plinius pariter eundem fimum in mulso decoctum, vel ipsius Turturis decoctæ ius prodesse contra calculos, & alias difficultates vesicæ testatur. Turturum quæ domi aluntur saginanturque stercus, teste Varrone, ad agrum colendum seruatur: sed hoc ad agricolas, non ad medicos spectat. Ex nostri æui medicis *c* Castor Dorantes ad facilitandum partum eiuscemodi recenset remedium: Si tres, inquit, Iuniperi baccæ, & septem lauri, cum drachma cinnamomi, & drachma vna, & semis corticis casiæ Turturi indantur, & deinde assetur, & illinatur ad ignem pinguedine Gallinæ, & Turtur comedatur vesperi bis in hebdomada à muliere partui vicina facile,

a De comp. sec. loc.

Sanguinis vsus.

Ad dolorẽ auris.

Fimi Turturis facultas.

b 3 Eupo. 27.

c Cap. de Iunipero.

&

& sine fastidio pariet. Idem Durantes hæc Baptistæ Fieræ carmina de Turturum salubritate citat.

Non rapit in Venerem Turtur, licet ipse Minerua
Casta dicata, fugit vidua hac consortia cuncta;
Perpetuo gemit, arentiq; immurmurat vlmo
Non mandenda recens, sistit, ventremq; fluentem
Comprimit, astringit, dysentericisq; medetur:
Postremus, meliorq; cibus, stomacoq; salubris.

Georgius Pictorius etiam ad fluxum ventris commendat Turturum carnem, sed assam.

Si fluxus ventrem nimium infectauerit ingens
Turtur combustus, terque quaterque iuuat.

Quod Pictorius ex Clemente transcripsit. Mirum verò quod Mizaldus ait, si in corio lupi deferatur cor Turturis, gestantem non capi illecebroso rerum venerearum appetitu.

PROVERBIA.

Turtur loquacior.

ΤΡΥΓΟ'ΝΟΣ λαλίστερος, hoc est, *Turture loquatior* prouerbium, inquit adagiorum author, in garrulos, & impendio loquaces homines dici solitum, vel, vt Varinus ait, scomma est in loquaces. Causam adagij in hieroglyphicis addidimus, nempè quia non ore tantùm, sed & posterioribus partibus obstrepera sit. Τρυγονόψαλλον Hæsychius prouerbialiter scribi ait ἐπὶ τῶν γαῶλυς μαστόν των, (fortè ψαλλόντων) nimirum à verbo τρύζειν, quod de Turturum voce in vsu est, & ad indecoram, aut nimiam in homine loquacitatem transfertur, vt in illo, μὴ μοι τρύζητε. Author adagiorum huius prouerbij non meminit.

ICONES. NVMISMATA.

Metapontinorum numismata cũ Turture.

INTER varia Metapontinorum numismata à doctissimo Huberto Golzio delineata vnum est æreum, in cuius latere aduerso Martis barbati, & galeati caput conspicitur. & supra id hæc inscriptio ΗΡΑΚΛΕΙΔΩΝ. ab altera verò frumenti aristata spica, cuius folio Turtur insidet, & sub eo videtur syllaba istæc AN, à dextro spicæ scriptum est ΜΕΤΑ.

Heliogabali Imp. numus cum Turture.

In Heliogabali perditissimi Imperatoris quodam numo in vna parte mulieris sedentis imago conspicitur, & Turturem vna manu gestãtis altera militum quoddam insigne, quale ab altera numi parte pariter expressum est, cum inscriptione FIDES MILITVM. Arbitror ego ideo hìc Turturem fuisse depictam, quod quemadmodum istæc auis coniugi fidẽ seruat inuiolatã, ita pariter ad eandẽ Imperatori præstandã miles per auem admoneatur.

DE PASSERE IN GENERE.

Cap. X.

ORDINIS RATIO.

Author cur post columbas de Passeribus agat.

MIRABITVR fortassis lector, cur subinde à Columbaceo genere de Passeribus, vtpotè auibus quadruplò etiam minoribus, & quarum nomen quibusuis minutioribus auiculis adaptari potest, agete instituerim. Id verò non faciam, nisi methodicè. Nam Columbæ, quarum nomine Palumbes, Oenades, Turturesq; etiam intelligo, cùm sese & lauent, & puluerent, necessarium erat, & alias inuestigare volucres, quæ id quoq; facerent. Tales autem sunt Passeres, & præter eos, quod sciam, aliæ nullæ. Hos communis præceptor *a* Aristoteles vnà cum Columbis etiam nominat. *Mos auium est*, inquit, interprete Gaza, *vt alia sese in puluere volutent, alia, sese lauent,*

a 9. Hi. 49.

alia

alia nec pluuere, nec balneo vtantur. Sunt pluueratrices, quæ non altiuolæ, sed terræ propinquæ: Gallina, Perdix, Attagena, Alauda, Phasiana, Lotrices, nonnullæ rectiungues quæ circa riuos, aut paludes, aut mare versantur. Aliæ vtrumque tum lauare, tum pluuerare solent: vt Columba, vt Passer. Hæc ille. Verùm cum *b* idem præceptor disertissimis verbis, eodem vertente Gaza, *vermiculis pasci* Passeres testetur, nec alterius cibi meminerit, itaque rursus quis vermiuoras aues cum graniuoris, quales reuera Columbæ sunt, me confudisse arguat. At verò non ita meo iudicio sunt accipienda Aristotelis verba, vt Passeres prorsus vermiuoros esse dicere voluerit, sed quod præter grana etiam insectis vescantur absque discrimine, quemadmodum Gallinas facere quoq; obseruamus, quas tamen nemo simpliciter vermiuoras ideo dixit. Quare age seruato hactenus ordine historiam prosequamur.

Pluueratrices aues quæ Lotrices.

b 8. hist. 7. Aristot. explicatus.

ÆQVIVOCA.

PASSERIS nomen, vt ab auibus æquiuocationem auspicemur, Latinum, & Græcum, etiam στρθὸς cuilibet auiculæ, maximè autem paruæ, competit, priuatim tamẽ vtroque auiculam turrium, domorumque caua nidis suis occupantem significamus, vocamusque, de qua præcipuè hic scribimus. Sed non ab re fuerit confusionis omnis euitandæ causa alias hac rubrica nominare auiculas, quæ passeris nomine apud multos audiunt, ac rationem obiter assignare, cur à Passeris priuatim vocati capite excludantur. Passer itaque solitarius dictus, & à multis celebratus Passere (ita nunc semper simpliciter vocabo, de quo institutum est caput) longè maior, color diuersus, vtpotè Merularum species inter Merulas describetur. Passer rubi, Prunella quibusdam, & βατὶς Aristoteli, pro qua voce Gaza transtulit Rubetra, auicula est vermiculis victitans. Passerem gramineum Germanis Curucam appellari Turnerus tradit, sed cur id faciant, non addit. Curruca autem & ipsa vermiuora est, vt patebit. Passer aquaticus, seu arundinarius an huc pertineat planè ignoro, propter diuersas super eo doctorum virorum sententias. Turnerus Anglorum Passerem arundinarium (Anglicè à Reede Sparovv) quandam auiculam vocat, Parum palustrem, vt coniicio, nam ait esse auem paruam, passere parum minorem, cauda longiuscula, & capite nigro, cætera fuscam. Hanc inter Parorum genera recensebimus. Eberus verò, & Peucerus passerem aquaticum in arundinetis nidificantem domestico in omnibus similem esse inquiunt, nisi quod collum albus ambiat torquis: qualis sanè auis ad hanc nostrã historiã pertinere videtur, nidulationis in loco tantũmodo à passere diuersa. Sed Gilbertus Longolius & ipse Germanus suis quoddam passeris genus Ringelspatz, ideſt torquatum dici asserit, eiusque collum pennis albis tanquam torque aliqua circumdari scribit, & in arborum truncis qui longo situ foraminosi sunt, nidificare, corporeque multò minorem esse, & vitæ, quam domestici diuturnioris. Atque de hoc fortassis genere intelligendus est Turnerus, dum ait: Passer torquatus non solum torque albo à communi Passere differt, sed & voce, & modo nidificandi. Hoc genus in Germania frequens est, sed apud Anglos rarum. Hæc ille. Iam vidisti, lector, duo Passeris genera prorsus diuersissima Germanis torquata nuncupari. Bellonius verò Passerem torquatum non à torque ambiente collum appellat, sed à macula alba, quæ oculos circundat: & Ornithologus Passeris quoddam genus describit circa Argentoratum Rorgytz, vel Rorgeutz vocatum, cui retro oculos, & in parte colli albus est color. Sed vt ad Passerem arundinariũ reuertatur oratio, cum eo eadem auis fuerit Calamodytes Aeliano nuncupata, quã cedri folio periore author est. Apparet enim ex etymologia hoc quoq; nomen passeris esse, vel alterius inter arundines degentis auis. Quemadmodũ verò ignorare me dixi, vtrũ eiuscemodi passer arũdinarius dicta auis huc sit referenda, ita certò scio passerẽ aquaticũ Bononiæ appellatũ ex hoc genere nõ esse, rostro nimirũm longiusculo corpore maiorẽ, pectore albo cætera fuscum. Passer Troglodytes nuncupatus omnium auium excepto Regulo minimus est, in sepibus potissimum viuens, insectis victitat. Græcorum Anthus, siue Florus Latinorum, vt Gaza interpretatur, in Creta, teste *a* Bellonio, Passer Sporguitis dicitur. Passeres simplices quasdam aues Indi dicunt pedibus Anserinis aquaticas. Quos ijdem *a*, aut

Passer quã priuatim auẽ significet.

Passer solitarius quæ auis.

Passer rubi Rubetra.

Passer gramineus.

Curruca.

Passer arũdinarius.

Parus palustris.

Passer torquatus.

Calamodytes passer.

Aquaticus Passer Bononiensiũ.

Passer Troglodytes.

Anthus, siue Florus.

a Lib. 1. de ser. c. 11.

Passer simplex, ait Iulius.

aut qui de ijſdem ſcribunt, ſtultos à contrario effectu, quaſi ſagaciſſimos appellant, noſtratibus, imo Turdi maiores eſſe, inquiunt, & ferè nigros, pennis quibuſdam albis in collo, de quibus inter ignotas aliquando, ſi Deo placuerit, agam. Bononiæ verò longè aliam auiculam Paſſere matto, hoc eſt Paſſerem ſtultum dicunt, nimirum motacillæ quandam ſpeciem, nonnullis etiam aucupibus Magnanimam vulgò appellatam. Item aliam auiculam, quam inter Paſſeres deſcribemus. India mittit & aliam auiculam, quam qui de ea ſcribunt, Paſſerem muſcatum vocant, aiuntque qui eam volantem viderit, tum ob celeritatē, tum ob paruitatem, crabronem, aut veſpā eſſe iudicare. Agam verò & de hac inter incognitas; Paſſer marinus Plauto, alijſque Struthiocamelus eſt, quem Athenæus στρυθὸν μεγάλην vocat: ſed Struthio ſimpliciter acceptus à Suida Paſſer dicitur; nam vbi apud D. Iob *b* legitur, *Frater fui Draconum, & ſocius Struthionum*, ille ita habet, Frater factus ſum ſirenum, & ſodalis Paſſerum. Græcorum στρυθὸς, vt ſupra dixi, etiam generaliter pro quauis aue accipitur: in quo, inquit *c* Ludouicus Cælius Rhodoginus, animaduerſione dignū eſt, vbi Theophraſtus στρυθῶν πτέρα dixit, ac Theodorus *Struthorum alas* reddidit *auium* transferre maluit Plinius: tanquam Struthos Græcis, quandoque de auitio dicatur, ſicuti Latinè Paſſer; vnde Cicero omnibus Paſſeribus inſitam ait à natura voluptatem. Hæc ille. Nicander inter remedia contra aconitum στρυθὸν dixit pro Gallina, & contra fungos πάτον στρυτοῖο κατοικάδος pro ſimo Gallinæ; nam & ὄρνις per excellentiam pro Gallina ponitur. Vocatur & στρυθὸς à *d* Theophraſto herba, de papauere Herculeo loquente, quæ alijs Græcis, vt *e* Dioſcoridi στρύθιον appellatur, Plinius radicula tranſtulit, inquiens: *Tingentibus, & radicula lanas præparat quam Struthion à Græcis appellari diximus*. Strutheum verò per e, in penultima non herbam notat, ſed membrum virile, teſte Feſto, à ſalacitate videlicet, Paſſeris. Pſittas Græci vocant piſces planos, Latini Paſſeres, quales ſunt rombi, & Paſſeres priuatim etiam dicti, de quibus conſule doctiſſimum *g* Rondoletium, nam de his agere & locus, & tempus prohibent. Antequam tamen cætera proſequar, lectorem monitum velim alium piſcem *h* Ariſtoteli στρυτὸν, id eſt Paſſerem dici videri, cùm de felle piſcium loquitur: *In alijs*, inquit, *fel inteſtinis hæret, his propriùs, illis remotius à iecore; vt in rana, eliope, ſynagride, murena, gladio, hirundine, Paſſere*, Rondoletius eo loco Hirundinem, & Paſſerem expungi oportere cenſet, tum quia Gaza eos piſces tanquam ad eum locum non pertinentes omiſit, tum verò maximè ex ſententia, quæ proximè ſequitur. Cur verò piſces latos Paſſeres dicant, *i* Petrus Bellonius à fuluo per dorſum colore, qualem in Paſſerculo pullato, dum volando alas extendit cernere eſt, factum eſſe tradit. Paſſeris fluctus nomen cuiuſdam loci, cuius meminit Epigrammatarius, dum ait:

Non mollis Sinueſſa, ſeruidique
Fluctus Paſſeris, aut ſuperbus Auxur.

Locus eſt non procul à Terracina inter blandiſſimas Italiæ aquas. Inſulæ quædam à Columbo repertæ, inſulæ Paſſerum appellantur. Paſſer Belgis Circinum ſignificat, inſtrumentum nempè, quod ad res accommodandas eſt aptiſſimum, nos id appellamus vn compaſſo.

Paſſer ſtultus Bononienſium.
Magnanima.
Paſſer muſcatus.
Paſſer marinus.
b Cap. 30.
Στρυτὸς pro quauis aue.
c Lib. 14. Ant. lect. c. 6.
d L. 9. hiſt. plan. c. 13.
Στρυτὸς herba.
e Lib. 2. c. 193.
f Lib. 24. c. 11.
Strutheum quid.
Paſſeres piſces.
g L. 11. de piſcib. c. 7.
h 2. hiſt. c. 15.
Piſces cur paſſeres dicti.
i Lib. 7. de auib. c. 19.
Paſſeris fluctus.
Inſula Paſſerum.
Paſſer Belgis quid.

SYNONYMA.

HEBRÆI pariter nomen habent, quod priuatim duntaxat Paſſerem ſignificat Zipor, vel cum Vau, commune nomen eſt omnibus auibus: capitur tamen interdum pro ſpecie ſpeciali, nimirum pro Paſſere, vt colligitur potiſſimùm ex Pſalmo octuageſimotertio ex Hirundinis nomine, quòd ſubijcitur. *Paſſer, & Hirundo, inuenerunt nidum, &c.* Periti huius ſermonis nomen id deriuant, quod eſt mane ſurgere quod auibus. Paſſeribuſq; priuatim competit: alij nominis aliud afferunt etymum, nempè quod ſtatim ex ouo excluſa (auis) plumas ſecū, & vngues producat: ſed eo modo neutiquā Paſſerē ſignificare poſſit, vtpotè qui teſte cōmuni præceptore *a* Ariſtotele, *cæcos, & imperfectos pullos pariat*. Pluralis numerus eſt Ziparim. In decimoquarto Deuteronomij accipit

Zipor.
a 4. de gen. c. 6.

pro

pro omnibus auibus mundis: quo loco Chaldæus habet Zipar, Arabs Taer, Persa Gongeschek. Leuitici decimoquarto, vbi de mundatione agitur, Chaldæus pro Passere habet Zepara, Arabs Abur. Persa retinet generale nomen Gongeschek, Septuaginta στρθὸν, ideſt, auem, D. Hieronymus Passerem. Pro Agur Hebraica voce nonnulli interpretantur Passerem. D. Hieronymus apud Hieremiam Ciconiam. Doctus quidam Germanus apud Esaiam, vbi D. Hieronymi translatio habet, *sicut pullus Hirundinis sic clamabo, meditabor vt Columba*; pro Agur vertit Hirundinem. Hoc autem ex locis iam citatis saltem constare potest, Agur auem esse aduenam, & voce vtentem lugubri. Dauid Kimki eamdem vocem Chaldaicè vertit Senukita, quam dictionem à Talmudicis vsurpatam R. Hai Arabicè exponit catuph, vulgò, Arundina, ideſt, Hirundinem. Sunt qui auem credant humana vtentem voce, nimirum gazah vulgò dictam, ideſt Picam. Alhasſefir Bellunensis Passerem traducit, Iia Lesanalhasſefir, alias alasafir. i. lingua Passerũ, legitur de fructu fraxini, vel orneogloſſi arboris apud Arabicos medicos. Opim Azbar, fortè Azbur, vt supra. Celegua, Cassarengua, nomina omnia barbara de Passere leguntur, & Passara à Latinorũ Passer detortum vocabulũ, & Struthion à Græcorum στρθὸς, pro Struthion Syluaticus ſtupion habet Babebot, inquit, idem, eſt auis quædam omnium calidiſſima, Venerem ſtimulans, mihi igota: videtur autem Passer esse. Στρθὸς oxitonon eſt, ſecundum canonem Euſtathio relatum, Atticè verò penanſlectitur Herodiano, vt ſcribit Aristophanis Scholiaſtes *in aues*, Euſtathius ait esse communis generis, & commune alijs auibus vocabulum, magis verò ſibi placere, vt ita vocentur aues Homericæ Strutho (quarum ſcilicet ille meminit Iliados ſecundo) congeneres. Ex Philoſophi deſcriptione idem, ni fallor, Euſtathius, στρθὸν arbitratur illam auem videri, quæ vulgò τρωγλίτης appellatur, alioqui generale nomen esse. Varino Στρθία omnes auiculæ ſunt, ſed Στρθὸς propriè, qui τρωγλίθης nominatur. Sed quid ſi per Στρθία etiam priuatim Passerculos diminutiuè intelligamus, nam Στρθάριον Passerculum ſignificat. *b* Galeno Στρθοὶ πτερνίται, ideſt, Passeres turriculæ vocantur, quæ in turribus; quæ in loco ſunt excelſo, nidulantur, ac ſi, vt exiſtimo, ſine adiectione dictionis πυργίται, vel alterius, pro quibuſuis auibus Στρθὸς accipiatur: nam alias etiam hoc apertiùs innuere videtur, vbi ait: *Alaudæ crißatæ aues ſunt ſimiles Passerculis, qui pyrgitæ, & troglytæ nominantur in oppidorum muris, ac turribus frequentes, extra quam galero, quo illi carent.* Ita pariter Kitanides, Xuthros, inquit, alijs Struthos, vel pyrgites, alij troglyten vocant. Dilucidius iterum è Galenus ſeipſum alibi declarat, inquiens: *In paruorum Passerum* (ad differentiam nimirum τῶν μεγάλων Στρθῶν, hoc eſt, Struthiocamelorum) *numero πυργίται etiam ſunt.* Bellonius tradit in Creta Passerculum etiam nunc Sporguitim appellari. Et Ornithologus σπυργίτας, vel ἀσπυργίτις, adhuc Græcorum vulgò dici ſibi relatum esse asſerit. Troglitæ, ſiue Pyrgitæ mihi dicti videntur Passeres hi domeſtici, quia in ædium troglis, ideſt, cauis verſari nidularique ſoleant, adhita tamen leui diſtinctiuncula, quod pyrgitæ nullibi, niſi circa turres, & excelſiora degant, ideoque ſalubriores habeantur. Vt modo ad ſimplicem vocem Στρθὸς reuertamur, pro ea Heſychius etiam Στρὼς, neſcio quam benè, dixit: nam Struyis Belgis, vt audio, Struthiocamelus eſt. Dicitur autem Στρθὸς, ſecundum Euſtathium, quod cum furore quodam in libidinem feratur, παρὰ τὸ μετὰ σπουδῆς στρθῶν. *d* Io. Goropius, vt eſt vir in fingendis etymologijs, iiſque ex ſua lingua, quod ſanè mirum eſt, Στρθὸς, derivat à Belgarum Strous doot, ideſt, morte connubij, & reuera etymum ſatis laudare nequeo, eiuſque verba propter argutiam, atq; ſubtilitatem adſcribere, lectorique trutinanda proponere viſum eſt. Si quis, inquit, diceret à Græcorum voce Στρθὸς Struthion (nimirum pomum, de quo & eius etymo doctiſſime, ac ingenioſiſſimè erat locutus, quæ & nos ſuo poſt loco recenſebimus) deriuari, ego eum interrogabo, vnde Struthos nomen acceperit? Ad quam quæſtionem ſcio æquè mutum fore, atque is eſt, qui Græcis etymologicon ſcripſit. Nos ex perpetua vocum rerumq; cognitione cernimus, ex eadem cauſa, & malo, & Paſſerculo nomen datum eſse. Sicut enim pomum, ita & Paſſer Veneris iugalis ſymbolum gerit: atque idcirco Strous doot, ideſt, mors connubij vocatur; tum quia vulgus noſtras dicit, mortis quoddam genus ſuauiſſimum contingere finem Venereæ paleſtræ, quæ Paſſere ob immenſam ſalacitatem notatur, tum quo moneamur, nos è connubio celerrimam mortem reportaturos, ſi auiculam hanc imitemur; quoniam mas in eo genere ſic ſeſe frequenti Veneris vſu exhauriat, vt nũquam ad biẽnium perduret. Hinc στρθία etiã illi vocati ſunt, qui huius auiculæ naturam ſequuntur. Sed illud animaduertendũ στρθίον diminuentiũ formulã factũ aliud eſſe, & alio

Zipar. *Taer.* *Gongeſcheck.* *Zepara.* *Azbur.* *Agur.* *Senukita.* *Catuph.* *Alhaſſefir.* *Babebor.* Στρθὸς. *Quæ auis.* *b lib. 6. de ſan. tuen.* *Passeres turriculæ.* *Xuthros.* *e lib. 3. de alim.* *Troglitæ, ſiue pyrgitæ passeres.* Στρὼς. *d in Vert. Struthi etymum.* *Passer Veneris iugalis ſymbolum.* *Passeris ſalacitas non imitanda.* Στρθοὶ, *qui dicti.*

Lanaria herba cur Struthium dicta.

alio tempore pronunciandum, quam στρύθιον pro malo: cum hoc aliunde ſit compoſitum, qua m illud, quod mortis vnà adducit mentionem. Herba autem lanaria duplici ratione poteſt videri nomen Struthij accepiſſe, ſemel, vt moneamur, coniugij caſtimoniam tam purã, ſynceramque eſſe debere, quàm eſt lana, radicula fullonia emũdata: rurſus, quod eadem radicula libidinem etiam excitet, vehemẽti ſuo calore plurimum humoris ad vaſa ſpermatica mandans, præſertim ſi flatulentis, & craſſis cibis edatur. Hæc & alia circa Struthi etymologiam Goropius, quæ breuitatis cauſa ſponte prætereo; nunc ad reliqua Synonyma tranſeo. Ψάρις inter Martini Rolandi ſynonyma pro Paſſere etiam legitur. Heſychius pro Δίγηρες exponit Paſſeres, ita etiam Varinus facit, ſed dictionem illam penanflectit. Reperitur pariter apud eoſdẽ Δίγηρες, Δηγῆρες, & Δηρηγες pro Paſſeribus: item Δρῆες lingua Macedonum, Elei, teſte *i* Athenæo haſce auiculas vocant Δειρῖριθας. Quem locum *k* Cælius, quamuis Athenæum non citet, annotans, Δειριᾶν apud Spartanos cõuitiari ſignificare aſſerit, & δειρειοὺς vocari conuitiatores, δειρὸν verò tumulum eſſe, & locum accliuem. Cypſelos *l* Pſellus Trogletas nuncupat, quia in foraminibus, & cauis ferè latitent: ſed cypſeli, meo iudicio Græcis illæ aues ſunt, Hirundinibus ſimiles, qui Apodes vocat Ariſtoteles. Ornithologus cùm pſellum eiuſcemodi aues in cibum commendare videret, arbitratur eum de Paſſeribus troglitis, & pyrgitis ſenſiſſe, deceptus quod Hirundines illas nullis niſi fame coactis in cibum admitti crederet, tum etiam quoniam alias pſellus inter attenuantes cibos vna cum perdicibus, & auiculis montanis Trogletas, nominet. Sed nobis Bononienſibus Apodes illæ in delicijs ſunt tantum abeſt, vt à menſæ vſu reiciamus. Ego non trogletam, neque troglatam (vt Georgius Vallapſellum interpretans habet) ſed troglitam per iota in penultima ſcribendum cenſeo. Ἐλλοποδες, ἐλλοὶ (Heſychius habet ἐλλόπιδες) Varinus, & Heſychius vertunt paſſeres, & hinnulos ἀπὸ τοῦ ἀλλεσθαι, & catulos ſerpentis. Iiſdem Σμάρδικον στρουθίον, eſt, ideſt, paſſerculus; vnde σμαρδικοπῶλαι: item Κιλίας paſſer mas. Atque iſtæc ſunt ſynonyma Græca omnia, quæ hactenus legere, ac notare datum eſt; Latini, quod nouerim, ſynonymia non vtũtur, ſed vbique paſſeres, & diminutiuè paſſerculi audiunt, à paruitate, vt volunt Grãmatici plerique, à patiẽdo vt nonnulli alij, quod morbum comitialem ſæpe patiantur. *m* Io. Goropius hoc etymum quoque ſuo ex Idiomate eruere conatur, & hũc in modum ſuper eo nobis ſcribit: Et hæc quidem de Græco paſſeris nomine, cum ſtrutheo pomo partim conuenienti, partim aliò declinati, cui ſi velitis, hoc addam corollarium, quo intelligatis, quàm eadem auicula apud Latinos, habeat nominis ſui rationem: quã non minus, quam ea, quæ modo de Græca voce dixi, pariter omnes, ni fallor, ignorant. Iap & Pai ſic inter ſe ſunt connexa, vt nemo prius præſtare poſſit, quin alterũ conſequatur, cùm illud idem ſit, quod βινῶ, hoc verò non aliud, quam ſatisfacio. Quandoquidem igitur eer honor eſt, & decus: Pais eer decus erit illius ſatisfactionis, ſiue ſolutionis, qua id datur, quod coniugi debetur. Qua in voce non mirum eſt litteram S, duplicatam, loco I, vocalis; quæ diphtongum in priore compoſiti parte faciebat, ita vt ex Pais eer fiat Paſſer. Nam ſi in hac arena certamen inter omnia animalia iniretur, nemini dubium eſt, quin huic auiculæ ſummum victoriæ decus à iuſto Iudice decernendum eſſet. Hactenus ille. Itali Paſſerem vocant Paſſere, in quibuſdam locis, vt audio, Celega, alibi etiam paſſere caſaringo, nimirum ab ædibus noſtris, in quibus nidulatur, quas caſas appellamus. Celegam verò vocant, vt Hermolaus, & ex eo Cælius, exiſtant, quaſi ſpecilegam. Hiſpanicè dicitur Paxaro, Pardal, Gorrion pequeno, & Gorrioncello pullus paſſerinus. Gallicè paſſe, paſſereau, paſſera, paſſeraeu, Moineau, Moucet. Germanis Spar, Spatz, Huſzſpar. Saxonibus Sperck, Sperlincgk, nonnullis alijs Luningk, Belgis Muſche. Anglicè Sparrou. Illyricè Vvrabecz.

Ψάρις.
Δίγηρες.
Δρῆες.
i Lib. 3.
k Li. 4. antiq. lec. c. 6.
l L. de vict. rat.
Cypſelus.
Apodes.
Ornithologus hallucinatus.
Apodes hirundines in delicijs eſſe.
Σμάρδικον Κιλίας.
Paſſeris etymum.
m In ver.

GENVS.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

PYRGITIM, & Troglitim dictum Passerem præcedenti rubrica Passerem nostrum domesticum esse asseruimus. Nunc videndum num alia dentur genera Passerum, quemadmodum ex antiquorum quorundam, & recentiorum monumentis colligitur. Omnia quæ generatim communis præceptor Aristoteles de Passere scripta reliquit, nostro Passeri domestico optimè, atque exactè conueniunt, quare alios nouisse non est verisimile. Nam albos, quos aliquando repertos esse scribit, referente *a* Cœlio, non pro diuersis habuisse exstimo, cùm alibi tradat, colore variari speciem. Albas se vidisse narrat *b* Scaliger pater, sed pro diuersis non habet, atque ego à me obseruatum album post depictum dabo, non quasi diuersum, sed quia rarum. Huiusmodi coloris Passeres, aut etiã Hirundines, si quando apparuissent, *c* Aristoteles, nisi fortasse pseudo Aristoteles, ille fuerit, futuræ tempestatis signa esse, author est. Sunt tamen alia Passerum genera. Sunt qui alios foramina parietum frequentare assuerent, alios roscidas valles quærere, nonnullos montes appetere squalentes. *d* Alexander Myndius apud Athenæum bina tantummodo genera recenset, alterum syluestre, domesticum alterum. Agrestium fœminas, & reliquo corpore esse debiliores, & rostri colore magis testaceo, facie, (hoc est, vt exponit Iac. Dalechampius, anteriore parte) nec nigra, nec valdè alba. Quod postremum genus fortassis illud fuerit, quod ab Hollandis patria voce Houtmusche, idest, Passerem lignipetam, quòd in lignorum cauis niduletur, vocari audio. Nam & Albertus duorum generum meminit, quorum alterum in vertice rubeum esse ait, & in cauis arborum nidulari. Præter albos Passeres, & vulgares domesticos, ego maximultos depingam, in quibus alij alio colore sunt. *e* Scaliger in insula D. Thomæ Passeres refert esse viridis canoros, qui nunquid ex hoc genere sint, me latet. Verendum autem est Passeris voce pro alia parua auicula vti: nam & *f* Auicenna Passeris meminit, qui quindecim diebus continuis in principio veris suauissimè cantillet, & post colorem immutet, mutescat & sese abscondat. Indi præterea aliquot habent auiculas Passeris nomine celebratas à Neotericis: quas quia an huc pertineat, ignoremus, hic recensere visum est. Quasdam itaque nocturnos Passeres nuncupant, noctu volantes, interdiu quiescentes, odioque plus quàm Vatiniano Noctuam prosequentes. Has aiunt Hirundinibus volatu, & alis esse similes, ex cinereo nigris, nisi quod in medijs alis fasciam habeant albam. Quærendum nunquid hæ eædem cum illis sint auibus, quæ etiam Passeres vocatur, & apud eosdem celebratur. Turdo minores sunt, tantæ velocitatis in volatu, vt velocissimarum auium nomen obtinuerint. Aiunt autem qui de ijs scribant, aquas sequi, ac quasi natare videri, etenim eleuantibus sese, & rursus descendentibus fluctibus, & eas sese eleuare, & descendere. Quærendum item num Passeres syluestres sint, quorum meminit *g* Actuarius, quos à Noctua maximè capi scribit: sed verba eius ascribamus, vt coniectandi cuilibet latior pateat campus. Scribit itaque hunc in modum, vt citat Gyb. Longolius, enumeratis etiam verbis Græcis: *Passeris syluestris* (Ornithologus addit magni ad differentiã alterius syluestris, qui paruus est) *caro neque reaundans, neque concoctu difficilis est, sed si qua alia boni succi. Tollantur autem Tragon medicus cerebellum eius proprietate quadam comitialibus auxiliari. Est autem Passer magnus terrestris: neque in arboribus, neque domibus habitat: verùm in lummis fruticum surculis delidet, voce nimis quam garriens: pascitur autem in triticum hordeumque serentibus agris, & nidum in terra collocat: colore, & magnitudine Alaudæ similis: hyeme non visitur, capitur verò maximè Noctua.* Hæc ille Turnerus hunc magnum Actuarij Passerem suspicatur esse auiculam quandam, quam Angli Butingam, Germani Gerstgammer appellant, & in margine etiam addicit huic Passeri Mollicipitis apud Aristotelem descriptionem magna ex parte conuenire. Ego in ea coniectura nihil certi statuere nec possum, nec debeo, cùm in multis differre eiuscemodi aues videam: addam tamen & aliam coniecturam, nam nunc mihi in mentem venit alia auis, *h* Aristoteles Colarem vocat, & ab Vlula, cæterisque aduncis rapi scribit, indeque his bellum oriri. Etenim Albertus licet indocto tempore natus, Colarem Passeris speciem interpretatur. Idem Niphus affirmat. Solus Ornithologus suspicatur esse Collurionem, & pro tali voce typographi lapsu Colarem scribi. Passeris magni etiam meminit Aristophanes, sed hic Struthios sine controuersia ita appellat. Nunc ad notiora reuertamur, quos tamen & ipsos nobis India mittit, sed diuerso à nostratibus

Passeres albi.

a Lib. 27. c. 11.

b Exer. 59.

c In secr. secr.

d Lib. 9.

Houtmusche.

e Exer. 236. 3.

f L. 8. de anim. c. 7.

Passer nocturnus.

Aues velocissimæ vocatæ.

Passer syluestris Actuarij.

g l. 2. regu. Serm.

Butinga Anglorum Gerstham-mer.

Passer Mollicepis.

h 9. Hist. c. 1.

Colaris auis.

Passeres Indici caudati, & sine caudæ.

Paſſer Illyricus. colore, vtpote atros, eorumq; alios longiſſima cauda ornatos, alios ea [illegible] quibus poſt priuatim agemus. Habeo, & aliud Paſſeris genus depictum, quod Illyricum dicunt, pronè album, cætera noſtris ſimilem, at maiorem, & bifurcata cauda præditum.

FORMA. DESCRIPTIO.

a l.4.c.75. PASSEREM, cui hæc generalia exactè competunt, deſcribere ſuperuacaneum eſt, ſingulis nimirum horæ momentis cuilibet conſpicuum: iconem tamen exhibemus cum adiecto taxi arboris ramulo. *a* Dioſcorides auiculas tradit; quæ Italici taxi baccas deuorant, denigrari. Vt tamen eiuſcemodi domeſticam, vel potius in tectis noſtris habitantē auiculam, alios etiam viros doctos Paſſerem generali nomine appellaſſe oſtendamus, non ab re fortaſſis fuerit, quæ circa formam eius prodiderunt, obiter adiungere; *Paſſeris penna*, inquit Ariſtoteles, *quoties frigora vrgeant acriora, interdum in albas abeunt*; quod noſtro Paſſeri competit Alexander Myndius, teſte doctiſſimo Athenæo. *fœmellas roſtro*, ait eſſe, *colore magis* (quàm in maribus) *carneo, facie verò nec admodum alba neque nigra*. Sed non ita duntaxat fœmella noſtra à mare diſcernitur, verùm menti potiſſimùm colore, qui in mare niger eſt, in fœmina albus, quamuis, vt teſtatum reliquit Ariſtoteles, is in mare in hyeme immutetur, & æſtate tantùm conſpiciatur: præterea mares, tradente Alberto, guttulis nigris, & albis diſtinguuntur. Idem ait, Paſſerem eſſe auem paruam, cineream: item fœminas vbiq; eſſe coloris cinerei: quæ nunquid Paſſeri noſtro quadrent, cuiliber iudicandum relinquo: quid enim in re tam liquida dubitandum? huiuſmodi color κεραμεὺς Græcis dicitur, Gybertus Longolius teſtaceum transfert, Paſſeriq; ait, & pleriſque puluerstricibus conuenire. Iacobus Dalechampius Paſſeres ſcribit carere ingluuie, ſed ventrem habere proximum: quod dum legerem vix percipiebam, nam Ariſtoteles ita ait: *Paſſeri, vt auiculis omnibus non eſt gula, nec ingluuies, ſed ventriculus longior eſt.* Ibidem ad imum inteſtinum paucas appendices habere prodidit, ſed perexiguè. Item alijs ventri, alijs inteſtinis fel iungi.

Fœmina vt à mare differat.

Color Paſſerum.

b In comm. in Plin. li. 11. ca. 37. c. 2. hiſt. c. vlt.

Paſſer domeſticus mas cum taxo.



LOCVS.

LOCVS. NIDVS.

AELIANVS *a* author est Passeres conscientia, vel suæ infirmitati, vel sui corpusculi exiguitatis in ramorum cacuminibus, modò ab ijs sustineri queant nidos contexere: & sæpenumero ea machinatione factas à venatoribus insidias declinare, quoniam hi propter rami tenuitatem ascendere nequeant. Verùm hoc loco Ælianus Passerum nomen absque vlla hæsitatione pro alijs quibusdã paruis auiculis accepit, quemadmodum etiam *b* Homerus draconem describens Passeris octo filios in extremis platani ramis nidulantis à dragone deuoratos. Nam Passeres Pyrgitæ, & troglitæ inde dicti, tum circa turres, tum in tectis nostris versari, nidulariq; solent: quare prudẽter admodum à D. Hiero. in Psal. 83. vbi diuinus psaltes ita habet: *Zippor inuenit sibi domum &c.* Passer traduxit: nam etiã auicula hæc qñq; templa tum intus (modo minus sit frequentata) tum extra nidis suis frequentat. Cassiodor. eundem Psal. locum declarans. *Passer*, inquit, *est nimia velocitate celerrimus, qui in syluis habitare non patitur: sed domum sibi in parietum foraminibus desideranter exquirit, quam diu inuenerit, nimio gaudio latus exultat, quia se diuersarum aduersitatum vlterius patere*

a lib. 4. de ani. c. 49.



b Iliad. β

tere non credit inſidijs. Huic itaq; Paſſeris nomen pro Paſſere ſimpliciter dicto accipitur à D. Hieron. atque, vt dixi, prudenter: at non vbiq; id ab eo factũ eſt: nam in Pſal. 10. in contrarium legitur, nempe, *Transmigra in montes ſicut Paſſer*. Hoc. n. in loco Paſſerem montes colere, habitareq; innuere apparet, quare vel Paſſeres monticolas intelligit, vel quaſcunq; aues in montibus verſantes, & propter myſterium Paſſer tranſtulit: nam vbi priorẽ Pſaltis locum (*& Paſſer inuenit ſibi domum*) explicat, hunc poſtremò citatum etiam adducit, *& videte ergo*, inquit, *quia nemo tranſit in mõtes, niſi qui Paſſer eſt*. De illis autẽ loquitur q ad altiſſima terrarum loca leuiſſima voluntate rapiuntur, vt his meritò ſimiles æſtimentur, qui ad nequiſſimas prædicationes leuitate inconſtantes animi transferunt. Quod verò D. Hieron. etiam generaliter pro quauis aue Paſſeris nomine ſit vſus, ex alio etiã Pſal. videlicet 103. colligitur apertiſſimè, vbi dicitur: *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit, illic Paſſeres nidificabunt. Herodij domus dux eſt eorum &c.* Nam Aquilas, teſte c D. Chryſ hic quoq; genericè aues legit: Admonendus præterea hoc in loco lector eſt D. d Aug. pro Herodio Fulcam tranſtuliſſe: quod reuera palato meo, immo nec auribus, neutiquam arridet: Fulca .n. auis eſt, vel ipſomet D. Auguſt. teſte, aquatica, & in terra non in cedris nidulatur, quemadmodum Herodius. Sed quam auem hic Herodius ſignificat? Nam in hoc multos huiuſce loci expoſitores lapſos cerno, dum Herodium exponunt cæterarum auium, maximè verò Paſſerum, hoc eſt, minutularum ducem .i. regem, nimirum Aquilæ illud genus, quòd à robore Herodium appellari ſuo loco ſcripſimus. At ſecus meo iudicio res omnino ſeſe habet, quando Herodius Ardeæ genus quoque ſignificat, quod in cedris, hoc eſt arboribus (ita.n. per ſynecdochem loquendum, ac vertendum exiſtimo) nidum ſuũ conſtruit. Quomodo enim aues imbelles, quales omnes minutulæ ſunt, ſimul cum Aquila aue rapace earumq; tyranno degere dicamus? Nonne ſi ea veniente, & arbore, quas illæ antea occupaſſent, eligente ad nidulandum, deſerturas, fugaq; ſaluti ſuæ conſulturas credendum potius exiſtit? Sed de hac re ſatis. Videamus modo nunquid vbiuis locorum æquè Paſſerculi noſtri abundent, vt videtur: nam quæcunq; ego frequentaui, vbiq; Paſſeres ſatis copioſè conſpexi. Audio tamen apud Hollandos, maximè Delphis non illis Apollineo oraculo, ſed Cerealis potus, quem cereuiſiam aliàs vocamus, inclytis, & quidem tanto magis inclytis, quantò illi propter friuolæ, mendacis, & vanæ exiſtimationem celebritate hominum magna floruerunt, Paſſerum copiam eſſe tantam, vt in vno cereuiſiariorum, quorum ibi maximus numerus exiſtit, granario, ſæpenumero vna die aliquot centuriæ capiantur. Addebat, qui id mihi narrabat, Io. Cornelius Med. Doctor, quique ei vrbi patriam ſuam debet, vaſa quædam ventricola, ſed longiuſculo collo à figulis quotidie fieri, quæ incolæ emant, & pro Paſſerum nidis ex ædium parietibus clauo ferreo ſuſpendant, & ſine vlla moleſtia, & vitæ periculo, vt apud nos contingit, quando ſuper tecta aſcendendum eſt, pullos eximere: auiculas verò nidum intus in vaſis eiuſdem fermè figuræ, atque materiæ, atq; hic in tectis conſtruere: ego nidi aliquando à me in ſuburbano meo obſeruati iconem exhibui. Iam proſequamur e Diodorus Siculus ingentem in Media numerum harum auium inoleuiſſe ſcribit, adeò vt homines, quia iacta in terram ſemina cuncta ferè illæ abſumerent, alia ad loca migrare coacti fuerint. De Paſſeribus erat pauperum oblatio, vt teſtatur ſacra Biblia: quod ideo factum tradit Gloſſa ordinaria vulgo nuncupata, quoniam magnopere ibi abundarent. Hieremias propheta Paſſeres inter eas aues enumerare videtur, quæ vel migrare ſuper hyemem ad alia loca, vel ſeſe condere ſolent: ait autem interprete D. Hieronymo: *Turtures, Hirundo, Ciconia, & Paſſer cognouerunt tempus aduentus ſui, &c.* Neque illud ab Ariſtotelicis dogmatibus alienum apparet: nam ſcribit Philoſophus ipſe citante Athenæo, mares in hoc genere hyeme occultos nuſquam comparere, fœminas autem permanere, probabile id eſſe coniectans ex colore, qui profectò in illis mutatur, vt in Merulis, & Phaleridibus, quæ certis temporum momentis albeſcunt. Verùm in ijs, quæ nobis relicta ſunt, f Ariſtotelis ſcriptis, illud minimè reperias: quin è contrario eſſe quoſdam aſſeuerat, qui Paſſeres mares anno diutius durare non poſſe arbitrentur, argumento, quòd veris initio nulli mentum habere nigrum ſpectentur, ſed poſtea, tanquam nullus anni ſuperioris ſeruetur. Si itaque anno diutius non durent, aut nunquam, aut ſaltem ſemel duntaxat migrare eos docendum foret. Quid itaque ad Hieremiæ locum reſpondendum? Exiſtimo ego me in huius, & Ariſtotelis ab Athenæo citati loci declaratione lectori, vel paucis verbis latis facturum, ni fallor. Credo itaq; mares ſine fœminis neutiquam migrare, ſed ſimul perſeuerare: illos verò menti illam nigredinem, quando iam libidine non amplius pruriunt, ſed frigore horrent, deponere: atque id dicere voluit ipſe g Philoſophus,

vbi

Hollandi Paſſeribus aſſuunt.

Hollandi vera fictilia pro paſſerum nidis factũt.

c In comm. d Te. 8. in comm. D. Aug. error. Herodius, qua auis Pſalmiſta. Aquila Herodius.

e Li. 4. c. 3. Medi cur loca mutarint.

f 9. Hiſt. 7.

g 3. hiſt. c. 12.

vbi habet; *Passeris* (maris nimirum, & fœminæ) *penna quoties frigora vrgent acriora, interdum in albas transeunt*, ac si diceret, nihil in ipsis nigredinis relinquitur. Præterea remanere vtrunque, imò verò quod amplius est, simul plerunque, vt per æstatem connubio iuncti solent, agere, vasa illa, quæ pro nidis ab Hollandis ex ædibus suspendi supra retuli, testificari queunt, in quibus noctu sæpe par harum auium, & non plures, nec pauciores, si diligens cura adhibeatur, excipitur. Quapropter D. Hieremias ita enodari poterit, vt passeres inter latentes, vel migrantes nominarit, quia verè iam accrescente calore cùm interno, tùm externo, quando iterum menti color accrescit coniuges suas ad sobolis propagationem adhortari incipiant. Scio verò hanc meâ expositionem, aut potius coniecturam non omnibus fortè satisfacturam, quoniam passeri minimum vitæ esse dicatur, marcq; vt ait *b* Plinius, diutius anno durare negentur. Nam, inquiunt, si mares intra biennium moriantur, repetirentur proculdubio passim cadauera eorum per vibes, agrosq; extinctorũ, sed qui sponte moriantur, nunquam aut saltem fortuitò obseruati sunt, itaque vel ab alijs occidi, vel in alijs regionibus moti credendum est. Ego ante vitæ terminum capi, ac cocidi mihi persuadeo, & quid de vitæ eorum spatio, siue ætate censeam, iam nunc aperiam

b Lib. 10. c. 38.

ÆTAS.

INQVIT igitur *a* Plinius: *Passerum minimum vitæ, cui salacitas par* (vt Columbis, videlicet, & Turturibus) *mares negantur anno diutiùs durare, argumento, quia nulla veris initio appareat nigredudo in rostro, quæ ab ætate incipit, fœminis longiusculum spatium.* Sed Plinius rostri nigredini, quod ascribit, id *b* Aristoteles ex aliorum relatu, sed nihil affirmans, de mento scribit, vti præcedenti rubrica ostendimus adductis etiam illius verbis. Cæteri authores, qui breuissimi huius æui mentionem faciunt, cùm veteres, tùm recentiores, Aristoteles, non Plinium citant: & reuera mas menti colore à fœminella discernitur, non rostri. Quod verò ad vitæ spatium attinet, alij aliter philosophum interpretari conãtur. Albertus referente Augustino Nipho Suessano id cõputat à tempore coitus, inquiẽs nullum passerem (marem) à tempore coitus plus vno anno viuere. Niphus Ephesium existimat fortasse magis verba examinare, quia annum illum à tempore natiuitatis computet, asserens nullum viuere à tẽpore suæ natiuitatis plus vno anno. Cæterùm eiuscemodi opinio, nimirùm, quod in hoc auiũ genere, non plus vno anno viuant, ita inoleuit, ac radices egit, vt etiamnum mentibus hominum quorumcũque infixa hæreat, quamuis meo iudicio falsissima sit, & fabulas, & anilia deliramenta sapiat. Breuis vitæ lubens esse cõcedo, multosq; intra annum naturaliter mori, at neminem plus anno viuere nemo hominum persuaserit. Fœminas quam mares diutiùs viuere certissimum est, nempè propter venerem, quæ maribus plusquam fœminis nocet: vnde dicebat *c* alibi philosophus: *Mares si salaces fuerint, breuiores vitæ sunt, quam fœminæ, vt in genere passerum.* Hic sanè locus verissimus est, alter verò ex aliorum relatu, in quo nihil prorsus philosophus affirmat. Sed si mares omnes anni spatium non excedunt, vnde passim tanta passerum copia? Noui animalcula esse fœcunda, bis, terue quotannis parere, quatuor, quinque, ac sex quãdoq; pullos excludere: attamen cum hi antequam auolare possint, tectorum dominis plerunq; in cibum cedant, tanta marium copia in subsequenti anno superesse non poterit, vt omnibus fœmellis satisfiat. Vnus enim in hoc genere mas vni fœminæ sese connubio iungit. Quærat itaq; à me quispiam dicendo: Quod ergo tu vitæ spatium his auibus tribuis? Cui quid respondeam, certi nihil habeo; facilè tamen mihi persuadeo, quartum annum nonnunquam excedere: nam si verum est, quod Plinius scribit parem ipsis, & Columbis salacitatem (quæ mortem accelerat) esse, inde colligi posse existimo, terminum à me constitutum breuem potiùs, quam longum existere, si quidem Columbæ multæ, vt earum tractatu diximus, decimum sextum, ac vigesimum quandoque vitæ annum explent. Iulius Cæsar Scaliger in determinatione harum auium æui ambiguus, nisi sibi ipsi contradictor est. Nam libros de plantis Aristoteli attributos exponens, in secundo de arborum fœcunditate loquens, eorum sententiam non improbat, qui passerem nullum excedere bimatum existimant; Cardanũ verò ex *d* Aristotele repetentem salacioribus animalibus vitam esse breuiorem, reprehendit, argumento, quod harum auium, quæ hac de causa infames habentur, cadauera nusquam reperiantur. Nec profectò priori eius opinioni prorsus subscribere possum. Sed videamus quid dicat; *Gallinæ*, inquit, *minusculæ quoque* (vt plantæ minusculæ) *sunt*

a Loco cit.

b 9. hi. c. 7.

c In lib. de longa vita.

Authoris opinio de passerum vita.

d Exe. 69.

satis-

fœcundiores. Et in secundo de causis Theophrastus excelsas arbores pusillum fructum ferè prodidit. Multos scilicet opus habere alimento. In fœcundas viuere diutius ob eamdem rationem. Quare putarunt, quidam Passerum nullum excedere bimatum; sanè haud contemnenda opinione. Ex illis parum captatur, minimum capitur: fœcundissimi sunt; frequentia non magna. Eli & proportio quadam secundum quasi gradus, sanitatis, roboris, vitæ. Igitur si salaces morbosi, etiam breuioris vitæ. Hæc ille colligens, vt apparet breuitatem ætatis harum auium ex earum paucitate, cum alioqui fœcundissimæ sint; at si ea de causa bimatum non excedant, cui & Gallinæ quotidie parientes, Columbæq; toto fermè anni tempore soboli incumbunt, non æquè moriuntur? Harum profectò auium longè minor, quàm Passerum numerus foret, nisi humana in nutriendis ipsis adesset cura, atque custodia: quapropter omninò concludo Passeribus vitam quidem esse breuem, sed intra annum mori, ne iuranti id credo: adeo fructuosum est, venere moderata vti: vnde canebat Baptista Fiera Docta pariter, & Medicus.

Ardet & in tenera Passer durabitur alba:
Si vis esse salax, det cerebella tibi.
Heu miserum; qui præcipiti sic labitur ævo,
I, Venus, hinc salas ni modo perdis aues.

Ætas passerũ, vt cognoscatur.

Idem hoc tetrastichon in libros suos transtulit Castor Durantes, sed vt suum videretur, paruper immutauit; quæ res ipsi minimè noua est. Ætas Passerum cognoscitur ex rostro, quia iuuenibus adhuc cinereum est, & circa fauces croceum, senibus nigrum, ac durum. Alexander Myndius, referente Athenæo, ait fœminas maribus esse infirmiores: quam sententiam, si etiam ad coitum extendamus, Aristoteli, cæteriſque quos nominauimus, refragabitur; nam is maribus propter vitam, quam fœminis breuiorem tribuit: & Scaliger, sanitatis, roboris, vitæque gradus ex salacitate meritur, quàm elegantissimè. Quare Myndius de coitu minimè intellexisse mihi videtur, sed de cæteris vitæ munijs obeundis, in quibus semper mares fœminis præualent, quæ etiam propter nimium motum vitam eorum abbreuiant: quod innuere etiam videtur Albertus, dum ait: *Mares parum viuunt propter coitum, & nimium motum, quæ exiccant in eis humidum vitale.*

VOX.

Struthissare.

QVI stridunt, inquit Cælius, potiùs quam canant (hoc est, vt habet Eustathius, ex quo Cælius id mutuauit, cantum vilem ædunt) στρουθίζειν Græcè dicuntur, quod Latinè enunciare licet Struthissare, ex Passerum voce, qui Struthi vocantur verbo deflexo. Suidas στρυτίζειν exponit τρίζειν, idest stridere; quare στρυτίζω fuerit Passeris in modum strido. Apud *a* Esaiam dicitur de auium pullis, qui ore hiante, & stridente, seu vociferãte escam à matre petunt. Vbi Hebraico textui adiuncta versio habet: *Qui aperiret os, & gannirent.* Fortassis autem omnibus in genere pullis tribuit, quod passerum pullis peculiare, stridore nimirum escam petere: Τρίζειν *b* Homerus etiam de Passerculis dixit τετριγῶτας eos nominans: alioqui verbum proprium est de voce Vespertilionum, vt ibi scripsimus: Cælium, alioſq; hallucinari in Columbis diximus, quod Titos Palumbes interpretentur ex passerum salacitate, qui solent τιτίζειν. Verbum hoc de Passerum voce dici posse minimè nego, nam idem ferè sonus est τρίζειν, στρυτίζειν τιτίζειν. Eustathius dici ait de voce, quam ædunt pulli auium. Passer, inquit, obscurus quidam Aristotelem citans, apud quem tamen nihil eiusmodi extare existimo, vocem sibi peculiarem habet, sicut & Turtur. Author Philomeliæ pipere passeres dixit hoc versu:

Pipere.

Pessimus at Passer tristia flendo pipit.

Quam vocem Columella Gallinaceis pullis attribuit, sed passeri potius conuenire putem, nam præterquam quod M. Varro Gallinas pipare scribat, Catullus Passerem de Lesbiæ suæ Passere loquens pipillare dixit, canens:

Sed circumsiliens modo huc, modo illuc,
Ad solam dominam vsque pipilabat.

Et Catullum imitatus Pontanus dum ait:

Pipilat Passer, & dulce canit Philomela.

At non opus erat p duplicare, quando & Catullus primam syllabam producat. Suidas, & Varinus τιτιτίζειν verbum fictum esse scribunt ad imitationem vocis auium. Videtur autem Passeribus præcipuè conuenire, quinimo à Latinorum pipere detortum. *c* Martialis

a cap. 10.

b Iliad. β

c lib. 9.

lis absonam harum auium vocem nonnihil dulcedinis in se habere videtur innuere, cùm argutas eas appellat hoc disticho canens:

Nunc Sturnos inepes, Fringuillarumque querelas
Audit, & arguto Passere vernat ager.

Et Thomas Rhadinus cantillare dixit Passerculum.

INGENIVM.

IN quadrupedibus hinnulos, capreas, damas, & pygargos, item lepores, quos Græci Poetæ in pauendo στῶκας appellant, in auium generibus Passeres, in aquatilibus mugiles suapte natura timidos esse tradit a Aelianus: & reuera quod ad Passeres nostros attinet, nam de cæteris animalibus hìc nobis agendum non est, auiculæ sunt timidissimæ, adeo vt propter continuam formidinem sæpissimè inter quiescendum excitentur à somno; quare sunt qui dicant, ideo à Psalmographo scriptum: *Vigilaui, & factus sum sicut Passer solitarius in tecto*: sed mirum non est, si natura timeant, siquidem corpore sunt exigui, nulliſque armis à natura armati, quibus sese aduersus Accipitres tueri queant: at sagaciſſima illa omnium parens, qua nullibi deficit, ingenij sagacitate corporis imbecillitatem compensauit: quam suspiciens Cassiodorus. *Passer*, inquit, *est auis parua, sed nimia sagacitate solicita, quæ nec facile terretur, nec per illusionem ventris escarum ambitione decipitur. Hac propter infirmitatem suam, ne aut ipsa à prædatore capiatur, aut fœtus eius serpentinis deuoretur insidijs, inter aues vnica cautione munita ad domorum fastigia excelsa concurrit, vt à suspectis casibus reddatur aliena, quæ multis periculis probatur obnoxia.* Hæc ille. Cæterùm ob aliam fortassis causam in domorum fastigijs etiam in media vrbe nidulantur, nimirum b propter amorem, quo homines prosequuntur, vel potiùs propter spem futuri auxilij contra suos prædones, videlicet Accipitres, nam & in b Aeliani varia historia legimus Passerculum ab Accipitre vehementiùs impetitum in Xenocratis sinum deuolasse, & in eo tuendi sui causa hæsisse, quasi non esset ignarus Accipitrem conspecto homine regressurum. Qua quidem in re non canes duntaxat imitabatur, qui dum suis viribus diffidunt, sese inter hominum pedes conjciunt, eisque se quam possunt arctissimè iungunt, quo præsens periculum euadant, sed ipsos etiam homines, maximè pueros, qui formidine correpti suos arctissimè parentes, vel eum in quem primùm incidunt, apprehendunt, & quantò ei strictiùs hærent, tantò se existimant tutiores. Et reuera cùm hæc ipsius naturæ sit instructio, & institutio in ipsis etiam brutis vim suam clarissimè demonstrans, vt imbecilliora, dum in periculo versantur; ad fortiora confugiant: turpissimus, & pudendus prorsus hominis error esset, ac fœda degeneris animi nota, si in discrimine magno, vnde se liberare nequeat, constitutus, non è vestigio ad eum properet, à quo solo seruari possit. Nunc ad Passerem reuertamur, quem alij stolidum potiùs, ac nullo planè ingenio prædi-otum esse dixerint, argumento quod aucupis infestas artes declinare omni conatu studens, ad Noctuam, teste c Oro Apolline, vt eius patrocinio periculum euitet, confugiat, & ab ea longè infestiùs excipiatur. Sed quomodo, & vbi Passer auicula noctu quiescens, interdiù vitæ munia obiés. Noctuam, quæ nocturna auis est, reperiat, vt ad eam se recipiat? item auceps interdiù potiùs quam noctu Passeres captat. Quare quantum ego comprehendere possum. Passer hoc argumento frustra, atque inculpanter stultitiæ ab Oro accusatur. Neque etiam validum, efficaxve Origenis argumentum est ab Homerico illo Passere desumptum, quo aues, vtpote animalia ratione carentia, diuinitatis, sensuq; nihil obtinere, nec futurum præsagire probare conatur, quod is eo in loco non esset nidulatus, vbi futurum erat, vt draco cùm se, tùm pullos disperderet. Nam & homines, qui sola ratione potissimùm alijs animalibus præstant, quā sæpissimè à quibus auxilium potiùs, quàm damnum sperant, occidūtur, cùm alioqui aduersus interstinos hostes sibi egregiè prospexerāt. Præterea hoc exemplum ad Passerem non spectat, qui in ramis non nidificat, sed ad alias auiculas. At si eo modo defendantur à nobis, Strabonis geographi suculentissimi, & fide digni scribentis se Passeres vidisse in tetrum illum puteum circa Hierapolim sese immisisse, & statim mortuos concidisse, testimonio imprudentes iterum nōnulli dixerint, siquidem nemo sapiens sponte, ac sine vrgenti aliqua causa seipsum occidisse visus est; ac nec id, nec tantillum quidem sagacitati eorum detrahit, minuitve: nā tam virulentū, noxiūq; halitum puteus ille pestilentissimus exhalabat, vt superuolantes forsuito aues enecaret.

Animalia timida.

a L. 7. hist. c. 19.

Passerum timiditas.

Ingenij sagacitas.

Cur in vrbibus nidificent.

b Lib. 13. c. 31.

Passerē in sinu suo seruat Xenocrates contra Accipitrem.

Imbecilla animalia ad fortiora confugiūt.

c L. 2. Hic

Putei circa Hierapolim virus, ac pernicies.

Passer animal docile.

Quid

Quid si itaque maiorem etiam ingenij laudem hisce auiculis tribuentes, dociles esse dicamus, disciplinæque capaces. *a* Iosephus Acosta vir fide dignissimus è Societate Iesu, qui multorum populorum nuperrimè repertorum historiam conscripsit, Taprobanenses nautas, quod vsum magnetis ignorent, in alto mari versantes, cùm tetram petituri sunt, Passeres, quos ad id secum ferunt, nauibus emittere attestatur, vt eorum volatum insequentes, tutò adoptata loca pertingant: Certè nidis exempti quàm facilè, citoque cicurantur. Vidi sæpe ita domesticos, vt ad puerorum manus aduolarent vocati, & cibum ex eis acciperent. Nouerunt inuicem inuitare se ad epulas, significareque suo garritu, vbi gregatim simul omnes abundè epulari queant: quod constat illius exemplo Passeris, qui ad alios in arbore considentes aduolans nunciabat se frumentum sparsum inuenisse, inuitareque ad id comedendum, quemadmodum fusiùs recitabimus in historicis ex Philostrato. Sunt item munditiæ, studiosæ hæ volucres, lauantes sese, & pulueratæ ne vel pulices, vel aliud insectum noxium infestet: stercora pullorum non solùm ipsæ egerunt, verùm etiam pullos id facere docent: ipsæ aut nidos nunquam conspurcant.

a L. 1. hist. Indiæ.

Passeres nautis viã monstrant.

Passeres se inuicem inuitant.

Munditia.

LIBIDO. SALACITAS. COITVS.

QVAM salax animal sit Passer noster domesticus neminem latere arbitror. Adeò verò libidinis titilatione prurit, vt non solum modo homines salaces, & ad Venerem nimium proni metaphoricè, teste Hesychio πρυθοὶ, idest, Passeres dicantur, verum etiam Strutheum, siue Passer, illud membrum, vt scriptum reliquit Festus, quo coniugium maximè promouetur, & debitis augetur incremẽtis, quam salacitatem considerans, *a* Iulius Cæsar Scaliger, Passeres hac de causa infames haberi, dicebat: cùm tamen nos Gallum Galinaceum hac infamia, (vt ad Scaligeri dictionem alludamus) cætera volatilia superare scripserimus: quod quomodo defendamus, hìc non repetimus, sed hoc vnum addimus ad opinionis nostræ corroborationem, quod & Plinius Passerum, & Columbarum salacitatem cõparem esse tradat. Clearchus, quemadmodum multoties diximus, aliquot aues ait emittere semen, non tantum si viderint fœminas, verum etiam si vocem solùmodo earum audierint, inter quas Passeres etiam recenset. Orus ait sæpius in hora fœminam inire, & abundanter semen emittere: ego, qui omnia videre, notareque semper studui plusquàm vigesies longè minori temporis interuallo fœminam compressisse conspexi, & pluries coitum adhùc repetiturum, nisi illa locum mutasset: quod ne alicui incredibile appareat, clarissimi etiam *b* Scaligeri obseruationem hic adijciam. *Passerculum*, inquit, *vtut in cauum quoddam plus decies ad fœmellam, quam iniret, ex aduerso muro, pusillis interpositis momentis aduolasse.*

πρυθοὶ, qui homines dicantur. *a* Exer. 269.

Passer non solũ vija fœmina semẽ emittit, sed etiam tãtũ eius audita voce.

b Exer. 296

NIDVS. PARTVS.

QVEM locum pro nidi extructione quærant Passeres, supra nonnulla scripsimus. Nidulantur autem in fœno, & plumis: quod eo faciunt consilio, vt liberi molliùs cubent. Occupant nonnunquam nidos Hirundinum, easque rostro, quo plus valent, abigunt. Quod cum viderent nonnulli credentes à Passeribus eiusmodi modi nidos factos, apud Aegyptios ob limum, quem inuehit Nilus eos simul cum Hirundinibus, artem è luto parietum construendorum monstrauisse scribunt, & ad hoc respexisse *a* Aristophanem, vbi quærenti alicui, qui composuisset equum Durium in arce Palladi respondet:

Ορνιθις, οὐδὲ ἄλλος, οὐ Αἰγύπτιος
Πλινθουργὸς, οὐ λιθουργός. idest:
Aues, nec alius vllus haud Aegyptius
Later ifer aut faber lapidarius.

Sed Passeres nisi Hirundinum nidos occupent, luto in suis nidis non vtuntur. Hirundines itaq; non Passeres intellexit Aristophanes. Illas artem fabricandi parietes docuisse *b* alibi docuimus, & fusiùs postea in hoc opere docebimus. Isidorus Cuculos scribit oua Passeris in nido reperta deuorare, & sua subijcere: hunc posti illa suscepta fouere, & nutrire.

a In auib. Equus Durius.

b In prolegom. Ornithol. nostræ

Cuculi an in Passerũ nidis pariant.

Quod

Quod quomodo fieri possit non video. Etenim Passeres vel sub tegulis tectorum, vel in foraminibus parietum, vel vt iam postremò diximus, in nidis Hirundinum oua edunt: quæ deuorare quidam queat Cuculus, sed sua supponere corporis mole prohibetur. Nisi ergo Isidorus Passeris voce abusus sit, defendi in eo minimè potest. Cæterum parit passerculus noster, teste Philosopho, & communi præceptore *c* Aristotele cœcos, & imperfectos pullos, quia nimirum paruus corpore multos edat. Sunt autem ij, eodem authore, si modò verè, vt credere fas est, eum citet Athenæus, (nam in ijs, quæ nobis relicta sunt, eius monumentis, non est id reperire) ad summum octo; Albertus vt plurimum septem, vt minimum quatuor parere eosque bis vel ter quotannis, tradit.

Isidori error.

c 4. de gen. cap. 6.

VOLATVS. GRESSVS.

PASSER ita volatum exercet, vt neque tardus, neque etiam velox dici queat; Cùm graditur, sæpiùs salit, ad quod respiciens Aristophanes famulum inducit, qui semen, quod saltitaret Passerem appellat, cùm ait:

Οἴμοι κακοδαίμων, στρθὸς ἀνὴρ γίνῃ.

VICTVS.

COMMVNIS præceptor *a* Aristoteles *Passerem vermiculis victitare* testatur: quæ verba supra declarauimus. Est autem Passer non aliter ac Gallina pamphagus, & nihil non in cibo perplacet, maximè pullos nutrirent, tunc enim magis in quærendo cibo solicitus, atque intentus est. Muscas, Papiliones, Apes, Vespas, Crabrones, Araneas, Formicas, Grillos, Scarabeos in summa quodcunque ferè insectum venatur. Attamen graniuora alias auicula est, & agris granis prægnantibus plurimum infesta: quare passim, vbi milium consitum est, laruas, personasque vulgus hic spotrachios (quasi pauorem auibus incutientes appellitat) positas cernere est, vt nimirum ijs conspectis Passeres, homines esse rati, fugiant, nec damnum inferant: vnde etiam rura (Italiæ) teste Hermolao, Passerculum vocant spicilegam detrita modo priori syllaba: non spicis tantùm, sed iactis in terram seminibus, siue granis non minsis quàm Gracculi, spermologique (Cornicis nimirum, de qua nos abundè suo loco egimus) nocent: adeo vt Diodorus Siculus ita ea in Media absumpsisse testetur, vt incolæ ad alias terras nauigare cogerentur. Hordeum, vt ait Albertus præ cæteris in cibo amant, & corticem celeriter à grano separant: etsi quando nimium auidè paleam cum grano deuorauerint, suffocantur. Tragus, & acinorum quibusdam granis, & sambuci eos vesci scribit: quod sanè mirum non est: nam nec venenosis seminibus abstinent, sed citra vllum corporis detrimentum hyoscyami semina deuorant: cuius rei rationem reddentes nonnulli ad venarum exilitatem confugiunt; ego quid in hoc sentiam in Coturnice declaraui.

a 8. hi. c. 3.

Passer cuius spicilega dictus.

Passer impune hyoscyamo vescitur.

MORBOS.

IACOBVS *a* Oliuarius, & Bartholomeus cognomento Anglicus morbo comitiali, & lepra affici tradunt, sed absque authoritate, nisi ego fallor: quanquam author de natura in quibusdam regionibus comitialem morbum pati hanc auem scribat: nam & hic, cùm Aristotelem credere ait id accidere, quia hyoscyami semine pascitur, fidem non meretur, quando nihil huiusmodi apud Philosophum legitur: *b* Plinius verò de Coturnice, elleboro eam vesci, & solam præter hominem comitiali obnoxiam esse tradit. Quare si Plinio standum esset de Passere id neutiquam foret dicendum. Sed Plinio hac in re nos supra contradiximus multorum cum veterum, tùm nuperorum authoritate: & Passerem huic malo obnoxium esse facilè credimus, non solum quia eo semine vescatur, verum etiam propter frequentem coitum, nam & *c* Galenus morbos omnes increscentes: inter quos comitialem etiam recenser, coitu exacerbari scribit.

a lib. 10. c. 32.

b lib. 10. c. 23.

c in l. Hip. de moribus vulg. com. v. aph. 26.

COGNOMINATA.

Denominata.

M. Petronius Passer cognominatur apud *a* Varronem, quemadmodum allatis etiam Varronis verbis in Pauone recitauimus. Στρυθας Sattrapæ regij nomen est *b* Xenophonti, vel forsitan cognomen à salacitate. Nam, vt diximus, homo salax στρυθὸς Græcis appellatur.

a l. 2. de re rust.

b lib. 4. rer. Graecar.

Στρυθίον, inquit Hesychius, radix herbę lanis eluendis apta: quasi verò radicis, non herbæ integræ nomen esset, quemadmodum nos suprà ex Theophrasto, Plinioque scripsimus. A nostris, nimirum à Plinio radicula appellatur; herba spinosa, teste Hermolao non tamen acanacea: flos eius spectabilis æstatibus sine odore, caule lanuginoso, semen nullum radix magna, quæ conciditur purgandis lanis, mirum quantum conferens candori mollitiaque. Smyrnæa mulier Galena florem hunc non Struthium, sed Strythion vocauit. Hæc ille. *c* Iacobus Dalechampius quandam herbam pro polemonio depingit, nimirum, quam Pena, & Lobelius Ocymastrum Valerianthes, alij valerianam rubram vocant. Eandem scribit me saponariam alteram, & Struthium appellare: quod sanè à me scriptum est nullibi, nec me vnquam ita nominasse memini: nam etiamnum saponariam. Valerianthes eam voco: possit nihilominus ideo Struthium dici, quatenus radix eius abluendi facultatem habet: nam & ἰσρυθμίστα vocantur, quæ eiusmodi herbis repurgantur. Dioscorides lanas ἀσρυθίστους, hoc est, illotas siue radicula non curatas laudat ad oesypum. Caterùm Struthium, inquit Ornithologus, medicis hodie, & orbi nostro, in quo prouenire etiam non puto, ignoratur. Serebatur olim passim. Sponte verò nascitur in Asia, Syriaque & trans Euphratem. Hippocrates commendat nascens in Andri Insulæ littoribus. Arabes quandam herbam condes, condisum, & aslengi nominant. Hanc Bellunensis radicem esse scribit foliis plantæ spinosæ carduorum more, intus subflauam, nigram foris, eius decocto lanas, lanceosque pannos sordidos abstergi. Damascenos seplasiarios eius decoctum immiscere confectionibus ex melle, ac sapa paratis, idque tantum candoris conciliare, vt ex amylo, & saccharo purissimo constare videantur: quin etiam sic durare, vt tenaciores sint, & vix morsu diuellantur. Quantum igitur ab hoc struthio, seu Arabum condiso saponaria tum facultatibus, tum notis multis differat, nihilominus Leonardus Fuchsius eam nobis pro Struthio depinxit. Alij peregrinam quandam plantam è Lychnidis generibus longè pulcherrimam (quare etiam passim in hortis seritur florum voluptate arridens) nimirum Calcedonicam miniatam, siue Constantinopolitanam, quam alij florem Constantinopolitanum, alij Hierosolymitanum, alij Creticum appellant. Struthium, siue Lanariam esse crediderunt: Arabumque condisum, sed qui hanc herbam norunt, si cùm superiùs à nobis exaratis conferant neutiquam respondere videbunt. Herba autem lanaria (quæcunque autem illa sit) duplici ratione videri potest nomen Struthij accepisse: semel, vt moneamur coniugij castimoniam tam puram, sinceramque esse, quàm est lana radicula fullonia mundata: rursus, quod radicula non aliter ac στρυθος, siue Passerculus libidinem etiam excitet vehementi suo calore plurimum humoris ad vasa spermatica mandans, præsertim, si cum flatulentis, & crassis cibis edatur.

c lib. 10. hist. plant. c. 58.

Condes, sine condisum.

Lychnis Calcedonica.

Flos Constantinopolitanus.

Lanaria herba cur Struthium dicta.

Μῆλα στρυθία, siue στρυθιόμηλα, siue mala Struthia è cotoneorum genere ab omnibus censentur. Ornithologus minori amplitudine, odoratioraque esse ait, at serò prouenire, sed *d* Galenus eumque sequutus Actius maiora, dulciora, & minus acerba esse scribunt. Alio in loco *e* Galenus Cydonia à Struthijs, quæ etiam Struthiocamela nuncupat, apertè distinguens, Cydoniorum succum minus esse suauem asserit, & maximè astringere. Nominat Struthium quoque, Macrobius *f* inter malorum genera. *g* Ioannes Goropius postquam optimè, vt solet, Cotoneorum malorum (sic enim Cydonia vulgò audiunt) etymologiam è Cymbrico suo sermone deriuasset, & a facultate Venerem stimulante denominari demonstrasset, item Struthiorum (vox autem hæc Græca est) etymum luculenter admodum, & clarè inde eruit, his fermè verbis: Struthia linguæ nostrę peritis indicant, sese ad connubia promouenda, latoque successu augenda pertinere: quod si verum est, vt est verissimum, quid vlra impedimenti adfertur, vt non constanter asseramus in legitimo matrimonio

d Lib. 6. de fac. nat.

e Lib. 2. de alimen. fac. 3. c. 19.

f In vers. Struthiorũ malorum etymologia.

an [illegible]

ambiendo, hoc malorum genus tesseræ loco fuisse? Trou idem est quod connubio iungo: Dien est augeri, promoueri, & ad bonam frugem peruenire. Hinc Strousdien quid aliud erit, quam ipsius matrimonij felix auctio, & promotio? Nolo vos monere à Trou in genitiuo fieri Strous, articulo per syncopen adiecto, loco des trous formula vt satis nobis vsitatissima, propterea quòd si aptissima ad sermonis breuitatem, quàm perpetuò affectatum. Iam ex sibilo, & littera media in compositione concurrentibus, quid mirum si facta sit littera aspirata, qua posita cum terminatione Græca ex Strousdiem fit Struthion penultima longa, vt eam Arabius in epigrammate modò recitato dimensus est. Hactenus ille. Epigramma verò id minimè mihi prætereundum esse arbitror, imò necessarium hìc inserere, nimirum quod eiuscemodi mala in matrimonijs quondam loco tesseræ fuisse demonstret, vt iam Goropius dixit. Est autem hoc.

Trou quid Belgis.
Dien quid Strousdiē.

Ἕδνα γάμων ἔρριπτες ἢ ἀμβολίην ταχύτητος
Τοῦτο γὲρας κούρη χρύσεον ἱπποπόνες:
Ἄμφω μῆλον ἀίνασσεν, ἐπεὶ καὶ παρθένον ὁρμῆ
Εἶργεν, καὶ ζυγίης σύμβολον ἦν παφίης.
Aurea dona iacis, quo sint sponsalia, an vt sint
Pernicis remora Virginis Hippomenes?
Malum ambo expedijt, prohibens hinc impetum, & inde
Se monstrans Veneris tesserulam esse iuge.

Sed isthæc de hisce malis dicta sufficiant: sunt enim, & aliæ plantæ, quæ à Passeribus nostris denominantur, de quibus modo dicendum etiam est aliquid. In auibus Aristophanis, ni fallor, Cleocritus quidam traducitur ὡς στρουθόπους, τουτέστι μεγαλόπους: Scholiastes eum locum explicans, à Struthio cameli pedibus, inquit, fortassis, vel à Passerinis per antiphrasim: ἢ ὡς τὴν ὄψιν στρουθώδης. Ego Struthopoda eum nominauerim, qui pedes, cruraque habet exigua. Nam, & Plinius Eudoxum tradit scripsisse in meridianis Indiæ vitis plantas esse cubitales: fœminis verò adeo paruas, vt Struthopodes appellentur. Et Plautus, citante Festo, cruscula todila dixit. Festo verò todus est genus auis paruæ. Στρουθοκέφαλα authori definitionum medicinalium, quæ à Galeno attribuuntur, partus monstruosi sunt, quibus caput pro corporis proportione nimis est exiguum. Quod si verò à Struthiocamelo eam vocem potiùs quàm à passere placeat deriuare, susque deque feram, nam & Struthiocamelus caput, si corpori compares, paruum obtinet. Papaueris alterum genus syluestre *h* Theophrasto Heralcum vocatur, alijs Aphron, teste Plinio, Dioscoridi ἀφρώδες. Hanc herbam *i* Plinius perperam intellecto Theophrasto *folijs esse*, ait, *speciem Passerum præsentantibus*, cùm hic folia Struthi, quod Struthium Dioscorides appellat, habere scribat, hoc est, vt vertit Gaza radiculæ, sed non in hoc solummodo lapsus est Plinius, verum etiam papaueri vim abstergendi tribuit, lauandique lanas, quam ille Strutho Passerina nomen herbæ est, at alij alijs id plantis attribuunt. Errant, inquit, Hermolaus, qui passerinam vulgò dictam florem candidum ferentem anagallida existiment: & ego pariter lithosperma illud miuus potius, vel vt alij centumnodiam ita appellauerim. Matthias Lobelius aliam herbam eo nomine dignatur Linariæ folio, quam ob similitudinem linarijs etiam annumerat. Lingua passerina, inquit *k* Io. Baptista Porta, oblongis folijs, & teretibus à passeris lingua, quam imitatur, omnium consensu inditum est nomen στρουτίον γλωσσον dici potest, Dioscorides passerum linguas maximè imitari dixit: alij polygonum vocant, vel polycarpum ex seminis abundantia: nam ad Venerem, & conceptionem valere diximus. Passerina inter Leuconij nomenclaturas apud *l* Dioscoridem quoque legitur. Siluaticus vsnem herbam interpretatur stercus passerum, vel herbam Kali, &c. albam esse aiunt, & panos ea lauari: quærent diligentiores Struthio ne an papaueri spumoso descriptio eius conueniat; mihi ad struthium potiùs accedere videtur Poculum quoddam Persicum στρουίον dictum Athenęo, Eustathius an à quibusdam Struthis (passeribus) denominatum sit, non constare asserit; sed Hermolaus Struthio herbæ folia oleæ esse ait, & à medicis aureum poculum nominari, & ab hac similitudine vasculum illud potorium Struthion appellari conijcit.

στρουθόπου
Struthopodes qui.
Cruscula todila.
Tusdus auis.
Papauer heracleum.
h 9. hi. c. 13
Aphron.
Plin. error.
i Lib. 20. c. 19.
Passerina herba.
k Lib. 4. Phyt. c. 16.
Phalygonō.
l C. ar. 703
Vsne herba
Poculum.
Struthium.

CAPIENDI RATIO.

EX hoc auium genere ſylueſtres faciliùs capiuntur, difficulter verò domeſtici. Decipiuntur autem vel reti, vel viſco potiſſimùm. Petrus Creſcentienſis, & capiuntur, inquit, Paſſeres, & cæteræ aues paruæ vel magnæ, ſi virgulæ inuiſcatæ ponantur in locis, vbi paſci, vel morari conſueuerunt: ſed de multis magnis id verum non eſt: nam Coruos viſco non capimus. *a* Oppianus etiam Struthos, hoc eſt, auiculas in genere viſco capi ſcribit, item, ramis duobus myrti colligatis annexo funiculo. Pantheron retis eſt genus, ex eo nomen habens, quòd aues omnes includat: hoc reti Galli vtuntur ad Paſſeres, & Sturnos capiendos, vocantque teſte *b* Budæo, ſaltabundum: cùm humi exporrectum eſt, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quiſquilijs, ne ab auibus prouideri poſſit. Deinde cùm opus eſt, adducto magna vi fune, repente expanditur, ineſcataſque aliquot diebus auiculas vno ictu vniuerſas contegit. Aliam in prædictis diuerſiſſimam capiendi rationem ita memorat Petr. Creſcentienſis, dum ait: *Capiuntur Paſſeres præcipuè iuuenes minus ſagaces cum faxa, ſeu brechoello eſt quædam cauea ex iuncis conſtructa, de qua exire non poſſunt, cum ad Paſſeres pullos impoſitos ingreſſi fuerint.* Ego Paſſeres iuuenes ad pullos alios caueæ incluſos accedere non puto, ſed parentes tantùm, & nutritionis ſocios, vt eſcam eis offerant, ita verò capi poſſe non inficior, quin in Batauia dixi cauea quadam ex viminibus facta, & feneſtræ impoſita, capi, dum clauſis cæteris ad eam confugiant, & magno impetu ſeſe in illam præcipitent. Coturnices, Perdices, & Paſſeres, quàm ſint libidinoſæ aues, & quomodo libidinis tempore ſpeculo præpoſito capiantur, iam antè multoties recitaui. Ornithologus ait è nidis, quos in parietibus habent, muſtelis, & viuerris cicuribus immiſſis extrahi, item aues, quas ego Lanios appellaui, à pueris cicures ali, vt Paſſeres è nidis captent. Multi qui eos reti capiunt, mares habent caueis incluſos, quo præteruolantes alliciant, Qui eos captat, Græcis στρουθοπιαστης appellatur.

a Lib. 3. de venet. 4.

Pantheron retis genus

b In annot. in Puad.

Quomodo in Hollandia capiantur.

SYMPATHIA.

Antipathia.

PASSERES ſuum genus impenſiùs amant, quod vel inde conſtat, quòd pullos alienos vicinos non ſolùm, quando etiamnum ad volandum inepti ſunt in præbendo cibo iuuent, verum etiam poſt euolantes vnà cum parentibus concomitentur, auxilium ſi opus fuerit, in volatu allaturi. Milij eſu, quia maximopere delectantur, itaque etiam agris eo conſitis maximum inferunt damnum, quod ne contingat multi laruis aruo impoſitis, eos vt diximus fugant, ſed Plinius, *Peſtem*, inquit, *à milio: atq; panico Sturnorum, Paſſerumue agmina ſcio abigi herba, cuius nomen eſt ignotum in quatuor angulis ſegetis defoſſa: mirum dictu, vt omnino nulla auis intret.* Multi *a* eodem referente ad remedia eiuſdem ſegetis *rubetam noctu circumferri iubent, priuſquam ſarriatur, defodique in medio incluſam vaſe fictili: ita nec Paſſerem, nec vermem nocere, ſed eruendam priuſquam metatur, alioqui amarum fieri.* Veritatem rei alij experiri poterunt, mihi retuliſſe ſufficit, quia nimirum inſignis antipathiæ auis cum ea planta (quęcunquè tandem illa ſit,) & rubeta indicium exiſtit, cuius profectò ratio aſſignari ab homine non poteſt: quemadmodum facilè illius odij, quod cum Hirundinibus, teſte Auicenna, cùm in vna domo conueniunt, exercent: ſolent enim earum nidos libenter occupare, vnde meo iudicio rixæ, & pugnæ oriuntur, cædes, atque interneciones. Quod verò Vultures timeant, vt Philes ſcribit, & muſtellam, vt ex nuperis *b* Bartholomæus cognomento Anglicus, adeo mirum non eſt, quando non ſolum eiuſcemodi auium genus, ſed pleræque etiam alias aues rapaces, & muſtellas expaueſcant, nimirum implacabiles hoſtes, & quorum viribus longè impares exiſtunt. Aelianus, vt ſcripſit ante, Calamodyten, quam auiculam ex Paſſerum genere videri ibi tradidi, folio cedri perire prodidit: quærendum, aut potiùs experiendum eſſet, nunquid & alij Paſſeres idcirco moriantur.

Amor in alienos pullos.

Ne milium depopulentur.

a Li. 18. c. 17.

Paſſeribus inimicitia eſt cum Hirundinib.

Vultures cur metuat.

a L. 2. c. 33

HISTORICA.

APOLLONIVS *a* Tyanæus referente Philostrato, cùm Ephesios doceret, oportere sese mutuò nutrire, atque nutriri, Passeres fortè in arbore quadam taciti considebant: vnus autem ex ipsis tanquam alicuius rei nuncius vocem emisit, qua visus est aliquid cæteris prædicere. Eo audito cæteri clamorem tollentes post ipsum volarunt. Tunc aliquandiù tacuit Apollonius, sciens quidem quam ob causam Passeres volitassent, nondum tamen auditoribus id enarrans. Vbi verò omnes in se conuersos, & quasi portentum aliquod admirantes aspexit, tunc rupto silentio, sic est loquutus. Puer quidam effusum frumentum in arcam manibus demittens, cum negligenter illud collegisset, abit, multa grana passim in angiporto sparsa relinquens: quæ cum Passer ille inuenisset, cæteris, (vt audistis) nuncians, inuentum cibum communicauit. His verbis permulti commoti, ad hoc visendum cucurrere. Ipse verò his, qui manserunt, cœptum sermonem de communi societate seruanda prosequutus est. Postquam verò qui visum ierant cum clamore, atque admiratione summa reuersi sunt. Videtis, inquit Apollonius, quo pacto passeres mutuam de se curam habeant, quantumque communi gaudeant societate, nos autem homines eam colere dedignemur. Hæc ille, interprete Beroaldo. Aristodicus Herachidis filius vir inter cæteros Cumæos clarus, quomodo surreptis in templo nidulantibus Passeribus Deorum gentilium socordiam, atque impotentiam deriserit, narrat *b* Herodotus hunc ferè in modum: Pactyam cùm Cyrus, à Cumæis, ad quos confugerat, reposcerent, hi verò Cyri potentiam metuerent, consilio inito statuerunt ad Deum apud Branchidas referendum, quid facto opus esset. Erat enim illic oraculum peruetustum, quo Aeolos, Ionesque communiter vti consueuerunt. Consulentibus cùm responderetur, Persis Pactyam esse permittendum. Cumæiq; oraculo acquiescendum fore dicerent, Aristodicus seu oraculo parum fidens, siue ipsos consultores oraculi responsum non rectè perferre existimans, constanter obstabat, quo minus oraculo Cumæi obtemperarent. Vnde factum est, vt iterum de Pactya interrogaturi alij mitterentur sacerdotes consultores, inter quos ipse quoq; Aristodicus erat. Hi cùm ad Branchidas peruenissent, vnus ex omnibus Aristodicus consulebat oraculum sciscitans in hæc verba. O Rex, venit ad nos supplex Pactyas Lydus mortem fugiens violentam: Persæ eundem reposcentes iubent Cumæos hominem dimittere. Nos Persarum potentiam formidantes, tamen supplicem nondum reddere ausi sumus, donec intelligeremus exte indubitatò quid facere nos conueniret. Hunc in modum sciscitanti Aristodico, idem rursus respondebatur, quod priores tulerant, nempe Pactyam Persis permittendum. Post hæc Aristodicus tale quippiam de industria aggreditur. Templum circumiens, Passeres, aliasq; auiculas, quæ fortè in templo illic nidulabantur, è nidis eximit. Quæ cum ille faceret, memorant vocem ex adyto auditam, quæ ad Aristodicum ferretur, atque huiusmodi quædam sonaret: Hominum scelestissime, quæ nam libido te incessit, vt auderes meos supplices diripere? Aristodicum nihil dubitasse ad hunc modum respondere, Tu nè rex, sic auxilium fers supplicibus, & Cumæos iubes supplicem Pactyam tradere Persis.

a li. de vita Apoll.

Mutuæ nutritionis adhortatio.

Apollon. Passerum voces interpretatur.

Passerum mutua cura.

Aristodicus vi furatis è templo Passeribus Deos irrisit.

b lib. 1.

Oraculum Aeolium & Ionium.

Aristodicus oracula contemnit.

Aristodicus Passeres è templo Deorum abripit.

PRÆSAGIA.

Auguria.

Ventorum præsagium. a lib. de sig. pluuia.

SI præter modum pipillauerint Passeres, ventos iam affuturos præsagire nonnulli inquiunt. *a* Theophrastus author est, *matutino cantu imbrem adferre, aut tempestatem, vespertino verò pluuiam tantummodo.* Cui loco Federicus Bonauentura Vrbinas, qui nuperrimè librum Theophrasti commentatus est, hoc addidit scholiolum: Si enim Passer manè canat, constitutionem prima luce parari monstrat, iamque vigere, vnde meritò non solum pluuiam, sed etiam tempestatem potest nunciare. A validiore enim constitutione maiorem afferri mutationem necesse est. Contraria de causa vespertino cantu imbres tantùm portendit. Imbecillior enim constitutio minorem iniuriam affert. Multi præterea tradunt vnum ex hoc auium genere manè solitariè pipillantem pluuiæ vel tempestatis vestigia in aere impressa significare. Cùm oua nidosque deserunt pestis futuræ signa produnt.

Quando pluuiã, & tẽpestatem, & quando pluuia tantum denotet, &c.

Prioris belli ciuilis augurium.

Prioris belli ciuilis, quod nimirum Marius, & Sylla cum maximo vrbis detrimento contra se mutuò gesserunt, augurium Passerem fecisse aiunt, cùm cicadam descripsisset, atque partem in æde Bellonæ reliquisset, alteramque partem abstulisset. Meminit eius augurij *b* Plutarchus his verbis: *Cùm senatus ariolis hac de re vacaret, ingressæ Bellonæ consedisset, omnibus inspicientibus Passer cicadam ore gerens intrò aduolauit, partemque cicadæ ibi reliquit, cum altera abijt. Itaque coniectores seditionem inter agrorum possessores, & vrbanam, forensemque turbam portendi videri respondêrunt: hanc enim vocalem esse instar cicadæ verò forensem &c.*

b In Sylla.

Græci vnde cognouerint decimo anno se Troiam capturos.

Homerus tradit Agamemnone post abreptam Helenam Aulide, quæ vrbs est Bœotiæ exercitum, ac sacrificante, draconem in vicinam arborem ascendisse, octoque pullos Passeris, nonamque quæ ijs accubabat matrem perdidisse, eoque ostento Calchantem indicasse Græcos nouem annis ad Ilium bello gesto, decimo vrbem capturos. Homeri carmina connectit *c* Cicero sub persona Agamennonis, cum debeant citari sub persona Vlyssis, vt annotauit *d* Politianus: Carmina Ciceronis non adscribam, sed alterius poetæ, qui perquam doctè Homerum transtulit. Canit autem:

c l. 2. de diuinitat.

d in misce.

Meminisse potes listempore abillo,
Quo nos ad solitam Dijs immortalibus aurem
Sacra parabamus denis quà plurima ramis
Vmbrabat platanus, subterquam frigida puro
Vnda resultabat riuo, quo tempore visum
Est ingens nobis monstrum, draco terga cruentis
Distinctus maculis, aræ sublapsus ab imo
Prosiluit pede (sic Saturnius ipse volebat)
Ipse vago lapsu ramos amplexus, in altum
Euasit platanum, tetigitque cacumina: quorum
Nidus in arce fuit, numero bis quatuor intus
Passeris includens pullos: qui frondibus altis
Harentes exuliabant implumibus alis,
Quos omnes matrem vano stridore vocantes
Cum draco pestifero de pectus dente fuisset,
Ipsam etiam matrem circum sua pignora frustra
Sollicitas querulis quatientem vocibus alas.
Corripuit, nonamque auidam demisit in aluum:
Protinus in sexum mutatum Iupiter ipsum
Conspicuum posuit, sed nos horrenda Deorum
Constitimus stupida mirantes omnia visu.
Præcipuè quanam ratione ad sacra Deorum
Tam dirum venisset opus monstrumq; nefandum.
Tum Calchas diuina tenens miracula fatur.
Cur vos tanta noui subit admiratio monstri,
Crine graues Danai? Prudens nam Iupiter istud
Prodigium immisit, venit qua gloria nobis
Sera, & tarda quidem, sed fama, & laude perenni.
Sicut enim serpens auido crudelis hiatu
Octonos pullos nona cum matre vorauit:
Sic nos fata nouem mittunt in bella per annos
Saua gerenda manu spacioso ante inclyta Troiæ
Mœnia, quæ decimo tandem capiemus in anno.

e l. 13. Met.

Meminit eiusdem augurij *e* Ouidius, qui superiores Homeri versus velut in compendium contraxit, inquiens:

Hic patrio de more Ioui, cùm sacra parassent,
Vt vetus accensis incanduit ignibus ara,
Serpere cæruleum Danai videre draconem.
In platanum, capitis qui flabat proxima sacris.
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore summa,
Quas simul, & matrem, & circum sua damna volant:
Corripuit serpens, auidaque recondidit aluo
Obstupuere omnes: at vates præuidus augur

Testo-

Thestorides, Vincemus, ait: gaudete Pelasgi:
Troia cadet, sed erit nostri mora longa laboris.
Atque nouem volucres in belli digerit annos.
Ille vt eras virides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis, & seruat serpentis imagine saxum.

Scio, imo antea annotaui, Passeres, de quibus hic agitur, non nidulari in arboribus, ideoq; eiuscemodi augurium huc non videri pertinere: sed quia priuatim nulli alteri aui id attribuere noui, itaque hic potius, quàm alibi, id recensendum esse apparebat.

VSVS IN SACRIS Hebræorum.

QVemadmodum pro mundatione sanguinis menstrui Turtures, aut Columbarum pulli Deus sibi immolari ab Hebræis voluit, ita pariter pro purificatione lepræ duos Passeres postulauit, vt legitur in sacris Biblijs, quorum verba neutiquam nobis prætereunda existunt, quoniam sacrificij ritum optimè explicant. *Hic est ritus leprosi* (verba sunt Dei ad Moysen ex interpretatione D. Hieronymi) *quando mundandus est: adducetur sacerdotem, qui egressus de castris, cùm inuenerit lepram esse mundatam, præcepit ei, qui purificatur, vt offerat duos Passeres viuos pro se, quos velci licitum est, & lignum cedrinum, vermiculumque & hyssopum, & vnum ex Passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco, & hyssopo tinget in sanguine Passeris immolati, quo asperget illum, qui mundandus est, septies, vt iure purgetur & dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet, &c.* Neque ab re fore iudico huius sacrificij mysterium, antequam ad cætera mystica accedamus, enodare: Passeres illi duo viui Christum denotant, nempè diuinitatem ipsius, & humanitatem, quia munda eius etiam humanitas, & viuens est. Munda quidem, vtpotè quæ peccatum non habuit: viua autem, vt quæ genita non est ex viri immunditia, & ideo non fuit maledictioni obnoxia. De Passeribus ergo, quos diximus esse Christum, hunc præcepit immolari, vel occidi, & occidi in vase fictili, super aquas viuentes in nobis, ideſt pro nobis, siquidem sumus vas fictile, de luto videlicet facti. Vnigenitus occiditur secundum carnem super aquas viuas, ideſt baptismatis. Mors eius quippè nostrum figurat baptisma, quod ostendit a Paulus dicens: *Quicunque in Christo baptizati sumus, in morte eius baptizati sumus.* In hoc viuus Passer, & lignum cedrinum, & coccinum tortum, & hyssopus tingitur: omnia enim hæc comprehenduntur in virtute baptismatis. Sed viuus Passer, quem in vnigeniti necessariò diuinitatem accipimus, in sanguine hic occisi Passeris, & aqua tingitur, ideſt, in gratia baptismatis, quia non in hominis passione baptizamur. Deinde post hoc viuens Passer in agrum, vt auolet, dimittitur. Ergò impassibilis diuinitas, & inseparabilis in sanguine baptizatur, vt impassibilis viua in agrum auolet. Atque istæc est doctrina Isychij presbyteri Hierosolymorum, qui Leuiticum commentatus est. Theodoretus admodum compendiosè in eodem planè sensu. *Legislator, ait, duas puras auiculas præcipit offerri solitas, & alteram sacrificari, & in sacrificata sanguine tinctam alteram dimitti. Vbi diuinitatis, & humanitatis cernimus typum, dum hæc quidem sacrificatur, illa autem passionem sibi ipsi propriè accommodat.*

Lepræ mundatio.

Sacrificij leprosorum explicatio.

Rom. 6.

VSVS IN VANIS Ethnicorum sacris.

TAMETSI apud a Vergilium Aeneas Columbas maternas agnoscat aues, ac si illæ tantummodo matri suæ, nimirum Veneri sacræ essent, nihilominus Sappho nobilissima poetria, & decima à Græcis Musa appellata, cuius versus supra recensui, Deam illam Passeribus vehi solitam finxit. b Apuleius verò Columbas Venerem vexisse ait: Passeres verò eam comitatas fuisse: *Procedunt, inquit, quatuor candida Columbæ, & hilaribus incessibus picta colla torquentes, iugum gemmeum subeunt, susceptaque domina lætæ subuolant, currum Deæ prosequentes, gannitu consirrepenti lasciuiunt Passeras, & cæteræ,*

a *Aenei. 6. Passer Veneri consecratus.*

b *Lib. 6. de Asino aureo.*

tera, quæ dulcè cantitant aues melleis modulis resonantes, aduentum Deæ pronunciant, cedunt nubes, & cælum filia panditur, & summus æther cum gaudio suspicit Deam, nec obuias Aquilas, vel Accipitres rapaces pertimescit magna Veneris canora familia. Sic ille, & non immeritò æquidem Passeres in famulitio Veneris habiti dicuntur, qui ipsos constat esse libidinosissimos: atque idcircò etiam harum auium cerebellis præesse putabatur, quoniam hæc præcipuè Venerem stimulent. Cur verò Aesculapio sacrum hoc auicularum genus fuerit, numquam quod memini, legi. Sacrum fuisse diligentissimè tradit in hæc verba c Aelianus: *Tantam superstitionem Athenienses animis conceperant, vt si quis vel parnam ilicem excidisset è luco Heroum, eum morte mulctarent: sed & Aterben, quoniam Aesculapij sacrum Passerem vsque ad necem verberasset, non impunè ferre sciuerunt, sed mortis adiudicarunt: neque impudentia, neque insaniæ rationem ducentes, sed vtriusque his antiquitus habentes sacra Dei.* Dicebatur enim inuitus id factum designasse. Alij verò cum furore percitum fecisse commemorant.

Cur Veneri sacri sint.

Passeres Aesculapio cõsacrari.

c L. 5. c. 17.

Aterbes cur morte mulctatus.

MYSTICA.

D. Cyrillus a Archiepiscopus Alexandrinus, scriptor disertissimus in Satanæ superbiam, & cogitationes stultas inuectus, luculenter admodum, atque disertè demonstrat, communem illum humanæ societatis hostem vniuersaliter omnes opprimere, ac destruere non posse, etiamsi ad instar draconis illius Homerici Passeris pullos in platano extinguentis, nonnunquam, permittente Deo, aliquem priuatim opprimat; sed verba Cyrilli adijciam: *Iactat enim*, inquit, (nimirum diabolus) *se vniuersum orbem terrarum expugnaturum, idque facillimè, & prompte, & citra pugnam se facturum decreuit, ac constituit, quicquid tandem ipsi in mentem venerit. Comprehendam enim totam continentem velut nidum, & velut derelictā ouā tollam, & non erit, qui diffugiet, vel qui resisteris mihi. O insignem superbiam, ò cogitationes stultas, quasi vnius Passerculi nidus esset vniuersa hæc machina, ita eam considerat, cuius relictis ab altrice aue, totius terræ incolas confert, vt quasi draco inundat, & absorbeat, oditq; contradicentes, &c.* b Sanctes Pagninus se nunquam asserit legisse, quod Passer in malam partem accipiatur: idem D. Hieronymus apertè docet explicans illud c Ecclesiastis: *Et claudent ostia in platea in humilitate vocis molentis, & consurget ad vocem volucris, & obmutescent omnes filiæ carminis.* Nec mirandum, inquit, si Angeli tubam Passeri comparemus, cùm omnis vox ad Christum comparata sit tenuis. Et quantum ego possum animo recordari, nunquam Passerem in malam partem me legisse noui: attamen Cassiodorus in declaratione istius d Dauidici dicti: *Transmigrā in montes sicut Passer*; per Passeres interpretatur homines leues, & inconstantes, qui ad nequissimas prædicationes hæreticorum leuitate inconstantes animi transferuntur. Cum itaq; hic loca sacra, quæ sunt de Passere, enodare ex sacris scriptoribus soleam, ab hoc Psalmis loco exordium sumam. Cassiodorus ergo in expositione eiusdem sic scribit: ad persuasores hæreticos hic sermo dirigitur, qui volunt loqui, quod impiū est, vt contentionibus prauis seducant animas innocentes. Hic ergo vir fidelis dicit. Dum ego sum in religionis fixo cacumine constitutus, quēadmodum mihi suadetis: Transmigra in montem, idest ad hæreticam prauitatem, mentientes ibi esse Christum, vbi veritas nullum probetur habere vestigium? Mons enim in diuinis scripturis æquiuocus est, quod dissimilibus rebus proaliqua cõparatione deputetur. Frequēter enim & in bono, & in malo ponitur. Nam cùm in bono mons dicitur, firmitas eius consideratur, & honorabilis altitudo, cùm verò in malis stupor mentis, & eleuata superbia. Passerum quoq; plura sunt genera. Alij gaudent foramine parietū, alij valles roscidas requirunt, nonnulli montes appetunt squallentes. Sed nunc de illis dicit, qui ad altissima loca terrarum leuissima voluntate rapiuntur, vt his meritò similes æstimentur, qui ad nequissimas prædicationes leuitate inconstantis animi transferuntur. Hæc ille. At D. e Augustinus hoc pacto declarat; Vnum montem teneo, in quo confido, quomodo dicitis, vt ad vos transeam, tanquā muri sint Christi? aut si vos montes esse dicitis per superbiam oportet quidem esse Passerem pennarum virtutibus, & præceptis Dei. Sed ea ipsa prohibent volare in istos montes, & in superbis hominibus spem collocare. Habeo domum, vbi requiescam, quia in Domino confido. Nam & Passer inuenit sibi domum. Alius est f Psalmis locus, qua gratulatur sibi ob domum, quam præparatam sibi nouit in cælis: *Etenim*, inquit, *Passer inuenit sibi domum, & Turtur nidum, vbi reponat pullos suos.* Et ostendit, quod gloriæ consideratio homi-

a *Lib. 1. in Esaiam.*

Diabolum omnes opprimere nõ posse.

b *In Isag.*

Passere in malam partē accipiatur.

c *Cap. 12.*

d *Ps. 10.*

Hæretici persuasores.

Mõs in bonam, & in malā partē accipitur.

Passerum differentiæ penes loci habitationem.

e *In com.*

f *Psal. 83.*

nem

nem exultat. Istum textum exponit D. *f* Gregorius, per Passerem intelligens Christum, qui sibi domum inuenit, quando ascendit in Cœlum, sed per Turturem fideles accipit, qui ipsum imitantur. Vnde exponens illud *g* Iob: *in nidulo meo moriar*: ait. Quid per nidum exprimitur, nisi tranquilla fidei quies? Nam si Ecclesia sancta infirmos quoque filios nunc in nido pacis non enutriret, Psalmista non diceret: *Etenim Passer inuenit sibi domum, &c.* Iam quippe domum Passer inuenit, quia in æternum cœli habitaculum Christus intrauit. *Et Turtur inuenit nidum*, quia sancta Ecclesia amore conditoris affecta crebris gemitibus vtitur, & velut nidum sibi, ideſt, pacatissimam fidei quietem constituit, in qua crescentes filios, quasi plumescentes pullos, quousque ad superiora euolent, charitatis gremio calefacto fouet. Et Cassiodorus, cùm superiùs, inquit, animam, corpusque dixerit in Domini exultatione gaudere, hic auium ista duo genera ad quandam similitudinem commendandam posuisse dignoscitur. Passer est nimia velocitate celerrimus, qui in syluis habitare non patitur: sed domum sibi desideranter in parietum foraminibus exquirit: quam dum inuenerit, nimio gaudio lætus exultat, quia se diuersarum aduersitatum vltetius patere non credit insidijs: sic anima iocundatur, dum in cælorum regna mansionem suam senserit, esse præparatam, &c. Diuus item Augustinus luculenter hunc locum declarat, inquiens, Duo dixerat, & duo reddidit in similitudinem auium. Dixerat, exultasse cor suum, & carnem suam, & his duobus reddidit Passerem, & Turturem, cor tanquam Passer, caro tanquam Turtur, Inuenit sibi domum Passer, inuenit sibi domum cor meum. Exercet pennas in virtutibus huius temporis, in ipsa fide, & spe, & charitate, quibus volet in domum suam, & cum venerit, permanebit etiam querula vox Passeris, quæ hic est, non erit ibi. Nam *ipse est querulus Passer*, de quo in alio *h* Psalmo dicit: *Sicut Passer solitarius in tecto*, de tecto volat ad domum. Iam mum. Passer iste finiet querulas suas. Turturi autem dedit pullos, ideſt, carni. *Inuenit nidum Turtur, vbi ponat pullos suos.* Domus tanquam ad sempiternum eligitur, nidus ad tempus congeritur. Corde cogitamus Deum tanquam volantem Passerem ad suam domum: carne autem agimus opera bona: videtis enim per carnem sanctorum, quanta bona fiant. Per hanc enim operamur, quæ iussi sumus operari, quibus adiuuamur in hac vita. Passer ergò ille, qui cogitat domum suam, non recedit à Turture quarente sibi nidum, vt ponat pullos suos, &c. Et *i* D. Hierony. ad eundem locum commentans. Videte, inquit, quid dicat, Desiderio, Domine, æterna tabernacula tua, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Sedem aliquam, & nidulum animæ meæ, & corpori meo habere desidero. Aues quæ liberè huc, atque illuc vagantur tamen postquam volauerint, habent locos, & nidulos, vbi requiescant. Quantò magis anima mea, & caro mea habet sibi locum præparare, vbi possit requiescere. Nunc altiùs aliquid ascendamus. In Domino, inquit, confido quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem, sicut Passer. Videte ergo, quia nemo transmigrat in montes, nisi qui Passer est. Sæpè Passerem loco prudentiæ poni legimus. Ideo isti dicunt hæretici, Transi ad nos sicut prudens, cùm eorum prudentia sit stulta, &c. Aliter verò per Passerem, & Turturem accipitur quilibet iustus, qui virtutum pennis fultus per contemplationem ad cælestia volat. *Etenim Passer inuenit sibi domum.* ideſt ratio, vel quilibet iustus inuenit sibi domum non manu actam in terris, sed in cælestibus. Vnde & tunc pennas virtutum assumit .s. spem, fidem, & charitatem, vt volet Passer in domum, in qua permaneat sine fine. *Et Turtur nidum* .s. corporis casti. Et rationabiliter Passer significat iustos propter multa: primò propter prudentiam quo ad partem rationalem. Passer .n. nidificat in tectis domorum & non in imo, ne fœtus eius rapiantur à serpentibus: vnde alibi dicitur à *k* Psalmista: *Cedri libani quas plantauit*, quæ .s. sunt altæ, *illic Passeres nidificabunt*. Quantum verò ad domos habes hic: *Etenim Passer inuenit sibi domum*: Sic & iusti sciunt, quod in terra multi sunt serpentes. Fœtus autem iusti est opus suum. Si igitur in terra pullificaret, à serpentibus deuoraretur. Et ideo Passeres prudenter nolunt habitare in terra ideſt iusti, sed in alto. Secundò iustus Passer dicitur propter temperantiam, quo ad concupiscibilem. Passer .n. non facilè laqueis irretitur, nec per ingluuiem ventris escarum ambitione decipitur. Sic iusti vitant hos laqueos, qui cibi superfluis, & escis non indulgent. Tertiò propter patientiam, quo ad irascibilem: ait .n. Philosophus ratiùs inuenerit Passerem album, quoniam ei albescere non conueniat, nisi propter infirmitatem. Sic & iusti in suis infirmitatibus patienter albescunt, quia fortitudo patientiæ in hoc magis relucet, secundum illud D. *l* Pauli: *Virtus infirmitate perficitur, & quando infirmor, tunc fortior sum, & potens.* Tertius, Dauidis locus est. *Vigilaui, & factus sum sicut Passer solitarius in tecto.* Theodoretus, Multis, inquit, vtitur comparationibus,

f L. 29. mor. c. 24.

Passer Christum denotat.

g Cap. 29.

Passeris natura.

Passer anima.

Passer cor.

h Psal. 101

Domus, & nidi differentia.

i In cõmen. dicti Psalm.

Passer pro prudentia.

Iustus per passerẽ, & Turturem.

Passer cur iustos signi-ficet.

k Ps. 103.

l 2. Cor. 12

nibus, volens dignè ob oculos ponere calamitates. Per quaslibet autem harum auium, timorem demonſtrat, gubernatoriſq; deſtitutionem; Quandoquidem Paſſer ob ægritudinem ſomnum abigit, & Nycticorax habitas domos fugiens, deſertas, derelictaſque prateruolat. Domicilia .n. parietinas Symmachus dixit. Sic etiam alia auis in ſolitudinibus verſatur. Et Caſſiodorus ait ad hunc eundem locum. Venit ad tertium genus auis, quod idem ſimilitudine Paſſeris indicatur, vt qui mundi crimina lugebat, per omnium ſatisfactionum modos diſcurrere videretur. Paſſer eſt auis parua, ſed nimia ſagacitate ſolicita, quæ nec facilè irretitur, nec per illuuiem ventris eſcarum ambitione decipitur. Hæc propter infirmitatem ſuam, ne aut ipſa à prædatore capiatur, aut fœtus eius ſerpentinis deuoretur inſidijs, inter aues vnica cautione munita ad domorum faſtigia excelſa concurrit, vt à ſuſpectis caſibus reddatur aliena, quæ multis periculis probatur obnoxia. Huic meritò comparatur, qui diaboli inſidioſa formidans, ſpecialiter ad Eccleſiæ ſepta ſe conferens, in eius faſtigio vigilans tutiſſimè perſeuerat. Vnicum dicit Paſſerem propter charitatem, quæ ex multis vnum facit. In ædificio, ſiue in tecto propter altitudinem fidei, & fortitudinem mentis. Sic ille. At D. Aug. Ergo dormieras, inquit, in parietinis, & dixeras: Ego dormiui, quia volui, dormiui, noctem amando dormiui, ſed vigilaui. i. exurrexi, & aſcendi in cælum, factus ſum ſicut Paſſer volando .i. aſcendendo ſingularis in tecto .i. in cælo. Ergo Pelicanus fui naſcendo, Nycticorax moriendo, Paſſer reſurgendo. Ibi in ſolitudine velut ſolus, hic in parietinis velut ab eis occiſus, qui ſtare non potuerunt in ædificio, dic verò iam vigilans, & volans ſingularis in tecto, ibi interpellat pro nobis. Et Turtur nidum ſibi .i. Eccleſiam Dei, nidum de ligno crucis ipſius, vbi ponat pullos ſuos. i. paruulos ſuos, &c. Ponit verò hic diuinus Pſaltes quintum malum, quod erat diuinæ laudis conculcatio. Quia .n. in illa perſecutione (de qua loquitur) Iudæi publicè vniti ſtare non poterant, ſed diſperſi erant, ideo laudibus diuinis ſecundum legis præceptum non poterant intendere. Atque hoc inſinuans Pſaltes in perſona illius populi dicit; Vigilaui .ſ. mente: ſed non potui voce publica Dei laudes exoluere, *quia factus ſum ſicut Paſſer ſolitarius in tecto.* Paſſer ſolitarius in campis cantat, ſed in tecto ſilet: quo demonſtrare intendit, Chriſtum, quamuis admodum Pelicani ſanguine ſuo filios mortuos ipſe moriens vinificauerit: tamen à morte reſurgentem, cælos gloriosè aſcendiſſe. Vnde etiam ad hunc ipſum locum gloſſa ait: Chriſtus vigilans factus eſt Paſſer ſolitarius in tecto. Nam Chriſtus, qui in paſſione dormierat, vigilauit in reſurrectione, & volando in cælum factus eſt ſicut Paſſer ſolitarius in tecto, ideſt in cælo, vbi interpellat pro nobis. Poteſt & hunc in modum locus hic explicari, nimirum, quia pœnitentia de peccatoribus iuſtos efficit: idcirco poſtquam oſtendit ſtatum pœnitentiæ, dicens: *Similis factus ſum Pelicano ſolitudinis, factus ſum ſicut Nicticorax in domicilio:* nunc oſtendit ſtatum iuſtitiæ acquiſitum per pœnitentiam, dicens: *Vigilaui, & factus ſum ſicut Paſſer ſolitarius in tecto.* Paſſer .n. ſignificat iuſtos, quemadmodum ſupra oſtendimus. Vel dicamus etiam in duobus hiſce textibus, ſiue verſiculis tria auium genera poni, & tria loca, quibus diuerſi ſtatus prædicatorum intelligantur. Atque hoc modo etiam declarat Gloſſarius, Tres, inquiens, aues, & tria loca hic diſtinguuntur. Aues, Pelicanus, Nicticorax, & Paſſer. Loca, ſolitudo, parietina, & tectum. Et dicitur Pelicanus in ſolitudine: Nicticorax in parietinis: Paſſer in tecto. Nicticorax eſt auis vigil, & teter Coruus noctis, habitat in parietinis, quas vulgò dicimus ruinas, nimirum ædificia rupta, & deſerta, Paſſer verò tecta amat. Vnus autem homo, vel plures poſſunt habere perſonam trium auium. Tria verò loca tria genera hominum. Etenim ſolitudo, vbi Chriſtiani non ſunt, neque fuerunt. Parietinæ vbi fuerunt, ſed corruerunt. Tecta verò, vbi fuerunt, necdum ceciderunt manentes in domo. Verus ergò prædicator, ſi venit inter eos, qui Chriſtiani non ſunt, ſimilis eſt Pelicano ſolitudinis: ſi autem venit ad eos, qui Chriſtiani fuerunt, ſed non ſunt, eſt ſicut Nicticorax in domicilio, vel in parietinis: quia nec tenebras eorum deſerit, ſed ad meliora reducere contendit. Poſtremò ſi venit ad eos, qui crediderunt, & etiamnum perſeuerant in fide, ſed tepidè, ac frigidiuſculè agunt, tunc eſt velut Paſſeres in tecto, exhortans eos, qui ſub tecto, ideſt ſub carne torpent, cùm ipſe ſit ſupra carnem. Atque hæc eſt explicatio D.*m* Auguſtini: Vigilare eſt hic Hebraïs intentè quippiam obſeruare. Felix tamen exercitatus ſum vertit. Paraphraſtes verò cum noſtro ſic reddi verſum: Præ ſolitudine ſomnum non indulſi oculis meis, & ſimilis mihi videbar Paſſeri mœſto, qui ſolus in foramine deſidet ſub tecto. Vulgo enim auem quandam Merulæ ſimilem, ſolitarium Paſſerem appellant, eò quòd ſola ferè ſemper ſit, & in tectis reſidens meticuloſa garrit: auis alioqui ſuauiſſimo concentu, & raro: nihil ſuauius audiri poteſt. Verùm de Paſſere noſtro vulgatiſſimo hic dici arbitror, qui vagus, & impu-

Paſſer pro timore.

Chriſtus quãdo Paſſer ſolitarius in tecto.

Nicticorax quæ auis.

Pelicano quis prædicator ſimilis.

m In enar. Pſal. 101.

Paſſer ſolitarius quæ auis.

impudens omnibus penè infensus est, & odiosus. Is quidem è paleis, ac stipulis suum componens nidum, sub tectis emittit fœtus: animal tamen est tridulum, atq; vsq; ad fastidium loquax, quod prudentiæ imaginem, vti ex D. Hieron. diximus, secũ habeat. Excusso igitur penitus à calamitosi viri oculis somno, similem se facit Passerculo mœrenti, suamq; deploranti ærumnam in tecto, cui nihil gratum esse potest præterquã luctu pasci, & nutriri. Quartus Dauidis locus: *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit: illic Passeres nidificabunt. Herodij domus dux est eorum.* Quamuis verò Passeres, vt pleriq; ex Hebræo transferunt, quaslibet volucres denotent, nihilominus propter vocis mysterium hic hunc locum, ne quid in hoc nostro opere desiderari vnquam possit, explicare visum est. Cæterum antequam ad loci mysterium accedamus lectores admonitos velim, vltimam versus partem non tantùm suboscuram videri, sed multos, vt supra pariter innui, in eius declaratione labi Io. Baptista Folengius Mantuanus Monachus Cafinas Ordinis S. Benedicti, qui in omnes Dauidicos Psalmos doctissima, ac planè diuina commentaria edidit, eam partem ex Hebr. dilucidiorem esse ait: *Sic illi*, inquit, *Ciconiæ domus abietes*. Solet enim id genus volucrum in ædicioribus locis nidum struere, vt sunt abietes, orni, cupressus, fagi, cedriq; immensæ proceritatis arbores. Verùm quid sibi velit, Dux est eorum, vix auguror, vel eo maximè, quod nullus ex Hebræo, quod sciam legit dux, sed habies: ac si dicat: Ciconiæ domicilium abies præbeat. Quod autem pro Herodio, seu Ardea Ciconiam vertunt, non multum interest, quam vocem approbes, modo id non ignores, vtramque auem edita, vbi nidificet, loca diligere: quanquam haud scio an rupes magis, & saxa eligat, quàm arbores Ardea, genus nimirum Accipitris, volocissimi volatus, ac prædæ infestissimi. Putant quidem auem illam esse, quam vulgò Falconem appellant. Hæc itaque ille. Sed Ciconia rarò admodum in arboribus nidificare est visa, plerunque verò in excelsiori ædium parte, vnde Philomelæ author: *Gloterat immensa de turre Ciconia rostro.* Quemadmodum verò ea in parte quodammodo excusari possit ille Monachus, ita contra falsissimus est Ardeam, Accipitris genus esse: præterea nemo mortalium vnquam Ardeam in rupibus nidulari obseruauit. Psalmista verò, vt ad mysterium transeamus, demonstrat ex fructibus terræ, hoc est prædicatorum, qui fructus sunt verbi Dei, omnes homines cuiuscunque conditionis, magnos, paruos, nobiles, plebeios saturari. Vnde per ligna campi intelligit subditos, & humiles: per cedros Libani potentes, atque principes: quibus omnibus ad saturitatem panis diuini verbi per Sanctos Apostolos datus est. Atque hæc ferè est declaratio glossæ, dum ait: *Saturabuntur ligna campi*, ideſt, plebs humilis prius: *& cedri Libani*, ideſt, potentes postea: nam prius electi sunt contempti, & ignobiles, quàm sapientes, & nobiles. Vel in cedris Passeres nidificabunt, quia pauperes, qui per Passeres, nimirum minuta animalia intelliguntur, nidificant in cedris: nam pauperes, qui sua relinquunt, vt nudi sequantur Iesum, quemadmodum Apostoli, qui non solùm dimiserunt quicquid possidebant, verum etiam quicquid possidere, atque optare poterant: *In cedris nidificant*, nempe ex bonis, & facultatibus magnatum, & principum viuunt. Ad quem prorsus sensum Cassiodorus scribit, inquiens: Passer minuta, & cautissima nimis auis monachorum significat paruitatem, qui in cedris Libani, ideſt, in patrimonijs potentium Christianorum, velut in quibusdam ramis monasteria sibi quasi nidos aliquos ædificare monstrantur, eorumque robore sustentati velut Passeres, laudes Domini assidua voce præcinunt. Beda pariter, Passeres, inquit, vocat humiles, qui huic sæculo abrenunciarunt, & ad communem vitam se transferentes, habitant in cœnobijs, quæ cedri construxerunt, cauti, & de peccatis semper queruli. Et quamuis spem habeant in cedris illis propter necessitatem temporalem, tamen in domo Herodij est principalis spes eorum. D. verò [a] Chrysostomus per Passeres animas eas intelligi ait, quæ pietatis causa à Diabolo, ijsque qui ipsius partibus fauent, exagitantur, ipsiusque laqueos effugiunt, de quibus, inquit, [n] Dauid dicebat: *Anima nostra sicut Passer ereptaest de laqueo venantium*. Atque hic est quintus Dauidis locus. Est autem anima nostra Passeri admodum similis, dum in ijs, quæ agit vtitur exemplo callliditatis. Dum enim anima se ipsam considerat, contingit quandoque, vt ex vsu continuæ considerationis animus callidior fiat: vt in via positus inter laqueos, liber euadat. Sunt autem tres laquei. Primus laqueus venantium est fallax suggestio dæmonum: secundus subtilis suggestio hæreticorum: tertius dulcedo huiusce vitæ. Hi laquei ponuntur in semita, in via, & in campo. Semita est arctior vita, via lata, campus spaciosus. Per arctam, & arduam semitam incedunt religiosi: per viam latam, & rectam coniugati: per spaciosam, & deuiam voluptati dediti gradiuntur. Laqueus Passerem captum retinet, dum diabolus mentem possidet,

Dauid cur se Passeri assimilet.

Ardea, & Ciconia alta loca amant.

Ardea non est Accipiter.

Prædicatores fructus terræ.

Passeres denotãt pauperes.

a in Comm. Passer pro anima.

n Psal. 124.

Anima Passeri similis.

Laquei dæmonis qui & qui.

det, vel dum dulcedo vitę præſentis placet: ſeu dum hæreticus blanditijs deceptum fouet. Sed laqueus rumpitur, & Paſſer liberatur, ſi abiectis, ſpretiſq; voluptatibus, ad Deum anima conuertitur: quod fit non per nos, noſtramq; potentiam, ſed per ſingularem Dei gratiam. Adiutorium enim noſtrum in nomine Domini. Per Paſſerem hic martyres intelligi poſſunt, qui nimirum poſtquam animam ſuam pro Chriſto abtulerunt, atq; eo modo laqueos euaſerunt, quos hic parat diabolus, ſecurè Deo habentes gratiam, exclamant: *Anima noſtra ereptа eſt ſicut Paſſer &c.* Paſſer enim quamuis auicula, ſit cauta, & difficulter, vt dixi capiatur, paratas tamen vbiq; inſidias, quæ obiecto cibo parantur, vitare, effugereq; nequit, niſi audito prius aliquo ſtrepitu. Eodem modo ſancti martyres *prius* etiam ad vitæ huius delicias, quas quilibet naturaliter amat, alliciebantur, donec audientes ſtrepitum quem excitat Deus, dum æternas inferni pœnas inculcat, ad modum Paſſeris laqueos effugere. In quo planè ſenſu ſcribit D. Auguſt. dum ait: *Anima noſtra ſicut Paſſer &c.* quare ſicut Paſſer? Quia anima incauta ceciderat, ſicut Paſſer: Quomodo ſi videas autem iam cadere in muſcipulam, facis ſtrepitum, vt euolet de muſcipula. Sic & martyrum iam fortè aliqui tendebant collum in dulcedinem vitę huius. Sed Dominus, qui erat *in illis*, fecit ſtrepitum, ſcilicet oſtendens eis pœnam gehennarum, quam mererentur: gloriam Dei, quam perderent, ſi ad eſcam delectationis vitæ præſentis. Et ſic iſto ſtrepitu ereptus eſt Paſſer à laqueo venantium. Et quid ſemper erit illa muſcipula. Muſcipula erat delectatio vitæ preſentis. Sed illis occiſis, muſcipula fracta eſt. Iam non remanſit dulcedo vitæ præſentis, per quam poſſent iterum capi. Sic illa contrita eſt, nunquid Paſſer contritus eſt, & nos erepti ſumus. Ex quibus apparet, quod martyres per mortem de laqueo venantium perſequutorum liberantur, quia mortuo corpore, in quo poteſtatem habent, ſolum remanet anima, quam violare non poſſunt. Vnde etſi corpus capi poteſt laqueo venantium, anima tamen libera effugit. Et poſtremo alius in biblijs de Paſſere locus apud D. Matthæum, necnon etiam apud D. Lucam parum, aut nihil diſcrepans. Matthæus habet ſic: *Nonne duo Paſſeres eſſe vaneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem, & capilli capitis numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis Paſſeribus meliores eſtis vos.* Lucas verò ſic: *Nonne quinque Paſſeres vaneunt diſſoato, & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis Paſſeribus pluris eſtis vos.* Quaſi dicat: Nolite timere mortem, quia mori non poteſtis ſine nutu, & voluntate Dei Patris, quod liquet in minoribus. Si enim Paſſeres qui parui, & viles ſunt in auibus, & minimi pretij ſine Diuina permiſſione non poſſunt mori, quantò magis vos, qui pluris eſtis, hoc eſt, apud Deum maioris dignitatis, & pretij: quia rationales, ac empti pretio magno, & redempti ſanguine Chriſti, non moriemini ſine voluntate Dei. Non eſt enim proportio comparatione bonitatis multorum Paſſerum ad vnicum ſpiritum, animamue. Si ergo Paſſeres, inquit *o* D. Chryſoſt. in voluntate Dei poſiti ſunt non in poteſtate hominis, quos Deus ad vſum hominum fecit, quantò magis vos non eſtis in poteſtate hominum, ſed in voluntate Dei, quos Deus ad ſuam gloriam fecit. Si Paſſer euentu non moritur, nec cadit propter hoc ipſum, quia opus Dei eſt, quanto magis iuſtus homo non eſt in euentu poſitus, quia imago Dei eſt, ſed aut a Deo traditus, aut à Deo liberatus cuadit. Si Paſſeribus nihil ſine ratione agitur, quorum duorum pretium vnus eſt aſſis: quantò magis in nobis ſine Deo nihil agitur, quorum pretium eſt ſanguis meus. Si ſic habentur Paſſeres, quomodo habendi ſunt filij? Ideoque non debetis timere homines, quia non eſt in vobis illorum poteſtas, ſed Dei. Non enim quando volunt impij, tunc poſſunt nocere ſanctis: ſed quando illis nocendi tempus conceſſerit, vt prouideat ſanctis ſuis coronam. Quæ eſt ergo ſapientia illum non timere, quia accipit? Si ergo non ex traditus, ſine cauſa times, & ſi traditus es, pariter ſine cauſa times. Deo enim liberante homo tibi nocere non poteſt: Deo autem tradente, homo tibi parcere non poteſt, etſi vult. Neſcitis, quomodo Pilatus volebat dimittere Chriſtum, ſed non potuit, quia Deus eum tradebat. Hæc Chryſ. Vnde legimus etiam apud Senecam: *Vir bonus quicquid illi accidit, æquo animo ſubſtinebit: ſcio enim id accidiſſe lege diuina, quæ vniuerſa proceſſant.* Hunc eundem locum, ita Hilarius myſticè interpretatur: Duo Paſſeres, ſcilicet corpus, & anima minimo pretio venduntur, cùm pro minima delectatione diabolo traduntur. Et bene Matthæus, inquit D. Ambroſius, duos Paſſeres poſuit corpus, animamque ſignificans, quoniam cato quoque, ſi conſentiens Dei legi, & exuens ſe lege peccati in naturam animæ ſenſuum puritate tranſierit, alis ad Cœlum ſpiritualibus eleuatur. Itaque docemur, quia volandi nobis gratiam natura dedit, voluptas abſtulit, quæ, malorum eſcis grauat animam, atque in naturam corporeæ molis inclinat. Meritoque poſuit, quia nemo eorum cadit ſine

volun-

Martyres dicti Paſſeres.

o Homil. 35. op imp.

p in comm. c. 10. Luca.

voluntate Dei. Iam illud dubium non est, animæ Passerem comparari, cùm legeris: *q Anima nostra sicut Passer erepta est de laqueo venantium.* Et *r* alibi: *Quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut Passer.* Ipsum quoque hominem legimus comparari Passeri, quia scriptum est: *Ego autem quasi Passer solitarius in tecto,* scilicet ex duobus Passeribus in vnum Passerem, hoc est, spiritualis substantiæ subtilitatem concordans, vtriusque alæ compage formatus. Ergo Passer bonus est, cui volandi natura suppeditat. Est etiam malus Passer qui volandi vsũ terrenæ vitio labis aboleuerit: quales sunt isti Passeres, qui dupondio væneunt. *s* Alibi esse væneunt, alibi dupondio. Quanta vtilitas delictorum? Mores enim vilis, sed pretiosa virtus. Etenim aduersarius tanquam captiua mancipia vilioris precio æstimationes addicit. At verò Dominus tanquam speciosa seruitia, quæ ad imaginem, & similitudinem sui fecit, idoneus sui operis æstimator magno precio nos redemit, nimirum pretioso suo sanguine. In summa igitur texti sensus est, Si dominum vilibus auibus, & infidelibus hominibus prospexit, haud esse dubitandum contemplationem apud illud fidelium valituram esse meritorum: quemadmodum his etiam versibus innuit Prudentius canens.

q Psl. 123. r Psal. 10.

s Matt. 10.

Ne te soliciter res crastina, ne cibus aluo
Defuerit, redeunt esca cum sole diurna.
Nonne vides vt nulla auium cras cogitet? ac se
Pascendam, prastante Deo non anxia credat?
Confidunt volucres victum non ae fore viles.
Passeribusq; subest modico vænalibus esse
Indubitata fides Dominum curare potentem
Ne perant. Tu cura Dei, facies quoque Christi
An dubitas ne te tuus vnquam deserat author?

HIEROGLYPHICA.

FILIVM, inquit *a* Cælius Calcaginus, quem pater insectetur, Passer, & Noctua significant. Hieroglyphicum non explicat. Verisimile est autem ex *b* Oro Apolline desumpsisse, qui hominem ad proprium patronum confugientem, neque adiutum Ægyptios tradit significare volentes, Passerem, & Noctuam depinxisse: quoniam Passer, vt arbitratur, aucupem fugiens ad Noctuam velut suppetias ab illa implorans se conferat, & opprimatur: Sed Ægyptij, quantum ego videre possum, eiusmodi icone (modò verum sit Passerem, Noctuam hieroglyphicè delineasse, vt Orus testatur) aliud hieroglyphicum denotare videntur. Quomodo enim Passer dum aucupum venatione petitur, ad Noctuam accurrat? Quomodo auis diurna nocturnam reperiat? quare vide nunquid Passer ita dedictus cum Noctua nos ad vigilias, laboremque continuum adhortetur. Passer enim interdiù quemadmodum & noctù Noctua aues sunt in opere admodũ solitæ. Idem Orus Ægyptios author est, quotiescunque vellent hominem denotare libidine nimia prurientem, & semine abundantem Passerculum Pyrgiten pinxisse, quoniam abundantia spermatis septies in hora coiens abundanter sperma emittat. *c* Pierius Valerianus in manuscriptis Ori exemplaribus μυρτίλω, id est, fuluum, vt interpretatur & æris instar rubicundum, non pyrgiten legi contendit quasi verò id genus pyrgites salacitate vincat, quod non puto. Ijdem Ægyptij, referente Pierio, & alio quoque nationes tempus annum per Passeris hieroglyphicum intellexere. Nam & Calchas, inquit, artificioso augurandi genere celeberrimus, ex passerum numero, quot serpens deuorasset, belli Troiani tempus auguratus est, qui pro passeribus annos, pro angue tempus intelligeret, vt in serpente Saturnum significari ex huius animalis gestamine demonstratum. Solum enim:

a li. 2. epist. quæst.
b li. 2. Hierogl. Passeris, & Noctuæ hieroglyphicum quid denotet.
Passer ad Noctuam se non confert.
Libidinosi hieroglyphicum.
c l. 21. Hierogl. Temporis annui hieroglyphicum.

Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa vetustas
Omnia destruitis.

Quare iam taceat Epicurus, neque amplius portenta derideat, neque vlterius asseueret, passerem nihil simile habere cum annis, cùm & Græcorum disciplinæ, & hæc Ægyptiorum oracula testatissimum relinquant, tempus annuum ex figura passeris non temere ab Homero, & alijs positum. Hæc ille, qui pariter diuinas literas alitis huius

Animæ hieroglyphicum. hieroglyphicum nonnunquam pro anima ponere asserit, quæ voluntatibus, & sensui dedita facilè seducatur, nequitiæque laqueis identidem irretiatur. Vnde, inquit, Psalmographus ille fatidicus plurimùm exultas animam suam ereptam esse, velut Passer de venãtium laqueis. Et alibi: Inuenit sibi Passer domum, qui scilicet prius erat erraticus, & vagabundus modò his, modò illis illecebris auocatus. At vbi sacras cœpit ædes frequentare, incolereque, domum est sibi visus inuenisse. Quin & Sirenas, quæ suauitate cantus & mollibus quibusdam illecebris illectos homines apud se ad mortem vsque feruntur detinuisse, Passeris effigiem à pectore supra, fœmineam verò infrà habuisse tradunt quædam Græcorum fabulæ, vt in Suidæ collectaneis habetur: quamuis alij aues eas fæmineas tantum faciet fuisse prodiderint. Has verò veneris illitium significare vsitatissimo hieroglyphico negat nemo.

Voluptatis hieroglyphicum.

Sirenæ cur. Passeris specie pingerentur.

Veneris illitûs significatio.

EMBLEMA.

ANDREÆ *a* Alciati emblema cum lemmate EX ARDVIS PERPETVVM NOMEN.

a Em. 131.

Crediderat platani ramis sua pignora Passer
Et bene; ni sæuo visa draconi forent.
Glutijt hic pullos omnes miseramque parentem
Saxeus, & tali dignum obire nece.
Hæc, nisi mentitur Calchas, monumenta laboris
Sunt longi, cuius fama perennis erat.

PROVERBIA.

Prandium Passerinũ quid.

Delinar Spagnuoleseo.

Homo Passerini roboris.

PASSERINVM prandium dici videtur scitissimè pro minutis frustulis', quare cibus qui frustillatim, & minutatim dissipatur, vel Passeribus obijciendus sit, Passerinum Prandium dici potest, vt à Pomponio, *Et te obiecta fastidium Passerinum prandiũ*, quantum .s. Passer absumat. Eiuscemodi prandium vulgus hic nuncupat, il desinar Spagnuoleseo i more Hispanorum vesci Hermani etiam hominem exigui cibi aiunt comedere instar Passeris, Belgæ verò hominem languidum, & imbecillum notaturi robore Passeris esse dicunt. *a* Polydorus Vergilius illud *b* Apostoli, *Vnus passer non cadet super terram sine patre vestro*, prouerbialem figuram esse scribit, ac prouidentiam Dei significare, cum tam pusilla auis absque eius nutu non possit perire. Quam rem inculcauit Christus discipulorum auribus, quo probescirent, soli Deo cuncta esse curę, cui omnia sua demandare deberent. Apud Italos quoddam prouerbium celebratur, Passerem veterem non illaqueari, vt apud Latinos: *Annosa vulpes non capitur laqueo, & Simia non capitur laqueo* in eum, qui longa ætate, multaque rerum experientia est callidior, quam vt dolis capi possit.

a In Ada.

b Matt. 10

Passer vetus nõ illaqueatur.

VSVS IN CIBIS.

ABSIT à patinis nostris, inquit *a* Platina passer, qui esui sumptus ob nimiam caliditatem malè alit, difficulter concoquitur, & libidinem excitat. Carnem huius auiculæ calidam esse asserunt vsq; ad tertium gradum, & siccam vsq; ad eundem. Galenus *b* alibi duriorem esse scribit, quàm est caro Perdicum: *c* alibi Passeres enumerat vnà cum Columbis, Perdicibus Phasianis inter cibos inter attenuantes, & incrassantes medios: *d* alibi etiam edi iubet pro victu attenuante: alibi autumno maximè laudabilem carnem habere testatur, quod tunc optimo cibo vtantur.

a lib. 3. Carnis tẽperies.

b 3. de facul. alim. c. 19.

c lib. de suc. bon. & vit.

d Cõm. 4. de vict. rat. tex. 101.

Elluchasen verò longè ob aliam causam Passerum esum damnat, nimirum propter ossicula, quæ deglutita œsophagum, atq; intestina perforare possint. Ait tamen si de pullis harum

harum auium edulium fiat cum ouis, & cepis, coitum promouere: iura earum ventrem soluere, carnes astringere, maximè, si macræ sint: deteriores esse, quæ domi saginantur. Quamuis verè Passerum esus à medicis damnetur, vtpote temperatis corporibus insalubris, nihilominus cùm nostro æuo, tùm quondam etiam non omnino suo honore destitutus fuit: quinimò Suidas Passeres, & Turdos in delicijs præcæteris cibis habere testatur; & Ephippus apud *a* Athenæum ait: *Passer delitijs.* *a li.9.ca.2.*

Cur postea
Corona nulla est ante ianuam sita,
Nare sue nidor nullus altus verberat
Amphidromia cùm sint, quibus mos omnibus
Assare frusta casei sit Isthmij,
Vlnisque latas brassicas lixare oleo:
Propinquium agnorum ferire pectora
Turdos, Palumbos, vellicare Passeres
Mollire mox cum sepij loligines.

Pastillus ex Passerculis ex Gallico coquo: Cape bubulam, aut vitulinam, & adipem vituli incisum minutatim, & caseum optimum, aromata, & crocum. *Pastillus.*

VSVS IN Medicina.

PASSERES à Medicis ob allatam paulò ante rationem in febribus prohibentur: in quartana tamen ex melancholia naturali præberi possunt. Pinguiusculos commanducare à salacioribus inuentum est, siquidem hoc auiculam genus salaciss-imum est, & vescentes in Venerem procliuiores reddit etiam Terticles apud Athenæum prodidit. Idem testatur *a* Plinius, & Marcellinus, & in libro secretorum, qui Galeno attribuitur, compositio quædam præscribitur ad promouendum coitum: qua cum, inquit author, Passeres quandoque decoquuntur. Cerebella verò, atque oua id præcipuè præstant: vnde Rabbi Mose, vt citat *b* Io. Baptista Porta, cibarum ex capitibus Passerum, & maximè masculorum ad coitum iuuare scribit. Oua idem posse ex Latinis Plinius citato loco Marcellus, aliiq; ex Arabibus, Princeps Auicenna, Hali, & plerique testantur: quinimo ea facultas excrementis etiam harum auicularum infusa est, vt paulò post apparebit, vbi docuerimus quomodo cerebella isthæc in annos pro vsu futuro conseruentur cerebella animaliũ, quomodo reponi debeant, docetur ex *c* Bulcasi in vulgari, & barbara editione Nic. Præpositi, peculiariter verò cerebella auium. *Peculiariter verò cerebella auiũ* (inquit Bulcasis) *quorum ad remedia vsus est accipi debent de auiculis, quæ nidificant in domibus tempore autumni, aut viris, quibus decollatis exempta cerebella ponantur in vase mundo, & purgentur à ventriculis (membranis) ambientibus: pro singulis verò cerebellis decem vitellum oui recentis nati ex Gallina à Gallo compressa addes, & mixta liceabis in patella super cinere calido, deinde in solabis, vt amplius desiccentur, aut iterum ad ignem pones. Sunt qui sine vitellis hoc medicamen faciunt: alioqui cerebellis mox recentibus vtuntur. Alij cerebellis, & ouis parum mellis admiscent, & ad ignem coagulata reponunt.* Syluius pariter: *Cerebella Passerum*, inquit, *vere occisorum lauantur, purgantur. Ex his decem tum vitello oui subacta parũ igni friguntur, deinde sole vel igne siccantur, adiecto, si libet, pauco melle ad venerem incitandum parantur: alij vt adipes, & medullas parant.* Vt modò ad Passeres redeamus: ij epilepticis ritè præscribuntur: etenim caliditate, & siccitate sua humores consumunt, à quibus epilepsia dependet. Trallianus tympanicis concedit ex minutis Passerculis illos, qui pingues nõ fuerint. Laudat eorundem esum *d* Galenus, maximè turricolarum in iis, qui vel renum calculo, vel articulorũ vitulo laborare solent. *e* Alibi vbi ex professo super hoc affectu scribit, hos ait in hoc casu naturalem efficaciam obtinere. Passerum adeps ponitur im emplastro *f* Nicolai Myrepsi ad tofos, seu poros. *Fel*, inquit Rasis, *pondere dante in Zambaccelao pondere aurei virgæ stillibus, & inguinibus inungitur, vt vim ad venerem confirmet.* Fimo harum auium teste *g* Plinio, dolorem dentium abire tradunt cum oleo calefacto, & proximæ auriculæ infuso: sed pruritum intolerabilem facere. Archigenes apud *h* Galenum stomacho exoluto *Passeres edere à quibus inuentum.* *a li.30.ca.15.* *Cerebella.* *Oua.* *b l.6.Phys. cap.5.* *Cerebella vt seruentur.* *c l.1.c.13.* *Cur epilepticis denotetur.* *d lib.6.de san.tuen. ca.2.* *e l.de rem. affect.* *Adeps.* *f Num.70* *Fel.* *Fimus.* *g l.30.c.3.* *h li.8.sec. loc.c.4.*

exoluto, & nauſeabundo Paſſerum ſtercus aridum, velut polentam, ſiue aquam biberint, ſiue vinum, inſpergi iubet. Kiranides verò idem ſtercus cum vino potum ad virgæ erectionem facere aſſerit: cum adipe verò porcino inunctum alopeciam ſanare, & carbunculos frangere. Remedijs contra Accipitrum, & falconum lumbricos aliqui Paſſeris Indici, vel ſolitarij, vel ſi is deſit, communis ſtercus admiſcent. Troglitæ fimum, vel carnem cum vino, aut melle Accipitri contra morbum quendam dari iubet incertus author Græcus recentior: εἰς οὐκχαίνω αἶνον ἔθρακα. Idem fimus faciem à lentigine purgat, quam facultatem *i* Io. Baptiſta Porta ex maribus agnoſci ait, quod guttatim albis, & nigris punctulis diſtinguantur. Extirpat denique varices, ſi cum ſputo hominis illinatur. Cinis Paſſerum, vt habet *k* Plinius ſermentis crematorum cochlearibus duobus in aqua mulſa (potus) morbo regio reſiſtit. Similiter crematorum Paſſeris pullorum cinerem *l* eodem citante, ex aceto aduerſus dentium dolorem vtiliter infricari tradunt.

i li. 5. Phy. cap. 16.
k l. 30. c. 3.
l l. 30. c. 3.

DE PASSERIBVS IN SPECIE, & primum de Paſſere Albo. Cap. XI.

PASSERIS albi iconem ſupra pollicitus ſum: qualẽ bis mihi videre contigit, ſemel ante aliquot annos, ſecundum ſuperiori anno 1598. die verò Septembris decimo, in quibus profecto nullos præter candidũ, color reperitur, ſi roſtrum, pedeſq; excipias, quę partes flauę ſunt. Oculorum præterea nigram pupillã lutea iris ambit. Planta adiecta gloſſularia rubra eſt, cuius nimirum grana Paſſeres, quandoque depaſcuntur.

Paſſerculus totus albus cum groſſularia rubra.



DE PASSERE FLAVO.
Cap. XII.

AVICVLAM hanc aliquando nouitatis causa ad me delatam, cuius iconem depictam exhibeo, ex toto corporis habitu, maximè rostro ex Passerem domesticorum genere esse indicaui, licet colore prorsus esset diuersa: nã & aucupes, qui eam cęperant, Passerem vocabant. Erat autem tota flaua præter oculos, qui erant nigri. Supra per dorsum, caput, alas, & caudã ad castaneũ color vergebat. Rostrum verò, pectus, mentum, venter, atque cauda infra lutei prorsus erãt coloris, femora tibiæ, pedes castanei, vngues longiusculi nigri. Viburno frequenter insidet, & seminibus granisue eius etiam nonnunquam vescitur: vnde plantam appinximus. Alium obseruaui Passerem flauum, sed coloris longè pallidioris, quare fœminam fuisse suspicor.

Passeris flaui descriptio.

Color.

Passer flauus cum Viburno.



DE PASSERE MACVLATO, ſiue tricolore. Cap. XIII.

Paſſeris Maculati deſcriptio Nominis ratio. Caput. Alæ. Roſtrum. Oculi.

EIVSCEMODI auiculam aucupes noſtri etiam Paſſerem nuncupant, atq; ideo hic eam depingere viſum eſt, tum etiam quia reuera toto habitu Paſſeres repreſentet. Maculatum autem; ſiue tricolorem vocaui, quia cum tribus tantummodo coloribus, albo nimirũ, nigro, & ſubflauo conſtet, nullus eorum potior in eo dici poteſt. Caput totum, ac collum alba intercurrentibus maculis ſubluteis. Alæ tribus nominatis coloribus ornantur, albus tamen, & niger in ijs prædominantur. Roſtrum quale Paſſeribus craſſiuſculum, in extremitate acutum, flaueſcens in ſuperiori parte, in inferiori omnino flauum. Oculorum iris candida, pupilla nigra. Mentum, pectus, & venter, femora, tibiæ, pedeſq; & cauda ſubtus ex albo naueſcunt: alioqui cauda penè flaua eſt. Planta appicta Thuia eſt Maſſilienſium, quam cedrum Lyciam eſſe Bellonius exiſtimauit, Labelius cedrum Phœnicam alteram Plinij, & Theophraſti. Huius plantæ baccæ amaræ ſunt, & ſubodoratæ, Turdis, & Merulis gratiſſimus cibus, necnon huic noſtro Paſſeri.

Paſſer maculatus cum Thuia Maſsilenſium.



DE PASSERE ALBICILLA. Cap. XIV.

ARISTOTELES Aquilæ quoddam genus, à caudæ albedine Pygargum, Passeris alideſt, vt interpretatur Varinus, & Theodorus Gaza Albicillam nominauit, bicillæ deadeo nos pariter hunc Passerem albicillam dicere poterimus: nam caudæ eius, quamuis planè candida non sit, ex cinereo candicat, cùm alioqui cætera colore domestico Passeri ferè similis sit: maculam verò illam nigram sub mento non habet. Rostrum, vt in illo candicat. Oculi nigri sunt. Caput, & omnes inferiores partes ex albo lutescunt. Dorsum verò maculæ coloris penè ferruginei, satis amplæ percurrunt lineolis admodum exiguis candidissimis decoratæ. Pennæ alarum omnes castaneæ, circumcirca luteæ: tibiæ pedesque fuscæ. Appicta est acer montana, non quia ea delectetur eiuscemodi volucris, verùm quia fructus eius auicularum plumas, aut grandium muscarum alas imitetur.

Scriptio.
Nominis ratio.
Color.
Rostrum.
Oculi.
Caput.
Dorsum.
Ala.
Pedes.

Passer Albicilla cum assere montano.



DE PASSERE MONTANO. Cap. XV.

Paſſer montanino.

CVALE nunc damus Paſſeri genus, aucupes noſtri,& Genus pariter,vt audio,vulgò appellant Paſſere montanino hoc eſt,Paſſerem Montanum,aiunt quæ in montibus degere.Paſſerum noſtratum omnium longè pulcherrimus eſt. Magnitudo cum vulgaribus planè eadem , vel forte paulò minor. Roſtrum habet acutum, breuiuſculum, oculos nigros; capitis verticem coloris fermè punicei, vel potius caſtanei , mentum vulgares atrum , inter quod & verticem color albus eſt,eaq; albedo deorſum deſcendens totum ventrem occupat:ad oculorum latera maculæ ſunt binæ,quorũ vna altera maior eſt , vtraque verò nigra. Dorſum atque alæ totæ partim flauæ, partim nigræ : Alæ verò quà ventrem contingunt , modò ferrugineæ, modo atræ,modo albæ. Cauda tota ex luteo fuſceſcit. Tibiæ,& pedes ſubflaui ſunt. Atq; hæc eſt maris in hoc genere deſcriptio. In fœmina enim omnia pallidiora, & mentum nigram eam maculam non habet; habetque prope oculos vnicam tantummodo, ſed maiorem , & rotundiorem maculam, ac aliam denique ſub pectoris initium, quæ in mare nõ eſt. Mari appictum eſt panicum ſylueſtre ariſta aſpera ; fœminæ panicum maius , ſpica bifida , quod mamoſum a Plinio dicitur.

Paſſeris montani maris formã. Caput. Dorſum. Alæ. Pedes. Cauda.

Paſſer mõtanus fœmina,vt amare differat.

a l.18. c.7.



DE PASSERE SYLVESTRI. Cap. XVI.

EIVSCEMODI auem cùm aliud nomen non haberem,& aucupes ita pariter appellarẽt, Passerem syluestrem vocaui. Magnitudo Passeribus communibus optimè respondet. Rostrum ex flauo candicat,& prorsus,vt ita dicam,Passerinum est. Vertex capitis,vt in montano præcedenti ferrugineus ad cinnabarinum vergens oculorum ambitus albus est,iris subflaua,pupilla nigra. A mento ad podicem vsque cinereus est,sed plumarum extremitates ad subruffum inclinant. Mentum,& collum inferius lineæ admodum continuæ,transuersales, nigriusculæ percurrunt, cùm aliàs in omnibus Passeribus maribus totum atrum esse suspicandum imo statuendum est. Dorsum, cauda, atque pedes ex ferrugineo fuscescunt,nisi quod pennæ in extremitatibus suis omnino luteæ sunt. Alæ eiusdem sunt coloris, sed pennæ primæ,quæ earum costas obtegunt, in notabilem candorem desinunt, quem tamen expressa iniuria pictoris non expressit. Staphylodendri ramulum appinximus, licet hunc quoque admodum difficulter pictura expresserit. Eiuscemodi autem arbore ramis foliculos demittit, quales halicacabus, in quibus fructus conduntur bini terniue esculenti, natura, colore, & sapore pistaciorum, Passerum etenim genus præter grana, baccas, fructusq; etiam depascuntur.

Passeris syluestris descriptio.
Rostrum.
Caput.
Oculi.
Collum.
Color.
Staphylodendrion.

Passer syluestris cum staphylodendro.



DE PASSERIBVS. Cap. XVII.

Paſſeribus congeneris deſcriptio. Roſtrum. Cler. ali. 9. Hiſt. ca. 7.

HÆC auicula, quamuis mentum nigrum non habeat, neque vlla alia eius veſtigia, quemadmodum in nonnullis fœmellis obſeruamus, ex Paſſerum genere ſeſe eſſe reliquo nihilominus corporis habitu atteſtatur. Roſtrũ ſicut in domeſticis candicat. Toto corpore maculis ſubruſſis oblongis, deorſum deſcendentibus tingitur: ſed quæ in collo inferiori pectoreq; manifeſtiores exiſtunt, quòd eæ partes candidæ ſint, cùm ſuperiores, dorſum nimirum, collum ſuperius, & capitis vertex ruffeſcant, quemadmodum tota pariter cauda, atque alæ, ſed earum pleræque pennæ in finibus ſuis candidæ ſunt Adiecta eſt amygdalus, nõ quòd amygdalis auicula hæc veſcatur, quod ignoro, ſed quòd formicas in ea venentur, quæ ſub veris initio floret, ideoq; magis, quàm aliæ arbores, quòd tunc nõ floreant, ab ijs inſectis infeſtatur Paſſerem genus etenim, teſte a Ariſtotele, etiam vermiuorum eſt.

Paſſeris ſpecies cum amigdalo.



DE PASSERE TORQVATO. Cap. XVIII.

DE Passeribus, qui cæteris neotericis torquati appellantur, præcedenti capite in rubrica de Aequiuocis nonnulla scripsimus, vbi pariter diximus Bellonium à macula candida oculos ambiente suum Passerem torquatum vocare, de quo hunc in modum ferè a Latinis factus loquitur: Clarum est Passerem torquatum à superiori (communi nimirum Passere) diuersum esse, cùm quia diuersi coloris est, tùm verò etiam, quia vbi superiori macula nigra est, ea huic sit lutea. Iure autem optimo torquatũ dicimus, nam oculos sub supercilio alba torquis circũambit. Nonnulli, vt legere est, eiusœmodi Passeris speciei meminere, atq; vt conijcimus, etiam torquatũ appellauere. Quia verò nõ cicuratur, ita etiã in syluis habitat in cauis arborum nidificans, & quia vocem habet dissimilẽ, & diuersum nidificandi modum, aliterq; se, & pullos alit, quam is, qui vrbes incolit, ideo peculiari de eo capite egimus. Veruntamen nisi magis quam in illo cinereus hìc color esset, & vocem ederet maiorem, magnitudineq; vinceret corporis, & rostri, nec non maculam, quæ in illo nigra est, obtineret luteam, nullã eius iconem exhibuissemus, sed hæc nos non mouerunt, vt exculpi iuberemus, demostrantes potissimũ eius guttur. Hæc ille. Eiusœmodi Passeris genus, ni fallor, in libris meis seruo ad vinum depictum, sed aucupes nostri non syluestrem, sed marinum Passerem nuncupant, præterea torquis, quã dicit Bellonius oculos non ambit, neq; id eius icon demonstret, sed tantum supra oculos, est velut obiõga macula. Auicula est satis speciosa. Fringillæ speciẽ potiùs quàm Passeris diceres, quod vero Passere domestico magis cinereum esse dicat, id adeo verũ nõ est nisi id de dorso, & alis intelligamus, quæ tamen partes & ipsæ magis fusceſcũt, nã à macula illa flaua, quæ mentũ constituit, in hoc totus vẽter ad flauedinẽ vergit.

lib. 7. de Auis. 20. *Descriptio.* *Nominis ratio.* *Passer marinus.*

DE PASSERE PVSILLO in iugulandibus degente. Cap. XIX.

GALLI, tradente eodem Bellonio, tria Passerum genera diuersa habentes, vtpote pennarum colore, & corporis magnitudine differentia, diuersa etiã imposuerunt nomina, volueruntq, vt omniũ minimus diceretur Friguet, ideſt Passer pusillus: & reuera signa in eo sũt planè discrepantia: Habet.n. maculas omnes, quæ reperiuntur in Celuy de muraille .i. ni fallor, in Pico murali. Agricolę pariter vocant Moineau de noyer, ideſt, Passerẽ nucum, se in nucibus degentem. Sicut enim Passer vulgaris vrbes, & pagos incolit, & torquatus syluas, ita pariter pusillus iste nidũ cõ nisi in quadã arbore cõstruit. Rostro est breui admodũ, nigro, crasso; pedibus, cruribus, capite, atq; alis vt Moineau muraille, ideſt, Passer muralis.

al. 7. c. 21. *Friguet.* *Moineau de noyer.*

DE PASSERE STVLTO Bononiensium. Cap. XX.

BONONIENSES Aucupes quandam auiculam, quæ corporis habitu Passeribus similis est licet colore diuersissima, Passer matto, siue Passere ingannolo, hoc est, Passerem stultum nuncupant, quæ descripta talis est. Magnitudine Passeri par est, color totius flauescens, maculis vbique ferrugineis, aut potius ruffis oblongis, sed per dorsum multò longioribus, ac crassioribus, vbique deorsum descendentibus conspersus. Rostrum ruffum est, crassum, atque curtum. Oculi maiusculi, quorum pupillam lutea iris ambit. Cauda,

Passeris stulti forma. *Passer matto, siue ingannolo.* *Magnitudo.* *Color.* *Rostrum.* *Oculi.*

Cauda. Cauda, atque alæ ad nigrum vergunt, extremitates verò pennarum minorum in alis candidæ ſunt: pedes toti ex luteo ruſſeſcunt.

DE PASSERE ILLYRICO.

Cap. XXI.

Paſſeris Illyrici deſcriptio.

QVIVSMODI magnitudinis auem, cum ante aliquot annos eſſem Venetijs, Tartaglinus eius ciuitatis ciuis, apud quem plurimas aues exoticas inter alia pulcherrima depicta obſeruaui, depingendi mihi copiã fecit, vulgoq; paſſer ſchiauo, ideſt, paſſerem Illyricum appellari aſſerebat. Noſtratibus maior eſt, colore verò fermè ſimilis. Pronè enim planè candicat: ſupinè pallidè ruſſeſcit, nullo intercurrente alio colore. Oculi, & roſtrum pro corporis portione magni, hoc verò candicat: cauda bifurcata eſt, pedes lutei, tabellis aut potius lineis tranſuerſalibus colore penè carneo ornati: vngues nigri, ſatis longi, & acuti.

Color.



SEreniſſimus Princeps Ferdinandus Medices Magnus Hetruſcorum Dux eiuſcemodi Indicos Paſſeres, quales hic depictos videbis, elegantiſſimè ab eximio illo ſuo pictore Iacobo Ligocio depictos ſuis ſumptibus (quæ eius erga bonas litteras, earumque ſtudioſos, in me verò in prigua munificentia) ante aliquot annos tranſmitti dono iuſſit. Quem itaque primo loco depictum, & iuiubino ramo inſidentem exhibeo, magnitudine domeſticis noſtris Paſſeribus par eſt, ſi caudæ longioras pennas excipias. Roſtrum habet breue, & craſſum, coloris miniacei. Caput planum eſt pro-
10 te colore: qui pariter deorſum per tergus, & ſuperiorem alarum partem vergens conſpicitur. Alæ verò tribus potiſſimum coloribus cõſtant, primò illo, quem dixi; ſecundò albo, vt in icone apparet; tertiò nigro; quartò luteſcente, quem colorem pennæ remiges excipiunt, nigræ itidem, ſed intus cinereæ. Guttur, collũ inferius, pectus, & ven-
ter candicant. Cauda duplex, vt in Pauone
20 mare, & duorum etiam colorũ: minor, quæ maiorem ſuſtinet, & tanquam eius fulcrum eſt, albeſcit, maior quatuor pẽnis longitudine dodrantali anguſtiſſimis cõſtans, aterrima. Tibiæ, & pedes ex nigro & albo maculati, vngues nigri, & quales rapacibus aduncо, & acutiſſimo hamo armati.





DE PASSERE INDICO Macruoro alio. Cap. XXIII.

AVIS ficulneo ramo insidens passeris indici nomine celebris, profecto longè pulcherrima est, & superiori etiam pulchrior, atq; vt inam manibus tractare liceret, nam depictam describere cogor. Magnitudo cum præcedenti huic pareſt. Roſtrum cæruleum. Caput etiam, vt in illo planum, ſed in ceruice magis eleuatum, totum nigrum, oculi etiam nigri circulo albo circũdante, & iride luteſcente. Collum & pectus coloris ſunt coccinei, venter, & coxæ candicant. Alæ, tergus, & cauda nigræ: remigibus tamen alarum quidam pallor permiſcetur. Caudæ longiores pennas, quæ ſunt binæ longiſſimæ, quinque nimirum palmorum, & latiſſimæ, tertia primùm etiam lata, ſed in exilia admodum filamenta deſinens, minores alię ſuſtinent. Tibiæ, pedeſq; albeſcunt: vngues nigri, & vt in præcedenti inſigniter acuti hamo longiuſculo inſigniti.

Magnitudo.
Roſtrum.
Caput.
Color.
Cauda.
Pedes.

DE PASSERE INDICO ALIO Brachyuro. Cap. XXIV.

HABES idem quoq; ramo ficulneo inſidentem paſſerculum Indicum alium ſuperioribus duobus omnino diſſimilem, minorem nimirum, & præter roſtrum, & pedes totum nigrum, & cauda denique, quam in communi noſtro paſſere, breuiori, vnde paſſerem brachyurum Indicum appellare placuit, ideſt, breui vropygio præditum. Auicula hæc, vt dixi, tota nigra eſt. Color tamen neſcio quid cærulei, atque amethiſtini præ ſe ferre, vt in magno atrore vſu venire ſolet. Roſtrum, pedeſque coloris carnei, vngues nigri. Oculos nigros etiam albus circulus cingit.

Paſſeris Indici brachyri forma.
Color.
Roſtrum.

DE PASSERCVLO BRACHYVRO noſtrate. Cap. XXV.

IN Bononienſi agro nonnunquam, quam hic delineatam cernis, breui admodum cauda inſtructa auicula Paſſerino, ideſt, paſſerculus nuncupata, capitur. Toto corpore vnicolor eſt, nempe flaueſcens: pectus tamen, & venter magis albicant. Roſtrum intenſiùs luteum eſt. Planta adiecta ramulus eſt ceraſi auium, quod eiuſcemodi fructus auibus grata eſca eſſe ſoleat.

Paſſeris Brachyuri noſtratis forma.
Color.

Paſſerculus Brachyuros noſtras cum ceraſo auium.



DE PASSERE ERYTROMELANO Indico sine vropygio. Cap. XXVI.

Passeris erytromelani Indici sine caudâ, forma.

ANTONIVS Gigas Forosempronienſis, vir me Hercule pius, doctus, & mei amantiſſimus picturæ huiuſce auiculæ Indicæ, quâ inter alia exotica, quibus Muſæum eius admodum abundè inſtructum erat, copiam mihi fecit. Paſſerem autem erytromelanum vel Porphyromelanum eam nuncupaui, quod præter rubrum, aut potiùs coccineum, ſeu purpureum, & nigrum colorem nullus alius præterquam in roſtro, quâ capiti iungitur, conſpiciatur. Totum etenim corpus pronè, & ſupinè, item alarum principia elegantiſſimo illo coccineo colore ſplẽdent; reliquum alarum atrum eſt; ſi tamen pennæ earum expandantur ad latera, aliquid candoris præ ſe ferunt. Pedes item nigri ſunt. Habet duas etiam pertugus nigras oblongas, quarum altera longior eſt, maculas admodum contiguas. Roſtrum pro corporis portione (eſt enim auicula pro paruitate craſſiuſcula) exiguũ, & minus etiam, quàm in paſſere vulgari, colore qua capiti iungitur, vt dixi, albo, cætera nigro, acutum, & exile. Vropygio prorſus caret Indi ex huiuſmodi auis, & quæ ſubſequitur, pennis opera plumaria conficiunt, de quibus nonnulla ſcripſimus in Pſittacorum hiſtoria, quæ beneuolus lector, ſi lubet, adire poterit.

Nominis ratio.

Color.

Pedes.

Roſtrum.

Opera plumaria.



DE PASSERE INDICO, siue vropygio alio cyanerythromelano. Cap. XXVII.

HVIVSCE pariter auis picturam idem D. Antonio Giganti acceptã refero. Auis est superiori longior, at minus corpulenta, & tribus potissimùm coloribus, rubro nimirum, cyaneo, seu cæruleo, & nigro, quare κυανερυθρομέλανα appellare visum est. Caput, collum, atque pectus, atque inferiora omnia coloris sunt rubri saturati. Ad colli latera maculæ sunt binæ, contiguæ semilunares magnæ, ceruleæ. Alæ admodum longæ, nigræ ad latera cæruleæ. Pedes breues, nigri. Rostrum parum recuruum, nigrum, prope frontem album. Ex huius auis pennis indi etiam opera sua plumatilia conficiunt.

Passeris cyanerythromelani sine descriptio.
Color.
Alæ.
Pedes.



DE PASSERE INDICO alio Porphyromelano caudato. Cap. XXVIII.

SVPERIORIBVS ſimilis eſt, cuius nunc imago repreſentatur. Caudam verò habet longam quinque digitos, & decem pennis conſtantem nigerrimis. Remiges alarum etiam ſunt nigerrimæ. Caput, dorſum, vropygium coloris ſunt purpurei ſaturati; radices tamẽ plumarum luteſcunt. Roſtrũ craſſiuſculum eſt, aliquantulum aduncum, acutum, Collurionis quodammodo æmulans, ſuperiùs nigrum, infrà quo capiti hæret, album. Pedum colorem ignoro, decerãt. n. communicato mihi exuuio; verisimile eſt autem nigro habere.

Paſſer Indicus caudatus ſimilis Paſſeri ſine vropygio erithromelano dicto, cum panico cæruleo Indico.



DE EMBERIZA ALBA Ornithologi. Cap. XXIX.

ORNITHOLOGVS Passerum historiæ quatuor auiculas tanquam Passerini generis applicat, omnesque Emberizas nuncupat. Sed quia tres earum mihi huc pertinere nõ videantur: de alba, quam vocat, vtpote de qua quærendum putat, an sit Passer ille magnus, de quo supra scripsimus, tantumnodo agemus. Eam Italis Ciam montaninam vocari arbitratur, quod ego ignoro, imo auem nunquam obseruari: Ille verò ita scribit: Emberiza alba, quæ mihi demonstrata est media hyeme apud nos capta (ein Vvijsse Emberitz) maior est superiore (flaua nẽpe, de qua nos inter canoras) rostro breui latiusculo, flaui nihil habere, colore similis Alaudę, alioqui dissimilis, ventre albicante, à quo etiam albam cognominauimus. In superiori rostri parte retrò mucronem, tuberculum intus conspicitur. Digiti fusci sunt, curat album, & puniceum, colores mixtos præ se ferunt. Hæc ille.

Emberiza alba describitur.

Cia montanina.



DE EMBERIZA PRATENSI. Cap. XXX.

Emberiza pratenſis. Color.

IDEM Ornithologus de alia quadam auicula ſcribens ſubinde à præcedenti, Emberizam, inquit, pratenſem voco, quam aucupes noſtri Vviſe-Emmeritz à pratis, in quibus verſari ſolet, appellant. Hæc vt pictura indicat, colore eſt teſtaceo, ſeu figlino, cruribus, pectore, ventre, alis, & cauda media. Vtrinque enim in ea nigræ ſunt pennæ. Dorſum quoque nigricat, & in alis ſuperiùs maculæ nigræ ſunt ſubrotundæ: in-

Emberiza pratenſis mas cum arbore Indiæ.



seriùs verò margines pennarum secundum longitudinem nigricant. Rostrum fuscum, vertex niger, infra quem vtrinque macula albicans retrorsum tendit: tum rursum aliæ duæ nigræ & albicantes per interualla sequuntur. Hancauem circa lacum verbanum Ceppa vocant. Hæc ille, quæ exactè his auiculis, mari nempe, & fœminæ, quas in agro nostro Bertazinas vocant, conueniunt. *Ceppa. Bertazina.*

Emberiza pratensis fœmina cum castanea equina.



Turtur albus, cuius icon poni debebat pag. 150.



Finis Libri Decimiquinti.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS ORNITHOLOGIÆ

Liber Decimusſextus,

QVI EST DE AVIBVS BACCIVORIS.

DE TVRDIS IN GENERE.

Cap. I.

SVNT præter hactenus enumeratas aliæ auiculæ, quæ pariter ſe vel aqua, vel puluere mundant, vt exempli gratia Alauda, quæ eodem iure, quo illæ bacciuoris hiſce, de quibus nunc agere inſtituimus præferẽdæ eſſent, niſi earum aliæ ſimpliciter vermiuoræ eſſent, aliæ etiam propter vocis ſuæ, cantuſue ſuauitatem paſſim ab omnibus maximè à nobilibus, proceribuſq; alerentur, nam cùm ob hanc, tùm ob aliam cauſam, quia nimirum corporis magnitudine bacciuoris longis cedũt paraſangis, priuatim binis de ijs inſtitutis libris agere decreuimus ſimpliciter autem vermouoras, vt id obiter fit dictum, appellamus, quæ propter cantum non vt aliæ aluntur. Scripturus itaq; de bacciuoris Turdus, & Merula primum occurrunt, vterq; & vocis, & carnis ſuæ bonitate celeberrimus: Cùm verò veteres Turdos magis, quàm Merulas celebrent, Turdos etiam nos Merulis præferemus, & reuera teſtis eſt hiſtoria Imperatores, atq; primates Romanos præter Turdos, & Attagenes non alias aues in conuiuijs ſuis ita celebraſſe, vt nos nunc facimus. Et veterum enim monumentis obſeruare non licet, carnes ab illis tanti fuiſſe æſtimatas, quàm erant piſces, quin his inferiores perpetuò habitas fuiſſe. Aegyptij ſanè monachi toto vitæ curſu piſcibus abſtinuerunt, quaſi inferre vellent, ſe eiuſmodi delicijs priuatos, quemadmodum, qui apud nos carnibus abſtinent. Hoc verò carnium illæ contemptus, & piſcium æſtimatio effecit, vt veteres tùm Græci, tùm Latini auium genera minus nouerint, quàm piſcium. Cum itaque luxuria Romanorum in piſcibus eſſet collocata potiſſimùm. Turdum tamen inter aues, vt dixi, plurimi fecere, C. Titius vir doctus, & qui Romanos luxus acerrima oratione lacerauit, inter alios Turdi eſum etiam nominat, ſicuti Furius Albinus ex oratione illius apud Macrobium recenſet. *Vix*, inquit, *per vina ſuſtinent palpebras, cunt in conſilium, ibi hæc erasto, quid mihi negocij eſt cum iſtis nugatoribus? potius quàm potamus mulſum miſtum vino Græco, edimus Turdum pinguem bonumq; piſcem, lupum Germanum?* Perſius a poeta Satyricus, & in mores Romanorum illicitos inuectus, cùm alios auarè nimis cerneret viuere, alios contrà genio indulgere, bonaque ſua dilapidare, ſeſe ait velle mediocritatem colere, negatq; ſe rhombos ex piſcibus, ex auibus Turdos libertis appoſiturum, innuens ita euitandam eſſe auaritiam, vt in prodigalitatem non incurratur. Canit autem:

Ordinis ratio.

Aues ſimpliciter vermiuora q. Turdorum prærogatiua imminenſis Imperatorum.

Piſcũ æſtimatio apud antiquos.

Cur Græci, & Latini aues minus nouerint.

Solis natalibus eſt qui
Tingat alus ſiccum muria vafer in calice empta.
Ipſe ſacrum irrorans patinæ piper: ſic bona dente

a Satyr. 6. Perſius cur libertis non appoſuerit Turdos.

Grandi

Grandia magnanimus peragit puer: vtar ego, vtar.
Nec rhombos ideò libertis ponere lautus,
Nec tenuem ſolers Turdorum noſſe ſaliuam.
Meſſe tenus propria viue.

Tenuis ſaliua quid.

Tenuem ſaliuam poeta, (vt id obiter dicamus) vocant optimum ſaporem, qui in deglutienda ſaliua perſentitur. Luxurioſa enim gula, & artis coquinariæ periti, rerum ſapores cognoſcebant, diſtinguebantq; an cellarius eſſet Turdus, an terrarius, an maſculus, an fæmina: vnde dicebat ex Catij ſententia Horatius:

Nec ſibi cauarum quiuis temerè arroget artem,
Ni priùs exacta tenui ratione ſaporum.

b Epiſt. 15. Manij voracitas, & Beſtijs auaritia notata.

Idem hic *b* Horatius pariter, vbi Manij, ſimiliumq; nepotum, atque helluonum voracitatem, & ingluuiem, qui nempè non ſua tantùm, & aliena abligurirent, dilapidarentq; & nemini eam ob cauſam parcerent, non probis, non improbis, non auaris, non luxu perditis, depingit, & è contrario Beſtijs nimias ſordes, & auaritiam, qui eiuſcemodi, quos dixi, ventres lamina dicebat vtendos potiùs candente, quàm in vita tolerandos, taxat, Turdi obeſi eſum nominat, tanquam cibum, quo patrimonia exhauriuntur:

Scilicet vt ventres lama candente nepotum
Diceret vrendos correctus Beſtius: idem
Quicquid erat noctus prædæ maioris, vbi omne
Verteras in fumum, & cinerem: non Hercule miror
Aiebant, ſi qui comedunt bona cùm ſit obeſo
Nil melius Turdo, nil vulua pulchrius ampla.

Romani qui Turdi eſu delectarentur.

Quam verò Romani Turdorum eſu caperentur, demonſtrat Varro, inquiens. *Edones Romam, vt turba intendat annonam, ſed propter phagones Ficedulam pinguem, aut Turdum niſi volãtem non video.* Quæ quidem verba, vtpote intellectu difficilia Nonius Marcellus hoc modo explicat. Edones Romani, vt turba intendat annonam. Eſt autem, inquit, Homericum hemiſtichium. Nemo neſcit, Varronem paſſim interſparſiſſe, ceu emblemata quæpiam Græca ad ornatum, ac præcipuè Homerica. Quare mirari deſino, cur haſce delicatiſſimas aues tam ſedulò ſaginarent. Sed mirabile admodum videtur, cur earum auiaria tam breui in tantam multitudinem accreuerint, vt ex eorum fimo ſtercorarentur agri, cùm alioqui Cornelius Nepos, qui Diui Auguſti temporibus obijt, paulò ante ſaginari cœptas ſcribat: Quamobrem non immeritò exlamabat *c* Plinius, cùm Varronem cerneret Turdorum ſtercori ex auiarijs principatum tribuere. *Bene*, inquit, *ſperandum eſt de moribus noſtris ſi tanta apud maiores fuere auiaria, vt ex ijs ſtercorarentur agri:* Cæterùm cui non notæ Luculli deliciæ? Hic, vt refert *d* Athenæus, cum Romam poſt expeditionem Ponticam redijſſet, ad vitam ſumptuoſiſſimam, & elegantem ſe conuertit: tantas enim opes parauerat, vt ædibus, & prætorijs extruendis, hortis, & cænationibus amœniſſimis, incredibiliq; ſumptu paratis, & bibliotheca inſigni vtriuſq; linguæ libris referta, atque omnibus ob via, & patenti, opes bello quæſitas conterere non potuerit, cum interim quotidiano epularum apparatu in prouerbium penè venerit. Hic, inquam, clariſſimus, ac ſplendidiſſimus heros, quod miror Athenæum non adnotaſſe, teſte Varrone, in auiarijs ſuis quam ſedulò Turdos alebat: vnde de eo loquens: idem Varro, *Vbi delicatè*, inquit, *cænitaret, & alios videret Turdos, in maximo poſitos coctos, alios volitare circa feneſtras captos.* Porrò in tanta copia pretia tam memorabilia fuiſſe harum auium quis non attonitus ſtupeat? Conſtat enim ternis denarijs, id eſt, duodenis nummis vænijſſe ſingulos Turdos Romæ ad epulum adijciale, id eſt, ære noſtro, (inquit *f* Budæus) denis ſolidis Turonicis, & ſemiſſe. Ex vno autem ornithone quinque millia Turdorum eodem pretio diuendita fuiſſe, author locupletiſſimus *g* Varro atteſtatur, inquiens. *In villa materteræ meæ in Sabinis ad quartum, & vigeſimum lapidem via Salaria à Roma ornithon eſt, ex quo vno quinq; millia ſcio vaniſſe Turdorum denarijs ternis vt HS ſexaginta millia ea pars villæ reddiderit eo anno, bis tanto, quantus* (Axium alloquitur) *fundus ducentorum iugerum Reate reddit.* Et rurſus ſequenti capite: *Non diſſimilabo, quod volo, de Ornithone primum, quod lucri fecerunt hoc nomen Turdi. HS enim ſexaginta millia ſircillina excandere me fecerunt cupiditate*, Et mox: *Ornithonis alterum genus fructus cauſa eſt, quo genere macelarij, & in vrbe quidam habent loca clauſa, & rure maxime conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes apparent Turdi.* *h* Columella pariter quo in pretio haberentur, meminit his verbis: *Impenſa, curaq;* (vt par eſt) *adhibita M. Terentius ternis ſæpe denarijs Turdos ſingulos emptitatos eſſe ſignificat auorum temporibus; quibus qui triumphabant populum dabant, epulum. At nunc ætatis noſtræ luxuries quotidiana fecit hæc pretia propter quæ ne ruſticis quidẽ cõtẽnẽdus ſit hic redi-*

Turdi in quo numero à Romanis nutriti.
c l. 17. c. 9.
Luculli ſumptus.
d lib. 4.
e lib. 3. de re ruſt.
Turdorum pretia.
f lib. de Aſſo.
g Lib. 3 de re ruſt. c. 2.
h li. 8. cap. 10.

tus.

tus. Hæc ille. Sed hic rursus mihi alius suboritur scrupulus, in tot Ornithonum abundantia, Pompeio aliquando ægrotante Romæ, nullibi potuisse reperiri Turdos (erat enim æstas) quam apud Lucullum, vt refert Plutarchus: vnde referunt, Pompeium respondisse medico, qui eam Turdos comedere iusserat; Si Lucullus delicatus non esset, non viueret Pompeius? Quod verò Plutarchus recitat de Pompeio, id Io. Tzetzes ait de Catone. De Curtio etiam equite Romano delicijs diffluente tradit & Macrobius, cùm macrum Turdum sumpsisset, in conuiuio Cæsaris interrogasse, nunquid mittere liceret: & cum princeps respondisset, quid ni statim per fenestram sisse. Heliogabalus perditissimus principum, impurissimusq; ingentes dapes Platinis, teste Lampridio, exhibuit extis refertos, & cerebellis Turdorum. *Suetonius etiam Tyberij Imperat. comessationes recensens, cum refert, Aselio Sabino ducenta donasse sestertia pro dialogo in quo boleti, & Ficedulæ, & ostreæ, & Turdi certamen induxerat. Quare nihil mirum est, si præcipui muneris loco aues has nobiliores quiq; inuicem mitterent: quod in primis docet lepidissimus Martialis, qui cum Turdos non haberet, quos Caro cognato suo offerret, cortis suæ munera, nempe Gallinas, similiaq; altilia ei mittit, at ne subrusticus videatur, causas adducit, cur id faciat, hoc modo.

Pompeius ager Turdos Luculli aspernatur. li. 10. Chiliade 347. & li. 2. Sat. Heliogabali luxus.

In Tib. c. 42. Tyber. cur Aselio ducēta sestertia donauerit.

Si mihi Picena Turdus palleret oliua,
Tenderet aut nostras sylua Sabina plagas:
Aut crescente vadis traheretur arundine preda,
Pinguis & implicitas virga teneret aues,
Cara daret solemne tibi cognatio munus.
Nec frater vobis, nec prior esset suus.
Nunc Sturnos inopes, Fringuillarumque querelas,
Audit, & arguto Passere vernat agar.
Inde salutatus Pica respondet arator,
Hinc prope summa rapax Miluus in astra volet.
Mittimus ergo tibi paruæ munuscula cortis
Qualia si recipis sæpè propinquus eris.

Turdi dono missi. l. l. 9. Epig. Martialis cognato suo Gallinas mittit.

Et rursus subsequenti ad Flaccum poetam inscripto epigrammate, cui & Stellæ, qui & ipse erat poeta dic, propinquorum dum Turdos mittere statuerat, tutius, meliusque sibi videri arbitratur ab incepto abstinere, quam alios multos amicos, qui eosdem petere possent, offendere, quia nimirum consultius sit omnibus placere, quam paucis. Canit autem:

Martialis cur Flacco & Stellæ poetis Turdos nō mittat.

Luce propinquorum, qua plurima mittitur ales,
Cum Stella Turdos, cum tibi Flacce paro.
Succurrit nobis ingens, onerosaque turba,
In qua se primum quisque, meumq; putat.
Demeruisse aues votum est, offendere plures
Vix tutum, multis mittere dona grave est,
Qua possum solus veniam ratione merebor,
Nec Stellæ Turdos, nec tibi Flacce dabo.

Alibi etiam à Pontia venefica Turdos sibi dono missos scribit hoc tetrasticho.

Pontia venefica Martiali Turdos donat.

Cum mittis Turdum mihi, quazamve placenta,
Sine femur Leporis, sive quid his simile:
Buccellas misisse tuas te Pontia dicis,
Has ego nec mittam, Pontia: sed nec edam.

m Horatius pariter, senes vtili amicitia gaudere innuens, quare ad animos eorum conciliandos palmarium esse munera ipsis grata offerre, inter huiusce modi dona Turdum auem enumerat, inquiens:

m *Sat. 5. Senes vtili amicitia gaudent.*

Quando pauperiem missis ambagibus horres
Accipe qua ratione queas diuescere, Turdus
Siue aliquid primum dabitur tibi: denoles illuc
Res, vbi magna nitet domino sene.

n Plinius Cæcilius secundus Flacco cuidam nescio an poetæ, an Annio Senatori, nam eodem fere tempore vixit, vterq; gratias agit pro acceptis Turdis facta super hoc munere epistola, cuius exordium est, Accepi pulcherrimos Turdos: cum quibus parem calculum ponere, nec vllis copijs ex Laurentino, nec maris tam turbidis tempestatibus possum. Recipies ergo epistolas steriles, & simpliciter ingratas, ac ne illam quidem solertiam Diomedis in permutando munere imitantis: sed (quæ facilitas tua) hoc magis dabis veniam, quod se non mereri fatentur. Hæc ille. Apud priscos item Græcos hæ eædem volucres pro mu-

n *L. 1. 5. ep.*

Homero pueri Turdos donant.

nere amicis dabantur: Nam antiquiſſimum Homerum legimus cum aliquando quoddam poema recitaſſet, à pueris Turdos accepiſſe, indeque eos verſus Epiciclides dici meruiſſe. *o* Alexis etiam apud dipnoſophiſtam Athenæum ſponſos ſponſis ſuis Turdos tanquam bellaria quædam miſiſſe atteſtatur his verbis;

o lib. 13. c. 27.

Bellarium cognoſco quod ſponſi ſolent
Vbi petunt ſponſam, referre molles ei
Ametas & Turdos deciſſe, tum Lepores.

Sponſi ſpõſis Turdus donant.

Quanti præterea Turdorum eſum ipſi facerent Græci, docet in primis non Ariſtophanes, vbi per interlocutorem iſtum ſermonem, quæ à priſcis in cibis pueris interdicta eſſent, recitat: nam & Turdi eſum ipſis illicitum fuiſſe, vtpote pretioſum nimis, ac delicatum, quo molles, & effæminati euadere poſſent. *p* Alibi etiã inter lautiſſima cibaria nominat amylos placẽtas, & Turdos apes. Teleclides inſuper, de veteri beata vita loquens, *Turdi*, ait, *ipſi vnà cum placẽtis in fauces eis inuolabãt*, Romani, ni fallor, in offerẽdis pro munere Turdis vtiãt à Græcis: nam in corona ferebant pendentes: hi in lance, eoq; ſæpe magni pretij. *q* Athenæus Charini Macedonis conuiuium deſcribens, non mediocres diuitias pro cæna illatas, ait, lancem ſcilicet argenteum non mediocriter craſſum, inauratum, quantuſq; Suis valde magni amplitudinem complecteretur, qui intus ſupinus iacebat, atq; ventrem multis bonis auibus plenum ſuperius oſtendebat: inerant autem, inquit, Turdi volua, innumeraq; Ficedularum multitudo. Romanos verò in corona miſiſſe docet ante alios *r* Ouidius inquiens.

p in Pace.

Turdorum oblatio varia.

q l. 4. c. 1.

r l. 2. de arte aman.

Quin etiam Turdoquè licet, miſſuquè corona,
Te memorem dominæ, teſtificere tuæ.

Item Martialis, at longè dilucidiùs:

Textarioſis fortaſſe tibi, vel diuite nardo,
At mihi de Turdis facta corona placet. Alibi etiam
Illic coronam pinguibus grauem Turdis
Videres.

Turdũ nostra tempora celebrãt.

Poſſim hìc præter allata hactenus Turdorum encomia, & alia veterum loca in medium afferre, magiſquè præter eos celebrare, niſi etiam noſtra ſecula, quæ & ipſa perdito luxu vbique diffluunt, hoc auium genus in ſummo honoris vertice haberent. Vix enim conuiuia celebrantur inter proceres, in quibus non ſuus cuique Turdus in ipſo menſæ auſpicio apponatur. Titus Veſpaſianus Strozza Abbatis cuiuſdam ſibi ipſi indulgentis delicias recenſens, inter eas Turdos tanquam præcipuas decantat:

Ille boues macras, & Brigantinia multa
Odit, nec totas vult vigilare dies.
Illius in Turdis ſermo verſatur, & oſtris,
Gnoſiaco ſpumans liuida labra mero.

Io. Bap. Cãpegij liberalitas.

Ne verò in omni occaſione ſibi deſint, auiaria etiam veteres imitati habent varijs auibus delicatis, ac in primis Turdis referta Io. Bapt. Campegius, vir ſplendidiſſimus, doctorum virorum, & mei in primis amantiſſimus, & quem ob incredibilem erga me liberalitatem (donauit autem mihi mille aureos) ſatis laudare non poſſum in agro Bononienſi Tuſculanum, & in ea auiarium habebat admodum ſuperbum, atquè magnificum, quod deſcribens Antonius Gigas quocum, atque vna cum Card. Paleoto, necnon D. Camillo eius fratre, alijſq; viris eruditis aliquoties animi cauſa me contuli depingens, auiarij eius meminit, aueſquè, & in his Turdos etiam nominat, inquiens;

Non ibi vel Perdix deeſt, vel peregrina Coturnix
Et Merula, Turdique ſuo ſtant tempore obeſi.

Epilogus, Turdus in auibus principatum habet.

Cæterùm vt tandem in hiſce Turdorum laudibus vela contrahamus, ſat fuerit vnà cum Martiale eis ſolis inter omnia auium genera primatum tribuiſſe: hoc in primis indicat vbi Bæticum quendam ridet, qui ea deuoraret, quæ ſecretos olerent mulierum loculos.

Nec mullus, nec te delectat Bætice Turdus,
Nec lepus ch vnquam, nec tibi gratus aper.

Apertè, ac diſertiſſimis verò verbis ita canit:

Inter aues Turdus, ſi qui me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

In ſumma, vt vtar etiam diſticho Andreæ Dactij patritij, & Academici Florentini:

Inter aues Turdus gallu gratiſſimus olim,
Nunc etiam primos occupat ore locos.

ÆQVI-

ÆQVIVOCA.

ΞΙΧΛΗ Græcis, vel Latinis Turdus auem significat, & piscem, qui absque vlla hæsitatione à similitudine macularum auis id nominis sibi vsurpauit. Prouincialibus Gallis, teste doctissimo *a* Rondeletio, Italis, & Hispanis vulgò Turdo nuncupatur. Duodecim eius genera depingit, & solo ferè colore differre asserit, sed primi generis à pluribus dici Turdo, quod notas etiam insigniores habeat, quibus à quouis negocio nullo discerni queat. *b* Hippolytus Saluianus præcauendum esse admonet, ne omnes picturatos pisces, quod ichthyopolæ vbique fermè faciunt, Turdos vocemus, non solùm Turdos ipsos, sed parcas etiam Hiatulas, Fucas, Merulas, Pauones, atque reliquos depictos pisces perperam Turdos appellantes. Quem errorem, ait, facilè euitabimus, si veterum testimonio Turdi piscis aluum, Turdi auis instar varium, siue maculosum esse animaduerterimus: quamobrem, qui aluum varium non habent, Turdi non sunt.

Turdus piscis cur dictus.

a lib. 6. de pisib. c. 6.

b Hist. 8. de aquat.

Turdi pisces, vt cognoscantur c l. 1. elect. c. 16.

Latinorum Turdus præter auem, & piscem etiam viri nomen est nequeam, & infamis, cuius meminit Seneca, citante *c* Iusto Lipsio, vbi hunc Senecæ locum restituit: *Hi qui iactantur, & operosa, atque ardua sursum, deorsum eunt, fortes viri sunt, primoresque castrorum. Illi quos publica quies alijs laborantibus molliter habet, Turtur illæ sunt, tuti contumeliæ causa.* Hærere, inquit Lipsius, in hac voce necessum est, qui nusquam hærent. Pincianus vir egregius, & doctrina minimè ventosa legebat, *Tutulinæ sunt*, allusione ad Deam priscam *apud gentiles*, cui nomen tutando. Non conuenit. In vitium enim hęc Seneca dixit, non in laudem. Aptius fortasse ego, *Turdi sunt*. Turdum reperio paulò supra illam ætatem, hominem mollem, & infamis cuiusdam ignauiæ. Quid autem si nomen eius abijt in dictum vulgi: qualia quædam eximia plebe scriptor hic aliàs vsurpat. Verba *d* Senecæ patris sunt: *Oppressi sunt in templo ab omni multitudine, quæ postulabat, vt Romam Sabinus cum Turdo proficisceretur. Cum Turdus promitteret iturum se Sabinus silentio, facto, ait, Ego ad Cæsarem non sumturus cum mattea.* Ex quibus clarum de infami mollitie huius Turdi. Fortasse, & tota illa cum Sabino actio causam, aut principium huic adagio dedit. Et Hercle tàm magis cogito, quàm magis probo. Hæc omnia Lipsius.

Turtillinæ. Turdus homo infamis.

d lib. 9. ep. 14.

SYNONYMA.

SYLVATICVS pro Alchămari exponit Turdum auem. Alibi etiam Clas habet, alibi Cicla, & Clice pro Turdo: quæ voces à Græcorum κίχλα corruptæ videntur. Interpres Auicennæ Alzarazir Turdos conuertit, cùm Sturnos debuisset. Apud *a* Aristotelem alibi Cichlæ leguntur, vbi Alberti translatio habet, Triangel, & Aulones. Græcis Κίχλη Turdus est. Varinus Κίχλα aliquos, & τρίχλα efferre ait, at non rectè: quia fœmina in λα omnia debeant secundum Atticos habere λ duplex, vt κολλα, σκίλλα, ὀβίλλα, &c. Quæ verò λ simplex habent per ν scribit, vt πύλη, ὀπίχλη. Syracusij αἴλλας, teste *b* Athenæo Κιχήλας nominant, qui Epicharmi versum hunc citet:

Alchamari. Clas. Cicla. Clice. Alzarazir. a li 6. hist. c. 1. Triangel. Aulones. b l. 2. c. 26.

Quæ olea folia comedunt Κιχήλαι.

Varinus verò Κιχήλας dici vult per pleonasmum pro Κίχλαι: attamen ipsimet, vti etiam Hesychio Κίχηλαι Turdi sunt: Ijsdem Γίχλα Turdum significat. Γίχλη verò, vel Turdum auem, vel quendam piscem: Γίχλαι Turdos, & melatos, hoc est, pelles caprinas. Varinus, vbi Κίχλα scribi deberet, Κίλλα habet, exponitque animal volucre. Ornithologus esse tradit, qui Turdi nomen Græcis hodie vulgare sibi esse affirmat Κίχλα, alios Τζίχλα, alios πίτσο. Sed *c* Bellonius, qui ipse Græciam peragrauit, nunc Turdos ibi nominari ait Schynopoullos, ac si Lentiscenas aues diceres, & quia myrti baccas etiam deuorant, à nonnullis myrtopullos. Latini Turdum nuncupant, & *cum sint nomine mares*, inquit M. Varro, *reudra fœminæ quoque sunt*. Nonius verò masculino genere plerunque legi ait, fœmi-

Γίχλα. Γίχλαι. Κίλλα. c lib. 1. observ. c. 10.

Turda. nini tamen etiam Varronem Quinquatribus. In quibuſdam Perſij exemplaribus Turdarum legitur pro Turdorum. Quinimo P. Pithæus, qui antiqua ad Perſium commentaria ſuperioribus annis in lucem prodidit, abuſiuè id à poeta factum eſſe ſcribit, authoritate Horatij canentis:

Pone macros arſit, dum Turdos verſat in igni.

Turdones. Turdulus. d in man. Catulli. Turdi Etymum. apud Arnoldum Villanouanum Turdones legitur pro Turdi. Turdus diminutiuum eſt à Turdo, qua voce vtitur etiam alibi *b* Scaliger. Iſidorus Turdelam exponit, quaſi maiorem Turdum, cuius ſtercore viſcum generari putat. Eiuſdem opinionis aſſertor eſt Hermolaus Barbarus, Ornithologus, & Monachi Meſues commentatores. Idem Iſidorus, dum à tarditate Turdos dictos arbitratur, quoniam hyemis confinio ſe ad nos referunt, Ornithologo, & Bellonio aduerſatur, ille enim per onomatopœiam dici ſibi potius videri ſcribit: *c* Hic clarum eſt, inquit, Turdum à colore dici: nam & hodie quando quid cernimus è nigro ad cinereum, aut ſimilem alium colorem vergere, noſtro idiomate choſe grauilee nuncupamus. Sic Bellonius, cui an Ornithologo, an Iſidoro ſubſcribere debeam etiamnum hæſito. Turdum piſcem à colore Turdi auis appellatũ probè noui, & paulò ante id ſcripſi, auem verò à colore dici nunquam alias legi: & reuera Ornithologo me potiùs comitem adiungo; neque interim Iſidori etymum diſplicet. Nunc cæterarum gentium nomenclaturas adſcribamus, Italorum Tordo omnibus Turdis attribui poſſit, quamuis priuatim genus, cuius Ariſtoteles non meminit, ſignificet. In monte Plumbitio, vt audio, Gigenia dicitur. Alia eorum ſynonyma in particularibus Turdorum hiſtorijs trademus. Gallice Turdus, teſte Roberto Stephano dicitur vne Griue, vn Tourd, aut oiſeau de nerte. Bellonius verò Turdos Gallice exponit Griues, Mauuiz, Trasles, & Touretz, ſed Turdum maiorem propriè Griue dici ait minorem Mauuis, & Pilarem media magnitudine Litorne. Hiſpani vocant Tordo, vel Zorzol. Germani, teſte Ornithologo Ziemer. Flandri priuatim een Cramer, nam alioqui commune Belgarum nomen eſt een Lijſter, ſiue Lijſteruoghel: Angli à Feldefare, vel à Feldfare, vel à Filfar: Illyrij Kuuicziela: Poloni Gluch, Iemiolucha.

c lib. 6. de auib. c. 31.

Tordo. Gigenia. Griue. Zorzol. Ziemer.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

a 9. h. c. 20. b l. 2. c. 26. GENERA Turdorum tria eſſe prodidit *a* Ariſtoteles. Primum, atque maximum Picæ magnitudine, quod *b* Athenæus ἰξοβόρον, ideſt, viſciuorum, ſiue viſcedulum appellari ait, Ariſtoteles, vertente Gaza, niſi viſco, atque reſina non veſci ſcribit; Alterum magnitudine Merulæ, quod ſonat acutè, hoc τριχάδα dicunt: Tertium his omnibus minus, minuſque maculis diſtinctum Iliada, ſiue, vt Gaza vertit, Iliacum dicunt alij, vt refert Alexander Myndius: hoc Athenæus gregatim volare ſcribit, & Hirundinum more nidos è luto conſtruere. Recentiores alia præterea genera auium, vt mox patebit, Turdis annumerant. Ornithologus enumeratis tribus Ariſtotelicis generibus: Eſt inſuper, inquit, eiuſdẽ generis, quam aliqui Turdelam, tanquam Latinè nominant, Germani ein Troſtel, præ cæteris muſica. Sed poſt, interpoſitis tribus capitibus Troſtel interpretatur Turdum minorem alterum, cum nempe quem nos ſimpliciter Turdum nuncupamus, cũ alioqui Turdela Turdum maiorem ſignifitet, vt paulò antè innui. Ita pariter *c* Bellonius quatuor eadem genera agnoſcit, & quem Ornithologus minorem alterum vocat, ſecundo nominat loco, viſciuorũ nimirum minorem, & Hermolaus Turdela, inquit, Turdi eſt alterum, quod in Veneta prouincia Drexanos vulgò vocant: in Liguria priſcum nomen obtinent, maiores ſunt Turdo, penna ſubtus varia. Turnerus, eumque ſequuti alij viri docti, Turdi genus minus, & canorum, quod Germanis Troſtel appellari dixi, Turdum pilarem eſſe putarunt. Verùm Turnerus pòſt æditum de auibus librum in ſuis ad Ornithologum literis non hanc amplius auẽ. Germanorũ Krameruogel, mediæ magnitudinis Turdũ (quem prius Collurionẽ eſſe putarat) Turdum pilarem ſe exiſtimare ſcripſit. Idem Turnerus auem Saxonice dictam Brachuogel ex Turdorum genere eſſe vult, figura, & magnitudine non diſſimilem Merulæ, colore fuſco, terreo obſcuro, vt humi ſedens vix agnoſci, & à terræ colore diſcerni poſſit. Quidam Germani hanc Ariſtotelis Collurionem faciunt. Sed Ornithologus nomen Brachuogel vagum, & incertum eſſe ſcribit, quoniam & Arquatæ, & generi cuidam Galliniginis attribua-

Ornithologi error. c lib. 6. de auib. c. 31. Drexanos. Brachuogel. Collurio Ariſtotelis ſecundum quoſdam.

attribuatur, quòd hæ aues in noualibus, & quiescentibus agris immorari soleant. Ijdem Germani Turdorum minimum genus arbitrantur esse auem, quæ Saxonicè Ziepdruschel vocatur figura alioqui, & colore Iliaco Turdo similis. Viuit circa rubos, & versatur, & fructibus eorum, & sambuci baccis delectatur, atque hinc conijciunt esse Batin Aristotelis, quia Βάτος Græcis sit rubus. Alibi quoque auem Merula minorem, maiorem Frangilla, nostro acuto breuibus pedibus Germanicè Klein Zimmer, idest, Turdum paruum nuncupant, & Aristotelis Cyanum, idest, Cæruleum esse arbitrantur: sed nos iudicium nostrum super hac aue hìc adhuc cohibemus, suo id tempore allaturi. Apud Heluetios, teste Ornithologo: Turdi genus exiguum, tertia ferè parte Iliacis minus Yvaldtrostel, vel Klein Trostel, hoc est, Turdum syluestrem, vel minorem vocant. Apud Carinthios auis nuncupata Leymtrostel cognatam esse audio Turdis minoribus, sed pedibus albis. Subaudis Griue Turdis pilaris est, & alia Turdi species paulò nigrior vne Tortue. *Aduenerunt*, inquit *d* Plinius, *bellis Bebriacensibus ciuibus in Italiam auet nouæ* (alias externæ) *quæ adhuc nomen retinent, paulum infra Columnas magnitudine, Turdorum specie, sapore gratæ.* Has aues Perdices minores esse primo huius operis libro asseruimus. In regionibus ad Septentrionem remotis Turdi albi reperiuntur, vt Olaus magnus refert, Ego Turdi capite albo iconem exhibebo, non tanquam diuersus sit, sed quia mirus, & rarus.

Ziepdruschel.
Batis Aristot.
Turdus paruus.
Cyanus Aristot.
Vualdtrostel.
Leymtrostel.
Griue.
Tortue quæ auis.
d Lib. 10. c. 39.
Aues nouæ quæ dicantur Plinio.
Turdi albi.

FORMA. DESCRIPTIO.

GENERA Turdorum, vt ex superioribus liquet, magnitudine potissimum differunt. Sunt tamen nonnulla, quæ simul omnibus conueniunt. Color cinereus eis quodammodo peculiaris, at huic, quàm illi remissior, aut intensior. Omnes per collum inferius, pectus, & ventrem maculis consperguntur: sed non omnibus anni temporibus. Atque hoc dicere voluit *a* Aristoteles interprete Gaza. *Mutat*, inquit, *& Turdus colorem: quippe qui æstate varius* (ποικίλος) *hyeme marino distinctur* (ψαπώς) *spectetur.* Quam versionem Gillius in transferendo Aeliano etiam sequitur: cuius hæc sunt verba: Κιγλη χειμῶνος ἐστι ψαλοτέρα ἰδεῖν θέρους δὲ τὸν αὐχένα ποικίλον ἐπιδείκνυσι: vbi ex Aristotele ψαλωτέρα lego ψαρωτέρα. Sed ex Aristotele cum dicit simpliciter colorem mutare, dubitare quispiam possit, nunquid in toto corpore, vel in aliqua parte tantummodo: nam & *b* Plinius verba Aristotelis traducens de collo priuatim scribit, inquiens. *Turdis color æstate circa collum varius hyeme concolor.* Ego Turdum visciuorum nescio quo anni tempore captum depinxi ad viuum, in quo totius corporis color ita plumbeus euaserat, vt quodammodo ad amethistinum accederet: & videbantur nihilominus in collo maculæ: præterea Turdum nobis vulgò dictum tribus diuersis coloribus, diuersis nimirum temporibus captum, depictum in libris meis asseruo: quare Aristotelem de toto corpore locutum esse certò mihi persuadeo, & Plinium mentem eius non esse assecutum: nunc prosequamur. Rostrum omnibus longiusculum, crassiusculum, rectum: pedes etiam similes figura, at colore non in omnibus eodem. Lingua omnibus lata est, & ad imitandum humanum sermonem non inepta, sicuti omnibus ferè auibus, quas loqui docere solemus: vnde canebat *c* Scaliger.

Turdi quæ simul cõueniant.
a 9. histo. c. 49.
Vt colorem mutare dicantur.
b Lib. 10. c. 29.
Plinij lapsus.
Rostrum.
Pedes.
c In Ata.

Nam bruta pecora, garrulæque aues omnes,
Quæcunque nostros æmulantur accentus,
Linguamque lingua ductili probam fingunt,
Seu Psitaccus, seu Pica, Coruus, aut Turdus,
Merulaque nigra, quæ ore buxeo pippat,
Sturnusque teneras streperus enecans aures.

Habent fortassis, & alia etiam communia, sed hæc in priuatis eorum descriptionibus aperientur. Intestinum appendices non habet, nec gula versus stomachum dilatatur, nec superius ingluuiem habet.

Intestinum

Turdi viſciuorus cum viſco.



LOCVS.

TVRDI aues sunt notissimæ, & nullibi non obuiæ, Pilares tamen, & Iliaci alij sunt rariores, vel saltem in minori copia hic visuntur. Ornithologus pilares ait cæteris ferè in cibi præferri & magis peregrinos esse, vultque Varronem per Turdos aduentitios hoc maximè genus intellexisse. *a* Clemens verò Alexandrinus, Daphnios præ cæteris celebratos fuisse innuit his verbis: *Antiphanes autem Delius medicus, vel vnam hanc dixit esse morborum causam, ciborum varietatem: cum qui veritatem agre ferant, multiplici nescio quà vanagloria frugalem, & moderatum victum abiurent, & transmarinas escas anxiè perquirunt: Ac mihi quidem venit in mentem eorum morbi misereri, ipsos autem non pudet suas decantare delicias, cumque in freto sunt Siculo, muranas anxio, & solito animo perquirant, & Maandri anguillas, & qui in Melo sunt, hados, & qui in Sciatho mugiles, Pilori conchas, & Abidena ostrea, nec Manas, quæ sunt in Lipara, prætermittant, nec bolum Mantinicum, nec betas, quæ sunt apud Aleraos, & pectines exquirant Mechymnaos, & Psettas Atticas, & Turdos Daphnios, & caricas Chelidonias, propter quas in Graciam cum quinquies mille millibus infelix Persa profectus est; Phasides aues, præterea coemant. Attagenas Aegyptias Medicum Pauonem.* Hæc Clemens: quæ vel ideo hic citauimus, vt constat, quo in precio Turdi Daphnij olim haberentur. Verùm quos, vel quare Turdos Daphnios vocet, etiamnum dubitò, eoque maximè cum neminem veterum eos nominare video. Daphnon in primis lauretum est, locus nimirum lauris consitus, & laurorum baccis vesci Turdos verisimile est, sed inde celebrandi meo iudicio non sunt. Quare à Daphne delicioso quodam Syriæ suburbano, & nemoris amœnitate, & vico aquis fontanis irriguo, inclyto, dictos esse conijcio: nam in eo nemore bacciferas arbores, & oliuas fuisse credendum est, quibus egregiè pinguescunt Turdi, vt suo loco dicetur fusius. Aues aduenas esse, & quotannis transmeare in Italiam scriptum reliquit *b* M. Varro, aduolare verò circiter æquinoctium autumnale, & eodem reuolare æquinoctio verno. Atque ita meo iudicio intelligenda sunt istæc Plinij verba: *Turdi, & Turtures trimestres sunt*, hoc est, tribus duntaxat mensibus manent. Sed hæc Bononiæ saltem non vsque adeo vera sunt, nunc enim dum hæc scribo, quarto nimirum idus Maij Turdorum visciuororum pulli in foro prostantes inueni, & quos Turdos vulgò dicimus. Martio etiam mense copioso satis, quoque vænales habentur. Aliàs igitur *c* Plinius abire Merulas, & Turdos in vicina censet, sed plumam non amittere, nec occultari, nisi spe cibi, quo hybernum pabulum petant; itaque Germania hyeme maxima cerni. Ornithologus etiam in Heluetia plerunque præsertim circa Tigurum per hyemes abundare ait. Æstate etiam visuntur, & nidificant in Gallia, & cerasorum maturitate visco capti eduntur, vt refert *d* Ioan. Bruynerius Gallus. Platina in nostris montanis locis, autumno in planis, & collibus ait inueniri, hyeme præterea loca maritima, & iuniperis, & myrtis abundantia etiam apud nos frequentare tradit. *e* D. Ambrosius deniq; de pluribus auium differentijs differens. Turdos eis accenset, quę sub hyemis initium ad nos accedunt. Ex quibus iam satis, superq; constare arbitror, Turdos toto anni tempore apud nos degere, cerniq; cum alioqui *f* Aristoteles hyeme latere Turdos scribat, & vt diximus, Marcus Varro discedere, atq; id ita fieri probet, quòd in propinquis insulis, Pontia, Palmaria, Pandataria, in prima volatura cùm veniunt, morentur paucos dies, requiescendi causa, idemq; faciant cùm ex Italia transmare remaneant. *g* Agricola etiam author inter recentiores grauissimus, ad vicina loca, quæ tepidiora sunt, se conferre prodidit. Quapropter meo iudicio dicendum est, quosdam abire, alios non, & horum alios latere, alios semper conspici. Versantur autem vt inquit Albertus, in glebis agrorum quiescentium.

Turdi aduentitij qui Varroni.
a In pedag. l. 2. in prin.
Morborum causa.
Turdi Daphnij, in quo pretio sint habiti.
Turdi Daphnij qui.
Daphni quid.
Daphne Syriæ suburbanum.
Turdi aues aduenæ.
b Lib. 3. de re rust.
c Lib. 10. c. 24.
Turdi hyeme abundãt.
d Lib. 5. de reci. c. 37.
e L. 5. Hex. cap. 14.
f Lib. 8. hist. c. 3.
g L. de sub.

INGENIVM. CANTVS.

Turdi loqui discunt.

TVRDIS, sicuti anteà annotauimus, lingua lata est, & ad formandum humanum sermonem idonea: Sed ea nihil prodesset, nisi etiam dociles natura effecisset. Antiquitus ab altorib. instruebantur, & cum loqui didicerant, in magno, vt par erat, habeantur pretio. Claudij principis Agrippinã tradidit *h* Plin. Turdum habuisse, qui omnium

h l. 10. cap. 42.

i Exer. 237.

Cardanus reprehēsus

Aues ad loquendum idoneæ.

omnium sermones imitabatur: quod profectò insignem iinguæ promptitudinem demonstrat, quare optimo etiam iure i Scaliger Cardanum redarguit, quoniam Turdos, inter alias, quas recenset, aues dociles non numeret: *Secundum Psitacci docilitatem*, inquit, *Coruum statuisti: inde Merulam, Turdum, Sturnum, Picum, Picamque omisisti. Haud tamen omnes vno loquuntur modo. Quam te decuit explicare subtilitatem. Coruus lingua, & gutture vtitur; itaque difficillimum elementum optimè exprimit. Illud, inquam, quod Demosthenes serò protulit: mihi rarò fit, vt siccè annuncietur. Vnum alebant monachi vicini nostri, qui coquum Conradum nominatim in fame implorabat, adeò exquisitè, vt ab homine vocatum arbitraremur. Ridiculum adscribam. Inuentum librum musicum, quasi notas legeret, passim pertudit. Ad Merulæ, & Turdus tanquam è modulis sermocinatur. Sturnus in sibilo propius accedit ad loquutionem. Etiam elementum illud caninum vibrat optimè. Pica horum omnium tum plurima, tum creberrima, tum explicatissima. Picus minus aptè, & pauciora, & rarius.* Hæc illæ. Verùm cùm peculiaris Turdis ascribatur surditas, adeo vt in prouerbium cesserit, mirum quidem videtur, quomodo ita loqui edoceri potuerit. Nostra autem ætas Turdos, quod noui, loquaces non habet, vel saltem mos ille docendi desijt: nam propter eorum cantum in caueis aluntur propter Græci à Q. Calabro, vt id obiter dicamus, ob dirutum Ilium hilarem victoriam canentes, Turdis post magnas tempestates, natam serenitatem canora voce canentibus comparantur, dum ait: *Græci autem in cachinum soluti, se ad naues receperunt, illustrem cantu victoriam celebrantes, non secus, ac infinitus Turdorum clangor, vbi post exitialem tempestatem serenitas cælo enitescere incipit, ac æther nullo ventorum turbine exagitatur, sic illis apud naues animus gaudio diffundebatur, &c.* Apud Iulium Scaligerum de Turdo optimè canente carmen legitur encomiasticon, quod hic minimè præterire volumus: est autem tale:

Turdi surditas.

Turdi propter cātum aluntur.

Græci Turdis comparati, & cur Scaligeri carmen de Turdo optimè cantante.

Dulci Turdule docte gutturillo
Asperas animi leuare curas,
Cantillans modulos minutiores:
Condito mihi pectoris medullas,
Cantiuncula vt inquietiore
Oblitus veterum miser malorum
Mentis improbus ac quiescat æstus,
Da mi blandula murmurilla mille,
Mille anfractibus implicata; quid sit
Pote eludere vortices Charybdis.
O princeps auium beatiorum,
Quot grato dominum excitant susurro,
Rex nostræ volucellæ vocis almæ
Dulci Turdule docte guturillo.

V O X.

Trutilare.

TRVTILANT Turdi, vt inquit Philomelæ author:

Dum Turdus trutilat, Sturnus tunc pinsitat ore
Sed quod mane canunt, vespere non recolunt.

a In Arca.

Pisces Turdi vocem edentes.

Si verò a Pausaniæ, & Philostrato credimus ea vox Turdis solis propria non erit: nam & pisces quosdam ea vti scribunt. *Aroanius*, inquit ille, *pisces educat cùm alios, tùm eos, qui Pocilia* (credo à coloris varietate) *appellantur. Hos haud absimilem Turdorum auium voci sonum fundere aiunt. Vidi ego sanè pisces tam captos, vocem vero eorum nullam audiui cùm tamen ad solis vsque occasum circa Aroanium commoratus essem, quod eo maximè tempore vocales eos esse pisces dictitant.* Philostratus verò Cyrenæus in Aorno fluuio, qui per Pheneum fluit, pisces ait esse, qui vocem Turdorum similem edant, vocarique varios, dici.

Pisces varij.

VICTVS

VICTVS. SAGINATIO.

QVamuis etiam præter baccas alia deuorent Turdi, bacciuoros tamen eos appellamus, nam his potissimum vescuntur, & cæteris præferunt. Lentisci, & myrti baccas in primis appetunt, quare modernis Græcis Schinopoulli, & myrtopoulli, teste Bellonio, nuncupantur Ornithologus in dissecto Turdi pillaris ventriculo se inuenisse scribit baccas iuniperi, & ossa spinæ albæ fruticis, quam oxyacantham interpretantur, & berberi vulgò dicti granorum semina. In sambuci fructu grana, inquit Ruellius, insunt sesemacea, non ingrata Turdis, Sturnisq; Hederæ baccis etiam non abstinent: in vuas verò maximè grassantur. In summa baccis mirum in modum afficiuntur omnibus, at maximè myrti, quod Baptista Fiera pariter innuit, canens:

Intra omnes Turdus primos sibi iactat honores
Nec sibi odorata gaudet discumbere bacca
Ridet & epastam ficu, & sordentibus vuis,
Sit licet illa gulæ luxu in maiore petita,

Philes myrti comam edere scribit etiam, sed contra fascinationis noxam, vel potiùs id faciunt, vt vult Zoroastres contra blattarum iniuriam. A visco vnum genus priuatim visciuorum à *a* Philosopho nominatum, quòd nimirum eo tantum, & resina vescatur, sed pilares, & iliacos idem in cibum petere constat: quin imo pilaris, non ille, quem visciuorum vocat Philosophus, in multis Italiæ locis maximè in Lombardia viscada vulgò dicitur. Præterea vulgatissimum illud, quod quotidie in omnium ore obseruatur, *Turdus malum sibi cacat.* Turdum generatim nominat, non aliquem priuatim, hoc est, vt Plauti verbis vtar, ipsa sibi auis mortem creat, siue cacat, vt adagiorum author corrigit. Cum scilicet viscum creat, quo postmodum ab aucupibus capitur. Erant sanè in ea opinione veteres, maximè Plinius, & Theophrastus viscum ex semine à Turdo excreto nasci: quamuis Theophrastus Turdos in eiuscemodi generatione non nominet, sed κίττας, idest, interprete Gaza, Picas, facilè tamen apparet corruptum esse eum textum, & pro κίχλα, à typographo positum esse κίττα: nam *b* Plinius, qui eundem, vt apparet locum in suam historiam transtulit, *Viscum,* inquit, *satum nullo modo nascitur, nisi per aluum auium redditum, maximè Palumbis,* (Athenæus habet Oenadis) *& Turdi. Hæc est natura, vt nisi maturatum in ventre auium non proueniat.* In eadem sententia ex recentioribus multi sunt, Ruellius nimirum, multique alij, qui de plantis nostro æuo scripsere. Ego, vt ingenuè loquar, cum à veteribus, tum à recentioribus, semper hac in parte dissensi. Quot enim in arboribus Turdus stercus excernit, & tamen viscum non generatur? Quot in regionibus Turdi non sunt, & tamen visci copia est? Cuscuta alienis nascitur plantis, ab auium excrementis produci quis somniet? Scio disertissimè scribere Theophrastum viscum non nasci aliqua putredine, nec prouenire nisi semine, vbi aues, quæ fructum deuorarunt, excrementum in arbore egesserunt. Scio vnius plantæ ramum innasci sæpe, & succrescere alienæ arbori, & cur id fiat causam eundem afferre Theophrastum, abstrusas rerum naturas perscrutantem, quòd aues arborum fructum comedentes, posteaquè in arboribus considentes excrementa egerant, semenque in cauernas delapsum pluuia irrigatum enascatur, & pullulet. Verùm, vt dixi *d* Theophrastus hac in parte, quod scilicet viscum nisi ab excretis per aluum auium seminibus prouenire credat, vulgus secutus esse videtur; mirumque est, quomodo id credere potuerit. Ne verò solus tantis viris contradicere appaream, *e* Scaligeri viri grauissimi patrocinium adijciam, qui pariter viscum ex arborum vitali excremento, quasi ex semine, portione quadam oriri probat, sicut gallam, non è semine deiecto ab auiculis: quasi verò, inquit, in Palumbis, & Turdi ventriculo nequeat granum concoqui, cùm tamen labruscarum gigarta longè duriora, & grandiora conficiantur, id quod experti sumus, datis Turdo, vuis labruscæ, deinde visci baccis, nullaque horum specie in auis excrementis reperta. Ad hæc extremo autumno comedunt aues acinos, sumis ramis etiam surrectis quibusdam viscum oritur. Quomodo totas hyemes perdurat, neque tantis tempestatibus proluitur. Non enim statim nasci est verisimile. Quare caloris interni fotu in formata visci principia in succo sibi connaturali, ab externo calore adiuta, atque euocata concrescunt, & in plantam adolescunt, quemadmodum cornua ex ossibus animalium educuntur. Ridiculum quoque adijciam, quod prodidit Tragus, Satyria, & orchides nasci videri ex genitura Turdorum, & Merularum. Hallucinatur item insigniter *f* Platina, à Turdis cauendum esse scribens, vbi lampsa-

Turdos cur author bacciuoros vocet.
Schinopoulli.
Myrtopoulli.
Turdi myrti baccis gaudent.
a 9. hist. c. 20.
Viscada quæ Turdus dictus.
Turdus malum sibi cacat.
Theophrastus correctus.
b lib. 16. c. 94.
Turdũ non serere viscum.
Cuscutæ generatio.
c 2. de caus. plãt. c. 23.
Plãtæ aliæ alijs innascuntur.
d lib. 5. de hi. plãt. c. 4
e in comm. c. suprad. & exerc. 168.
Turdi acinos, & visci semina in ventriculo conficiunt.
Tragi opinio de satyriorum ortu explosa.
f l. 5. de iusanis.

Platinæ error. lampsanam, quod Græci, inquit, βράχανα nostri napellum vocant, comedunt. Quid enim sylvestri huic oleri ineſt, quod comedenti noceat? nam hoc βράχανα Hesychio significat, non napellum, vt ille somniat, nec apud alium eam vocem, quod noui reperire est, neque etiam lapsanum, siue potius lampsana aliud est, quàm idem illud olus. Fallum autem ab Arabibus id exaraſſe ipsum apparet, qui Turdum aconito vesci scripserunt, quod napellum etiam dicimus. Sed & ipsi in duplicem errorem inciderunt: nam præterquam quod id falsissimum est, κώνειος, & ἀκόνιτον Græcis, à quibus hoc hauserunt, idem esse putarunt, κώνειον verò cicuta est, Sturnus etiam, non Turdus eam depascitur. Nunc ad Turdorum victum reuertamur. Amant præter baccas, oliuas quoque tanquam gratissimam escam, & ex qua plurimum pinguedinis corpori adijciunt: quod Calphurnius illustris poeta indicat, inquiens:

βραχανα quid.
Lapsanum.
Lapsana.
Arabum error.
Turdi amãt oliuas.

Non sic destructa macrescit Turdus oliua
Vt lycidas domina sine Phillide turbidus erro.

g li.9.Epi. Et *g* Martialis, dum canit:

Si mihi Picena Turdus palleret oliua.

Turdi cur oliuarij dicti. Ideſt, pinguior fieret, & præ pinguedine pallidior, ideſt, magis cæreus euaderet; hinc Turdos ἐλαιογάγους Epicharmus dixit, vt rectè legit Varinus, & ex hoc Dalechampius, qui Monspessulanis Turdos, & Sturnos oliuaiaires, ideſt, oliuarios dici ideo scripsit: nam *h* Athenæi codices impressi non rectè habent ἐλαιοφυλλοφάγους, ideſt, oleæ folijs vescentes. *i* Horatius in laudibus vitæ rusticæ Turdis retia olim solita tradit tendi, ne oliuas deuorarent.

h l.2.c.26.
i In Epod.

Aut amite leui rara tendit retia
Turdis edacibus dolos.

Turdi infectis vorant.
a in bacch.
b in auibus

Fagi etiam glans, teste Plinio ab eis expetitur. Ab infectis etiam non abstinent, quin insigniter in ea sæuiat. *a* Plautus lumbricis inhiare eos innuens, de amatore loquens dicebat:

Nunc ab transenna hic Turdus lumbricum petit.

b Aristophanes, quia culices deuorent, honorandos, laudandosq; esse tradit: nam sic ficus illas non offendere, inquit autem: Si homines colant aues, inter alia ab eis commoda, hoc etiam lucrabuntur.

Ὅτι οἱ κῶνωπες καὶ ψῖνες ἀεὶ τὰς συκᾶς ἐσθίουσι,
Ἀλλ' ἀναλέξει πᾶσας καταρᾶς αὐτὰς ἀγέλη μία τιχλῶν.

Veterũ diligentia in saginandis Turdis. *Ficus eorum non semper deuorabunt culicum genera, sed omnes illos vel vnus Turdorum grex absumet.* In saginandis Turdis quantam diligentiam impenderint veteres, pretia pro ijs soluta indicant, de quibus suprà diximus, *Turdi*, inquit Palladius, *hoc tempore saginantur*, hoc est eo tempore, quo non reperiuntur, vt capi possint, *& voluptatem cibi, & vsum maximum præstant, parcitatis beneficium ministrante luxuria.* Nunc quomodo saginentur, & de loco ad id apto differendum est; qua in re veteres apparet sequendos esse, qui vt erant luxui magis dediti, magis in hoc eloborarunt. *Dicam*, inquit *d* Varro, *quod te malle arbitror Axiæ ornithone, quod* (lego quem) *fructus causa faciunt, vnde nonnullis pingues sumuntur Turdi. Igitur testudo* (vt peristilium tectum tegulis, aut rete) *sit magna, in qua millia aliquot Turdorum, ac Marularum includere possit. Quidam cum eo adijciunt, præter eas aues, alias quoquè, quæ pingues veneunt carè, vt Miliaria, ac Coturnices. In hoc tectum aquam venire oportet per fistulam, & eam potiùs per canales angustas serpere, quæ facilè extergi possint. Si enim latè ibi aqua diffusa, & inquinatur facilius, & bibitur inutilius, & ex eis cauea quæ abundat, & exit per fistulam, facit vt luto aues laborent. Ostium habere humile, & angustum, & potissimum eius generis, quod cochleam appellant, vt solet esse in cauea, in qua tauri pugnare solent. Fenestras raras quas non videantur, extrinsecus arbores, aut aues, quod earum aspectus ac desiderium macrescere facit volucres inclusas. Tantum luminis habere oportet, vt aues videre possint, vbi assidant, vbi cibus, vbi aqua sit. Tectorio tecta esse laui circum ostia, ac fenestras, ne quà intraremus, aliaue quæ bestiæ possit. Circum huius ædificij parietes intrinsecus multos esse palos, vbi aues assidere possint. Præterea & perticas inclinatas ex humo ad parietem, & in eis transuersas alias gradatim modicis internallis annexas ad speciem cancellorum scentcorum, ac theatri. Deorsum in terra esse aquam, quam bibere possint. Cibum esse positas: ea maximè glomerantur exsicij, & farre mixto. Diebus viginti antequam quis tollere velit Turdos, largius dat cibum, & aquæ plus, ponit, & farre subtiliore incipit alere. In hoc tecto caueaque tabulata habeant aliquot ad pertica supplementum. Contra hoc auiarium est aliud minus, in quo qua mortua ibi sunt aues, vt domino numerum reddat, curator seruare solet. Cum opus sunt, ex hoc auiario, vt sumantur idoneæ, excluduntur in minus istiusmodi auiarium, quod est contunctum cum maiore ostio,*

d l. 3. de re rust. c. 3.

Turdarij descriptio.

Cibus.

& lumine

& lumine illustriore, quod seclusorium appellant, Ibi cùm eum numerum habet exclusum, quem sumere vult, omnes occidit. Hoc ideo in seclusorio clam, ne reliqui, si videant, despondeant animum, atque alieno tempore venditori moriantur. Non enim, vt aduenæ volucres faciunt, pullos, vt in agro ciconiæ, in tecto Hirundines, sic aut hic, aut illic Turdi. De eodem loco ita scribebat *e* Columella hunc in modum. *Turdi locum æquè munitum, & apricum, quàm Columbi desiderant, sed in eo transuersæ perticæ perforatis parietibus aduersis aptantur, quibus insidant, cum satiati cibo requiescere volunt. Eæ perticæ non altiùs à terra debent subleuari, quam hominis statura patiatur, vt à stante contingi possint.* *f* Palladius pariter sub Columbario iubet cubicula duo subijci, vnum, quo Turtures claudantur, aliud verò, quod Turdos nutriat, vultque locum esse mundum, & lucidum, & vndique læuigatum: transuersim in eo perticas figi, quibus possint post inclusum volatum sedere: ramos etiam virides sæpe mutare. Collocentur verò circa angulos surculi lauri, alteriusve cuiuspiam arboris, nam hoc iubet *g* Didymus, diligens etiam geoponicus. Præbetur verò hisce maior, quàm alijs auibus opera, & impensa: nam quamuis quidem omni rure, vt Columellæ verbis vtar, pascantur, id tamen salubrius faciunt in eo, in quo capti sunt, & difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caueis clausæ plurimæ despondent: quod faciunt etiam, cùm eodem momento temporis à rete in auiaria coniecti sunt. Itaque ne id accidat, veterani debent intermisceri, qui ab aucupibus in hunc vsum nutriti, quasi allectores sint captiuorum, mœstitiamque eorum mitigant interuolando, sic enim consuescent, & aquam, & cibos appetere feri, si mansuetos id facere viderint. Idem habemus apud *h* Palladium. *Claudantur*, inquit, *illæsi, & recenter capti, mistis aliquibus antè nutritis, quorum societate ad capiendos cibos pauidam noua captiuitatis mœstitudinem consolentur.* Cauendum esse admonet *i* Bellonius, vt cùm aliquem Turdorum pro mensæ vsu ex auiario accipimus, reliquos non reddamus feros, quia præter quam quod ita non pinguescunt, sæpe etiam moriantur. Sed vt de cibis tandem, quò pinguescunt, dicamus, ij, teste Columella, ponuntur ferè partibus his ornithonis, quæ super se perticas non habent, quo mundiores permaneant. Semper autem arida ficus diligenter pinsita, & permista polline, præberi debet, tam largè quidem, vt supersit. Hanc quidam mandunt, & ita obijciunt. Sed ista in maiore numero facere vix expedit: quia nec paruo conducuntur, qui mandant, & ab ijs ipsis aliquantum propter iucunditatem consumitur. Multi varietatem ciborum, ne vnum fastidiant, præbendam putant. Ea est, cùm obijciuntur myrti, & lentisci femina, item oleastri, & hederaceæ baccæ, nec minus arbuti. Ferè enim etiam in agris ab eiusmodi volucribus hæc appetuntur: quę in auiarijs quoque residentium detergent fastidia, faciuntque auidiorem volaturam, quod maximè expedit, nam largiore cibo celerius pinguescit. Semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur, quæ est firmissima esca: nam illa, quæ supra diximus, pulmentariorum vice dantur. *k* Didymus tamen illa ferè repetit, sed ficus, siue caricas aqua perfusas prædicat, maceratasque, immo etiam minutim scissas, farinaque mistas, aut etiam polentæ hederaceæ: milio verò, & panico pinguiores reddi. Aqua sit pura, & limpidissima: vasa, quibus præbetur, non dissimilia gallinarjs. Turunda, inquit M. Antonius Flaminius esca solis cognita.

e l.8.c.10.
f l.1.c.26.
g in geopo.
Cura in enutriẽdis Turdis.
h l.1.c.26.
i lib. 6. de auib. c.31.
Cibus quo pinguescũt.
k In geopo.
Aqua quæ danda.

NIDVS. PARTVS.

IN fabricandis nidis Hirundinum industria potissimùm ab omnibus commendatur, cùm hihilominus Turdi eas hac in parte vincere videantur. Nam si verum est, quod scribit *a* Philosophus, ego enim nidum non vidi, nidum ædificare ex luto Hirundinum more in excelsis arboribus, ita deinceps continuato opere, vt quasi catena quædam nidorum contexta videatur, mirum omnino est, quomodo quod Hirundines ad trabes, vel similia quæque solida faciunt, illi ad arborum ramos, qui plerunque rotundi sunt, & vento concutiuntur, nidos applicare queant. Meminit huius nidi etiam Plinius his verbis: *In cacuminibus arborum luto nidificantes, penè contextim in successu generant.* *b* Bellonius tradit, morem increbuisse (fortè apud Gallos, nam apud nos id, quod noui, non fit) vt vasa collocentur in arborum cacuminibus, in quibus Turdi nidulentur, alioqui, inquit, syluestres more Merularum nidos ex luto conficiunt. Oua decem à conceptu diebus pariunt, & fouent.

a 6. His. c.1
Nidi artificium.
b lib. 6. de auib. c.31.

SYMPA-

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

a l.16.c.74
b Hist. c.1.
Turtur à Merula amatur.
Turdi qui noctuam odere.
Accipitres Turdos capiunt.
Troiani Turdis cōparati.
Aiax Aquila & Accipitri similis.
c l.8.c.31.

PLINIVS *a* Turdos, & Merulas aues amicas eſſe ſcribit: ſed fortaſſis ille locus à Typographis eſt corruptus: nam *b* Ariſtoteles Turturem, non Turdum à Merula amari ſcripſit. Turdus viſciuorus, necnon Iliacus, & fortaſſis etiam alij Noctuam odere, & ea clamante aduolant quidem, vt multæ aliæ volucres, ſed non proximè illam, niſi arbor aliqua propè ſit. Petrus Creſcentienſis Accipitres tradit, neſcio, an ex propria obſeruatione, an alicuius veteris ſcriptoris teſtimonio, vel authoritate, cùm alias aues, tùm maximè Turdos capere. Quintus Calaber antipathiam fortaſſis hanc eandem innuens Troianos acriter primum circum Achillis ab Apolline occiſi corpus dimicantes, ac mox à ſuperueniente Aiace in ſubitam fugam compulſos Turdis, quos ex inopinato adoritur Accipiter, comparat his verbis: *Sic fatus in hoſtes abripiebatur, qui adhuc ob Achillis cadauer prælium turbant, quique vt vidiſſent multos validis manibus animam expirantes, formidarunt, & imbecillibus Vulturibus ſimiles, gradum Siſtere non audebant, quos in fugam egit Aquila omnium auium præſtantiſſima, cum in montibus greges à Lupis deiectos dilacerant, ſic iſtos aliunde & ſaxis, & enſe, & ſua vi diſſipauit temerarius Aiax, qui magna percuſſi formidine bello ſe turmatim ſubduxerunt. Turdus haud diſſimiles, in quos Accipiter irruit, vt deuaſtet; hi tum turmatim alij aliò, pernici curſu feruntur, fuga magnam perniciem propulſantis, &c* Et optimè quidem Turdis eos aſſimilat: amant enim teſte *c* Caſſiodoro, ſui generis denſitatem.

CAPIENDI RATIO.

Quomodo nunc capiantur.
a in Bacc.

MODIS eiuſdem, quibus apud veteres noſtros etiam æuo Turdi Merulæque capiuntur: laqueis nimirum, & retibus. *Tempore hoc*, inquit Palladius, nempe menſe Decembri *per humiles ſyluas, & baccis fœcunda virgulta ad Turdos, & cæteras aues capiendos, laqueos expedire conueniet. Hoc vſque ad Martium menſem tendetur aucupium.* Arcus nunc faciunt exiguos ex vimine, vel alia re flexili, in quorum medio laqueus bacca aliqua prægnans dependet, quem cùm abripere volans cupit Turdus, ſuſpenſus ex illo remanet. Quod verò apud veteres retibus caperentur, teſtis in primis eſt lepidiſſimus, & vetuſtiſſimus, *a* Plautus, dum ait:

Nunc ab tranſenna dic Turdus lumbricum petit,
Pendebat hodiè pulchrè, ita intendi tenus.

Tranſenna quid.
Tenus qd. lib. 5. aduerſ. c.9.
b in Epod.

Allegoria enim iſtæc tracta à tendicula, qua Turdi capiuntur, qua ſcilicet Chryſalus innuit ſenem iam iam ſine dubio literarum lectione captum iri. Eſt autem tranſenna funiculus extenſus, & ex eo apta machinula, quæ adhibetur ad Turdos capiendos: tenus verò pertica, ſeu paxillus, qui tenditur. Turnebus ait, tranſennam vocari funiculum in auium pedicis, atque adeo pedicam totam: eumque funiculum Pollucem dicere vocari Græcis σπαρτίον, neque aliud meo iudicio μακύριον fuerit Heſychio, & Varino νέφελη, vt aiunt, à quibuſdam dictum, retis nimirum genus, quo Turdi capiuntur. Meminit huius capturæ cum retibus nimirua, etiam *b* Horatius, dum ait:

Aut amite leui rara tendit retia
Turdis edacibus dolos.

c in Nemeſi.

Et *c* Horatium, vt apparet imitatus Scaliger:

Magnum arbitratus eſſe momentum viri,
Si leporis, aut odor à latrantum agmina, aut
Fallentis æſtu ſubdolam vulpis fugam
Vrbis relictis munij ſiſtas miſer,
Gruibusvè, edacibusvè Turdis retia
Blandi ſoporis dulce munus auferant.

d li.2.Epi.

d Martialis ſæpius etiam retibus Turdos capi ſcripſit, ac in primis Tongilij cuiuſdam hominis, cui Deus erat venter, gulam notans, qui nimirum, vt bene epularetur, ſe ægrè habere ſimulabat: canit autem:

Vri Tontilius male dicitur hemitrithæo,
Noui hominis fraudes eſurit, atque ſitit.

Subdola

Subdola tenduntur crassos modo retia Turdis,
Hamus, & in mulum mittitur, atque lupum.

Et rursus *e* alibi:

Sed tendit auidis rete subdolum Turdis. *e lib. 3.*

Idem alibi *f* ita habet: *f lib. 10.*

Et qua rara vagos expectant retia Turdos.

Ludouicus *g* Arioſtus pariter agens de Bradamante Atlantem magum cantati anuli virtute à ſe ligatum diſſoluente, à Turdis reti inuolutis, & inde ſe explicantibus comparationem elicit, inquiens: *g Cant. 4. ſtan. 39. Bradamas Atlantem magum ſoluit.*

Sbrigoſſi da la Donna il Mago all'hora,
Come fà ſpeſſo il Tordo da la ragna.

Rurſus *h* Rugerij delicias deſcribens, quibus apud Alcinam fruebatur, Turdos etiam ait cepiſſe, vel laqueis, vel viſco, ſed ipſum audite: *h Cant. 7. ſtan. 12. Rugerius Turdos capit.*

Hor per l'ombroſe valli, e lieti colli
Vanno cacciando le pauroſe lepri,
Hor con ſagaci cani i Fagian folli
Con ſtrepito vſcir fan di ſtoppie, e vepri,
Hor à Tordi lacciuoli, hor viſchi molli
Tendon trà gli odoriferi ginepri,
Hor con hami ineſcati, & hor con reti
Turbano à peſci i grati lor ſecreti.

Stumphius, Heluetiorum regionem, vt circa Tigurum quibuſdam annis Turdis abundare teſtatur: & peritos aucupes fundis in ſublimi aere longo ſpacio (ad iter horæ interdum, aut amplius) aues has proſequi, donec ad deſcenſum coactas retibus, non ſupra hominis ſtaturã erectis cateruatim implicent. Ruſtici, & multi etiam nobiles in noſtro agro autumno maximè, ſclopetis petunt in arboribus vuas deuorantes.

DENOMINATA.

IN Heluetia alicubi, referente Ornithologo, vt circa Claronam, Steintroſtiem, ideſt, Turdelas rupium nominant aues, quæ ab alijs, inquit, Steinrotele dicuntur ab alijs (ni fallor) Blavvogel, ideſt cærulcæ aues, de quibus copiosè in cæruleo à nobis dicetur. Ibidem circa Claronam Vvaſſertroſtlen, ideſt, Turdelæ aquaticæ vocantur aues quædam cruribus oblongis, breuibus roſtris, fidipedes, quæ iuxta aquas degunt: eædem fortè cum Merulis aquaticis. Merulam item torquatam audio in multis Germaniæ regionibus, vt Miſnia, Turingia, Haſſia, nominari ein Meertziſche druſſel, ideſt, Turdum Martium, Menechmus in libro de artificibus author eſt, vt tradit *a* Athenæus opuſculum versibus compoſitum, & attributum Homero titulo Epiciclides, nomen id ſortitum fuiſſe, quòd cùm aliquando Homerus eos verſus caneret, à pueris munus acceperit Cichlas, ideſt Turdos. Κιχλίζειν prouerbio dicebatur, qui pinguibus Coturnicibus, aut Turdis veſcerentur, aut qui riderent laſciue, parumque decore. *b* Homerus ancillas cichlis, ideſt Turdis, & Columbis comparat: illud fortè propter immodeſtum riſum, hoc verò propter libidinem, ad quam Columbam genus procliue eſt: nam & κιχλισμον riſum mollem, & impudicum appellant. Adagiorum author pro Κιχλίζειν Coturniſſare vertit, fortè quia & *b* Ariſtophanis interpres idem verbum traducit pro eo, quod eſt pingues Coturnices, & Turdos eſitare, aut indecore, & immoderatè ridere, ex quo & Varinus, & Suidas id repetunt. Verùm cùm Cichla, Turdum, non Coturnicem ſignificet, Turdari potiùs vertendum fuerat. Varinus κιχλίζειν verbũ vertit pro eo, quòd eſt moueri, & agitari: in qua ſignificatione Ornithologus κιχλίζειν ſcribendum ait: id enim, inquit, Heſychio eſt κινεῖν, σαλεύειν, μοχλεύειν παραζειν: quamquam κιγχίζειν, & κιγχλίσειν apud illum ſcribitur corruptè, vt arbitror. Heſychius, à Cinclo aue, quæ caudã ſubinde mouet, κιγκλίζειν verbũ factũ ait, pro eo quod eſt διασείεσθαι, concuti. Videntur & κιγκλίδες θύραι ab hoc verbo dictæ, quòd circa cardines ſuos moueantur. Et fortè κιγκλισμος (ſic n. rectiùs ſcribi autumo, quam κιγγλισμὸς, vel γιγγλισμὸς) riſus tam vehemens fuerit, qui totum agitet, & concutiat corpus: ſed Κιχλισμον potiùs dixerim à Turdis, q homines ſaturi cibis præſertim delicatioribus ad riſus laſciuos

Steintroſtlem. Steinrotele. Blavvogel vvaſſertroſtlen. Merula torquata. Meertziſchedruſſel. a l. 2. c. 26. Epicichlides verſus. Κιχλίζειν. b Hodiſ. 4 Ancillæ turdis ſimiles. κιχλισμὸς Coturniſſare. c In nub. b. Turdari. κιγκλίδες θύραι. Κιγκλισμοι.

Kitzeren. Κιχλίζειν. Καχλάζειν. Κικλησμός. Κιχλιασμός. Κίγχλιμός. *Onocicle.* *c 7. hiſ. plã. c. 10.* *d l. 7. c. 16.* Κιχληβῶτις. *Turdariũ.*

laſciuos diſſolutiores ſint. Ornithologus Germanos tradit verbum habere non diſſimile Græco Kitzeren nempe, eſſeque eiuſdem ferè ſignificationis Κιχλίζειν, quod & καχλάζειν, inquit Varinus, affatim ridere eſt ἀθρόως γέλᾶν μειδιάν, ridere. In ſumma Κιχλισμὸν riſum interpretantur, at non quemuis: alij enim tenuem, ideſt, tenui voce emiſſum, muliebrem, meretricium; alij contra vehementem, & immoderatum. Sed quoniam alij aliter, & interpretantur, & ſcribunt, ſingulorum verba enarrabo. Κιχλισμὸς ὁ λεπτὸς καὶ ἀπόλαστος γέλος, Suidas. Varinus ſimiliter ſcribens exponit μικρὸν γέλωτα ἢ πολὺν καὶ ἄκοσμον: & rurſus muliebrem riſum. Apud eundem, & Heſychium Κιχλησμὸς per η in penultima riſus vehemens eſt. Item Κικλησμὸς riſus ſimpliciter, ijſdem. Κιχλιασμὸς Clementi Alexandrino riſus muliebris, & meretricius, Κιγχλιμὸς Heſychio, & Varino riſus turpis, & immoderatus, vel laſciuus. Ego ex diuerſis iſtis ſcribendi modis nullum probarim præter vnum Κιχλισμὸς. Onocicle herba compoſito nomine ab aſino, & Turdo, quæ particulatim floreat, memoratur à Theophraſto, & *a* Plinio. Κιχληβῶτις ab Heſychio, & Varino exponitur portulaca herba. A Latinorum Turdus Turdarium eſt, locus, in quo Turdi ſaginantur. *Verba,* inquit Varro, *ex verbis ita declinare ſcribunt, vt verba litteras alia aſſumant, alia mutent, alia commutent (fortè amittant) vt ſit in Turdo, & Turdario, Turdelitio.*

HIEROGLYPHICA.

a lib. 25. in fine. *Hominis propria arte pereũtis ſignum.*

HOMINEM inquit *a* Pierius Valerianus, qui technis, & commentis, conſilijſve, & artibus proprijs eluſus male perierit, & vti dicitur, in laqueos, quos tetenderat, inciderit, oſtendere qui volunt, Turdum viſcatæ implicitum virgulæ pingunt: quandoquidem, vt inquit Plautus *ipſa ſibi auis mortem cacat*: viſcum enim non prouenit, ait Plinius, niſi maturatum in ventre, ac redditum per auium aluum, maximè Palumbium, & Turdorum. Apud Irenæum legas quid huic rei ſimile de ijs, qui in eligendo ſibi malo ſunt procliuiores, & aduerſa mox, quæ in ſeipſis contrahunt, Deo imputant, cùm nihil aliud ſit, indurare cor Pharaonis, & excęcare oculos populis apud Deum, quàm gratiam ſuam, quæ ſe largè volentibus infundit, à prauè, & iniquè agentibus auertere. Nam ſimulat quis Deum dereliquit, quæ bona ſunt, aſpernatus, amiſſa ſpiritus gratia, omnibus inde afficitur incommodis, viam rectam non videt, & contumacem ſe opponit ad admonitiones, nullo pollet animi ſenſu, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Ita dicimus eum à Deo excæcari, & obdurari, quemadmodum ſolem occidentem receſſu à nobis facere, cùm alioqui nihil à Deo niſi bonum emanet, quemadmodum à Sole ſemper lumen, & calor. Hæc ille. Sed eiuſcemodi hieroglyphicum non probo, nam Turdus, vt ſupra demonſtraui, viſcum non ſeminat. Scribit præterea Turdum ſurditatis inditium eſſe: quia omnium auium eſt plurimùm incommodo laborare Turdum, manifeſtum habeatur.

Surditatis hieroglyphicum.

APOPHTEGMA.

Ceſtij faceta reſpõſio. *a l. de dict. & fact.*

CVM aliquando orans Plautius exclamaret in quadam controuerſia à Ceſtio elatis petebat ſupercilijs; quia de cauſa cyathus vitreus terræ illiſus ſubitò rumpatur: non item ſpongia? Luculentet, & lepidè reſpondit Ceſtius, cur volant Turdi, di, non item pepones? Refert hoc apophtegma *a* Ludouicus Guicciardinus.

EMBLEMA.

a Emb. 104.

ANDREÆ *a* Alciati emblema cum lemmate: QVI ALTA CONTEMPLANTVR CADERE.

Dum Turdos viſco, pedica dum fallit Alaudas
Et iacta altiuolam figit arundo Gruem
Dipſada non prudens auceps pede perculit: vltrix
Illa mali emiſſum virus ab ore iacit.
Sic obit extento, qui ſidera reſpicit arcu,
Securus fati, quod iacet ante pedes.

Verùm

Verùm eiuscemodi epigramma vix huc pertinet, desumptum autem est ex epigrammatibus Græcis, estque *b* Antipatri Sidonij, qui & ipse argumentum sumpsit ex fabulis Aesopi: item Græcè ψῆρα habet, idest, Sturnum, vt etiam Fernandus Sanctius Francisci, qui ad Andreæ Alciati emblemata commentatus est, frater transtulit; *b Lib. 3.*

Qui prius, & Sturnum matura messe fugabam,
Pascentem q́ auidè semina nostra Gruem,
Excutiens torto saxum de verbere fundæ
Arcebam innumeras Alcimenes volucres.
Cùm me lethalis talos propè dipsas amaram
Inspirans bilem faucibus interimit.
En ego qui summum speculatus sum aera cladem
Non animaduerti, quæ fuit ante pedes.

PROVERBIA.

ΚΩΦΟΤΕΡΟΣ κίχλης, hoc est, surdior Turdo. Zenodotus ex Eubuli Dionysio citat, describens huic aui surditatem peculiarem, cùm sit, inquit author adagiorũ, loquacissima, vel prouerbio teste (ego non de Turdi, sed Trygonis, idest Turturis loquacitate prouerbium legisse memini) vnde concinnè dici putat in eos, qui perpetuò blaterantes ipsi non auscultant, quid vicissim ab alijs dicatur, quod vitium in multis licet deprehendere. Suidas, & Varinus apud eundem Eubulum aiunt, non surdior legi, sed ἀφωνότερος Κίχλης, idest, *magis mutus, quàm* Turdus. Aliud est adagium vulgatissimum, *Turdus sibi malum cacat*, in eos dici solitum, qui sibi ipsis ministrarent exitium. *a* Plautus, vt tradit *b* Polydorus Vergilius, illud etiam prouerbialiter protulit. *Nunc è transenna hic Turdus lumbricum petit.* Nam quia Turdus niuali præsertim tempore fame affectus è transenna, hoc est laqueo lumbricũ petens facilè capitur, hinc prouerbio locum dedit in valdè auaros, qui immensa habendi cupiditate affecti, nimiumque auidi omnis discriminis immemores, ob quamuis paruæ rei acquirendæ causam sese ita periculis temere exponunt, vt de ijs eleganter dicamus. Turdus è transenna lumbricum petit. Potest generatim ad omnes torqueri, qui quoduis negocium vtile, sed periculosum tentant: ad quem sensum alibi dicebat idem *c* Plautus: *O Gryppe Gryppe in ante hominum plurima sunt transenna, vbi decipiuntur dolis, atque adepol in eas plerunque esca imponitur, quam si quis auidus poscit escam, auariter decipitur in transenna auaritia eius.*

a In Barc.
b L. Adag. 254.
c In Rudẽ.

PRÆSAGIA. AVGVRIA.

TVrdorum greges, qui non rari, & sparsi, sed turmatim volitent, aliqui imminentis pestilentiæ præsagium faciunt.

VSVS IN EXTERNIS.

M. VARRO, inquit Plinius, principatum dat ad agros lætificandos Turdorum (& Merularum) fimo ex auiarijs: quod etiam pabulo, boum, suumque magnificat, neque alio cibo celeriùs pinguescere asseuerat. Varro autem ita habet: *Ad agrum stercorandum præstare arbitror stercus ex auiarijs Turdorum, & Merularum, quod non solum ad agrum vtile, sed etiam ad cibum ita bubus, & suibus, vt fiant pingues, itaque qui auiaria conducunt, si caueat dominus stercus, vt in fundo maneat, minoris conducunt, quàm ij, quibus id accedit.*

Stercoris Turdorum vsus.

MEDICA.

MORIS, inquit [a] Bellonius, eſſe cœpit Turdos myrtorum baccis farcire, aſſoſq; ita ventris profluuio laborantibus exhibere. Verùm antiquiſſimus ille vſus eſt; nam [b] Plinius etiam atteſtatur, Turdum inaſſatum cum myrti baccis dyſentericis mederi. Et [c] alibi Turdos ediſſe ſcribit cum baccis myrti prodeſſe vrinæ. Ab Alexandro Benedicto laudantur tempore peſtis in cibo macerati aceto. Antonius Gainerius Coturnicis, vel Turdi pulueres aduerſus Napellum commendat, deceptus nimirum ab interpretibus Arabum, & ijs, qui Napellum, aconitum, & cicutam ferè confundunt, cum Sturnos, non Turdos conio, ideſt, cicuta paſci veteres teſtentur.

[a] Lib. 6. de anib. c. 31.
[b] l. 30. c. 7.
[c] l. 30. c. 8.
Antonij Gainerij error.

VSVS IN CIBIS.

HIERONYMVS [a] Mercurialis, qui idem eſt inter doctos, quod Sol inter Sidera, multi, inquit, mirati ſunt, in eamque venerunt ſententiam, vt veteres tanquam gulæ indoctos damnarent: ſed ſi rem hanc exactiùs conſiderare volumus, profectò apparebit haudquaquam male eos iudicaſſe. Nam quantam nutriendis, pinguefaciendiſque Turdis maiorem operam impenderent, M. Varro, & Columella poſteris teſtatum fecerunt, vbi præter alia innumera circa Turdos ſtudia in cibum illis quotidianum offas ex ficis, & farina aliàs craſſiore, & aliàs ſubtiliore confarctas, necnon milium cum aqua copioſa, & clara præbuiſſe monſtrant, vt hac ratione perſuaſum cuique eſſe poſſit, aues ſimilibus cibis, alijſque curis enutritas, iucundiſſimas euaſiſſe, adeò quod ſinguli Turdi ternis denarijs iure emptitari potuerint, quemadmodũ interdum tempore ſuo Varro, quotidie ætate ſua factum ſcribit Columella. Atque temporibus noſtris Turdorum ſaginandorum cùm nullus curam gerat, qualeſue capiuntur, in coquinas mittantur, neceſſum eſt eam in ipſis manducandis ſuauitatem minus percipi. Illud ſanè de Turdis non parua admiratione me affecit, quomodo [b] Galenus eos, & Paſſerculos duriores eſſe concocto Perdicibus, Attagenis, Columbis, Gallis, Phaſianis, & Gallinis dicat, quem locum aliquo mendo ſcatere poſſet quis ſuſpicari, niſi eadem verba apud Oribaſium, & Actium notata haberentur. Cur autem hoc admiret, potiſſimùm in cauſa eſt, quod & alibi ex [c] Galeno colligitur, quæcunque magis nutriunt, debere difficiliùs (datis cæteris paribus) à calore naturali confici: vnde ſi Turdis, & Paſſeribus magis Perdices, Gallinæ, & Phaſiani nutriunt, ſuntque (vt loquitur [d] Celſus) materiæ firmioris, par eſt quoque difficiliùs concoqui: iam verò Phaſianos, quos quantum ad coctionem, ac nutriendi vim ſpectat, Gallinis pares, edendi verò ſuauitate ſuperiores facit Galenus, ſolis vaporibus à culinarum magiſtris ob maiorem gulæ ſuauitatem coqui conſueuiſſe apud D. Hieronymũ [e] obſeruaui. Is enim ſacerdotis munera typicè enarrans, ſic eum depingit debere eſſe domum ſuam benè regentem, non vt opes augeat, non vt regias paret epulas, non vt celatas patinas ſtruat, non vt Phaſides aues lentis laboribus coquat, qui ad oſſa perueniant, & ſuperficiem carnis non diſſoluant artifici temperamento. Hoc etiam pacto ſolere fructus coqui pro valetudinarijs, [f] vbi examinat ſcripta Apollonij ad capitis dolorem ebrietate, & [g] Alex. Trallianus. Hæc omnia Mercurialis deliciæ noſtræ, Turdi eſum, vt audiuiſtis, plurimum commendans, vt profectò quiſque ſani iudicij vir facere debet: nam & ipſe Galenus [h] alibi Turdos laudatis adnumerat cibarijs, & quæ neque tenuem, neque craſſum ſuccum gignunt. Baptiſta Fiera pinguem Merulam Turdo præfert; ambo (inquit) ſiſtunt, ſed Turdus calidior eſt, & grauius redolet, ab aucupe tamen laqueo, vel reti captũ non minus, quam Merulam probat. Ego Turdus ſemper prætulerim. [i] Alexan. ab Alex. Græcis ſcribit oua cum Turdis, & Leporinis carnibus, ac mellitis placentis ſecundæ menſæ frequentiùs data eſſe. Athenæus verò dipnoſophiſta Turdorum, aliarumq; auium turmas, atque *greges in propinationibus* (vel, vt habet [k] Dalechampius, propomatibus) hoc eſt in primis cænæ ferculis fuiſſe teſtatur, citatque hunc Teleclidis verſiculum:

Turdi cum ametiſcis ſuibus adulabant,

ideſt, vt interpretatur idem Dalechampius, cum placentulis, quæ & ipſe prima fercula ſunt, quemadmodum etiam oua, quibuſcum appoſitos fuiſſe ille tradit, quod vel ex communi

[a] L. 3. var. lect. c. 3.
Mercurialis de Turdorum bonitate iudicium.
Cur Turdi nũc ita nõ ſint delicati, vt olim.
[b] Lib. 3.
[c] L. 7. Met.
[d] l. 2. c. 18.
[e] In epiſt. ad Ocean. 63.
[f] Lib. 2. de comp. med.
[g] l. 12. c. de tertiana.
[h] l. de cib. boni, & mali ſucci.
[i] L. 3. gent. dier. c. 26.
Qua menſa exhibiti.
[k] In marg. Alben.

communi dicterio notum est, *ab ouis vsque ad mala, Turdos, Merulas, &c. assabis*, inquit Platina. Hæ quoque aues, si elixantur cum pipere, & saluia non insuaues videbuntur. Et rursus in Turdo: *Vbi Turdum assaueris eo modo, quo conuenit, amygdalas bene tusas, saleque inspersas, cum agresta, & insculo miscebis, modicumque zinziberis, & cinnamomi insperges. Mixta hæc omnia per cribrum setaceum in cacabum transmittes. Vbi modicum ebullierint in ellam, in quam Turdos assos reposueris, infundes. Sunt item, qui satius dicunt in assos Turdos, vel malarantia exprimere, vel aromata dulcia inspergere.* Pectora Turdorum in patinam Apicianam conijciuntur. De pastilis è pullastris verba *l* Balthassaris Stendelij requos non vltra horam coqui, iubet. Apitius *m* alibi titulum habet: Iura in diuersis auibus, Turdis, Ficedulis, Pauone, Phasiano, Anfere; sed in contextu nullius harum auium priuatim mentio fit, præterquam Anseris. Porcellus dimidia parte assus, & dimidia elixus apud *n* Athenæum farctus erat Turdis, & ventriculis Gallinaceis. Item antea dixerat, porcum assum appositum fuisse Turdis, & Ficedulis farctum. Ornithologus iecur ouis integrum ab aliquibus diligenter cum medulla panis ait contundi, & per linteum, vel cilicium transmitti, deinde aromatibus ad saporem, coloremque commendandum inspersis modicè feruefieri, & Turdos in iure carnium elixos, ac modicè frixos imponi.

Præparatio.

l Li. 4. c. 1. *Pastilli è Turdis.*

m L. 6. c. 5. *Porcellus Turdi plenus.*

n Li. 9. c. 2.

DE TVRDIS IN SPECIE, & primum de Turdo Viſciuoro. Cap. II.

OMmunis præceptor *a* Aristoteles Turdorum genera recenses ἰξοβόρον, ideſt, viſciuorum primo nominat loco: quare nos pariter eum alijs præferimus, multaque quæ in genere de Turdis scripsimus, huic priuatim competunt: sed vel propter magnitudinem saltem cæteris præferendus erat. Est enim omnibus maior.

a 9. hist. ca. 20. *Ordinis ratio.*

SYNONYMA.

HOC Turdi genus, vt dixi Aristoteles: Ἰξοβόρον, Athenæus ἰξοφάγον appellat. Arbitrabatur enim Philosophus, nam id apertè præcitato loco tradit, nisi viſco, atque ceſina veſci, Latini Turdum viſciuorum dicunt, Græcum nimirum nomen transferentes. *b* Isidorus, ni fallor, Turdelam: *nam Turdela*, ait, *quasi maior Turdus dicitur, cuius stercore viscum generari putatur.* Monachi quoq; Mesues commentatores Turdelam Turdo maiorem esse scribunt. Item *c* Hermolaus Barbarus, qui hanc dictionem per ll duplicatum scribit. *Turdela*, inquit, *Turdi genus alterum est* (non alterum Aristotelis, sed simpliciter diuersum) *quod in Veneta prouincia Drexanes vulgo nominat: in Liguria priscum nomen retinent, maiores Turdo sunt penna subtus varia.* Ornithologus etiam ab Italis Dresso nuncupari scribit: nobis verò Bononiensibus Columbina dicitur. Apud Gallos, teste *d* Bellonio vne Griue, sed pro diuersitate regionum, & ciuitatum nomen immutat. Apud Sabaudos enim, vt sibi scriptum ab amico suo quodam refert Ornithologus, Griue Sisalle Turdus maior est, colore Columbino, rostro Merulæ, nidum faciens ex musco in pariete, oua quaterna patiens. Parisienses, cùm deberent, inqnit Bellonius vocare Turdorum maximum, dicunt Calandram, sed hallucinantur. Lugdunenses dicunt Cisere, eodem teste, ait denique à Gallis Coridalum dici. Germani à Visco denominant ein Mistler, in Helvetia Mistelfinck, alibi Ziering, Carinthijs Zerrer, Bauaris Scherrer. *e* Iulius Alexandrinus Germanis, quia plerunque iuniperi baccas vorat, Cronabet appellari ait, Italis verò Gardennam. Gybertus Longolius, qui circa Coloniam in Germania vixit: Primum, inquit, Turdi genus, quod Picæ magnitudine est, nondum, quod sciam, conspexi. Anglicè dicitur à Poluer: Illyricè Prskavvecz, Turcicè Garatauk.

b L. 12. c. 7. *In corollario.* *Drexanes.* *Dresso.* *Columbina.* *d* L. 6. cap. 31. *Griue Sisalle.* *Calandra.* *Cisere.* *e* Li. 13. *salub.* c. 8.

DESCRIPTIO.

Magnitudo. TVRDVS viscivorus noster, inquit Ornithologus, maior est cæteris Turdis, paulò infra Columbam (hinc fortè Bononiensibus Aucupibus Columbina dicitur) capite, alis, & ventre fuscus, plumis tamen iuxta caudam. Aliquid flaui admixtum apparet. Cutim intra rostrum pallidus, & subruber colores mixti tingunt. Pedes digitiq; flauescunt, præsertim posteriore neruo tibiarum. Vngues, & rostrum nigricant. Collum parte prona. Venterque totus nigris punctis in albicantibus plumis, alicubi flauis variant. Plumæ sub alis candidæ sunt. [a] Bellonius breuiter etiam describit hoc modo: Iam signa daturi Turdi viscivori maioris, Turdo pilari maiorem esse dicimus. Aristoteles assimilat eum Picæ, & verum est, colorem non seruare, vti pariter obseruauit Aristoteles. Plerumq; verò in suprema capitis parte, & colli magis plumbeo colore maculatur, quàm Turdus Pilaris. Extremitates plumarum alarum, & caudæ, quæ longiuscula est, albo colore circumducuntur. Pedes, & crura habet alba ad flauum, siue lutcum vergentia. Hæc ille. Ego semel hunc Turdum obseruari, & depingi curaui ad viuum adeo pallescentem maximè in cauda, & alarum remigibus, vt penè albesceret, capite verò, & tergore, & alis supernis esset cinereus omnino. Turdi viscivori iconem habes folio 582.

Color.

Pedes.

a Lib. 6. de anib. c. 31.

LOCVS. NIDVS.

VISCIVOROS Turdos etiam si Philosophus discedere scribat, nullo nihilominus non tempore apud nos visuntur. [a] Bellonius arbores magis cauare, nidumq; maiori cum industria conficere scribit. Nidificat, inquit Ornithologus in nostris regionibus.

a Lib. 6. de auib. c. 31.

VICTVS.

ARISTOTELES nisi viscо, atq; resina vesci scribit: constat tamen, & alias baccas arborum, fruticumq; deuorare, atq; in primis iuniperi. Bellonius præcitato loco æstate ait viscum abietis depasci, hyeme verò semina visci fructiferarum arborum. Vuis quoq;, & ligustri baccis inhiat. Cicuratur etiam, & pascitur omni genere ciborum, pane, caseo, &c. Turdos huius generis singulos, singulas (quod mirum est) visci feraces arbores occupare aiunt, & semper proximè eas versari, neq; admittere alios, sed persequi, & depellere: quod eorum ingenium etiam in causa est, vt facilè capiantur.

Turdus alius alium pellit.

PRÆSAGIVM.

ORNITHOLOGVS se à rusticis quibusdam accepisse, tradit, si Turdus viscivorus circa finem hyemis in cacumine alicuius arboris insidens, & supra arborem eminens cantillet, hyemis diutius duraturæ signum esse: si verò in medio arboris considat, ita vt non appareat, aut ægrè æstatem propinquam significari.

CAPIENDI RATIO.

AVCVPIS caueam, cui auis vna huius generis sit inclusa, & reti obtecta, vt conspici possit è sublimi, cum decipula superstructa, ad arborem aliquam viscum ferentem vnco ligneo prælongo suspendunt, mox Turdus ferus conspecto incluso, impetu in illum delapsus, vt de arbore sua depellat, decipulæ operculo cadente capitur, & sic deinceps ad arbores multas caueam eandem suspendunt. Eiusmodi capiendi modus in Italia, quod sciam ex vsu non est. Vtuntur etiam aucupes hoc Turdo ad capiendos Accipitres attegia, amiti imposito. Nam cùm Accipitrem viderit, exclamat,

VSVS

VSVS IN CIBIS.

BEllonius a hoc Turdi genus cæteros saporis gratia vincere; contra verò Ornithologus apud suos minoris pretij esse refert, minusq; in cibis lautum haberi, quàm soleat pilaris. a L.c.31.

DE TVRDO PILARI.

Cap. III.

SYNONYMA.

ALTERVM Turdi genus Aristoteli, & Athenæo τριχάς appellatur. Gaza Latinè transtulit pilaris Turdus: sed Grapaldus eiusmodi nomen vulgare, siue à vulgò confictum existimauit, at sic non est, præfertur, inquit, Turdorum genus quoddam reliquis maiusculum, pectore albo nigricantibus maculis, quod Merulæ magnitudine per hyemem iuniperi baccis enutritum, præsertim montana mittere sub pilaris nomine consueuerunt: sic ille. Ego pilaris nomen non vulgare esse, puto, sed Latinum à Gaza confictum, vt Græcum τριχάς exprimeret. τρίχα enim Græci pilum dicunt. Scribit autem Gaza pilarem per I simplex. Cur verò à pillis hoc Turdi genus nomen habuerit, non video: suspicari autem possimus nomen hoc illi per onomatopœiam à Græcis inditũ fuisse. Nunquid verò etiam Grapaldus, auem, quam nos pro Turdo pilari depingimus pro pilari accipiat, Subdubito, Turdus enim pilaris pectus album non habet; neque id de eo veteres scripserunt. Augustinus Niphus rusticè apud suos dici scribit Schironem, atq; huiusce nominis etymum adducit, quia hoc auis genus corpus, & rostrum acutum habeat: sed multis hoc alijs auibus etiam conuenit, quas tamen nemo, ne ille quidem Schirones nuncupat. In alijs Italiæ locis præcipuè in Lombardia Viscada nuncupatur, quod visco vescatur, quamuis reuera à Turdo visciuoro Aristotelis, nimirum de quo præcedenti egimus capite, diuersus existat: vtrunq; autem genus visco delectatur. Gallicè, teste a Bellonio dicitur Litorne. Germani, vt scribit Ornitologus appellant krameruogel, vel, (vt alij scribunt) krameszuogel, kranvvituogel, Heluetij, priuatim Reckolteruogel, alij Vvachholteruogel, Vvecholbterziemmer: nam Ziemer, teste Ornithologo, Turdorum commune nomen est.

τριχάς. Grapaldi error. Etymum. Schiron. Viscada. Litorne. a L.6.c.34.

DESCRIPTIO.

HOC Turdi genus exactissimè cùm à Bellonio, tum ab Ornithologo descriptum est, quare & nos eorum allata descriptione, acquiescemus. Nonnulli, inquit a Bellonius, hoc Turdi genus confundunt cum eo, quod Calandra cognominatur. (Turdum visciuorum maiorem ita di i ibi scripserat) Turdo visciuoro maiore aliquantulum minus est, maius Iliaco, Merulæ compar. Obseruaui nonnunquam pro Merula fœmina venundari: eiquè similis videretur, nisi per pectus flaueſceret transcurrentibus maculis nigris, ventreq; candicaret. Crura pedesq; nigrescunt, aliter ac in Turdis maioribus, & minoribus, quibus flauescunt, & albescunt. Capite, collo, & sub vropygio cinereus est, dorsum castaneum, cauda subnigra ferè vt in Merula. Sex priores alarum suarum pennæ longè magis nigricant, quam reliquæ subsequentes, quæ ad russum, aut castaneum accedunt. Rostrum habet diuisum, breuius verò quàm in Merula, in extremitate nigricans. Minus maculatur, quam Grue (Turdus visciuorus maior) præterquam in duabus pectoris partibus, plumisque laterum: nam sub alis omnino candicat, & quia minor est, ideo etiam rarius venditur, quàm visciuorus maior, & minus in cibo etiam commendatur. Hucusque ille. Ornithologus verò sic describebat Turdum, inquit, pilarem nostrum curiosiùs olim conspectum his verbis descripsi. Rostrum ei subflauum in extremo nigricat. Tota ferè magnitudine, & figura est Merulæ. Os etiam intrinsecus, & linguam

a Lib.6. de auib. c.34. Magnitudo. Color. Pedes. Rostrum. Rostrum. Os.

flauus

Gèllum. *Dorſum.* *Cauda.* *Collum.* *Pectus.* *Ala.* *Vngues.*

flauus color, ſed dilutior, quam in Merulis pingit. Collum pronum cinereum eſt, vt etiam caput, ſed nigris maculis aſperſum. Dorſum charopum, ſeu ruffum obſcurè, & per medias pennullas nigricans. Pars circa vropygium rurſus cinereis plumis obtegitur. Caudam pennæ nigræ conſtituunt. Collum ſupinum, & pectus varia ſunt: nam flaueſcentes in eas plumas nigrę diſtinguunt maculæ. Alę interiores albę ſunt. Latera etiam intra alas (ſub alis) in extremitate plumarum albicant, inde lineis ruffis diſtinguuntur: intima parte latius nigreſcunt. Plumæ ventris albæ. Vngues digitiq; pedum nigricant. Pennæ alarum partim nigricant, partim ruſſo colore, vt dorſi minores præſertim, & breuiores, apparent. Sexus in hoc genere non facilè diſtinguitur.

Turdus Pilaris cum hedera.



LOCVS. VOX. VOLATVS.

TVRNERVS Anglus apud suos Turdum pilarem nunquam, aut rarò videri scribit in æstate, hyeme verò tantam esse copiam, vt nullius auis sit maior. Apud Heluetios, vt refert Ornithologus postremò aduenit. De hoc priuatim tradit a Aristoteles, quod acutè sonet, ac quamuis colorem immutet, vocem non variet. Volat 10gregatim, & inter volandum obstreperus est. a 9. hist. 20.

VICTVS.

HOC Turdi genus baccis oblectatur, præcipuè iuniperi, vnde & nominatur à Germanis, teste Ornithologo, & in vulgari apud illos ænigmate quæritur, quæ sit auis, quæ pabulo trimo pascatur. Iuniperi enim baccæ tertio demum anno matureſcere creduntur. Ille in huius Turdi ventriculo dissecto sese repetisse ait iuniperi baccas, & ossa spinæ albæ fruticis, quam oxyacantham vocant, & berberi vulgò 20dicti granorum semina. Aquifoliæ arboris, sorbi minimæ, similiumque etiam arborum baccis vescitur. Ænygma de Turdo pilari.

DE TVRDO ILLADE, siue Tylade. Cap. IV.

SYNONYMA.

30

TERTIVM Turdorum genus a Philosophus ἰλλάδα quibusdam dici scribit. Gaza Iliacum vertit, sed ab Hermolao taxatur, quod non Illada, sed Iliada legerit, quare, inquit, commodiùs Illadicum conuertisset, sed Athenæus eriam ἰλιάδα habet, & Alexandrum Myndium pro ἰλλας τολὰς scribendum arbitrari asserit. Italicè appellatur, vt Nipho placet. Maluicius, nempè Maluizzo, alibi, vt Ornithologus se audiuisse scribit, Cion, vel Cipper, vt circa lacum Verbanum, Gallicè, teste b Bellonio, vn Manuuis. Apud Cenomanos verò Touret voce correspondente diminutiuè nomini d'vn Tours. Germanicè ein vvinsel, vel vvintze apud Tigurinos à voce sua, vt scribit Ornithologus. Claronæ, quæ 40pariter Heluetiæ vrbs est, Bergtrostel, quasi Turdus montanus; alibi Boemerle, Bomerlin Beemerzr emer, vel Behemle, quasi Bohemica auis, vel Turdulus Bohemicus, quod in Bohemia nidificare dicatur. Scribit tamē Ornithologus sese ab aucupe quodam accepisse auem Behemle aliam esse à Vvensola Heluetiorum, sed similem: alibi Vvyntrostel, ideſt, Turdus vinearum, fortè quod vuis pascatur, & Rottrostel, ideſt, Turdus ruber, ad differentiam alterius Turdi minoris, quem illi Trostel simpliciter, alij Vvysztrostel, ideſt, Turdum album vocant. Circa Coloniam ein Bitter, in Saxonia Vueindruschel, Vveingartuogel. Circa Basileam per onomatopæiam Gixerle. a 9. hi. ca. 20. Τυλὰς. Maluizzo. Maunis. b l. 6. c. 33. Touret. Vvinsel. Behemica auis.

DESCRIPTIO.

50

VVINSELA nostra, inquit Ornithologus, per totum dorsum fusca est. Pectus ei varij coloris: medius venter albicat: rubet vtrinque, vt etiam pars sub alis. Interiora oris penitus flaueſcunt. Denique similis est tum specie, tum magnitudine illi, quam Trostel nominamus. Sic ille. Quæ descriptio exactè meæ aui, quam depictam exhibeo, respondet: sed minus, quàm alij Turdi, vt etiam a Aristoteles animaduertit, maculata est, maculæque longæ sunt minores. Depingit, describitque eundem hunc Turdum b Bellonius his ferè verbis: Turdus iliacus similis est Turdo viſciuoro minori, sed tenuior, & magis flaueſcens, & parte prona, maximè circa flexiones alarum Color. a L. 9. hist. cap. 20. b li. de aui. cap. 34.

alarum ad colorem aurantij mali accedens, & per collum maculatus, pennæ capitis, & dorſi è caſtaneo ad cinereum acceduut: roſtrum, crura, pedeſque colore Turdi viſciuori maioris: venter, vt in Turdo pilari albus eſt, contrà ac in alijs duobus, quibus is maculis variegatus eſt. Cauda, atque alæ ſunt caſtaneæ.

Turdus minor cum olea ſylueſtri.



LOCVS. NIDVS.

ORNITHOLOGVS aues esse ait peregrinas, neque apud suos nidificare, sed vt se audiuisse tradit, in Bohemia, vel Vngaria. Aduolare verò apud suos initio hyemis per quatordecim ferè dies ante Turdos pilares: circa Pascha recedere. Racemis victitant, vinciſquè, teste Bellonio, multum damni inferunt. Turdus Iliacus, inquit Gybertus Longolius, qui reliquis minor est, & gregatim plerumque victitat, in dumetis, & inter humiliores syluas, iuniperos, aquifolias degit: cui vulgus Germanicum (circa Coloniam) ab amaritudine nomen indidit ein Bitter. Ornithologus in dissecti vētriculo Nouembri mense reperit baccas spinæ albæ, quam oxyacantham dicimus. *Victus.* *Batter.*

CAPIENDI RATIO.

IDEM Ornithologus laqueis capi scribit, sed difficiliùs, quam pilares: nam si laqueus, inquit, sit albus, remouent, vt transgrediantur. Quia vero vuis inhiant, plurimi, teste *a* Bellonio, tempore vindemiarum diuersimodè capiuntur, & præcipuè instrumento, quod à suis Bret appellatur. Fit autem id in modum sibili, nam absque Vlula, inquit, parum præstari: capi verò etiam visco in media æstate, item in ipso volatu, & multis alijs modis, sed quos breuitatis gratia subticet. *a l.6.c.33.* *Bret, quid Gallis.*

DE TVRDO SIMPLICITER dicto. Cap. V.

SYNONYMA.

ARISTOTELES eiuscemodi Turdi genus non videtur agnouisse, nam trium tantummodo meminit, quæ scilicet iam antè descripsimus. Bellonius hunc Turdum primo *a* Aristotelis Turdo annumerat, Turdum viſciuorum minorem appellans, nimirum Griue petite. Nos appellamus simpliciter Tordo. Ornithologus Gallis ait dici vn Trasle, Germani vocant Troſtel, quod nomen ab Italico Turdela factum videri potest, quæ Turdus Viſciuorus maior est. Alij aliter Germanicum illud nomen scribunt, & efferunt: Gyb. Longolius, qui Coloniæ scripsit Droeſſel. Turnerus, qui ibidem Durſtel. Hieronymus Tragus Troſſel, Murmellius Truſel: nonnulli Sangdruſchel, ideſt, Turdum muſicum, ad differentiam Turdi Iliaci superioris: alij Vvſztroſtel, ideſt, Turdum album, quod non admodum nisi colore quarundam partium differant. Angli à Troſſel, aut à Mauuis, teste Turnero; sed nos Maluiccium vocamus Turdum minorem rubrum, de quo postremo loco egimus, & Galli eundem Mauuis, alij à Thruſche, quod nomen tamen primo, & maximo Turdorum generi adscribit. Illyrij, & Poloni Drozd. *a l.6.c.32.* *Griue petite.* *Trasle.* *Troſtel.* *Turdus muſicus.*

FORMA. DESCRIPTIO.

ARISTOTELES generatim Turdos considerans, eos, tradit, colorem immutare: atque hoc quoque huic Turdo conuenit. Auis est varia, & maculosa: Magnitudo, & species huic generi ex inspectione nostra, inquit Ornithologus, eadem ferè, quæ Turdo minori proximè descripto. Crura albicant, (hic quoque color variat, nam ex ijs, quos ego depictos habeo, vbi pedes crocei sunt.) Pectus, ventrem, & latera puncta nigra insigniunt. Venter alioqui candidus est, & caudæ etiam pars supina in minoribus pennis. Pectus subflauo, & ruffo colore, in vnum commixtis. Idem sub *Colorem mutat.* *Magnitudo.* *Crura.* *Pectus.* *Venter.*

Ala. ſub alis color merus,& abſq; maculis in minoribus pennis eſt. Tota pars prona vna ferè, & ſimplici colore, nẽpe fuſco. Alæ fuſco ruſſum miſcuerũt, & maculas ſubflauas habent. Sexus, vt audio, nõ facilè diſcernitur, niſi cãtu. Hucuſq; ille. Huic generi propriũ eſſe appa-

Oculi. ret, vt circũ oculos maculetur: nã quatuor,quos ignarus priùs colorẽ immutare taquã diuerſos depinxi, tres erãt ita maculati: quarto enim caput totũ ferè erat candidũ, cuius hic ſeparatim picturã exhibeo. Prior à me in libris meis ad viuũ depictus iam allatæ ex Orni-

Turdus ſimpliciter dictus cum olea ſatiua.



thologo descriptioni ex æquo respondet, nisi quod pedes haberet, vt dixi penè croceos, & alis tergore, & cauda supina magis russescerent. Alteri pedes candicabant, rostrum erat flauum, oculos albos, eaque maximè macula, subrotunda ambiebat, cætera magis pallescebant. Tertio rostrum erat nigrum, color ex cinereo ad album vergebat, maculæ in collo, pectore, ventreq; vix erant conspicuæ. Oculos huic macula non circundabat: erant tamen in medio duarum albarum: quarum vna prope rostrum erat, altera ferè in ceruice. Quarto, quem delineatum damus, vertex capitis omnino erat candidus, cætera primo simillimus, nisi quod pedes minus lutescerent.

Turdus leucocephalos cum iunipero.



DE MERVLIS.
Cap. VI.

Ordinis ratio.

MERVLARVM genus, quia cum Turdis in omnibus fermè conuenit, ijs subiungendum omninò erat. In cantu Turdis nihil cedit: humanum sermonẽ æquè docetur. Victu eodem fere vtitur. Ijsdem in stabularijs Romæ alebatur: non minus, quàm illi in cibo commendatur; quin sunt qui Merulas præferant, quamuis reuera præferendæ non sint. Quæ hoc capite generatim scribemus, priuatim priori Aristotelis Merularum generi exactè conueniunt.

ÆQVIVOCA.

Brenthus. a 9. hist. c.

BRENTHVS perperam ab Hesychio, & Varino exponitur Cossyphos, id est, Merula: nam aquaticam auem esse ex *a* Aristotele facilè colligitur, qui cũ Laro, & Harpa dissidere scribit, quoniam omnes è mari victũ petunt, quamuis apud eundem Aristotelem *b* alibi, vbi Græcè βρενθος legitur, Gaza Brenthus verterit, quam auem Philosophus montes, & syluas colere scribit, esseq; ei victum probum, & sonoram vocem. *c* Pausanias Tanagræ duo Gallinaceorum genera esse scribit, vnum pugnax, alterum Merulæ nomine insigne, magnitudine Lydas Gallinas æquans, colore Coruino, à quo nimirum, teste Hermolao, nomen Merulæ obtinuit. Syluatico Sosofigius auis Merula est, verùm ea vox à Græco σοσσυφος, quod Matacillam sonat, corrupta est. Græci autem, & piscem κοσσυφον appellant, ita pariter Latinis Merula auem, & piscem significat. Peritiores Galliæ piscatores, teste *d* Rondoletio, hunc piscem Merle vocant, Romani Merlo: nonnulli perperam Turdum, Lippius, & Isidorus Merulum, quod Merulæ auis instar niger appareat. Piscis est saxatilis, & boni, laudatique succi. Merula item Plinio Liguriæ fluuius est, Iustiniano, & Leandro Meira dictus (vnde, vt audio promontorium propè quod allabitur, vulgo Capo delle Meire à Liguribus dicitur) Nigro Contà teste Abrahamo Hortelio, nisi pro Centa, quod arbitror, Conta errore Typographi legatur. *e* Blondus enim Liguriam describens, Centam vocari asserit: Ornithologus Centenã, & nominis etymũ adferunt, quia centenis amnibus augeatur. *Albinga*, inquit Blondus, *abluit latus Merula fluuius Centa appellatus, quid Centenis torrentibus augeatur.* Cur verò eo nomine gaudeat ille amnis, nemo tradit; quid si ab aquæ nigredine dictum conijciamus? Nam & Meruleus, vt post dicemus, Plauto color niger est, & alterum Tanagræorum Gallorũ ab eodem Merularũ colore Cossyphos Pausaniæ appellatur, idest, Merula, siue Meruleus. Inuenio etiam apud Sigismũdum *f* Baronem alium eiusdem nominis fluuium, de quo ita meminit. Ab oriente meridiem versus reflectendo, circa Mœotidis Paludes, & Pontum ad fluuium Cupa, qui paludes influit, Aphgasi populi sunt, quo loco vsque ad Merula fluuium (ita habet) qui Pontum illabitur, montes occurrunt, quos Circassi, seu Ciki incolũt. *g* Vitruuio verò loquenti de ctesibicis machinis, quæ altissimè aquam extollunt: Merulæ sunt de genere hydracularum, quibus reddebantur voces humanarum imitatrices, & cantus auium effectrices, sicuti exponit Gulielmus Philandes Castilonius, Vitruuij Scholiastes. Nobis denique Italis Merula indigite voce summitatem tectorum, ædiumue significat, eamque vocem Latinam fecit *h* Sanazarius hoc versu:

Quinque rigens Merulæ nomine gaudet opex.

b 9. hi. ca. 11.
c In Boet. Gallinacei Merula dicta.
Merula piscis.
d l. 6. de piscib. c. 5.
Merula fluuius.
Capo delle Meire vnde dictus.
Conta.
Centa.
e In Ligu.
Centena.
Meruleus color.
f In cõuer. Musæo.
g l. 10. c. 12.
Merula machina.
Merula pro summitate.
h lib. 3. eleg.

SYNONYMA.

AGRÆCORVM Cossyphos corrupta videntur hæc Syluatici nomina Merulã ipsi significantia, Cesefos, Cassifos, kepsos. Pro Archi nescio qua lingua Merulam auem etiam transfert. Hæc quoque barbara sunt, & ex qua lingua ab ipso excepta sint, ignoro, Alfia, Merulus, Echus, idem item Edulchus, & Etbida pro Merula, quas posteriores voces corruptas conijcio ab Æthyia Græcorum, quæ Latinè Mergum sonant, non Merulam, vt ille somniat. Apud Albertum Fastozoz, vel Farrakoz, & Cokoylos, Folkynos, Chricos, & Focoton omnia leguntur pro Merula, quæ Aristoteli, cæterisque Græcis κοσσυφος dicitur, & κόττυφος, teste Hermolao Barbaro. Κοψιχος Hesychio, & Varino, Suidæ Κίσσυφος per iota in penultima, quod non probo: Alibi etiam Κίψυχος pro aue accipi ait, κόσσυφος verò pro pisce, sed quemadmodum huius nullum habet authorem, ita etiam, ipsemet proximè scripserat κόψυχος pro pisce accipi, quamuis & id verũ non sit: nam vt suprà diximus Κίσσυφος & piscem, & auem significat. Eustathius etiam Κόψιχος habet, sed communiùs, inquit, dicitur κοσσυφος. Hodie Græcis Merula κοττυφός dicitur. Latini Classici scriptores fœminino genere tantùm efferunt, recentiores, & author Philomelæ, nonnulliq; alij etiam masculino Merulum dicunt, & Itali Merlo. *a* Varro Merulam, quasi meram dici vult, id est vti ipse exponit, solam volantem, quam tamen etymologiam, vt superstitiosam, & plus iusto curiosam ridet *b* Fabius Quintilianus, ita Varonem vellicans: *sed hunc tanti fuit vertere, quia sola volat quasi mera volans nominaretur.* Isidorus verò etymũ Varronis repetẽs, id nõ videtur improbare, sed antiquitus Merulã Medulam dictam fuisse scribit, eò quòd moduletur. Festus pariter Varroni subscribit, inquiens *Merũ solum antiquis: vnde & auis Merula, quod solitaria est, & solitaria pascitur.* Merulam à nigro colore, quo prędita est nõnulli, referẽte Ornithologo Nigrettũ appellarũt, sed ea vox, quod sciam, Latina nõ est. Italis, vt dixi Merlo dicitur, Hispanis Mierla, Lusitanis Melroa, Gallis Melre, Germanis superioribus Amsel, circa Coloniam Merl, Flandricè in nõnullis locis Merlaer aut Meerel, Hollandis primatim, vt ait Ornithologus, een Lyster: Anglice à Balak osel, à Blak byrd. Illyricè Kos, quæ dictio à Græcorum Cossyphos detorta videri potest, Turcicè Ecluck.

Cossyphos.
Cassifos.
Kepsos.
Archia.
Aethya.
Mergus.
Etymum.
a Lib. 4. de ling. Lat.
b L. 1. c. 10
Nigrettus.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

ARISTOTELES *a* duo Merularum genera recenset, nigrum vnum, idque vulgare, candidum alterum, quod circa Cylenam Arcadiæ tantum nascatur. Si itaque peculiaris illius loci natura sit Merulas producere candidas, quod pro altero genere ponit Aristoteles, diuersum à primo non erit: color enim non variat speciem, maximè cùm & magnitudine, & voce simile vtrunque genus esse dicat. Verùm quod nullibi alias candidas Merulas nasci tradit, idq; *b* Plinius ceuratum repetit; id meo iudicio vsque adeo verum non est. In Nouergia enim, teste Gyb. Longolio, etiam candicant, & Io. Carus, eodem referente albas Merulas in nouo orbe, in quem cum Hispanis nauigauit, se vidisse asserit: & ego pariter Merulam aliquando à Cardinale Paleoto mihi Roma missam totam candidam, exceptis rostro, & pedibus, quæ flauescebant, delineatam ob oculos ponam: Sed vt ad veteres reuertamur, *c* M. Varro non pro diuersa specie, sed pro re quadam noua, aut rara habuisse videtur, inquiens: *Gallinæ rusticæ in ornatibus publicis solent poni cum Psittacis, & Merulis albis, item aliis id genus rebus inusitatis.* Agnouit tamen Aristoteles etiam aliud Merularum genus siquidem prędicto loco ait. *Et etiam ex hoc genere quæ similis nigræ sit, sed fusca colore & magnitudine paulò minor. Versari hæc in saxis, & tectis solita est, nec rostrum rutilum, vt Merula habet.* Ornithologus quærit, an hoc genus sit, quod multi Passerẽ solitariũ vocant, vel illud Merulę genus, quod nõnulli viri docti Germanicè interpretantur, Birckamsel, id est, Merulam montanam: huius ex illo descriptionem post suo loco dabimus. Nævius apud Festum Merulæ meminit sandaraci no colore, sed huiusmodi color rostro Merulæ tantùm cõpetit: quare diuersa species non est. Obseruari tamen Merulam nescio quo tempore captam, quæ tota ex flauo ad castaneũ vergeret, mutato, vt puto priore colore. Albertus alibi, vbi *d* Aristot. Caprimulgum

a 9. hist. ca. 19.
Merulæ cãdidæ vbi.
b l. 10. ca. 30.
c L. 3. de re rust. c. 9.
Passer solitarius.
Birckamsel.
d 9. hist. c. 30.

mulgum Merulæ quo ad magnitudinem confert, *eſt*, inquit, *Merularum genus quoddam, quod Caprimulgus vocatur*, cùm Caprimulgus alioqui auis ſit nocturna, de qua ſcilicet in libro de nocturnis auibus priuatim egimus.

FORMA. DESCRIPTIO.

Magnitudo. 9. Hiſt. c. 19.

ARISTOTELES, citante Athenæo, Turdum Trichada, ſiue pilarem Merulæ æqualem facit: verum in codicibus, quos nunc habemus, Ariſtotelis, id non reperias: conuenit tamen ea magnitudo Merulæ communi, nempe nigræ, quam primo loco nominata ab Ariſtot. hic depingimus. Quod ad colorem pertinent, is quidem niger eſt, quare nigrum colorem Merulæum.

Merula mas cum myrtacantha.



dicebat facetissimus ſ Plautus, ſed hyeme, teſte Ariſtot. Plinioq; ruſſus euadit. Quàm huic depingimus, legitimã Ariſtotelis Merulam, primo, vt dixi, loco vominetam eſſe remur, nam nigra eſt, & vulgaris, roſtrumq; habet rutilum, quemadmodum de ſua prodidit ille: Albertus Merulæ roſtrum, & pedes coloris tribuit crocei, mea verò Merula pedes habet atertimos, quas tamen ex hoc planè genere poſt fœminam depictas dabo, omnes pedes habebãt luteos. Quemadmodùm verò plumarum colorem mutant, pro temporis diuerſitate, ita pariter roſtrum colorẽ eandem nõ ſeruat, ſed eum pro auium ætate immutant: nam id anniculis, teſte Plinio in cbur transfiguratur, at maribus duntaxat. Eodem modo forte in pedibus euenit: Sextus in hoc genere manifeſtam differentiam conſtituit. Fœmina enim vt mas atra non eſt, ſed fuſca tantummodo. Roſtrum etiam vt in illo rutilum non eſt, ſed inferiùs tantũ luteſcit ſupra enim planè fuſceſcit: præterea gula, pectuſq; totum ex albicante, & fuſceſcente coloribus maculantur. Priori icon maris eſt, altera fœminæ.

Merula fœmina cum ilice æquifolia.



Merula leucocephalos, ciuſque forma.

Tertio loco depicta haud dubio ex eodem genere, Merula leucocephalos dici poteſt, nam caput præter tres maculas oblongas nigras, quæ retro oculos conſpiciuntur, prorſus candidum eſt, pedes luſceſcunt, cauda, & venter aterrimo colore, vti pariter pectus, atque alæ, ſed quæ albo maculantur, aliquot etiam ex pennis remigibus prorſus candidæ ſunt, roſtrum, & oculorum iris lutea.

Merula leucocephalos cum phylirea anguſti folia.



Quas quarto, & quintò loco depingimus, ex albo, & nigro sunt maculatæ, mas minus, fœmina magis: nigredo verò in fœmina longè minus, quam in mare intenditur.

Merula alba, & nigra mas cum mytto laurea maxima.



Cauda vtrique tota nigra mari roſtrum, & pedes rutili intensè admodum: fœminæ pallidè flaueſcunt.

Merula alba, & nigra fœmina cum Phylirea Narbonenſi.



Vltimo loco depicta tota candida est, excepto rostro, quod rutilum est, & pedibus, qui lutescunt.

Merula candida cum oxycedro.



LOCVS.

MERVLA, inquit Albertus, versantur in locis densis confitis arboribus, & spinetis, & in fissuris lapidum. Sed [a] Aristoteles hæc de Trochilo tantùm, non de Merula scripsit. Agit certè Merula eisdem in locis, in quibus Turdus, atque eiusdem ferè naturæ est: mutat enim, vt ille, locum: *Abeunt, & Merulæ*, inquit [b] Plinius, *Turdique & Sturni simili modo in vicina, sed hi plumam non amittunt, nec occultantur, nisi sepibus* (alias nisi spe cibi) *quo hybernum pabulum petunt*: quæ apud [c] Platinam sic leguntur. Occultantur hæc animalia sepibus, ibiquè hyberno tempore pabulum quærunt. Aristoteles etiam hyeme latere scripsit has aues, & alias de eisdem sic habet: *Quædam cum æstate degant in syluis, hyeme demigrant in finitimos locos apricos, montium recessus secutæ, sicuti Sturni, Turdi, Merulæ.* Idem ferè ait Georgius Agricola angustis montium angulis quandoque latere Merulã scribens, Parasitus tamen quidã in Aristophõtis Pythagorista apud Athenæum inter alia de se iactitat, si algor subdio perpetiendum sit, se Copsichon.1. Merulam esse.

[a] 9.h.c.11

[b] L.6. 24.

[c] Lib.6. de san. 9 hi.c.16.

VOX. CANTVS.

IO. [a] Antonius Pantheus Veronensis fringulcire de Merularum voce vsurpat. Apud veteres, quod sciam nullum verbum, quod vocis earum proprium sit, reperire est, nam ceu canoras tantùm eas celebrant, & etiamnum cantui educantur. *Cantu*, inquit Aelianus, *Merula valent*, Author verò de natura rerum non suauiter tantùm canere ait, sed vocis quoque amœnitate se ipsas oblectare: Laudat item cantum Philomelæ author:

Et merulus modulans, tam pulchris concinit odis,
Nocte ruente tamen carmina nulla canit.

Albertus author est Merulam quãdam olim adeo excelluisse in nouem vocum modis, quibus omnis cantilena componitur, exprimendis, vt nullus hominum perfectè illam imitari potuerit; eamq; quasi ostentantem sæpè in præsentia hominũ nouem ordine voces effermasse. Vt verò diutius & suauiùs cantent, carnibus pascendæ sunt, nã idẽ Albertus testatur clausas ergastulis propter pinguedinẽ diutiùs cantare, & tunc contra naturã carnibus vesci, & propter eas libentiùs canere. Verũ non semper cantant, sunt enim ex genere earũ auiũ, quæ vocẽ mutantiimo mutescere Merulas tradit [b] Aristoteles, ita enim in Græco cõtextu legitur, nempè τὴν φωνὴν ἴσχει, Gaza autem nõ rectè vertit, vocem reddit diuersam. Aues quædam, inquit Philosophus, per anni tempora tum colorem, tum vocem mutant, vt Merula, quæ nigra ruffescit, & vocem cohibet. Canit enim æstate, per hyemem verò strepitat, & tumultuantem edit vocem. Græcè legitur ἐν μὲν γὰρ τοῖς θέρεσι, τὴν δὲ χειμῶνος παταγεῖ καὶ φθέγγεται θορυβώδης, Gaza istęc quoque parum rectè transtulit, ita; strepitat enim per hyemem, cum per æstatem tumultuans cãtet. Vere verò cantare, ni fallor, incipiunt: nam & hoc indicare videtur Theocritus, dum canit:

Εἰαρινοὶ δὲ λιγυφώνοισιν ἀοιδαῖς
Κόσσυφοι ἀχεῦσιν, ποικιλότραυλα μέλη.
Verna autem stridulis cantibus
Merula modulantur varie sonora carmina.

In cõfab. prima diei. Merula cãtu valent.

Merula mirus cantus.

Vt suauius cantet.

[a] In cõfab. prima diei. Merula cãtu valent.

[b] 9. hist. c. 49.

INGENIVM. MORES.

MERVLÆ veluti sibi ipsis medicæ lauri folia teste Plinio, annuum fastidium purgant. Sed ingenij earum acumen ex hoc magis manifestatur, quod humanum sermonem imitentur. [a] Philostratus de quodam adolescente prodidit, quod Merulas docuerit humanum sermonem imitari. In quo pariter Turdi naturam sapit: immo [b] Iulius Scaliger author est Merulam, & Turdum tanquam è modulis sermocinari. Neuter verò æque ac Psittacus verba formas

[a] L.7. in vita Apoll.

[b] Exer. 237. Merula quam Psittacus imperfectus loquitur.

consona, quòd & rostrum, & linguam eis formandis minus habeant idonea. Psittaco enim rostrum aduncum, & latum, lingua latissima, & humanæ ferè similis, his rostrum rectum, & angustum, lingua stricta, quare tria hæc elementa d, t, r. raro aut fortè nunquã exprimunt, Psittacus optimè, neque id mirum, cùm eadem edentuli homines, nã & in his addentes loquelæ formatæ reflectio non fit, vt in Psittaco, cui aduncitas rostri dentiũ loco est, vel non, vel malè admodum exprimant. Quod ad mores, & naturam Merularum attinet, amant sese lauare, vt scribit author de natura rerum, & plumas rostro purgant. Plinius eas inter eas recensct aues, qeæ saliunt. Solas volare aiunt, vnde etymũ Varro, & Festus deduxerunt: quare etiam nonnulli hominem solitariũ, qui aliorum aduersatur comertia, denotare volẽtes, Merulam depingunt.

Mores Natura.

Hominis solitarij typus.

VICTVS. SAGINA.

TVRDOS *in victu quoque Merulæ referunt Myrtis, Lauro, & Cipresso consitis nemoribus gaudent, teste Oppiano, vt nimirum earum baccis vescantur. Caucis inclusæ, vt ex Alberto supra diximus, contra naturam carnes comedunt. Pomis sorborum, & orni, sambucique acinis etiam vescuntur. In depictis à nobis Merulis aliquot plantæ, quæ ipsis in cibum cedunt adiectæ sunt, nimirum oxycedrus Dalechampij, ilex aquifolia eiusdem, myrtachanta, philirea, angustifolia, myrtus laurea maxima, myrtus exotica Plinij, area Theophrasti effigie alni. Aristoteles verò Merulam scribit eisdem vesci, quibus Collurio. Quod sanè verum est, si Collurio, vt Turnerus, & Ornithologus volunt. Turdela (sic Turdum simpliciter dictum vocant, & huius non meminit Aristoteles) est: nos quid de Collurione sentiamus, libro quinto scripsimus. Edunt denique etiam Merulæ vermes, & locustas. Quomodo clausæ saginentur, in Turdo fusiùs adductis etiam veterum geoponicorum verbis, docuimus.* a M. Varro ornitrophion accuratissimè depingens. Intra rete, inquit, aues sunt omne genus, maximè cantatrices, vt Lusciniæ, ac Merulæ, quibus aqua ministratur per caniculum, cibus obijcitur sub rete: sed hoc ad saginandi orationem nihil facit.

Collurio, quæ auis.

a l. 3. de re rust.

NIDVS. PARTVS.

NIDVM durum, & quasi glutino quodam firmatum construere Merulam scribit Ornithologus. Ego anno superiori, nempe 1598. sub finem Iunij allatum, & in cespitibus spinosis propè terrã repertum ab aucupe mihi eiuscemodi nidum diligenter consideraui, atque hunc fermè in modum descripsi. Figura erit hæmispherica, oblongiuscula tamen, substantia firma, solidaque circunferentiã duorum dodrantum. Canus erat ad modum scutellæ; & cum summa arte constructus ex surculis, ramulisque exilibus, & fibrosis radiculis inter se luto, quod glutinis loco erat, connexis. Intus materia mollior, vt nempe molliùs cubarent fœtus, luti nihil. Parit Merula a Philosopho teste, bis anno; sed eius primi partus pereunt frigore hyberno: omnium namque auium prima hæc parit: posteriorem autem partum educat, & fæliciter ducit ad finem. Sic ille. Oppianus ante exactam hyemem fœtificare scribit. Ornithologus apud suos, ideſt, Heluetios, ferè Martio, vel Aprili. Sed quot pariat, nemo annotat. In nido mihi ab aucupe allato quinque inerant pulli, quorum alij, vt ex colore vel intenso, vel remisso iudicaui, mares, alij fœminæ erant. b Io. Langius Persarum magos tradit ex saluia sub fimo putrefacta, dũ Sol, & Luna secundam Solis faciem occupãt, auem Merulæ similem procreasse, cuius adustæ cinere lampade insperso domus serpentibus referta videbatur. Idem in suis mirabilibus, recensct c Gaudentius Merula, vbi de Leone sidere agit, & modum docet; quomodo autem ita procreemus. In facie Leonis, inquit, prima Luna constituta saluiam contusam, si in vitreum vas indideris, & orificio Hermetis sigillo obtuso in fimo caballino sepelieris, & intra lunarem circulum enatum Merulæ simile animal reperies. Meminit huiusce Merulæ pariter Marsilius Ficinus. Ego verò eiuscemodi generatione non credo.

Nidi descriptio.

Partus.

a li. 5. hist. ca. 13.

b In epist. med. 34.

Merulæ similis auis mirus ortus.

c li. 2. c. de Leone.

SYMPATHIA.

Antipathia.

PLINIVS a Turdos, & Merulas inuicem amicos esse scribit. Sed locum hunc in Turdo, ex Aristotele correximus, qui Turtures cum ijs amicos esse asserit, non Turdos. Rubeculam appellant quandam auiculam à rubente pectore, de qua in hoc opere postea suo agemus loco, hanc se audisse ait Ornithologus Merulam amare eamque sequi, & noctu ferè iuxta Merulam, aut in proxima arbore conquiescere. Verùm quemadmodum hasce binas auiculas habet amicas Merula: ita cõtra inimicas binas alias, aduersus quas illæ Merulam non defendant, Crecem nimirum, quam moribus pugnacibus esse b Philosophus author est, & Noctuam: Crex, inquit ille, *Merulam impugnat, necet enim ipsi, pulliſque.* Noctuæ verò nonnulli ita intensam esse volunt, vt quotiescunque clamantem audiat, ex templo ad illam velut illatam sibi iniuriam vindicatura, aduolet. Sed fortè hoc postremum non ita mirum videatur, vt occulto odio ascribamus innato. Hoc verò omnino mirandum est, vel saltem nulla eius ratio naturalis assignari potest, scilicet cur mali punici grano, vt testatur c Aelianus, pereat, quo alioqui cętera animãtia impunè vescantur, præter Circum, Larum, Turturem, Vultures, & Scopes, vt Gyllus addit, quæ aues eodem deuorato, vt idem Aelianus prodit, intereunt.

a l. 10. cap. 74.

Rubecula Merulam amat.

Crex Merulam impugnat.

b 9. hi. c. 7.

Merula volat ad clamorem Noctuæ.

Merula mali punici grano perit

c l. 6. c. 46. de anim.

CAPIENDI RATIO.

MERVLAS, inquit a Oppianus, & canoras Luscinias capere licebit laqueo inter densa fruteta collocato, quem bini orbes constituant sub intortis sinibus retis latentes, & marinis retibus, quæ ὑποχάς vocant similes. Intenduntur etiam longissimi nerui bubuli posita in medio virga, à neruis funiculus, & laqueus suspenduntur. Ad hęc esca imponitur vermiculus aliquis, aut lumbricus, qua inescata auis illaqueatur, & omnibus illis, quæ ad capturam destinata erant, circumactis detinetur. Cæterùm in Merulas alium etiã captionis modum adolescentes excogitarunt. Scrobem hyeme fodiunt, cùm auis maximè cibi inops est, & oliuæ, aut Lauri baccam inijciunt, ac propè testæ fragmentum, vel lateris ponunt; scrobi item paxillum inserunt, quo testas binas intendunt. Apponitur, & altera auis laqueo ligata. Sic omnino Merula famelica aduolabit, & scrobem subibit. Hæc ille. Retibus verò etiam olim capi solitas esse vero verius est, & ab eiusmodi capiendi modo b Horatius comparationem detorquet in ambitiosus poetas, qui scilicet etiam (cùm errant) laudari cupiunt:

a In Exeu.

b In art. poet.

Cõparatio.

Hic dum sublimes versus ructatur, & errat,
Si veluti Merulis intentus decidit auceps
In puteum, foueamque.

Quasi dicat, si intentus auceps Merulis capiendis sursum aspicit, & foueam sibi proximam non attendens, incidit in eam, ita malus poeta dum superbit, & nimis laudari appetit, incidit in foueam reprehensionis publicæ. Apud Nermannos Galliæ populos, referente c Io. Bruyero, vbi frequens hęc auis est, in sepibus noctu ad ignis splendorem retibus extensis capitur.

Malus poeta etiam errãs vult laudari.

c li. 5. c. 40.

COGNOMINATA.

CORNELII cognomento Merulæ memini in Pauone ex a M. Varrone adductis etiam eius verbis facetissimis. Erat autem consulari familia ortus. Hic cum flamen dialis esset, Mario, & Cinna priori bello ciuili vrbem hostiliter ingredientibus, & in omnes, qui à Scyllæ partibus stabant sæuientibus etiam occisus scissatam venarum cruore Iouis oculos aspersisse legitur. b Cornelius Tacitus neminem duobus, & septuaginta annis post huius Merulæ cædem in flammi-

a lib. de re rust. c. 2.

Cornelius Merula à Gallis occisus.

b li. 3. ann.

nem

nem dialem suffectum fuisse author est. Quem locum Taciti annotans c Iustus Lipsius veteris historiæ peritissimus. Constat, inquit, ratio. Nam Merula interfectus anno vrbis 668. Suffectus flamen nouus ab Augusto, anno vrbis 764. c In com.

Nostro æuo Georgius Merula floruit Alexandrinus, vir vtriusque linguæ doctus: sed in quem Philippus Beroaldus sæpè inuehitur.

DENOMINATA.

AVIS quædam, teste Ornithologo Brachuogel, Brachamsel appellatur, ideſt, Merula noualium, quod in noualibus agris ferè degat, & circa loca paluſtria, roſtro, & cruribus oblongis, corporis reliqui ſpecie, vel magnitudine non diſſimilis, vt arbitratur Merulæ. Eſt autem, ni fallor Gallinaginis ſpecies. Caryocatacten auem Ornithologo dictam Lacus Verbani accolæ Italico ſermone Merle alpadie, id eſt, Merulam Alpinam nominant. Galbula, ſiue Icterus, ſiue Picus nidum ſuſpendens, ſiue, vt recentiores vocant, Oriolus, Brabandis vulgò, vt in eius hiſtoria ſcripſi, Goutmeerl, hoc eſt, aureæ Merulæ, vel Olimeerl, id eſt, oliuæ Merula appellatur. *Brachuogel. Brachamſel. Caryocatacte. Merle alpadie. Coutmeer. Olimeerl.*

A Merula Plautus adiectiuum deduxit Meruleus, quo vtitur, vt dixi, pro colore nigro: nam Anthemonidem adoleſcentem ita verberaturum amicam ſuam inducit, vt tota fiat Merula, nigra: *Meruleus.*

Iam Pelago illam pugnis totam faciam, vt ſit Merulea,
Itaque replebo atritate, atrior multò, vt fiet,
Quam Aegyptij, aut qui cortinam ludis per circumferunt.

PROVERBIA.

MERVLA ad Merulam, vetus prouerbium, & ſimile ei: *Semper Graculus aſſtudet Graculo.* Item ei: *Cicada Cicadæ cara formicæ formicæ*; item vulgatiſſimo illi: *Simile gaudet ſimili.*

Κίχλης κωφοτέρος, id eſt, *Turdo ſurdior*, imperitiores nonnulli perperam Merula ſurdior verterunt.

E già di là del rio paſſato è'l Merlo, *Prouerbiũ Italicum.*

id eſt Merula riuum præteruolauit, prouerbialiter à Petrarcha prolatum eſt, pro eo, qui præſenti ſe periculo eripuit, & in tutum euaſit. Merula enim, cui propè riuum amnemue ab aucupe tendebantur inſidiæ, vbi flumen alis tranauit, extra periculum eſt.

VSVS IN CIBIS.

ROMANORVM luxuria Merulas vnà cum Turdis ſaginabat, vt in Turdi hiſtoria abundè videre eſt, & in pectore earum non paruam collocabat voluptatem, quod ex a Horatij doctiſſimis hiſce verſibus manifeſtò conſtat canentis: *Pectoris Merulæ delitiæ.* a L. 2. ſer.

Et leporum auulſos, & multò ſuauius armos,
Quam ſi cum lumbis quis edat, tum pectore aduſto
Vidimus & Merulas poni, & ſine clune Palumbes.

Inter popinæ enim profeſſores, & ganeæ ſtudioſos diſceptabantur ſæpè cluneſne præferendi ſint tergoribus, vt videre eſt apud b Plinium, cuius verba in Gallina citauimus, & hic breuitatis gratia prætermimus. Apud c Philetærum, ſiue Nicoſtratum, vt citat Athenæus interroganti cuidam, magnamue impenſam facere ſe velit, alter reſpondet, minimè, ſed non ſordidam, iubetq; emere cuniculos, Anaticulas, Turdos, Merulas. Quod ad carnis præſtantiam attinet, Elluchaſim non infimæ claſſis medicus Merulas in cibo improbat, eo quòd vermibus, & locuſtis paſcantur: vnde, inquit, carnis acrimonia in eis percipitur, & odor ingratus d Platina item Merulas tardè ait concoqui, parumq; alere, & augere melancholiam. Medici verò Salernitani inter aues laudatas eas enumerant: & quamuis e Galenus carum carnem inquiat, duriorem eſſe, quam Perdicis, Columbę, Gallinę, &c. tamen vbi de cibis boni, & mali b L. x. c. 50. c Lib. 2. *Carnis bonitas.* d. Lib. 5. de ſan. tuen. e Lib. 3. de alim.

& mali succi ex professo agit, eas inter cibaria laudata, & neque tenuem, neque crassum sucum gignentia recenset. Quinimò ex recentioribus nonnulli, vt Mich. Sauonarola Turdis eas præferunt, vti quoq; Baptista Fiera hisce versibus, quos veluti suos Castor Durantes in suos libros transtulit:

Si mihi pinguis erit Merulus, tua gloria cedit
Turde, salutiferos vult mea mensa cibos.
Ignius ardor inest maior tibi, sitis ambo,
Tu grauior redolens ni tibi baca f. uet.
St tamen aucupys, laqueo, vel rete latenti
Falleris, inde mihi non minus ipse places.

Merulæ quæ eligendæ.

Vt sapidiores sint.

f Li. 9. c. 9.

Ego sanè Turdos Merulis prætulerim, quemadmodum, & Ornithologus, & Volaterranus faciunt. Turdorum, & Merularum carnes calidas esse aiunt, & siccas in fine primi gradus vsque ad principium secundi. Eligi debent secundum Baldach pingues, & laqueis, vel retibus captæ. Nonnulli præferunt captas à Noctua. De Merulæ coctura, quædam, ni fallimur, diximus in Pauone. Quomodo sapidiores euadant, docet *f* Apicius. *Ad Merulas condiendas*, inquit, *accipies liquamen optimum porrum concisum, cuminum, passum, sauireiam, vinum mustum, facies aquatum ius, in quo Merulas coques.* Sic ille. Ad artocreas è Melis: Accipe caseum optimum, & indito in auem medullam bubulam, lardum minutatim incisum, & gingiber. Ornithologus ex coquo gallico.

MEDICA.

Caro Merularũ quibus conueniat.

a Lib. 3. Phy. c. 11.

b L. 4. c. 7.

QVIBVS laxior aluus est, Merulæ, quarum carnem eam astringere Latinus Hippocrates Celsus attestatur, non inconsultè præscribi possunt. Plinius inassatas cum myrti baccis dysentericis mederi scribit. Alexander Benedictus Merularum esum pestilentiæ tempore laudat: Marcellus pro torminia patientibus; Rasis pro ijs, quibus melancholia generari incipit, quem locum Rasis citans *a* Io. Baptista Porta nos id ab auis colore nigro edoceri multorum aliorum animalium nigrorum exemplo, quæ pariter ad melancholiam prosunt, ostendit: quemadmodum etiam *b* alias scripturus maculatas herbas, & animantia maculas nostri corporis abstergere, Merulæ fimum ex aceto mistum, testimonio Hali lentigines extirpare tradit, sed Hali addit, si orizam comedet auis. Oleum vetus, in quo Merula cocta dissoluatur. Kiranides Opisthotonon, & ischiadem sanare asserit: Adscribam pro fine amuletum: Leporis pedes cum capite Merulæ ad brachium sinistrum portari, homines teddere dicuntur audaces, aptosque multis, grauissimis negocijs.

DE PASSERE SOLITARIO, quem tertium Merularum genus, secundum Aristot. esse remur. Cap. VII.

a Li. 6. cap. 26.

Bellonij error.

Merula torquata non est tertia Merula Aristotelis.

PETRVS *a* Bellonius Merulam Torquatam, de qua nos post agemus, Tertium Merularum genus ab Aristotele recensitarum esse arbitratur, sed Philosophus diserti ssimis verbis rostrum non luteum habere scripsit, & Merula minorem esse. Merulæ autem torquatæ rostrum luteum est, & si non maior est Merula, ei saltem compar est. Passerem verò solitarium vulgò dictum tertiam Aristotelis Merulam esse etiam Niphus, & Ornithologus asseuerant.

SYNO-

SYNONYMA.

CALEPINVS pro Passere solitario Græcè habet Στρουθίον μονάζον. Ego à recentioribus hanc auiculam Passeris solitarij nomen accepisse putem à Psalmista, apud quem Latinè legitur. *Sicut Passer solitarius in tecto &c.* Neque enim apud veteres id inuenire est. An verò eiusce modi nomen ei rectè conueniat, multi, atque inter eos Andræas Placus Maguntini lexici biblici author, dubitant: si quidem textus Hebraicus habet Zippor, eaque vox peritis eius linguæ generaliter Passerem, id est quamlibet auiculam sonat. Itaque Passer solitarius prophetæ potiùs fuerit Sturnus, is enim, inquiunt, super tecta versatur maximè. Sed Aristoteles hanc quoque Merulam tectis insidere scribit. Potest præterea hæc nostra Merula Passer solitarius appellari, quia cum nullo sui generis, vt inquit Albertus, vnquam congregatur, nisi tempore generationis. Circa Tridentum Merulus solitarius dicitur. Romanis, teste Alberto Merulus stercorosus, quia habitat in latrinis antiquis, & rimosis. Ego hanc auem in huiusmodi locis habitare non puto. Placentiæ Merula saxatilis. Genuæ Merlo chiappà: Gallis, ni fallor, Merule bleu, id est, Merula cærulea. Germani, inquit Ornithologus, nomen Latinum seruant Passeris solitarij, ab Italis nimirum acceptum. In Germania enim hanc auem nasci non putat, sed ex Italia tantùm mitti, vel Rhætia nobis transalpina, quæ Italiam spectat.

Passer solitarius, vnde dictus.

Merulus solitarius.

Merulus stercorosus.

Merle bleu.

FORMA. DESCRITIO.

DESCRIPSIT nobis hanc auem communis præceptor a Aristoteles, inquiens: *Est etiã ex Merularum genere, quæ similis nigræ sit, sed fusca colore, & magnitudine paulò minor: versari hæc in saxis, & tectis solita est, nec rostrum rutilum, vt Merula habet.*

a 9. hi. cap. 16.

Passer solitarius mas cum populo alba.



Auguſtinus Niphus fuſcum colorem interpretatur album, & nigrum, eiq; adſtipulatur Ornithologus, cùm alioqui nihil albi auis iſta poſſideat. Cur verò fuſcam dixerit Philoſophus vix video, cùm tota nigra ſit, excepeis alis, & capite, quæ cæruleo tinguntur. Depingit tamen eandem auem Ornithologus, quam ego. Auis eſt Merula paulò minor, roſtro longiuſculo, parum per arcuato: capite pro corporis portione paruo, ſuperiùs plano, nigroq; ad latera nempe circum oculos, aureſq; & in collo inferiori cæruleo, qui pariter color in alarum principio conſpicitur: cætereo tota auis nigra eſt, at non ita intenſe, vt Merula. Fœmina in hoc genere tota fuſca eſt, & nihil cærulei habet, & pectore luteſcentibus maculis variegatur, mariq; planè diſſimilis eſt. Habes vtriuſq; iconem expreſſam, vt differentia apparcat. 10

Forma.

Color.

Fœmina deſcriptio.

Paſſer ſolitarius fœmina cum hedera.



LOCVS. NIDVS.

VERSATVR, inquit Albertus, in parietibus, & cum alijs Passeribus coniungitur, & cum eis volat ad pastum, eos qui sui generis sunt, omnino contemnens. Aristoteles quoque, vt citaui suprà, in saxis, & tectis versari dixit. Item Ornithologus in dumosis rupibus nidulari circa Larium locum testatur, & solitariam degere, neque cum alijs auibus, quod tamen testatur Albertus. Ornithologus, vt quod dixerat, astrueret, nec mirum, inquit, cùm de Merularum genere sit, quibus inde nomen, quod meræ, ideſt, solæ volitant. *Sola degit.*

CANTVS.

CAnora auis est, hinc Grapaldus admodum imperitè Carduelem putabat esse hanc auem suauiter cantilantē. Mediolani & Geneuæ in foro has aues vendi audio magno pretio, indubitanter propter cantū. Plura, quæ de hac aue dicam non habeo. *Grapaldi error.*

DE PASSERE SOLITARIO Congenere. Cap. VIII.

EST, & alia, inquit Ornithologus, huic (Passeri Solitario, de quò iam proximè egimus) cōgener auis, de Merularum, & ipsa genere, in saxis habitans, vnde Petrocossyphus, ideſt, Merula saxatilis è Græcis vulgò dicitur, à nostris Steinrotele, simpliciter propter cantum pretiosa. Alibi de eadem ita disseruerat. Eadem prorsus (nempe cum ea, quam *a* Bellonius, cuius verba citauerat, vocat Merulam torquatam) mihi videtur auis illa, de qua nuper genere, & d ctrina super ætatem suā ornatissimus Iuuenis Augustanus Raphael Seilerius nobilissimi medici Geryonis Seilerij filius his ferè verbis ad me perscripsit. Auis quā à colore cæruleo Germani Blau vogel nominant, Sturni magnitudine est, pectore, lumbis, & ceruice pulchrè cyanea, obscurius tamen, quā Ispida: dorso, & alis nōnihil nigricat obscuræ interim glaucis, vel cæruleis. Rostrum ei sesquidigiti longitudine, subter nares fuscum, in imo aculeatum, superiore parte adunca, inferiorem, vt plurimum contegente: pedes fissi, vt in cæteris auibus. Degit in altissimis alpibus, neque cacumine montium contenta, in scopulis maximè, & præruptis, & niuosis locis viuit; nec alibi reperiri constat, quàm in montibus circa Athesim fluuium præcipuè Aenipontem vrbem. Hanc ob causam apud ipsos inquilinos in magno pretio habetur, aliturque quibuscunque cibis mensæ hominum familiaribus, istisque, qui Merulis, Turdisq; aucupio destinatis præbuntur. Voce articulata, amœna admodum, & varia est: ipsa tam docilis, tamq; diligenter res obseruat, vt pleraque vocis articulo aliquo significet, & indicet. Media, & intempesta nocte expergefacta, ad astantis prouocationem, quasi iussa claro spiritu canit, imperata quæ sibi putat iniungi, probè suo officio exequutura, quod versiculis aliquando vtcunque delineaui. *Petrocossyphos. Steinrotele. a Cu. de cæruleo. Blauuolgel, & eius descriptio. Locus. Vox.*

Catera auis glauca (glaucum colorem intelligit cæruleum) *verè sacrata Minervæ.*

Præte cui seruit Noctua nulla magis.
Quid sibi vult? Quis te docuit parere volenti?
Instinctu proprio non facis ista tuo?
Non puto, sed Deus est, qui te ciet, vsque monenti,
Scilice, vt morem sic homo quisque gerat.

Oculos hominum, aliorum alitum more, appetit, quod imaginem in ijs suam velut in speculo intuens, cognati desiderio trahitur, ipsiusque consuetudinem desiderat. Ante tempus autumni, quo cæteræ aues incubant, prolique dant operam, cum colore etiam vocem mutat, ac alis expansis nouos cantus excogitat, secum ipsa continuò murmurans, nec veteris tamen, quem olim didicit, obliuiscitur. Color sub hyemem è cæruleo niger euadit, quem mox circa veris initium in proprium rursus cōmutat. Adulta, vel è nido ma- *Quando vocem mutet. Color mutatur.*

terno semel egressa, valuitq; paulum ad suefacta non amplius vllis (quod omnes aucupes affirmãt) blandimentis, vel astutijs, ob innatam solertiam capitur. Nidum in præaltas, deuiasque solitudines desuper in specus congerit, quando locum securitati idoneum nacta est, cui tutò se fœtumq; suum credere ausit, eumq; sua quoq; fraude altissimis iugis ab hominum accessu non solum abdit, sed à rupicaptis etiam, alijsq; feris, in cauernas deorsum condit, ibiq; pullos ternos, aut quaternos vermibus nutrit, dum eos extra nidum productos exponat. Tum prius venatores, siue aucupes vel fortuitò, vel ex insidijs loco animaduerso, Grallo, seu sparo longo, tereti læui, cuius singulare, & rarum inuentu lignum est (qualis scansoribus, rupricapraisque præcipitantibus sæpe vitæ periculo semper inscendendis scopulis adiumento esse solet) arrepto, ibi etiam ascendunt, vbi vni plantæ vestigium non crederes. Et ne quid præteream, faciem hi non totam, sed qua in transuersum prospiciunt, ac inde caput illis vertigine afficitur, fasciolis obtegunt, partim aduersus ipsos pullorum parentes, partim & veriore causa, ne quoquam latiùs oculorum radijs, acieue pertingant, quam quo solo pede innitendum, vel manus implicanda est. Sic illi tandem ad nidum, non absq; extremo periculo, & defatigatione permeant quam prælunga illa, quam diximus, sude sursum è profundo ad sese attrahentes auferunt, domiq; fouent, & alunt, deinde vel charè vendunt, vel proceribus notis mares distribuunt. Hæc omnia ad nos Raphael Scilerus. Suspicor autem eandem hanc auem, quæ Blau vogel ab ipso nominatur, aut certè congenerem à Rhætis circa Curiam, alibiq; Steinrotele nuncupari. Hactenus ibi Ornithologus, sed alibi rursus: Vidi ego iuxta Larium Lacum Passerem solitarium, vel montanum, vt vocabant, fœminam, ni fallor: quæ eadem cum Merula habebat communia, quæ Cyanus auis (ein Steinrotele) nempe rostrum, pedes, & magnitudinem: caput cinereũ ferè: dorsum, vẽtrem, & pectus cærulea (versus solẽ præsertim) alæ, & cauda vno colore nigricabant. [a] Bellonius, qui hanc auem Cyanon, siue, vt vertit Gaza Cæruleũ Aristot. esse arbitratur, in hũc ferè modũ scribit. Auis, quoniam Cyanon Aristoteles, Plinius Cæruleũ vocat; quoniam in rupib. altorũ versatur, & Merulę similis est, nomine mutato, nunc vulgò Græcis Petrocossypho vocitatur, hoc est, Merula saxatilis. Est autẽ Merula minor, vndiquaq; cærulea, & in magno pretio propter cantũ, & caueis includitur. Vox ei eadẽ, quæ Merulæ, Gallicum nomen nullum, quoniã in Gallia nõ reperitur, vt neq; in Italia nisi caueis apportetur: quandoq; enim nido eximitur, vt sermonẽ humanum edocetur. [c] Alibi vbi ex professo de eadem hac auc agit, appositaetiam icone. Quamuis, inquit, auem Aristoteli Cyanon, Gazæ Cæruleam vocatam Gallicè Merle bleu appellemus, nihilominus hoc non facimus, ac si Galliæ nota esset, sed quia rusticorũ Epidauri, qui diuerso vtuntur idiomate, alij, qui Italicè loquuntur, Merlo biauo, alij, qui Græcè, Petrocossypho, alij, qui simpliciter loquuntur, Illyricè Merle tantùm appellarunt. Caueæ inclusa cantillat, suauiùs etiam, quàm Merula quamobrem rustici Illyrici in rupibus degentes nidis eximunt, & ad vibes deferunt, vt vendant. In Gallia non inuenitur, nisi aliunde inferatur. Nidificat in montium summitatibus, quemadmodum in Creta, Cytharea, Corcyra, Zacintho, & Euboea, quæ vulgò Nigroponte dicitur, obseruauimus, Aristoteles eius citato loco mentionem faciens dicebat vulgò in rupibus conspici in Scyro. Aristoteles suam Athenis condens de animalibus historiam, viros per diuersas mittebat regiones ad inquirenda quæcunque animalium genera, in Sciro autem montes multis rupibus scabrosi sunt. Vt verò compendiosa, breuisque huius auis fiat descriptio, imaginabimur nobis exiguæ staturæ Merulam, coloris cærulei, nam talis omnino hæc auis est. Garrula est, & rarò ad plana descendit, quinque plerunque pullos edit, plures nũquam. Idem & præstantius etiam, vt Merula nutrimentum præstat, eamque volando vincit, & eodem victu vtitur. Hæc omnia Bellonius, hallucinatus huiusmodi auem Cyanon, siue Cæruleũ Aristotelis esse: de quo nempe [d] hic ita scribebat. Nouimus, & saxatilem auiculum quandam, cui nomen Cæruleus (κύανος pro paraxytonum, quamuis apud Hesychium oxytonum legitur) *quæ maximè in Scyro colis, saxa amans, magnitudine minor, quam Merula, maior paulo, quam Fringilla, pede magno est, scandique saxa, colore tota cærulea, rostro tenui* (ῥύγχος χαλαπὸν Gaza vertit λεπτόν, cui, adstipulatur etiam Alberti translatio, quæ habet gracile, vetus interpres angustum) *& longo, colore breui similiter, vt Pipo* (ἴυγξ. Gaza videtur νίττα legisse, pro qua voce etiam alibi Pipo transtulit) *est.* Turnerus Cæruleum conijcit esse auem, quæ Anglicè vocetur à Clothurd, à Smarche, an Arlyng, à Steinchek, & Germanicè ein Brechuogel. Hanc, inquit, in cuniculorum foueis, & sub lapidibus in Anglia nidulari, & hyeme non apparere. Sed Brachuogel apud Germanos, teste Ornithologo

Nidus.

Pulli vt vidis eximentur.

Steinrotele

a lib. 1. obser. c. 11.

Forma.

Vox.

c Lib 6. de auib. c. 26.

Merlo biauo.

Merle.

Locus.

Descriptio.

Bellonij error.

d 9. hi. c. 21

Cæruleus Aristotelis.

Pipo.

Clothurd.

Smarche.

Arlyng.

thologo, aliarum etiam auiũ nomen est, vt Arquatæ, & auis cuiusdam circa aquas degentis proceris cruribus, quarum neutra Cæruleus esse potest. Ego Turneri Cæruleum non agnosco; vt neque quorundam aliorum Germanorum, qui Cæruleum Germanicè interpretantur Klein Zimmer, ideſt, Turdum minorem. Nullum enim Turdum Cæruleum nouimus. Ornithologus, cui ego adstipulor. Cæruleum de genere Picorum esse conijcit, cùm, & crure similiter breui, vt Pipra sit (pipra autem, vel, vt Gaza vertit, Pipo Aristoteli non aliam auem esse alias demonstrauimus, quàm Picus est) eoque ad scandendum apto, & rostro etiam, vt Picorum genus oblongo. Tradit id Ornithologus apud suos Pici genus esse Fringilla paulò maius, cæruleo dorso, & rostro tenui, longoque, vulgò Ehlaen appellatam, quod, inquit, an Cæruleus sit inquirendum: quę sanè coniectura mihi non displicet. Quæ omnia ex Ornithologo dixisse volui, ne quis sequutus Bellonium Merulæ illud genus cum Aristotelis Cyano, siue Cæruleo confundat.

Arquata.

Klein Zimmer.

Cæruleus quæ auis Aristoteli.

Pipra quæ auis.

Pici genus.

Fringillæ magnitudine.

DE PASSERE SOLITARIO BELLONII. Cap. IX.

IDEM Bellonius diuersam longè à nostro, & Ornithologi pro Passere Solitario depingit, describitque nimirum hanc, quam ab ipso mutuatam hic nos exhibemus, ne quid in hac nostra Ornithologia deesse quispiã dicat. Describimus, inquit Bellonius nunc auem, quam vulgus Passerem Solitarium nuncupat, quòd in rupibus solitarijs vt similium locorum incolæ obseruarunt, nidificet, tum etiam propter locum Psalmographi, [a] vbi dicitur *Passer solitarius in tecto*. Arbitramur cùm primũ eam obseruaremus, indubitanter esse Charadrium, memores verò eorum, quæ cum historia Aethiopica, tùm ab Aristophane, & Aristotele scribuntur, apertissimè differre iudicamus. Monticolæ vbi canentes audiunt, nidos earum obseruant, vt earum pullos in proximis ciuitatibus vendant.

Nominis ratio.

a Psal. 193

Charadrius.

Descriptio.

Passer Solitarius Bellonij cum lauro tino bacca cærulea.



Nos qui nidis eas ſæpè eximi vidimus, maris & fæmellæ mores obſeruauimus. Similis eſt eiuſcemodi Paſſer ſolitarius Luſciniæ, eiſdē motibus prędītus, craſſitie verò Turdi Iliaci. Qui nomen ignorāt, facillimè Turdi genus eſſe iudicarent, maximè cum colore illi ſimillimus ſit. Mas à fęmina pulchritudine coloris diſtinguitur, pulchrior enim ille eſt. Pēnæ maximè ſub pectore, & duab. coſtis colore ſunt dactilorū, ſed maculæ colore variant: dorſū cinereum eſt, fuluo maculatū, cauda, vt in Luſcinia, ruffa, quam mox, vt nido eximitur, immutat. Roſtrum rotundū acutum, & ſubalbum, in extremo nigrum, pauloq; robuſtius, quā Turdi, aut Merulę quāuis nihilominus carne veſcatur, vtpote qui ſecta ſecus vias deuoret. Pedes Turdo ſimiles: cui etiā colore reſpōdet, item oculis, quos albæ plumæ ambiunt. Rarò in plano, aut per valles cernitur; omnibus eſt admirationi. Quodā anni tempore degit ſub tegulis, quas imbrices dicunt, quales plerunq; in caſtris obſeruamus, quæ in altis mōtibus ſita ſunt, vt ſit in nonnullis Aluerniæ locis. Olim hi paſſeres in Galliæ noſtræ planis apparebāt, nunc in caueis māſueti adferūtur. Franciſcus Gallorum Rex curioſus, & ſimilium rerum ſtudioſus tanti huius auis cantum fecit, adeoq; eo afficiebatur, vt nullam præter hāc audire dignaretur: eſt autē ſuauiſſimus, & omnium iudicio admodum delectabilis: noctu ęquè, ac interdiù canit, maximè ad lumen candelę. Hęc & quę ſequuntur Bellonius.

Deſcriptio.

Pectus.

Dorſum.

DE MERVLA MONTANA Germanorum. Cap. X.

PRÆTER recentum proximè præcedenti capite Merulæ genus, aliud in Germania eſt, à quotquot ego obſeruaui diuerſum, vt ex collata cum eo deſcriptione perſpicio, quibuſdam viris doctis, qui ſuſpicantur tertio id ab Ariſtotelis loco deſcribi inter Merulas, Birchamſel, ideſt Merula mōtana dictū. Ornithologus ſeſe Ianuario menſe, & initio Februarij hoc genus fuſcum vidiſſe tradit, in ventre ad cinereum colorem inclinans. Mas, inquit, paulò nigrior eſt, & pectore magis ruffo, & maculoſiore, quam fæmina; roſtro color idem in vtroque ſexu. Autumno adueniunt, & ad cibum tanquam lautæ, & optimæ probantur. Noſtri quoq; vocant Birgamſzlen, vel Hagamſzlen. Hanc eſſe puto, cuius deſcriptionem olim confeci huiuſmodi. Auis eſt paulò infra Turdum maiorem. Colore nigricat in capite dorſo, & alis, ruffo quodam modicè admiſto. Cauda eſt atra. Crura ex glauco nigricāte, ruffoq; compoſitum colorem habent. Pectus obſcurè maculoſum, ex plumis partim ſubfuluis, partim nigricantibus. Os interius, & lingua luteo, ſeu melino colore ſunt. Roſtrum nigrum, & concolores digiti. Ventris color ex nigro, cinereoq; mixtis conſtare videtur. Hactenus ille.

Birchāſel.

Birgāszlen

Hagāszlen

Deſcriptio.

Color.

DE MERVLA TORQVATA. Cap. XI.

a L. 6. cap. 24.

BELLONIVS, *a* qui, vt diximus, huiuſmodi Merulā exiſtimat tertium Merularum genus eſſe apud Ariſtotelem: Allobroges, inquit, alij montium accolæ maximè in valle Ambrunenſi, & proximè D. Io. Morienſem quoddam Merulæ genus vocitant Merle au collier: quo ijs in locis nulla alia auis eſt frequentior. Cum verò rarum, & inſolens id genus nobis videretur, tum ob torquem coloris cinerei, vt in Perdice maiore ruffa, & Tetrace, tùm quod ruſtici nomen ignorarent, operæ pretiū, neceſſariumq; nobis videbatur videre nunquid eius vſpiam meminiſſet *b* Ariſtoteles, inuenimuſq; agnouiſſe, dicereq; in Græcia reperiri: nam poſt habitum de Merula nigra & alba ſermonem, eſt alia inquit, quędam Merula ex hoc genere, cui ſimilis eſſet, niſi roſtrum haberet rubrum, habitans in altis montibus, nec colore tam nigra eſt, ſed fuſca: quæ omnia huic Merulæ conueniunt. Roſtrum, pedes, vox, volatus, nidulandi modus, geſtus, vt in Merula, color etiam qualem dixit Ariſtoteles: quare omnino concludimus eandem eſſe cum tertio Ariſtotelis Merularum genere. In planis nullam reperire eſt, cum alioqui in montibus ita abundent, vt ijs tantùm,

Merle au collier.

b 6. hi. c. 19

Deſcriptio, & hiſtoria tota.

Vſus in cibis.

tum hoſpites cauponibus excipiantur. Idem ijs ſapor, qui Merulæ nigræ, & ijſdem veſcuntur. Hæc ille. Et alibi in obſeruationibus, interprete Carolo Cluſio, quemadmodum inquit. Ariſtoteles tres Merulæ ſpecies agnouit: ſic illi Merulas habent nigras, & albas, quas veteri Græcorum nomine Coſſyphos appellant; tertiam præterea ſpeciem, cuius Ariſtoteles meminit, quam Galli peculiari nomine Merle au Collier, id eſt, Merulam torquatam dicunt, quoniam torquatam lineam habet ſub gutture verſus pectus collum omnino cingentem, eius magna frequentia in valle Morienna, & per reliquas Allobrogum valles. Verùm, vt diximus, Merula torquata non eſt tertium Ariſtotelicum Merula-

10

Merula torquata mas cum myrto exotica Plinij.



rum genus, & diuerſam omnino ab ea, quam ponit Ornithologus, iconem exhibet, in qua nimirum nulla in collo, neſcio an pictoris incuria, an alterius, torquis exprimitur. Sed & Ornithologus depingit fœminam, quæ à mare plurimum differt. Nos vtriuſque vt differentia appareat, figuram damus. De ſua verò Ornithologus hunc ferè in modum ſcribit: Apud nos circa montes reperitur, & vulgò nominatur Ringamſel, hoc eſt Merula torquata, vel Vualtamſel, ideſt Merula ſyluatica, Magnitudine ferè, & colore Turdi eſt, inter collum & pectus parte prona habet albas duorum digitorum latitudine plumas; reliqua pars tota

Merula torquata.

Ornithologi deſcript.

Ringaſel.

vualtamſel

Merula torquata fœmina cum Aria Theoph. effigie alni.



inferior varia, & maculosa est, nigris in medio pennis, ambitu albis: rostrum inferius subflauum: tota pars superior fusca, alarum pennæ margine extrinseco albicant, præsertim quæ in medio sunt. Auis barbatula est vt Turdus. Nomina eis apud nostros diuersa: Birgamsel, Steinamsel, hoc est, Merula montana, Merula saxatilis, Rosamsel, quod in syluis vermiculos quærat in fimo equino, Kureramsel fortè quòd circa Curiam Rhætorum in montibus degat. Sed Birgamsel vocatur etiam Merula fusca non canora, de qua suprà in A. Italis quibusdam Merlo alpestro. Hactenus Ornithologus. Mas in hoc genere descriptus longè facilior est, totus nempè colore aterrimo, exceptis rostro, quod luteum est, & torque, quæ candidissima. Fœminam ante annos aliquot ab aucupibus, qui Columbinam nominabant in foro mense Decembri emptam ita descripsi. Est hæc Merula dodrantem, & palmum à rostro ad vltimam caudam vsque longa, corpore toto subnigro, seu fusco intenso, hoc excepto, quod in vltimo gutture, seu pectore principio macula albissima pollicem lata ad humeros vtrinque pertingente ornatur velut torque candida. Pennæ quoque remiges alarum, necnon ventris extimis oris nonnihil candicant, cætera nigicrantia. Rostrum circa nares, & in apice nigrum est, ad latera flauescit: pediculi fusci, crusula ex fusco subrubra sunt.

Birgamsel.
Steinamsel.
Rolzamsel.
Kuererãsel.
Merlo al-
pestra.
Merula
torquata
maris de-
scriptio.
Fœmi.
forma Co-
lumbi-
na.



DE MERVLA BICOLORE. Cap. XII.

Merula bicolor.

AVEM, cuius modò hic icon exprimitur, Merulam bicolorem vocare placuit, quoniam duobus potissimum coloribus, fusco scilicet, aut subnigro, & luteo rubescente, variet tantùm. Arbitrabar prius esse Merulam fuscam, Aristotelis, sed cum inuicem conferrem, diuersissimas esse facilè animaduerti.

Descriptio.

Auis est Merula paulò minor, & exilior, capite fusco, punctulis, seù potius lineolis candicantibus variegato: rostro paulò quam in Merula breuiori, ex luteo rubescente, qui pariter color intensior in tergore, & cauda remissior in pectore, & vēre conspicitur. Cauda etiam, quam in Merula breuior est: alarum remiges fuscæ in extremis oris albæ, pedes breuiusculi, digiti verò pro portione longi, lutei, vngues rubicundi. Planta appicta est Phellodris albus latifolius. Habes iconem auis pagina præcedenti.

Rostrum.

Color.

Cauda.

Ala.

Merulæ congener cum mirtyli vulgaris ramo.



DE MERVLÆ CONGENERE. Cap. XIII.

ANNO à partu salutifero 1597. à fratre Christophori Coriali sculptoris mei picturam huius Merulæ mihi communicatam sic delineaui. Corporis figura, & magnitudine Merulæ similis à rostri initio ad caudæ extremum dodrantalis, rostrum nigrum, nigrum etiam caput, dorsum, & cauda, sed colore dilutiore, & ad subcastaneum vergente extremis oris albicantibus, prope rostrum erat linea rubra: pronè nempe pectore, ventreq; toto, & cauda albicat lineolis quibusdam cinereis per transuersum ductis, & Accipitrinis ferè similibus: pedes erant sublutei, vngues nigri. *Magnitudo. Color.*

DE MERVLÆ CONGENERE ALIA. Cap. XIV.

EIVSCEMODI auis, cuius mihi copiam fecit D. Archangelus Graphius nobilis Bononiensis Merulis erat minor, Passeribus maior capite cinereo, oculis nigris aureo circulo circunductis, rostro pro corporis portione robusto luteo, crassiusculo, in extremitate nigro, & acuto, pectore, ventreque cinereo, ventre tamē magis albicante: cauda alba duabus medijs pennis exceptis, quæ cinereæ sunt, in extremitatibus nigricante, dorso ad caudam castaneo obscuro, pennis alarum, qua dorso iunguntur, albis, qua ventri, nigris, remigibus in extremis oris cinereis. In summa similis quodāmodo erat hæc auis Collurioni cinereo. *Magnitudo. Rostrum Color.*

Merulæ congener cum Milio.



DE MERVLA ROSEA.
Cap. XV.

Sturnus marinus. AVEM hanc aucupes noſtri Sturnum marinum nuncupant: apparet quandoque in agris noſtris, & in fimo verſatur: mihi Merulæ potiùs, quàm Sturni genus eſſe videtur. Sturnus enim maculatus eſt, hæc minimè. Merula paulò minor eſt,

Merula Roſea mas, ſeu Sturnus marinus vulgo cum cicutaria latifolia fœtidiſsima.



tergore, & pectore, & alis ſupernis rufeo, ſeu carneo, capite cirrato, alis, & cauda nigris, remigibus ferè ſubcaſtaneis, roſtro, quà capiti iungitur, nigro, cætera carneo, pedibus ferè croceis. Mas in hoc genere coloris vegetioris, & pulchrioris. Fœminæ caput quo ad colorem mari ſimile, reliqua verò pars colli, alæ, & cauda minus, quàm in mare nigreſcunt. Plurimum adipis corpori adijciunt, & in cibo commendatur. *Magnitudo.*

Sturnus Roſeus, & niger marinus fœmina cum moly Indico vero.



DE MERVLA BRESSILICA. Cap. XVI.

a lib. 6. de auib. c. 27.

DEPINGIT hanc auē a Bellonius inter Merulas ductus hac sola ratione, quòd qui eam in nostras regiones deferūt è Bressilio, Merulam Bressilicā nuncupant: quare & ergo cùm de natura auis ille nihil dicat, mihiq; pariter ignota sit, Merulis eā adiungo, quamuis alioqui rostri breuitate, vel curuitate potius ab illis plurimùm discrepet. Qui huiusce auis ad vium factæ copiam mihi fecit pariter Merulam Bressilicam appellabat Qui in nuper inuētis regionibus, inquit Bellonius, mercaturā exercent, singularia nonnulla, quæ hic magno veneri credunt, secum afferunt. Verùm quia fieri non potest, vt aues viuas in caueis portent, itaq; detractam eis, quæ cæteris sunt pulchriores, qualis hæc est, pellē nobis afferunt magnūmq; inde quæstum faciunt, maximè ex hac, quam Merulam Bressilicā vocitant. Magnitudine tamen à Merula differt, color totius corporis, si caudam, & alas excipias, quæ nimirum atræ sunt, adeo intensè rubent, vt omnem alium rubore superet: neq; etiā homo colorem rubeū excogitare queat, quā ille non vincat. Cauda oblonga est,

Color.
Caudæ.
Magnitudo.
Color.

Merula Bressilica cum olcastro.



pedes, & crura nigra, roſtrum breue, vt in Paſſere, Pennæ ad radices vſq; rubent, Hæc ille. Quę quidem deſcriptio aui, cuius imago hic ponitur, conuenit, ſed quodammodo mutila eſt. Alæ enim totæ nigræ non ſunt, vt ille videtur aſſerere: ſed pennę ſuperius omnes ad ſcapulas intensè rubent, dein nigræ quædam ſuccedunt, has rubræ rurſus excipiunt, quæ ſubſequuntur, remiges nimirum omnes, nigræ ſunt, ſicuti quoq; cauda. Roſtrum etiam tam breue non eſt, vt Paſſeribus, craſſius item, & inſigniter recuruũ, coloris extra fuſci, intus vt ex rinctu conijcio, lutei. Pedes item nigri non ſunt, ſed ex cinereo leuiter tantùm fuſceſcunt. Sunt autem maiuſculi pro tibiarum portione, vngues breues, at recurui, eiuſdem coloris. Oculi nigri ſũt.

Pedes.
Roſtrum.
Alæ.
Cauda.

DE MERVLA APODE INDICA. Cap. XVII.

CONEM huiuſce auiculę R.P.F. Malocchius horti Piſani prefectus iuſſu Sereniſſimi Ferdinandi Medices Magni Hetrurię Ducis nuperrime mihi tranſmiſit. Apos eſt, id eſt, pedibus prorſus caret, idq; naturaliter, vt ille aſſeuerat; quare ob reliqui corporis ſimilitudinem, quam habet cum Merulis, maximè præcedenti proximè, Merulam apodem appellare non erit inconueniens. Num verò naturaliter, quod ille ait, pedibus careat hæc auis, non parum addubito: ſiquidem communis præceptor Ariſtoteles animalia cuncta ſanguinea non minus, quàm quatuor notis moueri atteſtatur, quare etiam aues animalia nimirum talia totidem notis moueri ſtatuendum erit, alis nempe binis, & totidem pedibus, aut quopiã alio quod horum vicem gerat, vt in manucodiatis cernere eſt, quibus ſagaciſſima rerum parens natura, quæ nunquam exuperat, nunquam deficit, neruos pro pedibus dedit, quibus arboribus, cum opus eſt, adhæreant. Vnde planè affirmauerim, aut pedes aui fuiſſe ablatos, aut prorſus monſtroſam ipſam eſſe: eſt autem, quantũ ex pictura cõijcere queo dodrantem magna, lata digitos tres binis diſtincta coloribus, capite, ventre, dorſo coloris coccinei intenſi, & vegetialis & cauda nigris (quare Merula porphyromelanos dici poſſet, à prædominio ſcilicet, nam pectus, & primũ dorſum maculis lunatis vireſcẽtibus variãt) roſtro Merulæ, in extremitate recuruo, nigro, infra tamẽ, quà capiti coniungitur cãdicante. In oculis nihil apparebat, vtpote qui animante exanimata conniuebant.

Deſcriptio.



Manucodiatæ neruos habent pro pedibus.

Deſcriptio.

Merula porphyromelanos.

DE MERVLA SAXATILI, SIVE Caryocatacte Ornithologi. Cap. XVIII.

Turneri, & Ornithologi error.

Merula ſaxatilis.

Turdilla ſaxatilis.

Rubecula ſaxatilis.

Nucifraga.

Nutzbrecher.

TVRNERVS, & Ornithologus perperam eiuſcemodi auem ex Graculorum genere faciunt; perperam etiam nonnulli Cyanon Ariſtotelis eſſe arbitrantur. Rectius Merula ſaxatilis, aut Turdilla ſaxatilis dici queat. Quidam etiam Rubeculam ſaxatilem nuncupant: Itali Correſolo, circa alpes, & Lacum Verbanum Merle alapadie, id eſt, Merulam alpinam, Galli Caſſenoix, Latinè nucifrugam dicas, etſi Coccothrauſtes eiuſdem eodem nomine veniat. Germani, eadem ſignificatione Nuſzbrecher. Ornithologus, aut eam Io-

Caryocatacte, ſeu Merula ſaxatilis Ornithologi cum nuce.



cem exprimeret Caryocatacten; quanquam, inquit, non ignoro Caryocatacten apud Athenæum nominari vel instrumentum, quo nuces frangantur, vel hominem, qui nuces confringat: vt & μυκηρόβατον, τὸν ἀμυγδαλοκατάκτην, μυκήρους enim Lacones amygdalas vocitant. Dicitur eisdem Germanis Nutzbrescher, Nuszbicker, Nuszhaher, Turcis Gargà. *Caryocatacte quid Athenæo.*

FORMA. DESCRIPTIO.

AVIS est Merula maior, Sturni instar maculata, supra nigricans, minus tamen in capite, & dorso, quàm in alis, maculis vbiq; distincta candidis semilunaribus, quæ pariter per alas, & tergus maiores sunt, quàm per caput. Prone à rostro ad anum vsq; lutea maculis ferrugineis, albisq; quæ & ipse magnitudine variant, percurrentibus. Alarum pennæ maiores nigrę sunt, & in extremis oris candicant. Cauda supinè nigra, pronè ferruginea, pedes fusci. In summa auis vaga est, & propter macularum varietatē non inuenusta. *Magnitudo* *Color.*

DE STVRNO. Cap. XIX.

STVRNI in multis, quemadmodum ex his, quæ dicturi sumus, patebit, cum Turdis, Merulisq; conueniunt, quare eis iuremerito locus iste assignatur, inter bacciuoras nimirum auibus bacciuoris, inter dociles, auibus docilibus. *Ordinis ratio.* *Sarsir.*

SYNONYMA.

SARSIR Hebraicam vocem nonnulli Sturnum significare volunt, fortè quia quodammodo ad Græcorum ψαρ accedat: de eadem voce nonnulla diximus in Aquila, nisi nos fallit memoria. Alij Astorgel Latinè exponunt Sturnum, at perperam. Andreas Bellunensis Alzarazir apud Arabes *aues* esse ait, *quæ apud Venetos dicuntur Sturnelli. Aues,* inquit, *sunt Turdorum ferè magnitudine, sed colore diuerso: habent enim plumas, & pennas nigras aliqua insignes albedine.* Auicēnas etiam alibi fimi Alzarazir meminit orizam edentium, quo loco vetus interpres nō recte Turdos transtulit. Et Serapio de remedio ex eodem fimo citans Galeni verba pro Sturno Zezir habet: & eadem ex Dioscoride vertens pro Sturno ineptè Turturem posuit Alzeudeni Bellunensi auis nigra est, rostro luteo secundum aliquos, vt ille credit, Sturnus: verùm Merula potiùs videtur. Quibusdam alijs barbari Targula Turtur est, alijs, teste Alberto Sturnus: sed locus, qui ex Aristotele transfertur, Turturem esse ostendit. Græci ψάρ vel ψάρος, vt bis habet Aristoteles, item Galenus, & Varinus Syluaticus pro Psaros, alibi Paros habet, sed mutilam dictionem. In recto singulari ψάρος effertur, vt λόγος, vel ψάρ, vt Κάρ, inde obliqui ψαρός, ψαρί, oxytoni: etsi non meminerim illos apud authores legere: pluralis quidem numerus ψάρες voce paroxytona, & ψαρῶν circumflexa non infrequens est. ψᾶρες poeticum, teste Eustathio, quod cum penanflectatur, miror ψάρες etiam non penanflecti, præsertim cum primam producat Homero, vt in hoc versu: *Astorgel.* *Alzarazir.* *Zezir.* *Paratro.* *Alzēdeni.* *Targula.* ψάρ. ψάρος. *Paros.* ψῦρες.

Τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος εὐχεται, ἠὲ Κολοιῶν.

Apud Glossarium ψήρ, & ψεάρ etiam Sturnum significant. ψάρες Eustathius dici ait παρὰ τὸ ψαίρειν, hoc est ab eo, quod terram pedibus radunt, & obuia quæque vertunt, dum alimentum sibi quærunt. Βύτθα, & Βύτθος, item γόλμις Hesychio, & Varino Sturnus dicitur. A quibusdam parum Latinè Sturnellus appellatur, vt Italis vulgo Stornello: nonnunquam Itali etiam Storno dicunt. Lusitani Stornino. Hispani Estornino, Galli Estourneau, Germani Staar, quod nomen à Latino confictum apparet, alij Stoer, Starn, nonnulli Rinderstaar, teste Ornithologo, quod circa boum armenta versari soleat. Circa Argentoratum, & Francfordiam ein Spreche, Flandri Spraeuvve, Angli à Stare, à Starll, à Sterling, Illyrici, & Poloni Ssacziek, vel Spatzek. *ψήρ ψεάρ* *Etymum.* Βύτθα. Βύτθος. Γόλμιν. *Sturnellus.* *Stornello.*

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Deſcriptio.

a 8. hiſt. c. 16.

ARISTOTELES a præter vulgare illud Sturnorum genus, quod ſuper tecta noſtra quotidie ſuo cantu aures noſtras fatigat, aliud agnouiſſe non videtur. Id verò eodem teſte, Merulæ quidem eſt magnitudine, at quã facilè inuicem diſtinguuntur. Sturnum enim varium eſſe dixit, hoc eſt, vt periphraſticè Gaza tranſtulit, albis diſtinctum maculis, Merulam verò nigram tantummodo. Sed Sturni nõ albis tantum maculis varij ſunt, vt ille exponit, ſed rubeſcunt quoq;, interdum lutei ſunt, neque etiam auis tota nigra eſt, ſed multis in locis virideſcit, maximè in alis ſuis, & propè oculos, necnon etiam in infimo ter-

Vt à Merula differat.

Color.

Sturnus vulgaris cum cicuta.



gore. Alarum pennæ in excremitatibus luteæ sunt, item caudæ, quæ breuis est, & nigra, rostrum satis robustum, Picorum non absimile, luteum, in fine fuscum, pedes ferè crocei, vngues nigri. In summa elegans aspectu auis est ob colorum varietatem, & conspersas per



corpus maculas, quare rectè Sturnum picturatum poetæ vocarunt, vt Ruffus Festus hoc versu:

Nox picturati conuertit pectoris artus
Sturnus edax.

Sturnus fœmina cum cicutaria Brancionis.



Habes hic eiusdem sceleton, atque insuper fœminæ iconem, quæ tam maculata non est, item Sturni etiamnum pulli, nullis prorsus maculis consperſi, fusci nempe tantummodo, collo verò, capite, & ventre toto cinereo. Præter eiuscemodi cõmunes Sturnos tres etiam

Sturnus pullus cum cicutaria alba.



alios depictos ſubinde exhibeo, quorum primum non vt diuerſum, ſed vt raribus apparentem. Pet. Franciſcus Fabius inter alios captum donauit ante aliquot annos totum album præter roſtrum, quod ex luteo rubeſcit, & pedes, qui leuiter carnei ſunt. Alteri caput,

Sturnus albus cum cicutaria maxima Brancionis.



collum, roſtrumq; erat album, niſi quod ſupra oculos proximè roſtrum maculæ binæ conſpiguæ eſſent nigræ: venter candidus pariter, vti etiam alarum principia maculis ſubcæruleis variæ. Remiges alarum, & cauda, vt in Sturno vulgari, niſi quod binæ vltimæ earum

Sturnus capite albo cum Oenanthe cicutæ facie ſucco viroſo.



essent albæ. Pedes lutei, vngues nigri. Postremus totus ex cinereo ruffescebat, vel potiùs lutescebat, pronè tamen tendebat ad luteum. In pectore erant quædam punctula. pedes erant & rostrum nigri coloris. Aucupes dicebant ex Sturnorum genere esse, mihi tamen

Sturnus cinereus cum cicuta.



alia videbatur, sed cùm de natura, moribusque eius nihil habere, itaque eos secutus Sturnis annumeraui.

Sturnus cinereus alter cum cicuta.



LOCVS.

IN arenis, inquit Albertus, & paludibus, hoc est pratis aquosis assiduè versantur, & cum armentis vaccarum etiam propter pascua, quæ de stercoribus colligunt, nam & lumbricis, vt patebit, vescuntur. Sed non semper hæc loca frequentant, sed per agros etiam grassantur. Habitant autem plerunquè turres, & altiora ædificiorum culmina: quare tectis plerunque insident, in nulla regione obuij. Latent hyeme, teste *b* Philosopho. *Abeunt*, inquit *c* Plinius, *& Merula, Turdique & Sturni similiter in vicina, sed hi plumam non amittunt, nec occultantur, nisi sæpe ibi, quo pabulum hybernum petunt.* Platina legit alio modo: *Abeunt Merulæ*, inquit, *& Turdi similiter ac Sturni: sed in vicina loca. Occultantur hæc animalia sæpibus, ibique hyberno tempore pabulum quærunt.* Georgius Agricola verò Sturnos ijs accenset, quę cùm æstate degant in syluis, hyeme demigrant in finitimos locos apricos, montiũ recessus sequutæ, & rursus: *In angustis*, inquit, *montium locis latere aliquando consueuerunt*, quod postremum sanè verissimum est: sed syluas habitare Sturnos æstate, vt ille tradit, mihi nouum est audire, aues nimirum, quæ gregatim degunt.

b 8. *hist. c.* 16.

c Lib. 10. *c.* 29.

INGENIVM. DOCILITAS.

ORNITHOLOGVS hoc experientia deprehensum esse scribit, Sturnum sibi ipsi medicinam facere. Cùm enim, inquit, quidem Luscinas simul & Sturnum aleret, & huic pes luxatus esset, oua formicarum quibus vescuntur Lasciniæ, Sturnus rostro minuit, & deposita sub alis, atque calefacta, rostro ad pedem attriuit: qua ratione intra paucos dies integer, vt antea incessit. Idem refert, apud suos esse, qui Sturnum octauo iam anno domi alit, & aucupem, qui septimo: eum autem dicere, valde canorum dicere, & aliarum quarumuis auium voces (quas scilicet in eadem domo subinde audiebat) imitari. Sed hoc eo nobis minus mirum apparet, cum optimè etiam humanum sermonem instituus exprimat: quare non infimam etiam inter alias volucres laudem meretur, & laudat eum etiam Plutarchus eam ob causam his verbis: *Sturni Coruique & Psittaci, quoniam loqui discunt, & vocis spiritum tam sequacem, tam æmulum, pensandum formandumquè docentibus præbent, ea ipsa docilitate adesse, patrocinariq; cæteris animalibus videntur, & tantùm non voce testari, etiam cæteris omnibus proferendi sermonis, & vocis articulandæ vim natura concessam.* *a* Plinius sanè testatur Cæsares iuuenes (Drusum nempe, & Britannicum Claudij filios) Sturnum habuisse, item Turdum imitantem sermones hominum. In amplis Galliæ vrbibus, teste Io. *b* Bruyero Gallo Gallicum sermonem eximiè, atq; explanatè etiam longiori contextu exprimunt. Albertus latæ linguæ esse dicit, & perfectissimè loqui. *c* Scaliger vero in sibilo proprius accedere ad loquutionem.

Sturnus sibi ipsi medetur.

Sturnus voces aliarũ auium imitatur.

a l. 10. *c.* 24

b Li. 15. *de rebus.* 47.

c Exc. 238.

VOX.

Κιχλίζειν. KIχλίζειν dicuntur Turdi, nonnuli id de Sturnorum voce etiam interpretantur, at perperam. Authori Philomelæ pisitare dicuntur:

Dum Turdus trutillat, Sturnus tunc pisitat ore,
Sed quod mane canunt, vespere non recolunt.

Pisitare.

F. Alunno pisistrare, & isitare, nescio quam bene. Aues sunt admodum obstreperæ, maximè summo mane, nocte verò silant.

VOLATVS.

PLINIVS *a* Sturnorum generi proprium esse ait, cateruatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus, nimirum cùm abeunt è nostra regione. Albertus qui compressè, & gregatim eos volare inquit, quasi aciei centrum, id facere eos author est propter metum Accipitris: sed cùm Accipitrem semper ometuere verisimillimum est, ita quoque semper gregatim, volare statuendum esset, & non solùm, cùm hinc discedunt, vt vult Plinius, quod verò semper gregatim siue cateruatim volent, etiam testatur Dantes poeta, & philosophus grauissimus, inquiens:

E come gli Stornei ne portan l'ali
Nel freddo tempo à schiera lunga, e piena.

Item Eustathius. Sturni, inquit, & Gracculi aues clamosæ, & gregariæ sunt. Et rursus Sturni aues inuicem amant, & gregatim degunt, sed mutuò se iuuare (propter infirmitatem, contra aues rapaces) non facilè possunt. Idem quotidiana attestatur experientia Vespere potissimum aggregantur, & tanta multitudine, atque impetu quandoq; volant, vt nubem facerem, & tempestatis modo sonare primo impetu videantur, atque hoc est quod dicebat Homerus hoc versu: *b*

Τῶν δ' ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται, ἠὲ κολοιῶν.
Veluti Sturnorum nubes venit, aut Graculorum &c.

a lib. 10. c. 24. Cur cateruatim volent.

b Illiad. p

NIDVS. PARTVS.

STVRNVS ijsdem ferè locis, eodemquè penè modo, vt Passeres nidulantur, scilicet vel in latibulis tectorum, vel in domorum, turriumquè foraminibus. Hollandi, vt audio, Sturnis etiam vasa faciunt fictilia, similia ijs, de quibus diximus in Passeribus, at maiora, in quibus libenter nidulantur, patria voce Spraeuvve potten dicta, idest, vasa Sturnorum, Ter anno parere dicunt, vno tempore septem, vel octo oua.

Spraeuvve potten partus.

VICTVS.

ANIMANTIA maximè sunt voracia, & nihil non in cibum recipiunt: bacciuoris tamen accersenda, nam baccis magis, quam alijs rebus inhiant, atque inter eas vuis, & oliuis: *Magno*, inquit Volaterranus, *impendentis vindemiæ damno veniunt.* *a* Cardanus non modò vuas appetere testatur, sed earum etiam esu plurimum pingueścere, & meliores, & suauiores euadere, pabuliquè optimi. *b* Ludouicus Ariostus innatum ad vuarum desiderium in Sturnis, elegantissima, ac luculentissima similitudine à Mauris Lutetiam Parisiorum oppugnantibus accepta ostendit, inquiens:

Come gli Storni à rosseggianti pali
Vanno di mature vue, così quiui
Empiendo il Ciel di grida, e di rumori
Veniano à dar' il fiero assalto i Mori.

a l. 3. de sanit. c. 21. Cant. 14. stan. 121. Mauri Parisios, vt oppugnarent.

Quod verò mirum in modum esu oliuarum afficiantur, simili fermè comparatione author est inter alios Q. *c* Calaber, Græcos scribens tanto ardore, desiderioq; Troiæ excidium expetiuisse, tantoq; impetu, tantaq; caterua Troiam inuasisse, quemadmodum Sturni glomerati ad oliuæ fructus, suauis edulij cupidi in olineta grassantur. Sambuci acinis grana insunt sesemacea, quæ Turdis, Sturnisq; non ingrata esse *d* Ruellius scribit. In agros quoq; milio & panico consitos teste Plinio, inuolant, & quomodo ab harum frugum esu fugentur, ex eodem in Passere scripsimus. Sunt qui Sturnos captos oryza tantùm pascant, vt eorum fimo Crocodileam, vt idem ille memorat, adulterent. Cicutam his auibus alimentum esse passim ab omnibus scribitur, atq; in primis à *e* Galeno, cùm alioqui homini venenū sit, cuius rationem alij alia afferunt, qua de re in Coturnice nostra scripsimus opinionē. Cicuta, inquit *f* Cardanus, eos non modò non refrigerat, & enecat, vt nos, sed alit, atq; etiā calfacit proinde manifestè patet amicitias quasdā, pugnātiasq; qualitatū omnib. reb. inesse, & quā familiare

c lib. 8. Paral. Græci Troiam inuadentes. d lib. 1. de nat. stirpm. e l. ae te. & lib. de Theriaca. f lib. 3. de sanit. c. 21.

est, expeditè assimilari, quod vero contrarium, ad internecionem ducere, quas familiaritates à totius substantiæ proprietate oriri demonstrauimus in decimo contradicentium Medicorum, vbi etiam disputatur, an quicquid calidam substantiam alit, eius calorem adaugeat, ac tueatur Arabes hæc confunderunt. Auerroes vel potiùs eius interpres, Helleborum Coturnicibus cibum esse ait, & napellum Zaratro, ideſt Sturno, vel Sturnello, vt ille habet, dupliciter hallucinatus, nam elleborus Coturnicibus cibus est, non venenum, & cicuta, non napellus Sturnis in cibo quæritur. Antonius Gainerius Arabes sequutus etiam in maiorem confusionem impegit dum ait: Aduersus napelli venenum darem puluerem muſconum (muscarum, vel culicum) napellum depascentium, vel puluerem Coturnicis vel Turdi. Arabes enim Coturnices napello, siue aconito ali tradiderunt; cùm Sturnos non Turdos conio, ideſt, cicuta non aconito nutriri scribere debuissent. Sed hac de re satis. Hollandos audio à Sturnorum esu abstinere, quia carnes humanas hominum suspensorum depascantur. Albertus etiam cum armentis vaccarum versari ait propter pascua, quæ de stercoribus colligunt, lumbricos nempe, qui cùm maiores, tùm in maiori numero in eis procreantur. Ex quibus facilè constat, sturnos animalia dici posse pamphaga, quibus scilicet nihil displicet.

Arabum confusio.

Anton. Gainerij error.

Hollandi cur Sturnos non edant.

PRÆSAGIA.

Tempestatis futuræ signum.

GRATAROLVS, referente Ornithologo ex authore quodam barbaro Starnes, inquit, (Ornithologus Sturni conijcit legendum) si mane volauerint congregatæ, mane erit tempestas; si autem tardè, & multo tempore erit tempestas, & si reuertantur volantes, tempestatem significant.

CAPIENDI RATIO.

a in pædec. Vi visco capiantur.

b lib. 10. c. 27.

PANTHERON genus retis est, quo Galli, teste a Budæo, Sturnos, & Passeres capiunt. Quomodo verò visco capiãtur sic docet b Crescentiensis: *Funiculis longis inuiscatis capiuntur Sturni, qui valde gregatim volant, cum habetur aliquis Sturnus, ad eius pedem ligatur funiculus inuiscatus, & manutenetur, dimittitur autem, cum grex Sturnorum propè videtur, tunc enim cum funiculo dimissus ad gregem accedit, & cum ipso stricte* (hoc est quam proximè, & contiguè) *volitat, multique tangentes funiculum inuiscantur, & ad terram simul cum eo ruunt.* Albertus quoque quia animalia sint, quæ gregatim degunt, facilius ab aucupibus decipi scribit: positis enim quibusdam sui generis auibus, vel earum imaginibus iuxta retia, Statim, inquit, accedunt, & capiuntur. Hyeme, teste Ornithologo laqueis quibusdam in pratis aquosis facilè capiuntur.

ANTIPATHIA.

Canes timent Sturnos.

CANES animalia aliàs generosa, & magnanima, quibus quippe contra lupos oues defendimus, Lepores, & Ceruos venamur, & pro domum nostrarum, immo corporum nostrorum custodia vtimur, à Sturnis, vt prodidit Blondus, abhorrere feruntur: quod si verum est, certè antipathiæ ascribendum fuerit, quando, quod sciam naturalis illius ratio assignari non potest: quemadmodum fortassis huius, Cur Sturni ipsi tantopere odere Accipitrem, communem nempe volucrum, minorum præcipuè, quales ipsi sunt, aduersarium, hostemque quem quomodo mutuant declarat in primis a Homerus, Troianos scribens ab Aiace in fugam conuersos à subuenientibus Hectore, & Aenea animos recepisse, vnaquè cum his cateruatim Græcos inuasisse. Hos verò eos tanquam Accipitrem, Sturni, visum, fuga saluti suæ consuluisse.

Sturni Accipitrem timent.

a Illyad. 9.

Græci Sturnis comparati.

Τῶν δ' ὡς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται, ἠὲ Κολοιῶν,
Οὔλοι κεκλήγοντες, ὅτε τε ῥοδάων ἵσταται
Κίρκον, ὀξυμιμῆσι φόνον φέρει ἀνδράσιν αἶαν.
Horum acies Sturnorum nubes venit, aut Graculorum,
Acutè vociferantes, quando vident accedentem
Circum (Accipitrem) *qui parus eadem affert auibus.*

Item

Item *b* alibi Patroclum scribit id præstitisse Græcis in Troianos, quod Accipiter in Sturnos, & Graculos, nimirum ita fuisse pauori Troianis, quemadmodum Graculis, & Sturnis Accipiter, ait autem: *b* Iliad. 16. *Troiani Sturnis similes.*

Ἴθυνεν δέ δια προμάχοιο, ἴρηκι ἐοικὼς
Ὠκείῃ, ὃς τ' ἰφθίμους κολοιοὺς τε, ψαρας τε.

Iuuit autem recta per propugnatores Accipitri similis
Veloci, qui terruit Graculos & Sturnos.

Idem docet *c* Ludouicus Arioſtus Homeri priorem, vt apparet locum imitatus ſub exemplo Rolandi, qui relicto Rege Manilardo cæteros paganos, ac Chriſtiani nominis inimicos occidebat: *c* Cant. 12. ſt. 84. *Rolandus paganos fugat.*

Come per l'aria, ou'han sì larga piazza
Fuggon gli Storni da l'audace Merlo,
Così di quella ſquadra homai disfatta
Altri cade, altri fugge, altri s'appiatta.

Eodem prorſus modo apud Q. *d* Calabrum Neoptolemus Achillis filius Græcos pugnam deſerentes, Troianiſque turpiter terga vertentes his verbis alloquitur: *Formidoloſi quo fugitis in morem imbellium Sturnorum, quos metu concitauit Accipiter obuiam factus?* Porrò etiamſi imbelles omnino Sturni ſint, nonnunquam tamen Accipitri ſeſe opponunt, vel ſaltem accedentem repellere ſtudent. Hunc enim ſupernè, vel à latere, teſtante Alberto, accedentem alis euentant (ſic habet, ideſt vento alarum repellunt) & ſubtus volantem ſtercoribus opprimunt. Et alibi rurſus: Ad quemlibet impetum Accipitris, inquit, comprimuntur in aere, & vento alarum coniunctarum repellunt Accipitrem, qui ſi infra eos volet, ſtercoribus eorum inquinatur, ita vt appropinquare non poſſit. Aelianus author eſt, ſemen alij Sturno mortiferum eſſe: quod ſane mirum omnino eſt, quando certè alijs animantibus innoxium eſſe conſtet. *d* L. 11. p. *Neoptolemus Græcos ad pugnam hortatur.* *Sturni vt ſe contra Accipitres defendant.* *e* L. 6. de anim. c. 46.

DENOMINATA.

Sturni populi.

STVRNI Sarmaticæ Europeæ populi ſunt, à Sturnis auibus nomen non habent, nomen *a* Ptolomæo Στυρνοι dicuntur. Plinio Sturni Calabriæ ſunt populi, cur ſic dicti neſcio. *b* Ariſtophanes Ἵππος, ideſt, equum, ψαρὸν vocauit, Scholiaſtes, & Suidas transferunt celerem ἀπὸ τῦ ψαίρειν, quod eſt, accelerare, ſiue properare, vnde & ψαρὸς deducatur, ideſt, celer, & citus, vel qui colore tali ſit, quod magis placet, ideſt maculis varius, vt Sturnus auis. Nam & Euſtathius à Sturno aue varia, inquit, quæ dicitur ψὰρ, in genitiuo ψάρος equus ſimiliter appellatur varius ψαρὸς. Scribitur autem ψαρὸς adiectiuum oxitonum, pro aue verò paroxitonum. Cæterùm ψαρὸν de Turdi in collo colore Gaza apud *c* Ariſtotelem vertit murinum, Plinius concolorem: ſed neuter mentem Philoſophi expreſſit, malim ego varium, & maculoſum exponere, nam & Aetius de Paſſerculo Troglodyte loquens, *ſimilis eſt*, inquit, *Regulo, ſed tanta ſummum ala lineamentum* ψαρότερος, ideſt, magis varius. Similiter piſces quoſdam ſcribit Ornithologus pſaros vocari à varietate coloris, ego eiuſcemodi nominis piſcem non inuenio, neque etiam in libro de aquatilibus eorum meminit, poſſunt tamen piſces maculoſi quales Turdi ſunt pſati nuncupari. *d* Plinius authoribus olim curæ fuiſſe ſcribit, lapides mortariorum, Epheſiumq; lapidem in ijs prætuliſſe cæteris, ſecundum laudis locum dediſſe Thebaico, quem ſeſe alias pyrropœcilon vocaſſe, ait, alios vocare pſaronium. Cuius mentionem faciens *e* Bellonius Plinium quodammodo explicans qualitatem, eius innuit, inquiens: Lapis hic, quem ex Plinio à maculis Sturni pſaronium, vel quod ex lapicidinis Thebanis excidatur, Thebaicum nomino, ſupra omnes lapides duriori corporis callo conſtat. *f* Polydorus Virgilius authores ſeſe habere ſcribit, qui Henrici Tertij Anglorum Regis temporibus dicant percuſſum eſſe denarium argenteum, quod genus monetæ vulgò Sterling nuncupatur, ab effigie ſturni auis, quæ in altera parte numi eſſet, nam ſturnus, vt ſupra dixi Anglicè Sterlyng nuncupatur; ſex verò, & viginti denarios fuiſſe ait pondere vnius vnciæ argenti, & tales ferè, quales hodie ſunt: quare etiam omnis Anglica moneta etiamnum Sterlyngorum nomine putetur. Sed & cur denarius ſit nota Sturni auis ſignatus, cauſam ponere, quod ea auis pars foret inſignium, quibus Reges id temporis multarum poſſeſſionum, vel

a L. c. 11. *b* In nubib. *Sturnus equus qui.*

c 9. hi. c. 46 *Gaza, & Plinij error piſces pſari.*

d L. 6 c. 22 *Lapis Iſaurentus quis.*

e L. de op. antiq. c. 8.

f L. 6 hiſt. Angl. *Numus argenteus eũ impreſſo Sturno.*

Monetæ Anglorum cur Sterlyngi dicti.

Sturnus auis Angliæ inſigne.

extra-

Ster Anglis quid.

extramarinarum domini vſi eſſent; quemadmodum reges nunc ſolent in inſignibus regijs ſingula ſuorum inſignia adiungere, quò potentia exiſtat, quàm maxima, vel quòd numulus in altera parte haberet notam Stellæ, quam Angli Ster vocant. Et iſtos denarios etiam hodie reperiri.

HIEROGLYPHICA.

Hominis ingrati hieroglyph.

DE Sturno apud antiquos, vti neque apud recentiores nullum hieroglyphicum hactenus obſeruaui: poſſet nihilominus pro homine ingrato non incongruè pingi. Quemadmodum etenim hoc auium genus cateruatim volans tendit in oliueta, eorumque fructus maxima cum auiditate depopulatur, & nonniſi depaſtis ijs diſcedit, & oliueta deſerit. Simili plane ratione homines ingrati, donec aliorum ope, fauoreq; egent, *eos obſeruant, venerantur*q; vbi verò auxilio eorum vſi ſunt, vel munera, quorum cauſa eis adulabantur, acceperunt non tantũ beneficij fiunt immemores, verũetiã ſæpè contemnũt.

VSVS IN CIBIS.

a lib. 2. Sturni non habiti ſunt in delicijs.

STVRNI olim etiam hominibus in cibum ceſſere, nam & Antiphoni, teſte *a* Athenæo, inter cibos recenſentur: ſed in delicijs non habebantur, vt in primis colligo ex Martiale, qui cognato ſuo cum Turdos donare vellet, qui quibus in delicijs haberentur, ſuprà abundè demonſtrauimus, cur eos non mittat, cauſam reddit, quod ager ſuos Turdos non ferat, ſed Sturnos, aues nimirum ignobiles, ac nullius ferè pretij; inquit autem:

Nunc Sturnos inopes Fringillarumq; querelas
Audit, & arguto Paſſere vernat ager.

Sturnorum caro.

b lib. 5. de ſanit.

c lib. 3. de ſan. tuen.

d Epiſt. 6. medicin.

Quomodo Galē. Sturnos laud.

e lib. 3. de alim. fa.

f Dial. 4. medicin.

Sunt qui prorſus eos à menſis abdicent, ſunt qui aliquo tempore tantùm, nimirùm cicutæ tempore. Carnem aiunt duram eſſe, ventriculoque inobedientem, viroſum quendam etiam ſpirare odorem, maximè cum cicutam depaſcuntur. *Sturni*, inquit Platina, *quos vulgò diabolicam carnem habere dicimus, omnino ab obſonijs lauterum abijciantur. Hos comedat Vacerra noſter qui mar ſupio magis, quàm vita conſulium vult.* *c* Galenus verò, cui alias, vt medicorum coryphæo ſtandum foret, inter Perdices, Turdos, Merulas, & huiuſmodi, quæ quidem boni ſucci eſſe ab omnibus putantur ἔνδοξοι, hoc eſt Sturnos etiam recenſet. Quam controuerſiam examinans *d* Aloyſius Mundella Galenum defendere conatur, obiectioniq; aliorum ſic occurri poſſe exiſtimat; Galenum in eo libro in calculi renum vitio Sturnos, tanquam tenuis alimenti probaſſe, ſimiliter, & Palumbos turritoſve Paſſerculos, vel Sturnos non ita fortaſſis improbi ſucci eſſe, præſertim iuuenculos, vt vulgus putat. Quædam namque animalia in tenella adhuc ætate boni ſucci ſunt, vt vituli, & hœdi, ſi verò annoſi fiant, praui. Hæc enim, vt ait *e* Galenus carent, & concoctionis, & boni ſucci, & nutritionis laude. Et paulò poſt, Nec obſtiterit, inquit, quò minus boni ſucci ſint, quòd cicuta interdum paſcantur, vt neque Coturnicibus, quòd elleboro. Et rurſus *f* alibi: Galenus, inquit, Sturnos inter attenuantes, optimique alimenti cibos connumerat, qui tamen ab omnibus ferè, qui de illis tradidere, & praui ſucci, & ſaporis ingrati habiti ſunt. Et fieri quidem poteſt, vt vox illa pſaros, ideſt, Sturnus, alio Galeni contextu, non ab ipſo authore addita fuerit. Vel Galenum ibi de Sturnis iuuenculis locutum fuiſſe dicimus, qui tenelli adhuc ſucci lauidabilioris fuerint, quàm adulti: vel potius exiſtimabimus illum intellexiſſe de Sturni, qui in montibus degunt, non autem qui circa paludes, & loca campeſtria verſantur: quos ſanè ſi comedas, cum præſertim nouellæ ſunt ætatis, adeo miram cibi illius ſuauitatem ſenties, vt vix illos à Turdis diſcernere poſſis. Hæc ille. *g* Cardanus Sturnorum eſum vindemiq; tempore non improbat, tunc enim ſuauiores euadere ſcribit. Idem facit *h* Iulius Alexandrinus, qui de Paſſeribus locutus, Sturnorum, inquit, conditio eadem, extraneus præterea ſapor quidam, vnde deterioris inſuper ſucci alicuius ſuſpicio, ipſi ſe ipſis tamen, matureſcentibus vuis, ac per vindemiam totam, pabuli melioris copia meliores, & ſapore iucundiores euadunt, vt edi non inſuauiter prorſus poſſint. Nonnulli, vt Cardanus quoque, aiunt, ſi mox, vt capti ſunt, amputetur caput, reliquunt corpus ſuauis euadere. Calidi ſunt, & ſicci iuxta Auerroem.

Sturnorum ſuauitas.

g 3. de ſan. cap. 21.

h li. 13. ſalu. c. 8.

Cur caput amputandum.

MEDICA.

MEDICA.

MEDICIS, sturnorũ stercus potissimũ seruit: nec eis ad medicinam, sed ad faciem exornandum. *Ad alphos*, inquit, *a* Ægineta, *crocodilea, & fimus Sturni, cum oriza comederint.* Plinius verò crocodileam adulterari scribit amylo, aut cymolia, sed maximè Sturnorum fimo, qui oriza tantùm pasti sunt. Plurima de huius fimi vsu ad alphos, pannos, impetiginem, & morpheam leges ex Galeno, Dioscoride, & Serapione, eiuscemodi autem vitia sanare hunc fimum à natura docemur, quæ varijs maculis distinctam auem genuit, vt docet *b* Porta Terrestrum crocodilorum fimum luxuria fœminarum pretiosum fecit, quæ non contentæ tot medicamentis, quæ splendidam, extenuamq; faciei cutem reddunt, crocodrilarum, & Sturnorum etiam fimũ eis adijciunt. Constat igitur hæc stercora abstergendi, exiccandiq; vim possidere, vtranq; mediocriter: multò moderatiùs tamen, & infirmiùs Sturnorum stercus est. *Stercus Zezar*, inquit Serapio citans Galenum, *oryza pasti impetigines efficaciter abstergit.* Sed *c* Galenus fimum Crocodili terrestris cutim abstergere, & siccare scribit, vt & Sturnorum oryza pastorum, qui tamen longè imbecillior sit; crocodili verò terrestris tam efficax, vt ephelides etiam, & alphos, & lichenes tollat, ociusdem Serapionis interpres ex Dioscoride transferens pro fimo Sturni, imperitè posuit Turturis. Sturnorum in cibum sumptum Kiranides iuuare author est eos, qui mortiferum aliquid biberunt, & si quis præguſtauerit, omnino non lædi. Contra Arnoldus cuitandos esse ait eis, quos hæmorrhoides crebrò vexant, & maximè pulsantes.

Stercoris vsus.
a E. 28. c. 8
b lib. 5. phy. tog. c. 16. *Fimi crocodilorum terrestriũ honor.*
c lib. 10. de simpl. *Interpretis Serapionis error.*
Sturni esus cui vtilis, cui noxius.

DE COCCOTHRAVSTE Ornithologi. Cap. XX.

SYNONYMA.

HESYCHIVS, & Varinus κοκκοθραύστης, inquiunt, auis quædam est, sed quæ, non explicãt. Ornithologus id nominis huic aui, cuius effigiem in sequenti pagina dabimus egregie competere videns, eam eo nomine indigitauit, quod rostro suo coccos, & interiora grana, siue officula ceraſorum cõfringere soleat. Apud alios Græcos, imo Latinos aliud nomen non reperio, nam Pardalus Aristotelis non est, quamuis id affirmauit *a* Bellonius. Italis Frison, Frusone, vel Grison etiam appellatur; circa Lacum Verbanum Franguel montano, idest, Fringilla montana. Gallis, teste Bellonio, Grosbec à rostri nimirum crassitie. Cenomannis priuatim Pinson royal: nonnullis, referente Ornithologo, Chochepiere, & alibi, vt audio Cassenoix, idest, nucifragra, quod nomen Caryocatactæ aui suprà descriptæ magis conuenire existimo. Germani, eodem Ornithologo teste, vocant Steinbysser, Heluetij Klepper, in Austria Kernbeisz: circa Francfordia Kirszfinck, & alibi Kirseschneller. Audiuisse etiam sese ait alicubi Bollebick vocari, hoc est, gemmiuoram, quòd gemmas arborum comedat. Turcis Giengen dicitur.

a l. 7. c. 30. *de auib.*

FORMA. DESCRIPTIO.

HAVD inconueniens fuerit hic, quæ Bellonius de hac aue scripsit, inserere, eoq; maximè, vt manifestemus, hanc auem Aristotelis Pardalum non esse. Ille verò sic scribit: Nullum autem nomen inuenimus, quod aptiùs, atque exactiùs huic aui competat Gallicè, quàm si dicamus Grosbec. Rostrum enim ei pro corporis portione insigniter magnum. In alijs tamen Galliæ locis aliter appellatur; nam Cenomanni dicunt Pinson royal. Colorem, vt potior pars aliarum auium, non seruat. Nuper enim in Græcia vnam, cuius detractam pellem nobiscum attulimus, obseruaui, cuius color diuersus est ab alijs, quod propter diuersitatem ætatis contingit. Sturno paulò minor est, rostrum

Grosbec.
Pinson royal.
Colorem mutat.

Descriptio. strum ei durum, adeo verò insigne, vt magnitudo eius nobis sit admirationi. Caput superius est colore mali aurantij: cum macula sub gutture nigra: collum cinereum, dorsum fuluum: alarũ extremitates ex viridi lutescunt, sicuti torques Palumbis: caudæ extremitas alba, subtus fulua, cuius pariter coloris sunt venter, pectus, & guttur. Quę *a* Arist. Pardalo suo tribuit, huic aui competunt. *Pardalus* inquit, *colore tota cinereo est, magnitudine proximè superiori* (loquutus erat de Sturno, Collurione, Cæruleo, Mollicipite, Galbula) *magna ex parte gregatim volat, nec singularem hanc videris; vocem frequentem, nec grauem emittit*. Quæ notæ omnes huic nostro Grosbec conueniunt. Solam .n. volare non obseruamus, & insuauiter canit, quare nec in caueis alitur. Hęc omnia ille. Verùm si Arist. hanc auem agnouisset, tam diuersam ab alijs rostri figuram, ille, qui differentias vbiq; notare solet diligentissimè, non erat taciturus: præterea Coccothraustes nostra, siue vt ille vocat, Grosbec tota cinerea non est, sed in collo tantummodo: postremò vox non est insuauis, peculiaris tamen Cymbalorum ferè æmulo: caueis tamen includi non solet, nisi fortè aucupij causa. Sed ad formam eius reuertamur, depingit, describitque eandem his verbis Ornithologus: cuius descriptionem ne temerè in ea elaboremus, hic quoque inserere visum est. Magnitudo ei

a 9. h. c. 23.

Descriptio, ex Ornith.

Coccothraustes mas cum cerasi ramulo.



Alaudæ, aut Loxiæ. Rostrum durum, validum, breue, latũ, simile fere rostro auis, quã Gijger vocamus, magis fuscum, (ita vocat quãdam aliam auiculam, cui pariter rostrũ crassũ est, quã Turnerus Pytrhulam esse conijcit.) Color capitis (in fœmina) charopus, vel ex flauo ruffus, in pectore, & ventre ex cinereo rubicundus. Pennæ alarũ superius nigricãt, in medio albent, in imo coloris ferè cærulei, vel Indici sunt. Pennis nigris rostrũ inferius ambitur, & similiter oculi. Collum pronum, & vtrinq; ad latera plumis vestitur cinereis. Dorsum ex ruffo nigricat. Propius caudã charopæ sunt pennæ, extremæ in cauda albicãt. *Rostrum. Caput. Venter. Alæ. Collum. Dorsum. Cauda.*

10

LOCVS.

ORNITHOLOGVS in syluis capi scribit, æstate fortè, hoc enim tẽpore apud nos in mõtibus agunt, & sub Octobrẽ ad plana descẽdunt. In Germania etiam çstatẽ rarius, hyeme frequentiùs cernitur. Nidificat, vt ille narratum sibi esse ait, in arborum cauis.

INGENIVM.

20 ITALI hominem crassi ingenij, & decepti, persuasuq; facilẽ significantes Coccothraustem crassi rostri appellant, dicentes: Tusci vn Frison del becco grosso, ac si eiusmodi auis hebetis, & obtusi esset ingenij, & facilè caperetur. Audio tamẽ non facilè sese præbere capiendam, sed fortè inde erit natum prouerbium, quod cauæ inclusa non solùm rarò cantillet, sed ne instructionem admittat.

VICTVS.

30 TANTA rostro eius durities est, vt ceraſorum ossa eo confringat, quorum nucleis inhiat maximè: super qua re hoc ridiculũ addit Ornithologus, nã auceps quidam nuper vt rem ridiculam ostentaret, Turdi genus Bohemicum (vt Germani appellant) in cauea inclusit; idque cerasis aridis pasci assuefecit Quæ cùm Turdus integra deuoraret ossicula ceraſorum, quæ subinde excernebant, in subiectam caueam cui inclusus erat Coccothrausles, delapsa illum alebant. Vescitur etiam, vt audio, oliuis, aliasq; baccas vorare credendum est. In cibo cedit, & caro eius non improbatur, & grata est, & suauis.

40

DE COCCOTHRAVSTE INDICA cristata. Cap. XXI.

IVSCEMODI auem ad viuum depictam F. Franciscus Malocchius horti Pisani præfectus iussu Serenis Ferdinãdi Magni Hetruriç Ducis ante aliquot dies ad me misit, affirmans in natiuo eius solo, nimirum in Insula, quã vocãt capitis viridis, appellari vulgò Frusonem nomine simillimo Frisoni nostro proximè præcedẽti capite descriptio, cui ẽt rostro similis est, macula ei tam rostrum nigra ambit, & magnitudine, teste Hieronymo Mercuriale, Turdi. Quare
50 etiam Coccothrausten Indicam appellare libuit. Auidè amygdalas, vt Malocchius mihi significauit, deuorat, in quo cũ Coccothrauste etiam conuenit, qui huiusmodi fructus rostro frangit, vnde nucifraga dictus est, aliosque coccos, siue ossicula: quod facere pariter *Mores.* hanc auem verisimile est, cum rostro valde crasso, & robusto prædita sit. Lusitanis Mercurialis Cardinalitium vulgò appellari asserit, fortè quia purpurea est, galerumq; purpureum gestare videatur. De natura, moribusque eius hæc referebat Malocchius: *Natura.* Auium voces, maximè Luscinię imitatur, panico inhiat, amygdalisque alsinem herbam deuorat, visa in speculo icone sua miserabilibus modis gesticulatur, sibilos edendo, cristam deponendo, caudam more Pauonum erigendo, alas motitando,

in

in ſumma ſpeculum roſtro impetit: temperies ei calidiſſima, quod inde innoteſcit, quia ſæpe ſe aquæ immergit. Ingenio eſt manſuetiſſimo, cibum è manibus oblatum accipit. Hæc ille de eius natura. Forma verò hæc eſt. Cirri in capite figura trigona coccinei, quo patet colore collum, pectus, & venter refulgent. Alarum extremitates non tam intensè pur-

Deſcriptio. purascunt, quemadmodum neq; cauda, quæ pro corporis portione longiuſcula eſt, palmũ ſcilicet aliquantulum ſurrecta, lata digitum auricularem, vt pictura oſtendit. Tibiæ breues, & albicantes, vngues robuſti, & non nihil incurui. Auis tota à capite ad caudæ extremum menſurata duos palmos explet.

10

Coccothrauſtes Indica cum ceraſo auium.



VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI. ET MEDICI BONONIENSIS ORNITHOLOGIÆ

Liber Decimusseptimus,

QVI EST

DE AVIBVS VERMIVORIS.

DE REGVLO.

Cap. I.

QVEMADMODVM apud nos homines primum honoris, dignitatisque locum obtinent, quos in Reges adoptamus; eodem etiam planè modo hęc Auicula quamuis auicularum omnium, quas nostræ regiones producunt, minima ab auibus ipsis vnanimi consensu in Regem electa, inde Regulus nuncupata, cæteris præferenda videtur, & regius siue primus ei locus in hoc libro tribuendus. Conuenerant aliquando, sicut est in fabulis inter se aues, vt illa pro Rege haberetur, quæ sublimi volatu cæteras superaret, cumque id Aquila facilè præstaret, exiliens Regulus, qui sub alis eius latebat, insedit Aquilæ capiti, inde se victricem esse asserens. Fabula inde fortè ortum habet, quia tantæ paruitatis auicula cum Aquila pugnare (quòd testatur philosophorum princeps, & communis præceptor *a* Aristoteles) non perhorrescat. Quapropter de vermiuoris auibus locuturus, vel solum ob nomen tanquam harum antesignanum prætulimus. Verùm antequam ad Aequiuoca me conferam, operæ pretium est admonere, Turnerum & Bellonium Passerem Troglodyten nobis pro vero Regulo obtrudere, & quam nos Regulum putamus, illos Philosopho dici Tyrannum; quasi verò Regulus & Tyrannus non sint synonyma.

Nominis ratio.

Fabula de Reguli electione in Regem.

a 9. h. c. 11.

Turneri & Bellonij error.

ÆQVIVOCA.

REGVLVS noster *a* Aristoteli etiam Trochilus nominatur, vt mox patebit. Sed *b* eidem philosopho alia præterea auis est eiusdem nominis, quam aquas adamare testatur, & *c* alibi crocodilis hiantibus inuolantes tradit depurgare dentes. Hæc apud illum fortè legens *d* Plinius, Trochilum illum Niliacum cum Regulo nostro implicuit, dū ait: *Trochilos in Aegypto vocatur, Rex auiū in Italiæ, parua auis, quæ Crocodili in somno hiantis os, & dentes depurgat.* Sunt etiam ex amphibijs Trochili dicti. Hi per littora discurrunt, tanta sæpius celeritate, vt cursus eorum volatu etiam pernicior sit: atq; hinc nomen eius apud

a 9. h. c. 11.
b 8. hi. c. 3.
c 9 hi. c. 6.
d l. 8. c. 25.

Plinij error Trochili aues dictæ, & earum hist.

Græcos impositum. Pisces magnos non aggrediuntur, cancellis & si quæ fluctibus ad littora propelluntur, contenti. Mares seorsim à fœminis, fœminæ à maribus pascuntur. Ineunte vere, priores fœminæ solicitant mares ad coitum. Sequuntur enim & propè eos peculiari quodam cantu stridentes: quo vix tandem allecti mares accedunt, mox iterum fœtu procreato separatur, & ad sua sexus vterque pascua seorsim reuertitur. Tunc mares omnem fœturæ & Veneris curam relinquunt: fœminis labor solis incumbit; illumque illæ inter se partiuntur. Iam aliæ oua in nidis fouent, aliæ fouentibus cibum congerunt, & sic alternis oua suis plumis concalfacere pergunt. Pullos iam adultos ad littus producunt, vbi mares versari solent: ibi fœmellæ etiam ex pullis cum suo sexu remanet, masculi verò separantur. Author est *d* Oppianus. Pompeius Festus Immusculum auis genus esse dicit, quam alij Regulum, alij Ossifragam dicunt. Nos plura de Immusculo in Vulture, ni fallimur, & Aquila scripsimus, quæ per se Lector adire poterit. Græci Βασιλισκὸν serpentem quendam vocant, quem Latini Regulum, cuius tam multiplex, tamq; varia apud ferarum scriptores historia est, vt fabularis prorsus videatur. Sunt qui dicant tantæ perniciei animal esse, vt solo oculorum intuitu, vel vt alij volunt, sibilo tantùm, vel vt alij, morsu, humanum genus statim interimat. Nec desunt qui vulgò opinionem secuti ex veteris Galli ouo hanc truculentissimam feram nasci putant, vt abundè in Gallo docuimus. *e* Galenus eius meminit, atque his verbis describit: *Basiliscus bellua subflaua, & triplici frontis apice minuta tantummodò conspectus, & quando sibilat, auditus, videntes se, & audientes necat, atque si quod aliud animal illum etiam mortum attingit, statim moritur. Hinc aiunt omne aliud reptilium genus cauere ne basiliscum vicinum habitet.* Sic ille. *f* Apud Plinium quoque & Aelianum eiusdem serpentis historiam legimus, sed Plinius non triplici frontis apice munitum esse tradit, vt esse ex Galeno diximus, verùm candidam in capite maculam habere asserit, vt quodam diademate insigni. Vulgus hanc bestiam depingens, coronatam fingit ad nomen alludens: nam videtur ideò basiliscus dici, vel à candida illa macula capitis, vt Plinius habet, vel à triplici frontis apice, vt ait Galenus.

d Lib. 2. de aucup. Basiliscus serpens, & eius natura.

e In lib. de Theriaca.

f L. 8. c. 21.

SYNONYMA.

PLINIVS *a* Trochilum regem auium dici scribit, ex *b* Aristotele, vt apparet, qui sic habet Trochilus vocatur alijs nominibus Senator, & Rex. Græca nomina sunt, Τροχίλος, Πρίσβυς, Βασιλεύς. *c* Alibi Aristoteli Tyrannus dicitur: *d* Alibi etiam Ochilum nominat auem, quam Noctuæ oua exedere memorat. Ornithologus hanc quoque non aliam arbitratur, quam Trochilum, cum vtramque, inquit, legamus paruam auiculam esse, & foramina subire; vtramque etiam Noctuæ inimicam. Facilè autem vulgus vel negligentia, vel ioco (ad ὄρχεις, id est, testes alludens) Trochili nomen in Orchilum mutauit. Et reuera *e* Aristoteles alibi Regem auium cum Noctua dissidere scripsit, ibidemque Noctuæ oua excedere Orchilum, & Aratus inter signa tempestatis etiam refert, cum Orchilus, & Eritheus caua terræ subeant, & Aristophanes denique de Carcini poetæ filijs dicebat, Ὅσσον πλῆθος κατέπιον τῶν Ὀρχίλων. Hos enim ceu paruos (vt Orchilus auis parua est) & libidinosos, à testibus, quos Græci ὄρχεις nominant traducit, vel tanquam magna habentes genitalia, vel saltationi deditos; nam ὀρχέεσθαι saltare est teste Scholiaste. Idem *f* si quis, inquit, Ioui sacrificauerit arietem, rex nunc est Orchilus auis Βασιλεὺς ἐστ' Ὀρχίλος ὄρνις. Solebant autem Ioui κριὸν ἄορχιν, id est, arietem marem non castratum sacrificare. Ioui quidem Orchilus auis facetè ascribitur, tanquam libidinoso & adultero, διὰ τὰς ὄρχεις; id est, à testibus, à quibus poeta hoc nomen confinxit, vt scribit Scholiastes, & repetit ex eo Varinus. Præterea cum Trochilus auis *g* Aristotele teste alijs nominibus Rex & Senator, vt dixi, appelletur, nimirum eandem auiculam non immeritò Orchilum Ornithologus fecisse videri potest, quæ hic Ioui Regi, tanquam & ipsa rex attribuitur. Ὀρχίλος, inquit Hesychius auicula vilis, quæ ab aliquibus Σαλπιγξ dicitur. Quemadmodum verò Regulus Βασιλίσκος, ita primitiua, diminutiua voce Βασιλίσκος Aetio, Aeginetæ & Aristophani nuncupatur Ῥοβιλλος Hesychio & Varino Basiliscus auis est, & Τρίχκος apud Eleos, vt idem habent, Auicula quædam est, & rex. Item Κόρυλος ipsis auis est, quam ab alijs Βασιλίσκον appellari scribunt. In Creta, teste Bellonio, Tettigon appellatur, à magnitudine fortè, qua cicadam vix excedit.

a L. 8. c. 18. *b* 9. h. c. 11. *c* 8. hi. c. 5. *d* 9. hi. c. 1. Orchilum, & Trochilum eãdem auem esse. *e* 8. hi. c. 1.

f In auib. Aries Ioui sacrificatus. *g* 9. h. c. 11.

Σαλπιγξ. Ῥοβιλος. Τρίχκος. Κόρυλος.

Albertus

Albertus alibi, vbi Aristoteles Πρέσβιν habet, legit Basit voce, vt videtur, à Græca corrupta, vt pleraq; apud ipsum. Basit, inquit, Arabicè, apud nos autem Senecta vocatur; Senator fortassis dicere voluerit, vt Gaza vertit Idem Albertus & author de natura rerum Regulum etiam Parram nominari dicunt. *h* Ioan. Saresb etiam Bitticum dici scribit referente Ornithologo. Cælius Acalanthim nobilissimi canis nomen esse tradit, quosdam tamen eo nomine aues intelligere, quas alij Basilicas nuncupant. Regaliolus item non alius quam Regulus videtur *i* Suetonio, quamuis nonnulli pro Galgulo accipiant, quemadmodum in Galgulo ostendi. In Hetruria circa Florentiam hæc nobilissima auicula Fior rancio, idest, flos calendulæ appellatur, à rutila aureaque capitis crista, Veronæ ob eandem causam Capo d'oro, idest, caput aureũ, ab alijs Occhio Bouino, idest, oculus bouinus, à magnitudine vt conijcio. Genuæ, vt audio, Boarino della stella (ad differentiam alterius auiculę, cuius iconem suo postmodũ loco dabimus, quam simpliciter Boarino dicunt) Bononiæ papazzino, hoc est, Papa paruus, tanquam Regulus. Quidam item Italicè interpretantur Reatino, Scopa Italus pro Trochilo exponit Reillo, & pro olo aue alibi quoq; Reillo, & Scricciola habet. Syluaticus & ipse Italus auis inquit, regia est, quam nos vocamus Regillum. Gallicè aliqui nũcupant Rottelet, Roytelet petit Roy item vn Poul, vel Soucie, vel Sourcicle, à supercilijs, vt Bellonius vult, vel à colore verticis simili floris calendulæ, quam Galli vulgo Soucie vocant, quasi solsiam, vel solsequiam. Hinc etiam Germanicè Gondhendlin appellari dicit Ornithologus, alibi Nchseneugle, idest, oculum bouinum. Circa Bernam in Heluetia Struszle, alibi Thannenmeisle, idest, Parum vel Parum abietum, sed impropriè. Flandricè appellatur een Koniinxken: Polonicè Krolik: Anglicè Vvren, Turcice Serce. Aduertendum verò est omnia hæc nomina in diuersis linguis à rege denominata Passeri Troglodyti communiter attribui, quem multi cum Regulo confundunt, sicuti etiam Ornithologus annotat.

Tetrigon.
Basit.
Senecta parra.
h In Poly.
Bittiscus.
Acalãthis.
Regaliol.
i In Ces.
Synonyma Italici, & aliarum nationum.
Gallica.
German.

FORMA. DESCRIPTIO.

MINIMA auium, inquit Cardanus, apud nos est Regulus, qui per dumeta volitat, Passerculo dimidio minor; sed hæc magnitudo Passeri Troglodyti etiam conuenit. Rectius *a* Aetius, Passerculus Troglodytes, inquit, auium omnium minima est Regulo excepto, quo paulo maior est & nigrior. Similis est aũt ei in multis, prętерquã qđ in frõte auri colores pẽnas non habet, &c. iuxta summum alæ lineamentum

Magnitudo.
a Lib. 11. c. 11.

Regulus mas cum iunipero maiori monspeliendum.



legitur ψαρότερος, ideſt magis varij (Ita & Aegineta Troglodyten Regulo paulò maiorem eſſe ſcribit, ſed quod colore illi ſimilem eſſe dicat inter cinereum & viridem (μεταξὺ τεφρῶ καὶ χλωροῦ, pro qua poſteriore voce quidam ὠχρῷ legũt) id ſane verum non eſt, & ſoli Regulo ille color competit. *b* Ariſtoteles Tyranno corpus non multo amplius tribuit, quem locuſtæ, & criſtam rutilam è pluma elatiuſcula, & cætera elegantem auem eſſe prodidit. Ego Regulum aliquando in foro inuentum, ita quàm breuiter deſcripſi: Auicula hæc à capite ad extremitatem caudæ menſurata vix palmum exuperat. Roſtrum longiuſculum, tenue, teres quodammodo, nigrum, & in extremitate nonnihil curuum. Criſtam gerit in fronte ſurſum erectam colore ferè aureo, quæ in mortua aue non conſpicitur. Caput, collum, dorſum, & mediæ alæ ex viridi luteſcunt: nam remiges nigricant, & ad latera flaueſcunt, & prope earum exortum notabilem habent maculam albam. Cauda eiuſdem coloris eſt, quo remiges alarum pennæ. Guttur & pectus ex albo flaueſcunt, venter candicat: pedes fuſci ſunt, & pro corporis portione robuſti. Fæmellas in hoc auium genere percepi pallidioribus capitis pennis loco coloris aurei cõſpicuas eſſe, minores etiam ipſis criſta pennulę ſunt, quarum caput linea nigra craſſa ſatis velut corona eleganter ambit. In alis etiã duas habet maculas albas, paruã vnam, longam alteram, cũ mas hanc ſolam habeat.

b 8. hiſt. c. 3.

Magnitudo Roſtrum. Color.

Fæmellæ à mare diſtinctio.

LOCVS. VICTVS.

Victus.

CROCHILVS ſiue Regulus fruteta incolit, & foramina. Niphus Regulum rubrum eſſe ſcribit præparuum, & in ripis riuorum agere, quod vix credo. Inter Iuniperos plurimum victitat. Ornithologus aucupum ſuorum alios dicere perennare apud ſuos tradit, alios dicere auolare poſt alias aues, quæ migrare ſolent. Alij dicunt, cùm bruma eſt gelidiſſima in vrbibus, reliquo verò tempore in ſyluis conſpici. Vermiculos edit teſte *a* Ariſtotele, quorum nomine muſcæ, formicæ, coſſi ſimiliaq; alia inſecta intelliguntur. Sunt qui muſcis adeo ingurgitari dicunt, vt aliquando de vita periclitetur.

a 8. hiſt. c. 3.

VOX. MORES.

Ingenium.

Zinzilulare.

ALBERTVS Regulum auem muſicam eſſe ſcribit, & præcipuè cantare tempore magni & ſicci frigoris hyeme. Cæſar etiam Mancinus inter auiculas etiam canoras Regulum recenſet, quo non placet, cùm difficulter admodum circuretur in caueis. Author Philomelæ Regulum zinzulare aiens ita canit:

Regulus atque Merops & picto pectore Progne
Conſimili modulo zinzilulare ſolent.

Regulus homines fallit.

Cur ſimul erant.

a 9. hiſt. c. 11.

Regulus, inquit author de rerum natura, auis minima, ſed quanto minor, tanto velocior, & animoſa, vt etiam contra Aquilam aliquid conari audeat. Homines etiam ludit, nam cùm ſe proximè quaſi manu capiendam obtulerit, caſſo homines conatu, & labore impigra profugit. Et rurſus: Trochilus auis eſt omnium minima, quam Regulum vocant, quę licet paruo ſit corpore, auſu tamen magno contra Aquilam pugnare conatur. Solitaria volat: pullis fœcunda eſt, nam plutimos vno fœtu producit. Vno ſpecu, vel antro hyeme multi conduntur, vt ad calorem conferente calore, qui paruus eſt, in tam minimis corporibus augeatur. *a* Ariſtoteles vero ſic habet. *Trochilus fugax, atq; infirmis moribus eſt, ſed victus probitate, & ingenij ſolertia præditus. Vocatur idem & Senator, & Rex. Quamobrem Aquilam cum eo pugnare aſſerunt.* Mirum quod ſe expertum ſcribit Albertus nempe Regulum ſi deplumatus in veru paruo exponatur ſeipſum voluere. Idem ſcribit *b* Scaliger, vbi affirmat inuerſionem eſſe quaſi quendam caſum. Nam quemadmodum inquit, in Regulo auicula, cum in veruculo igni apponitur, tametſi nemo vertat, tamen per ſe couertitur: ita fit & in his: Regulus vbi ea

Regulus ſe ipſum volutt inveru.

b In lib. de cauſ. plant. Theoph.

pars quæ igni obuersa fuit, assata est; altera quæ non est assata, quia est grauior descendit, atque ita conuertitur. In frondibus idem alia ratione. Namque exusta in parte superiore attrahunt ab inferiore, atque ita inferior inanita leuior fit. Hactenus ille. c Aristoteles Regulum scribit difficulter capi. c 9. h. c. 11.

PARTVS.

10 REGVLVS, inquit Albertus, bis anno parit, oua circiter nouem vno tempore. Videtur verò is Reguli nomine Passerem Troglodyten intelligere. Cęterùm Regulus, vbi nidificat, sex aut septem oua tam parua, quàm est pisum, ædit. *Oua Reguli.*

PRÆSAGIA.

REGVLVS auicula motu insolito & cantu, sed tamen suaui, gestiens, quia aridulus vaporosum aerem plausibiliter excipit, & aduentantem humiditatem, qua refocilletur, implorat, pluuias affuturas denotat. Aratus verò inter futuræ 20 tempestatis signa etiam ponit, si Orchilus, & Eritheus terræ caua subeant. Auienus Latinus Arati interpres sic vertit: *Tempestatis signum.*

Orchilus infectus si floricomis hymenæis
Ima petit terræ, si denique paruus Eritheus.

Conijcit Ornithologus Aratum non alia ratione hymenæis infestam hanc auiculam dixisse, quàm quia tempestatem indicat, cùm nuptiæ sereno tranquilloquè cælo gaudeant.

PRODIGIVM.

30 SVETONIVS a C. Iulij Cæsaris futuram cędem euidentibus prodigijs denunciatam esse attestatur, pridieque Martias Idus auem Regaliolum cum Ramulo Laureo Pompeianæ curiæ se inferentem volucres varij generis ex proximo nemore persecutas, ibidem discerpsisse. a *In Cæsare.*

ANTIPATHIA.

Pugna.

40 TROCHILLVM scribit a Aristoteles cum Aquila pugnare, quoniam Rex, & Senator vocetur, quem locum Plinius in suam transtulit historiam: *Aquila, & Trochilus*, inquit, *si credimus, dissident, quoniam Rex appellatur auium.* b Aristoteles Regem auium contra Noctuam etiam inimicitias gerere, atque item Orchilum Noctuæ infensum ait; Orchilum ex Ornithologo eundem cum Trochilo esse ostendimus. a *9. hist. c. 11.* b *9. hist. c. 11.*

DE REGVLO ALIO NON CRISTATO.

Cap. II.

50

IN agro nostro Bononiensi alia quandoq; capitur auicula, quam aucupes hic vulgò Reatin nuncupant. Latinè Regulus non cristatus dici potest. Est enim Regulo superiori per omnia similis, præterquam quod crista careat Auicularum omnium excepto Regulo minima est, Passere media magnitudine minor, si nudæ corpulentiam spectes: nullis aureis plumis in vertice coronabatur, in cæteris omnibus Regulum à Passere Troglodyte longè diuersissimum adamussim repræsentans. Rostrum ei est gracile, oblongiusculum, acutum, extremo, nonnihil aduncum, saturrimo atro colore resplendens, interna capacitate & vtraque *Reatin.* *Rostrum.* *Color.*

Oculi. *Ala.* *Cauda.* mandibula vnà cum lingua rubicundis. Vertex, collum, dorsum, colore, betico ad flauum nonnihil vergente. Ocelli nigrescunt, quos plumulæ ambiunt cinereæ. Alæ & cauda exteriori superna superficie ex fusco ad spadiceum vergunt. Pectus, alæ internæ ac supremæ, cau-

Regulus, seu Trochilus non cristatus.



Pectus. *Venter.* *Pedes.* dæque interiores initium sunt flaua. Venter albicat, nonnihil tamen superficie tenus flauescens. Radices plumarum omnium sunt plumbeæ, seu potiùs nigricantes. Cruscula satis longa nigricant, minus tamen pedioli, quorum postici digiti vnguiculus omnium est maximus, digitusque à medio anticorum magnitudine secundus. Duo cæteri antici minores & æquales sunt inter se, præter id, quod hæc auicula crista caret, macula illa etiam, quam

Vt à Regulo differat. Regulus cristatus albam media ala habet, destituta.

DE PASSERE TROGLODYTE.

Cap. III.

PAsserculum Troglodyten, quòd à neotericis plerisq; præter vnum Ornithologum cum Regulo confundatur, Reguli historiæ necessarium omnino est subiungere, vt diuersitas appareat, & ne temerè alios hallucinatos esse iudicare videar.

SYNONYMA.

Trogites passer qui. ΤΡΩΓΛΟΔΥΤΗΝ dicunt à subeundis troglis, ideſt, cauernis, vti etiam populos Troglodytas. Trogites verò vulgò apud recentiores Græcos dicta auis, Passer communis domesticus est. Quia verò huiusmodi auicula primo aspectu omnium auium minime videatur, multi populi Regulum nominarunt. Itali in primis Reatino, & corruptè Riatino circa Lacum Verbanum Aryotin. Perchia chagia Siculus auis est minor Passere, sæpius perforans, vnde nomen, & non alia, at puto, quàm Troglodytes. Gallis Roy, Roytelet, *Boeufde dieu*, & *Berichot*, alibi *Beurichon*, alibi Forfonte, Nortmannis Rebettre, quasi Roybettre, Sabaudis Roidex Ousaeux, Roytelat, Rozeto, Redoyell, & alibi Conta fasona, quòd saltando videatur numerare fasciculos. Nonnulli Germanicè Trochilum interpretantur ein Zaumkocning, Sneekoconing, sed hæ voces nostro Passeri Troglodyti

Perchia, Chagia qui auis Siculis.

Germanicè.

glodyti teſte Ornithologo Germano, conueniunt. Alij Germanis Zunſchlipfffle appellatur, in Saxonia Thurnz Koenin, Schnykeuning, Zunkuning: circa Roſtochium Neſſelzſcuning, & Dumeliag, ideſt, pollicaris, à paruitate: Flandricè Konijncxken, Anglis Vvren, Polonis Krolik, Turcis Bibil.

FORMA. DESCRIPTIO.

TROCHILVS, inquit Turnetus, hunc cum Paſſerculo Troglodyte confundens, omnium auium eſt minimus, cauda longa, & ſemper erecta, roſtro longiuſculo, ſed tenuiſſimo, colore ferè fuluo. Quæ omnia Paſſerculo noſtro optimè conueniunt. Quamuis ſiquidem primo intuitu Regulo multo minor appareat, duplo tamen plus carnis poſſidet: contra Regulus pluribus pennis obueſtitur, & earum multitudine maior apparet, cùm alias longè ſit minor, vt teſtatur *a* Aetius, apud quem ſolum deſcriptam hanc auiculam reperias, *Paſſer Troglodytes*, inquit, *eſt Paſſerculus minimus iuxta ſepes; & muros victum quæritans. Eſtque hoc animalculum omnium auicularum minimum, nimirum ea excepta, quæ Regulus dicitur. Similis eſt autem Regulo in multis, præterquam quod in fronte auricolores pennas non habet. Eodem paulò maior eſt, & nigrior, caudamque ſemper ſub rectam, & albo colore retrò interpunctum habet: magis item garrulus, quàm Regulus eſt, & ſanè iuxta ſummum alæ lineamentum cineri amplius coloris* (ϕαιότερος, ideſt magis varij) ibi enim plurimis maculis, ſeu punctulis nigris, albiſque variegatur, ſicuti etiam in cauda. Circa huiuſce minimæ auiculæ in foro emptæ deſcriptionem, ita aliquando me exercui Auicularum omnium Regulo excepto minima eſt, roſtello longiuſculo, tenui, & acuto, fuſco ſupernè, albido infernè, quod continet admodum exilem, bifidam. Venter, collum, ac dorſum ex fuſco ad ſpadiceum inclinante colore veſtiuntur. Pectus cinereum. Venter infimus, & alarum remiges lineis viciſſim nunc nigris, nonnihil albicantibus tranſuerſum interſtinguuntur: reliquæ verò minores alarum pennæ, necnon, & caudæ fuſcis, ac caſtaneis in latum lineis ſibi mutuò ſuccedentibus inſtar Perdicum, ſeu etiam Gallinaginum variant: quin & in ſupremis veſtientium tectrices plumulis extimo ferè latere ventri proximo notulas albidas quaternas, aut quinas eſt obſeruare. Radices omnium omnino plumarum plumbeo ſunt colore. Petioli nonnihil fuſci ſunt, calcari maximo omnium vnguiculo armato, cæterum medio digitulo antiquo æquali tota auicula ab extremo roſtro ad vltimam caudam palmum, & digitum longa eſt.

Magnitudo. *Roſtrum.* *a lib. 11. c. 11.*

Paſſer Troglodytes cum malo Armeniaca.



Roſtrum. *Lingua.* *Color.* *Pedes.* *Magnitudo.*

MORES. NIDVS. PARTVS. VICTVS.

AVICVLA eſt ſoliuaga, nonnunquam tamen gregatim volat, imo quoties aliam ſuis generis offendit, mox illi bellum indicit, & conflictatur. Cicurâtur difficulter, etiam à teneris annis: Si tamen, vt quandoque fit, cicuretur, tunc mira in cantu eius eſt ſuauitas. Maio præcipuè cantillat, vt ferunt. *a* Bellonius etiam hyeme cantare aſſerit. Galli fabulantur Troglodyten in feſto trium Magorum, omnes quos eo anno educauit, pullos congregare, & cum eis cantillare. Angli hanc auiculam vulgò aiunt eſſe fœminam, & marem eius eſſe Rubeculam, quod falſum eſt. Nidum facit iuxta parietes domum, & ſæpes ex muſco foris, intus ex plumis. Is oui erecti, & in altero ſuo fine conſiſtentis formam habet, in medio veluti latere oſtiolum eſt, per quod ingreditur, & regreditur. In poſticis ædibus, & ſtabulis ſtramine tectis interdum nidum conſtruit, ſed ſæpius in ſyluis. Albertus Regulum bis anno parere ſcribit circiter oua nouem vno tempore. Videtur autem Reguli nomine Paſſerem hunc Troglodyten intelligere. Victitat vermiculis: & breues volatus exercet.

Cantus. *a lib. 7. c. 7.* *Anglorum nuge.* *Nidus.* *Partus.*

VSVS

VSVS IN MEDICINA.

a lib. 11. cap. 11.

NATVRALEM, inquit *a* Aetius vim omnino admiratione dignam habet. Itaque ſale conditus, & crudus cibo acceptus, morbum perfectè ſanat, calculum, ſcilicet renum, & veſicæ, & noui adeo quoſdam ob eius vſum nunquam amplius ab affectione vexatos. Conditur autem optimè pennis euulſis, atque inde largo ſale adobrutus, & poſtquam fuerit arefactus comeditur, & affectionem perfectè ſedat. Melius autem eſt etiam aliter ipſos edere, ſi plures contigerint, coctos nimirum, eius præſertim generis, quod per hyemem vbique apparet. Exhibetur autem, & alio modo. Paſſerculus non deplumis in ollulam conijcitur, ac deinde operculo addito vritur animaduerſione aſſidua habita, ne fallaris, quum in cinerem ſit redactus, & (ne) in aerem exhalans totus conſumatur. Conſueuit enim hoc contingere tum ipſi, tum alijs, quæ vruntur: quapropter prę-ſtat ollæ operculum non oblinire, vt per interualla quædam operculo adempto vſtionis modum intueamur. Exhibendus eſt autem ſemel omnis vnius Paſſerculi vſti cinis per ſe, aut modico phyllo, & pipere admixto, quo ſaporis iucunditate ori commendetur. Vſtus itaq; Paſſerculus peregrè proficiſcentibus commodus eſt, licetq; melle cocto exceptũ in promptu habere. Melior autem mihi videtur condiendi modus, atq; adhuc dictis præſtantior, ſi quis præuulſis pennis viuum Paſſerculum ſale adobruat: quod & ego facio, inquit Philagrius. Arbitror enim, & ſanguinis naturam quiddam in ſe complecti, quod minime vulgariter proſit: cui amplius ſtercoris efficacia accedit, quam exuſtione debiliorem reddi planè credo. Proderit etiam eis, qui abundant, aſſatos edere integros, ita vt nihil ex eis præter pennas abijciant. Eadem ſed breuiùs leges apud *b* Paulum Aeginetam. Antidotus ad difficultatem, & ſtillicidium vrinæ ex Nicolao Myrepſo: Paſſerculum, quem troglodyten nominant (Gręcè Στιλιπνίδα ſcribitur, voce haud dubiè barbara: Ornithologus videndum monet, an Gręcum nomen corruptum ſit pro Σεισοπυγίδα ideſt Motacillam, quam recentiores ad idem remedium pro Troglodyte accipiunt) integrum cremato, & ſumpto cinere, ac tenuiter contrito bibendum ex mero cato, quantitate cochlearij (minoris, quod pendet drachmam vnam) ſi autem volueris admiſceto etiam farinæ prædictorum Cicadarum quartam cochlearij partem, & ieiuno ex vino præbeto. Aetius cum præſcripſiſſet remedium efficax ciendæ Veneri, nempe vt Paſſer Troglodytes dictus in cibo acciperetur, ſubdit: verùm hi qui frequentiùs, & ſupra quàm conuenit, inde coeant, vrinam capræ bibendam præbe. Cerebellum Paſſerum in Antidotum diaſatyrion alteram apud Nicolaum Myrepſum recipitur, & rurſus in aliam cerebellum ſimul, & oua. Hæc quidem apud Aeginetam etiam in vnguentum Entaticon immiſcetur.

Condiendi modus.

Alius exhibendi modus.

Optimus condiendi modus.

b l. 3. c. 43. Nicolaus Myrepſus correctus.

DE PASSERE TROGLODYTE BELLONII.

Cap. IV.

a lib. 7. c. 4.

VT nihil, quoad fieri per nos licebit, in hoc noſtro opere deſideretur, etiam hìc quæ de Gallorum Fauuette rouſe *a* Bellonius ſcribit, hanc pro Troglodyte Paſſerculo nobis obtrudens, tradenda fuerint. La Fauuette, inquit, vna eſt ex minimus auiculis, cui operoſum fuit nomenclaturam applicare, quam nobis reliquere veteres. Quemadmodum verò Septentrionalis plagæ incolæ, qui ob nimium frigus, contra alij, qui propter nimios æſtus, Troglodytæ nuncupantur: ſic pariter exiguam hanc auiculam, quę foueas ſubintrat, Troglodyten nuncupamus: ſunt tamen qui perperam Fauuette à colore fauue, ideſt fuluo deducant, cùm ſecus alioqui indicet Troglodytis etymum, nimirum dici oportere à foueis. Ruticillæ admodum eſt ſimilis paulò verò minor, corpore oblongiuſculo. Arbitramur autem eam eſſe, cui tantam facultatem aduerſus calculum Paulus, & Aetius tribuunt. Mas in hoc genere magis, quàm fœmina rubet: victitat vermiculis; roſtrum eſt gracile, & oblongiuſculum. Quæ de ſuo Troglodyte ſcripſit Aetius ea huic noſtræ aui conueniunt: ſed

Troglodytæ vnde dicti.

Deſcriptio à fœmina diſtinctio.

in

in contextu eius scrupulus est: nam cum dicat similem esse in multis Regulo, præterquam quod in fronte auricolores pennas non habeat, manifestum est ea, quæ de Regulo scribit, intelligenda est de Tyranno, quem Galli dicunt vna Soucie, de quo agemus paulò infra: quare quoque antea credebamus Regulum esse, quam nunc appellamus Troglodytem: sed cum Troglodytes noster in sæpibus, & parietibus versetur, vermibusq; vescatur, sitq; excepto Tyranno, Regulo, & Asilo omnium minimus, itaq; facilè animaduertimus Paulum, & Aetium pro Troglodyte hãc nostram Fauuettam accipere. Quũque plerunq; oua ędit, eaq; cinerei coloris nigro maculati. Nidulatur inter herbas, aut dumos hortorum, vt in ramis cicutæ, similisq; alterius herbæ, vel retro parietes in vrbibus, aut pagis: nidum intus ingeniosè ex setis equinis cõstruit. Vix plus carnis obtinet, quam extremum digiti. Vnus tantùm in eo color, qualis nempe in cauda Luscinię, quamobrem longiore descriptione non eget. Hyeme non videtur, sicuti nec Luscinia, & Curruca. Hactenus Bellonius.

Passer Troglodytes Bellonij.



Partus.
Nidus.
Color.

DE ASILO AVE. Cap. V.

ΙΣΤΡΟΣ, ideſt, vt transtulit Theodorus Gaza, Asilus, ab *a* Aristotele inter aues enumeratur, quæ vermiculus victitant: quamuis Augustinus Niphus insectum esse existimet, quod vulgò à sono tabanus nuncupatur, & inter aues accensęri meretur. Mirum autem non est idem aui, ac insecto nomen esse: siquidem & alia non pauca animalia in diuersis generibus vnum sæpe nomẽ homonymum obtinẽt propter communem aliquam in vtriusq; similitudinem coloris, ingenij, vocis, magnitudinis, aut quamuis aliam. *b* Bellonius ob paruitatem ita vocari philosopho eiuscemodi auiculam profitetur, atque pro ea hanc, quam ab eo mutuati sumus, auiculam depingit, deque ea sic fermè scribit. Nullam excepto Regulo, & Tyranno (quasi verò Tyrannus, & Regulus diuersæ auiculæ sint) auiculam nouimus, quæ hac, de qua nunc dicimus, minor sit. Lotharingis Chosti dicitur, ac si Gallicè dicas in vn Canteur. Ob paruitatem corporis eius arbitramur esse Oestrum Aristotelis, licet eiusdem nomine etiam insectum volatile sit, quod equos infestat, & vaccas in furorem agit. Quod vt credamus, dum potissimum nos moueant: quorum vnum est, quod & apud Græcos id nomen ob paruitatem suam obtinuerit, alterum quoniam vt huiusmodi insectũ sonitum, seu murmur quoddam alis suis semper excitet; ita pariter hæc auicula rarò admodum non canit. Similis esset au Poul, quam nuncupauimus Tyrannum, nisi crista capitis ei esset flaua: lutescit tamen etiam in alarum plicis, & earum extre-

a 8. hist. c. 3. Niphi error.
Tabanus insectum.
b Li. 7. c. 6. Asilus quæ auis Bellonius.
Chosti.

Asilus Bellonij.



Color.

extremitatibus, item caudæ, & per tergus. Crura, pedes, vngues, & rostrum nigrescunt, sed ambæ rostri extremitates aliquid lutei obtinent. Est autem longiusculum, debile, aptum verò capiendis vermiculis. Victitat bestiolis viuis, & grana auersatur, degitque in vmbrosis nemorum locis. Est præterea etiam pisciculus exiguus, quem Græci Oestrum, Asilum quoque Latini dicunt, de quo in libro de piscibus scripsimus, &c.

Rostrum.

Piscis Asilus dictus.

DE HIRVNDINIBVS IN GENERE, & de domestica priuatim. Cap. VI.

Ordinis ratio.

Pythagoræ dignitas.

HIRVNDO meo iudicio, quamuis propter obstreperam molestissimamque cantus sui garrulitatem, naturæq; feritatem indocilitatemque, vtpote, quę nũquam mansuescit, aut disciplinam admittit, necnon ingratitudinẽ passim, apud quos vis scriptores malè audiat, & Samius ille Pythagoras, quẽ tanti fecere veteres, vt domũ pro templo, ipsum pro numine haberent, in domo accipi illam vetuerit, inter vermiuoras aues, de quibus liber iste institutus est, iure nihilominus merito primũ sibi locum vendicare videbatur. Vpupeq; etsi maiori, & formosiori, & in quam Tereus Thraciæ rex immutatus à poetis fingitur præferenda, at non quia notior, & nobiscum agens, & ver annunciet, tædijq; hyemis, ac frigoris finem esse cùm præsentia sua, tum voce hilari, & antelucano cantu attestetur, sed ob singulares quasdã animi dotes, inter quas ingeniosissima nidi fabricatio, à qua nimirũ homines ædes suam construere didicere, & æquissima cibi pullis tradendi distributio, cęteris prælucent: nos singulas proprijs locis diligenter examinabimus. Verùm Regulus solius ob nominis prærogatiuam, tanquam regiæ aliti dignum locum illum obtinuit.

Alba Hirũdine quid didicere homines.

ÆQVIVOCA.

Chelidonis significatio.

a Li. 1. c. 4.

Equorum impetigo quid.

Pro cauitate inflexu brachij.

GRÆCORVM χελιδὼν non semper auem, de qua nunc agimus, sed alia etiam multa significat: vt in primis Hesychio, & Suidæ, & Xenophonti de re equestri ab initio ferè cauitatem vngulæ equorum: *a* Celsus verò Aurelianus χελιδόνας equorum vocat impetigines: Sic enim apud hunc est legere: sunt autem equorum impetigines, squamulæ anteriorum crurum sub armorum partibus, in ipsis animalibus natæ, has Græci λειχῆνας vocant, siue χελιδόνας: nos verò (vt supra dictum est) impetigines, vel Hirundines. In hippatria in priori quoque significatu legitur. Appellant eadem dictione cauitatem in flexu brachij humani circa cubitum. Suidas in canibus χελιδώνα etiam vocari scribit, quod χελιδὼν in equo nominetur; Nuncupatur, eodem Suida teste χελιδὼν pudendum muliebre. Est præterea χελιδὼν Aristoteli piscis marinus, quem Pliuius volare ait per quam similem Hirundini volucri. Romani pesce Rondine dicunt, Maris Adriatici accolæ Rondela, vel Rondela, Monspessulani Arondelle, huius ætatis Græci χελιδόνα addita voce ψαρο, ad distinctionem piscis ab aue. Est & alius piscis Chelidonias dictus, cuius *b* Athenæus meminit ex Diphilo, vti etiam Hirundinis piscis polypo similis. Bellonius alterum exocati genus circa Syzantium quosdam tradit Chelidonium vocare χελιδόνες dicuntur etiam ἀχεσιδονεῖς χαλεῖν .i. Ficus Atticæ, vt videre est apud Pollucem: dicuntur etiam χελιδόνια σκληρὰ Epigeni Comico, vt videre est apud *c* Athenæum, nam vt dixi, etiam χελιδόνες nominantur, forsan ꝙ hirundines eis delectẽtur, vel quia tunc primũ maturantur, cum migrant Hirundines, quod sentit Plinius, inquiens: *Nouissima sub hyeme maturatur Chelidoniæ ficus.* Grammatici verò quidam à Chelidonijs populis in Britannia dictos conijciunt nescio quàm rectè. *d* Clemens nominat ἰχάδας χελιδονίους. Commendantur ab *e* Athenæo, qui eas colore ἐραθρομέλαινας .i. ex rubro, & nigro permixto esse ait, Columella verò Chelidonias purpureas inter ficus nominat: de quibus suo aliquando loco. Chelidonis pręterea nomine fuit, teste Suida, nauis ἡ τοῖς τῆς Μασσαλίας διακομίσωσα, nũcupata, fortassis, quod eius περάσημον, & insigne esset Hirundo, vt aries, & taurus dicta

Pesce Rondine.

Chelidonica piscis.

b Lib. 8.

Ficus Chelidones.

c Lib. 3.

d In peda.

e Lib. 14.

Niuis chelidon dicta

fuit

fuit arietis, ac tauri capite insignita prora. Item Peleponnesiacum quodam ex argento numisma χελιδὼν vocatum, quoniam Hirundinis figuram vt conijcio, haberet impressam. Est tandem brachialis ornamenti nomen, de quo sic *f* Pollux, vbi nonnulla mundi muliebris nomina recenset: Ornamenta in brachijs quædam ponebantur circa carpos, vt periscarpia, echini ὄφεις, χελεδόνες (alias χλιδόνες quibus vtebantur Samij, vt scribit Athenæus) sed ἀμφιδέτες & χλιδῶνες (χλιδόνες potiùs, vel χελιδόνες, vt supra: nisi vtrumque rectè dicatur, & χελιδόνες & per sincopen χλιδύνες) tum circa brachia, tum circa carpos nominantur. Postremò χελιδὼν Hesiodo sydus est; scribit enim, cum sexaginta dies à solstitio brumali abierint, initio noctis Arcturum oriri, post illum verò apparere Hirundinem. Piscem boreum (inter sidera) Hirundinis præferre caput, propterea que à Chaldæis piscem nuncupari Chelidoniam Theon scribit citante Cælio.

Chelidon numisma.

Ornamentum brachiale.

f Lib. 5. ca. 17.

Chelidon sidus.

Pisces boreus.

SYNONYMA.

APVD *a* Hieremiam Sus, vel Sis auem quandam significat, quam R. Salamon aliter Corcaia dictami, & Gallicè Gruem videtur interpretari. Sunt autem verba Prophetæ de ijs auibus, vt Ciconia, Turture, Hirundine, & Grue, quæ noscunt tempus suum migrandi, & redeundi. *b Sicut Grus & Hirundo, sic garriebam, meditabar sicut Columba* &c. Quo loco pro Grue Hebraicè Sus legitur: Kimhi equum transtulit, sicut quoque Ionatham in præcitato Hieremiæ loco: item Aquila. Hieronymus alibi Miluum, alibi Hirundinis pullum: Septuaginta & Symmachus χελιδόνα, id est, Hirundinem. Ornithologus eos sequi videtur, qui Sus equum transferunt, nam Susah, equam exponi ait, Sus verò equum dici putari quasi à gaudio. *c* I. verò Drusius non modò Sis (idem est cum Sus, vt antea diximus) Hirundinem dici admittit, sed Isidis etymum inde quoque deducit, cuius verba quòd ad propositam rem faciant, hìc adijcio. Fieri potest, inquit, ni fallor (neque enim certa scientia harum rerum sciri potest) tamen cum Hebreis authoribus sis Hirundo dicatur, suspicor ab eo esse Isis, id est præposito Aleph more apud Aegyptios tralatitio. Fortè & sistrum à sono Hirundinis: quod alij appellatum censent ab Iside. Isis enim Inachi filia id genus instrumenti reperisse traditur. Minutius Fœlix. Et despicis Isidis ab Hirundine sistrum, & aspersis membris inanem Serapidis, siue Oridis tumulum: & verum est, nisi me fallit Hieronymus vndecimo commentariorum super Esaiam, ad hunc modum scribens: pro pullo Hirundinis, siue Hirundine, vt septuaginta transtulerunt in Hebræo scriptum est Sus agor, quod interpretatus est Aquila, equos agor Theodotio Sis agor. Media enim vocalis littera Vau, si ponatur inter duas Samech, legitur Sus, & appellatur equus, si Ioth, legitur Sis, & Hirundo dicitur, Symmachus autem ita transtulit, sicut Hirundo inclusa. Hactenus Hieronymus. De Iside in Hirundinem, quæ Græcè χελιδὼν, conuersa, vide Plutarchum in Iside. Hæc omnia Drusius. *Turtur & Hirundo & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui* &c. inquit Hieremias interprete D. Hieronymo, qui vocabulum Sus vertit Hirundinem. Agur verò Ciconiam, alijcontra pro Agur reddunt Hirundinem, pro Sus Gruem: alijs Agur Pica est, alijs Anser ferus, stridore vt dicunt, alijs Passer, & plura de hac dictione videre est in Passere. Deror Hebræis libertas est, quo nomine teste Pagnino Hirundo quoque appellatur, quod liberè nidificet in hominum habitaculis absque timore, ac si homines teciissent eam liberam, ne quis eam caperet; ex Rabbi Dauid. Talmudici rationem afferunt, quod in domo perinde, vt in agro agat: alij quod vaga volandi libertate gaudeat, nec corte includatur Psalmo 48. & *Hirundo nidum sibi in quo ponat pullos suos*: Septuaginta & Turtur, Hieronymus & alijs. Prouerb. 26. 2. & Passer quolibet vadens: Gilbertus Genebraldus in explicatione iam citati Psalmistæ loci pro Turture Hebraicè Hirundinem haberi ait, verùm esse synechdochen pro omnibus auiculis, quæ nidos apud templa fingunt, imò citra synechdochen R. Mose Nahmanides eodem loci putat. Deror nomen esse commune cunctis auiculis liberè per domos, vrbes & agros voltantibus, & vagantibus, de qua re vide in Turture. Pro Chataf Syluaticus vertit Hirundinem, & alibi Chauraf & Algardaione habet in eodem significatu. Apud Serapionem legitur Tartaph, apud *d* Auicennam Chatas, vel Chataf. Græcè χελιδών, vt dixi, & χελιδὼ teste Eustathio, vnde vocatiuo casu ὦ χελιδοί, ô Hirundo, & χελιδονίδες Hirundinum pulli: Achæus poeta pullum Hirundinis duriùs κόρακα χελιδόνος dixit, vt idem Eustathius asserit: Hodie verò Græcis Hirundo χελιδόνι, vel χελιδὼν nuncupatur. Κελι-

a Cap. 8. Sus Sis.

b Esai. 38.

c L. 11. obserua. c. 83.

Isidis etymum.

Sistrū vnde dictum.

Isis qua.

Agur.

Deror.

Chauraf.

Algardaione.

Thartaf.

d Lib. 2. c. 356.

Κελι-

δὼν

Etymologia. δῦσι Arato, Theocrito, & Aristophani penultimam producit. Etymologus & Varinus dici volunt παρὰ τὸ τὰ χείλη δεῦν ἢ παρὰ τὸ τὰ χείλη διδάσκειν, παρὰ τοῖς χείλεσιν ᾄδειν. In Synonymis Martini Rolandi pro Hirundine habes, κοτίλλη, χελίδων, κιχρόπις, tanquam synonyma: Thebani autem, qui nouis rerum nominibus gaudebant, Hirundines teste Athenæo κοτιλάδας vocabant. Κοτίλλος, inquit Varinus, auis sic dicta, à qua etiam loquaces, & adulantes, vel decipientes κατίλοι dicuntur, exponit autem Hirundo. Apud Homerum dicitur alibi ὦρτο δ' ὑπωπαία δίεσσατο, alij παπτήνια legunt, & Hirundinem interpretantur, alij aliter, Ὦρτο κατ' δῶα συείσιος ἀιθρηγενείων. Oppianus de Hirundine. Et in Epigrammate Græco, vbi dicitur Ἀστὶ κύρα χαλιβρίσσης, Brodæus Hirundinem, aut Luscinian interpretatur; ego omninò cum Ornithologo eo in loco Hirundinem. Hæc enim, vt patebit, apes capit. Κεῖες Hesychio, & Varino est Hirundo. Ἀδουΐς, χελιδών, καὶ ἡ θρίδαξ, sic habet Etymologus, sed magis placet, vt Hesychius habet, Ἀδώνις, ἡ χελιδὼν καὶ ἡ θριδακίνη. Ὀλολυγονα apud Theocritum aliqui vertunt Hirundinem deflentem Itym, alij aliter: Cicero Aredulam, & cum, vt apparet, secutus I. Hertelius Theocriti quoque interpres. Latini synonymia non vtuntur, vel dum vtuntur, circumferibunt, præsertim, poetæ, Ouidius vagam volucrem vocauit, à volatu, vt conijcio, quo plurimùm valet. *f* Plutarchus Daulides aues etiamnum vocari ait, nimirum à Daulia oppido vtuntur, hoc synonymo idem Ouidius, Vergilius, alijque passim. Dicitur & ales Bistinos Senecæ, alijs ales Pandionis, seu Pandione nata: sed eiusmodi periphrases Luscinias pariter conueniunt, vt ex fabula de Thereo, Progne, & Philomela postea patebit. Varro Hirundinem inter eos enumerat, quæ è vocibus suis nominantur. Videri verò possit ab hærendo dicta, quoniam tectis ædium, vel trabibus, vbi nidificat, adhæreat. Italicè appellatur Rondine, Rondena, Rondinella, alibi Cesila, Zisila, Hispanicè Gelondrine, pullus Hirundinis Gelondrino Androinha: Gallicè Harondelle, Germanicè Schvvalbe, Schvvalb, apud Heluetios Schvvalm, Hausivvalm, Saxonibus Svvale, Flandris Svvalvve, Brabandis Aronde à Gallica voce: Hollandis Svvalem: Anglis Svvalouvve, Illyricè Vvlastovvige.

f L. 8. sym. q. 7.

Etymologia.

GENVS DIFFERENTIÆ.

Hirundinis quot sunt species.

ARISTOTELES, inquit Turnerus tria tantùm Hirundinum genera facit, domesticas, Apodes, & Falculas: Plinius autem quatuor genera facere videtur, domesticas, & Rusticas, Apodes, & Riparias. Ipse verò Turnerus Apodes diuidit in maiores, & minores, Ornithologus tria nobis genera depicta exhibet, domesticum, syluestre, & riparium: syluestres autem illas esse credit, quas Turnerus Apodes minores vocat nullo antiquo nomine impositio, & quas rusticas, siue syluestres hic appellat, eas sibi videri, quæ in domibus rusticorum semper nidificant, quas à reliquis generibus (inquit Turnerus) duæ sanguinolentæ maculæ, qua vtrinque in pectore videas, distinguunt, quod Ouidius his versibus pulchrè ostendit:

Apodes minores qua.

Altera tecta subit, nec adhuc de pectore cædis
Excessere rosæ, signataque sanguine pluma est.

Refert autem Turnerus has Hirundines ad primum genus, hoc est, ad domesticas, quas itidem sanguinolento pectore nobiles dixerat, vt Ouidij versus de pectore sanguinolento ad domesticas simpliciter, vel ad vtrasq; referri possint. Verum quæ in nostrorum rusticorum casis habitant, eas non domesticas vocamus, & planè ignoro, quales illæ sint ab his diuersæ, quales ille apud suos rusticos nidulari scribit: arbitror verò quas ille Apodes minores vocat, eas esse, quas *a* Plinius agrestes, & syluestres: præter hunc n. ex veteribus neminem earum meminisse puto. *Alterum*, inquit, *genus Hirundinum est rusticarum, & agrestium, quæ rarò in domibus diuersos figura, sed eadem* (qua domesticæ) *materia confingunt nidos, totos supinos, fauctibus porrectis in angustum, ventre capaci, &c.* Hoc genus audio in Hollandiæ vr-

Apodes minores Turnero qua.

a Lib. 10. c. 33.

bibus abundare, & ad vitreas templorum fenestras tanto nidificare numero, vt viginti sæpè, & plures nidi in vna tantum fenestra sit conspicere. Cur verò Apodes minores vocet, non video, siquidem Apodes hoc differunt, vt testatur etiã *b* Georgius Agricola, ab Hirundinibus tam agrestibus, quã domesticis, quod tibias habeant hirsutas. *c* Iulius Cæsar Scaliger quinq; Hirundinum species diuersas recensет, licet quatuor tantùm esse dicat; nam alterius generis duas facit species, vnam quæ in ripis, alteram quæ ad parietes nidum applicat: sed verba eius clarioris doctrinæ causa adijciamus: *Quatuor*, inquit, *Hirundinum summa genera sunt nobis apud nos. Primum hoc vulgare nigrum. Alterum similis formæ, sed subfuluum in ripis nidificant:*

Apodes vt differãt ab Hirundinibus.

b L. de sub. terr. lib. 2.

c Exer. 218

ficans: cuius consimilis species nidos appendit artificio mirabili parietibus. In hac vrbe quotannis operantur & generant, tecti vetustæ turris beneficio. Stridunt hæ quasi sibilo inter volandum. Godalios Vasconia vocat. Nigræ in volatu clamant aliquando breue atque abruptum quoddam. Rarò canunt. Eadem vocis præcisio, tum in metu, tum etiam cùm iratæ pellunt ex ædibus peregrinas: nec minus in ijs exhortationibus, quibus è nidis eliciunt tenellos, atq; etiamnũ imprudentes volandi pullos, ad aeris tentamenta, circumuolitantes: aut cum ipsæmet in nido eos eijciunt: prolapsionis metuentes instantq; veluti conuitijs obiurgatorijs. Rarò altas, vt dicebamus, nisi stantes canunt. Canunt verò tempore coitus appetente iam perfecto nido, quasiq; opere defunctæ exhilarantur. Plurimùm verò contentissimumq; blaterant manè si exire nequeunt è cubiculo, aut si altera egressa, altera intus sit: altrinsecus vitreis astantes fenestris mirificas metitantur quæstiones. Tertium genus est quater tanto grandius, toto corpore atrum, fœdissima facie, cruribus breuissimis, crassissimis, hirtis. Biuti appellantur à Liguribus Taurinis, ab Adriaticis Dardanelli. In cauis lateritiorũ parietũ nidificant (Apodes videtur intelligere, at nescio an quater tanto alijs grandiores sint.) *Quarti generis vnum tantum vidi magnitudine Buteonis, sed facie ab his nullo modo dissimili. Cruribus tamen atq; vnguibus ad prædam & pugnam idoneis, nec minus rostri aduncitate. Captum vocabat Rondonem Maurellus Mediolanensis, Galeacij Vicecomitis affinis nostri aucupio præfectus. Dardanellos humi si sint, non posse sese attollere, compertum habemus experientia.* Hęc omnia ille: sed postrema illa auis meo iudicio ex Hirundinum genere non est. Albertus Apodes inter Hirundines non recenset, sicuti neque Ornithologus, qui priuato de ijs agit capite. Ait tamen Albertus quatuor dari genera, domesticas, quæ in muris exteriùs nidificant, quæ in terra (ripis scilicet) iuxta flumina, & marinas nuncupatas, Ornithologus, quia Hirundines marinas nullas agnoscebat, piscem esse ait, non auem, quam Hirundinem marinam veteres appellant. Depingam ego auem toto corporis habitu Hirundinẽ referentem, quam quod propè mare tantum versetur, Hirundinem marinam dicunt; neq; tamen ea est, quam alibi Meropi congenerem fecimus, Germanis vulgò Seesvvalm, idest, Hirundo marina nuncupata, neq; etiam Gauia est nobis Italis etiam dicta Hirundo marina. Putabat autem Ornithologus per marinas Hirundines intelligere fortassis Albertum Apodes, quas nimirum Plinius toto mari cerni, & semper naues comitari scribit: de quo tamen dubitat, existimans aues illas non Apodes esse, sed Gauiarum generis, quod, inquit, considerabunt ij, qui propius mare versantur. Si verò id Apodes facere cõcedamus, necdũ inde Albertus marinas Hirundines appellare debebat, quando & domesticas id facere cõstat, quas tamẽ nemo inde marinas dicit: quare fortassis Albertũ de nostra Hirundine locutum esse suspicandum est. Albę Hirundines aliquando apparent, sicut scripsit Alexãder Myndius teste Aeliano. Sed *d* Aristoteles has pro diuersis non habet, verùm pẽnas prę nimio frigore interdum albescere tradit; & *e* alibi etiam causam adfert, cur Hirundo & alia quædam animalia ante tempus albescant, vel canescant, quæ lector per se videre poterit. Quod si verò albam Hirundinem in Samo visam esse verum sit, quæ non minor esset Perdice, vt Heraclides testatur; ea certè diuersi generis fuerit; neque etiam Heraclidi hac in re facilè crediderim: nam *f* Antigonus eum, qui Samios fines descripsit, ætate eorum qui Herostrati discipuli primi sunt vocati, scribere refert Hirundinem albam esse visam, nulla tantę magnitudinis facta mentione. Ego sępius domesticas vidi prorsus candidas. Quod si verò quis albas desideret, oua earum, dum cubant, oliua illinat.

Godalius auis quæ.

Biuti auis quæ.

Dardanellus.

Ornithologi error.

Hirundo marina.

Albæ Hirundines.

d 3. h. c. 12.

e L. de col.

f In congenarr. mir. vt Hirundines albas generẽtur.

FORMA. DESCRIPTIO.

VIRGILIVS nigram vocauit Hirundinem ad distinctionem Ripariarum, sicuti testatur *a* Scaliger. Domesticæ Hirundinis breuem, attamen sic satis exactam descriptionem nobis reliquit, author ille, quisquis tandem ille sit, de natura rerum, inquiens: Hirundo auis est leuissima, rostro paruo, forma grata, nigredine decentissima, modicam habet carnem, & nigram, plumas multas: sic ille. At mirum est, cur de Albedine nihil dixerit, quæ per totum auis conspicitur ventrem, adeout ποικίλη idest varia Aristophani nuncupentur. Tacuit item colorem cæruleum, qui ad latera per caput alasq; refulget, vnde cyanea idest cælestis cognominatur Simonidi apud Athenæum. Tacuit præterea rubedinem, quæ sub gutture potissimùm & pectore emicat: quam notans Turnerus, Hirundines, inquit, domesticæ primi Hirundinum generis sunt, sanguinolento pectore nobiles.

a L. 11. Anc.

Hirundo cur varia dicta, & cur cyanea.

Pectus. Agnouit in Hirundinem Ouidius, canens:

Neque adhuc pectore cadit
Excesſere nota, ſignataque ſanguine pluma eſt.

b 4. Georg. Et *b* Vergilius dum ait:

Et manibus Progne pectus ſignata cruentis.

Cauda eſt longa & bifurcata: pedes nigri, & breues & debiles, de quibus dicebat *c* Ariſtoteles: *vt pennis praualere, ſic pedibus degenerare videtur.* Oculi teſte *d* Plinio eruti renaſcũtur. Quod aſſeuerans *e* Aelianus; *Hirundinibus*, inquit, *à natura bonum meo iudicio ſummum tributum eſt, quod etſi acu eorum oculi puncti excæcentur viſum recipiunt. Quid igitur Tires tam amplius miramur, tametſi non hic, ſed apud inferos, Homeri teſtimonio, inter manes ſapientiſſimum?* Alias vero idem Aelianus velut ſui obli-

Cauda.
c 1. hiſt. 1.
d l. 11. c. 37.
Oculi.
e l. 1. c. 37.

Hirundo domeſtica cum chelidonia maiori.



Hirundo vropygio albo cum Ægylope.



tus id priuatim Hirundini albæ tribuens, *Ariſtoteles*, inquit, *in Samo ait albam naſci Hirundinem, cuius oculos ſi quis pupugerit ſtatim quidem excæcatur; poſt verò viſum recipit: & ſicut ille*

dicit

dicit, sit acutè, quemadmodum à principio videt. g Aristoteles verò de Hirundinum pullis sic scribit: *Pullorum Hirundinis adhuc recentium oculi, si quis stimulo eos vexarit, resanescunt & cernendi vim postea planè recipiunt.* Aliud profectò visum recipere est, quàm erutos oculos renasci, vt Plinius scribit. Nihilominus & Aristoteles etiam laceratis eorum oculis alios subnasci à nonnullis dici prodidit. Cardanus hæc videns & non credens, Philosophi, inquit, hos renasci tradunt, quod imperfecti sint, medici dixerunt, quod humidiores sint. At si hoc verum est, cur non omnibus renascuntur, cum natiua humiditas pullis omnibus maximè abundet? quare magis placet Aristotelis ratio, nam quod læditur antequam perfectum sit, & interim dum crescit, facilius resarcitur aliorum verò pullorum oculi statim perfecti sunt. Adiecta est eiusdem domesticæ Hirundinis alia icon, vropygium præter morem candidum habentis. Item alterius quæ tota erat candida.

g 6. hi. c. 8.

Hirundo alba cum apio vulgo dicta.



ANATOMICA.

ARISTOTELES, nihil in dissecta Hirundine peculiare obseruasse videtur: quod enim a fel earum alijs ventri, alijs intestino adhærere dicat, quamuis id in humano corpore, si obseruaretur, quid miri foret, de alijs tamen nonnullis auibus idem prodidit. b Alibi etiam ipsis, vt omnibus auiculis, non gulam ampliorem, nec ingluuiem, sed ventriculum longiorem esse scriptum reliquit. Plinius alijque in dissectis Hirundinum pullis lapillos reperiri tradunt. *In ventre*, inquit Plin. *Hirundinum pullis lapilli candido & rubenti colore, qui Chelidonij vocantur, magicis narrati artibus reperiuntur.* d Dioscorides eos offendi scribit luna crescente, & ventre pullorum, qui primo partu excluſi sunt, lapillorumq; alium esse colorem varium, alium paruum. e Alexander verò Trallianus epilepsiæ remedia, enarrans, alterum eorundem lapillorum nigrum esse tradit, alterum album: additque Hirundines dici primo pullo hos lapillos dare, nec facilè inueniri, nisi vniuersis pullis dissectis. Ego binos eiusmodi lapillos in musæo reseruo, quorum alterum ex ventre Hirundinis extractum, intus albicantem, extra melinum mihi dono transmisit Alexander Panza Ferrariensis professor publicus: alter est subrubens; quare fortè color in ijs variauerit. Reperiuntur etiam fossiles, illis simillimi vulgò oculi auium nuncupati. Quædam etiam de hisce lapillis dicemus post in denominatis.

a 2. hi. c. 15. *Fel.*

b 2. hist. c. vlt. *Ventriculus.*

c Lib. 11. c. 17. *Chelidonij.*

d Lib. 2. c. 491.

e L. 1. c. 15.

LOCVS. HABITATIO.

MAtro *Hirundines*, inquit, *aues aduenæ in tecto pullos faciunt*, rectius meo iudicio dixisset, sub tecto; nisi tectum accipiat pro domo, sicuti credendum est, nam in domibus nidulantur ad trabes, vel testante a Vergilio.

Garrula quæ tignis nidum suspendit Hirundo.

Et Vergilium imitatus Pontanus, qui loquens de sole cum ait æstate excandescere, tepere sub Athlantidis ortum.

Quo nidum in tignis peregrina reponit Hirundo.

Idem innuit antiquissimus Homerus, vbi Mineruam, postquã ad solitũ robur capescendum

Hirundo vbi nidificet.

a 4. Georg.

Vlyssem esse adhortata, inducit more Hirundinis considere ad trabem, vt pugnam quæ inter ipsum & procos vxoris suæ erat futura, ex alto specularetur.

Αὐτὴ δ' αἰθαλόεντος ἀνὰ μεγάροιο μιλαθρον
Ἕζετ' ἀναΐξασα χελιδόνι ἴκελη ἀέντων, ideſt,
Ipſa autem ſplendida in domus trabem
Sedit ruens Hirundini ſimilis contra.

b 6. Met. Ita pariter *b* Ouid. de Philomela in Luſciniam & Progne in Hirundinem mutatis canebat:

Pendebant pennis, quarum petit altera ſylvas,
Altera tecta ſubit.

Quando ſtrepant. Tecta addo ego, intra domus hominibus habitatas, vnde apud Anacreontem legimus: Α' δὲ δυσγάμος κατ' οἶκον Μερόπων βροτῶν χελιδὼν, ideſt, malè nuptaq; cùm per ædes hominum ſtrepens Hirundo: quod potiſſimum ſummo mane faciunt, maximè ſi nequeant exire è cubiculo, vel ſi altera intus, altera extra ſit, tum enim plurimùm contentiſſimumque, (vt Scaligeri verbis vtar) blaterant inſidentes quandoque feſſæ domibus vel arboribus, quo tempore plerunq; canunt, atq; eo modo *c* Moſcus antiquiſſimus poeta, vel, vt alij volunt, Theocritus, paſtorem quendam Bionem deflere facit Hirundinem altis montibus inſidentem.

c In ep. Bi.

Οὐδὲ τόσον θρήνησεν ἀὴρ ὄρια μακρὰ χελιδών.
Nec tanto eum luctu quaſſa eſt alis in montibus Hirundo.

d Lib. 10. c. 24. In nulla non regione Hirundinum copia eſt, negantur tamen teſte *d* Plinio Thebarum tecta ſubire, quoniam vrbs illa ſæpius capta ſit, nec Biziæ in Thracia propter ſcelera Therei. Nos in Therei fabulæ explicatione aliam eamque naturalẽ cauſam aſſignabimus. Sex potiſſimum menſibus nobiſcum agunt, dein vel latent, vel in alias regiones migrant; quare rectè ſemeſtres eas vocabat Plinius, inquiens: *Auium quædam perennes ſunt, vt Columbæ aliæ ſemeſtres, vt Hirundines.* In Aegypto teſte *e* Herodoto perennant, ſcilicet illæ quæ ibi naſcuntur, nam alioqui, & noſtræ eò in hiberna auolant. Hyematum, inquit Petrus *f* Martyr, Alexandriam Hirundines Miluos, cæteraſque volucres è noſtris regionibus Europæis tranſuolantes tendere cognoui. Diſcedere eas etiam teſtatur *g* Ariſtot. ſed quo euolent, non addit, & certè id à nemine veterum exaratum video D. *h* Irenæus multa arcana recenſens, quæ Deus nos latere voluit, volantium etiam animalium habitationem, eorum quæ veris tempore ſtatim recedunt, cùm in hoc mundo hoc ipſum fiat, fugere ait noſtram ſcientiam. Quo verò tempore diſcedant, licet nobis potiſſimùm ſit, non rectè ex veteribus, maximè ex Plin. colligas. Hic enim hybernis menſibus diſcedere tradit; qua in determinatione præterquam quod experientiæ refragatur, nam Auguſto, vel ſaltem initio Septembris abire eas obſeruamus, ſibi ipſi aduerſatur, ſiquidem rectè ſemeſtres eas eſſe dicit, Fauoniumq; quibuſdam, quod Martio menſe ſtare ſoleat, Chelidoniam vocari ab Hirundinis viſu. Si itaq; Martio menſe Hirundo cernatur, vt certè cernitur, & ſemeſtres ſint, vt ille tradit, hybernis mẽſibus abire non poterunt. Sed alibi ſignum orientis Arcturi ſeruandum monet Hirundinis abitum, deprehenſaſq; interire. Arcturus autem oritur in Autumno. Rectiùs dicebat Albertus: *Ciconiæ à nobis prius recedunt, quàm Hirundines, Hirundines, quam Coturnices.* Mirum eſt quã diuerſimodè lateant. Nã quamuis *i* Ariſt. ſimpliciter eas hyeme ad loca tepidiora abire, ſi vicina ſunt, at ſi longè diſtent, non mutare ſedem, ſed ſe ibidem condere ſcribat; nihilominus id aliæ aliter faciunt, vt ſubinde oſtendemus. Scribit idem Philoſophus viſas eſſe multas in anguſtijs conuallium nudas, atq; omninò deplumes. Plinius vtrumque locum repetit, inquiens: *In vicina abeunt apricos (alias Africos) ſecutæ montium receſſus, inuentaq; iam ſunt ibi nudæ, atq; deplumes.* Viſum eſt teſte Alberto Hirundines in arboribus quibuſdam concauis ſeſe abdidiſſe, quod, inquit, accidit in quadam ſylua ſuperioris Germaniæ, vbi inciſa quercus putrida inuenta eſt plena Hirundinibus. Idem hoc ſibi teſtatum eſſe à Pompeio Columbo, viro maximo rerum naturæ rimatore ſcribit Auguſtinus Niphus. Idem obſeruauit alius quiſpiam, cuius verba recitat Gaſpar Heldelinus citante *k* Ornithologo. *l* Claudianus poeta lepidiſſimus, quam ſit frigoris impatiens Hirundo, ita oſtendit.

Cur ſemeſtres dicta.
e L. 2. leg. 81.
f L. 2. contra hæreſ.
g 8. h. c. 16.
h In com.
Quomodo diſcedant. Plin. error.
Arcturi ortus.
i Ciconiæ.
l Lib. 9. in euti.

Vel qualis gelidis plauma labente pruinis
Arboris immoritur truncо brumalis Hirundo.

Hirũdines ſub glacie in aquis latere. Mirum autem non eſt mori, ſi arbori inſideat, vt poeta ait, nam in cauis arborum ſeſe ſuo calore glomeratim inuicem adhærentes fouent longè mirabilius apparet, quomodo ita ſub aquis idq; in plagis Septentrionalibus, vbi ſæpè homines ob frigoris ſæuitiam emori conſtat, lateant: quod facere hirundines teſtatur in primis Olaus Magnus Vpſalenſis Epiſc. ita ſcribens. Et ſi multarum naturaliũ rerum ſcriptores memoriæ prodiderunt Hirundines mutare

ſtationes,

ſtationes, hoc eſt, exurgente leui hyemę, repetere terras calidiores: at tamen in Septentrionalibus ſæpius caſu piſcatoris extrahuntur. Hirundiones in modum conglomeratæ maſſæ, quæ ore ad os, & ala ad alam, & pede ad pedem poſt principium autumni ſeſe inter cannas deſcenſuræ colligarunt. Notatum enim eſt, eas eo tempore ſuauiſſimo completo cantu taliter deſcendere, & pacificè poſt principium veris inde euolare, atq; repetere vetuſtos nidos vel nouos naturali ſolicitudine fabricare. Maſſa autem illa per imperitos adoleſcentes (nam antiqui & expertes piſcatores eam remittunt) extracta, atque in æſtuaria portata, calotis acceſſu Hirundines reſolutæ volare quidem incipiunt, ſed exiguo tempore durant, quia
1o immatura acceleratione non liberæ, ſed captiuæ ſunt reductæ: Accedit etiam tempore verno, liberè reuertentes; ſuperueniente horrida hyeme cum denſo caſu niuium, omnes pariter emori, vt nullæ in tectis, aut fluminum ripis tota ea æſtate videantur, præter paucissimas tardiùs à profundioribus aquis aſcendentes, aut aliunde peregrinantes, quæ naturæ beneficio ſobolem reparaturæ, vel hyeme penitus in Maio ſoluta, aduolare cernuntur. Agricolæ enim ex earum nidis ſublimiùs, vel depreſſiùs ædificatis prognoſticum capiunt, an in montibus vel collibus (propter imbrium incrementum, vel decrementum) ſint ſeminaturi. Imo nec omen bonum capiunt incolæ ex tectis vbi Hirundines habitare perhorreſcunt, quia ea culmina caſura creduntur. Hæc omnia Olaus. Idem facere Hirundines in Sleſia, Bohemia, Polonia, Morauia, & vicinis alijs terris Pet. Antonius Tolentinus nobilis Cremonen-
2o ſis ex multorum virorum fide dignorum, maximè Presbyterorum, Societatis Ieſu relatu nuper ad me ſcripſit, hoc verò addens, tanquam ab Olao omiſſum, quod & in ciſternas, puteoſque paſſim ſe præcipitent.

VOLATVS. GRESSVS.

HIRVNDINVM genus omne ad gradiendum propè ineptum eſt, quin rariùs propter pedum cum debilitatem, tùm verò maximè breuitatem incedere viſum eſt: vel enim ſedent, vel volant: Vnde dicebat a Ariſtoteles: *Hirundinum genera*
3o *vt pennis præualent, ſic pedibus degenerare videntur.* Et rectè equidem pennis præualere dixit: ſiquidem nulli auium volandi pernicitate cedunt quin ſuperant potius, adeo vt mirùm videatur, quomodo tam exigua auicula tamdiu volatum protrahat: quamobrem quam aptiſſimè b Ouidius vagam volucrem vocabat, canens de diluuio:

Qualitiſq; diu terris vbi ſiſtere poſſet
In mare laſſatis volucris vaga decidit alis.

Platina c tantæ celeritatis in volatu eſſe ait, vt cæterarum alitum minus obnoxia ſit rapinis: ſed hoc ex Plinio accepit Platina, is verò id non tamen celeritati, quam flexionibus eius attribuit; *Volucrum ſoli*, inquit, *Hirundini flexuoſi volatus, velox celeritas, quibus ex cauſis neque rapinæ cæterarum alitum obnoxia eſt.* Quamobrem Hirundinibus quoque meliùs, ſecu-
4o riùs, & commodiùs quam Columbis pro tabellarijs in ſerijs rebus vtemur. Hæ enim licet etiam volent celerrimè, à rapacibus tamen nonnunquam intercipiuntur & occulta conſilia produnt, quod illius Columbæ exemplo, quæ Godefridi caſtris à Falcone icta decidens magno vſui fuit, vt in Columbę hiſtoricis retulimus. Hirundinũ celeri volatu poeta Latinus Iuturnæ velocitatem, in eripiendo patris curru, ne in manus Aeneæ incideret, vtebatur, comparat elegantiſſime, dum canit:

Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit, & longè lapſum temone reliquit,
Ipſa ſubit, manibuſq; vndantes flectit habenas
50
Cuncta gerens, vocemq; & corpus & arma Metiſci.
Nigra velut magnas domini cùm diuitis ædes
Peruolat, & pennis alto atria luſtrat Hirundo,
Pabula parua legens, nidiſq; loquacibus eſcas
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna ſonat, ſimilis medios Iuturna per hoſtes
Fertur equis &c.

Poeta pariter Hetruſcus Ludouicus Arioſtus nauis, qua vehi cupiebat Orlandus inſaniens velocitatem indicaturus, Hirundini volanti eam aſſimilat, inquiens:

Cur non incedant.
a 1. hiſt. c. 1.
Volãdi pernicitas.
b Metam. 1
c lib. 5.
Ab Accipitribus cur liberæ ſint.
Hirũdines optimi tabellarij.
Iturna Hirũdini cur ſimilata.

Per l'acqua il legno và con quella fretta,
Che và per l'aria il Rondine, che varca.

INGENIVM. MORES.

Nidi fabricatio.

INTER præcipua, quæ, Hirundinis induſtria, atque ingenio attribuuntur, earum in primis nidi fabricatio à nullis non ſcriptoribus claſſicis commendatur, quam nimirùm homines *in* fabricandis domibus ſint æmulati. Doxius cæli filius lutei ædificij inuentor exemplum teſte *a* Plinio ſumpſit ab Hirundinis nidis. Et communis præceptor *b* Ariſtoteles bruta magnam referre vitæ ſimilitudinem humanæ docens, magis in minori, quam in maiori teſtatur videri intelligentiæ rationem, idque primum in auium genere oſtendere Hirundinem in effigiendo, conſtituendoque nido. Confingit enim implicito luto feſtucis, hoc eſt, vt habet *c* Plinius, luto conſtruit, ſtramento roborat, ad normam ſcilicet lutariæ palleationis; ſin forte luti ſit inopia, vt contingit temporibus aridioribus, tunc ingenioſè ſuo marte id facere aggreditur, nam ſeipſam madefaciens tam diu in puluere volutat, donec hoc ſibi pacto luti vſu inuento ore, id vel pedibus auferat, vel ſi ita non poteſt, extremitatibus alarum applicet: Stragulum ſibi etiam more hominum facit, duriora primùm ſubijciens, & modicè totum conſtruens pro ſui corporis longitudine. Diſertiſſimè hanc fabricam deſcripſit his verbis Plutarchus: *Primùm feſtucis ſolidioribus*, inquit, *& fundamento iactis, molliores inſuper affigunt: luti quo cemento & veluti glutino nidum ædificandum velinunt, cum penuria eſt, ad lacum ſinumuè proximum aduolantes ſummis alis ſic ſtringunt aquas, vt humeſcant liquore tantùm, nihil grauentur autem, mox concepto his puluere, illinunt aſpera, hiantia glutinant:* Atque hoc ferè modo Hirundo nidum ſibi facit, eumq; mollibus floccis, plumiſq; ſubſternit tepefaciendis ouis, ſimul ne durus ſit infantibus pullis. Pulchrè enim intelligit, quod ſi teneros, ex penniſque nudos in duris fruticibus pullos requieſcere ſineret, non ferendis doloribus premerentur, quamobrem in ouium tergo conſidens, floccos lanarum teſte *d* Æliano euellit, indeque pullis ſuis nidum, quam molliſſimè ſubſternit. Tantam auis induſtriam in nidificando admirans magnus ille, & *e* D. Baſilius, eum cui nihil de patrimonio ſuo relictum eſt, ad Hirundinis ingenioſam, & ſolertem induſtriam reſpicere iubet. Sed quid dicturus erat Baſilius, ſi commodum atque vtilitatem, quæ ex harum auium nidis quandoque percipitur nouiſſet? In Heracleotico enim Aegypti oſtio, vt Plinius author eſt, manifeſtum illius induſtriæ argumentum præſtant vſque adeo tenellæ auiculæ molem contiuatione nidorum ita vaganti Nilo inexpugnabilem opponentes ſtadij vnius ſpatio, vt id humano operè perfici vix poſſe credatur. Et in ea Aegypto iuxta oppidum Copton inſulam eſſe aiunt ſacram Iſidi, quam ne laceret amnis idem munire opere incipientibus vernis diebus, palea, & ſtramento roſtrum eius firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, vt multas in opere emori conſtet. Eamq; militiam illis cum anno redire ſemper. Non minorem profectò ingenij aciem in medendis pullorum oculis demonſtrat Hirundo. Hi enim cùm tardius viſum accipiunt, nam imperfecti & cæci teſte *g* Philoſopho & Plinio procreantur, vel ſi ægrè habent, mater admota herba eis viſum adfert. Huius herbæ homines, quamuis ſummo ſtudio compotes fieri cupiant, nunquam in hac parte ipſis ſatisfactum eſſe Aelianus tradidit: quamuis alij pleriq; authores omnes Chelidoniam ſiue hirundinariam hanc herbam nuncupent. *Chelidonia*, inquit Plinius, *Hirundines oculis pullorum in nido reſtituunt viſum, vt quidam volunt etiam cæcis oculis.* Et alibi: *Chelidoniam viſui ſaluberrimam Hirundines monſtrauere, vexatis pullorum oculis illa medentes.* Et Oppianus: *Si quis Hirundinum pullos excæcauerit, hirundinariæ herbæ roſtro demorſæ* liquorem oculis infundũt, & noxam cæcitatis amoliuntur: quod oculare dicebat *h* Tertullianus, *i* D. Ambroſius cum ex nidificationis induſtria, tum ex ſolertia, qua, vt poſtremò dixi-mus, pullorum oculis medentur, materne ſedulitatis in filios grande documentũ eliciens. Hirundo, inquit, minuſcula corpore, ſed egregiè pio ſublimis affectu, quæ indiga rerũ omnium, pretioſiores auro nidos ſtruit, quia ſapienter nidificat. Nidus enim ſapientiæ pretioſior eſt auro. Quid enim ſapientius, quàm *vt & volandi vaga libertate potiatur, & hominum domicilijs parvulos ſuos & tecta commendet*, vbi ſobolem nullus incurſet? Nam & illud eſt pulchrũ, vt à primo ortu pullos ſuos humanæ vſui conuerſationis aſſueſcat, & præſtet ab inimicarũ auiũ inſidijs tutiores. Eũ illud præclarũ, qua gratia domos ſibi ſine vllo adiutore tãquã artis perita cõponat. Legit enim feſtucas ore, caſq; luto illinit, vt cõglutinare poſſit. Sed quia

a li.7.c.56.
b 9.hi.c.47.
c l.x.c.33.
Luti præparatio.
d l.3.c.24.
e in Exa. diuino. oft. homil. 8.
Vtilitas ex nidis Hirũdinum.
f l.x.c.33.
Hirundo pullorum ſuorũ oculis medetur.
g 4.de gen. 6.
h lib.de pa. rad. 5. Exa. cap. 17.
Materna ſedulitatis in filios documentum.

lutum

lutum pedibus non potest deferre, summitates pennarum aqua infundit, vt facilè his puluis adhæreat, fiat limus, quo paulatim festucas vel minutos surculos sibi colligat, atq; adhærere faciat eo genere nidi totius fabricam struit, vt quasi pauimenti solo pulli eius intra ædes suas sine offensione versentur, nec pedem aliquis interserat per rimulas texturarum, aut teneris frigus irrepat. Sed hoc industriæ officium prope commune multis auibus: illud verò singulare in quo est præclara cura pietatis, & prudentis intellectus & cognitionis insigne, tum quędam medicæ artis peritia, quod si qua pulli eius fuerint cæcitate suffusi oculos, siue compuncti, habet quoddam medendi genus, quo possit eorum lumina intercepto visui reformare.

Nemo igitur de inopia quæratur, quod vacuas pecuniæ proprias ędes reliquerit. Pauperior est Hirundo quæ vacua æris, abundat industria. Aedificat, nec impendit, tecta attollit, & nihil aufert proximis, nec indigentia & paupertate ad nocendum alij compellitur, nec in graui filiorum imbecillitate desperat. Nos verò & paupertas afficit, & inopię necessitas vexat, & plerosq; indigentia cogit in flagitium, impellit in crimen. Lucri quoque studio in fraudes versamus ingenium, aptamus affectum, atque in grauissimis passionibus spem deponimus, fractique animo resoluimur, improuidi & inertes iacemus; cùm de diuina miseratione tunc sperandum amplius sit cum præsidia humana defecerint. Hæc omnia D. Ambrosius, totus vt auditum est, in Hirundinis industriam laudando, hominique maximè desidioso imitandam proponendo. Hirundini hoc præterea largita est natura, cum blattæ, quę ouis, pullisq; eius pernitiosæ sunt, nidum inuaserint, tunc mater apij folia ante eos proijcit, atque eo modo blattas fugat, nouarumq; accessum prohibet, vt testatum reliquit Aelianus; Prolem autem non amat dumtaxat, vt id obiter dicam, sed summo labore, atq; diligentia, licet corpore, & robore abiectissima cõtinuò pro ea solicita est, vnde *k* Plutarchus in desidiosas inuectus mulieres tam ociosè domi residentes, dum mariti absunt in bello, vt ne auferentibus, quod partum est, sese opponant. *Cum tua vxor*, inquit, *te belligerante domi ad focum desideat, & nec tantùm quidem, quantum Hirundines, moliatur contra eos, qui ipsam familiamq; oppressum eunt.* Quæ magis itaq; atq; maiore amore filiorum cõmodis studet? Hæc peritura dũ aqua perfusa puluere, vt dictum est, volutata, capturæ periculũ adit euidentissimũ, nihilo secius sedẽ filijs paratura opus perficere conatur, in qua perficiẽda quantũ industriæ, laboris q; collocet iã dictũ fuit. Ne verò subsequẽtibus annis frustrà tãtũ subeat laborẽ, cũ primũ ad nos verè redit, pristinos nidos inuestigat, inuẽtosq; cãtu applaudit, sibiq; cõgratulatur mirificè vario & quasi articulato, vt verbis ẽt quibusdã gaudiũ suũ testari videãtur; q̃ his versibus expressit Statius:

Vt blattas fuget.

k In Grillo.

Hirundo pristinos nidos occupat.

Stat. lib. 5. Sylu.

Sic Pandionię repetunt vbi fide volucres
Hospitia, atq; larem bruma pullante relictum
Stantq; super nidos, veteresq; exordia fati
Enarrant tectis, & truncum aui flebile murmur
Verba putant, moxq; illa tamen non dissona verbis.

Clamat ipse Dominus per Hieremiam: *Turtur & Hirundo custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non agnouit iudicium Domini.* Nouit, inquit D. Ambrosius, Hirundo quando veniat, quando etiam reuertatur: nouit etiam pia auis annunciare aduentus sui testimonio veris indicium. Verùm aliæ etiã aues ver annunciant aduentu suo, idq; industria & ingenio earum vix ascribitur; quod sanè aliàs in tam parua auicula admirandum prope existit. Thebarum tecta teste *m* Plinio subire negatur, quoniam vibs illa sæpius capta sit; quod ex eo repetens *n* Solinus, *naminter cætera*, inquit, *habere inter illas quiddam præscium inde noscitur, quod lapsura non petunt culmina, & aspernantur peritura quoquomodo tecta.* Iam verò mirum videtur, quomodo tam industria volucris nullam admittat disciplinam, imo nunquam cicurem se præbeat, cum alias nostro magis quam vlla alia volucris contubernio fruatur, & nobiscum fermè conuersetur, nostra nempe omnium maximè familiaris, atq; domestica. Quam ingenij, morumq; rusticitatem, & vt ita dicam, feritatem denotans o Plinius: *Non omittendum*, inquit, *est cùm de ingenijs disserimus, à volucribus Hirundines esse indociles è terrestribus mures, cum elephanti iussa faciant, leones iugum subeant, in mare vituli, teiq; pisces genera mitescant.* *p* Ælianus verò & Plutarchus muscam cum Hirũdine cõiungunt; sed & mus & musca indociles sunt. *Ex animalibus duo*, inquit Aelianus, *quæ hominum hospitio vtuntur, musca & Hirundo nulla arte ad hominum tractationem mansuescere possunt, neq; nobis quicquam officij cum quapiã animi grati vel minima significatione compensant. Nam musca, quod sibi timeat negotium exhiberi præhensari perhorret. Hirundo verò sic homini diffidit vt neq; mansuefieri possit, neq; quicquã non periculi plenum ab homine expectare.* Plutarchus paulò aliter: *de his*, inquit, *qua nobiscum habitant, sola Hirundo & musca non curantur homini, ne tangi se patiuntur, neq; consuetudinem aut societatem vllius operis ludine admittunt: quod musca facit metu incõmodi, &*

l lib. 6. Hexa. c. 4.

Thebarum tecta non subit.

m lib. 10. c. 23.

n cap. 15. Polyhist.

o l. x. c. 15.

p 8. symp. q. 7.

Mus & musca sunt indociles.

quia

quis ſubinde abigitur, Hirundo autem quia natura odit homines, & ob infidelitatem ſemper ſuſpicioſa manet, & cicurationis fugax. Ludouicus *q* Arioſtus mori ſcribit Hirundinem, ſi vel vnica tantum die in cauea incluſa teneatur.

q In Sat.

Mal può durar il Roſſignol in gabbia,
Più vi ſtà il Cardolin, e più il Fanetto,
La Rondine in vn dì vi muor di rabbia.

Hirũdines media naturæ ſunt.

An verò tam indocilis ſit hæc auicula, adhuc quiſpiam ſubdubitet, quando id non de ea tantùm, ſed de mure etiam verum eſſe neget Albertus, ſeſeque aſſeueret Hirundines ſæpius vidiſſe manſuefactas, & ad manum (vt interim eius verbis vtar) volantes ſicut aliæ aues aduolant. Quin ipſe etiam Plinius animalia quædam nec placida, nec fera eſſe teſtatur, ſed mediæ inter vtrumq; naturæ, ijſdem Hirundines, & apes annumerat. Sed aliud, ni fallor, eſt ferum eſſe, aliud indocile: Albertum tamen mendacij arguere nefas ſit, maximè cum humano ingenio cuncta tandem obediant. Moſchus Bionis bubulci amatoris mortem deploraturus Luſcinias, & Hirundines etiam, quoniam has aues paſtor ille cantu oblectaſſet ſuo, & loqui docuiſſet, eum lugiſſe facit canens:

Luſciniæ, omneſq; Hirundines, quas olim cantu oblectauit,
Quas loqui docuit, reſidentes in arborum ramis
Ex aduerſo vlularunt inter ſe.

λαλεῖν etiã canere ſignificat.

Quos quiſpiam verſus legens, inde fortè collegerit, Hirundines non modo manſuefactas ab eo paſtore fuiſſe: ſed humanum etiam ſermonem edoctas. Verùm hìc loqui (λαλεῖν) etſi ad Luſciniam referri poſſet, (ea enim loqui olim viſa eſt) canere ſignificat, non articulatè ſermocinari: præterea cantus iſte plus garrulitatis, quàm ſuauitatis in ſe habet, imo commodi nihil, nihilque voluptatis, tædij verò ſatis homini adferens. Eſt enim minimè canora auis, ſed moleſto quodam ſtridore obſtrepit, quod in primis oſtendit *r* Lucretius, dũ ait.

Cantus hirundinis qualis.

Quid enim contendat Hirundo Cycnis.

r lib. 3. de rer. nat.

Et Ariſtophani χελιδόνων μουσεῖα dicitur muſa inconcinna, & quæ corrigi non poteſt, nugatio nihil; quæ folijs leuior ſit, in ſumma pro garrulitatis officina, vnde Heſiodo, Anacreonti, Simonidi, alijſque κοτίλας dicitur, ideſt, garrula; κοτίλλειν enim garrire eſt. Hinc χελιδόνες quoque barbari nuncupantur, quoniam ſermo eorum Hirundinum cantui ſit ſimilis hoc eſt intelligi nequeat. Heſychius enim annotat τοὺς βαρβαρους χελιδόνας ἀπεζάσεσθαι διὰ τὸν ἀσύνθετον λαλιάν: vnde & χελιδονίζειν dicitur τοβαρβαρίζειν. Ariſtophanes Cleophontem traducit in hoc ſenſu tanquam peregrinum, imperitum loquacem ignobilem barbarum, & matre Thraſſa natum. Videtur enim hæc omnia Hirundinis appellationis comprehendere. DD. Hieronymus, & Cyrillus cum Ariſtotele conſentientes per præceptum illud Pythagoricum ὁμοροφίους χελιδόνας πὴ ἔχειν, abſtinendum à commercio garrulorum, & ſuſurronum intelligunt, qua de re pluribus agemus inter prouerbia. Sunt autem, qui diuos illos ſuper hoc impugnent, atque alias rationes tanquam grauiores adducere conentur, maximè vero ex Plutarcho, quas nos quoque ſuo poſt ſuo loco citabimus; nunc vero ex Nicoſtrato garrulitatem hanc notatam his iambis demonſtrabimus:

Hirũdinis melos.

Barbari Chelidones dicti.

Chleophon quis Ariſtophani.

Si funditare verba multa iugiter
Et celeriter, ſignum putet prudentia?
Prudentiores homine ſunt Hirundines.

Quando magis Gariat.

Garrit vero hoc auicularum genus ſummo mane maximè, quare inter ſigna iam ortæ auroræ poetæ Hirundinis cantum referunt, vt *s* Baptiſta ille re, & nomine Mantuanus, dum canit:

s l. 1. part. Mart.

Dumq; ita multiplices dant, accipiuntq; loquelas
Clara per Eoos, fluctus aurora rubebat:
Flammaq; ſurgebat niueis argentea bigit
Luciferi, gelidos ſpargens in gramina rores,
Et cupiens prolem, dulceſq; reuiſere nidos
Garrula ſub lucem modulos iterabat Hirundo.

Et inter Hetruſcos Dantes Florentinus:

Ne l'hora, che comincia i triſti lai
La Rondinella preſſo la mattina
Forſe à memoria de' ſuoi triſti guai.

Hinc ὀρθρογόη Heſiodo, ideſt, antelucano tempore lamentans, & quæritans vocatur, & alijs ὀρτρόλαλος, ideſt, matutino tempore, ſeu ſub diluculum garriens: ſed notandum ſcribi

etiam

etiam ὀρθογὸν, ὀρθογαλος apud Hesychium & Suidam, id est sublata & intenta voce flens, atque garriens: quo modo etiam περόπων *l* Luciano appellatur, id est, strepens, & Vergilio garrula. *l In Trag. Georg. 4.*

EPITHETA.

POSTQVAM in Epithetum vnum aut alterum Hirundinis incidimus, quibus garrulitas eius denotatur, non inconueniens fortè fuerit reliqua hic peculiari istac rubrica prosequi. Sunt autem δύσγαμος, id est malè nupta, quo vsus est Lucianus præcitato loco, alludens videlicet ad Prognem, quæ vulgò in Hirundinem conuersa fingitur. Θρηκία Aristophani, id est Thressa dicitur, idem quoque innuens, quod in Thracia Tereo esset nupta. Κοτίλη Hesiodo, vt dixi Oppiano Εἰαρινὴ ζεφύρου προταγγελος ὄρνις, sicuti nempè *a* Ouidio & Pontano veris prænuncia Κεκροπίδες. in Epigrammate. φοιβόληπτος, id est fatidica, Lycophroni, ποίκιλα Aristophani à colore. ὑπορόφιος, id est sub tecto, aut camera agens, hoc est in domibus nidulans; nam Theocritus Hirundinum τέκτα ὑπορόφια dixit. Vergilio & Auieno dicitur arguta, Sereno vaga, *b* Ouidio etiam mitis, tristis, ignota, brumalis Claudiano per antiphrasim, noua Pontono, & apud Textorem peregrina, trinsans, Daulias, Lasciua, Pandione nata, vocalis: nam agrestis & rustica differentiæ potiùs sunt, & speciem propriam constituunt. *a Fast. 2.* *b Lib. 6. in Eutrop.*

VOX. CANTVS.

M. Varro Hirundines, & plerasque volucrum à suis vocibus nominari scripsit. Alibi verò vbi ita habet, *& à frendice frunde, frutimi suauiter*, doctissimus Adrianus Turnerus verborum portenta esse ait, seque eadem in veteribus libris reperisse, & legit hoc modo: *Eius ab Hirundine: Hirundo fritinit suauiter.* Varro virgula diuina. *Et pullos peperit fritinientes.* Festus quoque ait sua minurritione Hirundines fritinnire. Annotat eundem locum Scaliger filius, & legit & exponit sic. *Ne frende, frittinni suauiter (ne frende νωδὲ) sic dicitur vel puer, qui per ætatem, vel senex, qui dentibus amissis cibum frangere non potest.* Sic ille. Alij cicadam fritinnire, Hirundines thrinsare, vel drinsare, vt author Philomelæ, volunt. Alias hic zinzilulare canit eas hoc disticho: *Fritinnire.* *Cicadæ vox.*

Regulus atque Merops & picto pectore Progne
Consimili modulo zinzulare solent.

Apud Sidonium minurizare legitur de voce Hirundinis. *Diluculo autem*, inquit, *Philomela inter frutices silentem Prognen, inter aceres minurizantem, id est parua voce succinentem, cantillantem, quod & Græci μινυρίζειν dicunt d* Homerus laxamentum nerui in arcu tenso, hoc est, sonum quem laxatus arcus ædere solet, voci Hirundinis assimilauit, dum canit: *d Odyss. φ*

Δεξιτερῇ δ' ἄρα χειρὶ λαβὼν πειρήσατο νευρῆς
Ἡ δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε χελιδόνι εἰκέλη αὐδήν.
Dextera autem igitur manu capiens tentauit neruum
Hic autem sub benè sonuit Hirundini similis voce.

Qui sonus cum thrinsare seu drinsare fermè congruit. Χελιδόνας ψιτυρίζειν apud Pollucem legimus. Τιτυβίζειν secundum alios de Hirundinibus, secundum alios de Perdicibus dicitur: per Τιτυβίζει, ὡς ζελιδὼν φωνεῖ Hesychius & Varinus. Meminit & Suidas Τιττυβίζεται ποιὸν ἦγον ἀπολέλειται, καὶ βαβριος, ἔπη χελιδόνος ταύτης ἀκούσας μικρὰ τιττυβισούσης. Sed Τιτυβίζειν per τ geminatum, vt ex Suida diximus, apud Athenæum dicitur de Perdicibus. Affertur & τιτύζειν in vulgari lexico tanquam idem valens. Canunt Hirundines stantes; aliquando inuolatu clamant breue atque abruptum quidam. Manè & tempore coitus magis strepunt. *Vt canant.*

NIDVS.

NIDVS.
Partus.

DE artificiosa & ingeniosissima nidi Hirũdinũ constructione suprà satis egimus, vbi præterea demonstrauimus Hirundines domuum ædificandarum inuẽtrices extitisse: vnde quoq; facetissimus Comicus Aristophanes Hirundines fingit lutum ore cõferre ad extruendam auibus ciuitatem; hoc enim faciũt, inquit Scholiastes, cùm nidificant. Achyrosis quid. Achyrosis (ἀχύρωσις) Græcis dicitur ratio commiscendi paleas cum argilla alioue luto, ab Hirundinibus primùm excogitata nomẽ habens ἀπὸ τοῦ ἀχύρου, id est, ab acere, vnde & à quibusdam Latinis lutum aceratum dicitur. Lutum aceratum. In epigrammatibus pro nido Hirundinis legitur καρφίτις θάλαμος, & θάλαμος πηλόχυτος, ideſt, thalamus paleatis, & thalamus lutosus, siue ex luto factus: quo modo eundem nidum, luteum opus vocabat *f* Ouidius dum ait: Luteum opus. *f* L. 1. Fast.



Tunc blandi soles, ignotaq; prodit Hirundo,
Et luteum celsa sub trabe figit opus.

Luteam casam T.*g* Vespasianus Strozza:

Garrula sed quamuis nondum certarit Hirundo.
Nec luteam solita struxerit arte casam.

Limosam sedem *h* Pontanus:

Verè autem cùm priscus honos hortis venit, & cùm
Garrula limosas sedes molitur Hirundo,
Ac tenui solitum frustratur voce laborem.

Calphurnius *i* pro construere nidum dicebat lutare:

Nidosque reuersa lutabat Hirundo.

Cùm verò omne Hirundinum genus ex luto, & paleis nidum fabricet, alia tamen aliam ei figuram inducit. Domestica de qua hìc potissimùm agimus nidum facit figura semicirculari, nimirum vt si capacior, cuius iconem hìc habes expressam, agrestis ferè sphæricam, sed de eo suo post loco. Parit hirundo non plura quam quinq;, nec plura etiam vtero fert, si credimus Aeliano: sunt autem eius oua, vt obseruaui magnitudine oliuæ, maculis conspersa ferrugineis. Parit bis anno, idque teste *k* Aristotele sola ex ijs, quæ carne vescuntur. Physiologus referente Ornithologo primi partus oua quandoque tradit propter hyemem (frigus, nam omnium prima parit) corrumpi, posteriora verò pullos proferre, sed *l* Aristoteles hoc de Merula refert: cum qua quidem etiam Hirundinem nominauerat, sed ea tantùm ratione, quod similiter bis pareret.

g L.7. Ero. Limosa sedes.
h L.2. hor. Hesp.
i Egleg. 5. Lurare quid. Domesticæ Hirundinis nidus. Quot parat. Oua Hirundinum.
k 6. hi. c. 5.
l 5. h. c. 13.

PROPRIETAS.

HESIODVS citante Aeliano testatur Luscinam solam auium somni expertam esse, & assiduam in vigilijs: Hirundinem verò non prorsus semperque vigilare, sed dimidium tantùmodo somnum perficere. Volucrum etiam soli Hirundini flexuosi sunt volatus, quemadmodum supra ex Plinij testimonio scriptum est. Coitus denique huic auium generi mirus, & cum nulla alia, si Aeliano credimus, communis: nam cum cæteræ aues in coitu à maribus conscendantur; Hirundines non item, sed contrario, quàm reliquæ miscentur, hoc est vt exponit Ornithologus, auersæ, hoc est, vt papilionum genus. Causam cur id faciant Hirundines, Aelianus retrusam esse ait, & abditam; multorum tamen sermone in vulgus peruagatum esse eas sic coire, quoniam Thereum Regem horreant, ne quando latenter irruens nouam tragœdiam excitet. Causa sanè ex fabula dependet verendum præterea ita non coire.

Luscinia sõni expers. Volatus flexuosus Coitus mirus.
a Lib. 2. de an. c. 3.

VICTVS.

INSECTIS victitat Hirundo, exigua venans animalcula, vt ex Aristotele *a* citat Plutarchus, qui etiam inter causas, cur Pythagoras in ædibus Hirundinem haberi vetabat, hanc recenset, quod cicadas venetur, quoniam hæ musis sint sacræ. Sunt autem ipsis faciles capta, vt scribit *b* Aelianus, qui etiam *c* alibi Hirundinem ijs animalibus annumerat, quæ hostilem in modum apibus insidias moliuntur: negat tamen eam ab apiarijs musicæ reuerentia permotis occidi, cum alioqui ad necandum, sit facilis, satis enim esse eam prope alueos nidificare prohibere: Quod verò apes populetur, vt ait *d* Plinius, etiam testatur Philosophus, nidos eius alueis propinquos ab apiarijs tolli eam ob causam asserens, quare & *e* Virgilius monet:

Absint & picti squallentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, Meropesque aliæque volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.

Quantum verò inhient apibus Hirundines, eleganter docteq; ostendit *f* Ludouicus Ariostus Rugerium, & Marfisam multos occidentes, Hirundinibus apum magnæ multitudini superuenientibus comparans, dum canit:

a 8. sym. q. 7.
b Li. 8. c. 6.
c L. 1. c. 56.
d 9. h. c. 49.
e Georg. 4.
f Cant. 36. 8. 47.

Come

Come allhor, che'l collegio ſi diſcorda,
E vanſi in aria, à far guerra le pecchie
Entri fra lor la Rondinella ingorda,
E mangi, e vccida, e guaſtine parecchie
Douete immaginar, che ſimilmente
Ruggier foſſe, e Marfiſa in quella gente, &c.

Eſca vilis quam Varroni.

Muſcas, & culices, papilioneſq; & ſimilia alia volucria captat, quæ omnia eſcam vilẽ vocabat Varro, hoc eſt, vt interpretatur Nonius, frequentem, Varro, inquam in virgula diuina.

Ad quos tam volucres venit puſillos
Vſque ad limina nidica eſca vilis.

Plinius ſolam Hirundinem ex his, quæ aduncos vngues non habet, carne veſci author eſt. Verùm ſi ſola, vt ipſe *g* alibi atteſtatur, nõ niſi in volatu edat carnis nomine inſecta intelleXiſſe videri poteſt, quo modo Platina Plinium intellexit, dum ait. *Ex his auibus quæ aduncos vngues non habent, ſola beſtiolis quibuſdam volando veſcitur.* At neutrum, verum eſt: nam & Meropes, imo Paſſeres etiam inſecta volantia capiunt, & paulò antè ex Vergilio vetauimus, Meropes prope aluearia haberi. Si verò Plinius carnem propè dictam, hoc eſt animalium ſanguineorum intellexit, adhuc ſibi ipſi refragatur; eam enim in aere habere non poteſt. Carnem tamen veſci facile credo, atq; id quoq; atteſtatur communis præceptor *h* Ariſtoteles, ſed ſolam id eam facere nõ ait: nos Luſciniam aliquot diebus carne pauimus, hęc aũt vncunguis non eſt, ſed addam verba philoſophi, ne quis me falsò Plinium reprehendiſſe putet. *Sunt etiam*, inquit, *in genere non adunco, quæ carne veſcuntur vt Hirundo.* Aliquis dubitare poſſit, num grana attingat Hirundo, nam Porphirius Apollonium *i* Tyanæum refert, cùm audiſſet Hirundinem vnam cum multis vociferantem, ſodalibus ſuis, quorum non paucos ſecum habebat, expoſuiſſe indicare eam cæteris, aſellum onuſtum frumento humi fuſum eſſe, atq; ad id colligendum alios inuitare: ſed Philoſtratus, qui exactiùs, & ex profeſſo de vita, & moribus Apollonij ſcripſit, de Paſſerculo, non de Hirundine illud tradidit. Hãc tamen granis veſci etiam Martialis innuere videtur, lupum ridens propter donatum hortum tam exiguum, vt ſegetem, quæ in eo erat naſcitura, vel vnica Hirundo obſumere poſſit.

g Lib. 10. c. 24

Plinij, & Platinæ error.

i Lib. 3. c. 3.

k Lib. 3. de ſacrif.

Et ſublata volantis vngue Progne
In nido ſeges eſt Hirundinino.

Sed ridet, luditq; poeta, non agit ſeriò, ego grana, ſi in os ingeratur, ſpernere puto.

EDVCATIO.

Æquitas in diſtribuẽdo cibo.

NON hìc vt educandæ à nobis ſunt Hirundines, ſed qua æquitate ſuis illæ pullis cibum diſtribuant, dicemus. *In fœtu*, inquit, *Plinius ſumma æquitate alternant cibum*: mas nempe & fœmella, vt ait Ariſtoteles. Impertit vterque ſingulis cibum, obſeruata conſuetudine quadam, ne qui acceperit, bis accipiat. Dum cibum dare incipit, ab eo incipit, qui primò natus, vt diſertiſſimis iſtis verbis docet Ælianus: *Iuſtitiam mater Hirundo aduerſus filios ſuos ſeruat in diſtributione cibariorum ſuam cuique dignitatem. Non enim vnica tantum cibi vectione omnes paſcit, neque poſſit, cum ea quæ affert, puſilla, & pauxilla ſint, primùm in lucem editum primò paſcit, deinde ab illo ſecundum, tertium tertio loco partum alit, ſic deinceps vſque ad quintum progreditur.* Addit Oppianus illum, qui cibo accepto locum mutauerit, nihil amplius accipere, donec in priſtinum ſuum locum redierit. Æqualitatis huius adeo ſtudioſus fuiſſe legitur Hadrianus Imperator, vt in victu familari Homeri cum hoc obſeruaui ſemper voluerit, ne quis *δυσεξισωσιν* indigeret, ac quo obſonatoribus nullum linqueret peccandi locum, ſæpe fercula de menſis aliorum etiam infirmorum apponi ſibi iuſſerit. Nihil enim ad conciliandum ſibi populorũ animos ęquè principibus prodeſſe putabat, quam æqualitate diſtributio. Nam cùm potentia ſuapte natura ſit odioſa, per moderationem maximè omnium euadit amabilis. Meminit autem tam iuſtæ diſtributionis Hirundinum Ouidius.

Hadriani Imp. æqualitas in diſtribuendo cibo.

Potentia natura odioſa.

Iam triſtis Hirundo
Argutis redit vſa cibos immittere nidis
Inſpit & molles partitos ore miniſtrat.

Et

Et a Corypus:

Sic benè quæsitas vt pullis porrigat escas
Mitis Hirundo redit postquam sua tecta videndum
Garrula per patulas fuerit delata fenestras.
Matris in euentum nido consurgit ab omni
Turba loquax, flagitantq; cibos, & dapes parentis
Oribus ora petunt, & apertis faucibus adstant:
Illa sed impendens nidum circumspicit omnem,
Distribuitque dies, vt cunctos nutriat, escas.

Non verò solum iustissima est in distributione ciborum Hirundo, sed sedula etiam, atque assidua: quare eam maternæ sedulitatis magnum documentum accipi iubet D. Ambros. cuius dulciora nectare verba antea citauimus. Innuit hanc auis diligentiam *b* Theocritus, inde eiusmodi comparationem deducens: *Assiduitas in cibando pullos.* *b Eyd. lib. 14.*

Μασσαλα δ' εἰα τίκτουσιν ὑπ ωροφίοισι χελιδὼν
Ἀ ̓φορρόν ταχινᾶ πίσσεται βίον ἄλλοτ' ἀγοῦσα, &c.
Quemadmodum autem Hirundo, qua cibum pullis sub tecto fert
Mox citò reuolat, vt alium cibum adferat, &c.

Ita quoque Ludouicus Arioſtus Rinaldum post diutinam absentiam domum reuertentem, tam gratum suis fuisse ait, vt est Hirundo, dum paruulis cibum adfert filiolis:

E pare quando egli arriuò trà quelli
Doppo gran fame Irondine, ch'arriui
Co'l cibo in bocca à i pargoletti augelli.

Ostendit præterea Hirundo eundem erga fœtus suos affectum, dum eos volare quodammodo docens in medio etiam volatu deficientes iuuet, & velut humeris ferat. Meminit vtriusque tum offerendi cibi, tum promouendi volatus amoris Baptista Mantuanus.

Dum parua domus, dum infirma propago,
Dum nati implumes tepido fert pabula nido,
Semper & extensis docet ire per aera pennis
Hæc est cura tenax, studiumq; immobile matri.

SYMPATHIA.

Antipathia.

DE amore, quo Hirundo carissima sua pignora prosequitur, multa iam scripsimus, eum verò tunc maximè demonstrat, cùm coluber nidum eius inuadit, vt pullos suos deuoret: nam tunc primùm auolat lugubriter canens, cùm verò eos iam perire animaduerterit, superato metu ad colubrum aduolat, & circa eius maxillas se voluit, donec & ipsa ab eodem hoste conficiatur, sicuti hisce versibus testatur *a* Oppianus ex interpretatione Laurentij Lippij Collensis: *Hirundo vna cũ pullis à colubro absorbetur.* *a Lib. 5. de piscibus.*

Et velati serpens, qui tigno nactus ab alto
Altis est vernæ pullos, sub tecto sonantes
Mactat, & occisos subicit sub dentibus artus.
At mater primò grauiter tristata monetur
Effundens tristes natorum in funera partus.
Sed postquam laceros pullos, absumptaq; membra
Spectat, non mortem vitans, subit ora draconis,
Voluitur, & dulcis comitatur funere partus.

Q. *b* Calaber Deidamiam Achillis vxorem, filium suum ad bellum proficiscentem Hirundini assimilat, quæ pullos à colubro deuoratos deplorat. Sic certè, inquit, præclarum Achillis filium mater quidem continuit, sed pedes ad iter accendebat, at hæc quamuis magno affectu dolore, animos tamen ad suum filium sustulit, qui vbi illam sæpius amplexus esset, solam deseruit, acerbo se luctu afflictantem, in chari sui patris ædibus, non secus ac Hirundo magna indignatione perculsa, in ædibus deplorat sues pullos, quos alibi admodum stridulos pernitiosus deuorauit anguis, & in luctum coniecit verecundam matrem; hæc autem *b Li. 7. Paralip. Deidamia cur Hirundini comparata.*

Hirundo nullos amicos, & nullos hoſtes habet.

autem orba iam circumuolat nidum, iam verò ad expolita veſtibula fertur, graues ob ſuos liberos ploratus ciens, ſic quoque plorabat Deidamia. Sed huius amicitiæ, ſeu potius amoris occulta ratio non eſt, neque etiam aliquod animal inuenio, quo cum occultam exerceat vel amicitiam, vel etiam inimicitiam. Nam licet hoſtilem in modum apibus inſidias moliri Aelianus ſcribat, ego id non tanquam occultos hoſtes, ſed cibi gratia tantùm facere puto.

Hirundo paſſeri pugnat, & cur.

Neque occulta pugnæ earum cum Paſſeribus eſt ratio: interficiunt autem inuicem, non vt teſtatur Auicenna, cum in vna domo conueniunt, ſed cum Paſſeres initio veris earum præoccupant nidos. Tum enim Hirundines totis conantur viribus illos eijcere, quod ſi facere nequeant, tunc ad aſtum procedunt: nam Albertus atteſtatur ſæpius Coloniæ eſſe obſeruatum. Hirundinem cum non poſſet eijcere Paſſerem, ſtridore ſuo Hirundines multas conuocaſſe, quæ ſimul cum impetu aduolantes, luto quod ore ſingulæ gerebant, nidi foramen (loquitur de ſylueſtribus Hirundinibus, quæ nidos ſphæricos conſtruunt, & vnicum tantum pro ingreſſu foramen faciunt) obſtruxerunt, & Paſſerem ita incluſum ſuffocarunt. *c* Solinus Hirundines à diris auibus minimè impeti, nec vnquam prædæ eſſe tradit, quaſi eſſent ſacræ, ſed ſuprà ex Plinio ſcripſimus, rapacibus ſeſe flexuoſo ſuo volatu eripere: Cum verò in hominum ædibus ſine noxa nidificet, exiſtimet quiſpiam illam id ob amorem facere, quo homines proſequatur, ideoque, & hos eis nullam inferre iniuriam, & quiete, tutoque nidulari ſinere, vt dicebat *d* Ouidius.

c Cap. 15. Poly.

An homines amet Hirundo.

d L. 3. de a.

Caret inſidijs hominum, quia mitis Hirundo eſt.

e L. 2. c. 52.

Aelianus *e* ſanè planè eius ſententiæ fuiſſe videtur, dum ait: *Hirundo hominis ſtudioſa eſt, cuius contubernalem ſe eſſe gaudet, cum ei ruſus bonum videtur, diſcedit. Cæterum homines Homeri lege hoſpitalitatis eam tecto recipiunt, qui præcipit hoſpitem præſentem eſſe diligendum, diſcedere verò volentem dimittendum.* Contra *f* Plutarchus rationem reddens, cur nunquam cicuretur hæc auicula, eam ſcribit natura hominem odiſſe, & ob infidelitatem ſuſpitioſam manere. Ego & homines odiſſe crediderim, nec amare etiam, ſed ideò nobiſcum conuerſari, quoniam eas nos capimus, aut inſidias ponimus: Omnia enim bruta naturali inſtinctu ſugiunt loca hominum inſidijs occupata. Equidem non hominibus ſolum, verum brutis omnibus inſitum eſt, vt ſeſe quo ad poſſint, ſalua velint, quemadmodum luculenter *g* Euſebius docet.

f 8. ſym.

g Lib. 8. de præpar. euãg. cap. 5.

PRÆSAGIA.

Rhodij cur Hirũdines inuitent.

RHODII Hirundines, quia aduentu ſuo ad noſtras regiones, veris initium annuncient in fine hyemis teſte Athenæo inuitare ſolent, quod χελίδονιζειν nuncupabant. Nouit enim, vt inquit Dominus apud diuinum *a* Prophetam, *Hirundo tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* Ab hoc præſagio veris prænuncia poetis dicitur: atque ad hoc alludebat Horatius, cùm ait:

a Hier. 8.

Cum Zephiris, atque Hirundine prima.

Hirũdo iubet chlænã vendere.

Inde Hirundo apud Ariſtophanem chlænam vendere iubet, emereque themiſtrum ſuadet, præterijſſe quippè hyemem admonens, adeſſe verò præ foribus æſtatem. Alibi quoque quendam per iocum multis Hirundinibus egere ait, ſignificant verno illum indigere tempore, quo multæ ſe proferunt Hirundines. *b* Calphurnius oues præcipit, cùm Hirundo viſa eſt, & nidulari occipit, ab hybernis ſtabulis educi:

b Eglog. 5.

Verè nouo cum iam tinnire volucres
Incipient, nidoſq; reuerſa lutabit Hirundo,
Protinus hyberno pecus omne mouebis ouili.

Putationis vitium exitus.

Heſiodus quoque agricolas adhortatur, vt vites putare abſoluerint, antequam Hirundo appareat:

Τὸν δὲ μετ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὤρτο χελιδὼν
Ἐς φαὸς αἰθρόωσις, ἔαρος νέον ἱστεμένοιο,
Τὴν φτάμενος, οἶνας περὶ ταμνέμεν, ὡς γὰρ ἄμεινον.
Poſt hunc malè lugens Pandionis prorumpit Hirundo
Ad lucem hominibus, verè nuper cœpto
Hanc præuertens vites incidito. Sic enim melius.

Inter verò veris ſigna Hirundinis aduentus ſignum incertum eſt: ſæpè enim multæ

ſubotto

suborto post nouo frigore perire visæ sunt, atque hoc fortè innuebat Ouidius, dum canebat:

Fallimur an veris prænuncia venit Hirundo
An metuit, ne quàm versa recurrat hyems,
Sæpe tamen Progne nimium properante quereris
Virque tuo Thereus frigore lætus erit.

Huc spectat pariter vulgaris illa paroemia *Vna Hirundo non facit ver*, de qua post suo loco. Iam hic dicendum quomodo, & quando pluuiam prænunciet Hirundo. Aratus inter signa pluuiæ (licet Theon Scholiastes χειμῶνος signum faciat) ponit Hirundinem circa lacus aquæ tam proximè volitantem, vt etiam ventre contingat; *Vt pluuiam prænunciet*

Ἠλίμνη δητὰ (συνεχὲς) χελιδόνες ἀΐσσονται
Γαστερὶ τύπτουσαι αὔτως εἰλυμένον ὕδωρ.

Auienus & ex hoc Vergilius vnico versu expresserunt, nimirum sic:

Aut arguta lacus circumuolitauit Hirundo.

Plinius itaque dum hyemem præsagiri ab hac auicula dicat, cùm iuxta aquam volitat, vt pennæ sæpe percutiat, per hyemem abusiuè tempestatem intellexit. Sed mirari quis possit iusta de causa, quomodo Hirundines sua natura pluuium cælum ac frigidum fugientes, pluuiarum aliquod signum afferre valeant. Cui meo iudicio respondi potest, Hirundinem quamuis naturaliter valdè siccum, & calidum sit animal, moderatas interdum pluuias amare: excedentes enim corporis habitus contrariæ maximè temperant qualitates; cùm ergo iam humescere sentiat aerem Hirundo, humiditatis illius cupiditate lacus petit & amnes, ventreque aquas verberat, vt pleniùs illa fruatur. Si hac & illac volitans Hirundo, parietibus subinde hærebit, vel humilis vsque adeo feretur, vt pedibus humum vertere, seque puluerare videatur, idem quod antea demonstrabit: ratio est, quod aduentantem pluuiam, vel tempestatem præsentiens, dum serenum adhuc est, & tempestas percommoda, muscas aliaque animalcula sibi & pullis humi, & in parietibus venatur, vel quod commotam sursum auram perhorrescens (habet enim corpus imbecillũ) deorsum pauitat, vel quod per eam constitutionem calente inferiore aere, perfrigerium à terra & locis vmbratilibus captat: nam retorrida, biliosaque est auicula, vt dicemus suo loco. In secretorum Aristoteli nuncupatis, pro tempestatis prænuncio habetur Hirundo alba & Passer albus. *Hyems pro tẽpestate.* *Hirundo moderatas pluuias amat.* *Hirundo alba quid præsagiat.*

AVGVRIA.

HIRVNDINES infausti ominis esse & ancipitem afferre fortunam, multi prodiderunt. *a* Ioannes Rosinus haud vulgaris de Romanorum antiquitatibus scriptor, earum circumuolutiones decubitusue aut incessus infaustos habitus esse asserit: infælix fuisse earum augurium demonstrat Horatius, dum canit: *a L. 3. Ro.*

Nidum ponit, Itynflebiliter gemens
Infælix auis, & Cecropiæ pomus
Aeternum opprobrium, quod male barbaras
Regum est vlta libines.

Cyro Regi contra Scytas bellum molienti Hirundinum visio teste *b* Xenophonte infaustam fecit expeditionem. Hirundo quæ in Pyrrhi tabernaculo nidum posuit, rerum quas peregrè instituerat, irritum euentum ostendisse perhibetur, qua de re consule Plutarchum, *c* Aelianus verò hoc augurium de Alexandro Pyrrhi filio refert his verbis: *in Alexandri Pyrrhi filij tabernaculo nidificans Hirundo rerum actionem, quam susciperet, parum laudabilem non bene neque feliciter euenturam significauit.* De infausto alio augurio quod per Hirundinem Alexandro Magno portendebatur, ita ferè scribit *a* Arrianus: *Dum Alexander Halicarnassum obsideret, quiescente eo sub meridiem, Hirundo quædam cum garritu maximo super dormientis caput volitare, & modo in hanc, modo in illam lecti partem sese inferre, ac turbulentiores, quàm sit earum autum natura garritus adere conspecta fuerat. Alexandrum tunc, vtpote labore fatigatum somnus oppresserat: sed acutissimo auiculæ garritu tandem excitatus, eam continuo manu repulit. Tantum verò abfuit, vt vel repulsa aufugerit, vt rursus ipsius capiti insidens non prius decesserit, quàm prorsus expergefactus sit. Eam rem Alexander minime negligendam* *Cyrrhi infausta expeditio.* *b L. 1. exp. Pyrrhi augurium.* *c. L. 20. de anim. c. 34.* *d Lib. 1. de reg. gest. Alex.* *Alex. Magni augurium.*

Ariſtander Telmiſſius vates. *gligendam arbitratus, cum Ariſtandrum Telmiſſeum peritiſſimum vatem conſuluiſſet, parari ſibi à domeſticis inſidias, reſpondit: cæterùm fore vt inſidiæ prehenderentur. Hirundinem enim cum hominibus conſuelcere, ac cæterarum auium loquaciſſimam eſſe.* Eædem aues Dario in Scythas proficiſcenti cum exercitu interitum portendere. Antiocho Syriæ regi referente Iulio obſequente ingenti exercitu dimicanti Hirundines in tabernaculo nidum fecerunt, quo prodigio neglecto prælium commiſit, & à Parthis occiſus eſt. Meminit iſtius augurij quoque Ælianus loco paulò ante citato: Naui Antonij inſidentes, ſuſcepti belli infelicitatem & funeſtas clades portenderunt. Nauis verò Antonij non erat, vt multi tradiderunt, ſed Cleopatræ, quæ illam Antoniam, in Antonij honorem factam cognominabat, vt videre eſt apud Plutarchum, qui de hoc augurio ſic memorat in enarratione prodigiorum, quæ pugnam eam nauale, quæ inter Cæſarem, & Antonium erat futura, *circa prætoriam etiam*, inquit, *Cleopatræ nauem, quæ Antonias appellabatur, graue offensum factum eſt. Hirundines enim infra puppim nidificarunt: has aliæ ſuperuenientes expulerunt, & pullos earum interfecerunt.* e Dion. tamen Hirundines circa Antonij tentorium tradit, ac in prætoria naui ipſius nidificaſſe. Atque hactenus Hirundinum augurium infelicitatem portendit, vnicum portentum fauſtum reperio, idque in eo, qui indignus eo erat, in Dionyſio, inquam, tyranno, cui arcem relinquenti, cum nidularentur in ea Hirundines, ei reditum portendere authori eſt f Ælianus.

Antiochus occiſus. *Antonij clades.* *e lib. 50.* *Augurium fauſtum.* *f l. xii. 34.*

CAPIENDI. RATIO.

DOMESTICÆ Hirundines, quod ſciant ſeſe impunè victituras, in domibus noſtris habitant. Apud veteres capi ſolitas, ex a Plauto colligitur dicente. *Duæ vnum expetitis palumbem; perij Hirundo alas verberat.* Solent enim aues viſco implicitæ alas verberare, nimirum aufugere volentes. Lambinus Plauti Scholiaſtes non Hirundo, ſed arundo legit, Plautumque ea voce in allegoria perſeuerare autumat. Arundo, inquit, viſco illita alas mihi verberat; & ita fit, vt viſco contactas explicare non poſſim. Significat (Piſtoclerus; quem Plautus Bacchidibus meretricibus colloqui inducit) ſe prope captum eſſe, vt aues prope captæ ſunt, quæ ab arundine viſco illita contractæ aut verberatę ſunt. Secutus autem ſum codices manuſcriptos, nam vulgati habent, *Hirundo alas verberat*; quam lectionem minus probo, quamuis ſciam quoſdam non indoctos eam itatueri, vt dicant Piſtoclerum ſignificare ſe propemodum captum eſſe, quemadmodum parum abeſt, quin capta ſit Hirundo, quæ viſco contracta, alas verberando viſcum excutere conatur. Hactenus Lambinus. Ego communem potiùs contextum ſequi malim.

a in Bac.

COGNOMINATA.
Denominata.

CRASSVS, quod balbutiret, & vltimas ſyllabas mutularet Hirundo dicebatur, meminit Alciatus his verſibus.

Ad vltimas mutilans Colobotes ſyllabas
Hirundo Craſſus dicitur
Qui ſurdus alijs, ſolus ipſe vult loqui
Vt Sturnus in prouerbio eſt.

Craſſus Hirundo dictus.

Chelydon cynedus. Χελιδὼν teſte Suida vocabatur Cleopatræ cynædus: Seneca Latinè Chelidonium vocat ſeruata vel ſaltem parum immutata Græca dictione & grande patrimonium poſſediſſe tradit. Fuit & vates eiuſdem nominis, vt idem Suidas prodidit: & Minipus quidam olim Χελιδὼν cognominatus recenſetur ab *a* Ariſtophane, vbi Scholiaſtes διὰτο ἐπ᾽ ἀστροφαν εἶναι, καὶ παντρία τοῦτο (ſortè καυτηρίω τοῦτο, ſcilicet χελιδόνι) χρῆσθαι, ἅπερ ὁμοιάζει. Chelidon item theologus fuiſſe perhibetur, qui obſeruatis prodigijs collegerit rerũ exitus; de quo inter

a in auib. *Chelidon theologus.*

prouerbia latiùs dicemus. Fuit insuper Chelidon, vel Chelidone meretricis nomen, quam Varres deperibat, de quo facetissimum Ciceronis extat scomma; Ea enim cùm in vrbana, & in Sicilienſi Varris prætura omnia moderaretur, transigeret, decideret, Chelidon verò etiam Hirundinem auem significet, Romani etiam omnia auspicatù & captatis augurijs agerent, augureſq; & auſpices publicis, & priuatis rebus adhiberent, propterea ait: *Nam vt Varres prætor factus est, qui cùm auspicio à Chelidone surrexisset, sortem nactus est vrbanæ prænuncia*: quibus verbis alludit simul & ad auſpicium & meretricis concubitum & cubile. *Chelidon meretrix.*

Florentiæ teſte *b* Borgæo nobilis familia quædam Rondinella ab his auibus denominatur, quæ in insignibus, siue armis suis Hirundines etiam depictas vsurpat. *b L. de mo. Rondinella familia.*

Friſij qui in maritimam Germaniæ partem habitant, auem de genere Motacillæ Svvalken Vorbott, ideſt, Hirundinem prænunciam nuncupant teſte Ornithologo. *Hirundo prænuncia.*

Auis quæ caput caprino simile habet, vocatur Latinè apud vulgos Caper Hirundinis. Albertus. *Caper Hirundinis.*

Χελιδονίας λαγωούς, & χελιδονίους δασύπους leguntur apud Athenæum. Euſtathius Chelidonias Lepores interpretatur, qui superiore parte nigri sunt, inferiore subalbi instar Hirundinū. *Chelidon. Lepores.*

Aſpidum genus eſt, quas Chelidonias vocant, quæ circa ripas fluuiorum, maximè Nili latibula habent. *Chelidon herba.*

Chelidonia quædam quoque herba eſt, quæ & Chelidonium dicitur. χελιδονία βοτάνη Oppiano; Dioſcoridi & alijs medicis χελιδόνιον genere neutro profertur. Eſt autem duorum generum, maius & minus vtrumque nulli non notum. Recentiores nonnulli Latinè Hirundinariam nominant. Maius inde dictum eſt authore Dioſcoride, quod Hirundinum aduentu exterra prodit; diſcedentibus verò ijdem marceſcat, vel vt alij tradiderunt, ſi quis ex Hirundinis pullis in nido excæcatus fuerit, mater hanc herbam oculis admoueat, cæcitati eorum medens; vt inde potiùs quàm à tempore nominatum videatur, quam Græci nominis vim ignorantes imperiti quidam, præſertim Chymiſtæ, non Chelidonium, ſed cælidonum vocauerunt, ac ea falſa nominis præſtantia freti, ex hac herba quandam quintam eſſe fieri prædicant, non modo ad vanas illas metallorum medicationes accommodatam, ſed ad tuendam etiam hominum ſanitatem, morboſque plurimos profligandos vtilem. Plinius vtrunq; genus aduentu Hirundinum florere ſcribit, & diſceſſu earum marceſcere. Apud nos quidem Chelidonium minus eo tempore prodit & ſtatim floret, marceſcitque menſe Maio, Chelidonium verò maius & ſerius prodit, & ſerius etiam floret, vt id non rectè à Plinio videatur ſcriptum. *Hirūdinaria.* *Calidonū.*

Hermolaus eam capnon, quæ in ſæpibus prouenit, Chelidoniam phragmitem Actio dici tradit, ad exanitiones partium in iecore curuarum vtilem, dictam, vt putat, quia ſucco diſcutit caliginem, vt Chelidonia, & ob id in medicamenta oculorum addi, vt in collyrium Marciani eam Chelidoniam capnitida appellantis. Quod ſi eadem probetur eſſe cum cymbalari, vt quidam conijciunt, etiam illa ſimilitudo, inquit, conſluet, quod tolium hederæ habuerit, quale Chelidonio minori contingit: propterea conſiderari cupio nunquid non ſimilis, ſed eadem omninò ſit capnos hæc cum Chelidonio minori. Hæc ille. Eruditi quidam Chelidoniam phragmitin, eam eſſe herbam cõijciunt, qua hactenus pharmacopolæ pro Ariſtolochia rotunda perperam vſi ſunt. Chelidonium paruum inter fumariæ etiam nomenclaturas apud Dioſcoridem legitur, & Chelidonion ſimpliciter inter vitis Alba & anagallidis purpureæ nomina. *Chelidon phragmites.* *Chelidon paruum.*

Apud Germanos teſtante Ornithologo aliam etiam ab Hirundinibus herba dicta eſt Svvalmenkraut, quam multi Aſclepiadem veterum eſſe putent: flore lacteo, ligustri ferè odore, folijs binis per genicula, lauriferè, ſed in anguſtum exeuntibus, radicibus albis, multis implicatis, &c. quas aliqui ad oſſa fracta conſolidanda facere putant. *Svvalmenkraut.*

Suprà ex Plinio, Dioſcoride, & Tralliano lapillos in ventre pullorum Hirundinis reperiri diximus, eos Chelidonias (a recto Chelidonias, vt apparet, ὁ χελιδονίας λίθος) appellant, alij Chelidonios lapides, alij Chelidonias gemmas, Germani Svvalmenſtein, ideſt Hirundinum calculos: Plinius alibi gemmas Chelidonias, dum ait, *Chelidonia* (gemmæ) *duorum sunt generum, Hirundinum colore, & alia parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis.* Et *c* rurſus *Aspidi similis est gemma, quam vocari Chelidoniam tradunt.* Nominat autem hoc loco gemmas, quæ ab animalibus denominantur; vnde hanc vt aſpidi Chelidoniæ, de quò paulò ante, ſimilem, nomen ab ea accepiſſe conijcit Ornithologus, & ab ea, cui Hirundines nomen fecere, diuerſam. Sunt qui diſtinguendi gratia malint, vt is, qui nomen ab Hirundine habet, Chelidonius lapis, vel Chelidonia gemma dicatur: *Chelidon lapis.* *c Lib. 37. c. 11.* *Diſtinctio nominis.*

Chelidonij lapilli vnde extrahantur.

catur; alter verò Chelidonias, cui aspis similiter dicta nomen dedit. Quo tempore, & quibus partibus extrahantur hi lapilli, & quomodo eos habere cognoscantur Hirundines, docet Albertus & author de rerum natura. *Pulli Hirundinum*, inquiunt, *Augusto mense lapidem Chelidonium gestant aliquando in hepate, vel ventriculo, quem ego diuersorum inueni colorum. Fertur autem quod pulli gestantes lapidem hoc signo cognoscuntur; quod in nido sedent conuersis ad se inuicem vultibus. Nam caeteri, qui non habent lapidem posteriora ad se conuertunt.* Alias etiam Albertus lapillos ait esse exiguos, & tales se vidisse à socijs suis extractos è ventriculo Hirundinum mense Augusto, tunc enim extractos efficaciores haberi, frequenter duos simul in vna Hirundine inueniri. Describit hoc lapillos luculenter (luculenter dico, quia exactè illis competit, quos in musæo reseruo) Georgius Agricola his verbis: *Chelidonij, qui in Hirundinum ventriculis reperiuntur, figura, glebi dimidiati sperq; intus caui qua de causa admodum tenues existunt. In eminentia sunt pierung; rauo, sed diluto colore, in caua conuexitate purpureo, nigris interdum interpellantibus maculis, atq; ob id duo eorum species videntur esse.* Reperiuntur etiam figura lentis, qui nigri sunt, quales se Christophorus Encelius obseruasse scribit, item qui russi tantum, quales Omithologus, qui & candidissimos obseruauit, sed qui perspicui non essent, & in monte quodam Sedunorum reperiri in arena inter excelsas rupes, solidos, non cauos. Tales multi pro veris obtrudunt. Ijdem vel saltem simillimi cum his sunt, quorum meminit his verbis *d* Strabo: *Acerui quidam ex tritura lapidum ante pyramides (in Aegypto) iacent in quibus lapilli & forma, & magnitudine lentis inueniuntur, quidam vt hordei grana, quæ semiexpolita excurrunt. Dicunt reliquias eiborum, qui operantibus supererant in lapidem induratas, quod quidem satis videtur verisimile, nam & apud nos collis quidam est oblongus, incompositus, qui toti calculis in modum lentis plenus est.*

Chelidonij lapidis descriptio.

d Lib. 17. Geo.

Fauonium ventum quidam teste *e* Plinio ad vij. Cal. Martij Chelidoniam vocant ab Hirundinis visu, ijs enim diebus Hirundines primùm conspici solent.

e L. 2 c. 47. Chelidonias vētus qui.

Lignea Securicula Galli, teste *f* Gulielmo Philandro, caudas Hirundinis vocant. Ligneis, inquit, securiclis (nostri Hirundinum caudas vocant) cæra & amurca perfusis, veteres in alligationibus (lapidum) vsos ipsa opera docent.

f In Vitr. lib. 2. c. 8. Chelidonius gladius.

Gladij quoddam genus à bifurcata cauda Brodæus Chelidonium appellari asserit, nimirum quia & auis Hirundinis talis cauda est.

Chelidon collyria.

Chelidonia collyria, quamuis Plinius à Chelidonia maiore dicta esse inquiat his verbis. *Vtuntur per se succo* (Chelidoniæ maioris, etsi de vtraq; proximè locutus sit) *in collyrijs quæ Chelidonia appellantur ab ea:* etiam alia sunt, in quibus Chelidonia non recipitur, sed simpliciter ad visum prosunt, quale in primis illud est, quod reperitur alibi apud *g* Galenum ab Hirundinibus, vt apparet, dictum, quasi oculis hominum claritatem ita restituere possit, vt remedio quodam pullis suis ademptum reddere creduntur Hirundines.

g 4. de cōp. sec. loc. c. 7.

Chelidon scopulæ.

Chelidonium, χελιδόνιον, Illyrica gens est Stephano, Plinio promontorium montis Tauri in Pamphilia, Cedreno & Curopalati castellum in præcipiti colle situm.

h Lib. 11.

Χελιδόνιαι Ptolomæo scopuli sunt in Pamphilio mari. *Chelidoniæ*, inquit *h* Strabo, *insulæ sunt in initio oræ Pamphiliæ.* Et *i* rursus. *Chelidonias insulæ in Pamphilia ac Lyriæ confinio iacēt.* Et rursus in eodem libro. *Prope Hieram promontorium Lyciæ, Chelidoniæ insulæ tres sunt, asperæ sanè & magnitudine æquales, ad stadia quinque inter se distantes.* Stephanus duas esse dicit, earumque vnam Corydelam, alteram Menalippeam dici, & vtramq; contra promontorium similiter Chelidonium dictum sitam. Has easdem insulas, Chelidonias petras nuncupat. Castaldus Ilole corrente, Pinettus Captose, Plinius nauigantibus eas scribit esse pestiferas.

i Lib. 14. Chelidon insula. Enechelidon.

Ἐνεχελιδών. Hippodromus Athenienſium non ab Hirundine, sed ab Echelo heroe denominatus est.

MYSTICA MORALIA.

Peccatum recrementum est, nidus conscientia.

HIRVNDINIS exemplo, quæ pullos suos recrementa è nidis egerere docet, vt nitidè mundèque degant, monemur peccata nostra per confessionem expellere: acquid enim peccatum, nisi fœtidissimum recrementum? quid nidus, nisi conscientia? quæ nisi confessis, eorum fœtore inquinata est. Totam Hirundinis naturam mysticè interpretatur *a* Iacobus Vitriacensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis his verbis: Hirundo quæ in collo & pectore rubicunda est sanctos significat, quibus Christi passionis fides in corde est, & in ore, dum corde credunt ad iustitiam, ore autem

a Dom. 2. Aduen.

autem confitentur ad salutem. Cuius stercoribus cum Thobia excæcantur, *ideſt*, temporalibus, quæ sancti tanquam stercora reputant, sicut Apostolus ait. Fugit autem hyemem, & ad calidas regiones transit, *ideſt*, gelicidium peccatorum, & torporem ignauiæ fugiens ad austrum Spiritus Sancti tendit, vt habitet in feruore charitatis. In nidis construendis, & ibi pullis educandis solicita est Hirundo. In fide enim Christi spem suam vir Sanctus ponit, & ibi pullos bonorum operum recondit, & proximis educandis, & nutriendis intendit. Hirundo lapsura culmina deserit: & sancti præsentis sæculi ruinam fugiunt, ne cum ruente opprimantur, & ruant. Mare autem transuolat Hirundo; dum sancti mundi huius amaritudinem transeundo extra mundum Deo seruiunt. Reuertitur Hirundo post frigus hyemis, vt annunciet initium veris, ita iustus post tentationes ad temperiem Domino ducente peruenit, & seipso bonæ conuersationis exemplum, & virorem virtutum alijs ostendit. Quærit autem veris initium; dum in se tenet discretionis, & temperantiæ modum. Hirundo cibum residens non sumit, sed in aere quas capit, escas edit; & vir iustus in terrenis cælestia quærit. Hirundo nec alias infestat aues, nec ipsa ab alijs rapitur; quia viri iusti nec alios lædunt, nec vnquam dæmonibus præda fiunt. Egregiè etiam Hirundo verbi diuini præcones significare potest; ad hos enim D. Chrysostomi *a* similitudo potius, quàm ad alios referatur. *Hirundines*, inquit, *alimenta suis pullis ab ore in os tradunt: nostra autem non, sed ab ore ad aurem: illa quippè in corruptionem: nostra verò in corruptionem procedunt. Illa corpus, animam autem nostrã impugnant.* Accipitur Hirundinum volatus pro inconstantia, ac leuitate, quemadmodum docet venerabilis Beda in explicatione horum sacræ paginæ verborum. *Fatigatus à sepultura Thobias, venit ad domum suam, & cùm iactasset se iuxta parietem, & obdormisset, ex nido Hirundinum calida stercora deciderunt in oculos eius, & factus est cæcus.* Ne mireris, inquit lector, quod aliquando bona typicè malum, aliquando bonum mala hominum facta significant. Quod si non liceret, nunquam nigro attramento, sed auro semper lucido scriberetur semper Deus, quia lux est: sed etsi nomen diaboli in calculo scribas candido, nihilominus tenebras significat profundas. Cæcatus ergo Thobias designat, quia sicut ait *b* Apostol. *Cæcitas ex parte contingit in Israel.* Fatigatus est in sepultura, & cæcatus; quia qui infatigabilis in operibus persistit, nunquam fidei luce priuatur. Iacet spiritualiter, & dormit fatigatus, qui vigilare, & stare in fide, viriliter agere, confortari negligit; cui benè congruit illud Apostolicum: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis illuminabit te Christus.* Hirundines propter leuem volatum, superbiam, cordisq; leuitatem figurant, quorum immundantia confestim eos, quibus dominatur, excæcat. Quasi enim nido Hirundinum suppositus dormit, qui leuitati, lasciuiæ, ac superbiæ mentem incautus subijcit. Hæc autem cæcitas populo Israel, maximè immittente aduentu Domini in carne prævaluit, & cum Romanæ seruitutis iugo premerentur, & legis diuinæ præcepta pessimè viuendo violarent. Hæc omnia ille. Hirundo custodiens tempus aduentus sui confundit eos, qui non cognoscunt Deum vocantem, vt pœnitentiam agant, tempore sibi ad hoc concesso. Eadem per suam diligentiam nidificans, & pullis visum reparans, designat in nulla indigentia esse desperandum, neque ab operando cessandum.

Prædicatores significat Hirundo.

a Gent. 1. diſſim.

Volatus Hirundinũ pro inconstantia.

b Rom. 1.

Hirundo custodiens tempus suũ quid ſignificet.

QVIBVS SACRA.

GENVS Hirundinum tradit *a* Aelianus Dijs penatibus, & Veneri, quam & ipsam è numero penatium esse, ait, vt apparet, orta est, quod Hirundines absque pauore nostras domos incolant. Similis penè persuasio in nostrarum mulierc ularum animis infixa est, dum auiculas hasce necari vetant; à quo vt magis terreant pueros, fingunt eas D. Virgini sacras esse. Apud Rhodios quædam fiebant sacrificia, vt *b* Theognis scribit, in quibus canebant; ἦλθε, ἦλθε χελιδὼν, καλὰς ὥρας ἀγουσα, καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς, ideſt, *Venit, venit Hirundo pulchras ducens horas, & annos pulchros.* Meminit *c* Athenæus, qui id χελιδονίζειν vocari scribit, quod est τὴν χελιδόνι ἀγείρειν, ideſt, Hirundini stipem colligere, circumeundo oppidanorum ædes, & canendo cantilenam, quam dixi, de aduentu Hirundinis. Similem ferè cantilenam Homerus in Samo hyemans, calendis ad ditiorum fores dicitur cantasse, quæ ἐφεσίαν dicebatur, quam & ipse sic claudit:

Νῶϊν μὲν σινέσυμμι ἐνιαύσιος ὡς τε χελιδὼν
Ἑσπέριος προθύροισι. Κέλευε δέ τοι δόμος εἶδέμεν

a Lib. 12. cap. 34.

b Li. 3. ſac. Cantilena de aduentu Hirũdinis.

c Lib. 8.

Ουκ ἐθέλω, ἐγὼ γὰρ αὐτοκάσιγνητε ἐθάδ' ἐλθέμεν, ideſt.
At ego vos repetam, repetam (mihi credite) quotannis
Non ſecus atque redit ſub tectum garrula Progne,
Aſſumus in porta, ſeu munera ferre placebit,
Seu nihil, eſt tamen hinc abeundi certa voluntas,
Non etenim hic habitare diu, nec adeſſe paramus.

Chelidonismus, quid.
d Lib. 16. cap. 24.

Hinc χελιδονισμα dicebatur cantilena illa, quam canebant οἱ χελιδονίζοντες, & χελιδόνισμα ipſa circuito, & collectio ſtipis. Apud eoſdem Rhodios certamen fuiſſe Hirundinum, & Coturnicum ſcribunt *d* Cælius Rhodoginus, & *e* Alexander ab Alexandro; ſed vterque nullo laudato authore.

HIEROGLYPHICA.

Patrimonij relicti typ.
a L. 2. c. 32.

AEGYPTIORVM ſapientes, omnes parentum opes filijs relictas volentes innuere, Hirundinem teſte *a* Oro pingebant. *Hæc enim*, inquit, *iam morti proxima, luto ſeipſam volutat, & pullis latebras comparat.* Videtur autem intelligere de nido, ſed quem non moribunda, ſed quandocunque nidificare cupit, eo modo conſtruit, aqua ſcilicet ſe aſpergens, & in puluere volutans, cùm luti inopia eſt.

Hominis ædificationis ſtudioſi hieroglyphicum.

Eodem modo ædificationis ſtudioſum hominem, quique ampla ædificia, vel etiam oppida condiderit, *b* Pierius Valerianus per eandem auiculam, nidum facientem à nonnullis intelligi ſcribit, argumento videlicet ſumpto ab auis ingenio, quo in nidulatione vtitur, de quo nos ſatis ſuperque ſupra ſcripſimus.

Æqualitas in diſtribuendo.

Ijdem Aegyptij filijs æquas hæreditatis portiones diſtribuentem, vel principem, qui ſe ciuibus æquaret ſuis, neque vllo vellet ornatu, vel apparatu magis, quam reliqui, ſumptuoſiore aceipi, ſignificaturi, id per Hirundinis picturam faciebant, quæ qua æquitate pullis ſuis cibum impartiatur, habes ex ſuperioribus.

Inſtitutionis hiero-glyphicum.

Plura hieroglyphica finxit Pierius Valerianus libro præcitato, quæ ne quid in hoc opere deſit hìc inſeram. Primum itaq; inſcriptum eſt INSTITVTIO. Sunt qui, inquit, calathum cum pullis Hirundineis in aliquot veterum monimentis obſeruatum, hieroglyphicum inſtitutionis eſſe contendant, argumentumq; eiuſmodi ad Oſiridis, & Cereris beneficia in mortales collata referant, quod .ſ. ab ijs, & viuendi leges, & agri colendi præcepta recepcrimus, & æquo cum reliquis iure vitam degere didicerimus. Legifera.n. Ceres eſt, & apud Diodorum in ſacris Aegyptiorum litteris Oſiris Iupiter, iuſtus, pater, dux, & conſultor omnium habetur; quæ ſiue ad inſtitutionem, ſiue ad æquitatem accommodes, omnia quadrabunt.

Implorationis auxilij ſymbolum.

Aliud eſt inſcriptum IMPLORATIO AVXILII, de quo ſic ſcribit. Inuenias apud Xenophontem (quiſque ille fuerit) eo libello, qui titulo de æquiuocis circumfertur, per aues has in nido ore patente pictas, populos auxilium implorantes hieroglyphicè ſignificari. Nidus.n. patriam, os verò adapertum clamorem, & implorationem oſtendit. Hinc illud Ezechiæ cantico: *Sicut pullus Hirundinis, ſic clamabo.* Vnde admodum eruditè Plautus Hirundines obijcit in ſomnium Dæmonæ, quas ſimia ſolicitabat, qui ſit filium ſtatim penes lares ſuos in phano Veneris opem implorantem inuenturus: Illa enim Hirundinum more transfretauerat, & ad conſuetas ſibi ſedes, domum quidem paternam delata erat.

Dæmonæ ſomnium.

Amicitia in vilis hieroglyphicum.
e L. 4. Rhet.

Nonnulli eodem referente Hirundinem ponunt pro amico inutili, ingrato, & perdifficili. Ij enim moribus noſtris, ac familiaritati, quamuis nobiſcum degant, ad inſtar Hirundinum difficulter aſſueſcunt. Verùm non inconuenienter adulatores fictiq; amici eo modo per Hirundinem notabuntur. Sola enim Hirundo impunè in domibus noſtris agit tota æſtate, excluſiſque, & educatis pullis ſuis ante frigus abit turpiter ingrata: qua ſimilitudine ad denotandum eiuſmodi adulatorum amicitiam, *e* Cicero, vel quiſquis ille ſit author rethoricorum ad Herennium vſus eſt, inquiens: *Itaut Hirundines aduo tempore præſto ſunt, frigore pulſa recedunt: ita falſi amici ſereno vitæ tempore præſto ſunt, ſimulatq; hyemem fortunæ viderint, deuolant.* Hoc quoque de cauſa Samius ille Pythagoras eas à rectis ablegauit, id ſcilicet innuere volens, huiuſmodi notæ homines euitandos, ac nullo pacto conſuetudinem, & amicitiam cum illis habendam eſſe, vt ſupra obiter innuimus, & poſt inter prouerbia etiam dicetur. Idem Pierius in hieroglyphico luctus, & quærimoniæ alios idem ſymbolum Pythagoricum interpretantes referre ad tragœdiam, quaſi triſte omen, lugubreq; argumentum affert Hirundo, de qua re fuſiùs agemus in fabulis.

Pythagoras cur Hirundines à tectis abegerit.

Idem

Idem Pierius in coniecturis habere se Hirundinis caput imaginari, peregrinationem tradit significare, quoniam eius auis præcipue proprium sit, vt neque apud parentes degere soleant. *Peregrinatio significat.*

Sunt qui eodem referente respiscentiam per Hirundinem acu transfossam oculos indicent: quoniam hæ si vulneratis oculis obcæcata fuerit, oculos tamen, & lucem recuperare dicitur. Lumen autem pro sapientia, & cognitione poni, perinde, ac pro imperitia tenebras vnicuique manifestum est. *Respiscentia hieroglyphicum.*

Possit non incongruenter etiam Hirundo pro barbaro poni, & infante, indiscretoque aludendo ad tritam illam fabulam, qua in auem Progne, vel vt alij Philomela, in Thracia, quæ barbara erat regio, mutata fuisse cõfingitur: in quo sensu Aeschylus barbaros homines dicebat τλωροβιζους, quoniam sermo eorum intelligi nequeat, vt neque Hirundinum garritus. *Lumen pro sapientia. Hirundo pro barbaro.*

HISTORICA.

BRVTA animantia sanctis quandoque morem gerere in multis nostræ Ornithologiæ locis ostendimus, & posthac ostendemus, quoties sese nobis offeret occasió. Nunc quomodo S. Francisco, alijsque huius sanctissimi viri nomine sibi obedire iubentibus, morem gesserint, ex Laurentio Surio dicemus. Exinde prædicando, inquit, per loca vicina procedens, venit ad castrum quoddam nomine Aluianum, vbi congregato populo, & indicto silentio propter Hirundines nidificantes in eodem loco, magnisque garritibus post repentes vix poterat. Quas vir Dei omnibus audientibus allocutus est, dicens: Sorores meæ Hirundines iam tempus est, vt loquar, & ego, quia vos vsque modo satis dixistis: audite verbum Dei tenentes silentium, donec verbum Dei compleatur; & illæ tanquam intellectus capaces subito tacuerunt, nec fuerunt motæ de loco, donec fuit omnis Prædicatio consummata. Omnes igitur, qui viderunt stupore repleti, glorificauerunt Deum. Istius miraculi fama circumquaque diffusa multos ad Sancti reuerentiam, & fidei deuotionem accendit. Hæc ille, & rursus: In ciuitate Parisiensi scholaris quidam indolis bonæ cum socijs alijs studio diligenter intentus, dum importuna garrulitate cuiusdam infestaretur Hirundinis, dicere cæpit ad socios. Hæc Hirundo vna de illis est, quæ virum Dei Franciscum prædicantem aliquando, donec silentium eis imponeret, molestabant, & conuersus ad Hirundinem fiducialiter ait: in nomine serui Dei Francisci præcipio tibi, vt ad me veniens conticescas. At illa Francisci audito nomine, quasi viri Dei disciplinis edocta, & statim conticuit, & ipsius manibus tanquam tutæ custodiæ se commisit; Stupefactus Scholaris statim eam libertati restituit, & eius garritum amplius non audiuit. *S. Fráciſco Hirũdines obediunt. a in vita S. Franc. c. 1. Studioſo vt obediant Hirũdines.*

APOPHTHEGMA.

INTER multa, quæ de Cleomene Lacedæmoniorum duce à Plutarcho conscripta sunt, lepidissimum est illud, quo Sophistam quendam comparabat garrienti Hirundini. Illo nempe de fortitudine multa differente risisse tradit Cleomenem. At sophistæ dicenti; quid ridens Cleomenes audiens de fortitudine differentem; præsertim cum sis rex? Quoniam, inquit, ô amice, si Hirundo de fortitudine loqueretur, idem facerem, quod nunc facio, sin Aquila, magno silentio auscultarem. Visum est ineptum quendam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipse nihil fortiter gessisset vnquam, nec aliud posset, quam in Hirundinis morem garrire. *Cleomena apophthegma.*

APOLOGI.

Hirundo Cycnus

DE Hirundinibus, & Oloribus, ſiue Cycnis apologus legitur in Epiſtola Gregorij Nazianzeni ad Seleuſium Principem, quæ ex interpretatione Iacobi Mycræi ſic ſe habet. Quoniam mihi ſilentium, & ruſticitatem obijcis ò vir honeſte, & vrbane, age tibi etiam fabulam nihil à muſis abhorrentem recenſebo, ſi quoquo modo hac re queam dehortari, vt in poſterum à nugis abſtineas. Hirundines conuitiabantur Cycnis, quod nollent cum hominibus conuerſari, neque muſicen publicare, ſed circa paludes degerent, & fluuios, ſolitudinemque amplecterentur; ad hæc paucula quædam canerent, & ea quidem intra ſeipſos, quaſi muſices puderet. Noſtræ autem dixerunt vrbes hominesque, & penates, hominibus loquimur, & noſtra ipſis percenſemus. Hæc vtique hæc vetera, & Attica, Pandionem, Athenas, Therea, Thraciam, Peregrinationem, Gloriam, Ignominiam, Linguæ excisionem, litteras, atque ad hæc omnia Iryn. Atque hoc pacto in hominibus factæ ſumus aues. Illi verò, Olores, videlicet, vix ſermone quidem ipſas dignati, garrulitatis oſores, hunc in modum reſponderunt. Nos quidem ò Hirundines ſi quis ad ſolitudinem venerit muſices audiendæ gratia, cùm alas Zephyro permittimus dulce quid & concinnum ſpirare videmur. Quare ſi non multa, & in multis canimus, certe id ipſum pulcherrimum eſt in nobis, quod menſura cantum moderamur, nec muſicen ſtrepitibus permiſcemus. Vos autem etiam inhabitantes homines ægrè ferunt, & canentes auerſantur, & maximè accuſant. Præterea ne priuatæ quidem lingua ſilentium agere poteſtis, ſed ipſæ taciturnitatem deploratis & affectum veſtrum. Deinde loquaciores eſtis quodam non felici lingua prædito, & muſico. Intelligis quid velim, vt ait Pindarus, nempe vel optimam meam taciturnitatem tua præſtare eloquentia. Deſine igitur nugis mihi ſilentium obijcere, aut tibi aduersam paræmiam veriſſimam quidem illam, ſed maximè compendioſam, nempe quod tunc Olores canant, cum ſilent graculi.

Hirundo & Cornix.

Alius ſub Aeſopi nomine circumferre apologus de Hirundine, & Cornice: Hæc & Hirundo de pulchritudine contẽdebant, & ſuam cùm nimis efferret Hirundo. Cornix reſponuens dicebat, ſed tua pulchritudo vetno tempore floret, meum verò corpus etiam hyeme perdurat. Morale ſignificat eam pulchritudinem pluris faciendam eſſe, quæ nullius temporis mutationi eſt obnoxia, quamuis adeo exquiſita non ſit.

Gallina & Hirundo.

Alius de Gallina, & Hirundine. Gallina ſerpens ouis inuentis diligenter calefacta excudit. Hirundo autem cùm eam vidiſſet, ait ò demens, quid hæc nutris? quæ cum excreuerint à te primùm iniuriam auſpicabuntur. Fabula indicat implicabilem eſſe prauitatem, licet afficiatur maximis beneficijs.

Hirũdo & prætorium.

Inter Gabriæ fabulas de Hirundine etiam, & prætorio hic legitur apologus. Hirundo cum in prætorio conſtruxiſſet nidum; & coluber pullos deuoraſſet, ſecum dixit, ò ingemiſcendam fortunam, vbi enim vltio eſt, ſola offenſa ſum. Fabula torquetur ad eos, qui malum à bonis patiuntur.

FABVLOSA.

NOTISSIMA fabula eſt, de Progne, & Philomela, Thereo, & Iryn in aues commutatis, eamque communiores authores, eoſque inter potiſſimùm Ouidium ſecutus in Phaſiano recitaui, atque hic modo repetere ſuperuacaneum duco. Verum quia alij Prognem in Hirundinem, Philomelam in Luſciniam abijſſe velint; alij rurſus Prognem Therei vxorem, alij contra Philomelam faciant, itaque hoc loco indagabo, quibus potiùs ſit adhærendum, quamuis tam confuſè omnia impliciteque enarrentur, vt qui ſequendi ſint, nihil prorſus affirmare auſim. Græci tamen hac in re ſequendi videntur, quod ab eis alij plerique populi fabulas eiuſmodi ſint mutuati. Qui Prognen Hirundinem factam volunt, præter Ouidium, Virgilium, & Martialem ex veteribus neminem inuenio. Vergilius verò quaſi inconſtans alias Prognen, alias Philomelam Therei vxorem facit; Prognem hoc verſu:

Prognem qui Hirundinẽ factã velint.

E manibus Pregne pectus ſignata cruentis.

Philomelam iſtis:

Aut

Aut vt mutatos Therei mutauerit artus,
Quas illi Philomela dapes, quæ dona parauit.

Ex Martiale quoque certi nihil solidique colligas. Quodam enim disticho, cuius lemma est LVSCINIA, apertè Ouidium sequitur; ait enim.

Flet Philomela nefas incesti Thereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Et alibi rursus.

Multisona ferues, sacer Atthide lucus.

Nam Atthis ab eo Luscinia intelligitur, quasi Attica auis, quod declarat epitheton multisona, & verbum lucus. In lucis enim multis modis canit Luscinia cum Hirundo tecta frequentet. Atq; hoc à Græcis traxisse videtur, apud quos Tragædia extabat Philochori de Philomela, quæ Atthis inscribebatur. Verum nisi eo loco epitheton multisona adderetur. Atthis etiam Hirundo verti possit, nam non solum Martiali Luscinia Atthis dicitur, sed Hirundo etiam, quemadmodum *a* ipse hoc tetrasticho, cuius lemma est, *de Hirundine* demonstrat.

Attis quasi Attica auis.

Philochoride Philomela Tragedia.

Hybernos peterent solito cùm more recessus
Atthides, in nidis vna remansit auis.
Deprendere nefas ad tempora verna reuersæ
Et profugam volucres diripuere suæ.
Serò dedit panas, discerpi noxia mater
Debuerat, sed tunc cum lacerauit Itym.

a L. 5. epig.

Quibus versibus Prognem & matrem Itys facit, & in Hirundinem mutatam fuisse innuit. In eadem opinione fuisse videtur author Philomelæ, cuius carmen, etsi Ouidium non sapiat, omninò tamen negligendum non est. Atq; hi sunt, qui Prognem in Hirundinem mutatam volunt, nam Seruium his non accenseo, vtpotè qui tam diuersarum sententiarum confusione intricatus modo in Hirundinem, modo in Lusciniam abijsse scribat; sed ne lectori fucum obtrudere videar, verba adijciam. Explicans itaq; imò implicans potius illud *b* Vergilij: Aut *vt mutatos Therei*, *&c. Thereus rex*, inquit, *Thracum Pandionis Athenarum regis filiam Prognem duxit vxorem, & Athenas profectus, vt sororem illi accerseret Philomelam, in itinere illam vitiauit, & linguam abscidit. Illa tamen rem in veste suo cruore descriptam misit sorori. Quare cognita Progne Itym filium interemit, & patri epulandum apposuit: postea omnes in aues mutati sunt: Thereus in Vpupam, Itys in Phasianum, Progne in Hirundinem, Philomela in Lusciniam.* Ex mox illud eiusdem Vergilij: *Quas ille Philomela dapes, &c. Atqui*, inquit, *hoc Progne fecit, sed abutitur nomine, aut illi imputat, propter quam factum est.* Hucusq; sibi constat *c* Seruius, cum verò illud explicare conatur, *Et manibus Progne pectus, &c. Nomen*, inquit, *posuit pro nomine. Nam Philomela in Hirundinem versa est, pro qua Prognem, vel quasi sororem posuit, vel quasi eam, quæ fuerat illius sceleris causa, nam ipsa miserat Thereum ad adducendam sororem.* Hæc ille, quibus posterioribus, vt vides, Philomelam in Hirundinem conuersam esse ait: adeò vt mireris tam manifestam in vno auctore diuersitatem. Qui modo Philomelam in Hirundinem, Prognem in Lusciniam mutatas volunt, alij Græci sunt alij Latini. Ex Græcis in primis est Sophocles, qui facto de Thereo poemate, fabulam eo prorsus modo enarrat, quo paulò ante ex Seruio: & in Phasiano recitauimus: sed Philomelam Therei scelus acu, non cruore suo, vt habet Seruius, manifestasse, & in Hirundinē conuersam fabulatur. Idem facit Eustathius, qui vocem Hirundinis hanc ob causam, asperam & cantu insuauem esse tradit, vtpotè cui lingua mutilata fuerit, & frequenter Therei ceu balbutientis nomen efferre conari. Anacreon quoq; Hirundinem accusans garrulitatis, quòd manè somni sui dulcedinem rumperet, Thereum olim linguam ei præcidisse scribit. Sed Eustathius Philomelam Therei vxorem facit, cum Sophocles eam Prognen faciat, quem sectatus fuisse videtur *d* Varinus, qui aliàs similiter, vt Eustathius eam fabulam recēset ex Scholijs Aristophanis in aues: *Progne*, inquit, *cum sororis Philomelæ casum intellexisset, mactatum Itym filium Thereo edendum apposuit; quo ille cognito gladio eas persecutus est, clamans πῦ πῦ (vt solent quærentes) Philomela verò præ motu Therei nomen efficiebat, Progne verò filium lugens Itym miserabiliter sonabat. Ioue autem miserato Progne in Lusciniam, Philomela in Hirundinem, & Thereus in Vpupam mutati, eadem adhuc voces canunt.* Eustathij verba lector per se videre poterit. Homerum autem aliter hanc fabulam narrantem, vt in Phasiano quoque diximus, latiùs explicat. Et latinè leges apud Ornithologum & Io. Spondanum, Prognes verò & Philomelæ fabulam similiter narrat Io. Tzetzes Hesiodi Scholiastes, videlicet Prognem Therei vxorem fuisse, & in Lusciniam mutatam, Philomelam verò in Hirundinem. Thereum

Seruius cāfusè de Progne fabulā scripsit.

b Eglog. 6.

c Greg. 4.

Philomelā in Hirūdinem versā qui dicant.

d In dict. Itys.

reum quoque addit Philomelæ in Aulide Bœotiæ vim intuliſſe, & huius fabulæ Sophoclem meminiſſe. Apud Plutarchum quoque Gorgias Sophiſta cùm Hirundo alui onus in eum emiſiſſet, directo in eam viſu dixit, non rectè ὁ Philomela: & apud Io. Grãmaticum in commentarijs in Heſiodum legimus, cùm prius Philomela Pandionis eſſet, nunc Hirundo auis, Τηρεὺς γάρ μὲ ἐβιάζετο, *Thereus*, inquit, *mihi vim intulit*. Ex Latinis primis eſt *e* Varro, cuius hæc ſunt verba: *Luſciola* (fortè Luſciniola ὑπ᾽ ὀκορισικῶς legendum) *quod luctuosè canere exiſtimetur, atq; eſſe ex Attica Progne facta auis*. Varronem ſecutus eſt Statius poeta, cuius etiam non parui facienda eſt authoritas. Hic enim Prognen enarrat inter aues, quæ humanum ſermonem edocentur. Hirundinis ingenium an ad id valeat, habes ex ſuperioribus. Statij verſus citauimus in Perdice. Probus etiam, non reprobus, vt *f* Erithræi verbis vtar, Vergilij interpres, prodidit Philomelam in Hirundinem, Prognen in Luſciniam conuerſam, quod mihi, inquit, veroſimilius fit, propter garrulitatem Hirundinis, quam ex amputatione linguæ Philomelæ referat, quum ipſa Luſcinia mille modis cantum variet. Ex quibus modò omnibus ſatis conſtare arbitror, confusè hanc fabulam à veteribus, & recentioribus recenſeri, plurimos tamen ex Græcis, à quibus plerunq; ſuas Latini fabulas mutuati ſunt, ſcribere Prognen in Luſciniam verſam eſſe. Quare apud Poetas Pandionis ales, & Daulias ales, tam Hirundini, quam Luſciniæ attribui poſſit, vt pro Luſcinia apud Catullum:

Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris
Daulias abſumpti fata gemens Ityli.

Et Ouidium:

Deflet Threicium Daulias ales Itym.

Hirundines verò Daulidas aues etiamnum vocari diſertiſſimè ſcriptum reliquit *g* Plutarchus. Vocantur autem Pandiones aues, quoniam Philomela, & Progne Pandionis erant filiæ. Dauliæ verò à Daulia, ſiue Daulide oppido Phocidis ſub ditione Therei regis Thracum. Epitheta Prognes apud Textorem omnia ferè ab hac fabula deprompta ſunt: ſunt autem, Daulas, Querula, Impia, Rhodopeia, Pandionia, Getica, Sæua, Dura, Attica, Cruenta, Iſmaria, Garrula, Domeſtica, Acerba, Cecropis. Eadem etiam aſcribit Philomelæ, & inſuper nonnulla alia. Iam verò alij, vt dixi, Philomelam, non Proguen Therei vxorem fuiſſe tradunt, ex quibus Ariſtophanes ipſe ſub perſona Epopis, Vergilius, & Euſtathius: cæteri omnes contrarium ſcripſerunt. Atque hæc de fabula dicta ſunt. *h* Pauſanias eas mulieres in eiuſmodi aues commutatas fingi putat, non aliam ob cauſam, quàm quod eædem quoq; auiculæ miſerabilem cantum edant, & lamentis ſimilem. Plinius Hirundinem Biziã in Thracia ingredi negari ſcribit propter ſcelera Therei. Sed hoc vt ad enarratam fabulam alludit, ita quoque prorſus fabuloſum exiſtit. Crediderim ego eum Thraciæ locum Boreæ magis, quam alios eſſe expoſitum, ideoque eum fugere Hirundines: quod verò boreæ flatum perhorreſcant, colligo ex his Oppiani verbis: *Hirundines in aues mutatæ ſunt, cùm vir adhuc eſſet Thracius ille Thereus; poſtquam verò, & illum mutatum viderunt in auem, relicto omnium auium conſortio, ad hominum domicilia confugerunt. Quin etiam neque Boreæ, neque ventorum, qui ex Thracia ſpirant, flatus amant, & nidos inde auerſos collocant*. Quod verò de Therei ſceleribus conſinxere poeta prorſus falſum eſſe ex antiqua hiſtoria comprobat doctiſſimus *i* Io. Goropius: puduiſſe, inquiens. Atticos impudicitiæ duarum ſororum, ideoq; crimen per calumniam impegiſſe, contra quem fuit commiſſum, atque inde fabulam contexuiſſe. Prognen in Hirundinem mutatam finxiſſe, quod nullæ Hirundines intra Daulidis fines, vel pariant, vel ex ouis pullos excludant, vel omninò nidos laquearibus affigant. Quod ſi hoc Pauſaniæ credimus, magna, inquit, fuit occaſio fingendi vxorem in Hirundinem conuerſam fuiſſe. Cauiſſet enim, poſtquam ſemel mariti manus euaſit, rurſus: Daulidem reuerti, niſi vitæ mortem prætuliſſet. Deinde ingratus hoſpitæ mulieris, & vxoris animus benè potuit, & rectè Hirundini comparari: quæ aliunde venientes, domos alienas ſubeunt, *& ſummo loco nidos figunt, & ex alto corporis ſpurcitiem in pauimenta, & habitato-*res emittunt, ac deinde dum domũ fœdè conſpurcarunt, diſcendunt. Eodem modo Progne in aliena domo ad ſummum faſtigium euecta, & in regium thalamũ ſublata, regem ipſum & regiam domum adulterio ſuo turpiſſimè fœdauit, *atque deinde culpa ſpurciſſima manifeſta*, ſe ſubducit citiſſimis alis. Credi etiam poteſt de fabula ſororem ſuauitate ſermonis, & cantilenis Thereum in multam noctem crebro detinuiſſe, quo interea locus adultero daretur. Hæc ille, & rurſus paucis interiectis. Ad hunc igitur aſtum, inquit, quoniam Philomelam linguam *ſuam vocemque applicuiſſe*, nihil iniuſtum *Thereus feciſſet*, *ſi* illam ſcelere deprehenſo, vt fertur, amputaſſet. Nec malè nocturna hæc Siren fingitur in auem

e Lib. 4. de ori. verb.

Prognem humanum ſermonem addiſcit.

f In Iuuen. ce Virg.

Pandionis alas.

g L. 4. ſym. q. 4.

Epitheta Hirundinis.

Fabula explicatio.

h In Act.

Hirũdo cur Biziã non ingrediatur.

Hirũdines boream timent.

i Li. 8. An.

Progne cur Hirundini ſimiles.

Philomela nocturna Siren.

com-

commutata, quæ tetras noctes canendo ducit, vocis suauitate, & varietate nulli musicæ conferenda: Quod verò Thereum ipsum in Vpupam transmutarint, ne illud quidem male ad suspicionem meam alludit. Nam hæc auis nidum facit è stercore humano, & pastu vtitur fœdissimo. Quid vero regia Therei aliud erat, spurcissimis his vitijs vxoris inquinata, quàm nidus humanis stercoribus, ideſt fœdissimis hominum flagitijs constans? Nobis Vpupa in prouerbio est ad eas significandas, quæ sunt omni spurcitiæ genere contaminatæ. Non tamen minus aptè Thereus Vpupa dicebatur, quod sicut hæc auis in excrementis alui humani oua ponit, ita Thereus oua, & semen suum, & se denique, quoad posset, sterquilinio vxoris immergeret. Hæc & alia, quæ prætermimus, Goropius. *k* Antonius Liberalis similem, nisi eandem diuersimodè tamen enarrat fabulam ex Bœo: quam non fuerit inconueniens hic apponere. Pandareus inquit, vt est apud Bœum in Ornithogonia, in agro Ephesio habitauit, quo loco nunc iuxta vrbem est Prion. Huic Ceres ad largita est beneficij, vt venter eius cibis nunquam grauaretur, quantuncunq; ingessisset. Fuit Pandareo filia Aedon: eam duxit Polytechnus faber, Colophone Lidiæ habitans; plurimumque temporis suauiter vnà vixerunt, vnico procreato filio, cui nomen Itys. Fuerunt autem felices, quamdiu Deos debito affecere honore. At postquam inani voce gloriati sunt, magis se inuicem amare, quam Iupiter, & Iuno mutuò diligant: Iuno offensa eo dicto Eridem ad eos misit, quæ contentionem operum inijceret ipsis. Paululum restabat Polytechno ad curulem sellam conficendam, & Aedoni ad pertexendam telam. Itaque hanc sponsionem cocunt, vt vter ipsorum celeriùs suum opus absoluisset, ei altera famulam daret. Citius telam pertexuit Aedon, Iunone opus adiuuante. Cui inuidens victoriam Polytechnus ad socerum proficiscitur, simulans se ab vxore missum ad adducendam sororem Chelidonem: & Pandareus nihil mali suspicatus, filiam ei committit. Ei Polytechnus in sylua virginitatem eripit, tonsoque capite alijs etiam vestibus induit, mortemque minatus, si quid horum vnquam Aedoni indicasset, ita domum reuersus, eam vxori loco ancillæ ex pacto tradit. Aliquandiu eam soror operis exigendis atriuit, donec Chelidone cum vna ad fontem prolixè suam deplorans calamitatem, à sorore exaudita est. Postquam se mutuò agnorunt, & consultauerunt, malum ilicò Polytechno sunt machinatæ. Filium eius in frustra conciderunt, carnes in ollam coniectas coxerunt: cumque Aedon vicino suo mandasset, vt Polytechnum eas iuberet edere, ipsa cum sorore ad patrem Pandareum peruenit, indicauitque in quas deuenisset miserias. Polytechnus cognito se de filij sui carne epulatum fuisse, eas ad patrem vsque insecutus est. At famuli Pandarei eum quòd tantum Pandarei familiæ probrum intulisset, correptum insolubili vinculo constrinxere, corpusque melle inunctum, in pascuum, proiecerunt, vbi cum muscæ adsidentes eum diuexarent, Aedon ob pristinam miserata amicitiam eas abigebat. Quod cùm deprehendissent parentes, & frater odio concitati, eam statuerunt interficere. Sed Iupiter Pandareum miseratus, eas omnes personas in aues conuertit, quæ partim ad mare vsque prouolarunt, partim in aerem subuolarunt. Pandareus mutatus est in Haliaetum, mater Aedonis in Alcyonem, statimque se in mare voluere dejcere, sed Iupiter id prohibuit, atque hæ aues nauigantibus sunt secundæ. Polytechnus in Pelecanum transijt, quod ei Vulcanus fabricanti securim dedisset, atque ea auis fabris vsa fausta est. Frater Aedonis Vpupa extitit, quæ auis terra, marique est auspicata, idque magis, si coniungitur Halyaeto, aut Alcyoni. Aedon quæ est Luscinia circum fluuios, & nemora filium Ityn deplorat. Chelidone Hirundo facta est, hominum contubernalis, Dianæ consilio, quod inuita virginitatem amittens plurimum inuocasset Dianam. Hæc omnia ille. Isis referente *l* Plutarcho in Byblo Aegypti nutrijsse fertur regium puerum (regis nomen Malcander fertur; reginam alij Astartam, alij Sosin, quidam Nemanum quasi Mineruiam perhibent) digito ei in os pro mamilla inserto, & noctu, quæ in corpore eius mortalia erant, adussisse; ipsamque Hirundinis specie circa columnam lugendo volutasse; donec regina aliquando noctu infantem amburi conspicata clamore emisso, immortalitatem ei ademit. Homerum infantem Aegyptijs parentibus ortum etiam fabulantur, cùm mel aliquando ex Aegyptiæ nutricis vberibus in os eius manasset, ea nocte nouem auium voces emisisse Hirundinis, Paonis, Columbæ, Cornicis, Perdicis, Porphirionis, Sturni, Lusciniæ, & Merulæ, vt sæpe dictum est.

Thereus cur victus mutatus in Vpupam.

De Vpupa prouerbiū.

k In Met.

Polytechni, & Adonis fabula.

Chelidone à Polytechno vitiata.

Pandareus in Haliaetom.

Polytechn. in Pelecanū

Aedonis frater in Vpupam.

Aedon in Luscinian.

Chelidone in Hirūdinem.

l Is. de Isid.

De Isidere gum puerū nutriente fabula.

PROVERBIA.

Vna Hirũdo non facit ver.

NOTISSIMVM eſt adagium, Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ: *Vna Hirundo non facit ver*, hoc eſt, inquit adagiorum author, vnus dies non ſat eſt ad parandam virtutem, aut eruditionem; aut non vnum aliquod benefactum ſufficit ad hoc, vt viri boni, aut boni oratoris cognomen promerearis: plurimis enim virtutibus ea res conſtat. Aut vt certum aliquid cognoſcas, non ſatis eſt vnica coniectura: ſiquidem fieri poteſt, vt vna quæpiam Hirundo caſu maturiùs appareat. In ſumma dicitur de ijs, vt annotat *a* Polydorus Vergilius, quæ plurimorum egent teſtimonio, aut pluribus conſtant. Ille hæc addit exempla: non eſt ille doctus, quem duo treſue iudicant doctum. Item non fit tumultus in ciuitate, *ſi duo dumtaxat rixentur*, nec duo milites exercitum faciunt, veluti vna Hirundo, quæ maturiùs appareat, non eſt certa veris nuncia, ſed cum plures ſimul adueniant, tunc primùm indicant ver. Sumptum eſt adagium ab Hirundinis natura, quæ veris eſt nuncia.

a Adag. 220.

b Legitur apud *b* Ariſtotelem: τὸ γὰρ ἔαρ οὐκ ἐστὶ μία χελιδὼν ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα, ideſt: *Ver enim, nec vna Hirundo facit, nec vnus dies*, & beatum eodem modo, felicemve nec vnus dies, nec breue efficit tempus. Adagium hoc verſu expreſſit Baptiſta Mantuanus:

b lib. 1. Moral.

Ver non vna dies, non vna reducit Hirundo.

c Author adagiorum illud *c* Ariſtophanis: Δοκοῦσι δ' ἴσασιν ἐκ ὀλίγων χελιδόνων, ideſt, *multa videtur opus habere Hirundine*, ab interprete indicari vult alluſum eſſe ad prouerbium, quod iam retuli, eique affine eſſe hoc *d* Sophocleum: πόλις γὰρ οὐκ ἔστ', οὐδὲ ἀνὴρ εἷς ἐστ' ἴσος, etenim, inquit, quemadmodum vna Hirundo non facit ver, ita nec vnus homo facit ciuitatem, nec vnus numus diuitem. Secundum Suidam, & Heſychium parœmiæ ſenſus eſt, vnum diem ſapientem non perficere, nec vnum infauſtum diem cum indoctum facere.

c in auibus

d in Ant.

Noua Hirundo.

Νεὰ χελιδών, ideſt, *noua Hirundo*. Suidas hoc adagium citat ex Auibus Ariſtophanis fallente, vt apparet, ipſum memoria, cum apud eundem Comicum extet in Equitibus hoc verſu:

Σκέψασθε παῖδες, οὐχ ὁρᾶτ' ὦρα, νέα χελιδών.

Spectate pueri, non videtis ver? noua ecce Hirundo.

Interpres admonet prouerbiali figura dictum, ac perinde valere, quaſi dicas initium veris, propterea quod id temporis appareat hæc auis, quemadmodum, & Horatius *Zephiris, & Hirundine prima*. Suidas ait dici ſolere, quoties verba darentur alicui. Sumptum à ioco puerili, nam hi data opera nouam Hirundinem adſimilantes videre ſeſe, oſtendunt alijs: deinde contemplantibus illis, & intentis, interim quod volunt, ſurripiunt. Proinde quadrabit in eos, qui falſa ſpe quapiam iniecta fallunt, ac nocent. Adagiorum author diſtinguit poſt ὦρα, & νέα χελιδών. Codex noſter ὡραῖα coniungit. Suidas pro ὦρα habet ἆρα interrogandi aduerbium οὐχ ὁρᾶτ' ἆρα; νέα χελιδών, id quod placet.

Hirundo ſub eodem tecto non habeas.

Ὁ μορφίου· χελιδόνας μὴ ἔχειν. *Hirundines ſub eodem tecto non habeas.* D. Hyeronymus Ariſtotelis authoritatem ſecutus interpretatur abſtinendum à commercio garrulorum, & ſuſurronum. Verùm hoc interpretamentum refellitur, inquit, adagiorum author, apud *e* Plutarchum, nam haud æquum videri ait, vt auem domeſticam, & humani conuictus citra noxam amantem, perinde vt ſanguinarias, & rapaces (nam hoc etiam inter Pythagoræ ſymbola eſt, χαμψώνυχον οἴκοι μὴ τρέφειν) propellamus. Quod enim de garrulitate cauſantur, id eſſe triuolum, cùm Gallos, Gracculos, Perdices, Picas, cumque his alias complures multo magis obſtreparas non arceamus à domeſtico contubernio, immò nihil penè minus in Hirundinem conuenire, quàm garrulitatem. Ne id quidem accipiendum videtur, quod quidam Pythagoricum hoc ſymbolum ad tragœdiam, quæ de Hirundine fertur, referunt, quaſi triſte omen ſecum adferat. Nam hac ratione Philomelam item eiici oportere, vt quæ ad eandem pertineat tragœdiam. Itaque verò proprius videtur, ob id improbatam Hirundinem, quòd eidem malo videatur obnoxia, quo infames habentur aues aduncis vnguibus. Siquidem carnibus victitat, & cicadas, animal maximè vocale, ac muſis ſacrum venetur; præterea humi volans minutis animalibus inſidiatur, deinde ſola auium in tectis verſatur, nullam referens vtilitatem. Nam Ciconia cùm nec tecto quidem vtatur noſtro, tamen haudquaquam mediocrem contubernij gratiam refert, buſones, ſerpentes, hoſtes hominum è medio tollens. Contrà Hirundo poſteaquam ſub noſtro tecto

e l. 8. *ſym.* q. 7.

Cicada muſis ſacra. Ciconia gratitudo. Hirũdinis ingratitudo.

ſuos

suos educauit pullos, abit nulla relata gratia communicati hospitij; deniq; quod est omnium grauissimum, duo duntaxat animalia domestica sunt, quæ nunquam humano conuictu mansuescunt, neque tactum admittunt, neque consuetudinem, neque vllius rei, aut disciplinæ communionem. Musca semper pauitat, ne quid mali patiatur, & ob hanc causam indocilis, & semifera: Hirundo item natura videtur hominem exosum habere, proinde nec cicuratur, vtpote diffidens semperq; suspicans mali quippiam. His de rebus rectè Pythagoras conuictorem in gratum, parumq; firmum, Hirundinis symbolo monuit, ablegandum. Huiusmodi fermè Plutarchus interprete adagiorum authore. Alij sic interpretantur, vt cauendum dicant ab alijs, qui infelicitatis tempore recedunt. Talis enim est Hirundinis natura, vt garrula sit, & bono tempore, hoc est, verno, & æstiuo nobiscum sit, malo verò, & turbido, hoc est hyberno, demigret, proculq; à nobis recedat. Alexander quoq; Myndius, & Dionysius Heliopolites Hirundinem in somnis malũ significare prodiderunt; contrarium tamen sentit Artimidorus, vbi de Hirundine quædam scitu digna scribit. Meminit eiusdem Pythagoræ dicti *f* Ælianus dum ait: *Hirundo tandiu hominum hospitio vtitur, dum pullos ex se pepererit, ac aluerit, deinde ingrata in desertos recessus abstrusa latet, quamobrem Pythagoras minimè tecto recipiendam censebat:*

Musca, & Hirundo nunquam mãsuescit.

f Lib. 2. Onioc.

Χελιδόνων μυσεῖα. Hirundinum Musa. Aristophanes:

Εἰπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα,
Χελιδόνων μυσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.
Sunt ista folia, & stulta blateramina
Musca Hirundinum, artis, ac subuersio.

Interpres admonet prouerbium esse in impendio loquaces, & obstreperos. Hirundines enim inepto garritu plus tædij auditoribus adferre, quam voluptatis. Aptè dicetur in poetas indoctos, oratores loquaces magis, quam eloquentes, aut in cœtum hominum inepte loquacium. Sic & alibi Aristophanes; ὃν περὶ χείλεσι βρέμεται Θρηίκια χελιδών. Et Euripides apud Scholiasten.

Πολὺς δ' ἄνειρπε κιασαὸς εὐφυὴς κλάδοις χελιδόνων μυσεῖον.

Suidas Aristophanem Tragicos poetas vocare ait Hirundinum musea, quod barbaro, & obscuro sermone vterentur: qua de re supra etiam quædam diximus.

Hirundinũ musea. Tragici poetæ Hirũdines dicti.

Προσω τις χελιδὼν ὅλους χοίνους παρεῖται, idest, vt vertit author adagiorum, *Hirundo totos schænos anteibit*. Paulus Manutius sic transfert, *Hirundo quapiam totos schænos præteribit*. Dicitur aptè, vbi quis immenso vincit interuallo. Nam χοῖνος, Græcis mensuræ genus, quæ sicut existimat Herodotus, sexaginta complectitur stadia. Quemadmodum etiam docet Hermogenes ostendens esse verbum Ægyptium, quemadmodum parasanges Persicum: quamuis alibi *b* Plinius quadraginta stadia tribuat schœno, quæ efficiunt passuum quinque millia; Et antea scripserat schœnum patere stadia triginta, quare varietas videtur accidisse scribarum vitio. Adagiorum author suspicatur hoc loco Chelidonem pro viro accipiendum, cuius alibi facta est mentio, qui haud scire se se ait, an cursu, celeritateque præcellerit.

Hirũdo totos schænos anteibit.

g Lib. 2.
h lib. 12.
i l. 5. c. 10.

Πυθοῦ χελιδόνος, idest, *Audi Chelidonem*, idest, in tempore curato tua negotia. Quidam à superstitioso quodam ortum putant, cui nomen fuerit Chelidonium. Nam aiunt huic fuisse morem, obseruatis prodigijs colligere rerum exitus. Nonnulli malunt ad auem Hirundinem referri, quod stridula sit auis, ac lugubris, siue quod veris prænunciet aduentum. Huc & illud facere videtur, quod annotauit Suidas, χελιδόνειον μέλος, idest, *Hirundinum carmen*. Est autem vox Hirundinis, inquit, non luctus, sed cantus adhortans, & incitans ad opera. Nam hyeme neq; volant, neq; canunt, sed tempore veris adueniunt, & summo diluculo ad opera mortales excitant.

Audi Chelidonem.

Hirũdinũ carmen.

VSVS IN MEDICINA.

ANTEA quam quicquam de remedijs dicam, quæ ab Hirundinibus accipiuntur, hoc prius lectorem admonitum volo, efficaciores ad omnia secundũ Plinium pullos syluestrium esse, & multò adhuc efficacissimos ripariarũ. Aduersus quos verò morbos eiusmodi auiũ genus remedia præstat subinde patebit, adeo vt vel eã ob causam Pythagoræ præceptũ de reijciendis è domo Hirundinibus nõ sit obseruandũ. Plinius inter

Hirũdines quæ ad remedia meliores.

Aduerſus quartanas. remedia à magis prodita eſſe tradit, qui Hirundines totas eſſe cenſeãt deuorandas aduerſus quartanas. Alibi verò corda earum cum melle deuorari à quartanas patientibus eos iubere ait, & alibi rurſus ſimum ſcribit à nonnullis eorum drachma vna in lactis caprini, aut ouili, vel paſſi cyathis tribus ante acceſſiones aduerſus quartanas propinare. Hi-

Ad dolores capitis. rundinis ventriculo ſciſſo lapillos inueniri diximus, hi teſte Marcello contra eaſdem febres prosunt, croceo linteo, vel panno inuoluti, linoq; ad collum ſuſpenſi. Doloribus capitis caput Hirundinis matutino paſcentis præciſum, maximè Luna plena nonnulli adalligant lineo panno, ſicuti habemus apud Plinium. Marcellus quos diximus lapillos maximè albos, ſi in manu ſinguli teneantur, aut circa caput lino nectantur, veterrimos, & diutinos capitis dolores mulcere, niſi contactu terræ lapillorum potentia minuatur. Ad dolorem capitis, & temporum ex *a* Galeno, *Hirundinis ſtercus*, inquit, *priuſquam terram attigerit, ſimul cum luto nidi in vaſculo ligneo, aceto madefac, & illine frontem.* Iacobus Oliuarius certiſſimum eſſe, ait, idque ſe ab Hieronymo Montuo Medico præſtantiſſimo didiciſſe, corda Hirundi-

a Lib. 2. Epiſ. 32.

Ad memoriam augẽdam. num augere memoriam, ſi cum cinnamomo, amomo, & his, quas elephanginas ſpecies nonnant, ſumantur. Acuunt item, ſi ita ſumantur, ingenium, quod meminit Io. Vrſinus.

Cor mandito amomis
Commixtum, ingenij vis tibi maior erit.

Ad morbũ caducum. Frequenter comeſas Hirundines Sextus, & Kiranides caducos ſanare volunt: Plinius cor earum recens deuoratum. Sanguis etiam cum thure comitialibus medetur, vt idem Plinius, & Sextus tradiderunt. Nicolaus Myrepſus eundem ſanguinem quoque miſcet ſuffimento ad epilepticos experto. Cinis ad eoſdem efficax eſt, maximè ſi cum cinere muſtellæ miſceatur, quare ad comitialem dicebat Sirenus.

Aptus muſtellæ cinis eſt, & Hirundinis vna.

Hos eoſdem cineres miſtos comitialibus in potu dari iubet Plinius. Ornithologus pariter quendam ſuum amicum refert remedium contra comitialem à medico quodam in Germania celeberrimo exhiberi his verbis ſibi deſcripſiſſe. Cineri de quatuor Hirundinum pullis combuſtis, drachmas duas caſtorei addebat, & vnciam aceti fortis. Hæc mixta linteolo exprimebat, & expreſſum inde liquorem ægro, vel ante, vel poſt proximum propinabat.

Aqua Hirundinum. Aquam Hirundinum à ieiuno potam veram morbi caduci ex quacunq; cauſa orti medicinam eſſe inquiunt, & quamuis aliquis hunc morbum quinquennio paſſus fuerit, curari, idq; perfectè, ſi per dies quatuor huius aquæ parum biberit. Aqua autem ſic fit: Hirundines inuenes tritas miſce cum caſtoreo, & pauco bono aceto, & deſtilla. Lapillos in ventriculo Hirundinis repertos, ad brachia alligatos, caducos perfectè ſanare author eſt Sextus, ex Dioſcoride, vt videtur qui ſic habet: *Diſſectis creſcente luna pullis Hirundinis, qui primo partu excluſi ſunt, in ventre eorum lapillos offendes, è quibus duos, vnum colore varium, alterum parum eximes; iis priuſquam terram attigerint, in iuuenca cerio, aut ceruina pelle brachio, aut collo adalligato, comitialibus proderunt, & ſæpe prorſus eos recreabunt.* Plinius longè aliter hæc refert non lapillis tantum eam facultatem tribuit, ſed pullo etiam Hirundinis prius nato. *Sanant*, inquit, *vel lapilli è ventre pullorum Hirundinum ſiniſtro lacerto annexi, dicuntur enim excluſo pullo lapillum dare. Quod ſi pullus is detur incipienti in cibo, quem primum peperit, cùm quis primùm tentatus ſit, liberatur eo malo.* Alter rurſus Alexander *b* Trallianus: Mirificum, ait, ad comitiales remedium eſt. Duo lapilli in Hirundinum pullis diſſectis inueniuntur, quorum vnus quidem niger, alter verò albus exiſtit. Comitiali collapſos eos impono, ac ipſum excitabis, nigrum verò cuti ad alligato: Author additionum in breuiario Arnoldi antidoto cuidam contra epilepſiam lapidem Hirundinis admiſcet. Quin

b l. 1. c. 15.

Ad pilos palpebrarũ & è nido Hirundinum lapillum impoſitum recreare comitiales confeſtim dici, & alligatum perpetuò tueri Plinius, & Serenus ſcribunt: Si pili, vt quandoque fit, in palpebris ſint incommodi, eos ſemel euulſos Plinius cinerem pullorum Hirundinum cum lacte tithymali, & ſpuma cochearum non pati, vt renaſcantur prodidit. Idem alibi ſangui-

Ad capillos albos reddendos. c l. 1. Euporiſt. 82. d lib. 3. c. 129. nem pſilothrum eſſe ſcripſit. Quod ſi capillos albos facere velis, quod non puto, omnes enim albos, quia nimios teſtantur annos, fugiunt, Galenus *c* ſtercus Hirundinis tritum cum felle taurino inungere iubet. Oribaſius apud *d* Ætium idem ſtercus ex aqua illini præcipit ad nigras cicatrices inalbandas. Si nigros verò reddere velis, ſtercus id cum felle tauri-

Ad denigrandos. no miſcebis & inunges. Capillis nigrandis infectio optima: Hirundinum ſtercus quantũ ſufficiat cum aceti ſextario, mitte in vas fictile, atque in ſimo caballino per dies triginta-quinque ſuffoſſum habeto, atque ſic macerato, atque hoc medicamento raſum caput illinito in vmbra per penicillum pictoris; ſed ſcuo ceruino faciem priùs inunge, ne quid

inde

de destillet, & maculet, & dū siccatur infectio, oleum intra os teneto, ne & dentes inficiantur, ac postquam imposueris medicinam, quarto die caput lauato, author est Marcellus Kiranides oua Hirundinis etiam capillos & albugines denigrare scribit. Pulli Hirundinum vel assi, vel elixi, in cibo sæpius sumpti oculis caligantib. efficaciter prosunt, vt refert Marcellus. Plinius verò Hirundines viuas cremare & cinere earum cum melle cretico, inungi ad caligines vtilissimum esse ait. Sextus etiam ad oculorum dolores & lippitudines & caligines pulli Hirundinis cinerem cum melle in oculos immitti iubet. Dioscorides tam pullorum, quam matrum in fictili olla (ἐν χύτρᾳ, Auicennæ interpres habet in vitro) crematarum cinerem cum melle oblitum oculis claritatem adferre memorat. Alibi rursus Plinius Hirundinum pullos plena luna excæcari, restituta q; eorum acie, capita comburi tradit, nonnullos q; hoc cinere vti cum mele ad claritatem & dolores ac lippitudines & ictus. Idem leges apud Marcellum. Sextus ad oculorum dolores, lippitudines & caligines, Hirundinis fel, & sanguinem mirè prodesse refert, si inungantur. Eodem sanguine recenti ac tepido inunctum oculum, qui ictu læsus est, & suffusus cruore, Marcellus statim sanari pollicetur. *Extrinsecus interdum*, inquit Corn. Celsus, *si ictus oculum lædit, vt sanguis in eo suffundatur, nihil commodius est, quam sanguine Columbæ, vel Palumbi, vel Hirundinis inungere. Neque id sine causa fit, cum horum actes extrinsecas læsa interpositio tempore in antiquum statum redeat, celeberrimeque* (celerrimèque) *Hirundinis. Vnde etiam locus fabula factus est per parentes id herba restitui, quod per se sanescit. Eorum ergo sanguis nostros quoque oculos ab externo casu commodissimè tuetur, hoc ordine vt sit Hirundinis optimus deinde Palumbi, minimè efficax Columbæ, & illi ipsi & nobis*: Sic ille, quasi non Hirundinis tantùm oculi extrinsecus læsi, sed etiam Columbi & Palumbi vi interni ipsorum sanguinis per se sanescant, sed tardiùs quam in Hirundine, quòd sanguis eius ad sanandum efficacior sit, tum sibi ipsi, tum nobis, in illis infirmior. Si quid in oculos inciderit, sunt qui lapillos in ventre Hirundinum repertos imponunt; nam cùm minimi & læuissimi sint, nec mole obsunt, nec figura aut angulis, & palpebrarum compressione id quod inciderit, emouere, & elidere possunt, vt etiam Alectoro-phi semen. Contra visus oculorumque debilitatem ex felle harum auium præstantissimum aiunt fieri collyrium. Cerebrum quoque suffusionibus oculorum multum prodesse aiunt, si cum melle illinatur. Ad oculos sanguine suffusos, & staphylomata in equo Eumeius nidū Hirundinis integrum, vt nihil prorsus de eo amittatur, in vase cum aqua miscet, & colat, colatumq; liquorem iumento bibendum propinat, aut etiam per cornu infundit. Kiranides Hirundinis oculos frōti alligatos ophtalmiam sanare ait, omnemq; rigorem febrium auferre. Oculorum albugini stercus Hirundinum mirificè medetur, vt Albertus sese expertum esse refert. Sed vidēdum esset, an tuto eo in oculis vti queamus, calidum enim si in oculos inciderit, excæcat, eodem Alberto teste: idq; legere est in sacris c Biblijs de Tobia Nephthalensi, cui, cum aliquando fatigatus esset à sepultura venienti domum & obdormiēti iuxta parietem, ex nido Hirundinis stercus calidum in oculos incidit, & cū obcęcatuit, cæcusq; per quatuor annos mansit oborto argemate, senatus tandem felle piscis à Raphaele Angelo. Sed fortè aliud est iamdiu exereto & frigido vti, aliud si id recenter ipsa Hirundo in oculos alicuius excernat. Est nihilominus huiusmodi stercus acre, & magis, quā omniū aliorū animalium digerit, & Celsus inter adurentia recenset. Si os putredine, & crustis laboret, Galenus cinerem vstarum Hirundinum ex melle illinit. Si fauces infestentur, earum morbos cor Hirundinis bibitum Æsculapio teste sanat. Ad inflammatas tonsillas, inquit Nicolaus Myrepsus, illini debet stercus Columbæ, & venter (κοιλία) Hirundinis, sed pro κοιλία καλία, idest, nidus legi debet: nam & g Galenus ad fluxionē gutturis, nidū Hirundinis tritū ex aceto illinit, & Asclepiades alibi apud eundem cuidā medicamēto ad laxatas columellas nidum Hirundinum syluestrium aridum admiscet: quo loco Galenus: Nidus syluestriū Hirundinum, inquit, multam discussoriam vim habet. Nonnulli eodem referente alibi Hirundinum cinere melle excepto vsi sunt ad affectiones, quæcunq; circa fauces, & vuā cū tumore fiunt, Hirundinum exustarum cinis, inquit Marcellus, vsque ad periculum laboranti vuæ cum melle mixtus potenter illinitur. Sic vuæ & tonsillarum inflammationibus succurri Dioscorides & Plinius scripserunt. Ad gurguliones inflammatos & tonsillas Archigenes apud Galenum Hirundines integras vna cum pennis vstas actritas cum melle illini iubet. Kiranides verò eundem cinerē eodem modo cum melle iunctum vlcera in gutture, & lingua & omnia depascentia, & gāgrænas perfectè curare author est. Laborāti vuæ diuturno labore hæc cura teste Marcello succurrit, Hirundinem viuam testa Africanæ cochleæ includes, eamq; phœnicio inuolutam lino circa collum subligabis, intraq; diem nonū omni molestia libe-

Ad oculos caligantes.
Ad oculorū dolores.
Ad claritatem oculi.
Si quid in oculos inciderit.
Cōtra visus debilitatē.
Ad ophthalmiam.
Ad albuginem.
e Tob. 1. & 11.
Tobias vt excæcatus, & visanatus.
Si erroris.
Hirūdinū qualitas.
Ad oris putredinem.
f 1. Eup. 72.
Ad inflammatas tonsillas.
g 3. Eup. 183.
Ad gurgliones inflammatos.

liberaberis. Ad gargulliones inflammatos, & tonsillas, aliqui vt apud Galenum Archigenes refert, aiunt, summe facere Hirundinũ pullos teneros valdè, siue recentes, siue inueteratos, assos, & in cibo exhibitos, statim enim, inquit, leuant suffocationem. Hirundines ipsę & pulli exiccati, si drachmæ pondere ex aqua bibãtur, eos iuuare scribit *b* Dioscorides interprete Ruellio, qui anginæ morbo conflictantur; quo loco Marcellus vertit, sale inueterati, Plinius in sale seruati: atq; ita ex Dioscoride id repetijt Princeps Auicenna; *Salitur* inquit, *& exiccatur, & bibitur aduersus synanchen.* Sunt multi scribente Plinio, quicuiuscunq; Hirundinis (domesticæ, syluestris aut ripariæ) pullum edendum censent, ne toto anno anginæ metuatur malum. Et ante Plinium Cornelius Celsus: *Vulgò*, inquit, *audioli quis pullum Hirundinis ederit, angina toto non periclitari.* Idem præterea leges apud Marcellum, qui insuper ad eundem morbum, ius in quo Hirundinum pulli cocti fuerit, tepens ait accipi, & intra fauces contineri, atq; aliquid inde transmitti. Terra nidi Hirundinum cum aqua soluta, & inducta colli & faucium tumores, & synachen curat, ex Kiranide. Plinius terram simpliciter nominat, sed integrum nidum: Ad anginam: inquit Leonellus Fauentinus, valet emplastrum maturans & resoluens abscessum è nido Hirundinis, quod ab Arculano describitur. Amatus Lusitanus medicos hoc tẽpore pro angina curanda discutiẽdaue emplastrũ ex nido Hirundinis collo imponere tradit, non sine magno & euidenti iuuamine: quanquã non desint alij, qui cùm nidum ex terra, & paleis cõpositum animaduertãt rebus, vt apparet, stypticis illius admotionem timent ac metuunt, ne forsan astrictione sua materiam intrò repellat, quo fit, vt solo nidi decocto vtantur; in quo cæteræ res anginam discutientes miscentur, sed reuera falluntur, cùm omnia in Hirundinis nido contenta, potiùs discutiendi vim, quam constrictoriam aliquam habeantur. Hæc Amatus, & *i* rursus, vbi ex professo de anginæ cura agit, nec sunt audiendi, inquit, qui ex nido integro tanquam ex terra frigida emplastrum fieri formidant, cum reuera terra nidi Hirundinis cum paleis & cæteris in eo contentis, discutiendi vires habeat; quanquam prisci Græci nunquam, quod legerim, nido isto in hoc affectu vsi fuerint, sed potiùs cinere Hirundinum, vt latiùs commentarijs nostris ad Dioscoridem diximus, Aetius tamen inter Græcos, vbi de erysipelate agit, Hirundinis nidum tritum, & cribratum ac melle exceptum, contra erisipelata facrei maximè commendant. Citò enim ea discutere tradit. Hucusq; ille Stomaticæ cõpositioni ex belasa ad anginas aliqui Hirundinum cinerem admiscent, alij nidum vrere iubent ex stercoribus Hirundinum maximè compositum Cinerem Hirundinum aduersus anginam aliqui in potu propinant, alij illinunt, vel per se contingendo, vel cum melle, alij cum canna tenui inspirãt. *Vulgò audio* inquit Celsus, *si quis pullum Hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari seruatum, quæ cum ex sale cum is morbus vrget, comburi, carbonemq;* (cinerem) *eius contritum in aquam mulsam* (quæ potui datur) *inficari & prodesse. Id cum idoneos authores ex populo habeat, neq; habere quicquam verisimile possit, quamuis in monumentis medicorum non legerim, tamen inferendum hoc operi meo credidi.* Ita Celsus. Anginis, inquit Plinius, succurritur cinere Hirundinis ex aqua calida poto: huius medicinæ author est Ouidius poeta; sed efficaciores ad omnia ex Hirundinibus remedia pulli syluestrium sunt; multò tamen efficacissimi ripariarum. Strangulatos cum sanguine comburũt in vase & cinerem cum pane aut potu dant. Quidam & mustelæ cineres pari modo admiscent &c. Auicenna palatum vtiliter scribit tangi cinere Hirundinis aduersus synanchen. Amatus Lusitanus cum dixisset crematarum Hirundinum cinerem pro discutienda angina vtilissimum esse, quem deinceps, inquit, vtinam medici in vsum traherent: sed an intra corpus sumi debeat, an foris adhiberi, non exprimit. Asclepiades Marcellus & Andromachus pullorum cinerem anginis illinunt. Dioscorides verò tam matrum, quàm pullorum cinere vtitur, & cum melle commodè inungi scribit, ita quoque Marcellus Hirundinum combustarum cinerem cum melle Attico mixtum faucibusque inditum & anginam testatur reprimere, & vlcera, si quæ arterijs inerunt contracta purgare, sanareque. Alias etiam sic habet: *Præcipuè contra synanchen prodest, si H. runantis pullos vinos in nido prehendas & vinos incendas, vt pulueres ex his fias, die Iouis Luna vetere, sed obserua, vt impares in nido inuentas, & quanti fuerint, exuras. Horum in calida aqua pulueres bibendum dabis, & de ipso pulvere digito locum synanches ab intro contingens: mirabere remedium, sed in lotis manibus remedium facies.* Idem Marcellus remedium ad anginam describens compositum, Hirundinum pullorum exustorum cinerem adijcit, & rursus alteri Hirundinum syluestrium exustorum cinerem; quod quidem Liuiam Augustam semper compositum habuisse dicit, & recondituin in vasculo vitreo. Facere enim mirificè ad anginam & synanchen. Eandem compositionem paululum variantem (vbi Galenus habet seminis apij, Marcellus habet opij,

b L. 2. c. 49. *Ad anginã.*

Nidi vsus contra anginam.

i L. 1. *med. curat.* 40.

Vt comburantur pro angina.

quod

quod non placet) Galenus describit; vocat autem stomaticam illinitionem ex besasa, hoc est, semine rutæ sylvestris. Celebre est, inquit, & hoc pharmacum ab Andromacho descriptum. Id autem inter alia apud Galenum recipit cinerem Hirundinum recentem: apud Marcellum Hirundinum sylvestrium pullorum cinerem. Hoc ipsum pharmacum referente Galeno, Heras etiam scripsit, vt parum absit, quo minus penitus idem sit. De Hirundinibus quidem ambo obscurè tradiderunt, quamquam alij clarè scripserint, nisi quod inter ipsos non conuenit. Alij enim nidum vrere iubent, ex stercoribus Hirundinum maximè compositum, alij ipsas Hirundines, alij ipsarum pullos. Hi verò obscuriùs scripse-
10runt, & Andromachus quidem cineris Hirundinum recentis: oportebat autem ipsum apponere vstarum: tale enim quiddam cineris vox significat nisi nidum ipsum rerere, ac læuigare iubet. Heras autem Hirundinum recrementi, non apponens vstarum. Fortè igitur neuter vult comburi debere Hirundinum recrementum quemadmodum alij. In quibusdam tamē exemplaribus sic scriptum est: Hirundinum tenerarum vnciam vnam, quemadmodum in alijs Hirundinum à trabibus. Palam est autem acre, & discussorium hoc pharmacum esse ex Hirundinum excrementis constans: quemadmodum etiam alia omnia omnium animalium stercora, aliqua magis, aliqua minus, velut etiam ipsorum animalium cinis. Hactenus Galenus. Aliud stomaticum, quod facit etiam ad anginas, Asclepiadæ: Hirundinum sylvestrium vstarum cineris drachmas quattuor, croci drachmam vnam, nardi
20Indicæ drachmam vnam, melle excipe: Mixtura fit, cum iam sub manibus sint affectiones. Stomaticum ex Hirundinibus ad anginas, vt Harpocras (scripsit, vel vsus est) pullorum Hirundinum vstorum numero xj. mellis cyathum vnum, myrræ obolos tres, omnia tere, & misce. Hæc duo præscripta pharmaca, inquit Galenus, ex Hirundinibus sunt absque besasa: alia autem duo stomatica hæc præcedentia ex Hirundinibus cum besasa constat. Est autem & tertia coniugatio pharmacorum eiusdem generis, in qua ea, quæ ex besasa citra Hirundines præparantur, continentur. Eandem (nunc recitatam) ad anginas illitionem Nicol. Myrepsus quoque describit in capite de illitionibus, sed variantem nonnihil, & vt iudico, ex parte deprauatam. Pullos, inquit, Hirundinum agrestium numero xj. succi myrti viridis, mellis Attici, ana cyathos duos, seminis myrti succi (sicci fortè,
30nam Galenus habet tantum myrrhæ) triobolum, misce Electuarium diachelidonion Auicenna etiam describit primo quint, & Mesue in curatione anginæ, & Serapio inter antidota. Leonellus Fauentinus ad anginam, cinerem crematæ Hirundinis cum fimo canis ossibus pasti miscere iubet, hunc que puluerem inspirati in fauces, & locum abscessus cum cannula subtili bis, vel ter in die. Cataplasma ex puluere combustarum Hirundinum, & nidi earundem efficaciter itaque prodest discutiendis tumoribus gutturis, & curandæ anginæ. Operæ pretium fuerit hic obiter addere quomodo Hirundines ad eiusmodi remedia rectè vrantur. Bulcasis pullos, inquit, Hirundinis implumes in olla noua pones, & modicum salis superijncies, & ollam luto obturatam super prunas, aut in furno collocabis, donec cremati fuerint, Asclepiades apud Galenum sic; Hirundines ad remedium
40contra anginam vruntur hoc modo; Pullos sale conspersos vnà cum pennis in fictili conijcimus, obturatumque prunis imponimus. Cui Asclepiadæ Galenus gratiam habendam esse scribit, ob id quod tam diligenter descripsit, quomodo Hirundinum pullos vri iubeat, & quod ipsa animalia, & non eorū recrementa in pharmaci contra anginam compositionem præparanda censeat. Leonellus verò Fauentinus remedia anginæ describens, Hirundines hoc modo comburi vult. Decollentur, inquit, & sanguine euacuato deplumentur, & saliantur, deinde ponantur in vase vitreato oris angusti, & claudatur os vasis cum luto, & relinquatur in furno, donec præ ariditate facilè teri possit. Plinius ad oculorum remedia viuas Hirundines cremari iubet, alibi verò ad anginam pullos strangulatos cum suo sanguine comburi. Idem cinis cum melicrato, vt ait Kiranides, raucedines
50sanat. Lapillos in nidis pullorum Hirundinis repertos appensos Galenus à tussi tutum reddere testatur. Qui verò in ventre eorum inueniuntur, si dextro brachio suspendantur, hepaticos perfectè sanare promittit Kiranides. Contra calculos Plinius author est prodesse cinerem intestinorum Palumbum ferorum cochlearibus tribus è nido Hirundinum. Stercus in cibo, vel in potu sumptum secundum Marcellum tribuit colo sanitatem. Idem stercus apud Nicolaum Myrepsum admiscetur medicamento ad difficultatem vrinæ, & calculum, & colum. Si partus est accelerandus, Kiranides Hirundines edi iubet, & opem inde pollicetur. Vt modò de exterioribus affectibus aliquid dicamus, supra ex
m Actio dixim us Hirundinis nidum tritum, & cribratum, & cum melle exceptum contra

k Lib. 6. de comp. med. sec. loc. Stomatica illinitio ex besasa.

Stercus Hirundinis d sanit.

l Lib. 6. de comp. med. sec. loc.

Hirūdines vt pro angina.

Ad raucedines.

Ad tussim.

Ad hepaticos.

m Scrim. 14. ca. 49.

Ad calum.

Ad erysipelata faciei.

erysipe-

Ad furunculum. *Ad linguæ vlcera.* *Ad vlcus annoſum.* *Ad podagram.* eryſipelata faciei commendari, tanquam citò diſcutiens: Fimus potus naſcentiam (phyma, id eſt, furunculum, vel ſimilem tumorem intelligo) ſanat, vt ſcribit Kiranides. Linguæ vlcera, & labrorum in mulſo, ſicut Plinius, ait, in melle, vel mulſa, vt Sextus, & Conſtantinus, decoctæ ſanant. Vlcus etiam annoſum teſte Sereno coaleſcet, ſi cineres Hirundinis altæ ei inducas. Sanguinem mirificè dolorem podagricum lenire ſcribit Trallianus. Aetius inter vnguenta podagrica hoc quoq; recenſet remedium. Vrticæ ſemen & Hirundinis nidum cum ſapa terito, & illinito. Si ſpina vel aculeus in pede, aliave parte canem læſerit, extrahet illum, inquit Albertus, impoſitus pulvis Hirundinellarũ (cinerem de pullis Hirundinum intelligere puto) in olla noua cum partibus inteſtinis (cum ipſis inteſtinis) combuſtarum: quod medicamentum tanquam ſaluberrimum in pyxide reſeruandum eſſe monet. Ego hunc cineris Hirundinum vſum apud veteres non reperio: cæterum arundinis, quam phragmiten cognominat, radicem conciſam per ſe, & vna cum bulbis illitam furculos, & cuſpides extrahere Dioſcorides tradit. Ad morſum canis rabidi laudant citante Plinio Hirundinis decoctum epotum. Ad eundem morſum prodeſſe alias ſcribit glebulam ex Hirundinum nido illatam ex aceto, vel pulli Hirundinis combuſti. Alibi etiam tradit, vt quidam citant, ſtercus Hirundinis decoctum, & potum canis rabidi morſui aduerſari. Aduerſus verò viperarum morſus Pelagonius nidum Hirundinis cum vino vetere contritum in iumento imponi iubet: atq; Eumelus in iumento ad omnem virulentum ictum pulli Hirundinis ventrem, vel eorundem nidum contritum imponi præcipit. Idem Pelagonius contra viperæ morſus in iumentis Hirundinis pullos diſſectos adhiberi conſulit. Si Hirundinum pulli tres tribus oſſis in fauces boum cum vino deijciantur, toto anno valere quidam ſcripſere, vt Plinius, & Columella citant. Si quis liberalius bibens ebrius eſſe nolit, Hirundinis toſtri cinis cum myrrha tritus, & in vino, quod bibitur, inſperſus, ſecurum teſte Plinio præſtabit à tumulentia. Sin iam ebrius factus eſt, cinerem Hirundinum aduſtarum quantitatem ſufficientem exhibebis. Si æger nimis dormiat, vel ſi quenquam nolis dormire, oculus Hirundinis poſitus in lecto, vt ferunt, ſomnum adimet, donec auferatur. Sunt etiam qui nugantur omnes te amaturos, ſi Hirundinis cor tecum habueris.

Ad morſũ canis rabidi. *Ad viperæ morſus.* *Ad ebrietatẽ vitãdã.* *Cõtra ſomnum.*

VSVS IN CIBO.

HIrundines niſi à pauperculis quibuſdam in cibum admitti puto. Alimentum ex eis eſt nocuum, & feruidum; ideoque niſi remedij cauſa medici edi iubent.

VSVS IN BELLO.

Cecinnæ aſtus. *a Lib. 10. c. 24.* *Fabij Pictoris aſtus.* *Haddingus vt Dunam incenderit.* *Fridleuus vt Duſlinã ceperit.*

QVAMVIS alij Hirundines nobis prorſus inutiles eſſe profiteantur, hiſtoria nihilominus teſtatur etiam in bellicis negocijs, non vulgarem vſum fuiſſe. Cecinnam enim equeſtris ordinis virum ſcribit a Plinius comprehenſas Hirundines in vrbe, ſecum in expeditionibus adferre ſolitum, & poſtmodum victoriæ nuncias amicis miſiſſe in eundem nidum remeantes illito victoriæ colore, & à Fabio Pictore idem Plinius traditum ait in animalibus ſuis, cùm obſideretur præſidium Romanum à Liguſtinis, Hirundinem à pullis ad ſe allatam, vt lino ad pedem eius alligato nodis ſignificaret, quoto die adueniente auxilio eruptio fieri deberet. Haddingum Humbli primi Danorum regis à fratre expulſi filium, iniuriam patri illatam vindicare cum vellet, ferunt ſucceſſorem patrui ſui illius, qui patrem ſuum interemerat, Dunæ agentem arcta ſtrinxiſſe obſidione, & cùm ita adhuc nihil proficeret, igne ſub Hirundinum, quæ in obſeſſa vrbe nidulabantur, à peritis aucupibus captarum alis occultè, & artificioſè ligato vrbem incendiſſe, ciueſq; dum in reſtinguendo incendio fallaciæ ignari occuparentur, oppreſſiſſe, & Regem vna cum vrbe cepiſſe. Tradit eadem Hiſtoria Fridleuum alium Daniæ regem, cum generoſo exercitu cum ad opprimendam Hyberniam contenderet, nec poſſet voti compos fieri, ad aſtum prænominati Haddingi regis confugiſſe, atque eodem etiam modo Duſlinam, quæ terræ caput erat, occupaſſe. Similem ferè hiſtoriam de Olga quadam principe recitauimus in Columba. Atque hæc de Hirundine in genere dicta ſunt.

DE

DE HIRVNDINE AGRESTI, siue rustica Plinio dicta. Cap. VII.

PLINIVS *a* quoddam Hirundinum genus, quod nidos quidem figura diuersos, sed eadem (qua domestica) materia confingit, rusticum & agreste nuncupat, vt supra, vbi de diuersis Hirundinum generibus egi, ostendi adductis etiam eius verbis, est id quod Bellonius nobis pro Acanthylide Aristotelis perperam obtrudit, & Gazam scilicet secutus, pro Acanthylide Argathylem Latinè transfert. Caret huiusmodi Hirundine Italia, vel saltim hic mihi nunquam obseruare licuit. Turnerus propter pedum breuitatem Apodem minorem vocat, refertq; ab Anglis dici Rok martinettes, vel Chirche martinettes, idest, Hirundines templorum, quo pariter significato Germani Kirchschvvalben dicunt, nonnulli verò etiam Murspyren, Mynteſpyren, Mueschvvalben (vt Georgius Agricola) Bergschyvvalben; eo quod in templis & muris & montibus nidificent.

a lib. 10. c. 33.

Bellonij error.

Apos minor.

Hirũdines templorũ.

FORMA. DESCRIPTIO.

ORNITHOLOGVS quidem huiusce speciei iconem expressit, estque ea quam nos hìc ab eo sumus mutuati, sed nullam apposuit descriptionem: ait tamen aliquos dicere imo ventre ad collum vsque albicare, reliquo corpore esse nigram. Exactiùs eam descripsit Bellonius, sed icon quam depingit Ripariæ est, siue Drepanidis, cuius dum etiam genus facere contendit, oleum & operam perdit. Eius verò descriptio talis est. Color capitis, colli & dorsi, vt in Hirundine domestica supra, & infra rostrum nihil prorsus rubedinis habet, eius enim loco sub rostro, gutture & toto ventre ad caudam vsque candicat. Peculiari ab alijs signo dignoscitur, nempè quod pedes habeat pennis obuestitos. (Hinc fortè Turnerus Apodes minores vocabat) Alia est propria nota, macula videlicet prope caudam alba tantæ magnitudinis, vt dum volat, nihil in ea nigredinis præterquam capite, alis, & dorso & caudæ extremitatibus appareant. Cauda etsi etiam bifurcata, est binis tamen illis longissimis, quas domestica habet, caret.

Bellonij alius error.

Color.

Nota propria.

Caudæ.

Hirundo agrestis siue rustica Plinij.



NIDVS.

IDEM Bellonius Hirundinis hoc genus solum nidum suum sphærica figura construere asserit, adeo vt vel hinc saltem lapsus eius manifestetur, nam *a* Plinius etiam de syluestri, siue rustica Hirundine scribens dicebat: *nidos diuersos figura* (quam domesticæ) *sed materiæ eadem confingunt totos supinos, faucibus porrectis in angustum, vtero capaci mirum qua peritia, & occultandis habiles pullis & subternendis molles.* Dein addit. *In Ægypti Heracleotico ostio molem continuatione cuaganti Nilo opponunt*: quæ Bellonius de sua Argatyli Plinium intellexisse credit, cum Plinius simpliciter deinde eodẽ capite dicat; *Argatylis appellatur eadem*

a lib. 10. c. 33.

Argatylis nidus.

Gaza error.

dem figura (pilæ, nempe) ex lino intextus. Sed Bellonio imposuit translatio Gazæ, qui apud
b Aristotelem scribentem, *Acanthilis solerti ingenio nidum construit, texit enim lino in modum*
b 9.h.c.11 *pila, vt vix sit aditus*; Plinium hoc de Argatili scribere videns, pro Acantili Argatilem posuit, & è tipariarum genere esse de suo addidit; nam id apud Aristotelem non legitur: neque etiam Argatilem Plinius in ijs enumerat. *In genere Pararum est*, inquit, *cui nidus ex musco arido, ita absoluta perficitur pila, vt inueniri non possit aditus. Argatilis appellatur eadem figura ex lino intextus.* Ornithologus quod Gazam videret pro Parrarum legisse Ripariarum, prius Gazæ lectionem approbat, cùm alioqui, vt sequenti subinde capite ostendemus, Ripariæ longè aliter nidificent, quod fortè cernens ingeniosè admodum ad Parrarum Pararum (quos sanè eo modo nidum confingere adhibenda etiam icone suo post loco indicabimus) & pro Argatilis Ægithalus, hoc est, Parus legendum esse conijcit. Ægitalus autem, & Argitilis nomina facile permutari poterunt. Vt modo ad Hirundinem nostram reuertatur, Turnerus etiam in scopulis & templorum fenestris aditioribus, & summis turribus nidos figere scribit. *Hirundinum genus tertium*, inquit Albertus, *in parietibus murorum (in muris) exterius nidificat, & muscis est infensum. Idem cum Passeribus pugnat. Passer enim domicilium (nidum) eius præoccupat initio veris antequam veniant Hirundines.* Et rursus: *Hirundines, quæ in muris & lapidibus nidificant, concludunt luto nidum vsque ad arctum foramen per quod intrant & exeunt, quod si Passer intrauerit, & non citò exierit, Hirundinibus collectis pluribus, & luto obturantibus nidum suffocatur. Postea reparato foramine Hirundo, ad quam pertinebat nidus, Passerem mortuum ejecit:* Et rursus alibi, *Hirundines omnes quæ in muris nidificant, claudunt nidos præter foramen, per quod intrant.* De hoc item Hirundinis genere intellexit Matthiolus inquiens: in muris veterum ædificiorum & cauernis & scopulis montium nidificant. In Hollandia ad vitreas Ecclesiarum, aliorumq; altorum ædificiorum fenestras, in fornicibus earum tantummodo nidulari audio, & nidum ferè sphæricum confingere eadem prorsus, quæ domesticæ materia, vt ex Plinio dictum est.

Plinius correctus. Pararum nidus. Hirundinis sylvestris genus.

DE DREPANIDE, SIVE RIPARIA. Cap. III.

AVICVLAM hanc, de qua nunc agimus, & cuius subinde pictura dabitur,
a Aristoteles Drepanidem, Plinius Ripariam, Marcellus Empiricus Ripariolam voce diminutiua, Gaza apud Aristotelem Falculam aut Ripariam nuncupat, Albertus Græcè dici ait Abroycayn, & aliquos eam vocare Daryachim, quo loco alias legitur Dryacha, qua nimirum voce alibi etiam vtitur, hoc modo: *Dryacha auis est Aristoteli pedibus carens*, &c. Videtur autem corrupta vox à Græca Drepanis. Matthiolus ab Italis Rondoni vel Tartari dici scribit: sed nobis Bononiensibus Rondoni vocantur Apodes, Ripariæ siue Drepanides Dardanelli, Gallis Martinet, quod nomen Ornithologus etiam Apodes Cypsellos pertinere scribit. Sed Bellonius Gallus Martinet omnes Hirundines nominat, cum adiecto magnitudinis epitheto, Rusticam verò siue agrestem de qua proximè egimus simpliciter Martinet appellat, & Ripariam Hirondelle de riuage. Germani teste Turnero ein Vberswvalbe aut Speirem, aliqui referente Ornithologo Vvasserschvvalbe, Rynschvvalbe, hoc est, Hirundinem aquaticam, & Rheni Hirundinem quod prope aquas & Rheni aggeres niduletur: circa Argentoratum eodem significato Rhynougele, idest, Rheni auicula diminutiua formula dicitur. Georgius Agricola & ipse Germanus summo cum & intolerabili errore Apodes cum Riparijs eadem facit, & Germanicè interpretatur Speirschvvalben. Ornithologus diuersarum Hirundinum nomina in diuersis Germaniæ locis confundi ait, suosque tradit Spyren vocare Apodes, inferiores verò Germanos ita vocare Riparias: Auem cuius iconem exhibet, & in Rheni riparum cauis nidicare asserit, ab alijs Germanicè Teelschvvalben dici scribit.

a h.2.c.1. b lib.10.c.34. Falcula. Abroycayn. Daryachin Dryacha. Dardanelli

Hirondelle de riuage.

Georgij Agricolæ error.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

PLINIVS *a* Ripariam tertium genus Hirundinum facit inquiens: *Tertium Hirundinum genus est, quæ ripas excauant, atque ita internidificant.* *b* Arist. quicquid dicant alij, manifestè distinguit, dum ait: *Drepannis vt pennis præualet, sic pedibus degenerat, vt Hirundo & Apodes: nam hæc tria genera & moribus & volatu (ὁμοιόπτερα) & specie* (tum reliqua scilicet, tum paruitate pedum) *proxima inter se conspicuntur.* Et reuera illud tantùm hæc auicula cum Hirundinibus omnibus commune habet, quod pedibus sit curtis, multùm volet, & insecta in volatu capiet. Contra ab ijs differt nidificandi ratione, quia non semper appareat, sed cùm imber incessit tantùm, & quia caudam, vt reliquæ Hirundines non habeat bifurcatam.

Hirundo riparia fœmina cum Chelidonio minori.



Hirundo riparia mas, siue Drepanis cum Vincetoxico.



FORMA. DESCRIPTIO.

Color. ORNITHOLOGVS Ripariæ fœminæ figuram depingens, Ventre, inquit, albicat, vt in collo quoque: pectore fusca est. Descendit enim deorsum à dorsi initio ad pectus fuscus color, sed qui tamen totum pectus non occupet. Mirum quod rotundam illam maculam eiusdem coloris, quæ retro oculos est, ad aures nimirum, non expresserit. Auicula tota (fœmina nempe) pronè præter pectus candicat, supinè fusca est: mas verò magis nigricat, item collo toto, præterquam sub rostro, vbi macula est lutescens. Alas in mare nimis breues pictor expressit: longitudinem earum ex fœmellæ icone dimitieris, quam innuens philosophus dicebat pennis præualere, pedibus verò degenerare, scilicet ob breuitatem, de qua etiam Plinius. *Qui negant*, inquit, *volucrem villam esse sine pedibus, confirmant, & Apodes habere, & Drepanin eis*: sic ille, quibus perperam intellectis a Albertus, *Dryacha*, inquit, *Aristoteli auis est, pedibus carens* (χαλκώπις autem, non ἄπους Aristoteli est) *& cum ad terram ceciderit, cubitis alarum & pectore repit sicut Vespertilio.*

Mas vt fœmellas differat.

a lib. 23. Alberti error.

NIDVS.

DIVERSO, vt dixi, modo quàm Hirundines aliæ nidificant. Ripas enim teste Plinio excauant, atq; ita internidificant. Nidos enim, inquit, non faciunt. Albertus tamen nidos artificiosos sibi construere asserit. Ego in cauis simpliciter illatis tantùm plumis, & stramentis nidulari audio.

PRÆSAGIVM.

a hist. c. 3. CVM Drepanis apparet, imbrem præcessisse ex a Aristotele colligitur, qui ita habet: *Aestate tantum apparet Drepanis cum imber incessit; tunc enim & apparet, & capitur: denique rara hac auis est.* Quo loco Albertus sic habet: *Hirundinis quadam species non apparet nisi vno tempore anni post pluuiam in fine allatis mense Augusto cum Sol est in Leone. Est autem admodum rara, & per totum annum nisi semel apparet, nec se vno quo etiam perit: quare generatio eius obscura est.* Alibi contra sic: *Non apparet autem nisi post pluuiam in principio allatis, & eo tempore parit, eumque pulli cœnuerint, moritur.* Plinius verò migrare hanc auiculam scribit multis diebus antè quam futurum est, vt amnis auctus attingat eius nidum. Inde nimirum cùm fugisse eam nouimus, amnes subinde iudicare prædicereque poterimus inundationem aliquam minari.

Inundationis præsagium.

DE HIRVNDINE MARINA AVE. Cap. IX.

Descript. Color. Ala. Cauda Rostrum. IVSCEMODI auem aucupes nostri, apud quos eam deprehendi, Hirundinem marinam nuncupant ob similitudinem, quam cum Hirundinum genere obtinet, licet corpore longè sit maior & pedes longiores possideat. Ventre toto ad pectus vsque candicat. Capite, alis & dorso fuscescit. Alæ & cauda, vt in Hirundinibus longissimæ sunt, & colore nigricant, intus verò fuscescunt. Cauda bifurcata est, vt figura exprimit. Rostrum est robustum, nigrum, vt in Laro, rictu, maximo, eoque coccineo. A rostro per oculos ad pectus ferè vsquè notabilis linea atra defertur, & velut torquem prope pectus constituit. Pedes sunt aterrimi, & vt Hirundinibus, vt dixi, maiores. Quid præterea super hac volucre dicam, non habeo.

Pedes.

DE

Hirundo marina cum lenticula marina.



DE APODE.

Cap. X.

a 9. hiſt. c. 30.
Etymologia.
Apes ſeu Depes.
Apodhia.
b Lib. 10. c. 39.
Cypſelus.
Vallæ error
Paſſeres troglyræ.
Paſſeres pyrgitæ.
c Lib. 1. de vict. rat. cir. finem.
Hirundo marina.
Alcyon.
Meropi cōgener.
Abaſi.
Apedes.
Hirundo ſaxatilis, & ſpeluncaria.
Rendina.
Dardanus
Dardanell.
Rondoni.
Barbarotti.
Synonyma aliarum nationum.

COMMVNIS præceptor *a* Ariſtoteles auem hanc, quia Hirundini adeo ſimilem, vt niſi hirſutis pedib. & quia paulò maior ſit, ea diſcerni nequeat, Apodem indigitauit, Gaza Latinè Apedem & Depedem reddidit, Plinius verò, quem alias plerunq; ſequi ſolet, ſeruata voce Græca Apodem Gaza à paruitate pedum nomen deducit; Plinius quod careat eorum vſu. Quem ſecutus Syluaticus, *Apodhia* (Apodes rectiùs) *vocantur*, inquit, *aues ſimiles Hirundinibus, maiores tamen, plurimum volantes ſic dictæ, quia vſu pedum carent.* Eædem ab alijs teſte *b* Plinio & Ariſtotele Cypſeli vocantur. Κύψελον etiam Heſychius, & Varinus exponunt auem ſimilem Hirundini, nonnulli in hac voce l, duplicant, quod non placet. Forſan autem ita dicuntur, quoniā ἐν κυψέλαις ſiue κυψελίσι pariant, vt ſubinde ex Ariſtotele dicemus. Cypſelos, inquit Cælius, Pſellus in libro de victus ratione Trogletas nūcupat, quia in foraminibus, & cauis ferè latitent. Sed Cælius ex translatione Ge. Vallæ deceptus eſt, vt ni fallor, in Paſſere etiam annotaui, nam hoc interprete Pſellus commendat in cibo Paſſeres & Trogletas (lege Paſſeres Trogletas) quæ Hirundinibus ſimiles ſunt pedibus curtis (ouæ poſteriora verba Valla de ſuo addidit) qui foraminibus turrium ſolum ſe committunt: vnde nimirùm pyrgitæ hi Paſſeres etiam appellantur, quorum pariter idem *c* Pſellus meminit. Vt verò ad Apodes reuertamur, quidam viri docti Germani referente Ornithologo χελιδόνας θαλλασσίας, ideſt, Hirundines marinas etiam nominant, ſed cur id faciāt, authorem, quod ſciam, non habent, niſi fortaſſis Plinij authoritate ita appellaſſe putemus. Hinc enim Apodes toto mari cerni ſcribit Hirundinum ſpecie. Nos autem hoc nominis proximè præcedenti aui tribuimus nullam aliam ob cauſam, quam quod aucupes eam ita appellare videremus. Nonnulli etiam hodie Alcyonem vulgò Hirundinem marinam dicunt, & Germani, vt Ornithologus ſcribit Meropi, aut ei congeneri aui eandem nomenclaturam tribuunt. Albertus cum ſcripſiſſet de Apodibus, quorum pedes ſint mali, alæ verò bonæ, poſt ſubdit: *Dicit autem Auicenna auem minorem quam ſit Veſpertilio* (Hirundo potiùs, inquit Ornithologus, vt vitium ſit interpretis; ſed Apus Hirundine maior eſt; itaq; legit: Dicit Auicenna Apodem maiorem eſſe, quam ſit Hirundo) *& eſt*, inquit, *de genere Veſpertilionis* (Hirundinis) *quæ in terram cadens ſuper alas cadit, & Arabicè vocatur Abaſic* (voce forſan corrupta ab Apode) *& vacillat in motu, ac ſi careat pedibus.* Ariſtoteles ſanè illo in loco nullam Veſpertilionis, ſed Apodis tantùm & Hirundinis mentionem facit. Aug. Niphus pro Apodes habet Apedes, Gazam, vt apparet, ſecutus, & Hirundines ſaxatiles, & ſpeluncarias dici ſcribit. In Venetia prouincia referente Hermolao etiam nunc Cypſeli nuncupantur. Ego id nominis vulgare Italicum eſſe non puto. Perperam etiam Scoppa etiam ſi Italus Cypſelum Italicè interpretatur la Rendina, Rondina, vulgò typographi lapſu: nam & vox ſimpliciter Hirundinem ſic reddidit Perperam item Syluaticus, & ipſe Italus apud plures vulgò Dardanos appellari dixit. Itali Meropem ita nuncupant, & Hirundinem ripariam Bononienſes Dardanellum, fortè quod Meropis adinſtar terræ caua ſubintret. Apodes Bononiæ, Regijq; & fortaſſis in tota Lombardia Rondoni dicuntur, Genuæ, vt audio Barbarotti, voce planè ab Hirundinibus diuerſa, Hiſpanis Venceiò, nonnullis Arreaquo; Gallis la gran Hirondelle, grand Martinet, ſeu Martilet, Moutairder. Georg. Agricola Apodem, vt ſuperius quoq; à me eſt annotatum, eandem cum Hirundine riparia facit, & Germanicè interpretatur Spirſvvalben; Heluetij teſte Ornithologo Spyren nominant, & Murſpyren, & Gerſuualm, vel Gerſchuualemen: Holandi, vt audio Steenſvvalemen, quod in parietibus nidulentur: Angli Thegreatſv valovves, hoc eſt, Hirundines magnas, vt refert Turnerus Anglus, qui has aues vel Hirundines ruſticas appellandas putat, vel Apodes maiores: Eliota pariter Anglus Martlettes dici ſcribit.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

APODES, tametsi vulgò vbique fermè terrarum Hirundinis nomenclatura celebrentur, inter Hirundines tamen à veteribus, nimirum Aristotele, & Plinio non recensentur. Vterque verò Hirundinibus similes esse prodidit: quinimò Aristoteles discerni posse ab Hirundine negat, nisi quòd tibijs sint hirsutis, quam pariter differentiam in domesticæ Hirundinis historia annotauimus. Quàm apertè verò Apodes ab Hirundinibus distinguat Philosophus, ostendimus in Drepanide allatis etiam eius verbis: differunt verò etiam magnitudine, nidulandi modo, & digitorum in pede constitutione: sunt enim duo antrorsum & totidem retrorsum tendunt, quamuis id in icone, quam exhibebo, expressum non sit; vsum eius in sequenti iam rubrica inuestigabo.

Vt ab Hirundinibus differant.

Apos cum Tabano.



FORMA. DESCRIPTIO.

APOS toto corpore plumis egregiè munitus, fultuſque eſt, quemadmodum ſcilicet auibus multùm volacibus conuenichat, maximè verò cùm & pedum vſu careat fermè; vnde dicebat a Philoſophus, *Apodes vt pennis præualent, ſic pedibus degenerant*. Natura enim pedum paruitatem, alarum velocitate compenſauit. Toto corpore vnicolor eſt, ſed qualis in murium pilis conſpicitur. Caput habet ſupra admodum latum, collum verò breuiſſimum, rictum ampliſſimum, adeò vt integros ſcarabeos ac lucanos deglutiat; palpebras more terreſtrium ſupra, & infra oculos, roſtrum exiguum, nigrum, propè extremitatem acutum, alas longas, caudam bifurcatam, crura breuiſſima, ac digitos vſque pennis obueſtita, digitos verò vtrinque binos, vt in Picis Martijs, vnguibus armatos acutis, quibus quod rapuit adeò conſtringit, vt id perfodiat. Cæterùm cùm cæteris auibus pedes, cruraque ad inſiſtendum dederit natura, in hoc auium genere ad rependum potiùs facti eſſe videntur: ijs enim quando aliquod foramen ſubintrant, vltra prorepunt, ad quod digiti ab vtraque parte bini plurimum proſunt, vt Picorum exemplo facilè comprobatur, quibus tales ad ſcandendum arbores, rependumque per caudices & ramos earum natura ſagax conceſſit.

a 1. hiſt. c. 1.

Color.
Caput.
Collum.
Os.
Palpebræ.
Roſtrum.
Alæ.
Cauda.
Pedes.
Pedũ vſus.

LOCVS. VOLATVS.

EIVSCEMODI auium genus, quod pedum vſu propemodum careant, nunquam ſtant aut ſedent, aut arboribus, vt Hirundines conſiſtunt, & ſi fortè in terram impigerint, cùm propter alarum longitudinem, tùm propter pedum breuitatem eleuare ſeſe nequeunt, quare in continuo volatu verſantur, & niſi in foramine aliquo, vel proprio nido quieſcunt; quod annotauit quoque Plinius, dum ait: *Plurimum volant Apodes. Hæ ſunt quæ toto mari cernuntur, nec vnquam tam longo naues tamquè continuo curſu recedunt à terra, vt non circum volitent eas Apodes. Cætera genera reſidunt, & inſiſtunt: his quies niſi in nido nulla, aut pendent, aut iacent*. Differt autem Apodum volatus à volatu Hirundinum, quòd Apodes plerumque gregatim volent, & altiùs etiam illis. Cum volant velut arcus tenſi figuram exprimunt, & ſæpè alas non mouent. a Bellonius affirmat hoc auium genus reliquas aues volatus pernicitate vincere, & delphinum cæteros piſces natando, & ab hoc ſuperari Apodem, ſi volatus natatui conferatur, Apodes ſcribit Ariſtoteles omnibus anni temporibus appareret; cùm alioqui apud nos primæ auium diſcedant, & vltimæ redeant: quamobrem in Græcia vbi degebat Ariſtoteles, ſecùs quàm hic fecerint: quod credens Bellonius Ariſtotelem ait id de ſua patria ſcribere, & reuera aliàs Apodibus id non conuenit. Georgius Agricola plures numero hybernis menſibus inter ſe nexas latere tradit in ripis fluminum, paludum, & in littoribus & ſcopulis maris, indeque accidere vt piſcatores interdum ita inter ſe iunctas ex aquis extrahant. Verùm dubium eſt, de quibus id ſcribat Agricola; nam Apodes, vt dixi, cum Riparijs confundit: Vnde ſubdit, *aliæ autem ſunt Riparia, quod ſoleant ripas excauare, & in eis nidos conſtruere, ac latere*, quibus ſanè verbis ſe de Riparijs loqui atteſtatur.

Vt quieſcant.
Volatus Apodum, & Hirũdinũ, vt differat.
a L. 7. c. 13.
Delphini natatus.
Vt latcant.
Agricolæ error.

NIDVS.

CIRCA turres degunt, & in foraminibus earum nidificant; Plinius in ſcopulis etiam nidulari ſcribit, quæ fortè illæ fuerint, quas toto mari conſpici ait, Ornithologus in crepidinibus fluuiorum altiſſimè, vel in terra, vel in glarea, quod non puto, quamuis & Ariſtoteles intra ſpecus nidum confingere teſtetur. Finguntur autem eodem Ariſtotele teſte ſpecie ciſtellæ productæ longiùs, fictæ ex luto (Græcus textus habet, πηλοῦ τινὸς ἐν κεραλίοις ἐκπλαττῶν, vno aditu dato arctiſſimo, idque locis anguſtis, vt & beluas deuitare poſſint & homines.

Nidi figura.

VICTVS.

VICTITANT *infectis per aera volitantibus, eaque nisi volantes capiunt, & nisi volantes edunt. Obseruaui tamen ego aliquando adhærere parietibus, quod ideo eas facere conijcio, vt araneas muscasue, similiaque insecta præuisa capiant. Bellonius tantum oculorum acie valere scribit, vt per mille passus muscam volantem obseruent, & subitò insequantur.* *Quantum visu valeat*

CAPIENDI RATIO.

QVOMODO *pueri Adopes primùm redeuntes in Zacintho insula numerosè capiant, ita ferè recenset Bellonius, Zacinthus insula castrum habet in cacumine rupis propè vrbem, cuius (castri) incolæ pueri è fenestris ceu piscaturi baculum manu continent, hamoque plumam pro esca appendunt, quam diripere, & in nidum portare volentes aues, hamo affixæ hærent, atque ita puer vnus septuaginta vno die aues capere visus est. Idem Bellonius quomodo in Creta pueri eas cicadis captent, sic docet. Acicula instar hami curuata cicadam transfigunt, aciculam filio alligant, cuius ipsi extremitatem tenent. Cicada transfixa in aerem euolat; eam conspectam Apodes impetu petunt, & deuorata filo hærente capiuntur. Simili modo Regij audio laqueis capi, in quibus cicadæ, vel muscæ sint appensæ.* *Pueri vt Apodes capiant in Zacintho insula.* *Vt cicadis capiantur in Creta.*

COGNOMINATA.

VNNI *populi Apodes dicti sunt, vt Suidas meminit, quòd nunquam ferè pedites, sed contra semper equites iter facerent. Cypselus Corynthiorum tyrannus fuit, de quo consule alios.* *Vnni populi Apodes dicti.* *Cypselus tyrannus.*

PROVERBIVM.

CYPSELVS *non generat Aquilam*, *prouerbium citatum G. Heldino: quod adagiorum author non memorat. Videtur autem simile illi Horatiano, Et imbellum ferocès, Non generat Aquila Columbam. Vel forte ideo Apos Aquilam non generare dicitur, quia etsi volandi pernicitate Aquilam nisi superet, saltem adæquet, viribus longè sit inferior, cùm scilicet Apos insecta deuoret animalcula exigua, Aquila quocunque obuium etiam maximum impugnet.* *Cypselus non generat Aquilã.*

VSVS IN CIBO, & Medicina.

GERMANI *superiores, inferioresque, vt audio, ab Apodum esu tanquam prorsus abominando abstinent, cùm alioqui in cibo non sint ingrati, maximè pingues. Fœtus earum Bononiæ in præcipuis delicijs habentur, & magno væneunt. Has aues testatur Plinius ex vino sumptas sanare tormina.* *Germani non edunt Apodes.*

DE VPVPA.
Cap. XI.

Ordo.

Auis paradiſi.

VPVPAM etſi ſpurciſſimam, vt ſubinde in hiſtoria patebit, auem, vel ob ſolam fabulam, qua Thereus Thraciæ rex in auem conuerſus fingitur, quod Philomelam, ideſt, Hirundinem, & Prognen; ideſt, Luſciniam gladio perſequeretur, Hirundinibus ſubiungimus; ſed forſan & regiam alitem præferre debebamus, regiam autem, non ob iam dictam fabulam, ſed propter inſignem, ſpectabilemque corporis decorem, quamobrem quibuſdam auis paradiſi nuncupari meruit, quam pulchritudinem notans *a* Naſo de Thereo in Vpupam conuerſo canebat:

a l. 6. Met.

Vertitur in volucrem, cui ſtant in vertice criſtæ,
Prominet immoderatum pro longa cuſpide roſtrum,
Nomen Epops volucri, facies armata videtur.

SYNONYM.

Dulkiphat.

a Cap. 13.

PRO Dukiphat in Leuitico Rabbi *a* Salamon exponit Gallum ſylueſtrem duplici criſta, vnde etiam nomen ſit, quaſi, ideſt, duas, ideſt, criſtas habens. Eandem expoſitionem ſequitur R. Dauid, Serach, Ghaon, & R. Abraham. D. Hieronymus, & Septuaginta vertunt Vpupam: quam verſionem aſtruit Sanctes Pagninus, quod Vpupa auis ſit criſtis à capite exeuntibus galeata. Sed & Rabbinorum verſio non diſplicet: nam Vpupa à quibuſdam Græcè etiam ἀλεκτρύων ἄρχιος, ideſt, Gallus ſylueſtris dicitur, quemadmodum à nonnullis Italis Gallus Paradiſi. Eandem Hebraicam vocem Septuaginta in *b* Deuteronomio traducunt Porphirionem. Vbi apud *c* Zachariam iuxta Hebraicum legitur: *Et habebant alas* Chaſida, Aquila Theodotio & Symmachus teſte D. Hieronymo legunt ἐρωδιόν, ideſt, Herodionem, ſoli Septuaginta ἔποπα, ideſt, Vpupam Haſidam, inquit D. Hieron. Hebræi Miluum putant auem rapaciſſimam, & ſemper domeſticis auibus inſidiantem. In Anapha Hebraicæ vocis interpretatione variant plurimum interpretes: Hieron. Charadrium nonnulli Vpupam, quòd ad Charadrium proximè, vt aiunt, accedat, quia criſtam in fronte geſtare videtur: quidam Picam, Picum alij, alij Miluum, alij Graculum eſſe volunt, alij Palumbem ſylueſtrem, quidam recentiores Otum, vt in Oto dixi. Ego D. Hieronymi lectionem probauerim, quamuis plurimi Ardeam propriè ſignificare velint. Racham etiam Hebraicè linguæ periti omnino genus aliquod Aquilæ, aut Vulturis eſſe volunt, quanquam Septuaginta Vpupam tranſtulerint, item aliqui Vpupam exponunt; quod quoque improbant eruditi. Kaath quidam Germanus non indoctus Vpupam exponit, ſicut etiam Iudæi recentiores ferè; Cos denique variè interpretantur, Bubonem, Noctuam, Vpupam, vt in Bubone fuſiùs, niſi memoria fallit, ſcripſi. Alhudud Bellunenſis auem eſſe tradit, quæ vulgò apud Patauinos Gallus Paradiſi vocatur. Fitomos Syluaticus traducit Vpupam, item Gareſol. Apud Albertum pro Vpopa reperitur Hakocoz. Græcis ἔποψ, vt Latinis Vpupa dicitur, nomine pro onomatopœiam facto. Nam quamuis Iſidorus ita Græcè dictam ſcribat, eo quod ſtercora humana conſideret, & fœtenti paſcatur ſimo, mihi probabilius videtur à voce ſua dici, vt Varroni etiam in primis placet, vt mox patebit. Pro ἔποψ legitur apud nonnullos quandoque etiam ἔποξις, apud Heſychium & Varinum ἔποφ auis quædam exponitur. Ornithologus conijcit vocem eſſe corruptam & legendum vel ἔποφ, vel μοροφ. Iidem etiam ζιπζιω appellari aſſerunt, & ἀλεκτρύονα & γίλασον. Aegyptij Cucuſam, vel Cucupham vocant, voce nonnihil accedente ad Hebraicam *Duchifat*: & *Kiranides Cucuſam pro Vpupa* interpretatur, & alijs Phylinoſcion vocari ſcribit *e* Otus Κικυφον patentibus ſenio confectis nidum ait extruere, pennis eorum cuulſis; idem alij de Vpupa referunt, pietate eius in parentes celebrata. Sed Otus, vel ſaltem interpres aliquis Graecus Cucupham ab Vpupa auem diuerſam exiſtimaſſe videtur, cum hic Cucupham, *f* alibi verò Epopen nominet. Nunc vulgò Græcorum appellatur ἀγριοκότα teſte Roberto Stephano, ideſt, Gallus ſylueſtris, & in Creta, vt aiunt agriope-

Vpupa gallus ſylueſtris dicitur.

b Cap. 14.

c Cap. 6.

d In com.

Anapha.

Rachum.

Ataleph.

Kaath.

Cos.

Alhudud.

Fitomos.

Gareſol.

Hakocoz.

Etymologia.

Ἔποξ.

Cucuſa philomelæ pteros.

e lib. 1. Hiſtor. cap. 55.

f lib. 1.

agriopetinon dicunt. Apud Italos per onomatopœiam Buba dicitur, circa Vincentiam Vperga; alibi à crista, qua insignis spectatur, Gallo del Paradiso, vt in Venetia prouincia, apud Ligures Galletto di Marzo, nimirum ob cristam, & quod circa Martium mensem apparere incipiat; alibi etiam Galletto di Maggio, fortè quod tunc numerosiùs appareat, Bellinzonæ Pupulla, Siculis, ni fallor, cristella: Hispanis Abubilla: Lusitanis Pop.: Gallis Huppe, vt nonnulli aiunt, vt Ornithologus, à fœtore, qui postremam eam dictionem per p, duplicatum scribit, circa Montepessulanum Lupege: Sabaudis Etpie, ni fallor, in valle Augusta, Putta: Germanis Vvydhopff, Vvidehnpffe, Karhann, idest, Gallus ster-
01 coris, circa Rostochium Vvedehoppe; Flandris Hupetup; Brabantis Huheron; Anglis à Houupe; Illyris Dedek; Polonis Dudek, Turcis Ibik. Litteratores plerique omnes Britannici Vpupam, inquit Turnerus, eam vocant auem, quam barbari ab alarum strepitu Vannellum, & ipsi sua lingua Lapuuingam.

Buba.

Vannellus Lapuuinga

FORMA. DESCRIPTIO.

VPVPA, inquit Pausanias, magnitudine paululum excedit Coturnicem, In capite autem pennas habet cristarum instar in sublime elatas. Vnde τριλοφίαν eam
02 nominat Aristophanes, quasi triplicem habeat in galea cristam, vt in scholijs legitur, vnde etiam μακρεσίκρανος, & κορυθαιόλος à poetis cognominatur, vt Hesychius, & Varinus scribunt. Cristam verò, quia dum lubet, erigit, & rursum submittit, Plinius rectè plicatilem vocauit, dum ait: *Diximus, & cui plicatilem cristam dedisset natura per medium caput à rostro residentem.* Et alibi iterum: *Mutat & Vpupa colorem, vt tradit Aschylus poeta, auis crista visenda plicatili, contrahens eam, surrigensq; per longitudinem capitis.* Vbi apud Albertum legitur: *Vpupa galeam de pelle habet in capite, toto corpore varia, & pulchra;* lege de pennis, vel plumis, nam ex his crista constat, sicuti etiam ex Pausania dixi, non ex pelle, sed hoc Gallinaceo potius conuenit. *a* Aristoteles Vpupam, & cæterarum quoque syluestrium plurimas tempore æstatis, & hyemis mutare prodidit, & *b* alibi: *cum colore, tùm*
03 *verò specie immutatur, vt Aeschylus poeta fatis carmine suo exposuit.* Citat dein eius carmen, sed quia ita deprauatum legitur, vt ne minimum id quidem interpretari potuerit magnus vir Gaza, hic id ego, quantum iudicare possum, correctum, & emendatum à *c* Iosepho Scaligero apponam.

Magnitudo Caput.

Vpupa cur τριβοφῖα dicta.

Crista Vpupæ plicabilis vocata.

a 9.h.c.15.
b 9.h.c.39.

Aeschylus correctus.

c In comm. Acinæ Virg.

Τοῦτον δ' ἐπὸ πῶν Ἐπόπα τῶν αὐτοῦ κακων.
Πεποικίλωκε, Κακοδυλώσας ἔλει
Θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ
Ὃς ἦρι μὲν φαιόν τι διαππάλει πτερόν
Κίρκου λεπαργου, δύο γὰρ οὖν μορφᾶς φανῆ
Παιδός γε τ' ἀντοῦ νηδυος μιᾶς ἄπο
04 Νέας δ' ὀπωρας ἡνικ' αὐξαντῆς ἀχυς,
Τίκτειν αὖτις. Καμφιπωμουσει πτερυξ:
Ἀεὶ δὲ μίσει τοῦ δε παλλήνης τοπου
Δρομοὺς ἐρύμους, ἢ πάγους ἀποικισει.

Iacob. Dalechampius sic vertit, Gazam, vt apparet, secutus, nã Circi Accipitris nõ meminit:

Hunc calamitatis Vpupam testem suæ
Variam facit, tenetq; perculsum metu,
Ferum antea, armatum, petrarum nunc auem
Vere appetente, quæ nouo pennas quatit
Ruffas in agris. Nam est figura duplici
05 *Vnus quidem iuueni colos est pectoris:*
Autumno at illa flaua cum peperit seges,
Mutata pennas rursus alias induit.

Citaui eosdem versus in Cuculo ex Dalechampio, vbi pariter Aeschylum cùm Vpupa Cuculum imprudenter confudisse, ex Scaligeri authoritate scripsi; quod vt manifestiùs appareat, necessarium est clarissimi istius viri scholia ad eosdem versus apponere. In quibus versibus, inquit, primum allusum ad nomen Epopis, tanquam ἐποπτης, fuerit malorum suorum: deinde alium plumarum colorem illi vere attribuit, alium æstate. Nam ἦρι φαιὸν πτερὸν illi dat Κίρκου λέπαργου. Ait habere pennas Accipitris, qui est λέπαργος, hoc est ven-

Aeschyli error.

Aeschyli versus de Vpupa explicat.

tre

Vpupa cum gramine panniculato phalaroide.



tre albo, & habet φαιὸν πτερὸν, fuscas pennas. Vbi sanè considerandum est Aeschylum sine dubio Cuculum cum Epope, siue Vpupa confudisse. Nam non Epops, sed Cuculus φαιὸν διαφαλλει πτέρον λέ-παργυρι χιρκυ. In qua sanè animaduersione mirum in modũ mihi placeo, cum & mentem Aeschyli planè odoratus sim, & menda, ex tam deplorato loco sustulerim. Fefellit Aeschylum, quod Epops eandem ferè vocem cum Cuculo emittit. Propterea eundem Epopem cum Cuculo fecit, qui, vt nemo ignorat, tam similis est Accipitri, vt quidam in genere Accipitrum posuerint, & nescio quid tale tetigerit Aristoteles. Porrò ὑπὲρ ἀξαθὲ σάκος, hoc est, cum adulta est æstas, πάλιν ἄυτις πτέρυξ, rursus renouat, & quasi alium facit penna, hoc est mutatus pennarũ color alium videre facit. Hucusque Scaliger. Ornithologus in corrigendis eisdem versibus elaborauit, at non omninò satisfacit. Non videntur equidem Aristoteles, & Plinius Aeschylum attentè legisse, & offitan-ter cum eo, quæ Cuculo debebant, Vpupæ tribuisse; quamuis tamen, & hæc colorem mutet, nam & *d* Theophrastus: *Quædam*, inquit, *temporis ratione mutari videntur, vt Accipiter Vpupa, & similes volucres*: Hisce igitur perperam, vel lectis, vel perceptis Gaudentius Merula, vt in quibusdam auibus per stata quædam anni tempora miram metamorphosim esse ostenderet, Accipitrem, & Vpupam scribit statim quibusdam vicibus alterum alterius capere imaginem. Vt modò ad Vpupæ descriptionem reuertamur, auis nimirum perpulchræ, breuiter ita eam descripsit Ornithologus: Color, inquit, in Vpupa reperitur cinereus albus, & nigricans. Rostrum ei nigrum, oblongum: pennæ albis, & nigris maculis alternatim distinctæ. Crista ruffa, in summo tamen nigra. Paulò exactiùs Turnerus: Vpupa, inquit, est magnitudine Turdi, alis per interualla fuscis albis, & nigris pennis distinctis, crista in capite ab ea parte rostri, qua capiti committitur, ad extremum vsq; occiput in longitudinem porrigitur, quam pro adfectibus suis, & contrahit, & dilatat, vt equus aures arrigit, aut dimittit. Tibijs est valdè breuibus, alis obtusioribus. Sic ille: Ego Vpupam in foro emptam anno à partu salutifero 1589. sub finem Augusti sic descripsi: Magnitudine erat Merulæ, capite acuto, quali Philoclem comicum Suidas fuisse scribit, rostro aliquantulum falcato Certhiæ instar, nigricante, rotondiusculo, parumper tamen depresso à lateribus, crista admirabili, constante ex vigintisex plumis, quarum aliæ alijs longiores, quarumque extrema nigricant, deinde albicant, quod reliquum est coloris castanei ad flauum vergentis, palpebra, vt in Gallinaceo genere oculum contegebat. Hanc pro libitu nunc arrigere, nunc deprimere dicitur sine dubio musculorum quorundam ope. Hosce aliquando dissecando inuestigatos inueni, quos tamen arduum erat videre, num duo, an vnicus potius esset. Inter verticem capitis, & rostri initium in valle quadam, seu cauo locatus erat totus continuus, ne quaquam in plures partes diuiduus, aut musculos diuersos separabilis, vnde vnicum coniecerim, nasciq; à verticis extremo, & frontis initio carnosiore principio, desinere verò vtrinque supra nares, medio tamen paulò altius ad rostri initium, qui cranium attingit infima parte carnosior, & rubicundus, extima, ac suprema, cui cristæ plumulæ profundè satis implantantur, membranoso magis, ac cutaneus, fibrosoque tanquam panniculus quidam carnosus. Cum versus principium nempè verticis locum traheretur, cristam surrigebat; cùm in contrariam partem, nempè versus rostrum, eandem demittebat. Collum qua capiti annexum, aliquantulum ruffescens, tandem in cinericium declinat ad dorsum vsque. A dorso vsque ad caudam cinereis vestiebatur plumis; per interualla albicantibus distinctis maculis. Caudam habebat sex digitos per transuersum longam, in medio transuersalis erat linea alba, lata primæ quadratæ ipsius Lunæ crescentis figuram referens: cauda tota decem constabat pennis. Crura erant breuia colore plumbeo versus anteriora maximè. Alas habebat nigras lineis latis albis per transuersum distinctis. Harum pennæ aliquæ extremo nigricant, alias verò albicant. Cauda alas superat. Sub ventre vropygium versus candicabat, pectus verò ruffescebat. Lingua erat parua, in profundo latitans, vnde nimirum incondi-tus, & absonus ille sonus trigona item, initio lata, extremo acuta instar perfecti, & æqualium laterum trianguli. Aspera arteria initio diuaricationum, quibus in pulmones vtrosque finitur duo veluti oscula extrinsecus laryngis vicem supplentia exhibebat, quibus pellicula tenuissima prætendebatur. Annuli dimidij, seu semicirculi in vtrunq; latus termi-

Cuculus Accipitri similis.

Aristotelis & Plinij error.

d L. 1. hist. plant. c. 6.

Gaudentij Merulæ error.

Descript.
Color.
Rostrum.
Crista.
Magnitudo
Tibiæ.
Alæ.
Magnitudo
Rostrum.
Crista.

Collum.
Dorsum.
Cauda.

Crura.
Alæ.
Venter.
Pectus.
Lingua.
Nares.



terminati nequaquam interna parte coibant, ſed tota interior facies hiabat, ſubtiliſſima membrana obtenta tantummodò cooperta, quæ aere, ac ſpiritu copioſo vocis efformandæ, ac ædendæ gratia concepto in amplum diſtendi poſſit. Habes hic arteriæ linguæque ei annexæ iconem. Nares erant oblongi, & in palatum deſinebant.

LOCVS.

a 9. hiſt. c. 11.

ARISTOTELES *a* Vpupam teſtatur montes, & ſyluas incolere: quod quamuis non negauerim, nam fieri poteſt, quod in ijs etiam locis reperiatur Vpupa, exiſtimauerim tamen id Aeſchyli authoritate ſcripſiſſe Ariſtotelem. Is enim apud hunc Gaza interprete ſic habet:

Vagatur hæc ſemper faſtidiens locos,
Deſerta quærens nemorum, & inuias plagas.

Cuculus montes, & ſyluas habitat.

At in Græco textu nullus genuinus ſenſus eſt, Aeſchyluſq; Cuculum, cui potiſſimùm in hoc conuenit, cum Epope, ſiue Vpupa confundit, vt paulò ante ex Scaligero oſtendimus. Iſidorus eam in ſepulchris, & humano ſtercore commorari ſcribit. Procopius Gazæus citante Ornithologo, Vpupam, neſcio quàm rectè inter aues noctis, & tenebrarum amicas numerat cum Erodio, Noctua, & Charadrio. Rariùs aiunt inſidere arboribus, plerunq; verò verſari in terra, maximè vbi immundities eſt, quam roſtro continuo verſat, vermen vt puto quæſitura. Latitat hæc auis plurimo anni tempore. Plinius aues quaſdam ait eſſe trimeſtres, hoc eſt, tribus menſibus nobiſcum degere, quæ cum fœtum eduxere, abeunt, quibus quoque Vpupam accenſet. Latent autem, vt ſcribit Georg. Agricola in anguſtijs montium, & in cauis arboribus. *Siue autem in arboribus*, inquit, *ſiue in montibus latuerit, ea de cauſa verno tempore deplumis ſolet conſpici.* Albertus alibi mutam ſcribit latere, alibi dormire, vt Veſpertilio: quando ad Septentrionales campos è regionibus alienis aduenit, veris tempus indicat, vt Olaus prodidit. Hanc autem Megaris, vbi Thereus ſibi manus attuliſſe dicitur; primum referente Pauſania apparuiſſe ferunt. Turnerus in tota Britannia nuſquam reperiri poſſe teſtatur Vpupam, apud verò Germanos eſſe frequentiſſimam.

Procopij Gazæi error.

Aues trimeſtres.

Vbi lateat.

Vbi prius apparuit.

NIDVS.

a 9. hiſt. c. 55.

b 6. h. c. 1.

NIDVM potiſſimùm è ſtercore hominis facere teſtatur *a* Ariſtoteles, cum, ſcilicet, hoc luti vice circumuolens, vt ait *b* Aelianus: Alibi verò Ariſtoteles Vpupam in ſuo genere τῶν καὶ ἑαυτῶν νεοττευόντων non nidificare ſcribit, ſed ſtipites arborum ſubeuntem, parere ſine vllo ſtramento in cauis: cum tamen Plinius ſolum Picum Martium in cauis arborum nidificare profiteatur. Ornithologus non ipſis ſtipitibus, ſed ſubtus nidulari putat, atque ita poſterior ille Philoſophi locus emendari poſſit. *c* Olaus Magnus in paludum tuberibus oua ponere, & educare tradit addita etiam icone.

c lib. 29. c. 21.

VOX.

Vox Cuculi ſimilis voce Vpupæ.

a l. 5. c. 13.

Torotinx.

b In auib.

VPVPA non aliter, ac ipſe Cuculus ſemper nobis eandem vocem verè potiſſimum occinit, eamque vt ex Scaligero dixi, Cuculi voci non abſimilem. Varro equidem Vpupam à voce ſua dictam eſſe teſtatur, & *a* Pollux ποπίζειν ſcribit. Poetæ qui Thereum in Vpupam conuerſum fingunt, huius vocem ποῦ ποῦ, fuiſſe aiunt, quod Græcis ſonat, vbi vbi? Torotinx apud *b* Ariſtophanem, alij alterius cuiuſdam auis nomen, alij Vpupæ eſſe afferunt. Quidam, inquit Albertus, dicunt Vpupam alia voce per æſtatem ſonare, alia per hyemem. Auicenna tamen (Ariſtoteles hoc quoque ſcribit, quare hunc potiùs, quam Auicennam debebat citare Albertus) colorem potiùs, quàm vocem his temporibus ab ea mutari ait.

VOLA-

VOLATVS.

TVRNERVS lentè admodum volare Vpupam author est, & sanè alis obtusioribus, Ornithologus apud Aelianum, vbi habet, Οἱ Ἔποπες εἰσὶν ὀρνίθων ἀπτὴν ἔστατοι, & Gillius transfert, *Vpupæ auium sunt inimicissimæ*, legit Vpupæ præ cæteris auibus plumis, & pennis nudantur (quod nimirum his auibus conuenit, cùm hyeme la-
01 tent) aut si quis mauult minimè volacem, Beatus tamen Theodoretus, vbi apud Zachariam legitur. *Ecce duæ mulieres egredientes, vt spiritus in alis earum sicut alæ sunt Vpupæ:* Vpupa, inquit, maxima velocitate auis, non corpulenta est, quin gracilis, alas corpore maiores habet. Itaque, inquit, hæ mulieres, vbi mensuram accepissent, per medium aerem ferebantur: Cæterùm ego Vpupam auem velocem esse non puto.

Cur lentè volet.

Mulieres quare à Zacharia Vpupæ comparatæ.

VICTVS.

02 ARISTOPHANES *a* Vpupam myrti baccas, & serphos (Ornithologus exponit vermes quosdam, vel formicis similia animalcula) deuorare facit: qui sanè cibus Vpupæ naturæ egregiè competit; sed baciuora tamen ideo dicenda non est; nam plerunq; in locis fœculentis, vbi insecta habere possit, versatur: Philes apiculas deuorare scribit. Audio eam formicis vesci inter cætera. *b* Olaus magnus cicuratam, siue domesticatam, vt eius dictione vtar, venando muscas domum purgare tradit etiam im murium raptu. Vuis tam immodicè vescitur, vt sæpe inde ebria fuisse sit visa.

a In auib.

b Lib. 19. cap. 21.

Vt vuis delectetur.

PARTVS.

03 TERNA ferè, vt audio, oua Vpupa parit, quæ ouis Perdicum similia esse scribit *a* Bartholomæus Anglicus, sed minora, & duriora, & aspectu deformiora, magisq; insipida, & odoratu grauiora.

Oua Vpupæ

a Lib. 39. cap. 110.

MORES. INGENIVM.

04 AVEM esse ferunt plenam gemitu, & clamore, fortè ob ouorum, aut pullorum custodiam. Ingenio tamen non caret. Vt enim homines à nidis, & pullis depellat, Aelianus author est nidum suum hominis stercore, loco luti circumlenire, atq; ita intolerabili odoris fœditate fugare. Albertus verò hoc facere Vpupam scribit, quia stercus id vim quandam habere caleat aduersus venena, ne scilicet venenata animalia ad nidum accedant. Si ex vuarum nimio esu læsa fuerit, aut velut ebria facta, tunc teste Oro adiantum herbam ori inserit, atque ita circum ambulando sibi medetur, quam pariter herbam Aelianus contra fascinationes nido suo imponere scribit, & in Geoponicis Græcis authore Zeroastre hoc remedium ab ea contra blattas fieri dicitur, sed perperam amianton pro adianto ibi legitur. Philes verò gramen edere scribit aduersus βασκανίαν, idest fascinationem, vel nescio quas iniurias. Mirum verò, & fortè fabulosum, quod pro-
05 didit Aelianus, quomodo scilicet obstructum ab aliquo nidi foramen admota quadam herba aperiat. Id is sic tradit: Cum aliquando in parietis diruti, & deserti rima vetustate acta peperisset Vpupa, idipsumq; parietis curator animaduertisset, luto rimam expleuit, & obstruxit. Vpupa verò rediens, ac videns recessum, ac latebram suam clausam, herbam attulit, qua ad lutum admota dissolutum est lutum, & defluxit. Illa in cauum ad pullos suos ingressa est, & cum postea ad inquirenda cibaria rursus proficisceretur, homo ille iterum parietis cauernam oblinens obstruxit. Auis verò eadem ipsa herba rimam aperuit, quod ipsum tertiò factum est. Cuius factum parietis curator intelligens, herba illa è luto sublata, non quidem ad eos vsus, ad quos Vpupa vtebatur, sed ad resignandos thesauros

Cur nidum stercore circumlinat.

Vt ebrietatem curet.

Zeroastres correctus.

Cur gramē edat.

Vt nidum clausum aperiat.

ad

ad eum nihil pertinentes. Hæc ille, quibus qui volet, credet. Alibi idem author eſt Picum quoque herba quadam allata foramen ſuum lapide, aut ligno immiſſo obturatum aperire, vt in Pico ſcripſimus.

PIETAS IN PARENTES.

Vt parenti inuent.

VPVPÆ, inquit idem Aelianus, *aduerſus parentes exiſtimantur piæ.* De qua pietate mira leguntur apud Albertum, & authorem de rerum natura. *Vpupæ*, inquiunt, *ſenescentes inter pullos iam adultos in nido plumas exuunt, & interim à pullis paſcuntur, donec vires, plumaſque recuperent. Cum enim ſenio viſum amiſerint, pulli notam naturaliter herbam colligunt, & excæcatis oculis illitu viſum reſtituunt.* Quæ paulo aliter apud quendam obſcurum leguntur, nempe ſic: Vpupæ pulli, cum parentes ſenuiſſe viderint, ita vt neque volare, neque videre queant, vetuſtiſſimas eorum plumas euellunt, & oculos eorum illinunt, fouentque ipſos ſub alis donec pennæ eis naſcantur, & oculorum renouetur acies; ſicque mutuam vicem parentibus reddunt. Celebrat ex antiquis eandem pietatem Orus Apollo hieroglyphicorum Ægyptiacorum interpres his verbis: *Cucupha* (ſic Vpupam vocat) *ſola ex mutis animalibus, poſtquam à parentibus educata fuerit, iiſdem ſenio confectis parem refert gratiam. Quo enim loco ab ipſis enutrita eſt, eodem nidum ipſis extruit, pennis eorum euulſis, cibumq; ſubminiſtrat, donec renatis pullis parentes ſibi ipſis opem ferre queant. Vnde & diuinorum ſceptrorum Cucupha inſigne, atque ornamentum apud Aegyptios eſſe ſolet.*

Vt parentibus viſum reſtituant.

Cucupha diuinorum ſceptrorum ornamentũ

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

Vpupa Luſcinia contubernalis.

VPVPA, inquit Suidas, contubernalem ſuam appellat Luſciniam, ſed contra fabula de Thereo in Vpupam commutato innuere videtur, ea enim Thereum, Philomelam, & Prognem gladio perſequi fingit, hoc eſt, Luſciniam, & Hirundinem. Nam & Olaus magnus bellum Vpupæ eſſe ſcribit cum Hirundinibus, item cum Picis, & Monedulis. Aelianus, & Philes Vpupam à dorcadis interfici ſcribunt.

Vpupa cum Hirundinibus pugnat.

PRÆSAGIA.

Vini copia, & bonitatis præſagium. a lib. 19. cap. 21.

ORVS Apollo Vpupam dici refert, ſi canat ante vitium tempus, hoc eſt, antequam vites germinent, inſigne ſimul bonitatem, & copiam vini prænunciari. Vulpes in herbis latitare importuno ſuo clamore indicare ſcribit a Olaus, atque ita etiam canes, ac cæteras beſtias abigendas exclamat. Idem author eſt pluuiam quoque gemitu indicare.

MYSTICA.

Vpupa quos deligeret. a In cap.

Vpupa pro meretrice. b lib. 2. aduerſ. Iou. c. 1. com. in Zach. c. 6.

SPVRCISSIMA Vpupa volucris, & in ſtercore humano nidificans, querula inſuper, lugubris, atque luctuoſa, eorum præfert ſpeciem, quos terrenis inhærentes, triſtici ſeculi grauat, item meretrices, & libidinoſos: vnde vrbanè lepideq; Tyndarus apud a Plautum Vpupam pro meretrice accipiens: *Itidem*, inquit, *huc mihi aduenienti Vpupa, quæ me delectet, data eſt. Quo in ſenſu b D. Hieron. agens de libidinoſis & quia, inquit, epulentus es pater familias in autarkijs tuis non Turtures, ſed Vpupæ nutriuntur, quæ tota fœtida voluptatis luſtra circumuolent.* Et alias explicans hæc Zachariæ verba: *Et ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum ſicut alæ ſunt Vpupæ*: poſtquam vocem Haſidam alijs Erodionem, alijs Miluum, alijs Epupam ſignificare oſtendiſſet. Quamcunque ex tribus auibus, inquit, intelligere volueris Haſidam, conuenit iſtis mulieribus Iudæ, & Iſraeli; quæ propter peccata potentia traditæ ſunt Dæmonum poteſtati, & ab eis ductæ in captiuitatem. Pierius Valerianus Theologos per huius alitis hieroglyphicum, hominem vitijs deditum ſignificare aſſerit, propterea quod nemo magis querulus, magiſq; mœſtus aſſiduè eſt, quam vnuſquiſque vir improbus, atque flagitioſus.

Vpupa hominẽ vitijs deditum ſignat.

HIE-

HIEROGLYPHICA.

QVAM piæ erga parentes sint Vpupæ, paulò ante scriptum est: quare sapientes illi Aegyptiaci Sacerdotes quotiescunque gratum vellent indicare animum, teste Oro Apolline Cucupham, hoc est Vpupam depingebant. Iidem Ægyptij eiusdem auis icone depicta præcognitam vindemiæ feracitatem, siue lætum vindemiæ prouentum significabant, lætitiam scilicet affuturam, vt in vite latius, explicat Pierius: apud quem aliud Hieroglyphicum habemus, cum lemmate EBRIETATIS REMEDIVM. Hominem, inquit, ebrietate laborantem, ac sibi remedium commiscentem significare cum vellent, Vpupam, & capillum Veneris herbam pingebant. Vpupa siquidem huius vescitur immodicè, ita vt plerunq; inde ebria fiat, ac simul ac se tentari sentit, capillo Veneris discerpto efficacissimè sibi medetur.

Grati animi typus.

Vindemiæ lati prouentus signum.

Ebrietatis remedium.

VSVS IN CIBIS,

VPVPA, inquit author Glossæ in Leuiticum, *quocunque nomine Hebraico appelletur, auis impura haberi debet, vel eo nomine, quod in stercore meretur, & si verum scribit Isidorus, etiam in sepulchris. Procopius inter aues noctis ac tenebrarum amicas, ideoque abdicandas mensis eam enumerat. Auis est lugubris, & luctum amans: quamobrem in lege prohibetur, quia seculi tristitia mentem operatur.* Sed quamuis edicto Dei vetitum sit carnes auium immundarum comedere; nos tamen Christiani, qui sensum præcepti cognoscimus ab earum esu non abstinemus, nam & Sues, quas inter Immunda quadrupedia Hebræorum lex censebat, comedimus; sed earũ tantummodo quarum caro dura est, fibrosa & excrementitia, inter quas an Vpupa enumerari debeat, adhuc dubito. Sæpè enim in foro venalem offendi, & à multis emi obseruari, & commendari intellexi, licet non me lateat, Rasim scribere carnem eius esse austeram.

Vpupa cur impura sit habita.

Quib. Christiani abstinent.

MEDICA.

MARCELLVS Vpupam cum pinnis exustam, & cinerem eius ex vino potui datum, colum sanare scribit. Rasis verò, *in puluere, pupa*, inquit, *est remedium contra morsum cancri* (canis) *decollatur autem & scinditur, & fit cataplasma super locum.* Cor Vpupæ Plinius laudari ait in lateris doloribus, Sanguine si illinantur tempora dormituri, Cardanus tradit mirabilia in somnis visurum. Multa de hoc sanguine & corde traduntur, quæ vt nimis superstitiosa & prorsus memoratu indigna sponte prætereo. Pennarum suffitus vermes expellit, Lingua obliuioso suspensa prodest. Corium impositum dolenti caput dolorem sedat. Oculus pro amuleto suspensus lepram sanat teste Rasc. Fertur eodem referente, si suspendatur dens hominis & ala Vpupæ dextra ad caput hominis dormientis, non expergisci, donec auferatur.

Cordis vis sanguinis.

Pennarum suffitus.

Corij vsus.

PROVERBIA.

EPOPA *cum Cignis certat*, prouerbium simile illi, *Pica certat cum Luscinia, Vespa cicada obstrepens*; quadrat in illos, qui certant longe impares cum superioribus desumptum est adagium ex hoc Theocriti:

Οὐ θέμις τὸν λαχὸν πόθ' ἁδονὰ χίσσαν' ἰριόδνιν,
Οὐδ' Ἐποπαν κόκκυξιν: ideſt,
Haud fas est Lacon, Philomelam prouocet vnquam
Pica: nec argutis Epopa obstrepat improba Cycnis.

Epopa cum Cygnis certat.

Illud quoq; meo iudicio prouerbialiter ab Aristophane prolatum est: τὸν πατέρ' ὄρνις ἐγέννασ' ἐκ τῶν ὀρνέων, ideſt, *Vpupam progenuit auis ex auibus*, similisq; videtur illi: mali Corui malum ouum, ideſt pessimi patris pessimus sæpè filius.

a In anil.

FABVLÆ.

Therei fabula.

DE Thereo Thracum Rege, quem in Vpupam mutatum, militaremque adhuc in capite criſtam gerere, & roſtro oblongiore enſem referre, quo habitu vxorem (vel Prognen vel Philomelam) inſequebatur, & quaſi adhuc filium quæreret, ſonare πῦ πῦ, fabulantur, in Phaſiano & Hirundine ſcripſimus. Aliam fabulam de Indica Vpupa his verbis recitat Aelianus: Indicam Vpupam duplo maiorem noſtra, & formoſiorem Indorum rex amores & delicias ſuas circumgeſtat, & eius venuſtatem ſumma admiratione frequenter intuens, magnam lætitiam, voluptatemque capit. Brachmanes verò fabulam huiuſmodi de ea narrant. Regi Indorum inquiunt, olim filius fuit minimus natu, quem fratres cæteri maiores, cum planè improbi, & iniqui eſſent, propter ætatem contempſerunt. Cùm verò parentes quoque iam ſenectute graues contumelioſè ab eis tractarentur, vt improbitatem eorum declinarent; aſſumpto filio minimo diſcedunt, ac fugiunt, & propter laborem in itinere moriuntur. Defunctos filius in ſui capitis, vulnere, quod enſe ſibi inflixerat, & ſepelit. Inſignem hanc eius pietatem conſpicatus, admiratuſquè Sol, puerum in auem formoſam admodum, & viuacem conuertit, criſta ſuper caput eius erecta, de ſepultis ab eo parentibus eadem in parte monumento. Talia quædam de Alauda etiam fabulantur Athenienſes, vt in Auibus Ariſtophanis apparet: qui fortè hanc de Vpupa Indorum fabulam, non ſatis quænam auis eſſet intelligentes, ad Alaudam (quæ & ipſa criſtata eſt) tranſtulerunt.

De Vpupa Indica fabula.

Indorũ Regis filius minimus in Vpupã.

Alauda vt cum Vpupa cõfundatur

DE PARIS IN GENERE.
Cap. XII.

Ordo.

PAROS auibus canoris accenſere quidem potuiſſem, maximè cum præter vermes ſeminibus etiam, ac in primis cannabino veſci ſoleant, ſed quia tamen vnum tantùm eorum genus, quod cæteris maius eſt, & pulchriùs, pro cantu in caueis ſeruetur, idque potiſſimùm à pueris ferè, vt alios ſui generis alliciant, & capiant, itaque paucula quædam, quæ vel ipſe in hiſce auibus obſeruaui, vel quæ ab alijs exarata hactenus vidi, hic poſt Hirundines, & Vpupam ſubiungam, eoq; maximè cùm harum in Hirundine riparia, niſi me fallit memoria, mentio facta ſit.

Paruis qui in caueis teneatur.

ÆQVIVOCA.

Caprimulgus q̃ auis a lib. 1. de aucup.

AEGITHALVS Græcis, vt dicemus, Parus eſt; apud Ariſtophanem Aegitàllus legitur l duplicato: vbi Scholiaſtes *Aegithalus*, inquit, *auis eſt de genere Accipitrum, ſic dicta quod capram fugat*. Verùm quæ capram fugere, vel mulgere dicitur auis nocturna eſt αἰγοθήλας Græcis dicta, id eſt, Caprimulgus. Aegithalus verò Parus non à capra dicitur, vt ſubindè patebit. *a* Oppianus tamen Aegithalum pro Caprimulgo imprudenter accepit, fortè quod heroicum carmen, quod vſus eſt, Aegothilæ vocabulum reſpueret. Suidas, & Varinus Αἰγίθαλος exponunt nomen auis, & ſaltationis genus. Alibi apud Varinum ſic legitur Αἰγιδαλος, & αἰγιλος herbæ ſunt. Pari piſcis meminit *b* Bellonius.

b Li. 1. de piſcibus.

SYNONYMA.

AEGITHALVS, inquit Hermolaus (Αἰγίθαλος) auis Aristoteli memorata, cuius tres species describit nos plures agnoscimus à Gaza vertitur Parus, & à recentioribus etiam Parix est Alberto, & alijs. In Campania, & alijs regionibus Parula vocatur auicula, cuius vertex nigricat coronæ specie, quæ an Pari species sit nondum perlospexi: Sic ille. Mihi eandem esse dubium non est, etsi tres, & fortassis plures vertice nigricent. Ægithalus autem non à capra nomen habet, quando Parum significat (nam cum Aegithela, id est, Caprimulgo, vt dixi confunditur) sed ab impetu fortassis, quo volando vtitur: nam & αἰγίδα, qui flatus est impetuosus à verbo *aissein* deriuari conijcio. Augustinus Niphus Italus Parum vulgò Parizuolam dici scribit, & rustice apud suos Parascium. In alijs Italiæ locis Parruza dicitur, in alijs, vt Ornithologus refert, Zinzin, & Orbesina nominatur, Parus communi pluribus speciebus vocabulo, Bononiæ Poligola, Gallicè Mesange, vel Speruoczolo, vt testatur Bellonius Gallus, Iacobus Syluius etiam Mesangam nuncupat: Sabaudicè Mayenche, Germanicè eis Meyse, vel Mayſz, Anglicè à Tit Mouse, Illiricè, ni fallor Sykora.

Parix. Parula quæ auis Campanie. Etymologia. Parizuola. Parascius. Poligola. Mesanga.

20

GENVS. DIFFERENTIÆ.

ARISTOTELES *a* tria tantummodo Parorum genera nominat, quorum primum appellat Fringillaginem, & ait esse maiorem, Fringillæ nempe parem, alterum monticolam dici, quia in montibus degat, & caudam habere longiorem: Tertium, ac postremum cæteris quidem similem, sed magnitudine sui exigui corporis discrepare. Ad hæc tria Parorum genera *b* Bellonius quartum adijcit, qui Parus palustris est Ornithologi: ego quoque quatuor genera obseruaui; Ornithologus septem, ex quo tres iconas

30 mutuabimur. Differunt, vt ex Aristotele liquet, magnitudine, & habitationis loco, colore item & caudæ longitudine. Est præterea genus vnum à cæteris capite cristato differens. Omnibus iuxta oculos maculæ albæ sunt. Vnguibus etiam omnes reptare & facilè, vbi volunt, adhærere possunt: ita vt ad nucem è filo eis suspensam adhærescentes comedant.

a 8. hist. c. 3 Fringillago Parus monticola. b l. 7. c. 27. Parus palustris. Vt differãt.

NATVRA. VOX. VOLATVS.

SVNT aues animosæ, potissimùm maior, & ad se defendendum strenuæ, pro sua magnitudine vocales, clamosæque. De voce Pari author Philomelæ ita canebat;

40 *Parus enim quamuis per noctem cinnitat* (aliàs tinniet) *omnem*
At sua vox nullis iure placere potest.

Tanquam Parus noctu canat, quod forsàn Para, vel Parra facit. Gregatim volant, & impetuosè.

Vox. Parra noctu canit.

LOCVS. NIDVS. PARTVS.

50 INarboribus degunt, nunquam vel rarò saltem terram petunt: quandoque verò humilibus stirpibus propius terram insidunt. Toto ann tempore in agris nostris, & apparent, & capiuntur. Ad Belgas, vt audio, & fortassis etiam Anglos statis temporibus accedunt quotannis sub Octobris initium, nimirum maior, & cæruleus cæteri, vt aiunt, eis incogniti sunt. Albertus in cauis arborum nidificare scribit, at non omnes id factitant: quædam enim species nidum miro modo ex arbore suspendit, vt post patebit. Oua plurima ædere ferunt teste *a* Aristotele.

Quando apud Belgas accedant. Nidificatio. a 9. h. c. 15.

VICTVS.

a 9.hi.c.3. b 9.hi.cap. 40. Api aſtra. Vt ab Hollandis paſcantur. Cur ſeuum Paris detur.

PARVS, inquit idem *a* Ariſtoteles, verſibus vermibus veſcitur, & *b* aliàs etiam apibus iniuriam inferre prodidit: vnde nonnulli apiaſtram eſſe coniecerunt, quæ nihilominus Merops eſt. Turnerus non ſolùm vermibus veſci, ſed & cannabino ſemine, & nucibus delectari aſſerit, eaſque roſtris ſuis acutioribus perforare; ſeuo item duo priora genera (Parum magnum & montanum) delectari, atque eo planè victu ab Hollandis in caueis paſci intelligo, ſemen autem cannabinum pedibus contentum roſtro dum perforant, ſonum ædere adeo ſonorum ac ſi fabrum agerent, qui malleum in durum aliquem aſſerem adigat; ſecum verò eis exhiberi, vt eius lentore fauces demulceantur, & ſuauiùs canant, cuius gratia incolas ferunt diligentiſſimè illis inſidiari Ornithologus muribus etiam veſci ſcribit, cute tantùm detracta obiectis, quod ſanè mirum videtur.

CAPIENDI RATIO.

Cur facilè capiantur. Hollandi vt Paros capiant. Meſeslagē vt ab apiarijs capiantur.

PAROS inquit Ornithologus, & Luſcinias audio ſtultas eſſe aues, & facilè capi, quod propter curioſitatem mox ad eum locum accedant, à quo aucupes abierunt. Amant verò etiam ſui generis aues, quare pueri aucupantes eos, vnum caueæ includunt, & propè eam vimen viſco illitum ponunt, ad quem cùm alij accedunt viſco affixi remanent, & in cibum cedunt. Hollandi pariter eos caueis, vt audio, capiunt, at longè aliter nam ſingulę duas habent decipulas ingenioſè admodum fabricatas, in quibus ſemē cannabis imponunt, quod cum vident allecti à Paro incluſo, & aucupe Pari vocem imitante, ſeſe in decipulis præcipitant, & carè ſepe venæunt. Eiuſcemodi caueas vernacula lingua Meſeslagen nuncupant. Quomodo ab apiarijs capiantur, docet his verbis Aęlianus: Guſtatu farinæ primum inebriati capite grauantur, denique cadunt, & abiecti volare non queunt, & facilè tolluntur ab apiarijs. Nocent enim apibus.

DENOMINATA.

QVEMADMODVM Græcis στρουθόπεδα hominem, cuius crurum tenuitatem notare voluerint, eodem modo Germani à Pari cruſculis Meiſenbeinle referente Ornithologo nominat.

VSVS IN CIBO, & Medicina.

Meisēbeinle qui Germanis.

PAROS non admodum delicatos in cibo eſſe ſcribit idem Ornithologus, apud ſuos tamen in cibum venire. Hic ſimul cum Fringillis, ſimilibuſq; alijs auiculis venduntur, & nihilo alijs deteriores habentur. Sunt qui Paro eandem facultatem tribuunt, quem veteres Ictero, vel Galgulo, vt ſcilicet renium morbum aſpectu patientis in ſe recipiat, illa ſanetur.

DE PARIS IN SPECIE, & primo de Paro maiori. Cap. XIII.

ORDO. SYNONYMA.

MAIOREM Parum, quia primò nominat Aristoteles, nos item primò in manib. assumpsimus. Hic a Philosopho Αἰγίθαλος πιζίτης, hoc est, vt vertit Gaza Fringillago nuncupatur, quippe quod Fringillam æquet. Et Ægithalis alter, inquit Athenæus (quasi verò duo tãtum sint genera) à nonnullis ἐλαῖος, ab alijs πιρίας (vox videtur corrupta: quidam vir doctus legit πυρίας) & Sicalis, idest Ficedula tẽpore quo ficus maturæ sint, alias Melancoryphus. Sed & alij Pari, præter Cæruleum, omnes melanchoryphi sunt. Propriè verò Melancoryphus dicta auicula est Atricapilla, tempore tantùm à Ficedula differens, à Paris plurimũ. Hanc verò Parorum speciem Itali Parisolam, vel Parussolam, vel Parisolam domesticam dicunt, item Orbesinam quanquam hæc nomina etiam alijs Paris communia sint, circa alpes Tschirnabò, circa Bononiam Poligola, Galli Mesange, aut Nonnette, Brabanti Gallis vicini, etiam Mesange, alij een Mese, Hollandi een Maes, aut Coelmaes, Germani superiores Spiegel meisz, Kolmeisz: quæ postrema vox Heluetijs parum alium minorem vertice nigrum significat. Ornithologus Spiegelmeisz dici ait à colorum pulchritudine, quibus distinguitur: Kolmeisz verò hunc parum interpretatur Turnerus, & Longolius, quasi parum carbonarium, ab atro colore capitis, qui vtrinque etiam à collo descendit per pectus, & ventrem medium. Nonnulli alij Germani appellant Brandtmeisz, similiter, vt vult Ornithologus, ab atro colore; aliqui grosse Meisz, idest, Parum magnum, Sabaudi Maienze, Lusitani Tintilaum, Turce Alà.

a 8. hi. c. 3.

Fringillago.

Melancoryphus.

Synonyma Italica, & aliarũ gentium.

Parus carbonarius.

Parus magnus.

DESCRIPTIO.

MAGNITVDINIS cum Fringilla par est, rectè Fringillaginem vocauerit Aristoteles. Coloribus quinq; elegantissimè variat, viridi, luteo, albo, nigro, & cæruleo; quorum luteus, viridis, & cæruleus potiores corporis partes occupant. Rostrum habet acutum & inscidentibus, subtilibusque lateribus, rotundum haud ad-

Magnitudo.

Color.

Rostrum.

Parus maior, seu Fringillago cum cannabe.



Caput. modum longum. Quæ totum caput integit Vitta, præ intenſo nigrore inſtar Corui reſplendet, qui per latera colli deſcendens ad guttur protenditur, illudque totum ſimili atro colore tingit. Tempora & oculorum ambitus albent. Inſuper & exiguam albam maculam conſpicere eſt verticis extremo, nempe vbi ater ille color renitens inficere deſinit. Lingua extrema in duas partes fiſſa eſt, quarum vtraq; denuò in exigua quaſi capillamenta ſubdiuiditur. Plumæ dorſi ſubuiridis ſunt coloris, pectoris verò & ventris flaui: ventrem tamen me-

Lingua. dium linea nigra in longum ducta ſecat. Bellonius alarum ſinus vireſcere ſcribit, quod in noſtrate Fringillagine non eſt videre, neq; huiuſce collum cinereæ tegunt plumæ, vt de ſua Francica idem tradit, ſed ſubuirides, quarum tamen radices cinereæ ſunt. Dorſum extre-

Dorſum. mum propter vropygium leucopheum, ſeu cinereum eſt. Alarum remiges maximè pennæ

Venter. extrema, extimaq; quæ ventri obuertitur, parte cyanei ſunt coloris, media ſubnigri, intima

Ala. albidi, ſed minimæ quæ dorſo proximæ ſunt contra, vbi maxime cianeæ ſunt illæ albent, reliquæ totæ nigræ. Quę rectrices cooperiunt plumulę ſubcęruleę ſunt, extremæ verò albam lineam per tranſuerſas alas ducunt. Bellonius pallere hanc lineam ait. Verùm hanc diuerſitatem, in qua ludere luxurians natura ſolet, inducere poteſt aeris, ac regionum, ſeu cali,

Cauda. ſoliq; diuerſitas. Cauda bifida partim cinerea, partim nigra, cuius extremæ, vtrinque pennæ duæ exteriori parte caudent.

CANTVS.

Parus non muſicus. TVRNERVS Parum maximum ineunte ſtatim vere cantiunculam quandam breuem, nec admodum iucundam exercere, alias mutum eſſe ſcribit, cùm propter cantus ſuauitatem ab alijs multis paſſim alatur, eumq; toto ferè anno continuet.

VSVS IN MEDICINA.

Motacilla ad calculũ vtili. ADVERSVS calculum renum Motacilla, ſeu Caudatremula vulgò dicta, furno ſiccata, efficaciſſima creditur. Iacobus Syluius idem præſtare ſcribit; quæ vulgò Gallorum Meſangua dicitur, id eſt, Parum, Ant. Mizaldus paulò aliter: Eaſdem, inquit,

Parus ſcõtra calculũ. quas veteres Galeritæ auiculæ vires ad colicos & nephriticos cruciatus, eaſq; probatiſſimas, tribuunt aliqui pulueri auiculæ, quam vulgus Meſengam vocat.

DE PARO INDICO. Cap. XIV.

EIVSCEMODI auicula, cuius copiam mihi fecit Excell D. Cęſar Fachinettus Marchio, Paro maiori ſiue Fringillagini congener videtur, licet nigram illam maculam prorſus non habeat. Tota tribus potiſſimum coloribus, ſi oculos excipias, conſtat, cæruleo, albo, & nigro. Vertex capitis, & collum totum ſunt coloris cærulei, at diluti: Guttur, pectus, atq; totus venter candidi. Alæ principio cęrulei ſed admodum diluti, cõtra rectrices pennę erant valde interſi, quem admodum item cauda, quæ longitudine totum corpus æquat. Pedes erant nigerrimi, & exigui. Oculorum pupilla nigra, iris lutea, retro quos maculam habebat nigram.

DE

Parus Indicus cum Araneo lauto.



DE PARO CAVDATO,

seu Monticola. Cap. XV.

PARVM Monticolam cognomine, vt vertit Gaza (παρὸν) appellat secũdo loco Aristoteles, quoniam in montibus degat, atque cauda ait esse longiore, quamobrem Parum caudatum vocauit eum Ornithologus, Bellonius philosophi exemplo Monticolam. Hallucinatur Turnerus, dum secundum Aristotelis Parum credit illum, qui cæteris minor est, & cæruleus, nam disertissimè hunc tertio loco nominat Ppilosophus. Quidam nõ inerudiri Germani Parum ἀνώνυμον, minimum quidem in Parorum genere esse aiunt, sed longissimam habere caudam. Videntur autem de Paro hoc caudato loqui, nam & Germanicè interpretantur Lagelmeisz & Pfannen stigliz à caudæ longitudine, sed Parus caudatus omnium Parorum minimus nõ est, & nescio quid in mentem ipsis venerit ἀνώνυμον vocandi, cùm Monticolam vocet Aristoteles. Itali appellant hoc etiam genus Paronzinõ; circa Bononiam Pulzonzino, circa Malalbergum Pendolino, quod nidum ex arbore suspendat. Galli Mesangue à la longe, queue, id est Parum longæ caudæ, à prolixitate cuius pariter apud Heluetios Schwantz meisszlin, aut Pfannestil dicitur, Berchmeisszle verò, quod loca montana frequentet, quasi Parus monticola.

Etymum.

Turneri error.

Parus anonymus.

Paronzino. Pendolino.

DESCRIPTIO.

NIGER est, inquit Ornithologus parte prona, albus supina, in medijs alis rubet, vt & circa ventrem imum, sed dilutiùs Bellonius soli huic inter Paros album esse ait verticem, quem colorem tamen expressa ab illo icon, vti neq; illa etiam quam ponit Ornithologus, exprimat.

Color.

Rostrum habet fuscum breuius, quam in vllo alio Parorum genere, acutum tamen & robustum. Oculi, vt in alijs Paris, supra quos linea, seu macula oblonga ab aurium foraminibus ad rostrum vsque procurrens conspicua est colore ferè castaneo. Collum

Rostrum. Oculi. Cælium.

Venter. *Dorſum.* *Ala.* *Cauda.* *Bellonij error.* *Fœmina à mare diſcrimen.* *Pedes.*

lum ſupinam ad dorſum atrum eſt, propè à roſtro ad ventrem vſque candicat intercurrentibus lineolis exiguis deorſum deſcendentibus nigricantibus, venter ad caſtaneum vergit, quamuis Bellonius album eſſe ſcribat. Dorſum eiuſdem eſt coloris, ſed intenſioris, vt in alis etiam, ſed quarum remiges nigræ ſunt, & in extremitatibus ſuis albæ. Cauda cum remigibus eiuſdem eſt coloris, ſed tãq; prolixitatis, vt retro per tergus ſuper caput poſita, hoc lõgitudine ſua vincat. Hanc Bellonius tradit eſſe, vt in Hirundine bifurcatam, quam tamen in icone ab ipſo poſita non videas, quemadmodum neque in mea, neq; in Ornithologi. Ait idem Bellonius Reguli magnitudine eſſe, quod ſanè verum non eſt, imò longè maior: eſt nihilominus exigua auicula. In fœmina omnia ſunt pallidiora & color illle tergoris caſtaneus, in hac fermè fuſceſcit. Pedes vtrique nigri, ſed quos fortè nimis exiles pictor meus expreſſerit. Habes hic vtriuſque iconem.

Parus caudatus, ſiue Monticola mas cum araneo viridi, & valeriana montana.



Parus caudatus, ſiue Monticola fœmina cum ape ſylueſtri, & ſtyrace.



LOCVS. MORES. VOLATVS.

MONTES incolit teste *a* Aristotele. Rarò inuenitur, nisi tempore frigido. Eisdem est moribus, quibus Fringillago seu Parus prior, sed syluas rarò deserit, neq; ad hortos tempore vernali, vt aliæ duæ species, accedit. Inquieta auis est, & certo loco residere nescit, at modò hanc, modò illam petit arborem. Volant gregatim deni & duodeni, & inuicem vocant. *a* 7. hist. 3.

VOX.

ALtum clamant & sonorè magis quàm cætera Parorum genera. Vox verò inconcinna non est, maximè tempore veris, quamuis Ornithologus eam inconditam esse scribat.

VICTVS.

VEscuntur vermibus, araneis, similibusque animalculis, & fortassis etiam seminibus, nam Bellonius acuto suo rostro arborum germina principio veris amputare tradit.

NIDVS. PARTVS.

IDEM Bellonius cæterarùm auium more nidificare scribit, nidumq; construere amplum ex musco, & plumis. Ornithologus verò, nidum, inquit, struit duos ferè palmos cum dimidio longum ex musco, & filis (araneorum, vt videtur) compositum, aditu semper angusto, inter frutices. Facit autem oblongum propter caudæ longitudinem. In genere Ripariarum (aliàs Patrarum, ego cum Ornithologo Parorum lego) *a* Plinius auis est, quæ nidum è musco auido struit, non quidem oblongum, sed pilæ figura tam absoluta, vt *a* L. 7. c. 25. Nisi figura. *b* L. x. cap. 33.



inueniri non possit aditus. Ego quatuor huius auis nidos obseruaui, earumque icones hic exhibeo. Constabant autem intus ex lanugine illa, quæ generatur in salice vetica, & populo, extra ex lino aut cannabe, quo etiam nidum auis ex arbore suspendit. Sed figuram fortassis auis mutat, nam vt plerunque vnus ei ingressus est, nonnunquam tamen sunt duo. Prior figuram calcei imitatur, alter thoracem. Audio & Mourier apud Gallos nominari quandam Pari speciem, exigua, atro capite reliquo corpore subcæruleo, vel cinereo, quæ nidum rotundum aditu gemino ad arboris alicuius truncum suspendat, & multa oua pariat, quamobrem suspicor secundum illum nidum huius auis esse, & non Pari caudati. Colonicnsibus pariter quædam auicula Vvyntepiker dicitur, ac si vini promum diceres, quæ

Mourier.

Vvyntepiker.

Nidi duo simul coniuncti ad formam thoracis.



consimilem pilæ modo nidum facit & ex arbore suspendit. Huiusmodi nidum Moersiæ sese aliquando reperisse mihi affirmavit D. Vvilhelmus Knauffius tunc mihi familiaris, nunc vt intelligo medicus Colonienſis, vir sanè in plantarum cognitione nō mediocriter versatus. Nidum verò quarto loco depictū detulit ad me R. Barthol. de Bassis Presbyter, à se inuentum anno 1592. die verò 15. Aprilis mirificè sanè structuræ. Figura erat oblonga mali pinei, longus duos palmos, latus vnicum rotundus: constructus ex varia admodum materia, nempè musco cùm arboreo tùm terrestri, erucarum seu bombycum syluestrium folliculis, aliaque consimili lanosa materia, & Gallinaceis plumulis, eo ordine ac arte, vt præcipua ac media operis formitudo, seu parietum textura ex musco illo viridi subluteo, villoso

Nidus consimilis nido Pari.



vulgari, & bombycina illa materia, tenacibuſq; qualia aerem ſuſpenſa, & ſereni cæli indicia deputantur, filamenta telis aranearum ſimilia volitant connexis implicitiſq; ſibi mutuo ita firmiter, vt vix vi diuelli poſſint: interiori verò capacitate latera omnia, fundumq; plumis, vt videbatur, erant obducta, ac ſuffulta, ad molliorem pullorum decubitum. Extima ſuperficies vndiquaq; muſci illius ac folioſi arboribus poſſim adhærentis fragmentis firmiter alligatis, erat munita ac loricata. Situs erat hic nidus inter vitē & maritam huic vlmum hædera circundante veſtitam, vlmo ipſo, fundo præſertim affixus. Parte antetiore, quæ ſolem orientem ſpectabat, eaq; ſuperna, vbi fornix quæ nidum æquabili ac reliquo nido ſimili coagmentatione concinnata obtegebat, exiguum foramen ſpectabatur, per quod vix parenti Paro ingreſſus patebat. Nouenos in eo pullos reperimus iam penè octiduum natos, capite ſatis magno, alis in medio dorſo pennis tenellis veſtitos, reliqua implumes, cauda tamen oblongiuſcula.

Nidus Pari caudati arbori affixus.



DE PARO CÆRVLEO. Cap. XVII.

ARISTOTELES quidem hunc Parum tertio loco nominat, sed peculiare nomen nō tribuit: ex eo tamen, quod magnitudine sui exigui corporis à prioribus duobus discrepare dicat, Ornithologus, Bellonius, alijque plerique viri docti de hoc loqui asseuerant; quibus ego insuper assentior, quā libentissimè. Solus vero Turnerus perperam Parorum secundum genus putauit. Latinè Parus cæruleus dici potest, quod solus cæruleo capite sit insignis. Italis appellatur Parussolin, vel Parozolino Bonon. Rospedino & Fratino, Hispanis & Lusitanis Chamaris, vel Alionine, vel Milcheiro, Gallis Marēge, vel Mesangebleue, vt Bellonius habet, Sabaudis Moyne, id est Monialis, Germanis teste Longolio Pimpelmeisz (ita etiā Germani inferiores, vt Hollandi vocant, vt audio) aut Meelmeisz. Heluetijs Blavvmeisz, id est Parus cæruleus: circa Norimbergam Bymeisse, quod apiculas deuoret, Anglis Theles Titmous.

48. hi. c. 3.

Turneri error.

DESCRIPTIO.

EXIGVA est admodum auicula, & vix Regulo maior. Rostrum ei est teres, & breuiusculum, pusillum & acutum. Capitis vertex cæruleo colore, seu azurro decorus, maculatum albo interstitium oculorum, & vtrunque rostri latus. Oculus præterea vterque albo circulo circundatur. Cæruleum verticis colorem alba lineatorum caput cingens claudit, ad oculorum canthum minorem seu exteriorem, vtrobique protensa. Hanc denuò color pulchellus qui verticis, cyaneus excipit colli principio. Collum verò medium alba nota maiuscula tinctum est. Dorsum totum cinereo ad viriscentes ornatur colore. Pectus supremum flauescit, venter infimus albicat, radicibus plumarū nigris. Pediculi plumbei sunt coloris atque subcæruleo colore fusci Cauda tota cærulea. Alarum remiges, quæ integunt plumæ extremo albentes lineam candidam transuersum ductam, cōstituunt. Apparet circa principium Autumni in Gallia, & tota hyeme conspicitur, nam per æstatem degit in syluis, apud nos verò etiam æstate passim apparet. Parum carnis obtinet, & vix Regulo ipso est carnosior. Oua quamplurima ædit. Turnerus Anglorum Titmoum oua parere circiter sedecim scribit, atque inde etiam paruas mulieres fœcundas eiusdem auiculæ nomine vulgò appellari.

Magnitudo.
Rostrum.
Caput.
Oculi.
Collum.
Dorsum.
Pectus.
Venter.
Pedes.
Cauda.
Ala.
Partus.

Parus Cæruleus cum nuce myristica, & vespa.



DE PARO PALVSTRI. Cap. XVIII.

Paronzino parus paluſtris.

IN vallibus prope Malalbergum in agro Bononiẽſi huiuſcemodi pari genus Paronzino vocãt. Arbitror autem eum eſſe, quem Ornithologus Parum paluſtrem nuncupat, & Bellonius quartam Parorum ſpeciem. Parus paluſtris, inquit Ornithologus. Germanicè ein Murmeisz aut Riet meisz, noſtris Kol meisz, cum alij genus præcedens Parũ atrum, de quo ſubindè agam, ſic appellent. Capite prorſus nigro eſt, cùm ſuperior in medio per occipitium maculam albam habeat. Pectus & venter albicant, crura roſea ſunt, vt pictura indicat. Dorſum & cauda fuſca, aut ferè cinerea: vnde etiã Aeſchmeisle à quibuſdã appellatur, ab alijs Kaatmeszle, fortè quod circa cœnum, & paludes degat. Habet etiam aliquid ruſſi in ſupremo dorſo, vt pictura Argentoratenſis præ ſe fert. Ego cum captum nuper Parulum Carbonarium, ſiue Atricapillum noſtrum inſpicerem, deprehendi illum paulò minorem eſſe cæruleo Parulo, corpore fuſco ad cinereum vergente, macula nigra continua per totum caput medium inſignem, vtrinq; candicantem; ventre è cinereo albicãte; cauda magis, quam vertex nigricante, cruſculis ad cæruleum inclinantibus. Turnerus hanc auem Iunconem (Schœniclon) Ariſtotelis facere videtur, & Paſſere arundinario non diſtinguere. Hæc omnia ille.

Caput.
Color.
Magnitudo.
Color.
Caput.
Iunco ſuis paſſere harundinario

Parus paluſtris cum miryophillo aquatico.



DE PARO ATRO. Cap. XIX.

BARVM atrum, inquit idem Ornithologus, appello, quem plerique Germani Kolmeisz, id est, Parum carbonarium nominant, quanquam etiam Parum maiorem Saxones, & alij quidam similiter appellant. Alba macula ei infra oculos est, & alia in occipitio, reliquum caput atrum, venter luteus, crura fusca. Nostri non hoc, sed palustre genus. Pari, de quo iam dicetur (de quo nos vltimum diximus) carbonarium cognominant. Hæc de hac auicula ille. *Parus carbonarius.* *Caput.*

Parus ater Ornithologi, cum nucis fructu aperto.



DE PARO CRISTATO. Cap. XX.

Parus cristatus.



Parus cristatus.

DEPINGIT idem diligentiſſimus auiculam criſtatam, quam Parum criſtatum nuncupat, atque de ea ſic ſcribit. Parus criſtatus nigro eſt capite cum paucis punctis albis, criſta retrò extenſa, corpore prono fuſco, pectore albo, cruribus cinereis. Germani à criſta vocant Kobelmeisz, Struzmeiszlin, vel Heubelmeisz, & Heidenmeisz, Galli Meſangue Hupèe. Minor eſt Paro maiore, montano par magnitudine.

Kobelmeisz.

DE SYLVATICO PARO. Cap. XXI.

Caput. Nomenclatura.

DE hoc Paro, cuius pariter iconem ab eodem Ornithologo ſumus mutati, ſicait: Hic quoque Parus perquam exiguus eſt, macula per medium verticem rubente cõſpicuus, partibus vtrinque nigris, cruſculis fuſcis, alis nigricãtibus, & cauda quoque extrema; reliquo corpore viridis, dilutiùs in ventre. Noſtri à ſyluis in quibus degit, præſertim circa abietes & iuniperos, vocant Vvaldmeizle, Thannenmeiszle, aliqui minus propriè VValdzinzsle; alij à voce Zilzelperle. Cantillat enim Zul Zil Zalp. Turcæ, vt audio, Agulgulſin. Auceps quidã apud nos aliquando aluit, ſed mutam. Hæc ille.

Parus ſyluaticus.



DE MOTACILLIS IN GENERE. Cap. XXII.

a 8. hi. c. 3.

QVAMVIS teſte M. Varrone Motacilla dicta ſit, quòd ſemper caudam motitet; idque pluribus etiam præter eas, de quibus hic agemus, commune ſit (Iunconi nempè, Cinclo, & Tringæ his enim teſte a Philoſopho cauda motitat, & Albicillæ, vt de ſuo addidit Gaza, cum alioqui in Græco contextu nihil ſit, quod Albicillæ reſpondeat) itaque Motacillę etiam dici poſſint, tamen hic de alba, & lutea priuatim, de vtraque in genere, quod vtraque in ſectis, muſciſq; victitet, agemus.

ÆQVI-

ÆQVIVOCA.

SYLVATICVS videns Aetium laudare Passerculum Troglodytem aduersus calculum renum & vesicæ, eamdemque facultatem attribui Motacillæ, imprudenter admodum hanc cum illo confudit, dum scribit: *Tragulidantes Arabicè, Græcè Safurion, Latinè Caudatremula, auis est omnium minima, quæ lapidem de renibus, & vesica expellit.* Corrupit bonus ille vir, vt apparet nomina, Tragulidantes scribens, cùm Troglodytes scribere debebat, (vetus Auicennæ interpres habet Adrunculudidos) & Struthon, vel Struthion, id est, Passerem, in Safurion, vel Safarahum conuertit. Et cùm Aetius scribat circa sæpes & muros versari illum Passerculum, barbari isti & imperiti Arabum sectatores, circa piscinas, & parietes reddiderunt, & cùm caudam erigere dicere deberent, mouere illam dixerunt. *Syluatici error. Tragulidütes. Safurion. Caudatremula. Adrucundidos.*

SYNONYMA.

IIDEON vel Iideoni Rabbi Salamon diuinum intelligit, qui vtitur osse animantis, quod Iadu vocatur. Ita Kimhi etiam: Sunt qui Motacillam putent. Kiranides Σεισοπυγὶς, inquit, est Passer, qui iuxta riuulos aquarum, & torrentes inuenitur, cauda semper mobili. Apud Hesychium & Varinum legitur Κίλλορος, Σεισοπυγὶς. [a] Seruius cillere Latinis mouere esse ait. Quidam Cinclum & Sisopigida accipiunt pro eadem aue, vt apud Hesychium & Suidam legimus. Iyngem quoque aliqui eum Sisopygide implicant. A Syluatico imperitè Sisofigius scribitur, & multò imperitiùs Merula exponitur. In lexico Græcolatino etiam Σισυρα legitur, idem quod Σεισοπυγὶς, Σισυρα, & κολοιὸς α. nomina sunt Græciæ nostro tempore vsitata. Italis vulgò Codatremula dicitur, Cotretula, Codacinciola alibi Cogiuuanella & Titispisa, quæ synonyma leguntur apud Scoppam Italum. Inuenio etiam Couatremula, Squassacoa, Scussacoa, Ballarina, quamuis nonnulli postremum illud ad Motacillam albam priuatim referant. Venetis quædam auis Vcciello di neue vocatur, id est, auis niuis, Pispissa Siculis per onomatopœiam. Hanc eandem esse conijcio cum Moracilla, nam & Hispanicè Aguzza neue, hoc est auis niuis appellatur, ni fallor, & Petzpitalo, Hyeme autem per vicos apparet, nunquam quiescit, cauda semper tremit, colore vario, æqualis Passeri, aut minor, gracilis. Eandem pariter Nicolaus Massa describere videtur, cuius verba mox recitabo inter remedia ex caudatremula ad calculos. In Gallia Narbonensi Guignecue, & alibi Battemare. Apud Hollandos Quickstaert. *Iideon. Seisopygis. a In lib. 2. Georg. Ciliere quod Sisofigius. Synonyma Italica, & aliarum nationum. Vcciello di neue. Pispissa.*

LOCVS. VICTVS.

MVscis vesci omnibus Motacillis commune est, quamobrem vbi illæ abundant, vt circa aquas, & pecora versari solent.

MEDICA.

CAVDATREMVLÆ, id est, Motacillæ cinerem in medicina administrari scribit Nicolaus Leonellus Fauentinus lapides educere putat, & alibi, *aduersus lithiasin*, inquit, *prodest auis, quæ Caudatremula dicitur: cuius mira vis in atterendo calculo. Ea pennas habet circa dorsum colore auri* (imo vt Aetius refert, Passer Troglodytes Regulo similis est in multis, nisi quod in fronte auricolores pennas non habet) *& in cauda puncta alba. Et quidam putant, quod sit Parix. Sed potius videtur illa quæ vulgò dicitur Caudatremula, & præparatur sic. Auis hæc cum pennis suis, vel vt alij volunt, absque pennis* (Aetius cum pennis) *olla obstructa inclusa in furno torretur. Eius puluueris drachma vna, vel altera datur cum aqua saxifragia, aut vino albo generoso.* Nicolaus Massa eandem etiam his auibus contra calculum facultatem tribuere videtur, dum scribit: Inter aues, quæ eduntur, sunt etiam Caudatremula, [a] *Cineris vsus. a In epist.*

quæ frequentiſſimè ad nos(Venetias) per hyemem accedunt. Non ſunt autem illæ, quas lapides in renibus, & veſica frangere dicunt. Hæ enim ratò ad nos aduolant. Inueniuntur tamen aliquando, nimirum hyemis tempore, cum boreales venti vigent, & ſunt paruo corpore, colore cinereo, alis rubro & nigro colore hinc inde diſtinctis. Quare videant, qui has aues ad frangendum lapidem venantur, & ſimilitudine decepti in caſſum laborent. Hæc ille Ornithologus etiam ex libro Germanico manuſcripto ad calculum veſicæ Motacillæ genus, quod à luteo colore denominatur Germanis Gael Bachſteltzen in olla vri refert cum plumis, tum ſanguinem ceruinum ſimiliter in olla toſtum admiſceri, & è vino potente propinari vtiliter. Poſtremò Arnoldus Villanouanus in capite de calculo renum laudat hanc auem, vt citat author Luminaris maioris, & ego quoque, inquit, mirabilem eius experientiam vidi. Reperitur autem apud nos frequens æſtate ac hyeme: ſed æſtate non verſatur in ciuitatibus; hyeme verò frequentat ciuitates & piſcinas: Lombardis vulgò Caudatremula, aliquibus Bouerina dicitur. Alexander verò Benedictus exiſtimat hoſce recentiores pro Caudatremula Paſſerem Troglodyten intelligere, quaſi Motacillæ vis lapides frangendi non ſit. Ornithologus parum referre putat, quæ nam auis comburatur, cùm cineris propè omnium vis eadem videri poſſit. Prætulerim tamen, inquit, ea auium genera, quæ inſectis veſcuntur, vt muſcis, formicis, & ſimilibus. Cinis quidem etiam ex alijs quamplurimis remedijs in animalium, & ſtirpium genere, ad lythiaſin commendatur.

Gael Bachſteltzen.

Quando ad vrbes accedat.

Bouerina.

Cinis auiũ omniũ ad calculum prodeſt.

DE MOTACILLA COMMVNI, quam vulgò albam vocant. Cap. XXVIII.

THEODORVS Gaza auiculam Albiculam appellare videtur, nam vbi apud *a* Ariſt. legitur: *Cinclus, Iunco, & Tringa, quæ inter minores hoſce maiuſcula eſt; Turdo enim æquiparatur.* Albiculam etiam nominat, cùm alioqui noſtris exemplaribus Græcis nullum ſit nomen, quod ei voci reſpondeat. Bellonius non ſolùm Motacillã vocat, ſed Cnipologon etiam Ariſtotelis, id eſt Culicilegam cognomento cinerem, vt à ſequente diſtinguat: Addit & Suſurradam vocari, ſed qua dialecto non explicat. Turnerus quoque prius Cnipologon Ariſtotelis eſſe exiſtimabat: Culicilegam, inquit, eſſe iudico auiculam quam aliqui Motacillam nuncupant. Poſtea in epiſtola ad Ornithologum, Culicilegam Ariſtotelis, inquit, vidi in terra Bergenſi. Tota cinerei coloris eſt, & ſpeciem habet Pici Martij. Illa verò, quam Culicilegam eſſe putabam, eſt variola, niſi fallor. Decepti autem fuerunt viri iſti clariſſimi ex Verſione Gazæ, qui alibi apud *b* Ariſtotelem pro Cnipologo Culicilegam vertit nimis curioſè, nam quamuis Cnips, vel Snips apud Græcos quandoq; culicem vel inſectum volucre ſignificet, nihilominus certum etiam eſt coſſos, id eſt vermes, qui lingua erodunt κνιπας dici, & Picos (de quibus ibi agit Ariſtoteles, & minimum inter eos proprio nomine κνιπολογον nominat, & lignipetam, vt cæteros Picos eſſe dicit) coſſis vermiculiſq; magis quam culicibus victitare. Italicè hæc auicula, vt ad Motacillam reuertamur, Ballarina, quaſi ſaliens dicitur, in agris noſtris Codatremola, circa lacum verbanum Geron, Luſitanicè Aueloa, quamuis alij Motacillam flauam ſic nominari velint. Bellonius Gallis Lauandiere dici ſcribit, quoniam circa aquas iuxta mulieres lotrices verſetur, vel quod ſimiliter vt illæ, podicem aſſiduè agitent. Circa Monpeſſulum Enguane paſtre dicitur, fortè quia ad pecora, quæ paſcuntur propius accedit, vt ad hominem quoq;, vt aiunt, Sabaudicè Colapa, Germanicè ein Vvyſſe aut Gravve Vvaſſerſteltz, id eſt, alba aut cinerea Motacilla, à nonnullis Begeſtertz, vel Vvegeſtertz, alibi Kloſter freuvvle, id eſt, Monialis, ab albi & nigri colorum diſtinctione; Anglicè, Vuagtale; Belgicè Quickſtaert.

a 8. hi. c. 3.

Albicula.

Cnipologos

Suſurrada.

Variola.

b 9. hi. c. 4.

Gazæ error Cnips, vel Snips quid Gnipologus, quæ auis.

Lauãdiera.

Monialis.

FOR-

FORMA. DESCRIPTIO.

AVICVLA est oblonga, vertice collo superiori, & pectore nigris, dorso cinereo, rostro longiusculo, tenui, nigro, gula candida, ventre toto candido. Alæ primùm cinereæ, dein ex albo & nigro variæ, quemadmodum etiam cauda, quæ oblonga est; Tibiæ & pedes fusceſcunt, & longiusculi sunt. Fœmella vertice est cinereo, gula luteoſcente, cætera mari similis. Figuram fœminæ habes sequenti pagina.

Color.
Rostrum.
Alæ.
Cauda.

Motacilla mas cum alno.



LOCVS. VICTVS.

VERSATVR circa aquas, vt diximus, sicuti ac ripas fluminum, vbi muscas captat, & vermiculos; quin & aratrum vermium causa sequitur, quos versat & exhibet cum gleba aratrum. Pecora amare quoque existimatur, quòd prope ea, fortè propter muscas circumuolitet. Albertus Cuculum scribit aliquando in huius auiculæ nido parere, & Ornithologus refert aucupes apud suos obseruasse Cuculi pullum ob hac eadem auicula nutriri.

Mota-

Motacilla fœmina cum ramo ambaris.



DE MOTACILLA FLAVA. Cap. XXIII.

Nomina.

MOTACILLÆ, inquit Ornithologus, quam flauam à colore imi ventris appellamus (collum verò inferius insuper flauũ est) nomina conueniunt quæcunq; superiori flauæ tantùm differentia adiecta. Priuatim tamen à Gallis nominatur Bettequeue, nõnullis Bettelleſſifue, Battemara Italis Corremula, Sabaudis Aſſecue, vel Hauſſecue, Turcis Belbek. Hæc ille, & in Epitome rurſus: Motacilla, inquit, flaua quam aliqui Florum eſſe putant: huic quoque nomina conueniunt, quæcunq; ſuperiori, flauæ tantùm differentia adiecta, ſed habet etiam peculiaria ſibi nomina. Bellonius Gulicilegam vocat alteram Ariſtotelis, ſuperiorẽ diſtinguendi cauſa cineream vocans. Gallicè dicitur Bergerette, vel Bergeronnette iaulne, vt ſcribit Bellonius, quod paſtorum inſtar pecora frequente, Germanicè Gelbe Vuaſſerſteltz.

Florus.

DESCRIPTIO.

Magnitudo

IDEM Ornithologus hanc auiculam ſic deſcripſit. Auis eſt magnitudine Pari maioris. Caudam ſemper mouet, quæ ei bifurcata eſt (contrà tamen icon eius, & mea etiam indicant) reliquo corpore multò longior, pennis longioribus octonis condita, quarum duæ extremæ vtrinque tres diſcretos colores, habent, plurimum alibi, minus nigri, minimum lutei: interiores verò, itidem vtrinque duæ nigricant cum pauciſſimo luteo ſunt & paucæ in medio breuiores. Roſtrum longiuſculum, rectum gracile, nigricat. Cranium molliſſimum. Venter albicat cum pauciſſimo luteo, qui color initio caudæ inferius intenſior eſt, vt & ſuperius propè vropygium color, ex luteo, & viridi mixtus conſpicitur. Caput & dorſum fuſca ſunt. Pennæ in alis nigrant, in medio per tranſuerſum albicant, præter extremas, quæ totæ nigræ ſunt. Alæ ſunt breues, caput pro portione parvum, cruſcula fuſca.

Roſtrum.
Cranium.
Venter.
Caput.
Dorſum.
Alæ.

LOCVS.

LOCVS. VICTVS. CANTVS. VSVS.

DEgit ijſdem locis, quibus alba Motacilla, quã migrare aiunt, & hanc apud nos manere Vtraque ſequitur armenta & pecora, nimirum propter muſcas, quibus victitant. Caueis non includũtur; licet tamen apud Germanos in hypocauſto alantur. *Contra calculum.* Ab Accipitre perſequente ſi euaſerint, egregiè cantant, tanquam ſibi de ſalute gratulantes. Aduerſus calculum ad remedium torretus Motacilla ollæ incluſa in furno, vt ſuprà ſcripſimus. Sunt qui flauam in hoc remedio præferant.

DE MOTACILLA FLAVA ALIA. Cap. XXV.

ALIA eſt Motacilla flaua, quam pariter in agro Bonon. quandoque capiunt, infrà à gula ad podicem vſque intenſiùs, quàm præcedens flaua, capite veiò, & dorſo fermè ferruginei coloris, qui color etiam principium gulæ tanquam torquis quædam ambit, ſed paulò dilutior, mentum albicans macula velut barba cana veſtit. Alæ quà dorſum tangunt, etiam ferrugineæ, coſtæ earum, & plumæ, quæ rectrices cooperiunt, & ipſæ inſuper rectrices nigræ ſunt, ad latera luteæ. Roſtrum eſt gracile, atrum, longiuſculum, in extremo parum recuruum. *Color.* Caudæ pennæ nigræ ſunt, ad latera leuiter albeſcunt, orrhopygium flauum eſt, pedes fuſci, vngues longiuſculi, & ſatis recurui. *Cauda.*

Motacilla flaua altera cum gramine tremulo Tabernamont, item cum muſcæ ſpecie.



DE SPIPOLIS DICTIS. Cap. XXVI.

Spipola. EIVSCEMODI auiculas, quas ſubinde deſcribemus, & depictas exhibebimus, aucupes noſtri Spipolas nuncupant, & caudam motitare inquiunt. Prior, quæ cæteris in hoc genere maior eſt, capite eſt leucophæo, ſiue cinereo. Sub roſtro tamen alba macula, ceu barbam conſtituit; pectus rubicundum eſt; venter ex rubicundo, & albo variat. Cauda ſupra nigra eſt, infra candicat; dorſum leucophæum. Alæ totæ ex nigro, albo & ruffo variant, crura & pedes lutei, vngues nigri, roſtrum longiuſculum, gracile, fuſcum.

Color.

Spipola maior cum vitice.



Altera magis, quàm ſuperior, ad cinerem vergit. Differt autem ab illa, quòd pectus rubicundum non habeat, ſed maculis fuſcis deorſum deſcendentibus interſtinctum. Eſt autem pronè minus, quàm ſupinè cinerea, quinimò venter ferè albeſcit: retrò oculos macula eſt maiuſcula ad ferrugineum quodammodò accedens. Alarum pennæ rectrices, & quæ eas obueſtiunt, nigræ ſunt ad latera, & in extremitatibus cinereæ, crura, & pedes fuſceſcunt: cauda cinerea eſt.

Alarum.

Tertiam in hoc ordine alij Spipolam, alij Boarinam nuncupant. Auicula eſt ea qua vides magnitudine, tota ferè ex albo luteſcens, in alis intenſiùs, quàm alibi, roſtrum, & pedes fuſceſcunt.

Boarina.

DE

Spipola altera cum Iunco leui, item cum muſca.



Spipola alba, ſiue Bouarina cum cerro Rouilij, & papilione.



DE STOPAROLIS VVLGO DICTIS. Cap. XVII.

Stoparola. AVCVPES noſtræ vrbis auiculam, cuius modò pictura exprimitur, neſcio quo ſignificato, niſi fortè à ſtipulis, quas Stoppiam ruſtici vocant, Stoparolam vulgò dicunt. Auicula eſt ex muſcicaparum, ni fallor, genere, pectore & ventre ferè candido: capite, quod maculis nigris conſpergitur in vertice, collo, tergore, atque cauda ſubfuſcis, alarum remigibus nigris, nigris item reliquis earum pennis ſed ad latera ſubluteis, tibijs ac pedibus nigris, exilibus, roſtro longiuſculo, acuto, nigro.

Stoparola vulgo cum laburno Plinij.



Eiuſcemodi verò auiculam, cùm die 24. Iunij anno verò 1592. aucupes eam noſtri cæpiſſent, nomenque ignorarent, ego cum nulla omnium auium, quas depictas habeo, maiorem habere ſimilitudinem aduerti, quam cum iam poſtremò deſcripta ac depicta. Auicula eſt magnitudine Motacillæ, & illius, quam magnaninam & Paſſerem ſtultum vocari dixi: roſtro oblongo, acuto, recto, ſupra tamen parumper decliui, nigro ſuperius, inferiùs corneo, collo, pectore, & ventre pallidis: oculis exiguis, hilaribuſq; pupilla nigra, circulo albo, maculaque circa ipſos obſcurè conſpicua, fuſca, pedibus plumbeis.

Auis consimilis Srupparolæ, & Magnaninæ.



DE MVSCICAPIS.
Cap. XXVIII.

MOTACILIS Muscicapæ siue Muscipetæ auiculæ dictæ à muscarum venatu, quia eodem pascũtur victu, iuremerito subnectẽtur. Oppianus Βυδύτας aues imbecillas viſco capi prodidit. Non ineptè quispiã meo iudicio iudicet eiuscemodi aues de Passerum, ideſt, paruatũ auium genere esse, atq; ita dictas, quod circa boues volitent, quemadmodum verisimile etiam est hasce auiculas muscis victitantes, nam prope boues, & armenta horum insectorum copia plerunq; existit. *Ordo.* *Budita aues quæ. al. 3 Ixeu.*

Quam priori loco damus depictam in agro nostro à persequendo boues vulgo Boarolam siue Boarinam nuncupant. Auicula est oblonga, rostro etiam oblongo, ex fusco rufescente: colore per totum dorsum & caput ex plumbeo, cinereo & subluteo mixto. Gula & venter totus candicant, pectus vero nigris maculis distinguitur. Alæ ex nigro, lutescente, alboque variæ. Cauda longiuscula, nigra, ad latera alba, Tibiæ & pedes nigricant. *Boarola.* *Boarina.* *Color.*

Eiuscemodi exiguam auiculam nostri aucupes Chiuin dicunt, Genuenses, vt audio, Borin, quasi Boarin, vt conijcio, quod circa boues degat. Regulo paulò maior est. Rostrum ei gracile, & acutum, infigendis muscis perquàm idoneum. Caput superiùs, sicuti collum quoque ac dorsum colore cinereo diluto: caput inferiùs gula, pectus, & venter ex albo ad luteum tendunt, dilutiùs tamen in pectore, & ventre. Alæ superiùs leucopheæ, inferiùs eiusdem coloris, sed dilutioris; vropygium album; cauda, quæ duodenis pennis constat tres digitos longa eiusdem cum alis coloris. Pedes, & crura spadicei, vnguiculi oblongiusculi & graciles. *Chiuin.* *Boarin.* *Rostrum.* *Color.*

Boarina cum muſca & Carcapolide muſcæ ſpecie.



Borin Genuæ cum rubo.



Tertio loco poſitam aucupes noſtri vulgò Pigliamoſche nuncupant, ideſt, muſcipetam, quòd & ipſa muſcas capter. Auicula etiam eſt parua, colore etiam à ſuperioribus diuerſa. Caput, collum ſuperius, dorſum & alæ percurrentibus lineolis, ſeu oblongis punctulis ferrugineis nigricant. In collo macula alba eſt velut torquis, item alia in medio alarum. Pectus ex ferrugineo rubet, venter ex luteo albicat; roſtrum gracile, atrum; pedes item nigri, in ſumma pulchra eſt auicula. Icon ſequenti pagina exprimitur.

Huic

Muſcipeta cum carpino albo.



Huic poſtremò præcedenti omninò cõgener, & fortaſſis in hoc genere mas fuerit, quam hìc quarto loco depictam cernis. Pectore enim & ventre egregiè rubet, roſtrum gracile eſt, & nigrum, nigra etiam macula mentum conſtituit. Caput, collum & dorſum ex rubro & nigro varia, ſicuti etiam alarum initium. Pinnulę quæ rectrices cooperiunt, ad latera rubent, quemadmodum quoq; & ipſæ remiges, ſed quæ in extremo candicant. Cauda breuiuſcula, nigra, neruis & lateribus albis. Crura & pedes nigri. Aucupes Montanellum, & Montanarum vocant. Arbitrabar Oenanthen eſſe, ſed poſtea melius examinata auis natura, quia inquam muſcas venari audirem, Muſcipetis adjunxi.

Montanellus Bononienſium cum œnanthe, ſiue labruſca.



Magnanima. Muſcipeta etiam eſt, quam quintam in hoc ordine collocamus. Aucupum alij Magnanimam quaſi fabri munus obeuntem, fortè quod roſtro ſonorè tundat, dum muſcas capit, alij Paſſere matto, id eſt, Paſſerem ſtultũ nuncupant, fortè à colore, qui ferè ad ſpadiceũ accedit, vel potiùs quòd facillimè ſeſe capiendã præbeat. Auicula eſt magnitudine Paſſeris, roſtro longiuſculo, tenui, acuto, nigro: pronè ad ventrẽ vſq; ex albo cinerea, ventre albicat: retro oculos notabilis macula eſt coloris fetmè caſtanei, quo colore vertex quoq; cõſpicitur. Alarũ pennæ maiores nigricant; cauda colore eſt minus, quã dorſum ſpadiceo, crura & pedes ſanguineſcunt, vnguiculi nigricant.

Passer matto. *Color.* *Magnitudo.* *Alæ.* *Cauda.*

Magnanima vulgò dicta cum macalep, & muſca.



Gickerlin. *Guckerlin* *Grienuogelin.* *Glareana.* *Color.* *Roſtrum.*

Ornithologus eiuſcemodi auiculam muſcis victitantem Germanis Gickerlin, vel Guckerlin, Grienuogelin nuncupari ſcribit, & in epitome, Latinè inquit, ſi libet, Glareanam vocemus. Eſt. n. Glarea, quod Griẽ Germania dicitur, hoc eſt, minutiſſimi lapilli, & arenę in ripis, & littoribus. Hãc auiculã quoq; circa pecora, & armenta verſari ait, quoniã muſcarum genus, vt ſæpe ſignificaui, circa illa abundet. Antè hyemem plurimas ſimul collectas auolare: colorem ei eſſe per dorſum fuſcũ, partim ex fuſco ſubviridẽ, vt in lateribus quoq; & parte alarum: pectus maculis nigris diſtingui in albo ventrẽ ſine maculis albicare; in cauda ſuperiùs, & maiores alarum pennas nigricare: crurum colorem roſeum eſſe: roſtrum rectum, & reliquam ſpeciem, vt in pictura apparet; quàm ſicut ipſe à pictore Argentoratenſi accepiſſe ſeſe ſcribit, ego etiam hìc appoſui. Milio quoq; pingueſcere ſeſe audiuiſſe teſtatur.

Glareana Ornithologi.



Idem Ornithologus de alia auicula, quæ & ipsa muscis inhiat, sic scribit: Auicula parua aliquando circa vrbem nostram capitur, rostro tenui, recto, acuto, nigricante: Paro minor, colore fusco; alis, cauda & cruribus nigricantibus; in alis tamen medijs maculæ transuersæ albæ sunt. Aucupes quidam nostrates nominant eam Todtenogele; fortè quòd imminente pestilentia frequentiores, & propius ciuitates appareant, & Flungenstecherlin, id est muscipetam. Solis enim muscis victitat, vt Hirundines, quibus etiam rostrum simile gerit. Solitaria semper est, & alas subinde motitat, per arbores semper irrequieta volitans, &c. In epitome arbitratur Bellonium pro Batide Aristotelis pingere, de qua nos mox, icone etiam 10 picta agemus.

Rostrum.
Magnitudo
Color.
Todtenogele.
Flügelthecherlin.
Mares.
Batis auis.

Circa Argentoratum eodem Ornithologo referente Vvydengunkerlin appellatur, quam hìc penultimo loco depingimus ab eo etiam mutuatam. Auicula, inquit, est minima, colore partim fusco, vt parte prona, partim subflaua, vt supina, partim albicante, vt per latera, & iuxta collum, crusculis subrufis, cuius figura hæc est, Argentorato ad nos missa. Capitur apud nos etiam interdum: & alijs nominibus vocatur VVyderle à salicibus, quas amat, vt ferunt, quamuis aquatica non sit, & Zilzepsse à frequenti voce Zilzel, vel Tiltap Muscis & araneis, alijsque circa salices vermiculis vescitur; quibus vt fruatur, alias auiculas abigit: Vidi captam Iulio mense, rostro gracili, recto. Hucusque ille; & rursus in epitome Salicariam dici posse putat.

Vvydengunkerlin.
Color.
Wyderle.
Zilzepsse.
Zilzel.
Tiltap.
Salicaria.

Salicaria Ornithologi.



In agro nostro alia quædam capitur auicula, quam aucupes Grisolam nuncupant, fortè à colore griseo, idest incano, cùm tamen incana non sit, sed ex cinereo fuscescens, vel fortè quod solitaria clamitet, nam gridare dicimus pro lamentari quandoque. Victitat etiam muscis, & similibus insectis alijs, sicuti ex rostri figura, constitutioneq; conijcio: est enim tenue gracileq; & longiusculum. Collo, & pectore maculis fuscis oblongis deorsum vergentibus interstinguitur. Venter totus candicat: caput, collum superius, dorsum, & cauda fuscescunt, sicuti etiam alæ, quarum pennæ ad latera, & in extremitatibus suis albocinereę sunt. Crura, & pedes sunt quoque fusci, vel nigricantes.

Grisolavnde dicta.
Rostrum.
Color.

Griſola vulgò dicta cum moro candida.



Mouche-rolle. *Mouchette.* *Deſcriptio.* *Volatus.* *Paſſer rubi* *Sapicola.* *Prunella* *Ornithol.* *Color.*

Galli præterea quandam auiculam à capiendis muſcis vulgò Moucherolle vocant, de qua Bellonius addita hac, quam ab eo mutatus ſum, icone hunc ferè ſcribit in modum. Fringillarium Accipitrem marem Mouchette appellari alibi ſcripſimus: nunc verò de alia agemus auicula magnitudine Currucæ, quę in ſyluis degit, & quia muſcis potiſſimùm veſcitur Moucherolle nuncuparur. Sunt & aliæ auiculæ, quæ muſcis victitant, vt Lauandria, quam Culicilegam appellauimus, & Apiaſtra, quæ apes capit: verum de hac, quæ a muſcis adinuenit nomen, tanquam peculiari ſpecie, & cum iam dictis differenti, hic ſeparatim agemus. Paſſeri adeo ſimilis eſt, vt niſi moribus, dum viuit, & roſtro cùm mortua eſt, ab eo diſtinguatur. Crura pedeſque robuſtos habet, pedes etiam nigros. Roſtrum gracile eſt, & oblongum, & Rubeculæ, cauda etiam longiuſcula: in ſumma per omnia ſimilis eſt Paſſeri puſillo agreſti in quercubus degenti, exempto roſtro & cantu ſuauiuſculo. Cùm volat, in ſyluis & dumis latitat: quamobrem viri quidam graues & docti, qui mecum retia huic auiculæ tendebant, videntes adeò Paſſeri ſimilem eſſe, Latinè Paſſerem rubi nuncuparunt, quaſi Sępicolam. Hæc Bellonius. Ornithologus in auium ſuarum epitome hanc auiculam conjcit eſſe eandem cum ſua Prunella, de qua hic ita. Prunellas aucupes noſtri vocant auiculas à color, qui obſcurè ruſſus eſt: vel figulinus ſaturatus. Quidam Linarijs eas comparant, alij Paſſeribus, quibus minores ſint, colore ſimili ferè. Canoras eſſe audio, & cantillare inſtar Troglodítæ Paſſerculi nunquam auolare. Alia quibuſdam in caueis propter cantum. Crura roſea ſunt: color circa collum & pectus ad cæruleum inclinans, in ventre dilutior; circa oculos macula figlina, roſtrum nigrum. Sic ille.

Passeri rubi.



DE RVBETRA.
Cap. XXIX.

03 RVBETRAM auiculam semel tantùm nominat a Aristoteles interprete Gaza, vermiculis victitare scribens: legitur autem Græcè Βατις oxytonum genere fœminino. Niphus ait esse auem, quæ vulgò ab Italis Barada nuncupatur. Quidam Germani viri aliàs docti Rubetram minimum Turdorum genus esse volunt, quoniam rubi fructu, & sambuci victitet, cùm tamen Aristoteles nihil de ea præterea scribat, quam quòd vermiuora est. Gybertus Longolius Linariam, seu Miliariam esse putabat, quoniam rubo crebro insideat: sed cùm id alijs auiculis etiam conueniat, alias etiam eo modo Rubetras dicere possimus; quamobrem Turnerus, quid vetat, inquit, quo minus & Buntinga Anglorum (hæc autem auis est, quam Alemani vocant Gartthammer, vt aliàs ni fallor, dixi) quoque Batis dici possit, cùm in rubis non minus frequens sit? Nihil itaque certi habemus, quod nomen Britannicum aut Germa-
04 nicũ sit huic aui imponendum. Sed cùm auium supra commemoratarum altera (Miliaria) seminibus herbarum vescatur, altera (Buntinga) hordeo & tritico, & Batis Aristotelis vermiuora sit deligenda est auicula quæpiam, quæ solis vermibus pascitur, qualis est auicula, Anglis Stonchattera aut Moretettera dicta, & Germanorũ Klein Brachuogedkein. Hæc si Batis non sit, mihi prorsus ignota est. Hactenus Turnerus. Petr. Bellonius verò auiculam quandã Gallis Traquet a continuo motu alarum dictã Aristotelis Rubetram esse affirmat, & proprio de ea instituto capite sic ferè scribit. Inuenitur quædam auicula ab alijs in suo genere diuersa. Versatur in dumetis, semper eorum culminibus insidens, continuoque alas motitat; vnde propter inquietudinẽ Gallicè dici meruit vng Traquet: aliqui vocant vng Thyon, at causam nominis ignoramus, alij vng Groulard, & quemadmodum tympanum molæ nunquam
05 quiescit, donec hæc vertitur eodem modo hæc auicula sine intermissione alas motitat. Ratò gregatim volat, semper solitaria degens, præterquã dũ soboli intenta est, tũc enim mas cum fœmella coniungitur, nidũtãta cõstruit industria, vt quò intret, vel exeat, difficile sit inuenire. Circa fœtus admodũ est fœcunda, eosq; pascit animalculis viuis. Migratoria non est, & in nulla non regione obuia, sed proprius pagos & vrbes non accedit. In Creta & Græcia æquè; atq; in Gallia, & Italia cernitur. Videntes itaque vbique frequenter conspici, indicamus eam esse, quam Aristoteles Βατις appellauit, indicans congruè ac cõuenienter dici posse Roucette. Batis enim idem est Græcis, quòd Latinè rubus, & Gallis vne rouce. Gaza Latinè transtulit Rubetrã. Conijcimus autẽ Rubetrã circa rubos versari, vermiculis vesci, abstinere fructibus. Verisimile est eam esse, cuius meminit Arist. nihil nobis præter conjecturæ locũ relinquens.

a 8. hi. c. 3.

Βατις.

Barada.

De Rubetra variæ opiniones.

Buntinga Anglorum Garthammer.

Stonchattera Moretettera.

Rubecula, quæ Bellonio.

Traquet.

Thyon.

Groulard.

Mores.

Nidus.

Roucette.

Deſcriptio Melancephali. Magnitudo. Color.

quens. Vertice capitis nigricant ad inſtar Ficedulæ, quamobrem ſuſpicabamur aliquando Melancoryphum eſſe, eoque maximè, cum & vulgò in Creta circa Idam montem vocetur Melancephali, quare ſubinde poſt Ficedulam nobis dicendum de ea videbatur. Rubetra capite ſupremo nigra eſt, nigris alis & cauda, collo, dorſoq; ferè cinereo, propter humum volitat, Fringilla paulò minor eſt, roſtrum eius, crura, pedes & vngues nigra, ſicuti etiam caudæ extremitas, & alarum. Mas à fœmina diſcrepat, quoniam ventre candicat, dorſumq; caput, & collum habet cinereum, albam deniq; per alas lineam. Hac Bellonius appoſita, quàm vides, icone, quæ cum hac altera à me adiecta magnam gerit ſimilitudinem. Eſt enim capite nigro, corpore ſuprà cinereo ad fuſcum vergente, infra candicante. 10

Rubetra Bellonij cum rubo.



Batos, ſeu Rubetra authoris cum veſpa, & arbuto.



DE ERITHACO, SIVE RVBECVLA. Cap. XXX.

QVAMVIS communis præceptor Aristoteles, eumq; secutus Plinius Erithachum & Phœnicurum eandem auem esse scribant, Erithacum scilicet esse hyeme, Phœnicurum æstate: ego tamen separatim de singula agam, vnaq; cum Turnero, & Bellon. Philosophum ex aucupum relatibus hallucinatum arbitror. Vtraq; enim auicula simul sæpe conspicitur. Erithacus altus in cauea eandem perpetuò formam seruat: quin & eodem tempore nidulantes, modis verò longè diuersis obseruantur, sicuti subindè in historia patebit. *Aristotelis & Plinij error.*

ÆQVIVOCA.

ERITHACVM itaq; Aristoteles & Plinius cum Phœnicuro confundunt. Cæterũ hoc quoq; animaduertendum est, quosdam etiam Phyrrullã eandem credere, quę Phœnicuros, item eandẽ quæ Erithacus, sed secus seres habet Theodorus Gaza pro Erithaco Rubeculam vertit, pro Phœnicuro Ruticellam, pro Phyrrhala Rubicillam, pro Pyralide, cuius semel tantùm meminit Aristoteles, cum Turture eam pugnare scribens, eò quod locus pascendi victusq; idem eorum sit, Ignariam, vnde à Pyrrhula diuersam esse constat. *Pyrrhula cum Phœnicuro confunditur.* *Ignaria.*

SYNONYMA.

PRO Ἐρίθακος apud Hesychium, & Varinum etiam legitur ἐρυθὺς, quam vocem agnoscit quoq; Scholiastes Aristoph. & ab alijs ἐρίθυλος vocari scribit. Thomas Magister etiam ἐρυθία dici tradit: à nonnullis item Αἴσακος appellatur, quæ dictio Hesychio etiam ramum lauri significat, quem manu tenẽtes hymnos Deorum dicebant. Eidem Hesychio, quemadmodum & Varino Δαίδαλος Erithacus auis exponitur. Scribitur autem ipsis Ἐρίθακος oxytonum, nisi typographorum error sit, Varino proparoxitonum, quod placet. Theodorus Gaza Aristotelis interpres alibi Rubeculam reddidit, nimirum à pectoris rubedine, alibi etiam Syluiam, fortè quod in syluis degere soleat per æstatem. Italorum vulgò Petto rosso appellatur, & à quibusdam per syncopen Petusso, pro pettorusso, alibi etiam Pecietto, vel Pecchietto, quasi pectusculum: Gallicè, vt scribit Bellonius, la George rouge, vel Rubeline, alibi Rouge gorge, vel Beree. Eadem fortè fuerit, quæ Sabaudis Rouge bourse appellatur, Germanicè Rotele, VVinterrotele, Rotbrustle, VVeldrotele, Rotkropff, Rotkropfflin; & apud Saxones Rotkelchyn: Anglicè à Robin, à Radbreste, vt Turnerus, & Elyota Angli scribunt (quanquam hic alibi Fringillam interpretatur à Roddocke, or Robin, Redbrest) alibi à Robbiurock, Illyricè Zer Vuencka. Ἐρίθακος. Ἐρυθὺς. Ἐρίθυλος. Αἴσακος. Δαίδαλος. *Rubecula.* *Sylura.* *Pettorosse.* *Pecietto.*

FORMA. DESCRIPTIO.

RVBECVLA siue Erithacus à rubro pectore in plerisque linguis nomen obtinuit, cùm tamen id ad ferrugineum ferè accedat, non ad malum aurantium, vt ait Bellonius, idq; nominis Pyrrhulæ potiùs conueniat, licet Gaza Rubicillam verterit. Erithacum hyeme captum, quo tempore plerunque conspicitur, & capitur, ita aliquando, vt honesto otio indulgerem, breuiter descripti. Rostrum ei nigrum, exiguum, gracile. Tota auicula magnitudine Carduelem non excedit. Rostri supremam partem, & pectus totum pulcherrimus ornat, color non tam ruber, quam aurantius, sed ad ferrugineum accedens. Venter totus erat albus. Caput, collum, dorsum, superior alarum pars, & cauda colore sunt inter cinereum, & bericum medio. Crura aliquantulum rubescunt. Cauda duodecim est pennis instructa; eam sæpè motitat, & plerunque erectam habet, lingua bifida. Turnerus Phœnicuri fœminam, & prolem adeò Rubeculæ pullis *Etymum.* *Rostrum.* *Magnitudo.* *Pectus.*

Phœnicuros fœmina vt à Rubeculæ pullis distinguatur.

lis similis esse tradit, vt vix ab oculatissimo discerni possint, dignosci verò caudæ motu. Rubeculas enim, licet cauda moueant, postquam submiserint, statim erigere, nec tremere bis, aut ter more Ruticillarum, quæ simul atque caudam mouere cæperint, non cessant inquit, donec ter aut quater simul mouerint, vt alas iuniores auiculæ cibum a matribus efflagitantes, motitant.

Erithacus, siue rubecula cum cantharide, & sorbo syluestri.



LOCVS. VICTVS.

IDEM Turnerus, Rubeculæ, inquit, *in æstate, vbi in syluis satis superque alimenti suppetit, nec vllo infestatur frigore (quæ res cogit illas in hyeme ad vrbes, oppida & pagos confugere) cum prole ad desertissima quæq; loca secedunt.* Quare minus mirandum est, *in æstate non passim occurrere Rubeculas: Ruticillas quid miri est in hyeme non esse obuias, cùm toto hoc tempore deliteſcant? Ad hæc cùm Rubeculæ pulli, in fine Autumni perfectam ferè in pectoribus rubedinem nacti, ad Pagos, & oppida propiùs accedunt: Ruticillæ quæ anteà per totam æstatem cernebantur, disparent, nec amplius in proximum vsq; ver cernuntur. Quæ cùm ita se habeant, quid Aristoteli, aut illi hoc referentibus errori ansam præbuerit, facilè quiuis potest colligere. Hæc omnia Turnerus. Aristoteles Erithacum vermiculis pasci scribit, quod nostro Erithaco conuenit.*

MORES. INGENIVM. NIDVS.

VArinus Erithacum scribit ὄρνεον μοιπρος, καὶ μονότροπον, id est, *auem solitariã, & quæ sola pascitur, & nunquã ferè in eodẽ saltu, nisi vnam reperiri. Domi capta, muscis, micis panis, & nucleis iuglandiũ concisis alitur. Porphirius Coruos, Picas, & Erithacos, homines testatur imitari nimirũ voce, & meminisse eorũ, quæ audiuerunt: quod sanè mirũ videtur, cùm lingua, vt dixi, bifida sit.* De nidulationis eius modo Turnerus ex inspectione sic prodidit Rubecula, quę nõ secus æstate, quam hyeme rubrũ habet pectus, quã possit lõgissimè ab oppidis & vrbib. in dẽsissimis vepretis & fructicetis ad hunc modum nidulatur.

a lib. 5. de abstin. ab animatis.

Lingua.

dulatur. Vbi multa querna reperit folia, nidum construit, & iam constructum, opere veluti topiario foliis contegit. Nec ad nidum vbique patet aditus, sed tantum via ad nidum itur. Ea quoque parte, qua nidum ingreditur, longum struit ex foliis ante ostium nidi vestibulum, cuius extremam partem pastum exiens, foliis claudit. Hæc quæ nunc scribo admodum puer obseruaui, non tamen inficias iuuerim, quin alter nidulari possit. Si qui alium nidulandi modum obseruauerint, ædant, & huiusmodi rerum studiosis, & mihi cùm primis non parum gratificabuntur. Ego quod vidi, alijs candidè sum impertitus. Hæc ille. *Nidulatio.*

PROVERBIVM.

VNICVM *arbustum non alit duos Erithacos.* Zenodotus author est hoc adagio notari illos, qui ex rebus minutis festinant ditescere. Mihi, inquit author adagiorum non intempestiuiter dici posse videtur in illos, quibus parum conuenit, nec in eodem munere concorditer versari queunt. Est autem Erithacus auis quædam solitaria, vt eodem in saltu non temerè nisi vnam inuenias. [a] Aristophanes eleganter ad hoc alluſit adagium: Οὐ γὰρ ἂν ποτε τρίφυα δύναιτ' ἂν μία λόχμη κλαυθμυρίζειν δύο: ideſt, *non enim fieri potest, fures, vt vnquam saltus alat vnus duos.* Non omninò dissimile est huic, quod dixisse fertur Alexander Magnus, mundum non capere duos solos. Eiusdem sententiæ est illud Germanis quibusdam vsitatum, vt Tappius scribit: Duobus Gallis in vno sterquilinio, duobus stultis in vna domo non conuenire. [a] *In Vespis.*

EMBLEMA.

ALCIATI emblema cum lemmate PARVAM CVLINAM DVOBVS GANEONIBVS NON SVFFICERE.

In modicis nihil est quod quis lucretur, & vnum,
Arbustum geminos non alit Erithacos.

ALIVD.

In tenui spes nulla lucri est, vnoque residunt,
Arbusto geminæ non benè Ficedulæ.

Sumptum est adagium ex superius allato Zenodoti prouerbio. Hanc sententiam [a] Lucanus diuerso quidem sensu, at fortasse multò melius protulit sic. [a] *Lib. 1. de bello ciu.*

Nulla fides belli socijs, omnisque potestas
Impatiens consortis erit.

Quò etiam respexit [b] Cicero inquiens: Quod enim est apud Ennium. *Nulla sancta societas, neque fides regni est.* Id latiùs patet. Nam quicquid eiusmodi est, in quo non possint plures excellere, in eo sit plerumque tanta contentio, vt difficillimum sit sanctam seruare societatem. [b] *Li. 1. Off.*

PVGNA. ANTIPATHIA. SYMPATHIA.

SI domi simul duo, aut tres alantur Erithaci, pugnare inuicem solere aiunt: quare in syluis etiam eas pugnaces esse verisimile est, quemadmodum nimirum ex prouerbio allato innotescit. Contra tanto amore Merulam prosequi, vt noctu ferè in proxima arbore propius eam quiescat. *Erithacus pugnax auis est.*

PRÆSAGIA.

ERITHACVS imminentem pluuiam prædicit. Aratus, vt in Regulo diximus, signum futuræ tempestatis facit, si Orchilus, ideſt, Trochilus, siue Regulus, & Eritheus, hoc est, vt ostendimus Erithacus, caua terræ subierint. *Pluuiæ præsagium.*

COR-

CORPORIS AFFECTVS.

MORBO comitiali interdum hanc auiculam corripi sunt qui volunt; qui morbus in alijs etiam auiculis inclusis quandoque obseruatur.

DE PYRRHVLA, SIVE RVBICILLA. Cap. XXXI.

Ordo.

Vitulus.

ANTEQVAM ad Phœnicuros, siue Ruticillas accedam, operæpretium esse videtur, de Pyrrhula, seu Rubicilla prius agere: siquidē huic magis, quàm Rubeculæ, quam tamen ita à pectoris rubedine denominauere, pectus rubet. Vermiuora insuper auis est, quamuis secus rostri figura indicare videatur.

SYNONYMA.

a 8. hist. c. 3.

Rubeccius.

Franguello montano.

Franguel iuuerneng.

Suffilato dicatur.

Nymphocopos.

Pfeffling.

GRÆCE apud *a* Aristoteles qui semel tantùm huius auiculæ meminit, μορφνίλας scribitur Gaza Rubicillam trāstulit. Hæc auis, inquit Niphus, rusticè à nostris (Italis nimirum) Rubeccius vocatur, licet Rubicilla, & Rubecula iuxta versionem Gazæ non sint idem. Auicula quam nos vnà cum Turnero, & Ornithologo Pyrrhulam Aristotelis esse conijcimus, in multis Italiæ locis Franguello montano appellatur à similitudine cum Fringilla quasi Fringilla montana, quamuis & aliæ quædam aues Fringillæ montanæ appellentur, & alibi circa alpes Franguel inuerneng, ideſt, hyberna Fringilla; alibi etiam Suffuleno, Bononiensibus aucupibus Stuflotto, quod canendo, vt conijcio, proxime fistulam imitetur, nam & Turnerus huic aui similem vocem tribuit. Gallicè Piuoine, quamquam & Ficedulas, & Atricapillas, ita vocet Bellonius; Lotharingis Pion, Germanicè Blutfinck, ideſt, Fringilla sanguinea à rubro colli, pectoris, & ventris superioris colore, alibi Gutfinck, Brommeisz, Bollenbysser, Bollebick, quasi nymphocopos, nymphas autem voco arborum germina, Rotuogel, Hail, Goll, Heluetijs teste Ornithologo Gugger per onomatopœiam, in Austria Gympel, in Brabantia Pilart, Rostochij Thumherr: alibi in Saxonia fortè, Lobfinck, quasi Fringilla frondium, fortè quia frondium gemmas deuoret, item Thumpffaff, quod nescio quomodo sacerdotis canonici habitum præseferat, & Gumpel, fœmina priuatim Quetschfinck (Quidam Germani Fringillam, ita simpliciter nominant) Quecker, Blutfinck, quod penultimum nomen Ornithologus Germanus sibi ignotum esse profitetur, vltimum verò aui, de qua hic scribimus, conuenire, & attribui solere. Idem eandem cum hac aue esse conijcit, quæ circa Francfordiam ad mœnum pfafflin dicitur. Aiunt enim, inquit, auem esse fuscam, pectore rubro, vertice nigro. Hinc nimirum etiam Thumpfaff dicitur, quòd nigrum habeat circa caput, quasi cucullum. Illyricum ei nomen est Dlask, Anglicum Bulfinche.

FORMA. DESCRIPTIO.

Bulfincam Anglorum esse Rubicillam.

Magnit.

Rostrum.

Lingua.

Cauda.

Magnit.

RVBICILLAM, inquit Turnerus, Aristoteles inter eas aues connumerat, quæ vermibus vescuntur, sed pluribus nobis eam non describit. Ego nominis etymologiam secutus, Anglorum Bulfincam esse conijcio. Nam omnium, quas nunquam vidi auium mas in hoc genere, pectore est longè rubidissimo: fœmina verò pectore toto est cinereo, cætera mari similis. Sed vt faciliùs omnes intelligant, de qua aue scribam. Magnitudine Passeris est, rostro breuissimo, latissimo, & nigerrimo. Lingua latiore multò, quàm pro corporis magnitudine. Pars ea linguæ, quæ cibi sapores diiudicans, oris cælum tangit, carnea & nuda est, reliquæ partes cornea pellicula obducuntur. Supremam auis partem plumæ cianeæ cōtegunt. Cauda nigra est, capite etiam nigro. Hæc ille. Ego verò superiori hyeme in foro emptam, vt me exercerē, ita descripsi. Passeris ferè magnitudi est. Rostrū habet

ber admodum breue ac lutum, ſplendens inſtar bituminis, trigonum fermè. Lingua corpori comparata reliquo, lata admodum & craſſa eſt, cooperitur cornea quadam pellicula excepta parte extrema ſuperiore, quæ palatum tangit, & ſapores diudicat: hæc enim tenera, ac carnea eſt. Dorſum plumæ coloris leucophæi ad cæruleum tendentis integunt. Capite, cauda, & extrema remigum alarum parte atro colore tinctis. Vropygij plumulæ candent radicibus nigris. Albent item plumulæ binæ aut ternæ, quæ rectrices veſtiunt extremæ. Reliqua alarum pars cum tergo in colore conuenit. Gula, pectus & venter colore pulcherrimo miniaceo ſeu puniceo decora ſunt. Alarum pennæ, quæ ventrem ſpectant, albæ ſunt, eæq; magis quæ ventri proximiores. Crura pedeſque gracilia fuſca ſunt. Fœmina à mare iam deſcripto differt, quod pectus ei ſit totum caſtaneo cinereo colore diluto.

Lingua.

Dorſum.

Alæ.

Sexus diſcrimen.

Pyrrhula ſiue Rubicilla cum ſambuco aquatico.



LOCVS. NIDVS. VICTVS. MORES.

ÆSTATE vt audio, in montibus & ſyluis degit, ſub hyemem ad plana deſcendit, & ad domos ſæpè aduolat, & facilè capitur. Nidulatur in ſæpibus & oua quatuor excludit, vt ſcribit Turnerus, & plurima quinque. Addit hic eundem colorem per totum annum ſeruare, & locum non mutare. Ariſtot. vermiculis veſci author eſt, libentiſſimè verò veſcitur primis illis gemmis ex arboribus ante folia, & flores erumpentibus, & ſemine cannabino, gemmis inquam præcipuè florum mali, aut pyri, priuſquam ſe aperiãt: ad quod aptum & benè conformatum habet roſtrum, vnde & Bollenbyſſer apud nonnullos Germanos nuncupatur, & alibi Bollebick eodem ſignificato. Nuces etiam edit, & acinos quorundam fruticum, rubentes præcipuè, vt ſambuci aquaticæ, & ſolani perpetui cognominati, ſiue aliàs etiam, ſiue per hyemem tantùm, cùm cibos alios non inuenerit. Cicur admodum euadit, ita vt domi etiam pariat, & interdum etiam fœtus educet. Turnerus auem eſſe ſcribit perquàm docilem & fiſtulam voce ſua proximè imitari. Fœminam audio non minus quàm marem canere, ſecus ac in pleroque auium genere. Docetur exprimere omnes cantus auium, vt aiunt, ſibilando & quaſi canendo, interdum etiam, ſed rarò humanum ſermonem. Capitur ſine vlla moleſtia. Ornith. ſe in decipula lignea aliquoties cepiſſe teſtatur ſparſis in circuitu rubentibus ſolani perpetui acinis.

Colorem ſeruare.

a 8. hiſt. 3.

DE PHOENICVRO, SIVE RVTICILLA. Cap. XXXII.

9.h.c.49. DE Phœnicuro, siue Ruticilla, vel ideò saltem hìc à nobis fuerit agendum, quoniam Aristoteles eiusque erroris assecla Plinius cum Erithaco, ideſt, Rubicilla, vt dictum est, confundunt, inuicem transire scribentes; esse nimirum Erithacum hyberno tempore, Phœnicurum æstiuo.

SYNONYMA.

Phœnicurus. Φοινίκουρος proparoxytonum Græcè scribitur rectè, vt censet Ornithologus linguæ Græcæ peritissimus, Latinè Phœnicurus pananflexum. Φοινίκουρος apud Aristotelem alibi non rectè legitur: Gaza latinè Ruticillam reddidit. Italicè Reuezol quasi Rubicellus, vel Rubicella appellatur alibi Corossollo à cauda ruffa; Bononiæ Cul rosso à ruffo podice; Gallicè Rouſſignol de muraige, ideſt Luscinia murorum; Germanicè Huszrotele, quo est Rubecula domorum, nam circa domos & hortos volitat, vel Summerrotele, id est, Rubecula æstiua, quòd appetente hyeme auolet vel lateat; alibi Rotſvveutzel à cauda rubra, vt circa Francfordiam ad Mœnum Rotzagel: nonnulli Germani interpretantur Rotſtertz, vt Murmellius. Audio etiam alicubi apud Germanos VVynuogele nominari, quasi *Ampelis.* Ampelidem à vineis, cùm tamen uuis non vescatur. Anglicè à Redetale.

GENVS. DIFFERENTIÆ. Descriptio.

PLVRA fortassis Phœnicuri genera fuerint, Turnerus enim caput ei scribit esse nigrum Ornithologus macula alba insigne. Ego quatuor diuersas obseruaui & binas alias ex Ornithologo depictas exhibebo, sed nullam quod sciam capite nigro. Quæ priori loco picta ponitur, magnitudine est Lusciniæ, vel paulò minor, capite, collo, dorso coloris plumbei, vel ex cinereo fusci. Rostrum admodum gracile est, gula & pectus nigricant, venter circa stomachum cinereus fuscus, podex & cauda ex luteo phœnicei. Crura & pedes graciles nigricant: alarum pennulæ minores etiam sunt nigræ, rectricum superiores in medio albescunt: cæteræ totæ nigræ.

Magnit. *Color.* *Rostrum.*

Phœnicuros, siue Ruticilla prior cum cerathia.



Congener superiori est, & sexu tantùm ab ea discrepans hæc secundo loco posita. Color enim in hac longè est dilutior & pallidior, magis inquam ad cinereum vergit, & vix nigredo sub rostro conspicitur: alæ etiam vix nigrescunt: pennæ, quas in præcedenti albas dixi, in hac magis conspicuæ. Podex & cauda adeò alteri similes & magnitudine & colore; vt nihil quicquam vides similius. *Color.*

Phœnicoros fœmina cum pseudosycomoro.



Ruticilla Ornithologi cum Vitalba.



Tertio loco positam Ornithologus ita descripsit Phœnicurus (vt aliquando consideraui captum in fine Iunij) macula alba insigne habet sinciput, pennæ sub rostro nigræ sunt, caput cum dorso cinerei vel fusci coloris. Alarum pennæ fuscæ modicè ad russum inclinant. Russus color est in pectore, ventre, & cauda: sed venter imus magis albicat: cauda pennis octonis constat. Magnitudo totius infrà Parum maiorem est, Rubeculæ, æqualis. Rostrum nigricat, tenue, oblongum, rectum. (Rectitudo & tenuitas in icone, quam ponit, non benè expressæ sunt, optimè verò in mea) Crura nigricant. *Phœnicuri Ornithologi descript. Venter. Cauda. Magnit. Rostrum.*

Hùic iám ab Ornithologo deſcriptæ Phœnicuro per omnia ſimillima eſt, quàm nunc quarto loco exhibemus, niſi quod in hac alba illa ſincipitis macula in longam lineam ſit immutata. Tergus etiam magis videtur cinereum, neque podex albus eſt, cætera ſimilis.

Tergus.

Phœnicuros alter cum lentiſco.



Roſchvvenzel.

Circa Argentoratum aliam quandam auiculam Ornitholog. Roſchvventzel, à caudæ rubedine nominari ſcribit, appoſita hac, quam ab eo mutuatam hìc quintam delineauimus, icone. Tranſuerſa etiam, inquit, per alas macula obſcurè rubet. Fuſcus color capitis, & dorſi eſt. Maiores alarum pennæ nigricant, vt ih dorſo quædam, & roſtrum. Crura fuſca. Superior alarum pars ſubruſſi coloris ſordidi eſt. Pectus & venter albent. Pars circa oculos in fuſco albicat, vt pictura demonſtrat, nam auem ipſam nondum vidi. Hæc de hac aue Ornitholog.

Phœnicuros alter Ornitholog.



Idem ſcriptor aliam auiculam, cuius pariter iconem ab eo mutuati ſumus, circa eandem vrbem VVegflecklin dictam magnitudine & ſpecie Phœnicurum & Ruticillam referre narrat, collo & pectore coloris cærulei diluti, maculis diſtincti nigris: capite, cauda ſuperiùs & maioribus alarum pennis nigricare: reliquam partem pronam fuſcam eſſe, ſed circa vropygium, & in cauda ſupina & ventris ſuperiore parte colorem eſſe ruſſum, reliqua parte albicare: roſtrum fuſcum, longiuſculum, crura rubicunda, vt ex pictura Argentorati expreſſa, inquit, deſcripſi, quam hic exhibeo. Deinde ſic iterum ſcribit: Vidi & ipſe aliquando apud nos (raram alioqui) Septembri menſe captam hanc auem, pectore cæruleo, parte inter pectus & ventrem media ex flauo ſubruffa: qui color etiam in pennis caudæ (ſupinis) non vſque ad extremum tamen, & circa vropygium ei erat. Roſtrum pauló breuiùs, quam hic exprimitur: venter cinereus, non albus, vt in Argentoratenſi pictura: crura fuſca, non ruffa, vt in eadem, & plumæ ſub roſtro non cæruleæ, ſed fuſcæ & variæ. Quærendum autem an hæc differentia ad ſexum, aut ætatem, aut ſpeciem forte eiuſdem generis diuerſam referenda ſit. Germanicum nomen partim à vijs ei impoſitum eſt, nam circa vias itinera & agros verſatur; & inde vt conijcimus, vermiculos, & in alia terra obuia (ſemina) ad cibū legit; partim à cærulea pectoris macula, quantū coniectura aſſequor. Hucuſq; Ornithologus.

VVegfleck-klin. *Color.* *Alia deſcr.* *Color.* *Roſtrum.* *Nominis ratio.*

Phœnicuro ſimilis Ornithologi cum cupreſſo.



LOCVS. VICTVS. NIDVS.

Partus. Mores.

PHœnicurus tota æſtate| nobiſcum degit, in fine verò autumni auolat, aut ſe ſeabſcondit, & verno tempore ad nos redit: quod ſi domi alatur, per hyemem nō cantillat, ſicut Erithacus, ſed vere primum. Difficilius etiam alitur, & ſæpius moritur. Veſcitur eiſdem, quibus Erithacus ſiue Rubecula, nempe muſcis, micis panis, & nucleis iuglandiū conciſis; item ouis formicarum, & ni fallor, araneis quoq;. Nidulatur in excauatis arboribus; & quod ſæpe ſe expertum eſſe Turnerus ſcribit, in rimis & fiſſuris murorum

Locus. *Victus.* *Nidulatio.*

Quot parit. poſticarum ædium, in mediis vrbibus, ſed vbi hominum minor frequentia concurſat. Bina oua aut terna parit. Nutrit & Cuculi pullum aliquando, quē in eius nido in ripa cuiuſdam riui conſtructo quidam ſibi deprehenſum Ornithologus retulit. Caudam ſubinde motitat, ſed aliter quàm Rubecula, vt ſupra ex Turnero ſcripſi. Mas ſubinde cantillat, canitque in ſublimi aliquo ædificio, vt pinnaculis, & ſummis caminis. Primò diluculo præcipuè ſuauiter cantillat. Pullis iam excluſis, vt & Philomela, nōn canit, ſed inter incubandum. Prætereunte aliquo clamitat.

Mores.

Cantus.

DE ANTHO, SIVE FLORO. Cap. XXXIII.

a 8. hist. 3. *b hist. c. 2.*

ANTHVS inquit a Ariſtoteles, *Auis eſt magnitudine Fringillæ.* b Alibi ei pulchrū colorem tribuit, adeò vt hinc Anthus, id eſt Floridus vocetur Gaza Florum reddidit. Fiſſos habet pedes eodem Ariſtotele ſcribente, & vermiculis veſcitur, nec ij ſolū, ſed herbis quoq; vt Bellonius, & nonnulli alij de ſuo addunt, cùm tamen ideò loci apud philoſophum non reperias. Ait autē circa aquas amnes & paludes degere, & ἰοβόσκειν eſſe, id eſt, victum habere facilem; item cum Spino, & Aegitho odium exercere, ſanguinemq; eius cum ſanguine Aegithi dici non poſſe permiſceri, quod poſtremum repetijt Plinius: poſtremò equum odio habere. Pelli enim ab equo pabulo herbæ, qua veſcitur; nubeculare, nec valere acie oculorum, vocemq; equi imitari, atq; aduolantem equum fugare, ſed interdum excipi, occidiq; ab equo Plinius hæc breuiùs ex eo repetijt. *Eſt quæ, inquit, equorum hinnitus. Anthus nomine, herbæ pabulo aduentu eorum pulſa, imitatur, ad hunc modum ſe vltiſcens.* Ineptiſſimè itaq; philes equum & piſcem anthiam inimicos eſſe ſcribit, cum Anthum auem debuiſſet dicere. Circa nomen verò Suidas etiam non parum hallucinatur, inquiens; Φλόρος auis per o breue: Φλῶρος per o longum nomen proprium viri. Debet enim prima produci, cùm verbum floreo primam ſemper producat. Hoc ſaltem inde docemur, quòd recentiores Græci Latinorum imitatione Florum, non Anthum dixerint, nam & Bellon Flori nomen de hac aue Græcos hodie retinere ſcribit Albertus hanc auem, quæ vocē ſiue hinnitum equi imitatur, ipſumq; fugat, noſtris regionibus ignotā eſſe putabat. Apud eundem & Auicennam corruptè Ybos, Ydos, Ibis, Hyz, Acontis, & Accuttis nominatur: quæ duo poſteriora nomina ad Anthos corrupta videntur: cætera ab ἵππος, id eſt equo, cuius vocem imitatur. Alibi imperite & perperam eandē facit cum Ciconia, vbi Ybos, vel Ibis legerat, nimirum quia Ibis Aegyptia Ciconiæ ſimilis ſit. Bellonius Anthum ſeu Florum Gallicè Bruāt nominari vult, deq; ea aue hunc fermè in modum ſcripſit le Bruant Gallicè à voce nomen habet, cum cantat enim, vocem exprimit bruire. Eſt illa quam Ariſtoteles nominauit, vocem equi dicens imitari. Dum volat, ſtrepitum ædit, Ariſtoteli Ἄνθος dicitur, Latini Florum verterunt, recentiores Græci neſcio quo antiquo nomine, etiam Florum dicunt Fringilla paulò maior eſt mares ferè luteſcunt, quædam tamen alarum & caudæ pars ad cinereum vergit: maiores tamen earum pennæ elegantiùs flauent, caudæ item pennarū extremæ omnino flauæ ſunt, intrinſecus tamen alteriùs coloris. Roſtrū grande eſt, & acutum, coloris pallidi. Crura & pedes nonnihil rubeſcunt. Aluntur in caueis propter cantus ſuauitatē. Veſcitur plerunq; cannabino ſemine, verſaturq; circa altas & proceras arbores procul à pratis diſſitas; ad minimum quinq; pullos excludit. Ariſt. præcitato loco dicebat Anthū vermibus veſci, & non his tantum, ſed herbis etiam; pedes habere fiſſos, colorem ei pulchrum eſſe, victum facilem, magnitudinem Fringellæ, equūm ediſſe pelli ab hoc, pabulo herbæ qua veſcitur imitari equi vocem, vnde aduolans equum fugat, cæcutire, atq; hinc quandoq; ab eo occidi Florum. Hæc ferè de Antho Ariſt. in quibus nihil eſt, quod noſtræ Bruant non conueniat. Hucuſq; Bellon. Sed hæc auis Chloris Ariſt. potius fuerit, de qua nos ſuo loco. Cæterum ſi ei liceat eam auē eandem cum Floro iudicare, quid vetat, cur nō & ego hanc auiculam, quam aucupes noſtri Spipolam (licet & aliæ ita vocentur, quæ tamen huic ſimiles non ſunt) nuncupant Anthum ſiue Florum vocem? Huic enim ſi non omnia, plura q; ſaltem, quæ de Antho prodidit, Ariſt. conueniunt, vt audio ex ijs, qui auis naturam ſibi perſpectam habent. De magnitudine in primis non eſt ambigendum, ſicuti ex adiecta icone conſtat; quæ aui noſtræ exactè reſpondet: vermibus victitat, vt illi aiebant, & roſtri figura indicat, circa prātes & paludes, maxi-

Flori & Ægithi sāguis nō miſcetur.

Florum equus pellit.

Ibis error.

Suidæ error.

Alberti error.

Ibis Ciconia ſimilis

Bruant.

Vox.

Magnit.

Color

Roſtrum.

Crura.

Victus.

Locus.

Spipola.

Anthus authoris.

Magnit.

Victus.

ire

mè in pratis vliginosis degit, & si ab equis ibi pascentib. pellatur, aufugit quod ãcũ garritu quo hinnitũ equi quodãmodo imitari videtur. Nunquid verò cæcutiat, ignoro, audio tamẽ difficulter volare. Quo ad colorẽ attinet, is pulcher, potiùs, quã aliter appellandus: Supinè per collũ, & dorsũ & alas ex fusco ruffescit, & maculis semilunaribus interstinguitur. Caput superiùs eiusdẽ est coloris, sed maculas illas nõ habet. Alarum remiges, & quæ eas tegunt, nigræ sunt, ad latera & in extremitatibus suis subflauæ. Rostrũ vermibus capiendis aptum, nec gracille, nec crassũ, coloris ex albo flauescentis, parte prona à rostro ad podicẽ vsq; idẽ color est, sed maculis variegatur modò oblongis, modò rotundis, modò alterius figuræ: pe-

Locus.
Vox.
Color.
Rostrum.

Spipola vulgò Anthus, seu Florus fortè Arist. cum vitice.



Anthus, siue Florus Ornithologi.



des

Gaulãmer. des nigreſcunt, Ornithologus verò in epitome auiũ ciuſcemodi auiculam, quam circa Argentoratum Gaulammer vocari aſſerit, Ariſtotelis Anthum ſeu Florum eſſe conijcit. Eam autẽ ſcripſerat roſtro, colore ac reliqua ſpecie à ſua Emmeriza, vel Emmerlinga, nimirum noſtro Paglierizo eſſe diſſimili, natura verò, vt putat ſimili. Volat enim, inquit, cateruatim, auenę, & aliarum ſeminibus paſcitur. Nidificat inter fruteta, & terna, & quaterna ova parit. Tota pars ſupina flauet, ſuperior nigricat, per alas medias & dorſum medium ruſſa eſt.

Emmeriza

DE HYPOLAIDE, SEV CVRRVCA. Cap. XXXIV.

HYPOLAIDA quia *a* Ariſtoteles vermibus victitare ſcribit; itaq; de ea hìc pertractandum eſt. Cùm verò Cuculum in eius nido parere teſtetur, & de corporis forma nihil penitus prodiderit, itaque quæ auis ipſi Curruca, ſiue Hypolais dicatur, etiãnum certant docti, & adhuc ſub iudice lis eſt. Quamobrẽ ego aliorũ ſuper ea opiniones ab Ornithologo collectas hic adducã, vt quam lubet, quiſq; eligat. Currucam (Gaza per r ſimplex ſcribit) inquit Auguſtinus Niphus auem paruam, in cuius nido Cuculus pariat aliqui auiculam interpretantur, quæ imitetur cantu, & magnitudine Philomelã (huius ſententiæ etiam Bellonius videtur, qui pro Curruca auiculam depingit Luſciniæ, vt ait ſimilem in cantu, Gallicè dictam Fauuette brune) alij Caudatremulam, vtrumq; Albertus Auicennæ authoritate probat, alij Alaudam. Sed hi conuincuntur verbo Græco, quod eſt Hippolais: quoniam eſt auis liſſipes, quę quia nidificat in oculi cõcauitate: quę eſt capitis equi mortui, dicta eſt Hippolais. Hęc ruſticè Startagna vocatur. Sic ille. Quòd verò ad etymologiam attinet, ea profectò ridicula eſt, & homine docto indigna, ex imperitia nimirum linguæ Græcæ. Non .n. Hippolais Græcè ſcribitur, tanquam ab equo compoſito nomine, ſed Hypolais, à præpoſitione ὑπὸ. Deinde quanquã nonnulli ſcribant in Alaudæ Chloridis, Motacillæ aliarumq; auium nidis Cuculum parere; non ideo tamen huiuſmodi aues Currucas vocant, vt Niphus ſomniat. Turnerus Currucam, ſiue Hypolaida Ariſtotelis eſſe ſe ſuſpicari ſcribit Anglorum Titlingã, quoniam nullam auem in vita ſua frequentiùs Cuculi pullum ſequentem & pro ſuo cauẽtem obſeruauit. Ait autem eſſe Luſcinia minorem, ſed eadem corporis figura, colore ſubuiridi, culices, & vermiculos in ramis arborũ ſectari; raro humi conſiſtere hyeme non cerni. Alibi eandem auiculam Lingettam vocat, & à Germanis Paſſerẽ gramineum vocari aſſerit; nimirum Graſmuſch, in cuius pariter nido Cuculum parere ſcribit Albertus, & ſimilem eſſe Philomelæ. Longolius Aegithũ auiculam interpretatur eſſe Graſmuch, id eſt Paſſerem gramineum, & alijs ita Currucam appellari dicit Ornithologus Germanicã hanc dictionem Graſmuſch conijcit ſortè à Latinorum Curruca factum eſſe permetathefin, quaſi Paſſerem gramineum dicas Germani enim inferiores, inquit Paſſerem muſch appellant. Pronunciant autem noſtri (Heluetij) & ſuperiores Germani Graſmuch; inferiores & Flandri Graszmuſche. Species, inquit, huius generis plures ſunt, nempe quatuor aut quinq; vt aucupes noſtri obſeruauerunt. Vermiculos autem edunt omnes. Quædam enim ex eis maiores ſunt, colore fuſco, præ cæteris canoræ. Has Lucarni & circa lacum Verbanum Piccafigas, id eſt, Ficedulas nominant, quarum figura in prędcedenti pagina expreſſa eſt (Eſt autem ea, quam hìc ex eo mutuatam exhibemus.) Aliæ Atricapillæ, noſtris Svvartzkopff, Italis capi neri, vel teſte nere. Hi audio caput in prima ætate rubere, deinde nigreſcere, maribus duntaxat: fœminis verò ſemper rubere, auolare eas hyeme. Græcè, ni fallor hodie vulgò καζυρούζα vocitant. Atricapillam, inquit Turnerus, in Anglia nunquam vidi, neque ſæpius in vita quàm ſemel Ferrariæ in Italia mihi demonſtratam. Anglorum Lingettæ (ſupra Titlingam dixit) & Germanorum Graſmuco, quod ad corporis magnitudinem attinet, ſimilis erat, ſed capud habebat atrum, & reliquum corpus colorem magis ad cinereum vergentem. Fortè hæc potiùs Ficedula dicenda erit, quam prima, cùm Atricapilla à Ficedula Ariſtoteli tempore tantùm differat, quo capitis colorẽ mutat. Sed de Ficedula iterum ſuo loco dicemus. Tertia ſpecies pectore albo conſpicitur, capite cinereo, eadem magnitudine, qua prima. Hanc nidum aiunt ex lino ſtruere: hinc fortè Lingetta Anglis dicta. Quarta corpore minore eſt, ventre albo, oculis etiã albicantibus, inter ſæpes ferè degit, & hyeme diſcedit, vt Luſciniæ etiam & Frirgillæ, præſertim faminæ. Nam aliquando hyeme mares tantùm

a 8. *hiſt. c.* 3

Opiniones author de Curruca.

Fauuette brune.

Hippolais Sartagna.

Titlinga. Anglorum.

Lingetta.

Ægithus.

Graſmuſchi etymũ.

Graſmuſchi ſpecies.

Piccafiga.

Atricapilla

Lingetta vnde dicta

complures simul apparent sine vlla fœmina. Hæc omnia. Ornithologus, sed quã ex ijs Curucam existimet, non addit, & dubitandũ est, tot genera diuersa non dari, sed pro tempore colorem in eis mutari. Eliota Anglus Curucam, in cuius nido Cuculus parit, suspicatur esse eam auem, quæ Anglicè Passer sæpium appellatur, an Hedge Sparowe; quo nomine dictam apud Anglos auiculam Turnerus Passerem Troglodyten interpretatur; cui apud Germanos etiam nomen, vt diximus à sæpibus, Zaunschlipfle. Ex quibus omnibus satis cõstare arbitror, à recentioribus nullam auem pro vera Hypolaide Aristotelica agnosci: neque ego vllam obseruaui auem, cui propriè illud nomen conuenire existimem. Ad Hypolaidis etymum quod attinet, Ornithol. coniicit dictam, quia ὑπὸ τὰς λάας, id est, sub lapidibus vermes quærat: Curucæ verò nomen per onomatopœiam factum. Apud Hesychium ὑπωλαΐς legitur penanflexum, paroxytonum apud Varinum; malim oxytonum, vt Theophrastus & Aristoteles habent. Scoppa Italus, Curuca, inquit, vulgò Italicè lo cornuto, vxoris & similium obscurius certè quam oportebat. Hinc deceptus fortassis Ornithologus, Curriculæ nomen adhuc in Italia in vsu esse ait, cum aliquis de stoliditate notatur, & nomen cornuto à Curruca detorttum videri. Ego in media natus Italia neminem vnquam Curriculam nominare audiui, & cornuto à cornibus factum est, nam stolidos maritos, quos adultera vxor fallit, beccocornutos, quasi hirci cornua gestantes, vel simpliciter beccos vel cornutos nuncupant. Solus ex latinis *b* Iuuenalis Curucam nominat, de viro stolido, fictas improbæ vxoris lachrymas miserante. Canit autem:

Passer sæpium Anglorum.

Hypolais vnde dicta.

Curucæ vnde dicta.

Cornuto vnde dicatur Italis.

Tu tibi nunc Curruca places, fletumque labellis
Exorbes

b Sat. 6. Curruca qs dicatur. Iuuenali.

Codices quidem hìc pro Curruca habent Cruca; quod non placet. Videtur autem prouerbialiter à poeta prolatum. Meritò enim maritus, qui mœchæ vxoris filios pro suis & legitimis educat, vt Cuculi pullos Curruca, & aliæ quædam aues, Curucæ nomine appellantur, quemadmodum abundè in Cuculo dictum fuit.

Curruca Ornithologi.



DE CANNEVAROLA Bononienſibus dicta. Cap. XXXV.

AVICVLA hæc, quam hic depingimus, quamque in agris noſtris vulgò Canneuarolam, quod in viridi creſcenteque cannabe degat, niduleturq; nuncupant, Germanorum Gramuſcho, & Anglorum Titlingæ per omnia ſimilis eſt. Albertus enim Graſmuſchum cantu & magnitudine Luſciniam referre ait, & Turnerus Titlingam Luſcinia quidem minorem eſſe ſcribit, ſed tota corporis figura eam referre, colore eſſe ſubuiridi. Quæ omnia noſtræ Canneuarolæ tam exactè conueniunt, vt prorſus eandem, vel ſaltem cùm moribus, tum corpore ſimillimam quiſpiam iuret. Tota die in cannabe dulciter cantillat, modò huc, modò illuc per cannabem & per ſepes, & alias humiliores arbores volitat, vermiculos quæritans. Luſciniam tam exactè exprimit figura corporis, vt niſi paulò eſſet minor, & non tam ruffeſceret, vt illa, prorſus eadem videretur. Tota parte prona, gula nempè, pectore & ventre ex albo flaueſcit. Supinè capite, collo, dorſo & alis ex luteo fuſceſcit. Roſtrum luteſcens, longiuſculum: caput planum eſt, cauda breuiuſcula infrà luteſcens, ſupra ad ferrugineum vergit. Propè coſtas alarum nigricat. Pedes longiuſculi, exiles, pallidè flaueſcunt, ſicuti etiam digiti, qui & ipſi longiuſculi ſunt, & magnitudine ferè pares; vngues atri. Nidum ſtruit inter cannabem, eiuſque caulibus cum ingenioſè eo quo hìc vides modo adalligat, in quo num Cuculus pariat, nondum obſeruaui.

Locus.
Deſcript.
Pars prona.
Pars ſupina.
Pedes.

Canneuarola vulgò cum cannabe ſylueſtri, & papilione ſubfuſco.





DE ATRICAPILLA, SEV FICEDVLA. Cap. XXXVI.

ORNITHOLOGVS, quemadmodum paulò ante allatis etiam eius verbis demonstrant, Grasmuschi Germanorum alteram speciem fecit Atricapillam, quamobrem & ego hìc mihi de ea agendum esse duxi. Caterum cùm inter veteres communis præceptor Aristoteles, Zoroastres, & Plinius, & inter recentiores Ornithologus, Bellonius, & alij plerique Atricapillam Ficedulam eandem auem esse scribant, vnà hìc dicemus de Ficedula tãquam de eadem aue. Aduertendum verò est, falli eos, qui Albertum Magnum secuti, Gallinaginem, id est, Becassam Gallorum Ficedulam vocant, vt illos pariter, qui auem rubente pectore Guger Germanis dictam, quoniam capite atro sit, Atricapillam faciant. Hallucinantur item qui Ficedulam interpretantur auem Phœnicuro adeò similem, vt nisi cauda differrent, quæ illi rubea, huic cinerea est, vix possent dignosci. Ego hanc Erithacum potiùs quam Ficedulam existimauerim.

Atricapilla eadem est, quæ Ficedula.

Alber. error Guger.

Erithacus.

SYNONYMA.

FICEDVLÆ & *Atricapillæ*, inquiunt Aristoteles, & Zoroastres, *vicibus commutantur. Fit enim ineunte autumno Ficedula, ab autumno protinus Atricapilla. Nec inter eas discrimen aliquod, nisi coloris, & vocis est. Auem esse eandem constat: quia dum immutaretur hoc genus, vtrumque conspectum est nondum absolutum, nec alterutrum adhuc proprium vllum habens appellationis*: Sic illi: idem ferè scribit Plinius, dum ait: *Alia ratio Ficedulis, quam Luscinijs, nam formam* (vocem habet Aristoteles) *simul, coloremque mutant. Hoc nomen nisi autumno habent postea Melancoryphi*. Solus Augustinus Niphus sic distinguere nititur. Atricapillam, inquit, aliqui duplicem esse volunt, alteram paruam, quæ non mutatur in Ficedulam, nam & hæc tempore Ficedulæ visa est, alteram paululum maiorem, quæ conuertitur in Ficedulam, & hæc nunquam apparet apparente Ficedula. Hæc ille. Aucupes nostri diuersas esse putant, quos ego sequi tamen non volui. Ante Ficus itaque nobis Capo nero dicitur, & alibi testa nera, Gallis Piuoine. Bellonius Gallus in Creta abundare scribit, per fruteta volitare, & quoniam cauda, caputque, & pars corporis nigricant, à multis vulgò Asprocolon, id est, albicillam per antiphrasim nominari, (Melampygus potiùs esset dicenda) nam alia, inquit, quædam auis propriè leucopygos (Gallicè tamen Clublanetantùm scribit) appellatur, quæ veterum Græcorum Oenanthe est. Alij in Creta magis propriè Atricapillam Melanocephalum, eadem qua Latina vox est, significatione. Est autem eadem quæ Ficedula, Gallis Papafigo, vel Beccafigo dicta. Hactenus Bellonius. Heluetij teste Ornithologo appellant Schwartzkopff, id est, caput nigrum, & periphrasticè die Grasmuch mir dem schywartzkopff, idest Grasmuschum capite nigro. Quidam Saxonicè interpretantur Munchlein, id est paruum monachum, nimirum à macula illa capitis rotunda. Atque hæc ferè sunt synonyma Atricapillæ. Ficedula dicitur à ficu, quod ea, vt ait M. Varro pinguescat, vel quòd ficuum tempore capiatur, vnde eadem ratione dicitur Σπεδὶς apud Græcos. Hermolaus & Cælius etiam Ampelida vocari illis asseuerant. Ego quod de Ampelide sentiam, aliàs aperui. Alchaugi Syluaticus interpretatur Ficedulam, & alibi pro Feecetola (lego Ficedula) auem paruam, saporis grati, quam nominat Dioscorides nimirum capite de Hirundinibus. Serapionis interpres eum Dioscoridis locum transferens pro Sycalide habet Sophlidas, & apud Syluaticum Sofadas legitur & exponitur Faccola. Italis appellatur Beccafico, & alibi Beccafigo. Becquefico, circa Lacum Verbanum Piccafyga, quasi συκοφάγος, id est, ficus tundens: Germanis Grasmugg, vel Grasmusch, id est, Passer gramineus, vt Turnerus interpretatur, Ornithologus à fusco colore nomen id deriuat, ac si Passerem fuscum sonaret: sed Atricapilla ante mutationem in alis gramineo ferè colore virescit; vnde idem Turnerus alibi dicebat Ficedulam Germanorum Grasmusch o similem esse.

a 9. h. c. 49. Ficedulã, & Atricapillam esse easdẽ aues.

Ficedula ab Atricapilla distincta.

Caponero.

Piuoine.

Asprocolos.

Melãpygos.

Leucopyg.

Oenanthe. Græcorum quæ Bellon.

Ficedula vnde dicta.

Ampelis.

Alchaugi.

Faecetola.

Sophlidas.

Sofada.

Grasmuschus, vnde dictus.

FORMA

FORMA. DESCRIPTIO.

AVICVLAM, cuius primo loco ponitur imago, Itali Capo nero dicunt, id est Atricapillam. Caput, dorsum, cauda, & alarum remiges pennæ nigræ prorsus sunt. Alæ superius virides, venter subflauus, podex albidus; rostrum nigrum, mediocre, in extremitate nonnihil recuruum, crura, pedesque, & vngues atri. *Atricapillæ descript.*

Atricapilla cum napo satiuo.



Secundo loco posita superiori erat prorsus similis, quamuis ceù longè maiorem pictura exprimat, vertex verò capitis in ea erat coloris castanei: quare vel pullum etiamnum, vel fœminam fuisse existimo: nam & Ornithologus caput eis prima ætate rubere ait, deinde nigrescere, idque in maribus duntaxat, fœminis verò semper rubere.

Atricapilla alia castaneo vertice cum ramo & fructu fici.



Ficedula nondum mutata.

Quæ tertio ponitur loco, nec Atricapilla, nec Ficedula dici poteſt, cum enim eam depingerem, colorem mutare nondum deſierat, ſed in ipſa erat mutatione, vertex tamen capitis erat niger, ſed notabili alba macula ſupra roſtrum in fronte notabatur. Pectus venterque albicabant, vt figura demonſtrat, collum velut alba torquis cingebat; in alis etiam, & cauda aliquid erat albi: cætera erant nigra. Hanc aviculam tanquam obſeruatu dignam mihi miſit Illuſtriſs. D. Ludouicus Gozzadinus patritius Bonon. & Iuris vtriuſque Conſultiſſimus.

Ficedula, ſiue Atricapilla ſeſe mutans.



Ficedula mas & fœmina.

Quarto, & quinto loco poſitæ mas & fœmina tempore ficuum captæ & depictæ colore ſupinè per caput, dorſum, alas & caudam ex fuſco ad caſtaneum vergente. Fœmina pronè tota albicat, mas ex albo ad cinereum vergit. Alarum remiges in mare nigræ ſunt, cum quibuſdam intercurrentibus albis maculis, in fœmina ad caſtaneum vergunt, quemadmodum etiam cauda, quæ in mare etiam eſt nigra. Contrà fit in pedibus; hi namque in mare ſunt ſubcaſtanei; in illa nigri.

Ficedula mas cum ficu Ægyptia.



Ficedula fœmina cum piſtachio.



Quam ſexto loco poſuimus, Ficedula varia dici poſſet. Tota enim ex albo & nigro variat, vt pictura oſtendit.

Ficedula varia cum philarea Narbonenſi.



Septimo, & vltimo loco poſitam aucupes noſtri Scatarello. Genuenſes, vt audio, Beccafico nuncupant. Auicula eſt toto corpore Ficedulis ſimilis, tota ferè ex cinereo fuſceſcẽs, maximè per dorſum, & partes ſupinas, nam pectus luteſcit, pedes nigri ſunt.

Scaterello vulgò cum Perſica Anglorum.



LOCVS. VICTVS. PARTVS.

Educatio.

Anglia non habet Ficedulas.

a 9.h.c.15.

ANGLIA, vt ex Turnero diximus, Ficedulam non habet. Nidificat in arboribus teſte *a* Ariſtotele; in cauis nimirum vt Niphus exponit. Ariſtoteles & Plinius ſanè magnam huic auiculæ tribuunt fœcunditatem, oua plura quàm viginti, parere ſcribentes, ſed numero ſemper impari. Atque Albertus tanta ait pullos alere ſedulitate, vt in nido etiam pinguiſſimi exiſtant, quando verò è nido auolant, matrem turmatim ſequi, nec deſeri ab hac, donec ſeipſos nutrire valeant. Quod ad victum pertinet, Ariſtoteles Ficedulam & Atricapillam, vermiculis nutriri tradidit; qui ſanè victus noſtris etiam Atricapillis conuenit. Sed autumno ſicuum eſu plurimum adipem corporibus ſuis adijciũt, & tunc potiſſimùm & viſuntur & capiuntur. Vuis item mirum quàm inhient, quod hoc diſticho Martialis expreſſit.

Cùm me ficus alat, cùm paſcar dulcibus vuis
Cur potiùs nomen non dedit vua mihi?

Hinc etiam Ampelides eaſdem à vineis nominatas Cælius conijcit.

CAPIENDI RATIO.

κυτιδία.

Κυτίδας Græci, vt ſcribunt Heſychius & Varinus quidam Ficedulas nominant, & retia quibus capiuntur *κυτιδία*. Noſtri, vt audio, retibus eas non capiunt, ſed viſco; qui verò retibus capiunt, id noctu applicatis ad arbores, vbi quieſcunt, retibus perficiunt, in quæ edito ſtrepitu eas depellunt.

VSVS IN CIBIS.

MIRVS quanti in Italia fiant Ficedulæ ob saporis gratiam. In magno etiam olim pretio, vt inuenio, habitæ sunt, idque iure merito; etenim cum duobus præstantissimis pomis, ficubus, inquam, atque vuis vescantur, fit vt cæteris salubriores probioris succi, & facilioris concoctionis sint. Apicius vnà cum Turdis bis terue Ficedulas nominat, tanquam aues æquè delicatas. Macrobius eo die, quo Lentulus Flamen Martialis inauguratus est, Ficedulas, & Turdos ante cænam appositos fuisse refert. *a* Gellius dum scribit negari vllã auem præter Ficedulam totam comedi oportere, ostendere videtur, nihil olim in hac alite agnouisse, quod non esset esui. *b* Athenæus in opiparo quodam conuiuio, vt aliàs etiam scripsi, porcum assum appositũ tradit Turdis & Ficedulis fartum, qualis etiam Apicij porcus hortulanus est. Platina, quem alterum seu nouum Apicium dicere soleo Ficedularum reliquarumque auium minutarum carnes si pingues fuerint, & modo non nidificent, boni alimenti esse attestatur. Ego inter reliquas minutiores auiculas Hortolano, seu Cenchridi & Ficedulæ primatum lubens ascribo. *c* Iuuenalis nõ sine summa indignatione monstraturus parentes filijs sæpè ansam præbere in vitia proruendi, quia prauis suis exemplis teneræ mentes eorum ad vitia facilè formentur inter gulæ illecebras, quas à parentibus didicere, & à quibus cum iam adolerunt, se se dissuescere non possunt, Ficedulas nominat inquit.

Ficedularũ æstimatio.

a Lib. 29.
b Lib. 4.

Porcus turdis, & Ficedulis fartus.

c Sat. 14. de princ.

Nec de se melius quicquam sperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem iure natantes
Mergere Ficedulas didicit nebulone parente,
Et cana monstrante gula, cum septimus annus
Transierit puero nondum omni dente renato.
Barbatos licet admoueas mille inde magistros,
Hinc totidem, cupiet lauto cænare paratu
Semper, & à magna non degenerare culina.

Ficedulæ ob allatam rationem autumno sunt præstantiores, vtpote pinguiores, quod etiam testatur Galenus, dum ait: *Ficedula optima est autumno, propter alimentum eis tum abundans.* Quod ad coctionis modum attinet, Ficedulas, inquit Platina, implumes & nullibi comminutas, aut exenteratas, in folio vitis cum modico salis, funiculi ac laridi inuolues, inuolutaq; cinere calido, & carbonibus integes. Ante dimidiũ horæ coquẽtur. Assas si voles, quaternas simul deuincies circa veru capite, & pedibus, ne si transfixæ fuerint, nil habeas quod comedas. Sunt qui in extrema coctura laridum illis instillent. Sic ille. Apicius describit ius pro coquendis & condiendis auibus, Turdis, & Ficedulis, vt in Pauone etiam diximus. *d* Martialis piper addendum iubet in coctione, dum ait.

Quando sint meliores.

Coctionis modus.

d li. 6. c. 5.

Carea (idest, pinguis) *quæ patulo lucet Ficedula lumbo.*
Cum tibi fortè datur, si sapis, adde piper.

Cur verò piper addatur, causam reddit Bapt. Fiera poeta simul & medicus.

Si sapit, & calida arescit Ficedula, quæris
Cur piper? vt melius si bibis, inde coquas?

In Cypro in sale conduntur, & in futurũ vsũ conseruantur. Κρηπὶς Polluce teste placẽta est ex farina & melle, in qua positæ erant aues Ampelides aut Ficedulæ assæ, quibus comesis placentam quoq; (crustam videtur intelligere) iuri intritam edebant.

VSVS IN MEDICINA.

DIoscorides Ficedulas in cibo (similiter nimirũ paratas, vt de Hirundinibus dixerat, non quod Ficedulæ oculos iuuent) aciei visus medicamentũ prębere scribit.

PROVERBIVM.

COmmune illud aduerbium à Græcis vsurpatum.

Σῦκα φίλ' ὀρνίθεσσι, φυτεύειν δ' οὐκ ἐθέλουσι.

Grata auibus ficus sunt, sed plantare recusant.

à Ficedula auiculis præcipuè dictum apparet quanquam,& aliæ aues, & ficulus vescuntur. Eiusdem penè sensus est, *Felis amat pisces, sed aquas intrare recusat.*

DE OENANTHE, SIVE VITIFLORA. Cap. XXXVIII.

THEODORVS Gaza pro Oenanthe aue, quam *a* Aristoteles & Plinius exortu Caniculæ abdi scribunt, occasu verò apparere, transtulit Vitifloram. Plinius *b* alibi eadem de Parra & Virione scribit, quæ antea de Oenanthe, & Cholorione scripserat, adeo vt Oenanthen Partam cum vertisse appareat. Augustinus Niphus Oenanthen à colore simili vuis germinantibus dictam conijcit: verùm an potiùs fortè dicta sit, quòd vini tempore appareat? In occasu enim Caniculæ incipiunt vindemiæ. Vel an quod vuis delectetur, vt conijcit etiam Ornithologus? Qui, circa Argentoratum, inquit auiculam quandam Ficedulæ magnitudine, vt pictura ostendit, vulgò Bustner appellant, quam vuis pinguescere audio. Color ei fuscus, pars supina alba, maculis aliquot aspersa cinereis, partem etiam sub cauda albere puto. Longiores alarum pennæ nigricant; rostrum longiusculum modicè inflectitur. Sed cùm de occultatione eius nihil cognouerim, Oenanthen esse nõ assero. Hæc ille, adiecta etiam auis icone. Bellonius auiculam quandam quam Galli Cul blanc, Itali Culo bianco nuncupent, pro Oenanthe descripsit, sed cur id fecerit, rationem nullam attulit: Le Cul Blanc, inquit, auis est Sittæ magnitudine compar, vescitur crucis, quæ per herbas degunt, & vermibus terræ, quamobrem aratra prosequitur. Moribus est eiusdem, quibus Philomela at non versatur circa nemora, sed in paruis dumetis, neque in volatu perseverat. Nisi in dumetis eam obseruassemus, non credidissemus nomen ei ab antiquis fuisse impositum. Equidem nomenclaturam non est reperire, quæ aptiùs & conuenientiùs huic aui competat, quam Oenanthe, vel vt Gaza transtulit, Vitiflora, quæ postrema vox Gallorum Vitree (sic hanc auem nominant) conformis est admodum. Nidulatur in foraminibus veteris maceriæ, quandoque etiam in terra, vbi bos, vel aliud quoduis iumentum vestigium impressit, nec non etiam in lapidicinis. Rostrum & alæ & crura, & caudæ extremitas nigra sunt, dorsum cinereum. Rostrum simile est eius, quam Galli dicunt vn Pluuier. Lingua etiam est oblonga & plana, quinque aut sex plerũq; ædit fœtus. Parui fit, quia nihil penitus canit aut canere nouit; id quoque etiam non educatur; si quis nihilominus educare velit, eisdem alet, quæ Luscinijæ dari solent. Admodum mansueta est, si à puero nutriatur: celeriter cursitat per terram, sicut Bergorenetta (Ita, ni fallor, genus quoddam Motacillæ nuncupant) Pedes habet paruos, crura tamen oblongiuscula, quid quid sub ventre est, & infra & supra vropygium, & anteriorem partem caudæ album est, vnde vulgò Cul blanc appellatur. Hac ille, sed icon, quam exhibet, vix descriptioni respondet.

Hæc quam ego depingo, & vulgò etiam apud nos Culo bianco nuncupatur, prorsus quidem descriptioni Bellonij respondet, & exactiùs expressa est, vt videre licet. Alæ verò nigræ quidem sunt, vt ille scribit; costæ tamen cinereæ sunt, dein ex nigro & castaneo variæ. Capitis vertex ex castaneo rubescit; tergus ex cinereo ad castancum vergit.

a 9. hi. cap. 49.
b lib. 18. cap. 30. & l. x. c. 29. Parra.
Oenanthe vnde dicta
Bustner, & eius descriptio.
Culo bianco.
Mores.
Vitree.
Nidulatio.
Descriptio.
Educatio.

Oenanthe siue Vitiflora cum Platano, & papilione caudato.



Alia est auis in agris nostris quandoq; obuia, quam pariter à podicis albedine Culo bianco nominant. Auis est superiore paulò minor, Passere verò maior, capite, collo, dorso, alarum pennis minoribus, pectore, & ventre ex ruffo flauescens, dorso intensiùs, pectore remissiùs, oculis nigris, retro quos macula est oblonga etiam nigra, figura quodammodo semilunari; rostro longiusculo, gracili, nigro, nigris alarum remigibus, quarum extremitates lutescunt, sicut fit etiam in caudæ pennis.

Oenanthe altera cum Oenanthe herba.



His congenerem iudicaui auiculam quandã, cuius modo hic exprimitur ſpecies, aucupibus noſtris anonymon & incognitam, menſe Ianuario captam. Roſtrum craſſiuſculum, & aures habebat maiuſculas, caput colore cinereo fuſco, dorſum non abſimile, ſed nigriuſculis notis variegatum. Venter maculis ferrugineis inſignitur. Gula, pectus, reliquuſq; vẽter cinerei item, ſed leucophei coloris inſtar Alaudæ. Alæ item eiuſdẽ coloris, quarum tamen pennæ extremo latere dilutiore colore pallent. Plumulæ quę duplici ordine remiges operiunt, extremæ albo reſperſæ ſunt colore. Cauda tres digitos longa pennarum duodecim, quæ ſingulæ in extremitate habẽt notam albicantem verſus partem interiorem vtrinque ſpectantem, vt ex oppoſito quodammodo, & quæ in læua, & quæ in dextra ſenæ ſunt, ſibi reſpondeant. Plumæ vropygium conſtituentes, eiuſdem quidem cum reliquis ſunt coloris, ſed extremo candicant. Vngues pro portione ſic ſatis grandes, & robuſtos nacta.

Eſt & alia auicula in agro Bononienſi, cui pariter podex & cauda ferè tota cãdicant, cuius hic poſtremò loco exprimitur icon, capite & dorſo luteo ferrugineo, ex pennis alarum ſeminigris, & ſemiluteis, roſtro longiuſculo fuſceſcente: gula, pectus & venter ex albo leuiter flaueſcunt. Cauda verſus vropygium lutea, cætera nigricat. Aucupes Strapazino vocant.

Oenanthe congener cum Oenanthe ſiue labruſca.



Strapozino vulgò cum erucæ ſpecie.



DE LVSCINIOLA. Cap. XXXIX.

MVLTI, inquit Bellonius, le petit Mouchet, ideſt, Paſſerem rubi, perperam Rouſſette, ideſt Luſciniolam nuncupant. Si quidem vt noſtræ regionis incolę Luſcinias à rubicũdo colore Roſſignolos nominant; eodem planè modo ruſtici hanc auiculam voce diminutiua appellant Rouſſette, ideſt Luſciniolam, Magnitudine eſt d'vne Fauuette brune (ſic Corruccã interpretatur) Luſcinia minor. Auis eſt grandiuſcula. Nullum ei nomen ſiue Græcum, ſiue Latinum, aptè accommodare potuimus, eoq; maximè cum auis ſit non ita obuia, & niſi quibuſdam ruſticis, qui pagos habitant procul à ſyluis diſſitus cognita, qui nimirũ numerosè eas capiunt, quãdo æſtus ingraueſcit, cùm potandi cauſa in paluſtria ſeſe conferunt. Diuerſa enim nemora, diuerſa etiam auium genera habent propter loci ſitum, & populi varietatem. Solent plerunq; aucupes auibus omnibus, quas capiunt, ſuas imponere nomenclaturas, quare & hanc à maculis quas multas poſſidet, coloris inter phœniceũ & mali aurantij circa pennarũ extremitates medij, Roſſette nuncuparunt. Pectore, capite, & dorſo, & coloris eſt cinerei: pennæ alarum & caudæ fuſcæ: roſtrum acutum, ſubnigrum, gracile, quale vermiuoram decet, in extremo & intus aureum, crura, & pedes albeſcunt.

Petit Mouchet.

Rouſſette.

Locus.

Nominis ratio.

Luſciniola Bellonij cum quercu.



Cum hac auicula, niſi eadem, ſimilis ſaltem fuerit ei, quam hic poſtremò depingimus quamuis tamen non omnes notas in illa expreſſerit Bellonius, neq; etiam omnes ab illa poſitè hic exactè reſpondeant. Pingit enim ſuã auem ex cauda oblonga, quæ in noſtra deſideratur, digitum præterea poſticum pedis, ita longum minimè expreſſit. Hanc die Maij vltima anni 1592. in foro noſtro emi ab aucupibus, qui eam Giarolam, fortè quòd propè omnes, vbi plerunque filium, quas giaras Itali dicunt, copia eſt verſetur nuncupabant, quod nomen alijs quibuſdam auibus aquaticis ex Gallinularum genere conuenire quoque ſcio. Magnitudine erat Alaudæ ab extremo roſtro ad vnguium vſque mucrones longitudo erat duorum palmorum. Roſtrum fragile, rubicundum, intus, & rictus marginibus luteſcens, quoqui rectus admodum amplus eſt. Color verticis, colli, dorſi, & alarum admodũ eſt varius, adeo vt hoc Coturnicem exactiſſimè referat, Gallinaginibuſq; ſit ſimillima. Nam plumæ omnes ex fuſco caſtaneum induunt colorem, margines verò dilutiori, aut albicante nonnihil, aut modicè rubeſcente colore cinguntur. Verticis finis collivè initium albicantibus plumularum marginibus tanquam corona cingitur. Lingua bifida eſt; venter albus; radices pennarum cinereæ. Cauda breuis adeo, vt vix vlla appareat, bifida tamen, & varia, etenim extremæ vtrimq; ſeu vltimæ duæ totæ albæ ſunt, penultimæ partim albæ, partim caſtaneæ. Tota cauda vix pollicari eſt longitudine anguſtiſſimis plumulis cõpoſita, & ipſa anguſta. Crura pedeſq; ſat magni colore carneo ex albido nonnihil rubeſcente. In pedibus hoc obſeruatur

Gsarola.

Magnitudo.

Roſtrum.

Color.

Cauda.

Pedes.

ſeruatu eſt dignum, quod poſticus digitus admodum longus paris longitudinis vnguem annexum habet, ita vt ambo polliceam expleant. Vngui verò hìc minimè, vt plerunque totus incuruus eſt, ſed primum rectus ferè totus, extremo tantum admodum exiguo vnco modicè inflexo armatur. Vnguiculi quoque albeſcunt.

Giarola vulgò cum gramine minori Lobel.



Auiculæ hìc poſtremò loco depictæ aucupes noſtri, qui eam in agro noſtro ceperant nomen ignorabant. Habebat autem caput pro corporis portionem magnum, ac craſſum. Aiebant ficubus inhiare, quare etiam ſycomorum appinximus.

Anonymos capite magno cum ſycomoro.



Finis Libri Decimiſeptimi.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI, ET MEDICI BONONIENSIS ORNITHOLOGIÆ

Liber Decimusoctauus.

QVI EST

DE AVIBVS CANORIS.

DE EISDEM IN GENERE. Cap. I.

PRÆFATIO.

CANORAS aues, quæ deliciarum tantùm causa in caueis aluntur, à reliquis omnibus alijs auibus, quarum historiam in superioribus libris longè, lateque prosequuti sumus, non esse ita distinctas, ac si diuersum quoddam genus constituant, nos latet minimè. Quasdam enim quæ granis vescuntur graniuoris accenseri posse, aliàs quę vermibus inter vermiuoras locum habere, nonnullas denique alijs de causis alicui alij ex iam commemoratis generibus annumerari posse ex ipsarum particularis historiæ processu patebit. Verumenimuerò quia huiusce modi argutæ auiculæ hoc præter cæteras peculiare habent, vt cantus sui tantum 04 gratia, quo inter reliquas volucres celebres, & insignes existunt, educari consueuerint, itaq; de illis tantùm sermo erit, quæ ob cantus sui dulcedinem dignæ habitæ sunt, vt summa industria, & studium in ipsis enutriendis, & curandis adhibeatur: non vt nobis in cibum aliquādo, cedant, vel aliquid aliud eiusmodi emolumenti afferant, sed in aulis, cubiculisque in suspensis caueis cantilantes, cùm nos domi continemus, suauissimis suis cantiunculis oblectent, & animi molestias demulceant. Sed antequam ex hisce alicuius particularem historiam aggrediamur, quædam omnibus ferè communia, cuiusmodi sunt ad cibum educationem, corporisque affectus & cantum, spectantia, ne eandem cantilenam sæpius canere inuiti cogamur, prætermittere necessarium esse duximus.

Canorā aues diuersum genus non constituunt.

Canora aues sub diuersis generibus comprehendi possunt.

Quid peculiare habeant, & cur de ipsis author agat se partim.

De quibus auibus in hoc libro agatur.

05

VICTVS.

INTER illa igitur, quæ vel omnibus hisce auiculis, vel earum pluribus communia sunt; primo loco victus ratio sese offert. Potus igitur frigida sit munda, & nitida, prorsusque ab omni immunditiæ defæcata: Talis enim & cantus suauitati, corporisque salubritati plurimum conferet. Cibi autem varij pro naturæ, & palati differentia sunt offerendi. Aliæ namque seminibus aluntur, quibus natura duriusculum rostrum elargita est cuiusmodi sunt Cardueles, Alaudæ, Linariæ, Fringillæ, & quos Passeres Canarios, seu Canarienses appellant, & id genus reliquæ. Quædam verò omni fermè insectorum genere, carnibus contu-

Potus.

Cibus.

Quæ seminibus gaudeant.

si,

Quæ insectis & carne.

sis, ouorum vitellis & id genus cibis potissimùm gaudent, vt quæ rostro imbecillo, & tenui à natura donatæ sint, & ad semina frangenda minus idonea. Primi igitur generis auiculis nullum cibum sapidiorem, iucundioremq; & qui magis ad earum valetudinem faciat, & magis longæuas reddat, & quo pastæ magis assiduos, & suauiores modulos meditẽtur, phalaridis semine haud facile reperias. Est autem Phalaris, vt describunt quidam planta, quæ tres, quatuorue culmos erigit cubitales & nonnunquam proceriores, geniculatos, Zeæ, aut tritici culmis non dissimiles. Folia ex geniculis singula exeunt, acuminata, paruæ arundini, aut tritico similia; ex ijsdem geniculis quidam etiam culmi ramulorum vice emergunt, quos folia circumamplectuntur. Spicas in summis culmis, & ramulis illis fert rectas digitali crassitudine, teretes, in summa turbinatas, exiguis squamis candicantibus compactas, e quibus flores candiduli exigui è breuibus staminibus dependent: semen deinde inter squamas gignitur, milio non dissimile splendidum, candicans, aut subnigrum, oblongum, in mucronem acuminatum, gustu milio simile. Quibuscunq; has aues alere est cordi, huius plantæ semen non ignorare plurimùm conducit. Peregrinum est autem pluribus in locis, & multis incognitum. In Galliam ex Hispania affertur, & Canarijs insulis. Massiliæ autem, quæ est Galliæ Narbonensis vetustissima, & præclarissima vrbs frumentum Canariense dicitur, quia eius copiã institores ex Canarijs secum deferunt, & vnà cum Passerculis Canariensibus vendunt, quòd eo maximè delectentur, sitq; eis cibis saluberrimus. Cæterùm in multis etiã alijs locis nascitur, & magna cum vbertate prouenit. Apud Melitenses namq; diligentissimè seritur, & illius insulæ incolæ patria lingua Cuneno vocant, & ad conficiendum panem (pauperes fortassis, & in anonæ caritate) cum tritico miscent. Sicilia etiam, huius seminis, vt si quæ vlla regio, ferax esse perhibetur, vbi vel sponte inter segetes triticeas potissimùm frequens innascitur. Illinc magna copia cum tritico admistum, tum etiam secretum in oras Italicas nauibus onerarijs aduehitur, Genuam præcipuè. Quapropter illius vrbis & totius Liguriæ homines nullum aliud hisce auiculis cibi genus offerunt, & indigenæ scagliuola nuncupant, quasi squamosam. Sed quia non vbique terrarum seminis huius habetur copia, in illius defectu, pro harum auicularum cibo, milio vti poterimus, vt apud nos Bononienses vsus obtinuit. Sunt qui etiam panicum, Zeam, tritici recrementa, canabis, & lini semina exhibeant: sed minus tutò, nec sine aliqua noxa: ob id enim in quosdam corporis affectus facile incidunt, vel saltem mœstam, & ferè taciturnam vitã degunt. Non desunt etiam qui corde veruecino, aut vitulino pascãt, sed huiusmodi sanè victus altero generi, quod molli, imbecilloq; rostro præditum est, magis conuenit: cui etiam præter id, vermes, muscas, & id genus insecta, ouorum vitellos ad duritiem coctos, carnesq; tum crudas, tum coctas exhibere licebit. Sed præter cõmemorata ex ciceris albi farina, cum nonnullis alijs admistis edulij genus quoddam parant, quod omnibus hisce auiculis apponi potest, nulli autem salubriùs, vtiliusve, quam ijs, qui minus firmo sunt rostro. Cuius descriptionem tùm vt paratu facilem, tùm vt maximè vtilem, ne dicam necessariam hoc in loco afferre non pinguit. Duabus igitur ciceris albi farinæ libris, optimè à furfuribus in cerniculo expurgatæ, amygdalarum dulcium optimarũ, quales sunt, quas Ambrosianas appellant, quæ ab interiori etiã cortice exquisitè emundatæ fuerint, & in mortario diù contusæ contusæ libram vnam admiscent, & in æneum cacabum stanno illinitum simul cum butyri recentis vncijs tribus quatuorue indunt: ignem modicum posticæ ex lignis acapnis, ne tetrum ex fumo saporem ingesta concipiant, cacabo subdunt, & suauiter, & lentè admodum decoquunt; sed dum coquuntur, cochleari in gyrum assiduè agunt, & frequenter versant, cum verò butyrum iam liquefactum fuerit, duos ouorum vitellos, & croci pusillum adijciunt: Mel præterea despumatum, & vt dicunt, colatum ex interuallis superinfundunt, assiduè, vt dictũ est, agitantes, & cochleari versantes. Queis omnibus quantum satis est decoctis, per cribri foraminula ampliora, vel angustiora, prout auium huiusmodi edulio pascendarum, robur, & magnitudo exigunt, miscellam illam digitis subigentes exire compellunt, & buccellulas hoc pacto granorum milij magnitudine plus minus efformatas in suarum auium esum asseruant: quod cibi genus, vt in longius tempus perduret, ne putrescat, melle sæpiùs aspergendum erit, & crebrò versandum. Sic enim fiet, vt imputre, incorruptumq; vel ad sex menses perseueret. In caueis item terræ, aut vetusti ruderis, aut pumicis frustulum habeatur; ad hoc enim rostrum acuere possint, quod alioqui ipsis aliquando obtunditur. Ex terra autem aliquid sæpe vorare consueuerunt, quò noxios humores per aluum deturbent: Id enim euacuationis genus ad ipsarum incolumitatem non parum conferens natura eas docuit. Atque hęc de victu earum in genere. Qui modo singulis peculiariter conueniant, in particularibus historijs edocebimus.

Phalaridis semine præstantia.

Phalaridis descriptio.

Phalaridis semẽ vnde afferatur.

Frumẽtum Canariẽse.

Phalaris vbi nascatur.

Cuneno.

Sicilia Phalaridis ferax.

Genuenses quo semine canoras aues alant.

Scagliuola.

Milium.

Cur veruecinum, & vitulinum Vitelli ouorum.

Edulij pro auibus quæ molli sunt rostro descripsit.

CAN-

CANTVS.

AVES vere, & æstate frequenter canere non est nouum: ijs tamen temporibus illarum cantus hominibus minus gratus, minusque iucundus existit. Nam & caueis incluſæ & quæ liberæ per agros volitant, ſuo modulamine certatim aures velut offendunt. E contrario autumno & hyeme cantus gratior est, & maximi vbique fieri consueuit, tum ab alijs, tùm ab aucupibus; Præcipuè earum, quas in caueis incluſas seruant, vt quæ ipſis allectricibus vtuntur ad alias capiendas, quæ ex montibus à frigoribus, & niuibus depulſæ ad valles, & tepidiora loca deſcendunt. Quapropter non ab re, imò fortè operæ pretium fuerit, artem aliquam excogitare, qua vernales, æſtiuoſque cantus, tanquam inutiles, & importunos, in autumnum, primamque hyemem, velint, nolint, differre cogantur. Calendis itaque Maij, vel circiter tempore nimirum, quo & homines purgare ſeſe ſoleant, quando iam frequentiores modulos edere meditantur, eas, quæ in dictos vſus sunt aſſeruandæ, purgare oportet, vt ſcilicet noxijs humoribus, quos hyeme coaceruare ſolent, penitus expulſis, naturaq; inde firmata, commodius, valentiuſq; futuri carceris & tenebrarum incommoda ferant. Prima igitur huius inſtituti die betæ ſuccum defæcatum cum aquæ nitidæ pauculo propinabimus, quem vt exhauriant, per aliquod interuallum aquam nitidam conſuetum earum potum auferemus, altera herbam ipſam vellendam, edendamque in cauea ſuſpendemus, indito inſuper pugillo terræ, & rudere aliquo, qualia ex veteſtarum domorum ruinis eruuntur. Si quid enim ex ijs deglutierint, vt tanquam à natura edoctæ factitare conſueuerunt, non minus, quàm betæ ſucco, aut foliis purgabuntur. Cùm purgantur, ab intenſa luce ſunt arcendæ, ideoque eas domo efferre non licet: Sed vt tenebris aſſuefiant, in dies paulatim in obſcuriora loca recondendæ, idque in decimam vſque lucem, ac deinde in cubiculum penitus obſcurum, & quod ne minimum quidem ſplendoris, ne per rimulas admittat, includendæ. Sic enim importunum garritum vſque in optatum à nobis tempus differrent. Toto verò clauſionis tempore ergaſtuli oſtiolum à nemine aperiatur, præterquam veſperi ab eo, cui illarum cura demandata fuerit, is enim ſaltem tertio quoque die cum lucerna accenſa ingredi debet, & aquam, quam conſpurcare ſolent, mutare, ſcarioſque pariter alueolos mundare, atque recentem ſimul cibum priore iam exhauſto, ſuppeditare. Sed in primis neceſſum erit, vt munda ſemper à fœcibus, & ab omni alia immunditie cauea ſeruetur. Nihil enim ipſas æquè offendit, ac teter ſtercoris, & aliarum immundarum rerum odor. Profuerit quoque betæ folium quarto, & ſuccum vigeſimo quoque die exhibere, præſertim Fringillis, quæ niſi optimè curentur, ſæpiuſq; purgentur, in cæcitatem non rarò incurrunt. Sed vt etiam pediculis, à quibus non parum infeſtatur hoc auium genus, minus obnoxiæ ſint, operæ pretium fuerit, illas in mundiores caueas viceſimo quoque die transferre: quòd etiam fiet, vt à fætore, qui eas aliquando interficit, vindicentur. Hac igitur ferè ratione vſque ad V. Idus Auguſti curandæ ſunt, quo tempore eodem modo, quo ſuperius præcepimus, eas denuò purgare oportet. Ab hinc ſtudendum eſt, vt paulatim iterum luci aſſueſcant: cauendum tamen interim à Sole, nunquam enim deinceps vſq; ad aucupij tempus illi ſunt exponendæ, ac ſplendor radiorum hebetantem earum viſum offendat. Quæ omnia ſi obſeruauerimus, voti noſtri abundè compotes fiemus, nimirùm ex ipſarum harmonia, atq; aucupio vtilitatem, voluptatemque ſimul percepturi.

Aues canoræ qua arte cantum in autumnum differant.

Quomodo & quibus purgentur.

Clauſionis tempore quomodo paſcenda.

Quouſque incluſas eſſe deceat.

CORPORIS AFFECTVS.

MVLTIS affectibus obnoxium eſt vniuerſum hoc auicularum genus, inter quos nullus moleſtior, magiſve pernitioſus cæcitate ipſa: quam alioqui facilè incurrũt: & cùm iam radices iecerit, penituſq; firmata fuerit, nullam deinde curationem admittit: Quare optimi conſilij erit venienti morbo occurrere, ipſamq; adorientẽ conſentaneis propulſare remedijs. Id autem facilè præſtabimus, ſi ſimul ac lachrimari cœperint, quod eſt incipientis ægritudinis indicium, ſaccharũ ex betæ ſucco alternis diebus ad quatriduum vſque propinauerimus: ſtatimq; virgulam aliquam ficulneam caueæ intromiſerimus, vt ad illam oculos perfricent; quod à natura edoctæ factitare ſolent, indeq; breui admodum conualeſcere

Cæcitatis curatio.

Cæcitatis incipientis indicium.

Crurum, & tibiarum fracturæ curatio.

ualeſcere. Crura inſuper nonnunquam franguntur, vel tibiæ; quæ vt coaleſcant, & in priſtinum reducantur, ſumma cura, & ſtudio enitendum erit. Quare ablatis prius virgulis, quibus dum benè habent, inambulantes inſiſtunt, neceſſe fuerit, cibum in ima cauea apponere, vt ſcilicet in promptu ſemper ſit: neque illum quæritantes, huc & illuc volitare coactæ ægra membra non ſine magno diſpendio, doloreq; trahant, vnde vel commoriantur, vel penitus claudicantes, & inutiles euadant. Porrò affectum membrum neque deligandum, neque faſciandum eſt. Ex hoc enim remedij genere, quòd ſine dolore adhiberi nequeat, periculum imminet, ne humor ad partem affectam attractus, phlegmonē excitet. Sed totum negocium, præmiſſis, quæ præcepimus, naturæ eſt committendum, quæ nullo alio artis præſidio eas intra paucos dies ſanitati reſtituet. Caueas autem quibus incluſæ ſunt remoto procul ab hominum frequentia loco abdere oportet: ne frequenti introeuntium aſpectu territæ, huc illuc volitantes, crura, tibiaſque clathris earum magis allidant, Phlegmone etiam non rarò huiuſcemodi auiculæ tentantur, & illæ potiſſimùm, quæ calidiore ſunt intemperie, à qua eò in maiorem vitæ diſcrimen adducuntur, quòd nobiliorem ea partem, caput nempè inuadit. Eſt autem eiuſcemodi inflammatio à principio cannabino ſemine vix maior, ſed temporis tractu in ceteris magnitudinem excreſcit: In qua ægritudine, quæ non ſine vitæ periculo exiſtit, eas eo quo à nobis dictum eſt modo purgare conueniet: ſicuti etiam in morboſa illa conſtitutione, quam morbum ſubtilem appellant, quæ non minus periculoſa eſt, & exitialis. In hac enim totum corpus intumeſcit, vt in hydropicis, & venæ præſertim tumidæ apparent: pectus gracile, & ex carne euadit; auis ipſa à pabuli loco non diſcedit: Sed cibum, huc illuc diſpergit, potiùs quàm comedat. Nec minoribus à podagra, quam cum ſæpè conflictantur, afficiuntur incommodis; nam prædoloris ſæuitia neque ſtare, neque per cauceam ambulare permittuntur. Hanc adeſſe, pedum, & tibiarum ſcabrities præter iam commemorata ſymptomata in primis declarat. Aſthma autem, quo affectu etiam eas aliquando diuexari accidit, his notis ſeſe prodit. Auis raueſcit, aut penitus obtumeſcit, vel, ſi vocem non prorſus amittit, imperfectam ſaltem aſperam, gemebundamq; ædit adeò vt obſtrepere, & vociferari, lamentarique videatur potius, quam canere. Sin nullam vocem emittat, digitos pectori admouere oportebit: nam ſi vehementi, inſucto motu palpitet, vt nullum aliud certius, & euidentius huius ægritudinis ſignum exoptare licebit. Ab hiſce itaque iam commemoratis morbis, ſi appoſita, qualia ſunt, quæ recenſuimus, adhibeantur remedia, nonnunquam vindicari poterunt: ſecus ab epilepſia, qua non ſecus ac homines veluti diuinitus perculſæ concidere cernuntur. Ab hac enim vel nunquam rarò admodum liberantur. Si autem à primo inſultu ſaluæ euaſerint, vngues illis ſunt illicò reſcindendi, & ipſæ optimo vino multis vicibus aſpergendæ; cauendum verò in primis, ne ſub ſole diù moram contrahant. Eſt & aliud morbi genus, aphtis ſimile, quod ipſas vehementer affligit, & inter aliquas corporis partes ori præcipuè incommodat. Ad quod propulſandum peponis ſemina in aqua diſſolues, & in potum triduum, quatriduumue offeres. Cùm autem eas iam meliuſculas eſſe, & conualeſcere cognoueris ſaccharum ſimilimodo in aqua diſſolutum exhibebis. Aluus poſtremò non minus ac hominibus plus æquo hiſce auiculis aliquando profluit, tunc igitur, vt quoad licuerit, huic malo occurratur, caudæ pennas, & quæ podici adiacent reſecabimus, aluumque oleo illinemus: & reiecto ſi fortè eo ante veſcebantur, cannabino ſemine, eius loco peponis ſemina biduo miniſtrabimus: ſed ſi ex illarum numero fuerint, quæ ſeminibus non veſcuntur, omnibus alijs edulijs dimiſſis, ouorum tantùm vitellos, qui eſt coctione duritiem contraxerint, comedendos apponemus. Præter commemoratos affectus, quibus omnes obnoxię non ſunt alia eſt ægritudo omnibus communis, & quam nulla earum deuitare poteſt, nempè plumarum deſluuium. Nonnullis.n. circiter calendas Iulij, nonnullis circa eiuſdem menſis finem plumæ decidunt, & poſtea nouæ renaſcuntur. Grauis eſt hæc affectio: mœſtæ tunc ſunt, & omninò ſilent, parum comedunt, plumæ omnes rigent; ipſæ verò immobiles perſiſtunt, & aliquando etiam vitam cum morte commutant. Quæ ita laborant, ter quaterue in hebdomada vino aſpergendæ ſunt. Sic enim morbo facilius reſiſtunt, & ab illa moleſtia citius ſe liberant. Cæterùm quò rarius, hiſce, & alijs ægritudinibus tententur, vel vt, ſi quando tentari contigerit, faciliùs euadant, eas præſertim, quæ panico, cannabis ſemine, & alijs mali ſucci cibis victitarint, ſemel in menſe purgare operæ pretium fuerit. Hoc commodè præſtabimus peponis ſeminibus à cortice mundatis, lactucæ, cichorio, beta, angallide, & mercuriali, quæ poſtrema herba linariæ priuatim conuenit. Proderit etiam rudus aliquod ex calce, & terra in cauceam inijcere. Peculiares affectus, & ipſorum remedia in particularibus hiſtorijs, quas iam aggredimur, recenſebimus.

Phlegmone quomodo curentur.

Morbus ſubtilis, & eius cura.

Morbi ſubtilis ſigna.

Podagræ ſigna.

Aſthmatis ſigna.

Epilepſia, & quomodo curãda.

Oris affectus curatio.

Alui profluuium quomodo curandus.

In plumarum deſluuio quomodo ipſis opitulandum.

Plumarum diſfluuij ſigna.

Vt minus morbis obnoxiæ ſint.

DE

DE LVSCINIA. Cap. II.

ORDINIS RATIO.

INGRATI animi notam haudquaquam me effugere posse, existimem, aut asini auriculas, quod de Mida dictum est, habere videar, nisi inter canoras aues, quæ caueis inclusæ à nobis deliciarum causa aluntur, Luscinias primas detulerim. Hæc enim animum nostrum molestissimis excruciatum curis, & assiduis studijs fessum toties recreat, refocillatq;, & nunc etiã nobis hæc exarantibus aures cantus sui dulcedine, atq; harmonia demulcet, eamq; diutiùs ferè, quam solet, continuat, ac si deprecetur, vt quæ extra controuersiam cæteris cantu præstat, ego etiam primo honore digner. Huiusce verò auiculæ encomia prosequi, & recensere superuacaneum existimo: tum quod ipsa sui met tibicen est, & cuiusmodi sit, cantu suo declarat: tũ quòd eius laudes & poetæ, & qui soluta oratione scribunt, passim vbiq; celebrent. Plinius in primis, vt tam musicæ auiculæ dignum se præbeat encomiastem, ipsius in canendo assiduitatem, suauitatem, veritatemque & studium elegantissimis verbis longè, latèq; prosequitur: quæ eius in Luscinias laudes, ab innumeris posthea scriptoribus, vel eædem omninò, vel paucis tantùm immutatis repetitæ fuerunt. *a Luscinijs*, inquit, *diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus densante se frondium germine non in nouissimum digna miraturus. Primum tanta vox tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta musica scientiæ modulatus editur sonus, & nunc continuo spiritus trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intortæ, promittitur reuocato, infuscatur ex inopinato: interdum secum ipse murmurat: plenus grauis, acutus, creber, extensus, vbi visum est vibrans, summus, medius, imus, Breuiterque omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit: vt non sit dubium hanc suauitatem præmonstratam. Ac ne quis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus, nec ijdem omnibus, sed sui cuique certant inter se palamque animosa contentio. Victa morte finit sæpe vitam, spiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur alia iuniores, versusq; quibus imitentur, accipiunt. Audit discipula intentione magna, & reddit, vicibusq; reticent. Intelligitur emendata correctio, tussas canere cæpisse, & cum symphonia alternasse.* Hucusq; Plinius, & paulò inferius. *Visum iam sæpè tussas canere cæpisse, & cum symphonia alternasse.* Ad Plinij imitationem *b* Bellonius, ne in huius auiculæ laudibus recensendis infacundior esse videretur, quamplurimis, ijsq; ornatissimis verbis ipsius cantum exprimere, & laudibus extollere conatus est, qui & statim in ipso proæmio vocauerat eam nobilissimam, & cui meritò inter eas, quæ versantur circa sæpes, virgultos, & dumos, primus locus sine controuersia deberetur. Hinc Plinij, & Bellonij in Lusciniam præconijs, authoris Philomelæ, quisquis illæ fuerit, carmina à nobis alibi, prout occasio ferebat recitata, nusquam verò melius, decentiùsue, quàm nunc, subijcere libuit.

Luscinijæ laudes.

a lib. 10. c. 29.

Luscinijæ cantus laudes.

Iuniores ab adulatoribus edisscunt.

b De hist. aui. l. c. 1.

Dulcis amica veni noctis solatia præstans,
Inter aues etenim nulla tibi similis.
Tu Philomela potes vocum discrimina mille
Mille potes varios ipsa referre sonos.
Nam quamuis alia volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis æquiualere tuis.
Insuper est auium spacijs garrire diurnis;
Tu cantare simul nocte dieque potes.

Non iniuria igitur auem hanc tanti fecerunt prisci illi Romani, vt quæratur *c* Plinius, *Seuerorum illis pretia fuisse, & quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur.* Ex cuius verbis colligere licet; Lusciniarum magna fuisse pretia. Vnitor enim seruus, vt apud Columellam legere est, octo millibus æstimatus est, & pluris armiger venire vinitore solitus erat, vt qui præsidium vitæ domino afferre posset. Ex quo satis constare arbitror, id quod statim sequitur apud Plinium deprauatè legi; nempe carũ Lusciniam albam, quæ Agrippinæ dono data est, sestertijs sex veniisse, hoc est sex millibus. Cùm enim cæteras hac prærogatiua antecellet, quòd candida esset, quod est prope inusitatum, vt ait ibidem Plinius, pluris eam stetisse, non verò minoris, quàm reliquas proculdubio statuendum est. Sed iam reliqua ad huius auis historiam spectantia prosequamur, adductis tamen prius *d* Iani Cruteri carmi-

c lib. 10. c. 29.

Vinitoris serui pretium.

Plinius deprauatus.

d lib. 3.

nibus, vt quæ eius in canendo suauitatem declarent, principemq; volucrum appellent: vt quæq; in hic pateat, nos principem locum inter canoras aues Luscinię iuremeritò assignasse. Canit igitur.

Tu quoque tu volucrem princeps Philomela latere
Quam sub ramo aliquo querquera cogit hyems.
Prode age de tenebris, & si quid amicius olim
Innumeris numeris es meditata melo.
Id nunc ne magna graue sit Victorij ad vrnam
Gutturis omni fidis totum sterare tonis.

Luscinia homines musicam docuit.

Non immeritò autem à scriptoribus celebratur. Nam si quæ vnquam auis fuit, ex cuius cantilenis homines musicam excogitauerint; vt quidam arbitrati sunt nimirum Luscinia est, quam habuisse magistram neminem pudere debeat, dummodo vim in hac re alitis non ignauiter assequatur.

ÆQVIVOCA.

Thachmas.

THACHMAS Hebraicam vocem aliqui Luscinium, alij autem immundam, & rapacem exponunt. Rhargun vult esse genus Accipitris. Communis translatio Latũ vertit. Sic & Ranan aliqui pro Luscinia, alij aliter accipiunt. Ἀηδών, etsi propria, & vulgata significatione Luscinium tantum significet, ab authoribus tamen in alijs penitus diuersis vsurpatur significatis. *a* Lycophron Syrenes propter suauem, & demulcentem earum cantum Ἀηδόνας vocat hoc in versiculo.

Ranan.

a In Cass.

Syrenes Aedones dictæ.

Ἀριστοχόνας κλώμακας τ' Ἀηδόνων, id est,
Et aui formium scopulos Luscinarum.

Ἀηδόνες Libyssæ dicebantur etiam olim mulieres illæ, quæ Carthagine Libyæ vrbe filios suos, nescio qua religione Saturno sacrificabant, allusione nimirum ad fabulam Aedonis, siue Philomelæ, quæ nliũ suum mactasse, & Thereo pro epulo apposuisse perhibetur. Aedon præterea epitheton est, quod musicum, & suauiter cantilantẽ significat, & aliqui volũt esse Philomelæ epitheton: Ornith. verò potiùs ad ipsius nomẽ pertinere putat, in cuius sententiam libenter eo. Quidam autem in epigrãmate Græco cicadam Aedona cognominat, hoc est musicam, & suauiter cantillantem: sicuti Euripides tibias Ἀηδόνας, dixit; apud quem alibi Ἀηδὼν pro tibiæ lingua per methaphoram legitur, vt asserit Hesychius, qui addit præterea Mineruam à Pamphilijs Ἀηδόνα appellari. Ἀηδοὶς autem, vt testatur Varinus Luscinię pullum, & apud Archilocum mulierbre pudẽdum, & locum, in quo canebãt, & officinam significat. Nec illud silẽtio inuoluendũ, quod vbi apud Aristotelem Ἀηδόνων alicubi legitur: Gaza, & Nyphus Alcyonum transtulere, quasi subolfacientes corruptum esse Aristotelis contextum, & pro Ἀηδόνων Ἀλκυόνων legendum esse. Idem autem est Ἀηδὼν apud Græcos, quod Philomela apud Latinos. Sciendum tamen, Philomelæ nomine omnes ferè Græcos, vt alibi diximus, non Luscinią, seu Hirundinem accipere. Etsi enim à latinis ferè omnibus receptum sit Prognen in Hirundinem, Philomelam verò in eius nominis auem deformatam fuisse: contra tamen Græci scriptores hanc Hirundinis, illam verò Philomelæ, seu Luscinię formã induisse volunt: quod alibi fusiùs dilucidiusque demonstrauimus. Quapropter sufficit nunc id *b* Aristotelis testimonio fulcire, qui laudat Georgiæ ingenium, qui cùm ambularet in aperto foro, fortèq; Hirundo supra caput volitans ipsum stercore inquinasset, respiciens illam, inquit, *Turpe tibi hoc sanè Philomela. Si enim*, inquit, *vt auem ipsam increpuisses, locum reprehensio non habuisset. Neque enim aui, quamuis commiserit turpitudinem vllam eam res offert: sed virgini turpe id factum est, quo nomine illam vocauit. Forte igitur exprobrauit Gorgias Hirundini flagitium, quod feciſſet tanquam cum virgine non aue, sermonem cum ea habens. Et Philomela namq; illa auis fuit a fuerat.* Hæc Aristoteles: ex cuius verbis, quod asseruimus, mirificè confirmatur. Sed neq; Luscinię nomen amphibologia caret. Narrat enim *c* Bellonius Passerem rubi à quibusdam Luscinium vocari, sed perperã. Est enim, vt ait ille Passer rubi auis colore quidem referens Luscinã, vnde factum vt à rusticis Gallinæ Rousſette appelletur; minor tamen ipsa Luscinia, quod etiam nomen diminutiuum illi à rusticis inditum denotare videtur. Sed de hac auicula suo loco iam egimus. Sunt etiam teste Ornithologo, quædam bombardarum genera, vt vocat, quæ nescio ob quam causam Luscinię dicuntur, Italorum Rosignuolo, siue Vsignuolo quid penitus abaue diuersum significat apud Ioan. Bocaccium, quem Hetruscã Ciceronem appellare libet, illud nimirum in homine, quod

b Reth. l. 3.

c De au. l. 7. c. 1.

Rousſette.

sine

sine rubore ab ingenuo proferri nequit. Hic enim in lepidissima illa fabella, quam de Richiardi nubili iam filia Luscinium mane cantillantem audire cupiente recenset, illam in somno Luscinium manibus habentem à patre deprehensam fuisse cõmemorat. Græci igitur Latiniq; & Itali eodem vocabulo & auem, de qua sermo est, & aliam penitus diuersam significant sine vlla additione; Galli verò cum additione suum. Rossignuol in alia significatione vsurpant. Phœnicurum enim aliam prorsus auiculam, teste *c* Bellonio, Rossignuol de muraille, id est, Luscinium murorum appellant.

Phœni cur Rossignol de Murail. le Gallis dictus.

c lib. 7. de auibꝰ. 7.

SYNONYMA.

THACHMAS & Ranan Hebraicas voces aliquos Luscinium interpretari diximus. Arabicè dicitur Odorbrion, Enondon: & voce quasi corrupta à Græco Ἀηδών, vt asserit Syluaticus, Andon quoq; legitur apud Auicennæ interpretem. Ἀηδών Græca vox est, Luscinium vt iam diximus, significans, & facit genitiuum Ἀηδόνος penultima breui. Reperitur & Ἀηδόος contractè, & Ἀηδοῦς poeticè, & vocatiuus Ἀηδοῖ tanquam à recto Ἀηδώ, sit autem Ἀηδών à verbo ἀείδω mutatione Aeolica ει diphthongi in η impropriam diphthongũ. Recentiores quidem deriuant ab ἀεὶ δω, quod sine intermissione ferè canat, vbi inceperit. Legitur apud *a* Theocritũ Ἀδών pro Ἀηδών. Ἀβηδόνα, Ἀηδόνα Hesychius, & Varinus. Τερπάδων Ἀηδόνα. Idem Ἀηδικέρα μελιθρήνων, &c. habetur in Græcis epigrammatibus, quo in loco Brodæus Atthidem vel Hirundinem, vel Luscinium interpretatur, Ornithologus Hirundinem. Ὀλολυγόνα quidam apud Theocritum interpretantur Luscinium, vel Hirundinẽ. Nos infra de hoc nostram aperiemus sententiam. Ἀηδὼ idem est, quod Ἀηδών, sicuti & Ἀηδοῦς, quod postremũ in hoc tantũ differt, quod masculina terminatione profertur, ac si dicatur Luscinius, aut Luscinulus: & videtur esse factũ ex Ἀηδόριον, quod præter alia Luscinię pullum significare diximus. Sunt tamen qui velint diminutiui formam, siue terminationẽ habere, non autẽ significationẽ: quibus libenter adhæreo. Daphnis.n. hac voce vtens apud *b* Theocritũ non paruula Luscinię, sed adultioris sibi vocem precari censendum est. Canit autem.

Thachmas Ranan. Odorbrion. Enondon. Andon.

a Iliad. 19.

Ἀηδὼν. querundã sentẽtiã diminutiui formã, non significationem hẽnt.

b Eidyl. 8.

Αἴθ' ὡς ὄφελεν
Μοισιόδοι Δάφνις παῖον ἀηδόνες, id est,
Vtinam eodem modo
Caneret Daphnis sicut Luscinia.

Latini quoq; hoc nomen seruant. Virgilius:

Quodq; leues Calami, quod Iuuenis cantat Aedon.

Vbi non parum hallucinatur interpres, qui pro Aedone musici cuiusdam nomen interpretatur. Dicitur apud eosdem & Philomela, non autem Philomena, vt admonet Cælius Rhodiginus, suffragante Pausaniæ authoritate. Græci autem, vt in superioribus annotauimus, Philomelæ nomine Hirundinem plerunq; accipiunt, sicut Prognes, vocabulo Luscinią, veluti cùm Epops apud *c* Aristophanem Luscinium alloquens, *Progne*, inquit, *Ext. & te ipsam ostende hospitibus*. Latini Philomelæ, & Luscinię vocabulo in eadem passim significatione vtuntur. Poetæ verò videtur Philomelam libentiùs vsurpare, sicut oratores Luscinium: de cuius posterioris vocis etymologia diuersi diuersa sentiunt. Quidam enim quod in lucis canat sic dictam volunt: nonnulli verò quod canat ante lucem, vel quòd cantu suo significare soleat diei surgentis exortum. Mihi in primis arridet *d* M. Varronis sententia, qui sic dictam autumat quòd lugens canat. Inquit enim: *Luscida* (hoc nomen ab eo appellatur, quod idem est cum est Luscinia) *quod luctuosè canere existimatur, atq; ex Attica Progne in luctu facta auis*. Omnes enim ferè scriptores eius cantum per hæc verba lugere, gemere, aut fleore, & eiusmodi plerunque exprimunt: vt ex ipsorum authoritatibus mox post adducendis eluceſcet. Luscinię diminutiuum est Luscinula, qua voce vtitur *e* Plautus:

c In Auib.

Luscinię etymum.

d De ling. lat. lib. 4.

Luscinula.

Polego mutuo, ne Luscinulæ desuat oratio.

e In Bacc.

Quo in versiculo videtur locum habere, quod de voce Ἀηδὼν superius dictum est, nempe diminuentem formam potiùs, quam significationem obtinere. Atthis præterea, etsi, vt iam diximus, alijaliter interpretentur, à poetis aliquando nuncupatur, quasi Attica, ad fabulam nimirum respicientibus, qua Philomela Pandionis Athenienſibus regis filia in hanc auem dicitur esse transformata Martialis:

Sic vbi multisona fernnt sacer Atthide lucus.

f hist. li. 9. cap. 49. Cùm æstate colorem, vocemque mutauit in Italia alio nomine appellari scribit *f* Aristoteles, sed hoc nomen à nullo fuit traditum, licet Albertus hyeme vnisonum appellari dicat. *Vnisonum.* Ego nec Vnisonum appellari, nec alio quopiam diuerso nomine apud Italos vnquam eo tempore audiui. De huius autem auiculæ hactenus cõmemoratis nomenclaturis satis apud omnes etsi non omnino conuenit. *Luscinia non est Achantis.* Quod verò nonnulli Acantidis etiam ei nomen indiderint, ij me Hercule toto penitus cęlo errant. Nec illi mea sententia ferendi sunt, qui auiculis illis, quæ mense Augusto, & Autumno pinguescunt, & Ficedulæ indiscriminatim vocantur, Luscinias annumerant. Hi enim auiculam quandam Curucã nimirum quibusdam putatam cum ipsa Luscinia confundunt. *Luscinia non est Curuca.* Erant pariter, vt annotat *g* Bellonius, quidã authores Græci Neoterici, qui auem quandã ab ipsis Potamidam dictã inter Luscinias recensent. Hanc etenim ait, secum in Cretam nauigasset, ex ipsius nido cognouisse ex Curucarum genere. *g de Auib. lib. 7. c. 3.* Nonnulli, vt *h* Isidorus, Acredulã eandem esse cum Luscinia arbitrantur ex illo *i* Ciceronis.

Et matutinis Acredula vocibus instat.

Luscinia differt à Potamida. Sed ibi Cicero Acredulam vertit auem, quæ ab Arata Ολολυγὼν dicitur, quamq; aliter Festus Vlulam vertit. Inquit enim:

Si matutinas Vlula dant carmine voces.

h Ori. l. 12. i l. de diu. Acredula. Vlula. Ex cuius interpretatione fortasse quispiam Acredulam, & Vlulam eandem auem esse conijciet. Sed Philomelæ author distinguit eas. De Vlula namque sic canit:

Ast Vlulant Vlulæ dant carmine voces.

Et de Acredula iam dixeras:

Vere calente nouos componit Acredula cantus,
Matutinali tempore tunc mitilans.

Ex quo etiam apparet, authorem illum Philomelam ab vtraq; aue diuersam statuere, vt de qua statim in ipsis primis carminibus dixerat.

Tu Philomela potes vocum discrimina mille
Mille potes varios ipsa referre modos.

Cæterùm vt ego de hac re sententiam meam aperiam, nihil obstare video, quin pro vtraq; voce tùm Græca, tùm latina Lusciniam rectè interpretati possimus. Neque enim tanti est apud me Festi, aut authoris Philomelæ authoritas, vt ab hac me opinione dimoueant. Nec mihi quis Ciceronem obijciat scribentem:

Sæpè etiam per triste canit de pectore carmen,
Et matutinis Acredula vocibus instat.

Videtur enim innuere Acredulam auem esse mali ominis. Luscinia auem boni semper habita fuit, vt suo loco. Sed non rectè id ex eius verbis quis inferat; cùm solùm matutinũ eius, nimium frequentem & peruicacem cantum, imminentem tempestatem præmonstrare dicat. *Philomelæ cãtus querelæ dicuntur.* Vt verò nos huic magis sententiæ firmiter inhęreamus, faciunt cùm tempus, quo canere dicitur, matutinum nimirũ, Lusciniæ fere peculiare: tum quòd eius cantus querelæ dicantur, quod vocabulo, aut consimili & Philomelæ cantiunculæ à poetis fere semper exprimi solent. Vtrunq; autem ex illius carminibus liquidò patet.

Et matutinis Acredula vocibus instat,
Vocibus instat, & assiduas iacet ore querelas,
Cùm primum gelidos rores aurora remittit.

k Eid. 7. Accedit quod de hac eadem aue sub Ololygonis nomine tradit *k* Theocritus, quod scilicet in densis ruborum spinis canat. Lusciniam verò in dumetis libentissimè degere nemo est, qui ignoret, cuius rei causam nos aliàs assignabimus. Theocriti verba sunt hæc.

Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὑροδαμνίσιν αἰθαλίωνες
Τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον. ἀδ' Ολολυγὼν
Τηλόθεν ἐν πυκινῆσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις.

Ad opacas verò frutices ardentiuncula
Cicadæ gannientes garriebant & Acredula
Procul in densis ruborum stridebat spinis.

Diuersæ de Ololygone sententiæ. Rauarinus. Tarinus. Hæc nostra est de Acredula, & Ololygone sententia. Cæterùm haud ab re me facturum existimo, si quid de his vocibus alij senserit paucis referam. Quidam igitur apud eundem Aratũ in recitatis carminibus Ololygona interpretantur auis solitariæ genus. Author quidam innominatus libelli de animalibus, & plantis à Roberto Stephano excusi cum nomenclaturis Gallicis, scribit, Acredulam auem canoram à quibusdam vulgò credi Rauarinum, alijs Gallorum Tarinum, alijs Lusciniam, & esse ex earum genere, ex quibus futura tempestas,

stas, aut pluuia prædici potest. Acredulam alij interpretantur auem Germanis (Saxonibus) dictam Grynerlin, quam hoc nomine sibi incognitam esse testatur Ornithologus. Scoppa, & Franciscus Alumnus Calandram vulgò dictam, quæ ex genere Alaudarum est. Theocriti Scholiastes Ololygona interpretatur Hirundinem, quæ Ityn deploret, vel Lusciniam. Sed iam præstiterit, reliqua huic loco deseruientia pertractare, quod præstabimus, si quomodo ab authoribus periphrasticè circumscribatur, ostenderimus. Propertius im primis vocat illam volucrem Atticam à patria.

Grynerlyn Calandra. Hirundo. Volucris Attica.

Non tam nocturna volucris funesta querelis
Attica Cæcropijs obstrepit in folijs.

Iole apud *l* Senecam vocat alitem Dauliam:

—— Qualis natum
Daulias ales solet Hismaria
Flere sub vmbra.

Qua periphrasi vsus fuerat *m* Ouidius:

m ad Liu.

Talis in vmbrosis mitis nunc deniq; syluis
Deflet Treicium Daulias ales Itin.

Hos imitati sunt Iulius Cæsar Scaliger, & Iulius Aelius Crotus, vterq; tamen sine substantiuo alite: quorum ille sic canit:

Daulias exiguè quæritur dum noctis in vmbra
Dulcibus attonitas quæstibus vrget aues.

Daulias.

n Hic verò:

n Herm. lib. 1.

Obstrepit argutis Daulias in folijs.

Est autem Daulias patronymicum à Daulide Phocidis oppido olim sub ditione Therei regis Thracum, quem Philomelæ virum fuisse perhibent. Consimili forma à Pandione eius patre Pandiona ales, vel volucris dici queat, sicut etiam Hirundo: vt apud *o* Statium:

Ales pandionia.

Sic Pandia: epetunt vbi fida volucres
Hospitia.

o Theb. 8.

Et hunc sequutum Politianum:

p in Mant.

Dant Pandionas volucres, ter murmure placant
Liuentes oculos, ter frontem baccare tangunt.

Aliquando per primitiuum circumscribitur, sicut ab *q* Ouidio:

q ad Pis.

Sic nec Olorines audet Pandionis ales
Parua referre sonos nec si velit improba possit.

Et *r* Luciano: *Et si Pandionis natam dixeris, rudis, & inepta est, quanquam vocem multisonam edere soleat.* Ab Homero autem Pandarei filia, vt à Græcis alijs Pandaris patronymica forma. Sed fortassè idem fuerit Pandareus cum Pandione. *s* Statius eam sic descripsit:

r in Imag.

s Sylu. l. 2.

Et quæ Bistonio quæritur soror orba cubili.

Vocat autem sororem nempe Hirundinis priuam cubili Bistonio, idest Thracio, quod est possessiuum à Bistonia regione Thraciæ inter Nessum, & Hebrum fluuios, ita dicta à vicino lacu, quem Bistonidem appellant: vt quibusdam placet à Bistone rege. Cultioris idiomatis Itali vocant Lusignolo, Vsignolo, Roscignuolo, & Filomena etiam legitur apud poetas, vt apud Petrarcham:

E garrir Progne, e pianger Filomena.

Galli Roscignol appellant, à quibus sic dictum Bellonius vult, quin quodammodo rubras habere pennas videatur. Ego tamen ab illis sic nuncupari arbitror à Latino Luscinia, vel potius à diminutiuo Lusciniola. Hoc est enim Gallis familiare, vt L literam in R mutent. Hispanicè dicitur Ruissenor, vel Ruissenol; Germanicè ein Nachtgall, Anglicè à Nyghtyngall, apud Batauos Nachtegael, Illyricis Slauuiñ.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

LVSCINIAM inter canoras aues reponendam esse, & in ipsis primas ferre ex dictis patere arbitror. Scribit *a* Bellonius, Lusciniarum quasdam vitam agere in syluis, & appellari Roscignol ramige, idest, Luscinias ramorum; has in cantu diutiùs perseuerare affirmat; quasdam verò sæpes colere, & esse alijs minores. Sed neque Aristoteles, neque Plinius, neque alij, huiusmodi differentias ponunt, quod nouerim. Possint tamen afferri non-

a de auibus c. 1.

ri nonnullæ accidentariæ differentiæ. Aliæ namque Luſciniæ montanæ, aliæ paluſtres à locorum, vbi degunt, diuerſitate, dici queant: Alias autem montes, alias paluſtria amare ex cantus diuerſitate obſeruauit *b* Iulius Alexandrinus. *Et obſeruatum*, inquit, *Luſcinias paluſtribus in locis, ac planis multò minus ſonorum edere cantum ſolitas, quam montanis eãdem omnino ob cauſam, vtique humiditatis nimiæ vocis inſtrumenta velut relaxantis, vt contenta, argata, atque canora à voce nequeant*. Poſſint præterea huiuſmodi differentiæ ſimiliter ſumi à colore. Nonnullæ enim ſunt viſæ candidæ, cuiuſmodi illa fuit, cuius meminit Plinius, vt à nobis eſt ſuperius annotatum. Ego huiuſcemodi Luſcinias aliquando obſeruaui, depinxi iconem exhibiturus ſum. Reliquæ differentiæ tanti momenti non ſunt, vt in eis enarrandis diutiùs immoremur.

b In lib. 9. Gal. de ſimpl. medi. c. debile.

Luſciniæ candidæ.

FORMA. DESCRIPTIO.

NVLLA ab Ariſtotele, aut à Plinio refertur nota peculiaris, quæ Luſciniam ab alijs auibus diſcriminet, præter vnam, ab vtroque recenſitam. *a* Ille namque id ei proprium eſſe affirmat *linguæ ſummo acumine carere*. *b* Hic verò (quod ex Ariſtotele ipſo deſumpſit) *Linguæ tenuitatem illam primam non eſſe, ei quæ cæteris auibus, atque hoc illi cum Atricapilla commune intercedere*. *c* Franciſcus Sanctius, quòd Luſciniam lingua prorſus ferè deſtitutam obſeruaſſet, vt affirmat, Luſcinias prorſus ea carere credit, cùm ſcribit: Auem porrò ipſa Philomelam lingua carere pro certo affirmare poſſum, niſi me oculi fallunt. Nam diebus ab hinc paucis, cùm hæc ſcriberem, amicus quidam meus mihi commonſtrauit Philomelam in cauea concluſam, quam cum inde extraxiſſemus, per tenue veſtigium linguæ vix potuimus reperire: quæ res non paruam mihi præbuit admirationem, tantam in eſſe huic auiculæ ſuauitatem cantilenæ, & vocis criſpationem, nullam tamen linguam, niſi fortè eam in gutture habeat abſconditam: vnde non ab re finxerunt poetæ Philomelæ præciſam fuiſſe linguam. Hæc ille. Quod an verum ſit alijs iudicandum relinquo. Ego quidem quot quot vidi (vidi autem plurimas) Linguam eamq; ſatis conſpicuam habere animaduerti Quod autem aſſerat, linguæ priuationem poetis occaſionem præbuiſſe, vt Philomelam à Thereo elinguatam fuiſſe configerent, alij non admitterent, nam fabulæ huic ſatis idoneum erat argumentum, quòd linguæ ſummo acumine careat. Cæterùm vt proſequamur, Luſcinia Paſſere paulò minor eſt, licet aliqui lõgior appareat. Roſtrum oblongiuſculum atq; teneriuſculum, & molle, quod cùm aperit, inſignem tum oris, tum faucium hiatum præ ſe fert. Caput, collum, & dorſum ex phœniceo, ſeu ſpadiceo ad cinereum quodammodo vergente colore decorãtur. In alis verò & in cauda ſpadiceus ille color vegetior eſt, & magis eluceſcit, quamuis tamen in hac magis, in illis minus. Gula, pectus, venter & vropygium, ſubcinerea aliquantulum albicans videntur. Crura oblonga, vngues ſubtiles, & aliquantulum incurui. Mari fæmina quo ad corporis habitum, ſimilis, licet fortaſſis illa aliquando ad cinereũ magis vergit: quo diſcrimine etiã iuniores, ab adultioribus diſtinguuntur. Pulchrè noui Homerum hanc auem κλῃρίδα vocaſſe eamq; vocem à quibuſdam exponi luteam, ac ſi luteus torquis, vt putãt, collum eius ambiat. Sed quę torque luteo decoretur, nunquã obſeruaui. Quare viridem potius interpretaret: (κλῶρος enim & viridem & luteum colorem ſignificat:) non quòd viridis ſit auicula, ſed quòd vere maximè appareat, quando virent omnia, ipſaq; ſedens in viridantibus folijs dulce modulatur melos. Niſi fortè luteam dixerit Poeta, cùm iam colorem mutauerit, quod ſanè ad ea *d* Ariſtoteles, *e* Plinius, *f* Ælianus alijque ſcribunt, nimirum æſtate colorem mutare, quare fortè tunc nonnihil lutei, idq; præcipuè circa collum acquirat. Quo ſenſu fortaſſis etiam Theocritus & Ariſtophanes Luſcinias ξουθας, id eſt flauas nuncupant, licet eandem dictionem Euripidis interpres verterit flauo roſtro. Quare ſuſpicari quis queat poetas de roſtri interiori parte intelligere: os enim interius nonnihil flauet, vti in canentibus conſpicitur maximè. Alijs Poetis etiam ποικιλοδειρος, & χλωράνες cognominatur, id eſt, collo inſignis vario, aut viridi, aut luteo; poſtremum epitheton cum ſuperiori conuenit. Ποικιλοδειρος fortè verò ſynecdochicè dicta ſit, vt per collum vocem accipiamus, quam nimirum variam, & floridam ædit. Albas aliquando reperiri Luſcinias ante monui, vnamq; olim Agrippinæ dono datam fuiſſe ex *g* Plinio dixi. Ego quoq; albam Luſciniam olim obſeruaui, iconemque hic illius exhibere non piguit.

a hiſt. lib. 9. cap. 15.
b l. x. c. 29.
c Com. in Alc. embl. 70.

Luſcinia ferè ſine lingua.

Luſciniæ deſcriptio.
Magnit.
Roſtrum.
Caput.
Collum.
Dorſum.
Gula.
Pectus.
Venter.
Vropygium
Crura.
Vngues.

d hiſt. li. 9. c. 49.
e l. x. c. 19.
f de anim. l. 12. c. 28.

l. x. c. 29.

VOX.

Luſcinia cum Tragopogo.



Luſcinia alba cum amygdalo erythromelano.



VOX. CANTVS.

Luſcinia nulla vox peculiaris.

LVSCINIÆ nulla vox aſcribitur peculiaris. Ipſa enim omnia ferè vocum diſcrimina edere poteſt: vt videtur innuere Hecuba apud *a* Euripidem, hortans Polixenam, vt emittat omnes voces, quemadmodum Luſcinia. Inquit enim;

a In Hac. actu 2.

Συδ' ἔτι μείζω δώραμα μήτηρ ἔχεις
Σπεύδεζε, πτοαζῦσ' Ἀηδόνος στόμα
Εθεγγας ἴσα μὴ πτερυθλῶ αἰβίω id eſt,
Tu verò ſi quid plus, quem mater valeas,
Annitere omnes, ceu os Luſcinia
voces emittens ne vita orberis tua.

Diſertè id cecinit Philomelæ author:

Tu Philomela potes vocum diſcrimina mille
Mille potes varios ipſa referre modos.

Et Strotius pater.

Mille lucet dulces variet Philomela querelas.

b Apol. l. 2. Similiter & *b* Thomas Radinus, vbi auium voces recenſet. *Philomela ſi quidem*, inquit, *mille vocum diſcrimina contexebat.* Idem ſubinde ſingularum auium voces enumerat, ac ſi innuere volens, cæteris vnam tantùm vocem datam, Luſciniæ innumeras. Quam in canendo vocum multiplicitatem, plurimi ijq; magni nomine ſcriptoris, ac ſe ipſis cum ipſamet Luſcinia de cantu eſſet certandum, ornatiſſimis efferunt præconijs: ſed quorum verba breuitatis cauſa omitto. Vnus tamen *c* Ludouici Viuis, quia mira ſermonis eius elegantia eſt de cantu huius auiculæ, laudes præterire non poſſum. *Animaduerte*, inquit, *accuratè, & annotabis varietatem omnium ſonorum: nunc non interquieſcit, ſed continuo ſpiritu in longum aquabiliter ſine mutatione: nunc inflectitur: iam minutiùs, & conciſius canit: nunc interquet, & quaſi criſpat vocem; nunc extendit, iam reuocet: alias longos concinit verſus quaſi heroicos; alias breues, vt ſapphicos: interdum breuiſſimos, vt Adonicos. Quin etiam quaſi muſica ludos, & ſcholas habent. Meditantur alæ iuniores, verſuſque quos imitentur, accipiunt. Audit diſcipula intentione magna: vicinam nos præceptores noſtros pari, & reddit, vicibuſq; reticent. Intelligitur emendata correctio, & indecente quadam reprehenſio. Sed illas ducit natura recta, nos voluntas prana.* Tanta verò ineſt in hac vocum varietate ſuauitas, vt cùm quis alicuius rei iucunditatem, ac dulcedinem oſtendere cupit, quæ nimirum cæteras vincat, Luſciniæ eam cantui aſſimilet: Ita *d* Lucianus verborum ſuorum vim longè inferiorem eſſe cognoſcens, quàm vt à cantus harmonia viſus iucunditatem vinci oſtendat, Pauonis pulchritudinem Luſciniæ cantui, comparat, inquiens: *At ſi quis iuxta illum* (Pauonem) *vel Philomelam, vel Cygnum ſtatuat, ac canere tubicat, inter canendum autem Pauonem tacentem commonſtret: ſat ſcio quod ad hunc flexuros ſit animus, longum valere iuſſis illorum canticis. Adeo inexpugnabile quiddam videtur eſſe ea qua per viſum voluptas capitur.* Sed vt de Luſcinia proſequamur. Tantùm ea adhibet in hac varia ſuauiq; voce efformanda ſtudium, tandem ſibi, & hominibus complicet, vt nihil neq; illi, neque illis antiquius eſſe videatur. Illam neque ab hominibus ediſcere pudet, immò verò eorum cantu ſummopere delectari ſcribunt Petrus Bellonius, & Petrus Apponenſis: hincque fortè Φιλαοιδός; id eſt, amatrix cantorum, vel cantus dicta fuerit. Albertus ait, ſe experimento cognouiſſe, Luſciniam ad cantantes aduolare, modò bene cantent, & dum cantant, tacitè auſcultare, & mox quaſi vincere enitatur, alternatim canere. Idem ait *e* Pontanus carmine de

d De dom.

e In Acon.

Philomela Ariadnam imitante:

Ad coryli Ariadna canit ſub tegmina ducens;
Dum canit, aſſuetas miſcet Philomela querelas.
Contingis abſentes hac cùm ſuſpirat amores:
Ingeminat memorem nati Philomela dolorem.
Dumque viri barbam meminit, ſetoſaq; mentas
Hic Philomela gravem ſuſtollit in aera quæſtum.
Dumq; totum quæritur, frandataq; gaudia lecti;
Mœſta, ſilet Philomela, facitq; ſilentia lucius.
Suſpirant, re delentq; ſimul, quo carmine captæ
Formicæ tectum dant lata per agmina pluſquam.

Nibi

f Alibi etiam de suaui cantu Lepidinæ loquens Philomelam, quod Lepidinam vincere nesciret velut ira percitam ac quasi inuidam illinc discessisse, vbi canebat Lepidina, ac si innuere vellet. Lusciniam quando se victam ab hominibus cantando cognoscat, inuidia contabescere. Canit ergo: *f In Lep.*

Cum canere inciperet, atro *hic dente pilaster*
Latrat, & ipsa fugæ sepem insidiasq; reliqui
Inuidia (sic Nicla referi) Philomela recessit.

Philomelæ verò nullam esse peculiarem vocem, vt ante dixi, confirmare videntur Iulius Pollux, & Aelianus. Ille enim suam cuiq; animalium assignans, Εὐστομεῖν, id est cantillare Lusciniarum esse dicit. Hic verò Catreianis vocem acutam, & concisam esse, sicut Lusciniæ. *Catrei.* Quæ quidem ab vtroque assignatæ voces communes sunt, & omnibus auiculis canoris recto accommodari possunt: nulli autem meliùs, quam Lusciniæ, & præsertim, quam affert Pollux, qua vtitur Iulius Cæsar Scaliger in hisce lepidis versiculis:

Hinc gutturillo Luscinilla cantillans,
Hinc murmurante ripa garriens sinu
Cratæ quietis plena dona ministrabant.

Sed & multæ aliæ communes pariter voces Lusciniæ attribuuntur. Nullæ autem frequẽtiùs, quam quæ luctum significant, cuiusmodi sunt lugere, flere, plorare, & id genus similia *g* Moschus legere facit in syluis, inquiens: *g Eydil. 9.*

δόνες αἱ πυκινοῖσιν ὁ δυρόμεναι ποτὶ φίλλοις, id est.
Lusciniæ quæ densis lugetis in folijs,

Et quæ sequuntur. Chorus apud *h* Sophoclem de Electra loquens gemere, & lugere: *h In Elect.*

Electra prodita duris
Quatitur querelis sola
Semper peremptum querula
In modum Lusciniæ
Lugit gemit peremptum
Misera parentem nullo
Metu mortis perculsa.

i Baptista etiam Mantuanus Lusciniæ cantum per hæc verba plorare, & quæri exprimit: *i In villa refrig.*

Philomela peremptum
Plorat Ityn.

item *k* alibi. *Mane sub auroram cùm ros matutinus in herbam* *k Fast. l. 5.*
Ros pluit, & linguæ queritur Philomela rapinam.

Græcos, & Latinos poetas in hoc imitati sunt Itali, & inter alios Torquatus *l* Tassus; *l Hier. lib. 18.*

E di musico Cigno il flebil canto,
E l'Vsignuol, che plora, e li risponde.

Is tamen gemitus, & ploratus. (Quamuis verò gemere, & plorare ea dicatur) haud insuauis est, sed suauis admodum, & auribus periucundis, vt dixi, & innuit *m* etiam Sophocles, cum inducit chorum prædicentem Salamim ploraturam ob Aiacis dementiam non in modum Lusciniæ, hoc est non suaui fletu, & dulcibus querelis, quales sunt Lusciniæ, sed miserabili prorsus gemitu, miseroque vlulatu. Ait autem: *m In Aia. flagel.*

Quando tu iam multo confecta æuo,
Cænoq; obsita senio
Illum mater desipientem
Miserrima audies,
Ah quàm miserabiliter
Non in modum querulæ
Lusciniæ plorabis:
Sed manifestos occines
Misera eiulatus.

Disertè admodum Petrarca, vbi ait:

Quel Roscignuol, che sì soaue piagne
Forse i suoi figli, ò sua cara consorte.

Item alibi:

E'l Roscignuol, che dolcemente à l'ombra
Tutte le notte si lamenta, e piagne
Di dolcezza empie il Cielo, e le campagne,
Con tante note sì soaui, e scorte.

Sunt qui Lusciniàs sibilare dixerunt, quo verbo etiam vtitur *n* Sidonius Apollinaris ruris sui delicias enarrans. Ait etiam: *Hic iam quam volupe est, auribus insonare cicadas meridie cõcrepantes, ranas crepusculo incũbente blacterãtes, Cianesq; atq; Anseres connubia nocte clangentes intempesta, Gallos Gallinaceos concinnentes, oscines Coruos voce triplicata puniceam surgentis auroræ faciẽ consalutantes: diluculo autẽ Philomelã inter frutices sibilantẽ,* & quæ sequuntur. Sed & Theocritus *n Epi. l. 1.*

Sibilare quibus proprium.

critus voces Luscinarum sibilos dixit, vt in illo versiculo à nobis superius recitato videre est; sibila verò hæc suauissima, & iucundissima æstimari debent, non qualia ædunt dracones, quorum ferè proprium est sibilare, sed qualis est dulcis ille venti sonitus leniter flantis, & inter frondes suauiter murmurantis. Similiter Cinesia apud *o* Aristoph. fieri cupit Ἀηδὼν λιγυμίθους, id est canora Luscinia, non vt quidam exponunt stridula; nam stridor ingratus & asper sonus est. Quod verò *p* D. Chrysostomus Luscinam à poetis tardilinguam appellari dicat, ego me nusquam id legisse, & causam, cur sic appellata fuerit, ignorare ingenuè fateor, auis scilicet tam canora, & musica, quæ omnium vocalissima à primi nominis scriptoribus dici meruit. Sed huius appellationis causam profundioris iudicij viri fortasse excogitabunt. Nos interim quæ de ipsius cantu dicenda supersunt, prosequamur. Canere solet, vt *q* Aristoteles, Plinius ac alij docent, assiduè diebus ac noctibus quindecim, cùm sylua fronde incipit opacapare: deinde canit quidem, sed non assiduè. Author de natura rerum addit, tunc temporis adeò suo cantu delectari, vt rarissimè comedat, canere verò summa cum festinatione. Sed & tunc, & alijs temporibus, quo dies tranquillior, ac serenior sit, eò canit suauiùs, & inaccessabiliùs: vnde *r* Strozius pater, vt summã amœnitatem diei natalis Anthiæ ostenderet, sic canit:

o In auib.

p Orat. 47.

Luscinia tardilingua.

q hi. l. 9. c. 47.

r Erot. l. 1.

Garrula vicinis carmen Philomela sub vmbris
Integrat, & solito dulcius ora quæri.

Hallucinantur ergò, qui hanc auem, cum maiori dolore afficitur, magis canere affirmant, eosq; meritò redarguit *s* Plato. *Nec animaduerunt*, inquit, *auem nullam canere cum esurit, aut friget, alioq; quopiam doloris genere afficitur: non ipsum Luscinium, non Hirundinem, non Vpupam, quas ainnt, præ dolore canere.* Moschus tamen vt ostenderet *t* Bionis mortem omnes, immo ipsa etiam bruta fleuisse, nunquam ait adeò Luscinium ceciniisse in rupibus. Sed is sicuti & cæteri poetæ ad fabulam alludunt, qua Philomela Iryn filium à se, se peremptum plorare dicitur: Sic & ipse etiam poetarum princeps *u* Homerus:

s Eidyl. 3.

t In Phad.

u Odyss. T.

Ὡς δ' ὅτε πανδαρίου κούρης λιγυφώνος Ἀηδὼν
Καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο,
Δενδρέων ἐν πετάλοισι καθιζομένη πυκινοῖσι
Ἣ τε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνὴν
Παιδ' ὀλοφυρομένη Ἰτυλὸν φίλον ὃν ποτε χαλκῷ,
Κοῦρ' ἤτοι διὰ λοφράδιας κεδνὸν ζοθὸν ἄνακτος, id est,
Sicut autem Pandarei filia florida Luscinia
Benè canit vere recens stante, id est, nouo
Arborum in foliis sedens densis,
Quæ frequenter versans fundit per sonantem vocem
Filium autem lugens Itylum dictum, quem quondam ferro,
Interfecit per insanias filium Zethi regis.

x Epist. 23.

Idem annotare videtur *x* D. Chrysostomus. *Itaque*, inquiens, *tempus esset iuxta poetam nunquam cessare luctu, multò magis, quàm Luscinias. Illa enim vere dicuntur lamentari Iryn: homines autem par esset lamentari vere, & hyeme.* Martialis ob illatum sibi à Thereo stuprum fiere dixit hoc districho:

Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

y l. 4. el. 4.

Alij queri eam volunt propter linguam sibi abscissam, sicut *y* Ianus Gruterus scribens:

Conqueritur q; iterum lingua Philomela rapinam.

Nunc poetarum figmentis omissis reliqua ceu veriora prosequamur, qui de eius cantu ab authoribus fide dignis prodita fuere. Transactis itaq; illis quindecim diebus, quibus canere dixi assiduè noctũ, & interdiù, canit quidem, adhuc teste *z* Aristot. sed non assiduò: mox enim adulta ætate vocem mittit diuersam, non insuper variam, aut celerem, modulatamq; sed simplicem. Idem tradunt *a* Plinius, & Ælianus. *Sea ea*, inquit ille, *tanta tam artifices argutia à quindecim diebus paulatim desinunt, nec vt fatigatas possis dicere, aut fatiatas. Mox alio ductu in totum alia vox fit, nec modulata, aut varia.* Hic autem, *Celerem*, inquit, *& vocem per ætatem in aliam speciem immutat. Neque enim sic tantum vartat, diuinguit, inflectit, acuit, quemadmodum verno tempore.* Addit *b* Iulius Cæsar Scaliger, tàm à verno suo cantu in diuersum canere sub autumnum, vt nulla ratione persuaderi possit agricolis eamdem auem esse.

z hi. li. 9. c. 49.

a l. x. c. 29.

b In Theo.

c Pl. lib. 5. c. 10.

INGE-

INGENIVM. MORES.

AMBITIOSA, gloriosaq; auis est Luscinia, neq; tam sibi Pauo ob caudæ pulchritudinem, quam ipsa propter cantus suauitatem sibimet applaudit. Vnde Charmides Atheniensis, referente *a* Cælio Rhodigino, eam non modo dixit φιλόμυσον, id est musicę studiosam esse, sed & φιλόδοξον, id est, gloriam ambitiosiùs captare. Siquidem in solitudinibus si concinnat, simplicem omninò cantum ædit, apparatu nullo, veluti sibi canens tantùm sin præsto sint auditores prædulcem in primis, variumque multoque apparatu compositum, quippe intellectu certo τακερῶς ἐλιττειν τὸ μέλος. Ipsæ autem non solùm hanc gloriam ambitiosiùs affectant, sed & pullos ad eam quodammodo adhortantur, quod meminit etiam *b* Aristoteles, vbi ait. *Iam vero suos pullos docere, versusq; quos imitarentur, tradere visa est, vtpotè cum non perinde locutio, vt vox per naturam proueniret, sed acquiri posset per disciplinam, & studium*. Idem asserit Plinius, cuius verba alias attulimus, & hic non repetimus, sicuti neque Aeliani, quod nihil de suo adiungat. Præter id autem addunt quidam experientia compertum esse inconcinniùs nonnullas canere, quoniam matres ob exilitatem vocis earũ docere dedignentur, doceri è contra optimè quæ vnà cum cæteri degunt. Cæterum parentibus, vt pulli sui ad perfectum in canendi arte gradum pertingant, adeò cordi est, vt referente Oppiano illos quorum cantus genuinos & legitimos iudicant, omni diligentia curent: mutos autem tanquam spurios, & indignam Atticis Luscinijs prolem interimant. Est alioqui incredibilis earum in prolem amor, quem celebrarũt plurimi. *c* Statius inter alios, vt declararet, quãtæ curæ vxori suæ cõmunis esset vtriusq; filia iam viro matura, canebat: quod

Non sic Philomela penates
Circuit amplectens, animumq; in pignora transfert.

Si fortè fortuna implumes adhuc nido detrahantur, mirum est, quanto ipsa mœrore conficiatur, quosq; gemitus, quosque eiulatus effundat. Sic poetæ cùm quem summo dolore affectum indicare volunt, admodum concinne, apteque comparationes hinc depromunt. Virgilius in primis de Orpheo ob Euridicis occasum dolente:

Qualis populea mœrens Philomela sub vmbra
Amissos quæritur natos, quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoq; sedens mirabile carmen
Integrat, & mæstis latè loca questibus implet.

Idem pariter *e* Baptista Mantuanus alijs verbis elegantissimè expressit:

Mœrebam vt pastu rediens Philomela, cibumque
Ore ferens natis, vacuo sua pignora nido
Cùm sublata videt, rostro cadit esca remisso:
Cor stupet, & contra nidos super arboris alta
Fronde sedet plorans infelices hymenos.

Eadem comparatione vsus est Q. *f* Calaber vxorem Lacoontis deflentem liberos à draconibus deuoratos, Philomelæ ob eandem causam ploranti comparens his verbis: *Mater verò vberes quæstus fundens ad inanem tumultum obstrepebat, aliud peius sibi metuens: defleuit igitur calamitatem, in quam viri sui inscitia impegerat: nam Deorum iras formidauit: vt quando circa nidum quæritatur Philomela: magno enim cruciatu cor exedens in valle arboribus obsita, cuius tenelli adhuc pulli, antequam obstrepito resonarent cantu, perierunt horrendi draconis maxillis, & matrem in luctum coniecerunt; nam immensum quanta percita indignatione plorat in vacua domo magno adito clangore, sic illa crebros ducebat gemitus ab filiorum exitium plorans ad eorum tumultum*. Sed iam reliquæ huius auis dotes enumerandæ veniunt, quas inter nulla eam magis admiratione dignam reddit, quã summa ipsius docilitas, qua pollere eam experientia ipsa, & clarissimorũ virorũ authoritates testantur. Non loquor modo de canendi peritia, qua reliquas omnes aues superat, taceo itẽ quod alię alias docẽt, id enim paulò ante summorum authorũ testimonio comprobaui. Neq; etiam quam promptè ac lubenti animo discat ab hominibus repeto. De his enim iam feci, & alio in loco verba iterũ facturus sum. Loquor autem de tali docilitate, cuius ope Psittaco suum Chære non inuidet. Ipsa inquam vocem hominum efformare etiam docetur. Vocem humanam docuisse eam adolescentem quendam testatur *g* Philostr. & quomodo doceatur, docet *h* Plinius iubens, *vt doceantur secreto, & vbi nulla alia vox misceantur assidẽte, qui crebrò dicat q̃ cõdita velit, ac cibis blãdiente*. Idẽ author ibidẽ narrat

a Lec. ant. l. 13.
b hist. l. 4.
c Sylu. l. 4.
e Aegl. 2.
f Par. l. 12
g In vita Apollon.
h l. x. c. 41.

Cæſares iuuenes, nempè Claudij Cæſaris filios, *habuiſſe Luſcinias Græco, atque Latino ſermoni doctes: præterea meditantes in diem, & aſſiduè non loquentes, longiore etiam contextu*, quare non amplius poſthac mirer, quæ Ornithologus de tribus Luſcinijs ex familiaris ſui relatu memoriæ prodidit; etſi alioquin fidem vix admittant. Quarum hiſtoriam, quod non iucundam legentibus fore exiſtimem, hîc exarare non pinguit. Credat interim quiſquis, quod ſibi viſum fuerit: His, inquit, adijcere libuit narrationem, quam amicus vir doctiſſimus, & fide dignus ad me perſcripſit. Quoniam de auibus perſcripturus es, dicam tibi de Luſcinijs ſermones hominum imitãtium mirabile quiddam, ac propemodum incredibile: quod tamen & veriſſimum eſt, & ipſe his meis auribus audiui, atq; expertus ſum proximis comitijs Ratiſbonenſibus anni 1546. cùm iſtic in publico diuerſorio ad auream coronam agerem. Habebat hoſpes tres Luſcinias ſeparatim collocatas, ita vt ſingulæ ſingulis caueis opacis includerentur. Per id verò tempus vernum, quo alioqui continuè, & indefeſſæ cantare ſolent, aduerſa valetudine ex calculo ita laborabam, vt quam minimum mihi ſomno indulgere liceret. Tùm circa, & poſt quidem mediam noctem, cùm nihil vſquam turbatum eſſet, mitas altercationes, & æmulationes duarũ Luſciniarum Germanico ſermone inter ſe colloquentium audiuiſſes planè hominum ſermones imitantium, me ob admirationem propemodum obſtupeſcere. Promere enim, ac conferre inter ſe ſe nocte ſilentio hominũ facto, quicquid interdiù ab hoſpitibus colloquentibus inaudierant, ac meditatæ fuerant. Duæ autem inter eas erant huius artis inſignes atque præcipuæ, vix decem pedum ſpacio diſiunctæ: tertia longè remotioraberat, quam non ita lecto decumbens exaudire poteram. Sed duæ illæ mirũ dictu quam inuicem altera alteram laceſſendo, ac reſpondẽdo altera alteram inuitabãt, nec voces tamen ſimul confundebant, ſed potiùs alternatim reddebant. Præter autem quotidiana, ac recenter à conuiuis prolata, duas potiſſimùm hiſtorias mutuò inter ſe ſe prolixè, & à media nocte in auroram vſquè, donec nullus hominum ſtrepitus fieret, decantabant, & ea quidem modulatione ſua natiua, & vario inflexu vocis, vt niſi intentus nemo hominum facilè ab illis beſtiolis expectaſſet, vel animaduertiſſet. Et quærenti mihi ex hoſpite, num linguæ earum fortaſſe nouacula ſolutæ eſſent, aut aliquid eloqui edoctæ, reſpondebat, minimè: num ita animaduertiſſet, aut intelligeret, quæ noctũ occinerent, ſimiliter negabat. Idem dicebat familia tota. Ego verò qui totas noctes dormire non poteram, auſcultabam beſtiolas auidiùs, ac diligentiùs induſtriam earum, & certamen profectò admiratus. Altera hiſtoria, ſeu colloquutio erat de Pincerna, ſeu Oikete, eiuſq; vxore, quæ poſtulantem maritum profecturũ in bellum ſequi noluerat. Conabatur enim maritus vxori, quantum ex auiculis animaduertebam, perſuadere ſpe prædæ, vt diuerſorio eo, ſeruitioq; relicto ſecum proficiſceretur in bellum. Illa verò recuſans ſequi vel Ratisbonæ menſuram, vel Norimbergam abituram ſe recipiebat. Fuerat vtrinq; magna, & longa contentio, ſed amoris (quantum intelligebam) arbitris atq; hero inſcio, hancq; totam reddebant auiculæ. Si quid enim ſecretiùs, tacendumq; magis inrer diſputandum fortè euomerant, illæ prodebant, ſeu neſcientes diſcrimen inter honeſtas, & inhoneſtas voces. Et hanc quidem contentionem, & altercationem beſtiolæ ſæpè noctu repetebant, vt quæ firmiſſimè, vt conijciebam, hærebat, ac probè mediata fuerat. Altera erat tunc imminentis belli Cæſaris contra proteſtantes hiſtoria, & ceu prælium quoddam. Rem enim omnem, quæ paulò poſt accidit, veluti præſagientes, ac vaticinantes decantare viſæ ſunt. Tùm & immiſcebant ea, quæ antea contra Ducem Brunſuicenſem geſta erant, ſed vt ego puto, auiculas illas habuiſſe omnia ex nobilium, ſeu capitaneorum quorundam priuato, & clandeſtino colloquio, quod eo loci, vbi auiculæ detinebantur, tanquam in publico diuerſorio frequens eſſe potuit. Hæcq; nocte, vt dixi, præſertim poſt mediam, cùm profundiùs eſſet ſilentium, faciebant: interdiù verò magna ex parte ſilebant, & nihil, quàm apud ſe illa quæ fortè in menſa conuiuæ, vel deambulando conferebant, meditari videbantur. Ego profectò nunquam Plinio noſtro credidiſſem multa adeò miranda de auiculis illis ſcribenti, niſi ipſe has beſtiolas talia promentes, & oculis vidiſſem, & hiſce auribus audiuiſſem. Neque ſatis ex tempore tamen iam iſta ad te omnia perſcribere poſſum, & ſingula comminiſci. Hactenus ille. Mirum etiam eſt, vt herum ſuum agnoſcant, & diligant, quare viſæ ſæpè ſunt etiam, quæ è cauea dimiſſæ ad eam ſpontè reuerterentur, qualem Alcon apud Nemeſianum, ſe Donaci dono dediſſe canit:

Trium Luſciniarum admirabilis hiſtoria.

Herum ſuum agnoſcunt, & diligant.

Vide log. 2.

Cur me Donace formoſa reliquit?
Munera nanque dedi, noſter quæ non dedit Idas,
Vocalem, longos, quæ ducit Acdona cantus:
Quæ licet interdum contexto carmine claſſe
Cum parua petuere foras, ceu libera ſerui

Nouit

Nouit & agrestes interuolare volucres
Scit rursus remeare domum, tectumque subire
Viminis & caueam tetis præponere syluis.

Ob eiusmodi amorem in herum vitæ sunt etiam aliquæ, quæ vel alis venditæ, vel dono datæ, prioris domini desiderio contabescentes, vitam cum morte commutarint: Sed antequam seruitio assuefiant, plurimum laboris est impendendũ, vt mox dicemus. Nam si adultæ capiãtur, iam confirmata ætate, & inclusæ asseruentur in cauea, idcircò se & cãtu, & cibo abstinent, & pro seruitute venatorem teste Æliano silentio vlciscuntur, quia præ cæteris auibus vehemen-
10 tissimè libertatem, amant, eaque amissa sæpe commoriuntur. Atque hoc est, quod dicebat *k* Ludouicus Ariostus. *k Sat. 3.*

Mal puol durar il Roscignuol'in gabbia.

Quare iam ætate grandes, altores non accipiunt, sed etiamnum pullos comprehendere student. Qui tamen & ipsi frustra sæpe instituuntur, etenim matres ipsis, teste Oppiano, tantum libertatis amorem instillant, vt cantum omninò recusent, & elingues sese matrum exemplo præbeant. Vigilem porrò auem esse Luscinian ex hoc patet, quod non solum interdiù, sed & noctu canit, vt Hesiodus testatur, referente *l* Ælliano. Scribit enim illam ex auibus omnibus somni expertem esse, seduloq; in vigilijs versari, Hirundinem verò non prorsus semper vigi- *l In Varijs.*
lare, sed dimidium tantùm somnum perficere. Has autem pœnas vtramque luere propter fa-
20 cinus in Thracia perpetratum in cænam illam illicitam. Postremò callidane, an stolida auis sit Luscinia in sequenti capite aperiemus.

CAPIENDI RATIO.

LVSCINIA, quia stolida auis, & minimè circumspecta est: omni aucupij genere admodum facilè capitur. Sicubi aliquantulum excauatam tellurem viderit, cibi spe ociùs accurrit, quare aucupes terram leuiter effodiunt, ibique decipulam collocant caueæ *Luscinia stolida.*
30 modo fabrefactam, sed cuius superior pars tota pateat, vt introeuntibus auiculis editum præbeat, quæ tamen cauea etiam operculo cooperitur, cùm opus est: quod ne decidat, prohibet virgula quædam, qua in altum erectum fulcitur. Farinarios deinde vermiculos, quibus auidissimè inhiat, vel aliud edulij genus intra, & extra decipulam apponunt. Accurrit illa illico, deuorataq; iam foris posita esca, intrò deuolat, eduliumque quod aucupes ad filum quoddam ex industria alligarunt, deglutiens filum simul trahit, quo tracto loco suo dimouetur virgula, quam diximus fulcire operculum: quo delabente, decipula clauditur, capiturque misercula, sed frequentius, facilisque visco, vnde *a* Oppianus; *a De Auc. lib. 1.*

Decipit & visco versutus Acdonas aucupes.

Nam si aliam auiculam, etsi protinus diuersæ speciei caueæ inclusam viderit, velut curiosa,
40 & quid illic rerum agat captiua illa, scire cupiens, temerè circumuolitat, donec in virgulas visco illinitas, caueæ affixas vel alis, vel pedibus impingat. Quomodo autem hoc pacto facilius capiatur, docet Io. Bap. Porta, iubens, vt fœmina caueæ includatur, aucupesq; vocẽ Lusciniæ ementiantur (reperiuntur enim qui illarum sonum exactissimè reddunt, sicuti ego vidi plurimos, & etiam asserit *b* Plinius docens quomodo id fiat, *addita*, scilicet *in transuersas arundines aqua, & foramen inspirando, linguaue parua oppositamora.*) Nam mas audita ea *b l. x. c. 19.*
voce accurrit, & conspecta fœmina circumuolitat, & insidias incidit. Porta autem id tradit de retibus, sed de visco quoq; idem statuendum est, immo verò minori negotio præstabitur. Quomodo præterea aliter visco capiantur, nimirum propter musices amorem docet *c* Bello- *c De auib. l. 7. c. 3.*
50 nius, eas tantopere musica delectari scribens, vt eius causa se facillimè capi sinant. Nã si quis, inquit locum adeat, vbi numerosè degant, ibique musicum aliquod instrumentum pulset, illæ suauem sonum admiratæ, & captæ dulcedine, magna frequentia aduolant, & in insidias visco in arboribus illic consitis paratas incidunt. Docet idem alium ab hoc penitus diuersum capiendi modum. Sicuti enim harmonicum sonum amant, ita obstreperum, & ingratũ prorsus abhorrent, & abominantur. Quapropter si quis felem, aut aliud obstreperum, & stridulũ, aut inconcinnæ vocis animal arbori alligauerit, & funiculo à longè attractum vociferari cogat, illæ tanquam indignabundæ, & veluti stridore illo offensæ, quasiq; increpantes tamdiù circumuolitant, donec iisdem insidijs illaqueantur. De irretitis quibusdam auiculis, & Lusciniæ retia euadente, & in proximas syluas ausugiẽte, sic meminit *d* Petrus Angelius Bargæus. *d Car. l. 2.*

Aucupe cùm trepida surgunt clamante volucres
Et cæca properent, accelerare fugam:
Implicitæ laqueis omnes, & retibus hærent,
Occultosque dolos, insidiasque dolent.
Sola inter cunctas elapsa effugit, & altas
Luscinia in syluas libera secta volat.
Ecquis vates, sacrum genus esse negabit
His auibus, cum dent vetita & ipsa viam.

MIGRATIO. LOCVS.

Luscinia frigoris impatientes.

QVIA frigoris admodum impatientes sunt Luscinię, in caueis hyeme facilè pereunt: quæ verò eam effugunt, postmodum maximi veneunt. Quæ sui iuris sunt, à nobis discedunt, loca calidiora quærentes. *Aestate*, inquit Philosoph. *adulta non aiu apparent, & sese abdunt & latent, & sub autumno vsque ad vernos dies condunt-*

a b.l.5.c.9. *tur.* Plinius etiam *hyeme non cerni* prodidit. Aeris etiam rationem habent, nam alibi magis, alibi minus frequentes visuntur. *b* Athenis plurimam repetiri earum copiam perhibent: vn-

b l.10.c.9. dè fortassis Philomelam poetæ Atticam fuisse confixerint, dulciterq; garrire, quæ sit Attica.
Hinc apud Sophoclem Antigone scisciranti *c* Oedipo patri cæco, quem manu ducebat; quo-

c In Oedip. Colon. nam terrarum peruenissent; respondet, Athenas & in nemore illo, quod vrbi proximum erat audiri Luscinia rum melos. Inquit autem.

Miserande genitor, arduis quantum eminet
Licet videre, vrbs cincta turribus sacer;
Atque hic, vt ego quidem puto, quem premimus, est
Locus Dijs sacratus, ad olea plurima,
Viridique densa germinans laurus coma,
Vitesque conlita arguunt, & intima
Parte nemoris suaues canoro gutture
Luscinię fundunt sonos.

Qui locus idem fuerit cum illo, vbi Creusa Erechthei filia ab Apolline vitiata, granidaque

d In Ione Act. 5. facta fuit petram, *d* Euripides vocat Luscinijs celebrem, id est, à Luscinijs frequentatam. Cupienti enim Ioni filio nosse suos natales, respondet Creusa, se indulsisse Veneri furtiuæ:

Παρ' Ἀρδόμαν πέτραν σοὶ βᾶ, id est,
Iuxta petram Luscinijs celebrem cum Phœbo.

e De auib. l.7.c.1. Prope Ardennam Syluam, vt vocant, Luscinias abundare testatur *e* Bellonius. Contra Hybernia, vt refert Io. Boterus, Luscinijs prorsus caret; sicuti & Batauia, vbi, vt mihi retulit Hollandus quidam fide dignis, aliunde etiam illlatæ mori vulgò creduntur, Daulis pariter oppidum est, non procul à Delphis vbi Luscinias non parere scriptores memoriæ prodiderunt.
Et Delphi Batauiæ emporium est, quasi Luscinia quæ Delphos Græcorum fugiat, prope Batauorum quoque eiusdem nominis vrbem morari nolit. Hinc autem Philomela prope Delphos à Thereo violata fingitur. Sed & in ijs regionibus, vbi frequens earum numerus inuisitur, passim & sine discrimine non degunt. Loca enim alia alijs præferunt. Mane nunc hìc, nunc illic volitant. A meridie ad occasum solis vmbrosa quærunt ad opacum frigus canentes, prope fontes, riuulos, & sæpes: quare meritò cecinit Politianus.

Non querulæ cessant teneram tinnire volucres.
Fluuijs Alcyone, querula Philomela sub vmbra.

Et Bembus.

O Rosignuol, che in queste verdi fronde
Soura il fugace rio fermar ti suoli,
E forse à qualche noia hora t'inuole
Dolce cantando al suon de le roche onde.

Cur in dumis latent.

In dumis etiam, rubisque libentissimè latitant, fortè quia illic se à serpentibus tutiores fore

Plutarch. l.3. credunt, ab ijs enim plurimùm sibi timent, vt suo dicemus loco. Vnde *f* Iulius Aelius Grammaticus loquens de Marone Pythagorico, qui se in diuersa corpora migrasse dicebat, scribit illum aliquando fuisse Philomelam, & cum reliquis huius generis auibus luxisse in rubis.

Luxis in hederis, quæ Philomela rubis.

Sub

Sub quercum pariter ramis, sub vitibus, & myrtis non inuitæ delitescunt, quod innuunt quoque hæc elegantissima *f* Petri Anglij Bargæi carmina, adhortantia vt quercum fugiant, vites verò & myrtos sibi eligant. *f Carm. l. 2.*

Nec cantus Philomela tuos, ne projice ad auras:
Has quercus, hæc tu robora dura fuge.
Nec te decipiat, blandis quod sæpè Napeis
Ornarit varium querna corona caput.
Hic tibi dum rami fundunt è cortice viscum,
Exitium miseræ, pernicieque parant.
Sunt virides Bacchi vites, est proxima myrtus,
Intra quos versus dicere tuta potes,
Vitibus aurati pendent hinc inde racemi,
Myrtus odoratas spargit vbique comas.
Adde quod & numeros, & dulcia carmina vatum
Et venus, & toto pectore Bacchus amant.

Apud *g* Aristophanem verò Luscinia, quam excitare, & alloqui cupiebat Pisetærus, Butomo insidebat. Est autem Butomus planta, fluuios, & loca aquosa amans, & in eis fructificans. Non omnibus autem in locis æquè vocales sunt. Montanæ etenim eas, quæ in vallibus, & locis palustribus victitant, harmonia vincunt, vt superiùs annotatum est. Scribit *h* Petrus Martyr in insulis Hispaniola, & Ioanna nunquam à cantu cessare, & mense Nouembri canere. Pausanias Lusciniæ, quæ circa Orphei sepulchrum nidos habent, suauiores, quam cæteras, & vocaliores à Thracis vulgò credi, prodidit. *i* Idem confirmat *k* Philostratus ex Myrsilo, qui Lesbiana composuit. Sepulchrum autem id in Antissæa regione conditum, verùm in illo non cadauer totum, sed caput tantùm conditum esse. In Scotia, vt Petrus Apponensis refert, non tam suauiter canunt, quam in Italia. *g In auib. Butomus quæ plãta.* *h Hist. Indiæ occid.* *i in Boet.* *k In l. narr. mir. Orphei sepulch. vbi.* *l In probl. Aristot.*

NIDVS. INCVBATVS. PARTVS.

LVSCINIA verè nidum construit mense Maio, vel etiam prima æstate. Aliquæ humi sub sæpibus, & arborum truncis: nonnullæ in ipsis fruticibus viridibus, & densis. Nidum autẽ ipsum ex folijs arborum, paleis, & musco, oblongiusculum ferè parant. Quos autem ego vidi, folijs quernis erant constructi, figura hemispherica, quorum alterũ in suburbano meo adinuentũ, vna cum fœtibus hìc expressum exhibere non piguit. Delitescebat sub herbis illic plurimũ luxuriantibus, quò *a* pertranseuntibus minus conspiceretur, ex folijs quernis haud inconcinnè constructus. Mirũ autẽ quomodo folia illa sine glutino simul connecterentur. Figura erat semispherica, cuius beneficio à pluuijs, & ab omni alia ambientis iniuria fœtus intus latitant tutiores. Ij verò quinque erant iam plumis obuestiti, præter ovnum, qui alijs subiacebat, prorsus glaber, & implumis. Plumarum color cinereus, obscurus: rostrum triquetrum quodãmodo, & cuius pars illa mollior, & cartilaginea, seu carnea, quam oris labra non ineptè dixeris, quæ inadultis euanescit, coloris lutei albicantis. Oculi parui, nigri, pellucidi, pedes subalbidi. Magnus fauciũ hiatus. Ore nanque aperto, voce admodum alta, & obstrepera, quasi cibum peterent, vociferabuntur. *b* Aristoteles etiã Lusciniam *æstate quinque aut sex oua parere* scripsit Plinius *cùm plurimum sena* in hoc ab Aristotele dissentiens, quod primum ver nidificationis tempus statuat, cùm ille æstate parere dicat. Sed facilè conciliatur: vterque præceptor. Lusciniæ enim vtroque tempore parere compertum est. Numerum ouorum fortè non seruant, nam Albertus, Minores aues, vt sunt Philomela, & Alauda semel anno quatuor, aut quinque oua edere scribit. *Fœmina* teste *c* Arist. *cessat à cantu cum incubat: pullosq; educat.* Quod negat Albertus, aitq; se dum adhuc incubaret, canentem audiuisse. Idem Albertus Luscinium, cum incubat, non solum fotu corporis, sed etiam cantu oua viuificare testatur his verbis: *Philomela inter incubandum cantat: & dixerunt aliqui Platonicorum ova eius non posse sine cantu viuificari, id quod verum esse videtur. Nam spiritus lenis, & calor eleuans sanguinem in talibus animalibus mouet in eius cantu iucunditatem, & desiderium gaudij: talis verò parentum calor incubando magis vitalis est, quam alius.* Idem legere est apud D. Ambrosium, si modo D. Ambrosij sunt hæc verba, vt nonnulli volunt. *Luscinia, pernigil custos, cum oua quodam sinu corporis, & gremio fouet, in somnem longæ noctis laborem cantilena suauitate solatur, quo possit non minus dulcibus modulis (vt mihi videtur)* *Quo tempore nidificet, vbi. Ex quibus nidum cõficiant, & quomodo. Nidi cum pullis descriptio.* *b h. l. 5. c. 9* *c Ibidem.*

Luſciniæ nidus.



videtur) quam fotu corporis ouа animare. Sed eiuſmodi ouorum viuificatio, quanquam veriſimilem, & Philoſophiæ principijs conſentientem rationem afferat Albertus, Ariſtotelis tamen authoritati repugnat. Luſcinia etiam ex ijs auibus eſſe prædicatur, in quarum nidis Cuculus parit. Eandem cum Phœnicuro auicula illi admodum ſimili aliquando coire, ſunt qui referant.

Cum Phœnicuro aliquãdo coit.

EDVCATIO. CIBVS.

Luſcinia antiquitus alis ſolitæ.

LVSCINIAS antiquiſſimis etiam temporibus alis ſolitas ex multis veterum monumentis colligitur: ſed potiſſimùm ex Chryſippo, qui in libro de Repub. referente Plutarcho, inſectatur eos, qui Pauones alebant, Columbas, Perdices, & Luſcinias. Sed hunc Plutarchus meritò redarguit, tanquam contrarias legibus à conditore legum vniuerſi poſitis leges ſtatuentem, ac naturam ſubſanantem, quæ ad ſolatium tot malorum, quibus tam frequenter premimur, tam elegantia, ac ſonora animalia tam ſtudiosè ædidit. Romanos Luſcinijs delectatos in primis fuiſſe ex Plinio apparet; non ſolùm autem viros, ſed eam fœminas, quæ illas deliciarum gratia alebant, vnde *a* Martialis:

De Hoicor. repugnant.

a lib. 7.

Luſcinia tumulum ſIT heleſina dedit.

Ex hoc enim colligitur non minus hanc Luſciniam fuiſſe delicias Theleſinæ, quam Lesbiæ decan-

decantatus ille à Catullo Passer, vtpotè quam adeò dilexerit, vt sepulchri honore dignata fuerit. Nostra quidem tempestate, quam placeat illarum cantus, nemo est, qui ignoret. Quomodo autem sint educandæ iam dicendum est. Mares seruandi sunt, fœminę reijciendę, quibus autem signis dignoscantur in sequenti capite dicetur. Nunc adultane, an iuniores educare expediat, considerandum. Scribunt enim aliqui vt etiam superiùs est annotatum, si pulli capiantur adhuc & cantandi rudes, & inter homines alantur, peius canere, quòd ante legitimum tempus à magistris parentibus subducti fuerint: contrà si alantur vnà cum parentibus, eruditi, & discere optimè. Ita Gryllus apud *b* Plutarchum, *Luscinia quoq; pullos suos*, inquit, *cantare docent: & capti ante tempus, enutritique inter hominum manus deterius canunt: quia præoperè à magistro sunt remoti.* Sed iam adultos alere, vt iam dictum est, non parum habet difficultatis. Ob deperditam enim libertatem tanto mœrore afficiuntur, vt cibum detrectantes contabescant, ac sæpè etiam commoriantur. Quin, vt ex Æliano diximus, adultæ sæpè canere recusant, vt venatorem silentio vlciscantur: Crediderim ego, tamdiu eiusmodi auiculas velut elingues perseuerare, donec mœrorem deposuerint, eoque depositò pristinum cantum repetere. Quare adultæ etiam ali meo *iudicio* poterunt. Quod cum difficillimum sit, pullos è nido detractos plurimi præferunt. Hic itaque quis labor cùm in his, tùm in illis enutriendis sit impendendus, vt omnibus satisfiat, dicetur à pullis exordiendo. Sin verno tempore nati, nam quo citiùs, & tempestiuiùs haberi possunt, eò minori negotio voti compotes fiemus: sed & vocaliores euadent, vitamq; in longius tempus producent, vt ambientis iniurijs minus obnoxij. Cùm enim plumarum defluuio ſtato ab ortu tempore laborent, sicuti & aliæ aues, si primò verè in lucem editi fuerint; tempestiuè ab illa molestia liberabantur, nec eos borealia frigora, quæ autumni initio aliquando vigent plumis nudos excipient: quod illis euenit, qui æstate prognati ob ea in vitæ discrimen adducuntur. Sed neque è nido sunt eximendi implumes: sed expectandum plumis vestiantur. Exemptos in abditam domus partem procul ab hominum frequentia semouendi, ibique cibus quater, aut quinquies singulis diebus accurata industria offerendus: sitis vel oui recentis & cocti donec induruerit, vitellus, vel cor veruecinum, aut vitulinum optimè contusum, indeq; bucellæ paruulæ tres, quatuorue singulis vicibus exhibeantur. Cùm verò paulò magis adoleuerint, caueæ includendi sunt, in qua palea sit aut fœnũ, quo mollius cubent. Tandem cùm iam proprio marte cibum capere poterunt (id autem cognoscitur cùm cantum emittere, & garrire incipiunt) muscas, formicas, & harũ oua, & veruecis, vel vituli cor, & aliquando carnes crudas, vel coctas etiam, sed sine sale minutim concisa exhibere conuenit. Vermes præterea quos farinarios vocant, auidissimè comedunt, quos vel mortuos, vel viuos potiùs, vt motu illorum ad cibũ allicantur, præbere licebit, neque enim illos deglutiunt, nisi prius occiderint. Horum apud pistores magna reperitur copia; sed maior apud textores, qui pannos è lino, vel cannabe contexunt. Vruntur enim miscella quadam, è furfuribus, aceto, & axungia, qua destillante, putrescenteq; vermes nascuntur, & pro Luscinarum esca in furfuribus asseruantur. Suprà cùm de huius generis auium victu generatim loqueremur, edulium descripsimus, quod omnibus quidem, sed Luscinijs præsertim suauissimum, ac sapidissimum est, & earum incolumitati plurimùm conferens: nunc aliud illi simile describere non pigebit, quo Genuenses Luscinias alere consueuerunt, vt retulit mihi Odoardus Turrianus nobilissimus Genuensis ex Comitibus Lauaniæ, herbarum cognitionis studiosissimus, & peritissimus. Sumunt ij amygdalarũ ab interiori cortice expurgatarum vncias sex, optimè contundunt, binos ouorum vitellos, qui coctione induruerint, addunt, mellisq; quod ex Hispania eò aduehitur, vncias duas, quibus omnibus simul in mortario lapideo diligenter commistis, croci pauxillo colorem conciliant; deinde pastillos vnius vnciæ ferè pondere efformant, & in furno tepido decoquunt, sed non diù, eos postea extractos aqua rosacea leuiter conspergunt, & in Luscinarum cibum asseruant. Cùm vsus exigit, ferreo quodam instrumento, quod Tyrocnestem vocamus, minutim comminuunt, & epulandos non solũ iunioribus, sed iam ætate grandibus, offerũt: Si adultas educare liber, mox vbi sunt captæ, alas deligare profuerit: ne scilicet euolare cupientes se se caueæ clathris allidant, rostrumque proterant; eoque facilius mansuescent, & cicurabuntur. Quod cùm factu difficillimum sit; libertate enim priuari admodum molestè ferunt, caueam, etiam vndique charta cooperire oportet, interseptenteq; virgulas detrahere. Vt autem ad cibum accipiendum incitentur, muscas, & vermiculos viuos in caueam inijcere proderit, vt illorum motu ad escam illiciantur. Deinde veruecinum cor, vel bubulum, & alia à nobis commemorata edulia obijcere expediet, quæ tamen si attingere recusauerint, eam diù vermibus sunt pascendæ, donec cibis etiam alijs assuescant. Quidam vt carnibus

Quomodo educandæ.
Mares alẽdi, fœminæ reijciendæ.
Adultæ ne an iuniores.
Luscinia sint alẽdæ.
b In Gryllo.
Quomodo pulli sint educandi & qui.
Quomodo cognoscantur iam ex se cibum capere.
Adultarũ cura.

assuefiant

Potus.

aſſuefiant, fruſtulum carnis, & vermem farinariam ſimul vinciunt. Atque hæc de cibis. Non minori curæ nobis eſſe debet, potus, vt mundus, defæcatuſq; ſemper illis in promptu ſit, vt ſitim ſedare, & lauare etiam liceat, quoties libuerit. Hoc modo aliæ Luſciniæ, aliæ tranſactis octo diebus, aliæ quindecim, nonnullæ nonniſi poſt menſem canere incipiunt. Quæ vltra hoc tempus non canunt, aut fœminæ ſunt, aut cantui ineptæ. Quanto autem citiùs cantillare incæperint, eò magis canoras fore arguitur, & ſuauiùs cantaturas. Cum canere incipiunt, charta illa, quæ caueam cooperiebat, paulatim detrahenda, ita vt ſingulis diebus fruſtulum aliquod abſcindatur, ciuſque loco frondes aliquot reponere conducet: donec penitus detracta charta, luci, & ſplendori aſſuefiant. Quæ cautio ſi omittatur, periculum imminet, ne indignabundæ, aut tertiæ prorſus obtumeſcant.

Quanto citius canũt, eo magis canoræ euadent.

SEXVS.

Mas quib. potis à fœmina dignoſcatur. a De auibus l. 1. c. 1.

DIVERSI diuerſas prædicant notas, quibus in hiſce auiculis ſexus cognoſcitur. Ornithologus maſculorum colorem aliquantò obſcuriorem eſſe tradit, cui ſubſcribere videtur *a* Bellonius, plurimiq; alij. Sunt qui dicant, marem corporis mole fœminam ſuperare, alij oculum dextrum mari eſſe maiorem, quam fœmellæ. Multi caudam illi, quam huic longiorem. Ego omnia hæc falſa eſſe experientia didici. Nam quæ in mare ſigna memorant, omnia in fœmina eluceſcere ſæpè animaduerti: Non iuerim tamen inficias plura ex hiſce commemoratis ſignis ad dignoſcendum ſexum plurimùm conferre, ſed ſtabilia, & perpetua eſſe nemo mihi perſuaſerit. Ex cantu verò, & motu locali ipſarum certiora ſigna deſumuntur, vt ſunt huiuſmodi. Quæ frequentes, & modulatos ædit cantus, qui continuo ſpiritu trahantur in longum: quæ vnico ſæpè inſiſtat pedi, & longum temporis ſpatium immobilis permanet, eam marẽ aſſerere ne dubitaueris. Fœmina etenim per caueam huc illuc curſitat, ita vt loco ſtare non poſſe videatur; cantum promit breuem, conciſum, & intermiſſum, neq; enim in tam longum tempus illum producere valet, vt mas. Nec mihi quis *b* Ariſtotelem, & Plinium obijciat, quorum ille, *Luſcinias mares, canere perinde vt ſuas fœminas*, hic verò *auium quarundam maribus eandem vocem eſſe* dixit, *vt Luſcinarum generi*. Non etenim dicere voluerunt hi præclariſſimi authores, vnam eandemq; vocem, eodem ſono prolatam vtrique ſexui eſſe in hac auium ſpecie: Sed differentiam afferre voluerunt, quæ inter mares, & fœminas diuerſorum generum animalium intercedit. Nam in quibuſdam quidem mares tantùm canunt, vt in cicadarũ genere, in quibuſdam & mares, & fœminæ, vt in Luſcinijs, ſed diuerſimodè. Hæc igitur ſunt marium, & fœmellarum differentiæ. Cæterùm quas menſis Martius, primumq; ver ſuppeditant, hoc peculiare habent, quod mares, vtpotè qui tunc in Venerem ruunt, ſexu etiam ſeſe prodant. Tunc enim temporis genitalia in illis turgent, & prominent: ſecus in fœminis.

b lib. 4. c. 9.

Mares adulti verè capti ſexum ſe ſe produnt.

CORPORIS AFFECTVS.

CORPORIS affectus curandi methodum docuimus in huius libri principio, cùm de morbis, quæ toti harum auicularum generis accidunt, ageremus. Luſciniæ præterea peculiare hoc habent, vt facilè pingueſcant, immo ſæpè adipis mole obrutæ extinguantur, quare vt minus pingueſcant, carnes crudas ſi quando in cibum exhibere contigerit, diſſectas minutim, vel contuſas prius abluere expediet, ciboſque qui minimè pingues ſint, parumque nutriant, manducandos apponere. Ipſæ verò cùm liberæ adhuc volitant, ſi ægrotare contigerit, formicarum ouis ſibi ipſis medicæ medentur, ex eorum enim eſu conualeſcere dicuntur. Quapropter illis etiam, quæ in caueis aſſeruantur huiuſcemodi medicinam facere aliquando profuerit.

Formicarum ouis ſibi medentur.

SVM-

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

CVM Phœnicuro Luſciniæ amicitiam intercedere ex hoc patet, quòd cum eo coire credatur, vt dictum eſt: Cum reliquis etiam omnibus ferè auiculis præſertim cum ijs, quæ molli ſunt roſtro, illi ſat bene conuenit. Ad illas enim caueis incluſas quæcunque tandem fuerint, cueſtigio aduolat. Contrà cum Collurionibus ingentes inimicitias, etſi non æquo Marte exercet. Hi nanque omnes paruas auiculas perſequuntur, atque occidunt, & præſertim earum cerebella deuorant, vt mihi hæc ſcribenti narrabat aucupes quidam: addens quoque, Collurionem cùm aliquam auiculam viſco implicitam viderit, illicò aduolare & dum capere eas vult, in eaſdem virgulas viſco illinitas ſeſe præcipitare, atque hoc modo non paucas capere ſolere. Habent præterea maiores hoſtes Luſciniæ, omnibus alijs auibus communes, Accipitres inquam: quod innuit & Heſiodi de Accipitre, & Luſcinia apologus, mox recitandus. Aquilas verò quantum paueant, declarat inter alios *a* Bapt. Mant. D. Apolloniam ita ſatellites horruiſſe ſcribens, vt faciunt Luſciniæ Aquilas, capræ icones, & agnæ lupos.

Luſciniæ ſympathia cum Phœnicuro.

Cum Accipitribus. Antipath. Cũ Aquil. a Parth. 6.

Stat veluti tepidis errans ab ouilibus agna
Inter mille lupos, aut inter mille leones
Capreæ, quæ tenera producere cornua fronte
Incipit, aut Aquilas inter Philomelar apaces.

Viperas etiam exhorreſcunt ac ſi occulta quædam inimicitia ſecum ipſis eſſet. Neque enim potiore de cauſa dumeta, & rubos quærunt, quam vt ab illis tutæ ſint. Ad ea enim loca propter ſpinarum aculeos nõ facilis eſt ſerpentibus acceſſus. De hac antipathia meminit *b* Gaudentius Merula, ſcribens, vulgò credi, Luſciniam à viperæ ſuppoſitæ oculorum fulgore in certiſſimam perniciem trahi. Deſcendens enim paulatim ab arbore fit, vt in prædam ipſi cedat. Sed de hoc *c* Cardanus, etſi patris ſui teſtimonio ſit confirmatum, non parum addubitans ait: Maius eſt, quod de Philomela referunt, paterq; meus teſtabatur quod tamen apud me ſupra fidem eſt, ſcilicet, Philomelam deprehenſam in arbore à vipera, quæ arborem ambibit, paulatim deflentem miſerabili voce in illius os, vt deuoret, deſcendere. Si itaque hoc contingat, metus, & antipathiæ cauſa, ac cuiuſdam ſtuporis ingeniti ratione fiet. Verùm talibus non ſubſcribam, donec videro. Hæc Cardanus.

Cum vipis

b In mira.

c De var. rer. lib. 7. c. 36.

COGNOMINATA. DENOMINATA.

AEDONES Libyſſe, vt alibi annotatum eſt, dicebantur olim mulieres illæ, quæ liberos ſuos neſcio qua ductæ religione, Carthagine, quæ Libyæ vrbs eſt, immolabant. Natos namque ſuos interficiebant, ſicuti Aedon, aut Luſcinia, quæ liberorum interfectrix, παιδολέτωρ ab *d* Euripide appellatur. Sirenes præterea Luſcinias auiformes vocat *e* Licophron. Luſcinias autem, quia ſuauiter canere credebantur, vt Luſciniæ, adeò vt dulci cãtu ſopitos nautas deuorarẽt: auiformes, quia parte inferiori ſicut aues fingerẽtur. Caſsãdra igitur prædicẽs varios Vlyſſis, & ſociorũ errores, diuino afflata numine ſic vaticinatur.

Aedonea Libyſſa.

Aedon interfectrix liberorum.

d In Rhes. Act. 3.

e In Caſſ.

Τὰς δ' ἀμφὶ σύριν καὶ λιβυστικὰς πλάκας,
Σειρῆνά τε πορθμῶν σιωδρολὼ τυραννικὴν,
Καὶ μιξοπροσταυτιλοφθόρους σκοπὰς,
Τὰς πρὶν θαλάσσης ἐχερῶν μηχανὰς
Τὰ σειροπλωσκαπαίους βοσγίδα,
Ἀρπυιογενῶν ἀμφιμαχάς τ' Ἀνδρῶν
Πλαγχθέντας, ὠμόσιτα δαιταλωμένους
Πρόπαντας, ἁδὲς παιδοκτόνους ἀργύσπαις, id eſt,

Alios circa Syrtin, & Lybiæ aquora,
Auguſtumque freti Tyrrheni incurſum,
Et ſemiferæ naufragas, ſpeculas,
Prius interfectæ manibus Meciſtes
Leoninam induti foſſoris bubulci

Et

Et auiformium scopulos Lusciniarum
Vagatos crudeliter laceratos
Orcus omnes capax capiet.

f In Cassa. Laodicen, & Polixenam Luscinias dicta. Apud eundem Cassandra vocat Laodicen, & Polixenam Luscinias, quarum illa, cùm capta Troia, hostium vim timeret, & alioqui ob excidium patriæ magno cruciaretur dolore, vltrò se de rupe præcipitem dedit: hæc verò Achillis vmbris à Pyrrho sacrificata ad tumulum eius occubuit: Aiunt autem:

Οἵ μοι ὀνοσσαίην καὶ δισσολὰς Ἀηδόνας,
Καὶ οὐ τὰ λοιπὰ πότμον αἰδζω ἀηδίλας, id est,
Hei mihi miseræ duas quoque Luscinias
Et tuam, infelix canis gemo mortem.

Hecuba canis. Canis dicitur Hecuba, quòd in canem deformata fuerit. Luscinia Musarum dictus fuit Palamedes ab Euripide Vlyssis dolo à Græcis interfectus.

Ἐκθανὼν ἰητὴν τὸν παναοφον Δαναοὶ.
Τὰν δυσ Λληνοσσαι Ἀηδόνα μυσῶν, id est,
Necatis, necatis omnisciumo Danais
Musarum Luscinium cunctis innoxiam.

Luscinia musarum Palamedes dictus.

Fuit quippe vir ille in Philosophia excellens, & ad pangendum carmen factus, quem *Iliacum bellum* versibus ceciniisse perhibent. Pari ratione *g* Iulius Cæsar Scaliger Catullum vocat Philomelam:

g In manibus Catul.

Dulcis Virgilius, latina Syren,
Duplex Maonides, triplex Apollo,
Vnus omnia, quæ ambiunt poeta.

Catullus Philomela dictus.

O Cicne, ò Philomela, & quæ sequuntur. Quod dicendum restat, Romæ olim celebris erat Lusciniorum familia, quos tamen non à Luscinijs, sed fortè quòd Luscioli essent, sic reor fuisse denominatos. Horum meminit *h* Lambinus, paupertatem, inquiens, maiori laudi, quã delicias fuisse testimonio sunt Fabricij, Curi, Coruncani, Luscinij, Accidini, Calatini. Huius familiæ, fortè fuerit Fabricius Luscinus (fortè Luscinius) de quo meminit *i* Ammian. Marcell.

h Comm. Hor. li. car. od. 3.
i lib. 3.

PRÆSAGIA. AVGVRIA.

IOVIS nunciam à Sappho dictam fuisse Lusciniam testatur Suidas, eò quòd suo ver significet. Quapropter poetæ ver descripturi Luscinias canere, vel mox cantaturas dicunt, vt Baptista Mantuanus:

Suos cùm iam Philomela parare
Aedere per villas, & per viridaria cantus.

a l. 1. Her. Et *a* Iulius Aelius Grottus ver describens:

Attica Cecropijs Philomela recesserat antris
Acriter Hesperij fatagemens Itylli.

Franciscus quoque Petrarca inter alia veris signa Philomelæ fletum commemorat:

E garrir Progne, e pianger Filomena.

Sed expressius *b* alibi idem Petrarca eam veris nunciam appellat. Ego, inquit, lites, clamoresque furentium & tubas, & tympana: Tu mugitus boum, labentisque riui murmur, tu querelas volucrum audis, Philomelam primus veris nunciam auditurus. Incuntem quoque brumam Luscinia domesticæ præsertim mares cantu admodum vocali, & insolito nunciare solent; quod nos in vna, atque altera non sine admiratione experti sumus; cùm taceant tunc omnes aliæ volucres. Diem similiter prænunciare nemo est qui ignoret. Diluculo namque canentem, vernis præcipuè illis quindecim diebus, quiuis audire potest. Quod modo ad auguria attinet, ipsam efficaci haberi auspicio, & felicia decernere testatur Alexander ab Alexandro: quod prius à Plinio scriptis proditum est scribente. Suauitatem cantus ipsius præmonstratam efficaci auspicio, cùm in ore Stesichori ceciniit infantis; quod hoc in carmine expressit *c* Baptista Fiera.

b l. 8. ep. 7.

Stesicori Philomelam olim insedisse labellis,
Et miro auspicio modulatam carmina, fama est.

c In Sylu. Pari auspicio poetarum principem Homerum Luscinia vocem ædidisse memorant, vt alibi nobis traditum est.

MORA.

MORALIA.

QVICVNQVE huius mundi illecebris allectus, cælestia obliuiscitur, vnde postea interueniente morte opprimitur iuremerito comparatur viatori illi pigro, qui Philomelæ in arbore, aut rupe aliqua garrientis cantu detinetur, & ab incæpto itinere remoratur, superueniente nocte in tenebris, & labores conijcitur, vt eleganter his versibus Scaliger ostendit:

Qualis scatebrosa piger è rupe viator,
Viridante cui tacito blanditur in vmbra
Argutaciens modulos Philomela caneros:
Sudore, siti perditus excipit vndam,
Oblitus iter, celeri nocte deprehensus,
Quem fugerat vltrò nouum duplicat laborem.
Cælestia sic qui recolit mente maligna
Hoc melle acido lumine delinitus atro,
Interueniente tenebra opprimetur amens.

Luscinię cantus alioqui laudabilis est, vt quæ Deo factori suo gratias assiduè agere videatur. Tota enim pernigil nocte paruulis ouis supersedens, decantat tanta cantilenæ suauitate, vt hæc videatur summa eius intentio, quo possit non minus dulcibus modis fœtus animare, quam fotu corporis. Hinc educta progenies vespere, & mane, & meridie quodammodo narrabit, & creatoris laudem non ingrata natura enunciabit ei, qui dat escam omni carni, confitebitur, vt erubescere debeat homo rationali, si vnquam dona creatoris in escam mutus ab eius laude perceperit. Luscinię autem, quæ non solum fouendo, sed etiam canendo oua suæ excludere studet, cõparat *a* D. Ambrosius mulierem illam pauperculam, quæ vt natis suis victum prouideat, nocturna opera exercet, & cantu longum, & importunum laborem solatur. Quæ quamuis Luscinię suauitatem nõ possit imitari, imitatur eam sedulitate pietatis. Huius auiculę cantum imitari oportet omnes Christicolas, sicuti scriptum est, *Cane, & cane bene.* Quoscunq; enim Christum colẽtes bene canere, vt Luscinia, decet. Tunc autẽ bene canimus, cùm in orationibus persistimus, Deo laudes dicimus, peccata confitemur, gratias pro acceptis beneficijs Deo agimus. Quod autem Luscinia cantu diem prænunciet, in hoc non male assimilatur prophetis. Isti enim ortum solis iustitiæ Christi præsciuerunt, & eum futurum hominibus canticis prædixerunt. Quod verò tempore verno, dum assiduo cantui operam naŭat, rarò comedere perhibeatur magnum quidem omnibus Christi fidelibus, sed præcipuè ijs, qui religionem colunt, & religiosi vulgo dicuntur, pietatis documentum præbet. Homines namq; Deo addictos, & sacros, dum in eius laudes incumbunt, ab ebrietatibus, & comessationibus prorsus abstinere decet. Et quemadmodum Luscinię, de suauitate concentus certare dicuntur, ita pariter viros istos, vt alter alteri in cõmemoratis pijs munijs obeundi præcellat, eniti par est. In hisce omnibus igitur Luscinian imitari quisque debet. Quod autem vere, & æstate tantum canere feratur, non hyeme, in illi vitio ascribendum est, sicuti & illis, qui vere, & æstate, id est, cùm prospera vtuntur fortuna, Deum laudibus extollunt, iuxta illud, *Confitebitur tibi cum benefeceris ei*: hyeme verò, cum infortunijs premuntur, à diuinis laudibus abstinent. Sed neque in hoc imitanda est, quod præsente maiori hominum numero ardentiùs canat, sin auditores non sint, vel pauci, cantum negligit. Quod tamen nonnulli faciunt concionatores, seu prædicatores, qui in magna tantùm hominum frequentia ad ostentationem nimirum orationem habere ambitiosè cupiũt, paucis auditoribus concionari recusant, cùm potiùs Christum imitari præstaret, quam vni tantùm mulierculę Channanæ diuina patefacere mysteria non piguit. *b* Cælius ex hoc, quod Luscinarum fœmellæ minus, quàm mares canoræ sunt, egregium mulieribus documentum elicit. Ipsas nempe decere silentium, ipsisq; præcipuè ex silentio adesse ornamentum. In mulieribus autem nostris, secus accidit, quæ (liceat mihi Andreæ Tiraquelli verba vsurpare, sicuti ipse Plautina) sunt loquaculæ, verbosæ, dicaculæ, linguaces, garrulæ, & arcanorum minimè tenaces. Nam vt ait Eunomia ipsa Plautina in Aululari a.

Multum loquaces meritò omnes habemur,
Nec mutam profectò reperiam
Hodie dicunt mulierem illam in seculo.

a In Hex. l. 5. c. 14.

Christicolas Luscinia cantu oportet imitari.

Religiosos à crapula abstinere dicet.

In quibus non imitanda.

b Lec. ant. lect. 17. c. 6.

In quam

Tres mulieres nundinas faciunt.

In quam sententiam Germanorum est prouerbium: Tres mulieres nundinas faciunt; ex loquacitate mulierum ortum, quarum garrulitas nondinis comparatur, vbi maximus est mercantium strepitus, sonitusque de hac re satis.

VSVS IN CIBIS.

a lib. 15. de cib. c. 38.

ETSI Luscinias in cibis ab elegantioribus assumi nostro quo *a* Ioannes Bruyerinus neget, mihi tamen, qui eas aliquando esitaui, non insuauem, nec insalubrem, quamuis exiguum cibum, præstiterunt. Cæterum antiquitùs eas ficut & alias aues vocales in

Æsopi Tragici cœtenaria patina.

delicijs fuisse, testatur centenaria illa Aesopi Tragici patina, quæ scilicet constabat centum auiculis (inter quas Luscinian quoque locum habuisse censendum est) quæ cantu aliquo excellerent, vel humanam vocem imitari valerent, quarum singulæ numis sex coemebantur. Quare vt conijcit Budæus, patina illa quindecim millibus coronatorum stetit. Nec mirum tanti Tragœdum canasse, quando Romani Histrionicę artis studio admodum capiebantur; vnde ingentis pretij munera histrionibus dedisse leguntur. Siquidem ciuem quendam Romanum donatione vnica Æsopo decem aureorum millia dedisse legimus, & Roscinum annua mercede sex, & triginta millibus aureorum meruisse. Nulla autem suauitate inductus fuit Æsopus ille, quam vt hominis imitationem, aut potius hominum linguas cænaret. Heliogabalus verò ille Imperatorum perditissimus, camelorum calcanea, cristas Gallinacei dempras viuentibus, Pauonum linguas, & Luscinionum esitasse perhibetur; quod se factitare affirmabat, quod qui ijs vescerentur, epilepsiam non sentirent. Atrij etiam filios Luscinias

b Serm. l. 2. sat. 3.

magno coemptas cænare solitos fuisse scribit *b* Horatius ob solam dementiã, qua laborãt.

Quinti progenies Arri par nobile fratrum
Nequitia & nugis, prauorum, & amore gemellum,
Luscinias soliti impenso prandere coemptas,
Quorsum abeant sani? An creta, an carbone notandi?

Non etenim, quia suauiorem alijs auibus cibum præbeant, illis vescebantur, sed quia obcantum pretiosæ erant; quod magnum esse insaniæ, & stultitię genus, qui eat inficias?

VSVS IN MEDICINA.

VERVMNE scit, quod de Luscinianum linguis asserebat Heliogabalus alij dijudicent. Ego quidem præstantiora, & certiora remedia in epileptico affectu vsurpanda putarem. Cęterùm harum carnes ad vigiliam facere ex clarorum virorum monumentis constat. Psellus in primis Canes, & Coruos, & Gallos, ad vigiliam conferre scribit, & Philomelam, & Vespertilionem, & Noctuam, atque ex his maximè caput, cor, & oculos. Quod partim est *a* Plinij authoritate confirmatum, qui & vtendi modum docet, inquiens, quod *cancrorum oculi cum Luscinię carnibus in ceruina pelle alligati vigiliam præbent fugato somno.* *b* Ælianus quoq; huic subscribit: quod tamen remedij genus, tanquam somno rerum quieti, & Deorum placidissimo aduersum elegantissimis verbis improbat. *Luscinia, inquit, auium argutissima, & tranquillo præ cæteris animo, suauissima, & canora voce solitaryjs in locis cantillat. Eius etiam carnes vigiliam fouere aiunt, mihi verò qui cibo vescantur huiusmodi, homines nec boni, nec sapientes videntur. Sed illius etiam Deorum atque hominum regis, vt Homero placet, nempe somni priuatio, infelix infelicis cibi munus mihi videtur.* Licet autem Aelianus hoc remedij genus detestetur, qui tamen aut nocturnis orationibus, aut studijs inuigilant, libentissimè amplectentur: sicuti & illi, qui soporoso aliquo affectu infestantur: quibus quomodo sit adhibendum docent quidam hoc modo: Accipe cor, vel oculos Philomelæ, & pone sub ceruicali, vel puluinari, vel suspende è collo ægrotantis, & quandiù ibi fuerit, non dormiet. Io. Bapt. Porta addit, omnium vigilantium, & Nocturnorum, & noctiuagorum animalium carnes idem præstare, & quæ noctù vocalia sunt, valere, vt in vigilijs patrata in somnis narrentur, cuiusmodi esse dicit, Ranam, Anserem, Luscinian, Bubonem. Felcius cum melle illitum visum perfectè acuit, vt vult Kiranides. Postremo procachicis in cibo laudari Alaudas, & Luscinias Alexander Benedictus memoriæ prodidit.

a l. 32. c. x.
b De anim. l. 16. c. 43.

VSVS IN DELICIIS.

CVR tam sedula cura, tantoque studio Lusciniæ à nobis educentur, nemo est, qui ignoret, vt scilicet nos cantu suo oblectent, & molestissimas animi curas adimant. Licet autem omnes aliæ ferè nocturnæ aues, & præcipuè quæ flebiles voces edunt, nobis sæpenumero ingratæ sint, non tamen, vt inquit [a] Franciscus Petrarca, Philomela apud Virgilium: *a de aduer. fort. dial. 90.*

Flet noctem, ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis late loca questibus implet.

Dulcis enim eius fletus, & suaue carmen, & delectabiles sunt querelæ. Hinc in Elysio, vbi nihil est, quod molestiam afferre possit, sed omnia grata, & iucunda sunt antiquitus felices illæ animæ maximam è Luscinijs voluptatem capere dicebantur. Sic [b] Lucianus enumerans delicias conuiuiorum, quæ illic celebrari fingebantur, scribit Luscinias, & cæteras canoras volucres cum cantu conuiuas superuolare, & aspergere flores, quos è proximis pratis leguut. Et paulò post primas choreas à pueris, & virginibus, quibus præerant, & concinnebant Eunomus Locrus, & Stesichorus, duci fingit, secundas à Cygnis, Philomelis, & Hirundinibus. Sic quoque [c] Strozius filius canit, quòd illic: *b Verard. hist. lib. 2.* *c Amos. l. 1*

Semper odoratis gemitus Philomela sub vmbris
Integrat.

Aurei quoq; sæculi homines voluptatibus, quæ ex Philomelæ cantu hauriuntur, non caruerunt: nam

Blandaq; vicina retinens Philomela sub orno
Mollibus exierat dulcia bella modis.

Vt ait idem [d] Strozius, aurei sæculi delicias enarrans. Et nostro æuo, & in nostris regionibus quis ex huius auiculæ cantu voluptatem aliquando non percipit? Quàm dulce enim, & quàm suaue omnibus vbique eam cantillantem audire? Illis verò potissimum, qui verno tempore ruri se continent? Hanc vocis suauitatem, & dulcedinem, sæpiùs cùm expertus esset Vespesianus [e] Strozius, Lusciniæ sic gratias agit. *d Ibidem.* *e Erot. l. 6.*

Æmula diuini suauissima carminis ales,
Quæ virides vmbras, & loca sacra tenes:
Mollibus, & varijs, quæ tot discrimina vocum
Flexibus humana dulcius arte refers:
Munere pro tali tibi quid Philomela rependam?
Præmia, quæ tanto digna labore putem?
Dum vagus huc illuc hortis gentalibus erro,
Miror, & artifici culta vireta manu.
Hospitis officio tu protinus vsa benigno
Fingis in aduentu carmina mille meo.
Nec procul hinc densis canis abdita frondibus altæ
Ilicis in ramo, populeisve comis.
Verùm hic iuniperi insidis mihi proxima trunco,
Non imitabilibus me venerata modis.
Et licet hæc perstem tibi tam vicinus in vmbra,
Deque tua suaui garrulitate loquar.
Nil tamen ipsa times, nec gutturis ista canori
Sedulitas, ideo dulce remittit opus.
Grata sed in longum tacito resonante querelæ
Ducitur argutis continuata modis.
Nos verò tali quoniam dignaris honore,
Dicimus in laudes hæc tibi panca tuas.
Humanas auium quæ mulcent cantibus aures
Cedere carminibus carmina cuncta tuis.
Viue diù, similiq; tui generata propago
Finias extremum non nisi sera diem.

Profectò huic, vt eius verba indicant, opus non erat cythara, sicuti neque alijs, qui tunc temporis ruri degunt.

Nam cytharam Philomela ferat: quam nulla libido
Flexit adhuc, tremulo permulcens gutture ſyluas.

Verba ſunt Franciſci Petrarcæ Ioan. Columnam Cardinalem, vt ſerus conferret, hortantis. Quamuis autem Luſciniæ cantus tantam auribus humanis dulcedinem inſtillet: repertus eſt tamen aliquis, neſcio brutum ne an homo dicendus, qui vt narrat, idem præclariſſimus author, cùm ruri habitaret, ad fugandas nocte Luſcinias ſaxis armatus, ſudibuſq; cõſurgeret; & cùm ſic parum proficeret, circunfuſas arbores detruncaret, vt vel ſic prærepto frondente domicilio, abirent: quibus manentibus cogeretur abire, quaſi importunis earum cãribus pulſus. Is tamen in proximæ paludis ripa nocturnos ranarum ſtrepitus veluti modulatiſſimam fidium harmoniam gratis hauriebat auribus. O inhumanum, ferumq; & aſininis auribus hominem, qui quod cæteris maximæ voluptati eſſe ſolet, non tantùm aſpernaretur, & prorſus abhorreret, ſed à ſe propellere omnibus viribus ſtuderet: quæ verò reliqui iure merito deteſtantur, ipſi grata eſſent, & periucunda. Similis profecto is dicendus Aſino illi Aeſopico, qui Cuculi cantum Luſciniæ harmoniæ prætuliſſe dicitur.

HIEROGLYPHICA.

Matris filios necãtis hieroglyphicum.

LVSCINIA, quia nulla auis vocacilior ſit, nec alia elegantiùs cantet, corporis verò pulchritudine non admodum conſpicua ſit, & præ indignatione, ac animia excandeſcentia ſæpenumero conficiatur, viri ſtudioſi, & virtute præditi, qui leui de cauſa indignatur, & ira celerrimè excandeſcit, corporiſq; cultum negligit, haud temerè hieroglyphicum ſtatui poſſit, matrum verò, quæ proprios liberos trucidant, quia tale facinus Philomela patrata fuiſſe confingatur. Vnde mulieres illas, quæ Carthagine liberos ſuos Saturno immolabant, ſiue turpiter etiam cremabant, Ἀσβόλας Lybiſſas dictas fuiſſe ſupra meminimus. Pierius Valerianus in ſuis hieroglyphicis diuerſas aſſignat huius auis ſignificationes: & primum Homeri ſimulacrum eſſe dicit, quod confirmat authoritate Aeneæ philoſophi, qui ex Chaldæorum, Aegyptiorum, & Græcorum opinione defunctorum animas euocari poſſe docens, Orphea Cygni ſpecie euocandum eſſe ait, & ſi quis Homerum euocare voluerit, oportere cum Luſciniæ forma indutum apparere. Simili ratione quemlibet poetam egregium Luſciniæ ſpecie euocare poterimus, illumque ipſius hieroglyphicum ſtatuere. Erat enim Pythagoricorum perſuaſio, aues canoras in poetas, & poetas in aues canoras renaſci. Vnde apud *a* Platonem Thamyræ animus Luſciniæ vitam deligit. Ad quod alluſiſſe videtur *b* Ianus Gruterus ſcribens ad Petrum Thiaram Poetam:

Poetæ egregij cuiuslibet hieroglyphicum.

a Reipl.

b In epigr.

Quin Heliconiadum ſatris quod vnus amator
Poſſ obitus melicam te Dea cuem eſſe dabunt.
Et vel Luſciniam, vel cuantem rore cicadam,
Vel Cycnum ſingent, melligenam, vel apem.
Mentior. Haud ſatis hoc: monſtrum nouum eris compoſtum.
Ex Philomela, & Olore, exque cicada, & ape.

Perfecti Oratoris hieroglyphicum.

Non ſolùm autem optimi Poetæ, ſed perfecti Oratoris hieroglyphicum dici poteſt Luſcinia: eiq; aſſimilantur, qui in dicendi arte primas tulere. Quapropter rectè M. Tullium illud Romanæ eloquentiæ decus eximium Luſciniæ non ſolùm ob ſummam eius in dicendo facundiam, ſed quia more eius auiculæ pullos ſuos ideſt rethoricę ſtudioſos iucundiſſimis, & ſuauiſſimis cantionibus, præceptis nimirum rhetoricis erudire voluerit, comparare poſſimus. Quemadmodum enim Luſciniam, vnam ex auibus maximè admiramur, quod in tam paruo corpuſculo tam clara, tam ſuauis, tam magna, tam iucunda vox inueniatur: quod verno tempore cùm frondeſcere arbores incipiunt, quindecim diebus, ac noctibus continuis, & ſine intermiſſione canere ſoleat, ſicuti iam ſatis ſuperq; demonſtrauimus: ita pariter in hoc vno viro tam perfecta, atq; abſoluta prorſus omnis dicendi ratio eſt, vt in ſuo genere non minori ſit admirationi, atq; haud ſcio, an etiam maiori, qui dono quodam (vt ait Fabius) prouidentiæ genitus eſt, in quo tota vires ſuas eloquẽtia experiretur, clarus, ſuauis, iucundus, grauis, qui diuina ingenij fęlicitate quicquid in omnibus alijs authoribus admirabile politum, ingenioſum, eximiũ reperitur, id in ſuis Luculenter, ne dicã diuinè operibus totũ effinxit. Sed iam reliqua proſequamur, quorũ Pierius Luſciniam hieroglyphicum eſſe ſtatuit: inter quæ prima ſeſe nobis offert muſica, quam quidem omnibus numeris abſolutam per hanc alitem ſignificari ab alijs traditum eſſe aſſeuerat: nec iniuria, ſiue multiplicem vo-

cis

cis veritatem, siue delectabilem suauitatem, siue pertinacem in ea continuationem admiremur. Quod autem cùm sylua incipit opacare frondibus, diebus, ac noctibus quindecim assiduè canat, lætitiam testata, quam ex verni temporis aduentu præsentit, hinc germinationis tempus nonnulli per Lusciniam significant, eodem Pierio referente: eademque de causa, quod scilicet vernis illis diebus per totam fere noctem dulci eo modulamine delectetur, vigilantiam suo hieroglyphico, nocturnasq; lucubrationes denotat. Nam sicut ob mirificam canendi delectationem non piget insomnes noctes ducere, ita hos summæ sapientiæ, & scientiæ desiderio affectos non tædet laboriosis vigilijs insenescere, atq; continua mentis agitatione consumi. Horum igitur omnium hieroglyphicum Luscinia meritò statui possit, è contra in auibus Aristophanis illa denotatur per meretriculam habitu ornatam meritricio, capite verò Lusciniam referentem, ob id fortè, quòd illæ impudicæ mulieres non minus, quàm Luscinia lingua valeant: vnde Platus meretriculam quandam Lusciniolam vocat, vt ex illius iam ante recitato & mox iterum citando carmine apparet.

Vigilantiæ hieroglyphicum.

PROVERBIVM.

PRO diuersis Lusciniæ proprietatibus diuersa quoq; ab illa desumuntur prouerbia. Diximus autem auem esse vigilem, harmonicam, in canendo indefessam, ambitiosam, & cantu se suo delectari, ideoque sibi blandiri, & libertatis amatricem esse. Hinc prouerbia Οὐδ' ὅσον Ἀηδόνες ὑπνώουσιν, idest *nec quantum Lusciniæ dormiunt:* in eos conuenit, qui somni parcissimi sunt, Lusciniæ enim minimum dormire feruntur, vel propter Ityn extinctum, vel ob timiditatem sanè magis, vt arbitratur Adagiorum author. Ἀηδών, μουσών, idest, *Musarum Lusciniæ*; conuenit in hominem insigniter eruditum, & præcipuè in poetam carmine felicem, quo nomine vocatum fuisse Palamedem alibi diximus. Ἀηδόνων μουσεῖα, idest, *Lusciniarum Musea*, appellari possunt hominum disertorum, & eruditorum orationes, scripta, bibliothecæ, vel etiam ipsorum hominum doctorum conuentus. Sumitur ab ipsius cantu & hæc prouerbialis allegoria, *Lusciniæ deest cantio*, perinde quasi dicas, mulieri desunt verba, poetæ versus, sophistæ cauillum, vnde *a* Plantus:

Nec quantum Lusciniæ dormiunt Lusciniæ.

Musarum.

Lusciniæ deest cantio.

Ego Pol metuo ne Lusciniolæ defuat cantio.

a In Bacc.

In eodem sensu Tappius scribit, Germanis hoc est prouerbium, Die Nachtgallkan nit singen, idest, Luscinia nescit canere.

Non sine prouerbiali figura loquutus videtur *b* Theocritus, cùm dixit:

b Eidyl. 1.

Κὰξ ὀρέων τοι σκῶπες Ἀηδόσι γαρυσαίντο, idest,

Ex montibus Scopes cum Luscinijs cantu certent.

Et pariter cùm idem *c* alibi cecinit:

c Eidyl. 5.

Οὐθεμιτὸν λάκων ποτ' Ἀηδόνα κίασσας ἐρίσδειν, idest,

Non fas ò Lacon Picas certare cum Luscinijs.

Eadem prouerbiali figura vsus videtur Calphurnius.

Vocalem superet si dirus Ædonea Bubo.

Quæ omnia conuenire possunt in eum, qui cùm infacundus, & ineruditus sit, virum eloquentem, & doctum docere conatur, vel ei se conferre. Sicut autem hoc ineruditos redarguit, ita quod sequitur peritos commonet, ne immodicè suis studijs delectentur. Est autem huiusmodi: Ἀηδόνες λέσχαις ἐλκαθήμεναι, idest, *Lusciniæ nugis insidentes*. Conuenit, vt diximus in eruditos, qui suis studijs magis, quàm par est, delectantur. Quod genus sunt poetæ potissimùm. Sumptum est autem ab incredibili canendi tum studio, tum arte, quæ huic auiculæ tribuitur. *Luscinia vocalior*, vsurpari potest in eos, qui eloquentia conspicui sunt. Ἀηδὼν ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδει, idest, *In cauea non canit Luscinia*: quo prouerbio significatur ingenij libertate nihil esse præstantius ad res agendas. Hoc prouerbio vsus esse dicitur Scopelianus sophista. Hunc enim cùm obsecrarent Clazomenij, vt domi suæ profiteretur, sperantes eius doctrina celebres fore, ille os obstruxit percommode, dictitans, inclusam caueæ Lusciniam non canere: libertas enim res inestimabilis, & ingenia libera rebus omnibus agendis sunt accommodatiora. *Simile huic est*, quod dixit *d* Ludouicus Ariostus.

Mal può durar' il Roscignuol in gabbia.

d Sat. 4.

Quod quoque, & melius vsurpari potest in eum, qui seruitium alicuius molestè ferat. Postremo Ioann. Tzetzes cùm parœmias duas commemorasset: *Quantum Gracculi de regno*

curant, & Quantum Aquilis leges Platonis curæ sunt, subdit. *Hæc quoque similis est superioribus, Syllogismorum, quæ cura est Luscinijs? Siue librorum qualumcunque Aristotelis?*

APOPHTHEGMATA.

a In Apop. Lacon. NARRAT a Plutarchus Laconem, cum plumis Luscinium nudas set, ac parum admodum carnis reperisset, dixisse: *Vox tu es, & nihil præterea.* Simile nos Itali de Cuculo dicimus, in simillimo significato: b Agesilaus autem rogatus, vt refert idem Plutarchus, vt audiret quendam, qui vocem Luscinię imitabatur, renuit, quod diceret se ipsammet sæpè audiuisse Luscinium, res inanes contemnendas demonstrans.

b Ibidem.

EMBLEMA.

a Embl. 70 EXTAT a Alciati de Luscinia emblema huiusmodi:

Quid matutinos Progne, mihi garrula somnos
Rumpis, & obstrepero Daulias ore canis?
Dignus Epops Thereus, qui maluit esse putare,
Quam linguam immodicam stirpitus eruere?

Huic autem Luscinium intelligit, eorum sequens opinionẽ, qui Prognẽ in Luscinią transformatą fuisse volunt, vt rectè exponit Franciscus Sanctius. Vocat autem illam Garrulam.

Quod cantare simul, nocte dieque potest.

Quo epitheto à Martiale etiam donata fuit, vt ex eius disticho à nobis alibi recitato patet.

FABVLOSA.

PHILOMELA ne, an Progne in Luscinium mutata fuerit, diuersas super hac re sententias alibi recitauimus. Quapropter ne actum agamus, omissis, quæ à nobis ibi tractata sunt, fabellam aliam de Luscinia referre præstiterit, quam recenset Petrus Martyr in historijs Indiarum occidentalium: ex qua pateat omnes illos suas etiam sibi confinxisse fabulas, ipsorumque sicut nostros poetas de Luscinia, quod ex humana forma in auem deformata fuerit fabulatos esse, etsi diuersimodè. Ille autem ex insulæ Hispaniolæ incolarum relatu huiusmodi narrat fabulam. Ad cuiusdam immensæ magnitudinis montis radices, duæ speluncæ erant, quantum maior Caxibaxaqua, altera verò quæ minor erat, Amaiuna illorum lingua dicitur. In hisce delitescebant homines (neque enim adhuc terras colore cœperant) nec foras egredi audebant, Solem veriti; qui ab eis cerni nolebat: & ne quis pedem extra ferret, Machoelem quendam nomine ad fores custodem collocauerat. Is curiosus nimium, quidque proferret insula sciendi cupidus, spreto solis præcepto, relictaq; speluncarum custodia, huc illuc diuagari cœpit, cum verò iter diutius protraheret, ad commissas sibi speluncas tempestiuè non redit: quare à sole deprehensus temeritatis, & inobedientiæ pœnas luit, & in lapidem conuersus illa in insula in hunc diem ab incolis demonstratur. Custode autem absente, qui in speluncis inclusi fuerant, nocte quadam è carcere illo egressi cœperunt, & ipsi per insulam deambulare, sed & hos nimiam contrahentes moram sol superueniens in arbores quasdam deformauit, quæque etiamnum passim in insula visuntur, fructus afferentes prunis haud absimiles. Hispani huiusmodi fructus ea pruna esse existimant, quos mirabolanos dicimus. Inter cæteros qui in speluncis latitabant, vnus erat Vanguonione nomine vir præcæteris conspicuus. Huic cùm multi essent liberi, vnum vt & ipse insulam peruistigaret, foras mittere ausus est, quem postea sol in Luscinium conuertit. Cùm itaque illic, vt dictum est, Luscinię toto anni tempore canant, Indi auiculam suum infortunium, & ærumnam queri, & à parente suppetias incessabiliter implorare existimant. Vides ergo, & Indis suas esse etiam fabulas? Hanc tamen non pro fabula, sed pro historia recensent. Extat Philippi cuiusdam de Philomela carmen inter Græca epigrammata, quæ Boream fugiens, cùm per mare volaret, Delphini dorso susceptа, vectaque sit, & illum nantem carminibus suis delectarit, quæ fabula ei quæ de Arione narratur, perquam similis videri possit.

Luscinia fabula.

Caxibaxaqua.

Amaiuna.

Mirabolani.

APO-

APOLOGI.

LVSCINIÆ, & Accipitris apologum narrat a Hesiodus, cuius hæc est breuius expositio. Accipiter Luscinium vario cantu argutam in sublimi nubium summitate captam ferebat. Hæc vnguibus transfixa miserè plorabat. Ad hanc raptor horrenda voce sic inquit: Quid exclamas misera à multò quam tu sis fortiore detenta? Huc adsis, quo ego te protraham. Suaue licet vsque canas: cæna tamen mihi futura es, vbi volo. Apologus indicat eum desipere, qui potentioribus repugnat. Dicunt autem interpretes, ibi Hesiodum per Luscinium semetipsum intelligere (poetarum hieroglyphicum Luscinium esse iam diximus) qui fuerat à iudicibus vexatus: per Accipitrem verò iudices, ob rapacitatem, qui Persæ fratris largitionibus corrupti iniquè iudicarant. Alij aliter hunc apologum narrant; & aliam quoque affabulationem afferunt. Philomela, inquiunt, super arbore sedens, de more canebat. Accipiter autem videns, ac cibi indigens volando corripuit. Quæ cùm occidenda foret, orabat Accipitrem, ne deuoraretur. Nequaquam enim satis esse ad Accipitris ventrem implendum, sed oportere ipsum ad maiores aues conuerti. At accipiter suspiciens, ait: Sed ego certè demens essem, si quis in manibus paratus est, cibo dimisso, quæ non videntur, persequar. Fabula hæc significat, plerosque homines eodem modo esse inconsultos, qui spe maiorum incertorum, quæ in manibus habentur, amittant. Cuculi, & Philomelæ apologum in Cuculo recitauimus soluta oratione, eundem nunc ab b Achille Bocchio versibus expressum reddimus cum duplici lemmate, ab vno quidem latere IVDEX INEPTVS PESTE PEIOR PESSIMA, ab altero verò cum lemmate OFFENSIO ASPERA EX INEPTO IVDICE.

a *Lib. 1. Luscinia, & Accipitris apologus.*

b *l. 3. sym. qual. 90.*

Dic, Musa, quæso, cur diutius canit
Coràm homine, & accuratiùs Luscinia?
Illa, & Cuculus anni eodem tempore
Olim canendo, vt assolent, in maximam
Contentionem forte quadam venerant,
De suauitate cantionis, & quia
Lis de sono erat, asellus est aptissimus
Tum creditus iudex, quòd auriculis foret
Præter animantes cæteras maioribus.
Asellus autem repudiata protinus
Luscinia, negare enim harmoniam illius
Se intelligere, palmam Cuculo adiudicat.
Illa ad hominem appellat, quem vbi videt, statim
Causam suam agit, & diligenter cantat, vt
Ei approbet se, ad vindicandam iniuriam
Acceptam ab asino, Hinc discat ergò quilibet,
Vitare peius pestis ineptos iudices,
Nec belluinis auribus, tam credere,
Præpostera vt fiducia, atque offensio
Nascatur inde, pœnitenda, & aspera.

Idem Bocchius alterum habet hunc de Luscinia apologum (si ita licet appellare, quod ipse symbolum) cum lemmate LVSCINIÆ HAVD DEFIT CANTIO.

Propter limpidum aquæ caput
Illimis Zephyro dum genitabilis
Arridens aperit se humus,
Dum se mollia passim viridantium
Densant germina frondium,
Florenti tenera ramulo ab arbovis,
Dulci garrula murmure
Cantabat Philomela. Interea nemus
Promptis vndique vocibus
Argutum resonare. Inde sua nitido
Vmbra fontis in aquore

Viſa, fortè timens vincier, integras
Certatim varium, vouum
Mellitum, lepidum cantum animoſior.
Porro ſuſpiciſula
Paulam conſtitit. Hinc præcipiti volans
Lapſu falſa ad imaginem
Forma, vndam appetijt. Naiades interim
Riſere. Illa vbi plumulas
Iam tota vnida ſedentque fallier
Senſit, mox vacuum ſecat
Euro diffugiens oculis aera.

DE CARDVELE. Cap. III.

ORDINIS RATIO.

Carduelis auis pulcherrima.

INTER pulchriores huius generis auiculas pulchra, imò verò pulcherrima ab omnibus ferè Carduelis vbique cenſetur, & non minus aſpectui iucunda, quam cantu grata, ſuauiſque auribus habetur, vndè meritò ſecundũ à Luſcinia locum, cui nimirum ſoli cantus ſuauitate cedit, corporis verò pulchritudine lõgè antecellit, ſibi vindicat. Hæc & venuſtatis, & cãtus nomine magno procul dubio apud omnes honore haberetur, ni, quæ magna illarũ vbique reperitur, copia obſtaret. Id quippè illi euenit, quod pleriſque alijs rebus, quæ etſi pretioſæ alioqui, magno tamen præ numero vileſcunt. Sed ego qui res, quales ſunt, potiùs perpendo, non quales æſtimantur, ſecundum illi inter canoras aues locum omnino tribuendum eſſe exiſtimo.

SYNONYMA.

Thraupis Ariſtotelis non eſt Carduelis noſtra.

VBI inter aues, quæ ſpinas appetunt Ariſtoteles Thraupidem Acanthida, & Chryſomitrem annumerat; Gaza pro Thraupide Charduelem interpretatur, cui ſubſcribunt Hermolaus Barbarus, Ornith. & alij, nulli, quod nouerim innixi argumẽto. Nemo enim illorum ſuam probat ſententiam. Miror autem cur non potiùs pro Chryſomitre Carduelem intellexerint, cui multo magis id nominis conuenit. Chryſomitres. n. aurea ornatum mitra, ni fallor, ſignificat: quod nulli volucrum æquæ, ac Carduели noſtræ competit: ipſam namq; aurea falcia ornatam eſſe luce clarius conſpicitur. Sed erroris eorum cauſam ſubodorati mihi videor. Nam mitram, ni fallor, capitis tantùm ornamentum eſſe exiſtimauerint: & cùm Carduelis vittam illam auream in alis, non in capite habeat, Chryſomitris nomine eam non ſunt dignati. Sciant autem velim, mitram ſignificare etiam quancunq; aliam faſciam, qui cuilibet corporis parti circunducitur: vnde faſciam quandam in loricæ modum contextam ad latera defendenda mitram appellat *a* Virgilius:

Mitræ ſignificationes variæ.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

a Aeneid. lib. 6.

Simili ratione mitra appellabatur zonæ quoddam genus, quam ſoluebant primum parientes, & Dianæ conſecrabant; de qua *b* Cælius Rhodiginus: *Eſt*, inquit, *eodem quoque nomine, zona, quam ſoluere narrantur primùm parientes, dicantq; Dianæ, nota inde illius cognomento, vt appelletur λυσζώνη, quo nomine etiam Athenis templum viſebatur conſecratum. Mitram certè incertam dicit Apollonius, vbi conſtant etiamnum pudicitia, virginitaſque.* Pulchro igitur nomine pulchra donetur auis, quod à Turnero quidem iuremerito factum eſt; quem multò meliùs, quam illos hæc vidiſſe ex iam dictis patet. Hic enim velut ſententiæ noſtræ aſſertor, affirmat, auem illam aureis plumis, hoc eſt, Carduelem noſtram Ariſtotelis Chryſomitren eſſe, Thraupidem verò nequaquam. Quæ verò Thraupis ſit, ſuo dicemus loco. Nunc Carduelem Ariſtotelis Achantida non eſſe dixiſſe ſufficiat. Hæc. n. Philoſopho teſte vita, & colore ignobilis eſt. Carduelis verò, ſiue Chryſomitres, vt omnib. notum eſt, varijs, floridiſque coloribus omnium oculos in ſui admirationem trahit. Quis color ille ſit, quem Ariſtoteles ignobilem vocitat in Ligurino referemus. Licet autem Ariſtoteli Acanthidem noſtram Carduelem eſſe nemini aſſenſerim, nouitamen recentiorum Græcorum quibuſdam

b Lect. antiq. lib. 6. cap. 10.

Acanthidem

Acanthidem cum Carduele eandem videri, ſicuti Theocriti interpreti, qui ait. Acanthidem auem eſſe argutam, & à coloris varietate ποικίλιδα dici; quo etiam nomine Carduelem noſtram neoterici quidam vocari aſſeruntꝰ, nempe à coloris varietate, vt teſtatur ille, inter quos eſt [c] Bellonius, qui eodem in loco aſſerit Acanthidem longè aliam eſſe auem à Gallorum Chardoneret, ideſt Carduele, nempè Spinum, aut Ligurinum, quem ijdem vocant Serin. Nos Ποικίλιδα Picam variam ſignificare aliàs diximus. Sed vt ad rem reuertamur, Latinorum quoq; plurimi, recentiores potiſſimum pro Acanthide Carduelem vulgò dictam accipiunt, vt Seruius in illo [d] Virgilij.

[c] de auibus l.7.c.23.

[d] Geor. l.3.

Littoraq́, Alcyonem reſonant, Acanthida dumi.

Per dumos verò, inquit, Acanthis, quam alij Luſciniam (fuere etiã huius ſententiæ aliqui, qui nimirum Luſciniam, & Acanthidem eaſdem eſſe exiſtimarunt, fortè quod in ſpinis ẽt degat, licet illarum feminibus non victitet) alij verò Carduelem, quæ ſpinis, & carduis paſcitur. Et ſic paſſim Virgilij interpretes ferè omnes & ſexcenti lexicorum authores pro Acanthide Carduelem interpretantur, ſicuti etiam pro Acalantide, quam nimirum eandem eſſe cum Acanthide volunt: quinimo illo in Virgilij verſu modò recitato Acalanthida non pauci legunt fortaſſis, quòd Acanthis primam corripiat, cui tamen incongruo aliter, & fortè melius occurri poſſe videtur additione nimirum, & copulæ hoc pacto.

Acalãthis.

Littoraq́, Alcyonem reſonant, & Acanthida dumi.

Baptiſta Pius Bononienſis, ait Acalantidem à quibuſdam credi eandem eſſe cum ea, quæ vulgò Acalanthula dicatur, & cui vocis omnis amœnitas cum varietate tributa ſit. Sed ego qui, & ipſe Bononienſis ſum, nullam auem vulgò Acalanthulam vocari audio: ſuſpicor tñ illum intelligere de Alaudæ quodam genere admodum canoro, quæ non Acalanthula, ſed Calandra nuncupatur: de qua ſuo loco. Sed vt ad Latinam nomenclaturam deueniamus, non pauca etiam eſt de Plinij Carduele controuerſia: nam non ſatis conſtat, quam ex his, quæ Carduorum ſeminibus veſcuntur, pro Carduele intelligendam eſſe voluerit, Thraupidemne, Spinumne, an Chryſomitren: quæ enim de Carduele ſcribit, omnibus hiſce auiculis vllo fine diſcrimine competunt: Namq; omnes imperata faciunt, nec voce tantùm, ſed pedibus, & ore pro manibus. Crediderim tamen hæc de Carduele noſtra Plinium intellexiſſe, per excellentiam. Hæc enim alijs longe pulchrior eſt, & cæteris propter cantum antefertur, atque licet cæteræ illæ carduorum ſemine quoq; veſcantur, ab his ipſam peculiariter nomen traxiſſe; nam, & apud Cretenſes in hunc diem, vt ſcribit Bellonius Guardelli dicitur, & Stragalino. Quare ſatis admirari nequeo, quid Grapaldo in mentem venerit, vt aſſeueret Carduelem eſſe Paſſerẽ ſolitarium, auem toto genere diuerſam, & triplo, & amplius maiorem, vermibus potiſſimum victitantem, quos omninò aſpernatur Carduelis, vt docuit Ariſtoteles. Fallitur quoque Ambroſius Calepinus, dum Anthum eſſe Carduelem credens: *Anthos*, inquit, *vnus ex filijs Nelloris eſt; & Latinè flos interpretatur. Hinc Carduelis Anthus dicitur, quòd flore paſcatur.* Nos quæ auis Anthis ſit, iam diximus. Nonnulli ad hanc eandem auem ſignificandam quędam vocabula commemorant Latinane, an Græca, vel Barbara, ignoro, ſed barbara certè, vel ſaltem diuersè ſignificantia. *Zona*, inquit Kiranides, *ideſt, auis Iouis, quam Graci vocant Aſtragalinum, nos verò Carduelem, in capite pennas rubeas habet in alis aureas, & omninò varia eſt colore.* Corydalim, inquit Baptiſta Pius, nonnulli Carduelem vocitant. Matthæus verò Syluaticus pro Aſtrolino, & Aſtrogallo Cardellam, vel Carduellum interpretatur: quæ voces pro Aſtragalino, vel Aſtragallo corruptæ videri poſſint. Non tamen Oppiani Aſtragalini Carduelesſunt, vbi ſcribit celeres Aſtragalinos viſco capi: Aſtragalini ab Aſtragali magnitudine dictæ videtur. Solent enim authores medici Aſtragali magnitudinem nominare, quaſi notam vulgò, vt nos recentiores nucis ferè pronunciare ſolemus: eſt autem Aſtragallus os pedis in animalibus quibuſdam, ſupra calcaneum, talus Latinis dictum, vndè aſtragalus ludi genus, in quo aſtragalis, ideſt, talis vtebantur. Habet item alias ſignificationes, quæ ad rem noſtram non faciunt. Cæterùm eiuſdem Oppiani Aſteres, quas ibidem viſco capi prodidit, Carduelesforſitan fuerint. *Quibus*, inquit, *rubicundulus circulus Stellæ inſtar in capite fulget.* De eo tamen addubitare videtur Ornithologus anceps Carduelesne ſint, an aliæ quædam auiculæ admodum canoræ, quæ & ipſæ è ſpinis, ſeu carduis victitant, rubente in vertice circulo Scoſſerle ab Heluetijs appellatæ, de quibus in Linaria. Reperiuntur, & quædam alia vocabula barbara prorſus, & corrupta veluti Acardelentes, Acalantia, & Actalantia, nomina, vt videtur, corrupta ab Acanthis, vel Acalanthis: quas omnes dictiones recenſet Syluaticus, qui alias etiam Liſiniam habet pro Cardella, vt ipſe loquitur. Albertus, ex Auicenna

Acalanthula.

Calandra.

Plinij Carduelis eſt eadem cum noſtra.

Guardelli.

Stragalino.

Grapaldi error.

Calepini error.

Zona.

Auis Iouis

Corydelis.

Aſtrolinus.

Aſtragall.

Scoſſerle.

Acardelentes.

Acalantia.

Actalantia

Liſinia.

Azamicoz. cena nimirum Azamicoz habet. Apud Italos latinam ferè vocem seruat, Carduello, seu Carduelino dicta, & apud quosdam etiam, si Augustino Nipho Italo credimus, Raparino, vel Rauarino, nimirum circa Lacum Verbanum. Galli Chardonneret, vel Chardonnet dicunt, quanquam, & aliæ aues, quæ spinas, & carduos appetunt, eodem nomine ipsis vocentur. Sabaudi Carderaulat: Germani Sistelfinck, vel Sisteluogel, quod carduis insideat: quidam quoq; Stigelitz imitatione vocis, vt ait Albertus. Rostochij appellant Rotkogelken Frisijein Petter, Hollandicen Pitter, Rhæti, qui Germanicè loquuntur Truns, ni fallor, Illyrij, & Bohemi Steglik, Poloni Sezigil, Hispani Sirguerito, Sielecolore, & aliqui etiam, vt opinor, Pintacilgo.

Carduelo.
Chardonneret.
Carderaulat.
Sistelfinck.
Sisteluogel.
Stigelitz.
Rothogelken.
Pietter.
Truns.
Steglik.
Sezigil.
Sirguerito.
Zisich.
Finck.
Auis lini.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

CARDVELIVM plura genera constituere videtur Albertus, sed tria dicit esse potiora, Carduelem propriè dictam, de qua impresentiarum nobis sermo est, Ligurinum, & Fringillam. *Carduelis*, inquit, *multorum generum est, sed tria apud nos sunt notiora. Primum genus dorso cinereo est à lateribus croceum, & ante rostrum in capite rubet minij instar, & hoc nobilius habetur. Alterum est croceum paruum, quod vulgò Zisich* Ligurinus *vocatur. Tertium vulgò nominatur Finck* Fringilla, *cui pectus omninò flammeum rubet. Sunt qui quartum genus adijciant, lino insidens, quare auis lini* Linaria *vocatur, in dorso ferè cinereum est, vt primum, & in pectore ad croceum colorem cinereo dilutum vergit.* Hæc ille, volucres omnes carduis insidentes sub Carduelis nomine recensens: & carduelcs propriè dictas meritò reliquis præponens, Spinis, seu Ligurinis secundum locum assignans, Fringillis tertium, postremum Linarijs inter notiora. Nos de singulis, auibus nempè prorsus diuersis, seorsim agemus. Cæterùm aucupes nostri Carduelcs propriè dictas sic distinguunt. Quædam inquiunt in spinis, & dumetis nascuntur, quas aliqui alijs præponunt: quòd magnitudine, firmitudine, & cantus pertinacia superent eas, quæ in arboribus nascuntur. Aliæ mali aurantij colorem referunt, quæ proximè dictis cantus suauitate, & peruicacia nil cedunt. Alij verò, quibus ipse assentior, quæ ad nigredinem magis accedunt, cæteris tanquam præstantiores præferunt, & quò atriores, eò meliores esse censent. Sed & inter illas, quæ in arboribus nidulantur, in prunis, aut malis aurantijs inuentæ, illis quas olcæ, aut aliæ arbores suppeditant, vocaliores, & magis habentur harmonicæ.

FORMA. DESCRIPTIO.

Carduelis vbiq; generantur.

NVLLA est regio, ni fallor, quæ hoc auicularum genus non generet: vnde apud omnes nationes passim in caueis alitur: quare in eius descriptione, vt auis notissimæ, & quæ ante oculos semper habeatur, nos nihil elaborauimus. Si tamen quispiam (quod vix mihi persuadere possum) Carduelis descriptionem desideret, Bellonij, aliorumque descriptionibus, quas hìc afferre non pigebit, ipsi satisfiet. Carduelis, inquit, a Bellonius, minor est Fringilla; magnitudine quodammodò Thraupidis (pro Thraupide intelligit auem eam, quæ Italis Citrinella nuncupantur, & nobis Bononiensibus Vidarino) & est pulcherrima auium, quæ in Gallia reperiuntur. Nutritur in cauea propter cantus suauitatem. Manifestissimis notis distinguitur à cæteris. Habet enim in anteriore parte capitis, & in gutture semper aliquid rubri. Capitis pars superior nigra est, tempora alba. Alas habet nigras albo distinctas; in quarum remigibus pennis vtrinq; lutea fascia cernitur. Hæc Bellonius, cuius descriptione, si quis non acquiescat, quæ alij de Carduelis forma scripsere, & nos hìc repetimus, perlegat. Carduelis, inquit author de natura rerum, auis est parua, croceo in corpore (alis) rubeo in capite colore decorata. Carduelibus, inquiunt Eberus, & Peucerus, dorsum cinereum, & fuscum, alæ croceo colore, nigroq; mixtim alternatim variatæ, albisq; notatæ maculis, vertex nigricans, rostrum niger ambitus, hunc miniatus, miniatum cæsius circundat. Ex hac colorum varietate Baptista Mantuanus pictam nuncupat, dum ait:

a De auibus lib. 7. c. 13.
Thraupis, qua auis.
Carduelis descriptio.

Miratur Acanthida pictam
Psitaccus.

Hic enim cum Acanthide Carduelem implicat, quod Latinorum recentiorum plerosque factitare suprà diximus. Quæ autem de colorum varietate tradunt citati modò authores, non in omnibus æquè conspicitur. Superiori enim anno aucupem offendi plurimas Carduelcs

Carduelis mas cum carduo tomentoso.



Carduelis nondum adulta cum paliuro Theoph.



dueles vænales habentem, inter quas vna erat quã aiebat nondum esse adultam. Erat autem alis & cauda adultę ferè similis, sed in capite nihil prorsus habebat rubedini, sed vbiq; vnicolor, nempe ex cinereo ad ruffum tendens, cuius hic etiam icon exprimitur, vti quoq; alterius, cui niger ille ambitus circa rostrũ, & cilia, quæ in alijs rubere solẽt, niueo cãdore refulgent. Reperiuntur præterea, quæ totius ferè corporis colore à reliquis varient, quales in Rhætia aliquando inueniri scribit Ornithologus: & in Italia etiam aliquando capi obseruaui, depinxi, & depictas hoc in loco exhibere non piguit. Harũ quidem altera aliquid tantùm in anteriori parte capitis, & in mento similiter rubri obtinebat cæteræ capitis partes, dorsum, vẽter, & pectus erant subalbida: alæ (excepta lutea illa fascia, quæ coloris erat obsoleti) & cauda ex cinereo fuscæ. Altera quam ex capitis conformatione conieci marem esse, tota prorsus erat alba, si capitis partẽ rubram demas, & pennas aliquot lutescẽtes in alis. Cuius verò post has iconem damus, & quam Ferrariæ captã familiaris quidam meus caueæ inclusam ad me misit, à iam commemoratis plurimũ differt, ita vt non ex Carduelium

Carduelis cilijs albis cum berberi.



Carduelis ſubalbida cum carduo ſtellato.



Carduelis alba capite rubro cum ſpina alba.



lium vulgarium numero, ſed eis congener potius cenſenda ſit. Nam Carduelem corporis mole ſuperat, vt quæ Fringillam æquet. Roſtrum circundat faſciola crocei coloris admodum vegeti. Oculi, quales Carduelis ſed maiores. Caput, excepta particula illa crocea, cuius modò meminimus, & dorſum eodem colore, nempe ſubnigro. Pectus in nigro virescit, ſicuti etiam plumæ paruulæ coſtas alarum contegentes: quarum remiges atræ colore albo multò magis, quam in alijs euenit, interſtinguuntur: quod in reliquis Carduelibus lutei eſt in hac ferè palleſcit. Cauda alijs attritate non inferior: in duabus verò extremis
30pennis vtrinque albi. Aliquid, ſi expandebantur, cernere erat: nam alioqui ipſa contracta recondebatur, nec erat viſui ſatis obuium. Venter totus ex cinereo ad fuſcum vergebat. Nouiſſima autem hæc quadrupes erat, vt ex ſubiecta icone cernere licet.

Carduelicongener cum carduo ſtellato.



VOX.

Carduelis quadrupes monſtrifica cum carduo tomentoſo.



VOX. CANTVS. VOLATVS.

Aucupium.

Carduele valent vocis amœnitate.

QVANTVM Carducles valeant amœnitate vocis, nemo eſt, qui ignoret. Omnes enim cùm quas domi alimus, tùm quæ per agros liberæ degunt, ſemper ſuauiſſimè cantillant, & non ſolùm cùm arborum ramis, & ſpinis inſident, ſed cùm volitant etiam. Quapropter qui aucupio vel animi, vel vtilitatis gratia operam nauant, duas ſibi tantùm Carducles allectrices ſufficere exiſtimant: cùm alioqui Fringillæ, & aliæ huiuſmodi volucres plures requirantur Carducles enim quamuis omni quidem tempore canant, illud tunc maximè præſtant, cùm è ſuo genere aliàs aduenire cognoſcunt. Tunc enim ſuprauolantes alta voce compellant, velut opem implorantes earum, & vt ſe miſeras ergaſtulo incluſas liberent. Aduolant liberæ, & vndique non minori garritu, quam numero accurrunt. Gregatim enim volat omne Carduelium genus, & tanto quandoq; numero ſimul, vt auceps quidam narrauerit mihi, æſtate ſuperiori, cùm earũ aucupio incũberet, duo millia, & plures etiam ſimul ſummo manè ad allectrices ſuas aduolaſſe, arboreſq; quas ipſe viſco illinerat, ferè cooperuiſſe, ſed qđ ros viſcum madefeciſſet, liberas ex paratis inſidijs abijſſe, pauculis tãtũmodo captis. Narrabat præterea, eas viſco facilè capi, ſed ſi ſemel fortè ab illo ſe explicuerint, nunquã amplius in poſterum ita poſſe capi: Quandã verò affirmabat, quã viſco captam multos annos aluerat, viſci ita recordatam fuiſſe, vt cùm aliquãdo vaſculum potorium lauans, caueæ oſtiolum aperuiſſet, auſugientem viſco capere nequierit, cùm tamen non lõgè à domo recederet, & quotidiè in vicinis arborib. cantillaret, & ad ſocias aduolaret, feminibuſq; quæ ex earum caueis decidebant, victitaret, illeq; cibũ & potum ſæpè inter virgulas viſco illitas poſitum offeret: illam ſiquidẽ cùm cibũ capere viſco deuitato poſſet, auidiſſime comediſſe: ſin minus inedia cõſumi potiùs maluiſſe. Vnde ſe, cũ videret ſe oleum, & operã perdere, aliã excogitaſſe verſutiã: Caueã cibo, potuq; inſtructã apertã reliquiſſe, famelicam illã fitibundamq; cùm illicò intrò ingreſſa eſſet, oſtiolo clauſo cepiſſe. Hæc ille. Cæterũ Carducles non ſolũ viſco, ſed & retib. faillũtur, qua in re peculiari quodã aſtu vtũtur aucupes, carduos per retis actã

Quãdo magis canant.

Gregatim volant.

Vt facilius retibus capiantur.

vt

vt vocant, (est autem illud spatium, quod inter vtrasque retis alas interiacet) disponunt auiculasque, quæ eorum seminibus mirum in modum inhiant, aduolitantes ad eos capiunt. Refert Albertus non solùm has, sed omnia alia Carduelium genera, ita oblectari carduis, vt cum ijs insident, adeo stupidæ sint, vt aucupe per parietis cuiusdam, post quem latet, foramen, multas è suis, vnam nimirum post alteram laqueo in virgæ extremitate ligato per collum attrahi potiùs patiantur, quàm aufugiant. Similiter, quando fisso ligno capiuntur: vna hærente multas iuuandi animo, accurrere.

NIDVS. PARTVS. EDVCATIO.

Victus. Sexus.

NIDVM in spinis, arboribusq; construere Carducles iàm diximus. Nidificant etiam aliquãdo captæ apud nos, si locus in quo volitare queant, eis concedatur. Ornithologus apud Heluetios in Zetis, siue Hypocaustis, pullitiem etiam educere licet rariusculè, scribit. De ouorum numero neque Aristoteles, neque Plinius meminerunt, quod nouerim. Ornithologus septem parere asserit, Bellonius octo. Nostri aucupes ter anno nidificare referunt, Maio, Iunio, & Augusto, quo in mense nouissimè commemorato, quæ nascuntur, cæteris præstare. Quapropter si qui harum auicularum cantu, & corporis specie delectantur, eo mense natas eligant, & inter has, quæ spinis innascuntur, nam huiusmodi præ reliquis viribus, & cantu pollere dicuntur. Mares verò præstare, nemo est, qui dubitet. In omnibus quippe auium generibus masculi fœmellis loquaciores existunt, contra quàm in hominibus euenit, in quibus fœmina. *Vnam laborantem possit succurre lunam.* Sexum periti ita distinguunt: mari caput, guttur, dorsum nigriora esse volunt, & caput non solùm nigrius, sed longius, & compressius. Fœminam alas habere cinereas, guttur album, caput rotundum. His alij alias adijciunt coniecturas: maribus rostrum crassius, & longiusculum, alarum maculam coloris aurei, caudam pluribus maculis albis distinctam tribuunt. Sed eiusmodi signa perpetuò vera non sunt: plerunq; tamen. Quæ verò à cantu, & costarum plumis desumuntur, cùm sæpiùs animaduertissem, perpetua, & minimè fallacia reperi. Fęminis enim vox exilior, cantusq; minimus diuturnus, & plumæ costas obuestientes cinereæ, aut fuscæ, cùm maribus sint aterrimæ. Mares igitur in spinis mense Augusto notas, educare oportet, si quid autem nidum ipse adinuenerit, pullos in eo relictos parentum curæ committet, donec volare qodammodo queant: tunc enim caueæ illos includere oportebit, & ibidem ex arbore suspendere, vt sic clausi à consuetis altoribus pascantur, donec cibum, potumque proprio marte capere nouerint. Quod si verò à parentibus suis domi tuæ ali eos velis, ne in agris relicti, furibus cedant in prædam, pullos præsente parentum altero, vel vtroque in caueam impones, & sensim in conspectu eorum deferes ad domum tuam. Parentes enim liberis se suis orbatos esse dolentes, te non minori peruicacia, quàm studio, & pietate sequentur pullos deserere nolentes, quare cum domum perueneris, caueam in qua pulli inclusi fuerint è clauo fenestræ infixo suspendebis; illi autem cibum, potumque liberis suis eodem quo antea amore, ac pietate offerent. Quod vt commodiùs faciliusque pręstent, caueæ clathros satis amplo inter se interuallo distare oportet. Cùm verò iam adoleuerint, & alterius opera ad mandendum bibendumve non amplius indiguerint, parentes ipsos quoque visco, aut alio decipularum genere capere poteris. Quòd si ad vrbem pullos deferre cupias, in nido similiter relinquendi sunt, quò commodiùs ali queant. Cibus eorum sint amygdalę dulces, & nuces auellanæ contusæ, vel dentibus aliquantulum contritæ: & penna gallinacea in os ingerantur: cùm cibi quantum satis est, assumpserint, radio alicui ligneo gossipium inuolues, & ex eo madefacto aquam in os instillabis, tum vt bibant, tum etiam vt de faucibus detergantur cibi reliquiæ, ne scilicet illic retentæ phlegmonem, & aphatas excitent: maiores verò natu, & sine alicuius adminiculo comedentes cibis à nobis aliàs proditis pascantur, si cannabis semen exhibetur, illud leuiter conteres, & quotidiè mutabis: Nam sic contusum aliàs acredinem quandam, & putredinem breui contrahit, & velut venenum aues enecat. Cæterum si adultas alere placuerit, minori id fiet labore. Tales etenim breui admodum tempore mansuescunt, & cicurantur, & statim comedunt, & potant; nisi fortè, cum incubant, aut fœtus alunt, captæ fuerint. Nam tunc non propter captiuitatem, sed nidi, & liberorum desiderium mœrore confectæ, facilè moriuntur. Quod ad Carduelium victum attinet, de eo sic meminit a Aristoteles: *Spinum appetunt illa, Spinus, seu Ligunus,*

Vbi nidificent.

Quot oua pariant, & quoties.

Quæ educanda.

Sexus quomodo dignoscẽdus.

Modus educandi.

Cibus.

a h.l.8.c.3.

nus, Thraupis, item quæ Aurinittis appellatur. Hæc enim omnia victitant in spinis, Vermes autem, & quoduis aliud animal aspernantur. Dormiunt, & pascuntur eodem in loco: Sic ille: Quod autem scribat spinis victitare, id de seminibus eorum intelligendum: quamuis, & herbam ipsam, imo etiã spinarum aculeos deuorare dicat author de natura rerũ. *Mirum videtur*, inquit, *quòd hæc auicula carduorum acutis, & aculeis pascitur* Sed id negat Albertus his verbis: *Quod Carduelis dicatur pasci acutis spinarum, & aculeis experimento nouimus falsum esse. Pascitur enim seminibus lapparum, & virga pastoris* (dipsaci) *& similium. Edit etiam semen papaueris, & ruta, & cannabis, & quæcunq; semina edit, rostro decorticat, vt puram medullã vescatur*. Hæc Albertus, qui etiam alibi harum auium cibos hoc modo recensет. *Genera Vincarum ex spinis victitant, vt auis Zeysle Germanis dicta, & Vinco cardui* (Carduelis) *& Vinco rubens pectore, & auis Gurse dicta*. Confirmat id Crescentiensis, *Virga pastoris*, inquiens, *dipsaci semina, & vermiculos, qui sunt in carduis super radices siccatis, quærunt auiculæ, & cantant, cum dantur eis*. Cannabis semen alias in harum auium victu improbauimus, quod non solum cantui, sed sanitati etiam officiat. Scribit autẽ *a* Io. Bapt. Porta eas hoc semen adeo pingue facere, vt cãtilandi alacritatẽ adimat. Crediderim tamẽ ego non inde pingues fieri, sed potiùs in malũ corporis habitum, & cachexiam incurrere, ita vt pingues appareant, cum tamen pingues nõ sint.

Quibus vescantur. Zeysle. Vino Cardui. Vino rubẽs pectore. Gurse.

a De vi. l. 1

MORES. INGENIVM. DOCILITAS.

Carduelis mite ingenium.

MITI, placidoq; ingenio sunt, quòd vel ex hoc constat, quod statim captæ, nulla cura adhibita, potum, cibumq; sumant, neque ita hominum præsentiam exhorrescant, vt rostrum, alasq; caueæ clatris allidant, vti aliæ, pleræq; aues facere consueuerunt. Captiuitatem non valde ægrè ferunt. Quinimò si aliquandiù in cauea permanserint, ne dimissæ quidem auolant, vt ipse etiam obseruaui. Imo verò mihi narrauit vir quidam fide dignus, cùm aliquando Carduelem fœminam pro mare aluisset, sexu postea cognito, inuitam abegisse, quæ postridie reuerteretur, & velut gemens, & plorabunda caueis aliarum volucrum insideret, & per clathrorum foramina in caueam aliquam aditum sibi parere studeret: ideoque bestiolæ peruicaciam, & in pristinas ædiculas amorem miratus, caueæ è qua dimissa fuerat, ostium aperiens, ingressum præbuit, eamque vnà cum maribus post modum per multos annos pauit, donec tandem senio deficeret. Viuunt autem hæ aues in seruitute quantum quæcumque aliæ diù. Quod innuit Ariostus his versibus:

Mal puol durar il Rosignuol in Gabbia,
Più vi stà il Cardellino, & il Fanello.

Cur diù apud nos viuant.

Propter enim mãsuetudinem hominum seruitium libenter ferunt, nec vlla ob id excruciãtur cura. Qua de re sic meminit etiam Ornithologus: Cardueles domi in caueis aluntur multis annis: donec iam senecta ætate deficiant: & in mensas aliquando emissæ cicures admodum se præbent. Hæc ille. Tantæ illarum placiditati, & animi tranquillitati summam docilitatẽ natura coniunxit. Nam vt scribit Plinius, *imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus, & ore pro manibus*. Quæ autẽ sint hæc imperata, ad quæ faciendа pedibus, & ore vtuntur pro manibus declarat author de natura rerum, inquiens: *Carduelis ergastulo clausa suppositam aquam ab imo per filum vasculo suspenso, ad se rostro trahit, pedeq; filo interdum supposito, cum attigerit vasculum, situm potu sedat*. Quod præstare eas verissimum est, & omnibus notũ, & passim reperiuntur, vendunturq; quæ talia faciunt. Quare non tãtum mirari debuit *a* Platina illã, quę in cubiculo Francisci Gonziaci Cardinalis cibum, ac potum duobus vasculis æquilibribus funiculo ad sese traheret, & eo minus mirari debebat, cùm non solum Cardueles propriè dictæ id agant, sed & omnia alia Carduelium genera. *Carduelium genera*, inquit Albertus, *cornu* (vasculum potorium) *in caueis vbi includuntur deprehendens rostro trahunt, vt bibant, sed cum biberint, temere decidere sinunt*. Turnerus. *Præter auiculam*, inquit, *Spinuoram illam aureo vittam redimitam, aliam noui Spinuoram, colore viridem, quæ non secus, ac Aurinittis rostro, è duabus situlis versum ascendentibus, & descendentibus cibum ex vna & potum ex altera desumit. Quin & hoc facit Miliaria, quam Linotiam nostrates* (Angli) *appellant. Eadem quoq; hominem quidvis cantantem voce imitatur. Quare non sola illa, quæ Græcè θρανὶς, & Latinè Theodoro Carduelis dicitur imperat facit, & rostro, & pedibus pro manu vtitur*. Hactenus ille. Quæ omnia veriſſima esse quotidiana experientia docet. Nã & Spinũ quoq; id præstare pluries obseruasse meminimus. Sunt etiã sibi ipsis medicæ eiusmodi auiculæ. Etenim vbi oculos hebetare suos agnoscunt, eufragiam, si Antonio Mizaldo credimus, deuorant, visumque reparant.

Carduelis domi.

a De tuend. nal. l. 5.

Linetta.

ÆTAS.

ÆTAS.

CARDVELIS in vigesimum, plus minus, vsque annum vitam producunt, prout nimirum magis, minusue firmam valetudinem nactæ fuerint, & maioris minoriue cura educatæ. Super qua re sic à necessario suo sibi scriptum fuisse memorat Ornithologus. Carduelis auicula etiam vltra vigesimum annum viuit: Maguntiæ enim puer Carduelem vidi egressam viginti tres annos, cui singulis septimanis rostrũ, ac vngues præcidebantur, vt papauer, cibum, potumq; capere, & suo loco consistere posset. Cauea verò, & carcerib. suis exutâ, quo locabatur vel prona, vel supina iacebat immota prorsus præ ætate, & ad volandum inepta, & iam propemodum pennis geminis immutatis cana effecta. *Quandiù viuant.*

CORPORIS AFFECTVS.

CAVEIS inclusæ aliquando morbo comitiali laborant, phlegmone etiam, & morbo, quem subtilem vocant, corripiuntur; præsertim si prauis pascantur cibis. Quem affectum si incurrant, eo modo sunt curandæ, quo à nobis alias dictum est.

MORALIA.

CARDVELIS auis paruula est, ad canendum in caueis enutriri solita: quæ vt diximus mirabili modo potũ funiculo ad se attrahit, vt bibat. Sic qui in cauea Christi sunt, hoc est, qui relicto hoc terreno, sæculo se in cænobiorum claustra religionis gratia includunt vt Deo noctù, & interdiù laudes canant, vas plenum aquæ, idest, sacram paginam attrahere, idest, frequenter legere tenentur vt bibant aquam scientiæ, & sapientiæ Dei.

VSVS IN CIBIS, ET IN MEDICINA.

NOLLEM *Cardueles deuorari*, inquit, *a* Platina: *plus enim voce, quã patina hominem delectari.* Alias tamen eas non improbat, quin de eisdẽ sic scribit: *Fecedularum, & Carduelium, & reliquarum autum minutarum carò si pingues sint, modo non nidificent boni alimenti est.* Alij verò eas à cibo reijciunt, vti in primis *b* Io. Iacob. Vueckerus sic scribens: *Carduellorum* (sic habet) *Paradellorum, Osserculorum viridium caro succum prauum generant.* Cæterũ assæ, & in cibo sumptæ iliacos, & colicos perfectè curant. Si Kiranidi fides est adhibenda. *a De tuen. valet. li. 5.* *b In Synt. med.* *Carduellũ caro qualis*

DE SPINO, SEV LIGVRINO. Cap. IV.

ORDINIS RATIO.

SPINVS, seu Ligurinus in hoc Carduelium genere post Carduelẽ per excellentiam dictam, & colorum elegantia (licet Aristoteli sit aliter visum, & vocis amœnitate cæteris præfertur, sed quia & ipse magno capitur numero flocci etiam ferè ab omnib. penditur, & vili admodum à nostris aucupib. pretio venundantur. Tantum tamen non ei ea vilitas detrahit, quominus inter canores aues tertium ei nimirum post Carduelem, locum assignemus. Hunc autem locum quia in multis cum Carduele conueniat iure merito sibi vendicat. Vtrique enim à spinis, siue carduis nomen est inditum; vterque eodem ciborum genere victitat, idem vtrique ingenium, ijdem mores, eadem mansuetudo, eadem docilitas. Tam illa, quàm huc imperata facit, & pedibus, & ore pro manibus vtitur. Quid? Nonne vtramque tum à Græcis, tum à Latinis Acanthides dici diximus? Visi sæpe sunt, & quotidie videntur Ligurini, qui apprimè adeo Carduelium voces imitentur, vt si quis non videat, sed tamen cantantes audiat, easdem prorsus aues esse iudicet. Quare profectò magna quidem repræhensione dignus videbat, si tam vniformes aues ab inuicem disiunxissem.

ÆQVIVOCA.

ACANTHIS præter auem herbæ quoq; genus quoddam Callimàcho ſignificat, quæ Græcis erigeron, Latinis ſenecio dicitur, quòd verè caneſcat: vnde etiam aliqui pappum nominant. Acanthis item apud Ariſtophanem Dianæ nomen eſt.

Καὶ ἀρτέμιδι Ἀκανθίδις.
Οὐκέτι κολαινὶς, ἀλλ' Ἀκανθὶς Ἄρτεμις, ideſt,
Et Diana Acalanthidis
Non amplius Colanis, ſed Acanthis Diana.

a Pace. Videtur autem Ariſtophanes in auium honorem id nominis confinxiſſe. Eſt item *a* apud eundem poetam Acalanthis cuiuſdam inſignis canis nomen, nam alibi obſcurum quoddam oraculum referens ait:

Χ' ἡκώδων Ἀκαλανθὶς σπεύδομέν' τυφλὰ τίκτει, ideſt,
Et ſtintinabulum Acalanthis feſtinans cæcos parit.

Acalanthis canis nomẽ Vbi Scholiaſtes de ſolo cane, inquit, memoratur in prouerbio, quòd cæcos pariat: meminit quoque Cælius, Acalanthidem nobiliſſimi canis nomen eſſe tradens παρὰτὸ ἀκαλᾶν, ideſt, ab adulando, fortaſſis quòd familiaribus aduletur, peregrinis allatret. Cæterùm cùm vocabula hæc auem ſignificant, eandem ſemper non denotant. Veteres enim tum Græci, tùm Latini pro Acanthide Spinum, ſeu Ligurinum accipiunt, de quo nobis modò eſt ſermo: iuniores verò vtriuſque linguæ ſcriptores Carduelem per excellentiam dictam. Acalanthides præterea dicuntur, aues baſilicæ, ideſt, regiæ, vt aliàs ex Cælio annotauimus, & Ariſtophanis quoq; ſcholiaſtes memoriæ prodidit. Spinus etiam auem, & aliud

b Geor. l. 4. longè diuerſum ſignificat Seruius etenim in illo *b* Virgilij:

Eduraq; que pyrum, & ſpinos iam pruna ferentes.

Prunorum ſylueſtrium, inquit, *arbor ſpinus vocatur genere maſculino, nam ſentes has ſpinas dicimus.* Ex quibus verbis patet, Seruium huius eſſe ſententiæ, ſpinum, cùm eſt generis maſculini, arborem ſignificare. Quem quia multi poſtea ſecuti ſint, illi refragari non liceat. Eſt autem ſpinus frutex, non arbor, vt inquit Seruius, vix in arborem magnam adoleſcens, radice lenta, lignoſa, longè, latèq; ſerpente, ex qua multos producit ramos, pungentibus aculeis horrentes folia ſatiuæ pruno ſimilia, ſed multò minora: fructus rotundus, prunis ſatiuis minor, guſtus acerbi, & plurimum adſtringentis. Ligurini nomen poſtremò, & ipſum æquiuocum eſt: Nam præter auem puerum quendam, ſeu adoleſcentulum denotat apud *c* Horatium, de quo ſi rectè memini, duobus in locis mentionem facit. Auicula quædam rubente capitis vertice inſignis ex Patorum genere, quæ vulgò apud Heluetios Thammeiſle, ideſt, Parulus abietum (volitat etenim in ſyluis circa abietes) appellata, à nonnullis apud Heluetios etiam Maldzinsle, ideſt, Acanthis ſyluatica nuncupatur.

c Com. li. 4. od. 1. & 10

SYNONYMA.

Spini, & Acanthidis etymum. LICET tum Carduelis per excellentiam dicta, tum Spinus, ſeu Ligurinus Acanthophagæ aues æquè ſint, & dici poſſint, Ariſtotelem tamen pro Acanthide Spinum, ſeu Ligurinum accipere in ſuperioribus demonſtraui. Vtrumque nomen eià Spinis, quarum ſeminibus veſcitur, eſt indirum. Ἀκανθὶς enim Græci ſpinam vocant. Non deſuere qui pro Acanthide, & Spino alias aues interpretentur. Gyber. Longolius Acanthidem, & Chloridem eſſe putauit, quam nos potius aliam auiculam cum Ornithologo eſſe remur, nimirum totam χλωρὰν, ideſt viridem, vnde nomen ei apud Italos, alioſque populos eſt inditum. Turnerus tamen Anglus cum Longolio conſentiens, ſic de Spino ſcribit: Spinum Ariſtotelis Grenefincam noſtram eſſe arbitror. Nam illa inter ſpinas plurimùm degit, & ex herbarum ſeminibus victitat. Auis quam Spinum eſſe iudico, magnitudine Paſſerem æquat, tota viridis eſt, præſertim mas, in hoc genere, fœmina ferè pallida eſt. Veſcitur carduorum ſemine, & Lapparum, vt Auri vittis minorum, nidulatur in ramis ſahcum, aut prunorum ſylueſtrium, cantat amœnè, & cibum, & potum è ſitulis haurire non recuſat. Hactenus ille: Aliàs Acanthidem, ſeu Spinum noſtrum imprudenter Lutcolam vocat, & Ariſtoteles Chloridem eſſe autumat, vt ex eius verbis liquet. χλωρὶς, inquit, Luteola Anglicè Siskin, Germanicè ein, Zeyſich, quibuſdam ein, Englechen.

Longolij error. Chloris qua auis. Turneri error. Grenefinca.

Siskin.

Luteola

Luteola Luteo superiùs descripta multò minor est, & colore ad viriditatem tendente, pectore luteo est, & rostro longiusculo, tenui, & acuto, Auriuittis simili. Duas habet maculas nigras, alteram in fronte, alteram sub mento, cantillat non insuauiter. Rara apud Anglos hæc est, nec vspiam ferè alibi, quam in caucis cernitur. Semel in Cantabrigianis agris vidisse recordor. Huius generis sunt, quas Anglia Canarias vocat. Hæc ille, cuius super hisce auibus sententiam cuilibet, qui sano iudicio sit, falsam esse satis constare arbitror, nec nos cogere, vt in illa refellenda diutiùs immoremur, eoq; magis, quod alibi de hoc sermo sit habendus: quare iam reliqua prosequamur. Pro Acanthis apud nonnullos Acanthyllis legitur ego Acanthyllis per l, simplex scribendum esse arbitror. Lacones, vt testantur Hesychius, & Varinus ἀκαλαρθοις dicunt Ἀκαλανθίδας apud Theocriti scholiastem legitur per iota in penultimo, pleriq; tamen per malunt. Ab Acanthylis per metathesin, siue literarum transpositionem videtur facta Acalanthis; ab Acalanthide Acardelentes, Acalantia, & Actalantia, nomina corrupta, de quibus aliàs meminimus. Albertus quoque vbi Acanthis apud Aristotelem legitur, corruptissimas voces habet, vt Fatalyz, Aslauados, Amastorochoz. Spinus autem non solùm apud Latinos, sed Græcos etiam auem significat; nam in illo Aristophanis.

Ὁ τὸ σπυρίδιον τοῦ σπίνου πωλῶν καθ' ἑπτάκις ὀβολοῦ, ideſt,

Fascem è septentis spinis contextam obolo vendit.

Interpres nihil aliud interpretatur, quam Spinus genus auis, vt ex eo Varinus. Videtur autem Aristophanes literam geminasse ratione metri, vt scilicet produceret penultimam: nam alioqui corripitur, sicuti apud Aratum: Καὶ σπίνος ἠῶιον σπίζων, ideſt, *Et spinus in aurora sibilans.* Sed & idem Aristophanes penultima breui alibi vsurpat. Eubulus etiam penultimam correptam apud Athenæum in hoc senario:

Τίλλων τὰ φάττας καὶ χίλας ὁμοῦ σπίνους.

Idem σπίνια, & ἀκανθυλλίδας nominat: sed dubitant nonnulli, an Græcorum Spinus idem sit cum Acanthide, quam voce latina Gaza Spinum vertit. Plerique diuersum esse volunt, esseq; auem, quæ per onomatopœiam sic appelletur. Quippe Festus Auienus in hoc Arati versu:

Σπινθὶς εἶδος ὀρνιθαρίων σπίνοι,

Fringillam vertit hoc pacto:

Si matutino Fringilla resultat ab ore.

σπῖνος verò penanflexum nomen est lapidis Aristoteli in mirabilibus. Quod ad Ligurini etymum attinet, super eo diuersæ sunt sententiæ. Quidam etenim Græcam illi originem tribuunt, διὰ τὸ λιγυρὸν τῆς φωνῆς, à vocis argutie: quidam verò inter quos est Bellonius, à Gaza ex lingua vernacula suæ genti formatum esse existimant. Idem *a* Bellonius Chrysomitrem Ligurinum esse, se aliquando existimasse asserit, ac super ea opinione sua sic fortè scribit. Est & alia quædam auicula Græcè Chrysomitris, quam Gaza vertit Auriuittem, quasi gestantem vittam auream, quam aliquando putauimus esse Ligurinum. Sed M. Antonius Martinellus Flander huiusmodi auiculam exiccatam, & salitam, antequam illinc discederem, mihi ostendit: quos nos in sententia nostra confirmauit: ad quod accessit etiam nomen (dixerat paulò antè, nunc in Græcia Ligurinum appellari Spinum, & Spinidiam) quo in hunc diem adhuc venit. Hæc Bellonius, qui Ligurinum quidem non esse Chrysomitren rectè iudicat: sed quod aui illi exiccatæ sibi à Martinello ostensæ id nominis tribuat, non satis firmis innititur argumentis. Habuerit fortassis, & illa auream vittam, vt Carduelis nostra, sed id non conficit fuisse Aristotelis Chrysomitrin, nisi cætera quoque de ea à Philosopho tradita respondeant, quæ in Carduele nostra penitus reperiuntur, ita vt hæc extra omnem controuersiam Auriuittis sit statuenda. Quod superest. Itali vulgò Lugurino, & Lugaro dicunt, quam posteriorem vocem quasi latinitate donare cupiens Augustinus Niphus, Leucarum vulgò dici scribit. Quibusdam minus culti idiomatis dicitur etiam Legorin, Luganello: Siculis Legora. Galli, vt audio, appellant Scenicle, Cinit, alibi etiam Cerisin, vel Serin. Cuius postremi vocabuli etymologiam reddere conatur *b* Bellonius his verbis: Auis vocata Gallis Serin à cantus præstantia nomen habuit. Dicitur autem Serin, quasi Syren; sicuti enim Syrenes vario cantu aerem mulcere dicuntur, vocisque dulcedine soporem nautis inducere; sic etiam hæc auicula Regulo vix maior, quòd cantus in primis suauitate valet, meritò à Gallis hoc nomine appellata fuit; qui auem aliquam benè canere denotare volentes, Ligurini modulos æquare asserunt. Hæc Bellonius, Germanis dicitur Zinzle, vel Zeisel, vel Zizele, vel Zyschen, Louanienſibus Galuogel, Frisijs Sisgen, Belgis alijs Ciisken, Geel Voghelken, Polonis Czizek, Illyrijs Czisz, Turcis Vtlugan.

Acanthyllis.

Acalãthis.

Fatalyz.
Aslauados.
Amastorochoz.

Spinus.

Σπῖνος
Nomen lapidis.

Spinidis.
Lugaro.
Lugarino.
Legorin.
Luganello.
Legora.
Scenicle.
Cinit.
Cerisin.
Serini etymum.

a De auib. l. 7. c. 14.

b De auib. l. 7. c. 14.

Zinzle.
Sisgen.
Ciskenget.
Boghelken.
Czisz.
Vtlugan.

FORMA. DESCRIPTIO.

a De Anib. lib. 7. c. 14. Ligurini deſcript. ex Bellonio.

DE Liguriui forma ex Turnero ſub Luteola non ſine ſuperiùs quædam diximus, ſed ſi quis ijs non acquieſcat, Belloni etiam deſcriptionem adijcere non piguit. a Ligurinus, inquit, multum ſimilitudinis habet cum Thraupide (Thraupis illi, & nobis auis eſt, quam Citrinellam dici teſtatur Ornithologus) ſed plus lutei coloris habet, & corpore paulò minor eſt. Roſtrum illi breue, colore pallido, caput dorſumq; non tam luteſcunt, vt in Floro (pro Floro Vireonem, ſeu Chloridem Ariſtotelis intelligit) Guttur, & pectus lutea ſunt, ſed nonnullis maculis pullis interſtincta. Ita etiam cauda, & plumæ ſupra alas, & vropygium ex luteo palleſcunt. Extremitates alarum nigræ ſunt. Hæc Bellonius, ſed in hoc à Turnero diſſidens, quòd hic roſtrum longum, ipſe verò breue Ligurino tribuat. Ego in omnibus quotquot hactenus vidi, roſtrum non tam longum habere, vt in Auriuitte, quod aſtruere videtur Turnerus, nec adeò breue, vt Bellonius obſeruaui, ſed corporis magnitudini egregiè reſpondere. Mas à fœmina in hoc auicularum genere non parum differt. Mari etenim capitis macula multò nigrior, & toto corpore multò magis luteſcit, quàm fœmina. Quæ etiam differentiæ in vtroque ſexu iuniores ab adulatoribus diſcriminant. Quò etenim adultiores fuerint, eo magis luteſcunt, & capite magis ſunt atro, vt à me ſæpius fuit obſeruatum, quare neque piguit alterius, qui iam erat prouectioris ætatis, iconem hìc exprimere. Vidi præterea aliquando Ligurinum fœminam, capite prorſus albo, quam pariter depingere libuit, ne quid vnquam in hoc opere deſiderari queat.

Roſtrum. Color.

Maris, & fœminæ differentiæ. Ligurinus leucocephalos.

Ligurinus mas cum acanthio ſatiuo.



Ligurinus mas ætate prouecta cum iuiubis.



Ligurinus fœmina leucoceph. cum acanthio Illyrico.



LIGVRINI, *& vita, & colore ignobiles sunt*, inquit [a] Aristoteles, *sed valent vocis amœnitate*. Quod postremum verissimum esse aliorum scriptorum testimonio, & experientia ipsa est confirmatum. Albertus inter quatuor Carduelium genera, quæ recenset, secundum à Carduele per excellentiam dicto locum propter cantus suauitatem Ligurino assignat. Bellonius item, cuius verba supra attulimus, eandem cælo laudibus attollens, scribit Gallos, quando alitis alicuius cantum laudare volunt, eam Ligurini

[a] *Hist. l. 9. c. 17.* *Ligurini valent vocis amœnitate.*

rini instar canere dicere. Multi præterea non obscuri nominis authores huiusce auis amœnitatem summis laudibus celebrant; quorum tamen verba breuitati consulentes hîc adducere superfluum existimauimus, eoque maximè cùm in caueis nostris continuò cantillans, quid voce sua valeat, ipsa sui ipsius preco esse possit. Hoc interim à nomine, quod noui traditum libenter adijcio; auium scilicet quarumcunq; vocem imitari, & præcipuè Carduelis. Alebam ego aliquando Ligurinum, qui ex longo cum Carduele conuictu, & consuetudine, proprij & natiui cantus omninò oblitus, Carduelis vocem ita exprimeret, vt quicunque eum non videret, sed cantillantem tantùm audiret, Carduelem, non Ligurinum esse iudicaret, at quod magis adhuc est mirabile ex interuallis etiam Hirundines per aulam, & thalamos volitantes, Passeres tecto insidentes, & quascunque alias ei volucres audire contingeret, adamussim imitabatur. Vnde cùm rursus me aliquando continerem, caueamq; in qua inclusus erat, ab arbore suspenderem omnis generis auiculæ, tanquam ad sua speciei auem, vocis nimirum similitudine deceptæ, magna frequentia vndiq; aduolabant.

Ligurinus aliorum auium, voces reddit.

INGENIVM. VOLATVS. LOCVS.

Aucupium.

IDEM ferè ingenium Ligurinis, quod Carduelis, sed mitiores, & minus sagaces eos qui fortè iudicauerit his argumentis, quod Carduelis, si plures in eandem caueam congerantur, non rarò inter se rixentur, Ligurini verò neq; cum suo, neque cùm alio quoquam genere altercari vnquam visi sint, quin alijs quibuslibet auibus, & si imbecillioribus, si insultent, miro mansuetudinis exemplo cedant. Quod ad aucupium attinet, multò facilius, quam Carduelis capiuntur, nec tam tenaciter insidiarum, quas aliquando euaserint, memores sunt; imo verò centies visco se explicuerint, nondum tamen illud deinceps deuitant. Aduolant ocyus ad generis sui allectrices, & in quascunq; insidias sese præcipites dant, nec illinc prius discedunt, quam in manus aucupum deuenerint. Et si quis fortasse eorum volatum aliorsum dirigat, illicò vel ad vnam vocem captiui reuocantur. Vnde fit, vt totum agmen aliquando capiatur, volant etenim & ipsi gregatim, sicut cætera Carduelium genera. Tempus autem ad eos capiendos idoneum, est autumnus. Cùm enim aues migratoriæ sint, primis frigoribus, & niuibus è montibus pulsi ad nos aduolant, & hinc ante hyemis aduentum in densa nemora sese abdunt, tepidiora loca quærentes teste [a] Aeliano his verbis: *Spini aues in posterum longissimè prouidentes, hominibus ad futurarum rerum coniecturam sapientiores sunt: etenim hyemem futuram præsentiunt, & niuem præsciunt, & multa cautione obseruant, ne ijs opprimantur. Itaque eorum acerbiores metuentes, tanquam ad perfugia sic ad loca nemoribus frequentia confugiunt.* Hæc Ælianus. Cæterùm quod de autumnali eorum aduentu diximus, id singulis ferè annis in Italia contingit. In frigidioribus verò regionibus, vel nunquam, vel rarò apparent, vt in Gallia, & Anglia, vt meminerunt Bellonius, & alij. Quin neq; apud nos quotannis cernuntur. Obseruarunt namque aucupes nostri plerunque magnum eorum esse numerum; aliquando verò etiam ne vnum quidem toto anno vspiam apparere.

Ligurini mitiores, & minus sagaces cardueli bus. Multò facilius, quã Carduelis capiuntur. Gregatim volant.

[a] *De ani. l. 4. c. 36.*

NIDVS. PARTVS. EDVCATIO. CIBVS.

QVID de Spini nido dicam, non habeo, nam & aucupes nostri, quòd in regionibus hisce non nidificet, nidum numquam sese obseruasse inquiunt. In montium verò syluis nidulari consentaneum est, vbi scilicet nidificationis tempore degit. De numero ouorum, meminit [b] Plinius, vbi omnia animalia, quò maiora sunt eò infœcundiora esse probat, ideoque elephantos, camelos, equos, singulos tantùm gignere. Eo enim in loco statim de Acanthide subijcit, quod cùm auis minima sit, duodenos pariat: Cùm tamen, Albertus, tum de Acanthide, tum de reliquis alitibus paruulis diuersimodè tradat. *Aues*, inquit, *paruæ vt Philomela, Alauda, Serfenadula* (Ligurinum intelligere videtur) *& huiusmodi semel anno pariunt quatuor, aut quinque ouã.* Sic ille, cui ne, an potius Plinio ea in re credendum sit, illi iudicabunt, qui nidum huius auiculæ

[b] *l. x. c. 36.*

culæ reperient, aut antè reperierunt. Quòd modò ad educationem attinet, ea sanè facilis est, statim enim capti cicurantur, & cibum, vel è porrigentium manibus capiunt. Eisdem vescuntur, quibus Cardueles, eodemque prorsus modo educandi sunt. Apud Gallos napi semine teste *a* Bellonio enutriri consueuerunt. Obseruarunt etiam nostri aucupes conizæ semine oblectari: & reuera huic plantæ insidere sæpiùs cernuntur, cùm liberæ volant, & gaudere ea planta ipse in ijs, qui in caueis aluntur, pluries sum expertus.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

AEGITHI, & Flori sanguinem credi commisceri non posse à Philosopho proditum est. Idem de Spino, & Salo scribit Aelianus: *Spini*, inquiens, *& Salis sanguinem, si quis in eodem vase permisceat, coire, & permisceri negant.* Idem dissidium *a* Antigonus Apeitho ascribit. Ego quæ auis Apeithus sit, me ignorare ingenuè fateor: suspicor tamen eandem esse, quæ Aegithus, vel pro apeitho Aegithum esse legendum. Tanti autem dissidij inter commemorat s auiculas causa ignoratur. Cur autem Corydalis, ideſt Alauda Acanthidem odio habeat, vt testantur Philes, & Aelianus, causam referunt, quòd oua sibi inuicem frangat. Ligurinus asinum etiam odio prosequitur, & cur, docet *b* Aristoteles: *Spinus*, inquit, *Asinus inimici inter se sunt. Vellus enim Spino à vepribus, quas asinus tenellas adhuc pascit.* Idem Plinius ex Aristotele tanscripsisse videtur. Bellonius paulùm diuersam causam comminiscitur: nam, *Spinus*, inquit, *est asino inimicus. Hic etenim teneras adhuc spinas tempore verno deuorans, nidum Spini in terram dejecit; vnde orta lites.* Hæc ille. Quod reliquum est, cum alijs omnibus auibus, & animalibus, quæ ex rapacium genere non sint, Ligurino nostro benè conuenit.

Spini, & salis sanguis, non coit.
a In mirab. narrat. congerit.
Cur asinum oderit.
b Hist. lib. 9. cap. 1.
c De anib. lib. 7. c. 14.

FABVLOSA.

ANTONINVS Liberalis fabellas duas de Acanthide, scilicet, & de Acalanthide, tanquam de auibus diuersis recenset. Nos autem, quod eædem aues putentur, vtramque hìc referre non pigebit. Autonous, inquit, Melanei filius ex Hippodamia filios nactus est, Erodium, Anthum, Schœneum, Acanthum, & filiam Acanthidem, quam forma pulcherrimam Dij fecerunt. Habuit is Autonous equorum armenta plurima, eaque pascebantur ab Hippodamia vxore, & filijs eius. Cæterùm Autonoi plurimum agri possidenti nullus cum fructus perciperetur, ob culturæ neglectum: sed iuncos ei solum, spinasq; ferret: inde nomina filijs Acantho, & Schœneo, filiæq; Acanthidi imposuit: maximum q; natu Erodium appellauit, quòd ipsum destituisset terra. Is Erodius armentorum equarum studiosissimus ea pastum in prata compulerat: vnde cum ea Anthus expulisset, equæ à pabulo excluſæ in furorem versæ sunt: nacta q; Anthum deuorarunt, multa Deos opem flagitantem. Et pater quidem Autonous præ dolore attonitus equas abigere conatus est, itemque adolescentis famulus. Mater verò cum duabus depugnans ob corporis in becillitatem pestem filij depellere non potuit. Cùm autem hoc modo extinctum Anthum deflerent, Iupiter, & Apollo misericordia ducti vniuersos in aues mutauerunt: Autonoum in Ocnum, quòd pater ad ferendum filio auxilium segnis fuisset; matrem in Corydum, quod se aduersus equas armasset, pro filio propugnans: ipsum autem Anthum, Erodium, Schœneum, Acanthum, & Acanthyllida in aues pristinis suis nominibus insignes, famulum Anthi comitem itidem in Erodium, sed Pello longè minorem. Atque inde Erodius nuspiam Antho adsidet, neque Anthus Epipha, quòd ab equis pessimè fuisset tractatus, atque etiamnum Anthus equi vocem audiens fugit, simul eam imitans. Hactenus Liberalis, qui & de Acalanthide paulò inferius fabulatur in hunc modum. Iupiter in Pieria cum Mnemosina congressus Musas genuit. Regnabat eo tempore in Emathia Pierius Indegna, eique nouem erant filiæ, quæ chorum suum Musis opposuerant: certamenque musicum est in Helicone commissum. Quando autem filiæ Pierij canebant, omnia caligine obscurabantur, nihilq; ad choream obtemperabat. At Musarum cantu sistebatur cælum, astra, mare, flumina: & Helico voluptate delinitus ad cælum vsq; crescebat: donec cum consilio Neptuni *Pegasus inhibuit, verticem pede percutiens.* Quoniam autem certamen inierant mortales cum Deabus, Musæ eas in aues transformarunt numero nouem, quo etiamnum inter homines nominantur, Colymbax, Iynx, Cenchris, Cissa, Chloris, Acalanthis, Nessa, Pipo, Dracontis.

Acanthidis fabula.

Autonous in Ocnum, Hippodamia in Corydum.

Acalanthidis fabula.

DE

DE PASSERIBVS CANARIIS.

Cap. V.

Canaria insula.

a L.6.c.23.

CANARIA insula est Atlantici Oceani ad læuam Mauritaniæ, vna ex his, quas veteres ob insignem aeris temperiem Fortunatas vocauere, sic dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, vt ex Iuba tradit *a* Plinius. Hodie omnes illæ insulæ, quas veteres Fortunatas dixere, vno nomine Canariæ appellantur. Ex his solent afferri nostro æuo aues quædam ex canorarum genere, quas à loco vnde afferuntur, Passeres Canarienses vocant, vel Canarios, aliqui Canarios simpliciter, alij quoque aues sacchari, quòd illinc quoque optimum aduehatur saccharum, quod Canarium nuncupant. De hac autem aue subinde post Ligurinum agẽdum nobis esse iudicauimus, quòd Ligurini speciem esse quidam existimauerint, vt Turnerus, & reuera colore, & aspectu ei admodum similis est. Hanc Ornithologus ex amico suo sic describit. Auis est vulgaris Pari magnitudine, rostro albo paruo, & in acutum tendente: alarum, & caudæ pennis totis viridi colore; exiguo sanè discrimine ab auiculis illis, quas nostri Citrinas nuncupant: aut ijs, quas Ziselas nostri, Itali Ligurinos, nisi quod paulo maior est, quàm vtraque illarum, huic aspectum similior, illa non nihil viridior: Hæc Ornithologus. Inter marem, & fœminam hoc interesse animaduerti, quod illi pectus, & venter, & capitis pars superior, quæ rostro adiacet magis lutea sunt, quam fœminæ. Hoc vtrique commune est, vt carnosi sint non pingues. De eius cantu idem Ornithologus sic meminit: Concentu valde amœno est, & acuto, quem spiritu diù non interrupto nunc in longum, nunc in altum varia vocis inflexione, & musica propè, sanè lepida, & artificiosa melodia extendit. Sonus emissus omnino gracilis, tamq; vibrans est, vt cùm paruos faucium aliquando neruos intenderit, auscultantium aures tereti quasi clãgore percellat, & obtundat. Huiusmodi illius cãtu, qualem nobis describit Ornithologus multi delectãtur, multi etiam offenduntur obtundi se ab illo dicentes. Carè admodum vbique venditur, tũ ob cantus suauitatẽ, tùm quod à remotissimis locis summa cura, & diligentia non nisi rara asportetur, vndè à nobilibus tantùm ali consueuit. Si quis autem harum auium modulis capitur, eas emat, quæ longiore cauda sunt præditæ, & quæ minorem corporis magnitudinẽ obtinent. Nam quò minores sunt eò magis canoros esse experimento compertum est. Quæ verò magnæ sunt caueis inclusæ caput circa, & retrò versant, neque genuini Passeres Canarij sunt æstimandi. Huiusmodi ex insula Palma, & Viridi afferuntur, & stultos ab eo capitis motu, qui stultis conuenit, vocitant. Pascuntur vt alibi est à nobis traditum Phalaridis semine, eoq; multùm delectantur, ideoq; simul cum illis ex eisdem insulis ad nos deferre solet, nunc verò non pauca aliunde copia suppeditatur. Ornithologus ex amici sui relatu eisdem cibis vesci scribit, quibus Ligurini, & aues Citrinæ nuncupatæ, Lini .s. aut papaueris semine, vel etiam interdum milio: priuatim verò Saccharo, eiusque arundine summoperè gaudere vti etiam alsine, siue auricula muris, quam vulgò morsum Gallinæ vocant. Hæc enim ad cantum statim excitari affirmat. Eiuscemodi aues tuberculis quibusdam in capite infestari solent, quæ ex atheromatum genere existimo: butyro ea, aut Gallinaceo adipe sunt inungenda donec maturescant: deinde pus ex eis accurata dexteritate resectis extrahendum, & postea iterum inungenda donec omninò sanescant. Quandoque etiã pediculis eos affici contingit: in quo casu vino eos sæpius aspergere conducet. Ita .n. animalcula illa perimentur, & ipsæ ad eã molestiã superandam firmiores euadent. In reliquis affectibus eisdẽ remedijs curantur, quibus reliquæ. Plura, quæ de hac aue dicam non habeo, cuius nimirum veteres nullam mentionem fecerunt: Quare reliqua iam prosequi certum est, recitato tamen priùs periti Germani cuiusdam in hanc auem epigrammate.

Passer Canariensis, seu Canarius.

Ordinis ratio.

Cantus.

Pretium.

Quæ eligenda.

Quibus vescantur.

Corporis affectus.

Tubercula in capite Pediculi.

Quid miror digitis quando rudis organa pulso
Suaue tot è cannis ire, redire melos?
Plures vna sonos auis, hac nil Passere maior
Gramineis herbis aqua colore dedit.
Illa tonos aptè medios, quos maxima moles,
Nec calami poterant mille sonare, canit.
Ergo chelys cytharæq; fides vos, dicite nostram,
Vel mutam, & si fas est, ἀμουσον auem.

DE

Canaria mas cum panico foliata pannicula.



DE FRINGILLA. Cap. VI.

ORDINIS RATIO.

30 POST aues canarias, quas Ligurinorum quandam ſpeciem aliqui exiſtimant, Fringillæ ſequi videntur. His enim Albertus inter quatuor Carduelium genera, quæ recenſet, tertium locum aſſignat. Et quamuis minus quàm Carduelis propriè dicta, aut Ligurinus cantum continuet, nihilominus multò æditiorem, & pleniorem, auribuſq; non inſuauem vocem ædit. Quare etiam eorum more in caueis paſſim alitur, nec infima inter cæteras canoras habetur, quin aucupes illam maioris, quàm reliquas faciunt, libentiuſq; paucas ex his capiunt, quàm ex alijs multas, & maiorem ſemper ipſarum numerum, quàm cæteratum enutriunt: cuius rei cauſam aliàs, cùm locus exiget, reddemus.

Ordinis ratio.

Fringillæ altior, & plenior vox, quàm Carduelis, aut Ligurino.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

40 PRÆTER communem Fringillam aliud quoddam genus eſt, quod Montifringillam nominant, à montibus nimirum, in quibus degit, vulgari non diſſimile, & magnitudine proximum: vt verò differant, dicemus poſtea. Cæterùm quemadmodum Albertus Carduelis nomen, vt diximus, tribus, aut quatuor auicularum generibus, quæ omnes canoræ ſunt, & carduorum ſeminibus veſcuntur, commune facit: ita etiam Germanicè omnes Vincones nuncupat, nimirum Carduelem vulgò dictam Vinconem Carduorum, Spinum, vel Ligurinum aliàs in Vinconum genere numerat, aliàs ſimpliciter Vinconem nominat, rubeum verò Vinconem à colore pectoris, Fringillam vulgarem. In Heluetia Fringillarum quoddam genus eſſe narrat Ornithologus, quas neſcio an à communibus illo50lius regionis differentes, aucupes Fringillas Italicas appellant.

Montifringilla.

Vico apud Albertum, quas aues ſignificet.

Vinco cardui.

Vinco ſimpliciter.

Vinco rubeus.

ÆQVIVOCA.

FRINGILLÆ, & Vinconis nomen, alijs etiam auiculis, cùm in Gallia, tùm potiſſimum in Germania attribuitur Ornithologus trium auicularum meminit, quarum primam ex Chloridum genere exiſtimat, à Gallis Pinſon verdier, id eſt, Fringillam viridem nuncupatam; alteram dicit eſſe Fringillam minorem, pectore luteo, cauda oblonga

iuxta

Gielſincke. Gijger. Golofinck. Blutſinck. Goutuinck. Iynx.

iuxta aquas degentem à Friſijs Gielſincke, ideſt, Fringillam luteam cognominari. Hancque illius regionis anicolas Chriſto oculos in cruce eruiſſe nugari. Tertiam verò ab ipſo deſcriptã capite atro, pectore omnium maximè rubro, lingua ſine acumine, ab Heluetijs Gijger, à Germanis aliquibus Golofinck, & Lobſinck, ab alijs Blutfinck, à Germanis inferioribus quibuſdam Goutuinck, ideſt, Fringillam auream indigitari teſtatur. Iynga verò, quæ Torquilla eſt, à Gaza Fringillam vulgò dici traditum eſſe ſcribit *a* Pierius.

a Hierogl. lib. 25.

SYNONYMA.

10

a H.8.c.3.

SPINAM appetunt illa Spinus, ſue Ligurinus, Carduelis, & quæ Auriuittis appellatur. *Hæc enim omnia victitant in ſpinis. Verinem autem, & quoduis aliud animal aſpernantur.* Verba ſunt *a* Ariſtotelis, quæ non aſſequens Ornithologus credit hìc Philoſophum innuere omnes alias aues acantophagas, ideſt, ſpinarum ſeminibus victitantes, neq; vermen, neq; animal vllum attingere, & in ſumma, quod de tribus illis acãtophagis auibus tradit, idem etiam de reliquis illius generis omnibus intelligere. Quapropter dubitat, nunquid Fringilla noſtra *b* Ariſtotelis Spiza ſit, Spizam enim hic inter vermiuoras recenſet: & idcircò ille, quæ Græci de Spiza prodiderunt, ſeparatim tanquam de aue diuerſa conſcribit. Quantum verò hallucinetur, ſi rectè Ariſtotelis verba perpendantur, nemo non viderit. Putauit autem, vt ſuſpicor, verba illa (*Hæc enim omnia victitant in ſpinis*) inferre, omnes aues in ſpinis victitantes vermes, & quodlibet animal non attingere; cùm potiùs demonſtrent, illas tres commemoratas auiculas, ideò in ſpinis victitare, quia ſpinam appetunt; quod ex verbis etiam, quæ ſtatim ſubijciuntur, ſatis conſtat. Nam, *Dormiunt*, inquit ſtatim Philoſophus, *& paſcuntur eodem in loco*. Sitiaque nihil aliud obſtiterit, quàm quod vult Ornithologus, Fringillam noſtram eſſe Ariſtotelis Spizam, nemo dubitet. Nam licet, & ipſa carduorum ſeminibus veſcatur, vermiculos tamen, & locuſtas libenter deuorat: imo verò Aucupes noſtri, vt ipſi mihi retulerunt, locuſtam aliquam, ſeu vermiculum cùm ſuauius illam canere volunt, mandendum apponunt. Affirmare autem auem aliquam partim ex vermibus, partim ex alijs cibis victum, ſibi quærere, non eſt inconueniens, vt ibidem Philoſophus de eadem Fringilla, Paſſere, Rubetra, Luteola, & alijs prodidit. Sed & ipſe poſt Ornithologus, cùm melius rei veritatem perſpexiſſet, palinodiam in Paralipomenis canit his verbis: In capite de Fringilla, & mox in ſequente de Fringillis diuerſis, dixi, me dubitare an Fringilla ſit eadem auis, quæ noſtris vulgò Finck, Gallis Pinſon dicitur: quòd Spizam Ariſtoteles, Gaza Fringillam vertit, inter vermiuoras aues numeret, Finca verò noſtra ſeminibus victitet. Sed poſtea intellexi præter ſemina vermiculis quoque eam veſci: & Cuculi etiam pullum (qui vermiculis tantùm veſcitur) in eius nido quandoque reperiri. Quare iam minus dubito Fincam noſtram eſſe Fringillam, præſertim cùm Bellonio quoque, & alijs eruditis viris ſic videatur. Hæc ille. Dicitur autem Spiza à σπίζω per onomatopœiam. Hodierni Græci, vt refert Petrus Bellonius, Fringillaro appellant, vocabulo Latinorum Fringillæ non abſimili: Fringillam à frigore dictam volunt, cò quòd in frigore plures conuolantes cernantur. Alij quòd frigus prænuncicit, ad quod alludit *c* Alciatus.

b Hiſt. lib. 8. cap. 3.

Spizæ etymum. Fringillaro Fringillæ etymum.

Aduenisse hyemem Fringilla renunciat aues.

c Emb. 100

Nonnulli etiam ſic dictam volunt, quòd frigore canat, exhilareturque. Italis Franguello nomine, vti apparet, à Latinorum Fringilla deriuato dicitur, Gallis Pinſon à pungendo, quòd roſtro pungens etiam vulneret. Sabaudis Quinſon: Sed dubitatur, Fringillamne, an Cocothrautem per hanc vocem intelligant, Germanicè Finck, apud Heluetios Buchfink, Belgis, & circa Coloniam, vbi viuebat Albertus, Vinck, Anglis Schaffinche (vel Finck, vt alij) à Sheld appel, à Squinck, Eliota Anglos interpretatur Rudocke, Robin, Redbreſt, ſed ea nomina Turnerus, & ipſe Anglus Erithaco tribuit. Illyricis Pinkauua, Polonis Slouuick.

Franguello Pinſon Gallis vnde dictus. Quinſen. Fruck. Buchfink. Vinck. Schaffinche. Pinkauua. Slouuick.

FORMA

FORMA. DESCRIPTIO.

Magnit. FRINGILLA mas, quam hic ſcribentes præoculis habemus, magnitudine ferè Paſſerem æquat. *Roſtrum.* Roſtrum ei craſſiuſculum, & validum, carneique coloris, ſed in extremo ſubnigrum. *Caput.* Capitis, & colli pars prona ad ſubcæruleum vergit: quod hinc ad vropygium vſq; interiacet, caſtaneorum colorem refert: ipſam verò vropygium ſubuireſcit. *Collum.* *Vropygium* *Pectus.* *Venter.* *Alæ.* *Cauda.* Pectus, & venter inter rubrum, & ſpadiceum ambigunt. Alas geminæ albæ maculæ, veluti faſciæ interſecant, quas inter faſcia alia nigri coloris intercurrit: quod à ſecunda macula alba ad extremum vſque ſupereſt, totum nigrum eſt. Cauda longiuſcula duodecim pennis conſtat, ex quibus geminæ vtrinq; totæ albæ ſunt reliquæ nigræ. *Famina deſcriptio.* Famina verò, quam etiam nunc manibus tractamus, eiſdem ferè coloribus ornatur, ſed minus, vegetis, & pectus, venterq; ex ruffo palleſcunt. Teſtatur Ornithologus Fringillam toto corpore candidam aliquando viſam eſſe, Ego quoque Fringillam ab aucupibus noſtris emi aliquando, corpore toto ex alibido nonnihil flaueſcente, præſertim dorſo; nam collum, & pectus aliquantulum erant ferruginea, venter magis cinereus. Alarum tegetes plumulæ ſuis extremitatibus duas lineas albas tranſuerſum conſtituebant. Remiges ſuperficie tenus nonnihil lutei oſtendebant, cæteræ albæ, interiori latere ad cinereum accedentes. Radices omnium pennarum plumbeæ erant. Pedes eodem, quo roſtrum colore, nimirum carneo. Caudæ plumulæ betico, extremo albæ. Cuius loco poſtremo effigiem exhibemus, duobus ab hinc annis, ſi rectè memini aucupes noſtri, vt inuſitatum quiddam ad me attulerunt. Ei autem caput ferè totum, dorſumque & pennæ veſtientes alas ex albo luteſcebant: plumæ circa roſtrum guttur, pectuſq; & ventrem ſubnigræ erant. Alæ verò, caudaq; ex ſubnigro, & albo mixtæ.

Fringilla mas cum roſa.



Fringilla albicans cum oxyacantha.



Fringilla ſublutea, & ſubnigra, cum papauere albo ſatiuo.



VOX. CANTVS. EDVCATIO. CIBVS.

NON vno, eodemq; modo Fringillæ canunt: Quædam etenim concisos tantummodò cantus ædunt, quædam trahunt in longum, nonnullæ vtrunque præstare dicuntur: à quibus cantus differentis, diuersa quoque nomina accipiunt, vt quisque à suæ regionis aucupibus sciscitari poterit. Maribus omnibus tamen vox alta est, & plena, fæminis aliquanto exilior, & submissior. Fringutire aliqui volunt esse Fringillarum, & interpretantur adgarrire, *a* Plautum citantes. Apud hunc enim Cleostrata marito suo seni nimis obnixè contendenti, vt Cassina ancilla nuptui detur seruo, quo cum de primo concubitu conuenerat, respondet: *Tu quid Fringutis?* hoc est, quid adgarris? Alij verò frigere exponunt, & præ frigore contremiscere: quasi senex ille frigore subsilire dicatur, vt illis euenire solet, qui spem inter metumq; alicuius rei, quæ illos solicitet, euentum expectant: verbum interim illud à Fringilla deductum non insiciantur, quòd frigore cantet, & vigeat. Ob quas diuersas sententias illud *b* Ennij pariter diuersimodè exponunt. *Hæc anus admodum fringuti nimirum sauciauit sestore Libert.* Quæ verba vtrique, ni fallor sententiæ accommodari possunt. Temulenti namque, & garrire, & contremiscere aliquando consueuerunt. Porrò, vt inde digressa erat, reuertatur oratio, Fringillæ quando concisè canunt, quæri quodammodò videntur, vel rixari: vnde Martialis Fringillarum cantus querelas vocat:

Fringillarum vox.

Fringutire quid.

a In Cassin.

b In Alces.

Nunc Sturnos inopes, Fringillarumque querelas

Audit. Qui verò cantus ab ipsis in longum protrahitur, gratus admodum auribus est, non minus harmonia, quàm sonora voce mirabilis: ideoque in caueis non minus ac Cardueles, & Ligurini passim enutriuntur. Quod modò ad nutritionem pertinet, eadem cura, & ijsdem ferè cibis, ac præcedentes aues enutriuntur, præterquam quòd locustas etiam, & vermes deuorent. His tamen non pascuntur, nisi ad cantum excitare volumus. Quicumque autem aucupio operam nauant, maiorem ex ipsis, quàm ex alijs auibus numerum enutriunt: quod minus garrulæ sint: & si molestia aliqua afficiantur, cantum omninò admittant: quin imò cùm ventus spirat, pleræque obmutescere solent. Vt itaque vnam, & alteram saltem tunc cantillantes habeant, vel vt plures per interualla canentes, vnius, & alterius continuè cantantium vicem suppleant, plurimas alere illis necesse est. Huc accedit, quòd cùm aues callidæ sint, & vapidæ, nullibi consistunt, vbi paratas sibi insidias suspicentur, nisi frequentibus admodum allectricum vocibus allectæ. Vt autem crebriùs, & modulatius canant autumno, & hyeme, aucupes per totam æstatem loco obscuro includunt, & sub autumnum canoras extrahunt. Canere autem incipiunt, cùm ad lucem redeunt, alioquin mutæ, & ad alliciendas reliquas ineptæ. Quomodo recondendæ, & quæ reconditarum cura sit habenda, tùm ipsarum, tùm aliarum huius generis volucrum, quæ cantus gratia aluntur, aliàs satis superque docuimus.

Quando non canãt.

Aues callidæ sunt.

Vt autumno canant.

INGENIVM. MORES. AVCVPIVM.

HOC quoque auicularum genus, vt cæteri Cardueles imperata faciunt pedibus, & rostro vtentes pro manibus cùm vasculum potorium, & escarium ad se filo trahant, vt bibant, comedantque: Quod tamen vt præstent longiore tempore opus est, quàm in alijs. Nam captæ feras admodum sese præbent, neque adeò citò cicures fiunt, aut mansuescunt: quin primis captiuitatis diebus, tanquam se eam ægrè ferrè indicent, rostrum, alasque caueæ clathris continuè allidunt, & sæpè etiam vulnerant. Visæ sunt quæ præ mœrore cibum omninò respuerent, & mortem potiùs, quàm seruitium ferre eligerent. Visæ inquam non rarò sunt, quæ nunquam mansuescerent. Omnes autem primis suæ captiuitatis mensibus præ mœstitia obmutescunt, & nisi adhibitis blanditijs, aut temporis diuturnitate exhilarantur; vocemque nullam proferunt, nisi fortè gemitum quendam, aut eiulatum, si quempiam accedentem cernunt: idque vel timore, vel indignatione facere existimo. Cùm itaque libertatis valdè studiosæ sint, insidias, quibus se illa priuandas iri norunt; deuitare probè callent, & in hoc Ligurinis, & Carduelibus ipsis multò astutiores, & cautiores sese præstant: quare pariter maiori astu in ipsis capiendis aucupes vtuntur, ita enim viscum in arborum ramis disponunt, vt à superuo-

peruolitantibus videri nequeat. Nam cùm illud apertè vident, non minori celeritate quàm timore aliò aufugiunt, nec semel digressæ, vllis amplius allectricum vocibus reuocantur, vt Carduelcs, & Ligurini solent, qui ad alteram tantùm reuocantium vocem reuertuntur. Quare plures allectrices canoras aucupij tempore habere conuenit, quæ ver ferè totum, & æstatem in loco obscuro inclusæ manserint. Alioqui canunt quidem vere, & æstate: sed autumno, & hyeme, cùm illas canere magis expedit, mutæ omninò fiunt. Quomodo verò faciliùs capiantur; docent Robertus Stephanus, & Petrus Bellonius Galli, iubentque in loco plano procul ab omnibus alijs arboribus, & dumis, quà Fringillæ præteruolare solent tres arbores resectas erigi, parum inter se distantes, & ita disponi, vt triangulum efforment, & illas frontibus inferius cingi præcipiunt, vt aues eis libentius insideant. Per medium, inquit Stephanus, funis extenditur perticæ alligatus, ab altera parte sustinetur furca, & è longinquo tenetur ab aliquo. Funi duæ, aut tres Fringillæ annexæ sunt. Virgulæ etiam viscо illite per arbores disponuntur; & non procul hinc duabus, vel tribus caueis inclusæ Fringillæ collocantur, quæ præteruolantes voce alliciant. Illectæ illæ dum curiosiùs Fringillas à fune pendentes, vel caueis inclusas inspiciunt, viscо capiuntur. Hæc illi: obseruarunt præterea aucupes plures capi flante Zephiro, quam alijs ventis, & multò etiam plures si ventus omninò non spiret. Nam tunc, & dimissiùs volant, & meliùs allectricum voces audiunt. Cæterùm non modo viscо, sed retibus etiam, imò multò plùres his, quàm illo capi solent.

NIDVS. PARTVS. VOLATVS. LOCVS.

Vbi nidulentur.

NEQVE terram proximè, neque nimis ab ea distanter nidum construunt. Cùm etenim in fruticibus, & in arboribus nidulentur, vt mediocritatem seruent, in illis summos ramos, in his infimos eligunt. Ipsum autem nidum intus ex lana, quam ex lanigeris arboribus excerpere crediderim, & ex aranearum telis conficiunt, foris ex musco. Quinque, aut sex oua parere referunt aucupes nostri, qui earum nidos æstate in nostris regionibus reperiere. Etsi paucæ admodum tamen apud nos nidificent. Nam aues migratoriæ sunt, & perpaucis exceptis, sub hyemis finem recedunt, autumno turmatim reuersuræ. In Heluetia, si Ornithologo credimus, per hyemem recedunt, fœminæ præsertim. Mares enim illic aliquando complures apparent sine vlla fœmina. Videntur autem diuersa ab alijs auibus natura donatæ; pleræque enim hyeme loca amant calida, seu tepida, æstate frigida, hæ verò hyeme frigida, æstate tepida quærunt, si *a* Bellonio, & *b* Aristoteli credimus. Ego frigus quidem diligere eas existimem, sed moderatum, ab immoderato lædi. Nam cùm magis glacie niuibusque hyems sæuit, adeò offenduntur, vt volare nequeant, vnde etiam in pluribus Italiæ locis tunc temporis manibus capi sese permittunt.

Ex quibus nidum conficiant.

Aues migratoriæ sunt.

a De auib. l. 7. c. 28.

b Hist. lib. 9. cap. 7.

PRÆSAGIVM.

Mane canens quid prænũciet.

THEOPHRASTVS inter reliqua tempestatis signa, duobus locis, si rectè memini, Fringillam manè canentem recensет: quod præsagium efficacius fuerit, si id facere super tectis audietur.

CORPORIS AFFECTVS.

Cui morbo magis sit obnoxia.

IISDEM affectibus obnoxia est Fringilla, quibus aliæ aues: tamen illi quodammodo peculiare esse videtur, quod facilè obcæcetur. Cui affectui medebimur eisdem remedijs à nobis alijs commemoratis: quæ si nihil profecerint, non est, vt in illa enutrienda, in posterum operam perdamus.

DE MONTIFRINGILLA. Cap. VII.

ORDINIS RATIO.

METSI Montifringilla in caueis ali propter cantum non consueuerit, quod nouerim, nisi fortè aucupij causa, ideoq; hunc locum illi non conuenire quis existimauerit tamen quia Fringillæ species à plerisque non temerè censetur, cuius nimirum, & nomen retinet, addita tantùm loci differentia, itaque haud incongruum fore puto, aliquid de illa post Fringillam simpliciter dictam subinde hic subijcere.

ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

NE quis vocabulorum æquiuocatione decipiatur, scire licet, Montifringillæ nomine nonnullos Italorum non solùm auem hanc, de qua modò est nobis sermo, accinere, & patria lingua Frenguello Montanino appellare, sed Coccothraustem etiam, & Rubicillam, de quibus iam suo loco egimus. Ὀρσοσπίζη, inquit, Aristoteles: *nomen accepit à montibus, in quibus degit*. Oros enim Græcè montem, Spiza Fringillam significat. Cui voci omninò respondet nomen Latinum Montifringilla, item Italicum nostrum Frenguello Montanino, & Gallorum Pinson Montain: licet ex his aliqui Pinson d'Ardaine nominent; quod fortè in illa sylua frequens admodũ videatur Heluetij pariter Maldfink, ideſt, Fringillam montanam vocitant, & Thanfinck, ideſt, Fringillam abietum. Cæteris vel saltem plerisq; Germanis dicitur ein Rouuert, vel Schneefinck, VVinterfinck, id est, Fringilla hyberna, aut niualis, à tempore scilicet, quo aduenit.

Oryspiza etymum. Montifringilla. Frẽguello mõtanino. Pinson Mõtain. Pinsõ d'Ardaine. Maldfinck Thanfinck. Rouert. Schneefinck. VVintenda finck. Magnit. Rostrum. Lingua. Color. Cauda. Alæ. Guttur. Pectus. Pedes.

FORMA. DESCRIPTIO.

MONTINFRINGILLA mas, quam hìc describimus, & depingimus, media hyeme cùm magnis frigora fœuiunt, in agro Bononiensi capta, magnitudine æmulatur Passerem simpliciter dictum. Rostrum habet crassum, & acutum, coloris lutei, nisi quòd in extremo nigricat. Linguam crassiusculam, & acutam, Vertex, & collum, dorsumq; ex nigro & ferrugineo variegantur. In vropygio nonnihil albi conspicitur. Cauda pennis duodenis constat, quarum geminæ vtrinq; albo, & nigro distinguuntur. Alas intersecant fasciolæ duæ, quas nigra alia ab inuicem separat. Illarum superior, quæ multò maior est, duplex quodammodo apparet. Nam in parte superiori ex ruffo lutescit, infra candicat. Gutturis pars, quæ rostro subiacet, nigra est; quod ex eo superest, & pectus inter ruffum, & luteum ambigunt Venter verò candicat. Pedes, quàm Fringillæ simpliciter dictæ paulò robustiores. Quæ omnia ab illa, quam describit Ornithologus parum discrepare videntur. Alæ, inquit, duabus transuersis lineis ex ruffo flauescentibus distinguuntur, media linea interiecta. Sunt & lineæ duæ angustiores albæ subluteis statim. Magnitudine Fringillam excedit. Color in capite, dorso, & cauda nigrior, quàm Fringillæ; supina pars albicat. Pectus cum gutture nonnihil ruboris habet. Hæc ille. Cæterum Montifringilla mas à nobis descripta collum non habet cæruleum, quod de Montifringilla tradidit Aristoteles, nisi fortasse ad solis conuersionem color huiusmodi in ea acquiratur. Qui tamen, vt aliquoties obseruaui, in vtroq; colli latere liquidò conspicitur in fœmina. Quæ præterea in alijs, quoque à musculo differt. Nam vertex, ceruix, & dorsum plus habent ferruginei, & minus nigri, quàm in mare. Pars capitis, quæ oculis, & auribus subiacet, & guttur totum, pectusq; coloris sunt magis obsoleti. Alarum linea superior adeo angusta est, & breuis, vt ferè deliteſcat: nihilq; præter aliquid albi in ea conspicitur. In reliquis nihil, aut parum admodum à mare differre conspicitur. Non ignoro quosdam diuersam à nostra de auis huius colli colore protulisse sententiam, mas, inquit, in collo plumas habet cæruleas, quas non æquè promptè in fœmina deprehendas. Sed quicquid dicant isti, contrario modo rem se habere conspeximus. Quæ secundo loco ponitur, colore est pallidiori, & capite prorsus albo. Tertia & postrema priori omnino similis, nisi quod sub rostro nihil haberet nigri: præterea secunda illa fascia lutea, quam diximus esse in alijs, in hac longè erat magis conspicua.

Fœminæ descriptio.

Montifringilla mas cum rubo ideo.



Montifringilla leucocephalos cum laricé communi.



Montifringillæ congener cum cannabe ſpuria facie vrticæ.



VOX. INGENIVM. AVCVPIVM.

Volatus.

NON adeo ſuauis eſt Montifringillarum cantus, vt Fringillarum ſimpliciter dictarum, ideoque in caueis non aluntur, niſi ab aucupibus, vt eis allectricibus vtantur. Abruptam aliquando, aut vnicam tantùm vocem ex interuallis emittentes audiuntur; feles vociferantes diceres. Habent tamen & alium diuerſum ab hoc cantum, ſed inſuauem quoque. Referunt aucupes, qui eas aliquandiù aluerunt, in caueis incluſas, voces aliarum alitum, quas frequenter audiuerint, imitari, præſertim Paſſerum, quos temporis tractu penitus imitantur. Cæteṛùm etſi Bellonius eiuſdem eſſe ingenij, & naturæ cum Fringillis ſcribat, tamen vt partim vidimus, partim ex fide dignorum aucupum relatu didicimus, multò mitiores ſeſe præbent, multoq; faciliùs manſueſcunt, & cicurantur, minuſq; prouidæ, minuſq; callidæ videntur. Nam facillimè tum viſco, tum retibus capiuntur; pauciores tamen, quòd minori numero ad nos adueniant, licet & ipſæ gregales ſint, & nonniſi multæ ſimul conſpiciantur. Apparent autem admodum ſerò, & tunc præcipuè cum agri niuibus, & glacie obſidentur. Plura quæ de hoc auium genere ſcribam, non habeo niſi quod eiſdem ſeminibus paſcitur, quibus aliæ Fringillæ: Veſcitur & vermibus teſte *a* Ariſtotele.

Montifringillarũ cantus duplex & vterque inſuauis.

Cur paucio res capiantur.

a lib. 8. c. 3.

DE LINARIA. Cap. VIII.

INTER CARDVELIVM genera aliquos Linarias etiam annumerare ſuperiùs ex Alberto diximus: quapropter ne ipſas ab illis diſiũgeremus, poſt Fringillas ſubinde de eis agere voluimus. Ornithologus eiuſcemodi auicularum genus imitatione Gallorum, qui Linote vocant, quod Lini ſeminibus potiſſimum veſcatur, Linariam appellat; etſi Ruellius Miliariam interpretetur inquiens: Vulgus Gallicum Linotas, vel meliùs Linarias appellitat: quia cùm rarior apud nos milij vſus ſit, ad linum, & cannabem aduolant, ſicut Carducles

Ordinis ratio.

ducles ad carduos: inde nomen adhuc vulgò remanſit: Nos qui de Miliaria cenſeamus, in Cenchramo aperuimus. Bellonius verò & ipſe Gallus Aegithum Ariſtotelis eſſe aſſeuerat, & Latinè Salũ dicit: ſic nempe Gaza trãſtulit, ſed Plinius ſeruata Græca dictione Aegithus habet. Vtrùm verò quæ de hoc ſcribit Ariſtoteles, Linariæ noſtræ conueniat ſanè omnino addubito. Gybertus Longolius Linariam, ſiue Miliariam Rubetram, (Batin Ariſtotelis) putabat eſſe, quod rubis crebrò inſideat. Nos de Bati ſcripſimus ſupra ex mente Bellonij. Linariam noſtri vulgò vocant Fanello, alibi Faonello, alibi Fanetto, vt Genuæ, non autem Cancuarola, vt perperam ſcribit Ornithologus. Nam ea prorſus alia eſt: nimirum illa, de qua, ni fallor, ſubinde à Curruca mentio facta eſt: Gallis Linotte, Sabaudis Lynuette, Germanis Linſinel, Schoſſzlin, Henſſling, Flacſzſinck, Brabantis Vlaſuinck, Hollandis Knoe, vel Knue, Friſiis Rubin. Nonnulli Germani Eleam, ſiue Veliam auem ſcribunt eſſe paruam, colore pulchro, infernè croceo, quæ voce valeat, quæ æſtate vmbroſa, hyeme aprica loca petat. Germanicè interpretantur Zigelhempſling, & alteram eius ſpeciem, cineream cognominantes, Heidenhemſlin: quæ nomina pro Linaria Ornithologus Germanus ſibi ignota eſſe ſcribit: Eleamque vel potius Heliam à paludibus, quas ab arundinibus ſummis conijcit dictam, neq; Linariam, neq; aliquam eius ſpeciem eſſe arbitratur.

Fanello.
Ornithologi error.
Lanſinck.
Scoſzzlin.
Flachſzlinch.
Vlaſuinck.
Knee.
Elea.
Zigelhemſling.

FORMA. DESCRIPTIO.

Magnit.
Color.

MAGNITVDINE Paſſeris eſt, vel paulò minor, ſpecie verò admodum ſimilis, colore teſtaceo, ſiue ferrugineo ad cinereum vergente, eoq; in mare intenſiore, id eſt, magis ad ruſſum tendente. Mas item in pectore maculis reſpergitur ruſſis, fœmina fuſcis, & maioribus. Alarum rectrices pennæ nigricant, ſed ad latera, & in extremitatibus ſuis candicant, quemadmodum etiam in cauda eſt conſpicere, quæ duodecim pennis conſtat venter, & vropygium albeſcunt. Pediculi breues, graciles, vnguiculi etiam graciles.

Linaria mas cum lino ſylueſtri.



Ca-

CANTVS. VICTVS. INGENIVM.
Morbus. Aucupium.

LINARIA ſuauiſſimi cantus ſui gratia alitur. Cibus apponitur phalaridis ſemen lini, & cannabis, pannicum, auena fracta, & inuicem permixta plerunque. In Holandia ſemine raparum, caulium, & cannabis paſci audio. Adeò hyeme ex eſu cannabini ſeminis pingueſcere eam tradit Porta, vt præ pinguedine pereat, vel ſaltem ei cantandi alacritas adimatur. Dum in caueis alitur. Laborat præterea aliquoties morbo illo, quem ſubtilem dicunt, qui his notis dignoſcitur. Ipſa mœſta ſilet, pennæ obrigent, venter ſolito tumidior venis rubris conſpergitur, pectus ex carne apparet. Accidit ei id morbi genus ex cannabino ſeminis eſu; quapropter alijs cibis eſſet paſcenda. Aſthmate etiam aliquando affligitur, & vocis raucedine; qui affectus remedijs à nobis alibi dictis ſunt profligandi. Tradit Antonius Mizaldus exoriente canicula obmuteſcere, necnon ægrotare, ac plumas vellicando excutere: idque contingere circa medium Iulij; ſicuti toto decennio in vna, & altera ſeſe ait eſſe expertum, atque hinc certum canicularis ſyderis exortum multis indicaſſe Albertus Linariam etiam ex auiculis accenſet, quæ cornu ſuſpenſum roſtro trahunt, ſed poſtquam bibere, temerè delabi ſinunt. Nos vtrumq; vaſculum potorium. ſ. & eſcarum ad ſe roſtro trahentem vidimus, quæ cum eſſent æquilibria, alterum alterum ne decideret, prohibebat. Auis admodum aſtuta eſt, vnde vulgus noſtrum cum aliquem callidum, & verſutum eſſe oſtendere volunt, ſolent dicere egli è vn Fanello: hac de cauſa perpaucæ admodum capiuntur; nam viſcum & agnoſcunt; & vbi retia parata ſunt, facilè ſubolfaciunt, neque vt conſiſtant, vllis allectricum vicibus, aut blanditijs perſuaderi poſſunt.

Cibus.

Aſthma.

Vocis raucedo.

Aſtuta eſt.

DE LINARIA RVBRA. Cap. IX.

ALIAM auiculam Ornithologus Linariam rubram nuncupat, à coccineo vernicis colore, vt apparet. Aucupibus ſuis Schoſſerle appellari ait; aliquibus vt circa Frãcfordiam ad Mœnum Stockenfling; Italis circa lacum Verbanum Finett. Conſiderandum an fortè ſit Aſter Oppiani, an potiùs Carduelis, vt in eius hiſtoria diximus. Circa Norimbergam Tſchutſcherle dici aſſerit; & aduolare aliquando turmatim, & ferè peſtilentiam breui ſequuturam indicare putari: cantu autem non adeò probari, vt ſuperior. Ego pariter bina Linariæ genera obſeruaui, atque hìc depicta, & deſcripta cuiuis ob oculos pono, quibus vertex crocei coloris eſt: ſed in hoc ab Ornithologi aue differunt, quod in pectore, & in gutture, & in vltimis dorſi pennis eius coloris nihil prorſus habeant; ſicuti de ſua ille ſcribit. Prior toto corporis habitu ad Carduelem accedit, per collum, & dorſum, ex luteo fuſca eſt, ſicuti quoq; per initia alarum, quarum aliæ pennæ, quæ rectrices cooperiunt, nigræ ſunt, & in extremitatibus albæ, ſicuti icon demonſtrat, rectrices etiam fuſcæ in extremo cinereæ. Cauda quoq; fuſca, ad latera candicans. Roſtrum luteſcit, infra, & ſupra macula conſpicitur nigra. Vertex miniaceus, Pectus, & venter candicant. Aucupes noſtri Fanello marino, id eſt, Linariam marinam nuncupant. Altera, cui color ille miniaceus magis ſplendet, per tergus, & ſuperiora prorſus ferè leucophea eſt, percurrentibus ſtrijs deorſum vergentibus, & alæ, quàm in ſuperiori longè pallidiores, retro oculos maculam habet fuſcam, rotundam, quæ in præcedenti etiam non eſt. Gula, & pectus leuiter luteſcunt. Venter prorſus albus eſt. Alia eſt auicula, quæ circa Argentinam Gyntel nominatur, referente Ornithologo, & ſeminibus veſcitur, vt Linaria, papaueris, alijſque Gregatim volat. Oua terna, aut quaterna parit, eo colore, quo Linaria. Per dorſum, caput, & caudam fuſca eſt; cruribus rubicundis: pectore ruffo, fuſcis diſtincto maculis: ventre inferiore albicat, vt pictura præ ſe fert.

Linariam rubram.

Schoſſerle.

Stockheng fling.

Finett.

Fanello marino.

Cyntel.

Cibus.

Deſcript.

Linaria rubra cum lino maximo.



Linaria marina cum linaria cærulea.



Gyntel Germanorum cum viſco Indico.



DE ALAVDA. Cap. X.

ORIDINIS RATIO.

ALAVDÆ quod hunc locum inter canoras aues aſſignauerim, aliquis me fortaſſis redarguat. Nam quibuſdam, quarum iam hiſtoriam pertractauimus haud inferior exiſtimari poſſit, imò fortè ſuperior ſi ſuauitatẽ eius, & dulcedinem in canendo, ſi nominis celebritatem cum apud poetas, tùm eos qui ſoluta oratione ſcribunt, ſi denique antiquitatem: vt quæ antiquorum authoritate antiquiſſima eſſe comprobatur, vt quæ inquam ante omnes alias aues, imo ante terram ipſam nata fuiſſe perhibetur ſpectemus. Verùm deſcriptę hactenus auiculæ inuicem aut genere conſimili, aut alio quopiam nexu coniunctæ, nequaquam ſeiungi poterant. Quare age hìc Alaudæ hiſtoriam pertractemus. *Alauda antiquitas.*

ÆQVIVOCA.

KορυδαλλὸΣ auis & vicus Atticæ eſt, Heſych. & Varino, λ duplicato licentia poetica, nam alioqui apud ſoluta oratione ſcribentes, ſimplici legitur, nonnnuquam tamen, & apud hos, vt apud Aeginetam, & alios eadem litera geminatur in eadem ſignificatione. Corydalis etiam præter auem quoddam fumarię genus ſignificat, quam alijs nominibus inter nomenclaturas Dioſcoridi attributas Corydalion, vel Corydalion agrion, vel Corion appellari quandoq; legimus: alijs Splith Illyrica flore luteo. Chelidonium phragmites, & Fumaria lutea montana dicitur. Corydalis autem hæc verba vocatur, vel quod vt auis ipſa, doloribus coli medeatur, vel quod florum veluti calcaria longiuſcula Alaudarum digitis pedum, aut poſteriori ſaltem comparari poſſint. Alauda Latinum, quod hanc auem ſignificamus, nomen proprium, viri eſt apud [a] Martialem, ad quem tanquam ad ſordidæ libidinis hominem ſic ſcribit. *Κορυδαλὸς quid.* *Splith Illyrica.* [a] *Epi. l. 12.*

Ancillariorum tua te vitet vxor, & ipſa
Lecticariola eſt: eſtis Alauda pares.

Alauda

Alauda militis nomen a Syria.l.5.

Alauda iursus nomen est militis, Indonis Hispaniæ regis filij, qui sub Godefredo Duce in celeberrima illa Hierosolymitana expeditione militans occubuit, si a Petro Augelio, Bargeo credimus, qui sic de eo meminit:

Cumque Accone Clephis, prolesque Indonis Alauda,
Indonis qui quondam inter regnauit Iberos.

b In vita Iulij Cæs.

Alauda præterea dicta Romana quædam legio, de qua *b* Suetonius, *Qua*, inquit, *ad legiones quas à rep. acceperat, alias publice, alias priuato sumptu addidit: vnam etiam ex Transalpinis vocabulo quoque Gallico: Alauda enim appellabatur quam disciplina, cultuq; Romano instructam & ornatam postea vniuersam ciuitatem donauit.* De hac etiam Cicero ad Atticum sic scribit. *Antonius cum legione Alaudarum ad vrbem pergere pecuniam municipijs imperare.* Ex cuius verbis apparet non solum legionem ipsam, se & milites Alaudas fuisse dictos. Alaudam verò nomen esse Gallicũ ex Suetonij iam recitatis, & *c* Plinij mox recitandis verbis liquidò constat. Hic enim, *In capite*, inquit, *paucis animalium, nec nisi volucribus apices, diuersi quidem generis: Phœnici plumarum serie, è medio eo exeunte alio: pauonibus crinitis arbusculis, Stymphalidis cirro, Phaliana corniculis: præterea parua, quæ ab illo Galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat Alaudæ.* Ornithologus ostendere aggrediens, cur legio illa sic dicta fuerit. Et quoniam, inquit, Alauda vocabulum Gallicum fuisse perhibetur, nostram super eo coniecturam qualemcunque explicabo. Veteres Gallos magna ex parte lingua Germanica vsos esse constat, & cùm Cicero, vt modò recitaui, Alaudas: cæteroſque veteranos dicat, Alaudas quoq; de veteranorum cõditione fuisse conijcio, præsertim ex natione Germanica, siue Gallica oriundos. Nam veteranos, & homines quosuis ætate progressos lingua nostra vocamus die alten, vel alden. Nam inferiores Germani olden pronunciant. Hanc tum Ornithologi coniecturam *d* Io. Goropius Becanus, aliam ipse afferens in multis reprehendit: vt eius verbis, quæ hic subijcere non piguit, cuilibet palam esse poterit. Quibus, inquit, cùm Plinium, & Suetonium citasset, cùm nihil clariùs esse possit ad docendum, Alaudæ nomen Gallicum esse, nihil amplius aliorum testimonia morati, exponamus, quid Alaudæ nomen ad veram rationem vocatum designet. Al enim esse, & Aut, vel Aud antiquum, ne balbutientibus quidem de plebe nostro pueris ignotum: è quibus vocibus si nomen componas, quid aliud dices, quam omne antiquum, quasi diceretur, hãc auem apud omnes in omni re habendam antiquissimam? iam si Al-auden dicas, in plurium numero locutus intelligeris, nihilq; aliud notasse, quàm omnes antiquos esse. Quoniã autem & auiculæ, & legioni nomen idem tributum videmus, prius id examinemus, quod facilliorem habet approbationem. Galli ergo in Romanam militiam Julij Cæsaris adsciti, Gallicum sibi nomen sumpserunt, non Romanum: infami hominũ nostratũ huius temporis nota, qui quauis vel corruptissima lingua, quàm sua ipsorum, quàm purissimam hactenus habemus, vocari malunt. Quale verò nomen sibi indiderunt? Nempe tam nobile, & honorificum, vt vix nobilius, aut honorificentius legioni dare posset. Quanti fuerint apud Romanos veterani qui nescit, is in eorum historia se per parum, vel nihil legisse fateatur: Cùm igitur hos in summo honore cùm apud cæteras nationes, tùm apud Romanos esse Galli scirent, sic legionem suam nuncuparunt, vt se omnes veteranos esse ipso nomine iactarent. Quid enim aliud significat Al-auden, quam omnes veteranos esse in plurium numero voce pronunciata? Quod licet cæteri fortasse Latini sermonis scriptores ignorarint, à Cic. tamen diligẽter obseruatam videmus, vt legionis nomen in hoc numero ponat. Sic dixit, *Alaudas ab Antonio iudices lectos*, & iterum *Antonium cum legione Alaudarũ vrbẽ pergere.* Quid? Quod idem videtur satis perspexisse hanc vocis significationem, cùm dixit: *Huc accedunt Alauda cæteriq; veterani.* Sunt ergo Al-audem in lingua nostra, qua hactenus vtimur, ijdem qui Latinis ad verbum, omnes veterani dicerentur. Ornithologus, dum Alaudas ab Alten, seu Alden dici scribit, addens veteres Gallos lingua Germanica magna ex parte vsos esse, nec id de Germanis inferioribus capi volens, quos dicit Olden, non Alden sonare, tria vna in re peccat. Neq; enim Alaudæ ab Alden, sed ab Alauden dicunt, neq; Germani inferiores Olden solum, sed Alden ẽt dicunt: tametsi hæ voces ad superiores potiùs spectent. Propria enim ipsius pronũciatio Auden habet. Neq; verum est Gallos olim Germanica lingua superiore vsos esse, cum clarum sit Cimbrorum sobolem fuisse, quorum sermo hactenus apud Brabantos Campanos integerrimus extat: quem Gallos olim loqui solere, si non exijs, quæ in Gallicis originibus tradidi: at certe ex hoc Alaudarum nomine clare docetur: in quo ne vnus quidem apex esset immutatus, nisi Latini more suo ipsum terminassent. Porrò quo clarissimo nomini, quo omnes se veteranos esse significabant. Symbolum responderet, eiusdem rei habens notationem, auiculam sibi sumpse-

Militis Alaudæ dicti c.l.1.c.27.

d Hierogl. lib.18.

Al, & Aut, vel Aud quid Cimbris.

Alaudarũ militum symbolum.

runt,

runt; quæ non voce tantùm, & nomenclatura conueniret, ſed omnium, gentis ſuæ hominum confeſſione vetuſtiſſima etiam haberetur. De ſigno igitur Alaudam non malè dicas: ſed ſi primum nomen ſpectes, Alaudas melius vocaris. Crediderim equidem, nec eſt etiam cur dubitem, Alaudas dum à Romanis nominis ſui cauſam rogarentur, reſpondiſſe ab auicula ſibi nomen contigiſſe, atque inde Plinium ſic literis prodidiſſe. Videmus itaque nunc fabulam eam, quam antiquiſſimi Græci Aeſopo acceptam referunt, ad vnguem quadrare cũ Cimbrica Galeritæ nomenclatura. Hæc omnia Goropius: cui ſi credimus, omnes veterani milites Alaude dici poſſunt: Quidam etiam ſcribunt recentiores milites qui galeis vterentur, dictos fuiſſe Alaudas, hac de cauſa nimirum, quod aues ipſæ Alaudæ dictæ, galeatæ eſſe videntur. Poſſent etiam Alaudæ dici, vt Ornithologo placet, milites illi, qui vt excellentiores videantur, Struthionum, alijſue pennis pileos, aut galeas ſuas faſtigiare ſolent. Alauda poſtremò apud Rondelentium nomen eſt piſcis, ſicuti etiam Galerita, quo poſteriori etiam nomine auis noſtra ſignificatur, qui duo piſces ſic appellati fuerunt, vt videtur, ob ſimilitudinem quandam quam cum hac auicula gerunt: Ornithol. his tertium addit, quem Venetijs Gutturoſam, vel diminutiua voce Gutturoſulam vocant, la Gottoroſola, vt vulgus effert: à prominente opinor, ſub faucibus tumore. Gallus quidam Gallinam maris, mihi nominabat à crinita nimirum. Germanicè, & hunc, & priores Alaudas communi nomine ſeeleychen, hoc eſt, Galeritas marinas nuncupari poſſe ait. a Bellonius deniq; auem quandam circa aquas degentem Alaudæ colore, & magnitudine ſimilem Gallis Alaudam marinam dici teſtatur. Atque hæc de huius auis nominum æquiuocatione dicta ſufficiunt.

Alauda per dici poſſit.
Alauda piſcis.
Galeritæ piſcis.
Gottoroſula.
Gallinæ maris.
Seelychen.
a De auib. l. 4. c. 24.
Alaudæ marina.

SYNONYMA.

CVM plures ſint Alaudarum ſpecies magnitudine, forma, & alijs quoque notis ab inuicem diſtinctæ, illas nomenclaturas primùm afferemus, quæ omnibus ſimul adaptari poſſunt, ſed quarum pleraque criſtatis præcipuè conueniunt, peculiares cuique ſpecies, cum de illis priuatim agemus aſſignaturi. Κόρυς igitur, Κορύδαλος, & Κορύδαλλος, & Κορυδαλλὶς apud Theocritum duplici λ, & Κορύδος propter galeam, quæ Græcis dicitur κόρυς, Alaudam ſignificare creduntur. Hermolaus Barbarus Scordalon addit; ſed Ornithologus Corydalon legendum eſſe ducit; cui ego libenter hac in re aſſentior: & reuera apud neminem huiuſmodi dictio legitur. Ex hiſce Κόρυδος apud Galenum, Paulum Aeginetã, Theocritum, & alios pro paroxitonum legitur. In auibus verò Ariſtophanis in textu, & in ſcholijs oxytonum duobus in locis, vt apud Varinum quoque. Apud Athenæum Ἐχρατησὸ Κορύδος paroxitonum habetur, ſed perperam, vt conijcit Ornithologus. Ariſtophanes in auibus Κορύδων genere fœminino protulit: Plato comicus maſculino. Κορυδὼν apud Ariſtotelem alicubi legitur, vt cùm ait, ποικιλίδες, & Κορυδωνες inter ſe pugnant. Quapropter dubitant Varinus, & Ariſtophanis ſcholiaſtes, nunquid ibi Philoſophus aliam ab Alauda auem intelligat. Nos eandem intelligere credimus, licet terminatio varier. Κορύφαλος genus auis, Suidæ, & Varino, Alauda fortè, ſed cùm apud authores nuſquam, quod nouerim, vox hæc reperiatur Κορυδαλος fortaſſis legendum fuerit: niſi quis, vt ait Ornithologus, pro eodem Κορυφὶων, & Κορυδα accipiat, & ab hoc Corydalon, ab illo Coryphalon deriuet. πίπιγξ Heſychio Alauda eſt, πίπιξ verò Varino eſt auis longè alia, vt quam velit ſic dictam παρὰ τὸ πίνω, id eſt, à potu: quòd aquis gaudeat πίφαλλις, πίπιγξ idem etiam habent. Eadem autem auis fortè fuerit, de qua Ariſtoteles, *Pipbex*, inquit, *Harpa, & Miluus amici ſunt*, vbi Græcè πίπιγξ ſcribit. Ornithologus auem eſſe conijcit, quam Barbari Vanellum, Heluetij Gitfitz per onomatopœiam appellant. Gaudet enim & hæc quoque aquis Alauda à Græcis hodiè vulgò Guzula dicitur, Hermolao Barbaro teſte, & τρωλίτις, vt refert Ornithologus. In Creta verò, ſi Bellonio credimus, Chamochilados nuncupatur. Quod modo ad Alaudæ etymologiam attinent, ſuperiùs, rationem adferentes, cur Tranſalpinam illam legionem à Cæſare conſcriptam Alaudam dicerent, verum, ni fallor, illius etymum ex Goropio adduximus: quapropter de reliquis eius nomenclaturis differere expediet. Sed prius cum Ornithologo recentiores illos ridere libet, qui Alaudam à laude nominatam aiunt, quòd nimirum Deum laudare videatur cantu ſuo, vel quòd ipſa digna ſit laude, mira alacritate pennis in aere exertis muſicam, & canoram ſe declarans, velut à laudato cantu ſic dictam innuentes. Quomodo enim Gallicæ, & Germanicæ voci origo Latina quadraret? Quod modo ad Galeritam, & Caſſitam attinet, hæc vocabula, licet Alaudæ criſtatæ potiſſimùm conueniant

Κόρυς.
Κορυδαλός.
Κόρυδος.
Κορυς Græcis quid.
Κορυδων.
Κορυφαλος.
πίπιξ.
Vanellus.
Gitfitz.
Cuzela.
Τρωλίτις.
Chamochilados.

attribuuntur tamen abuſiuè etiam minoribus, quarum vertex planus eſt, & non criſtatus, & à galea, quæ caſſis etiam dicitur: deducta fuiſſe quis haud ineptè exiſtimet: niſi tamen Galeritam à galero dici quis malit, cuius ſententiæ eſt omninò *b* Goropius; illud inſuper addens, ſi aliundè non conſtaret, quæ galeri quondam fuerit forma, ex hac ſola auiculæ nomenclatura deprehẽderetur. Cæterùm licet apud Latinos fœminino genere plerumq; efferatur, Varro tamen Galeritum maſculina terminatione dixit; In Caſſita verò eſt annotandum, penultimã produci, cùm in Caſside, à qua deriuatur, vt diximus, cortipiatur, vt apud Propertium:

b Hierogl. lib. 8.

Galeritus.

Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem.

c Aen. l. 11. Et *c* Virgilium.

Aureus ex humero ſonat arcus, aurea vati
Caſſida.

Vbi Seruius ex accuſatiuo, inquit, Græco facit nominatiuum Latinum: Sunt qui aliam Caſſitæ originẽ tribuant, & ab Haſſida nomen eſſe corruptũ putent: de qua re ſic apud *d* Pierium legitur: Memini verò, & illud diſputaſſe te, Latinorũ aliquod per Haſſidã Caſſitã interpretatos, fabuloſeq; Gelliũ fabulam cõmentum de nidificatione in agris, & ſegetibus, ſed eũ apologum, non hiſtoriã ſcripſiſſe dicebaſq; Latinos noſtros vnà cũ Græcis, quippè qui ſint ad diuinos ſonos ſoli barbari, cùm ſacris litteris careant, aſpirationẽ grauẽ in c literã mutare ſolitos, & pro filio Noa Hã ſcriptitare Chã: pro Ahab Achab; pro Ohozia Ochozia. Et Blondũ in aſportando D. Marci corpore, Suũ tergis operto exclamatũ ſcribere Cancir, Cancir, ab ijs, qui Alexandriæ cuſtodes erant, cùm Hazir Arabum lingua enunciaſſent, quæ vox ſuẽ ſonat: Eſſe verò Arabum linguam Hebræorum linguæ non abſimilem, & hos, & illos æquè ſuillam abominari manifeſtum eſt. Qui quidem error à quodam noſtri temporis nouo interprete omnibus diuinarum inſtitutionum ex hiſtoriæ tam vetere, quàm nouæ libris ſupra quàm dici poſſit, auctus eſt. Hæc apud Pierium, quæ omnia hic adducere non piguit, vt modus magis dilucidè innoteſceret, quo Caſſitæ nomen ab Haſſida corruptum fuiſſe ille exiſtimet. Pro Ciri pariter vir doctiſſimi non pauci Alaudam interpretantur, & in hanc Scyllam. Niſi regis filiam, cùm patrem fatali crine ſpoliatum Minoi prodidiſſet, mutatam fuiſſe volunt: cuius nominis etymum *e* Ouidius deducit à verbo Græco, χείρω, quod eſt tondeo, alludens nimirum ad fabulam, qua Scylla purpureum. Niſi patris crinem fertur totondiſſe. Sic enim ait:

d Hier. 17.

Nazir quid Arabis.

Ciris an Alauda ſit.

e Metam. l. 7.

Plumis in auem mutata vocatur Ciris, & à tonſo eſt hoc nomen adepta capillo.

Apud *f* Oppianum Cirris geminator legitur, atq; ita etiam ſcribit Iulius Cæſar Scaliger, nomen hoc à cirris deductum eſſe innuens; qui tamen omninò negat Cirrim eſſe Alaudam, ſed potiùs Phœnicopodem, ſeu Hæmatopodem auem cruribus rubris, & cirris in capite, duobus, vt videtur, potiſſimùm nixus argumentis: nam Alaudæ, vt ille oppinatur, cirri non inſunt, ſed plumarum ſeparatarum ſerie criſtam efficiens, vbi ſuſtollitur. Cirri autem, vt ille exiſtimat, pinnulæ ſunt oblongæ pulcherrimæ, quas in Phœnicopode ſua reperiri affirmat, ſicuti etiam pedes rubros, qui in Alauda non ſunt, quod Cirrim non eſſe ſatis clarè arguere videtur. Nam Virgilius Cirrim, de qua opuſculum compoſuit, quod etiam Cirrim nominauit, tradidit eſſe pedibus rubris. Sed *g* Scaligeri verba clarioris doctrinæ gratia hic inſerere non pigeat. *Albo* (Ardearum generi, de quibus ſupra egetat) *ſimillima*, inquit, *Phœnicopus maior, minorq; Taurini vtranq; Garzam, Aremonici minores Egrettas nuncupant. Crurum tantùm rubore: vnde & nomen, ab Ardea differt. Quo loco doctiſſimorum virorum lapſus notandus eſt, qui Cirrim Virgilianam putarunt eſſe Galeritam: ſolius apicis ductu ſpecie, quæ vtrique quidem generi communis haud parum tamen differt. In Alauda plumarum ſeries ſeparatarum criſtam efficit, vbi ſuſtolluntur: Cirri pinnulæ oblongæ pulcherrimæ, quibus addebamus pileolis decus iuuenes inſani, ventoſiq; ingenij teſtimonium: ſicut ederam cuppæ, atq; ænopolio. Neque verò ſolus error eſt. Eſt comes alter illi. Cùm Haliætum Falconem pingit Albertus, cuius pes alter vncis vnguibus armetur ad auium prædam, alter ſit Auſtrino ſimilis ad natandum. Idem Falco, Niſus, Haliætus è Virgilij poemate. Niſus. n. in Haliætum, eo cæmente mutatus eſt. Falco noſter Phœnicopoda prædatur ad victum. Niſus apud Maronem Cirrim. Tertia itaq; multorum culpa, qui Niſum Sparuerium exiſtimarunt, quia Cirrim pro Alauda capiebant, ſaltem Smerilium dixiſſent. Sparuerium aliquandò à Græco deduxiſſem παρὰ τὸ σπαράττειν aues, quam vocem in Italiam ſimul Hexarchatus cum Græcula ſuperbia impertaſſent, niſi Germanicè ſit eum appellaremus. Cæterum quæ de Cirri opinio ad Alaudam translata eſt, cum tàm alitè inſederit in animis, hominum, vix vt vllo pacto auelli poſſe videatur (quippè etiam, dũ hæc ſcriberemus, amicus meus ſummus, idemque doctiſſimus pertinacia ſua huic ſententiæ imminebat) teſtimonio doctiſſimi poetæ labes hæc elucuda eſt. Ille in eodem poemate ſic.*

f De aui. l. 1.

g Exc. 333. Phœnicop. Garza.

Cirri quid.

Niſus non eſt Sparuerius.

Inde alias partes, minioq; infecta rubenti
Crura.

Hæc

Hæc omnia Scaliger. Quibus sanè argumentis Cirrim non esse Alaudam omnino conficere videtur. Quod autem dicat, multos, quia Cirrim pro Alauda capiebant: Nisum Sparuerium existimasse, posset è cõtra dici multos, quia Nisum pro Sparuerio capiebãt, Cirrim Alaudam existimasse. Nam Sparuerius Alaudis maximè insidiatur, & infensus est: quod Virgilius de Niso, seu Haliæto in Cirrim testatur. Sed iam reliqua synonyma prosequamur. *Alcanabiri*, inquit Bellunensis, (aliàs Alcanabir, Canaberi) *est auis nota Damasci, cuius meminit Auicenna in curatione colici affectus; & creditur esse auis illa, quæ Venetijs Lodola* (Alauda) *aliàs Capellata* (Alauda cristata) *dicitur*. Idem Bellunensis apud Auicennam legit Cambura, Canaberi, vel Canberi, & Lodolam interpretatur. Apud Serapionem pro Hanabroc interpres Vpupã ineptè interpretatur, quẽ tamen sequitur Syluaticus. Rectiùs mea sententia Aggregator ibidem Kambrah legit, & & Capellutam interpretatur. *Alcubigi*, inquit vetus Auicennæ glossographus, *est auis, quæ dicitur Alauda Cappellata*; sed Bellunensis interpretatur auẽ Perdici similem, aut ipsam Perdicem secundũ aliquos. Galeritæ cristatæ, inquit Albertus nimirũ, ex Auicenna Græcè id vocantur. Idẽ alibi Auicennã, & eius interpretẽ sequutus pro Græca voce Corydos ineptè scribit Kocoroz, & alibi Coratoz, & Forodoz. Apud Rasim Finore nominantur aues, quibus easdem vires attribuit, quas Alaudis. Quanquam autem plurima ex iam commemoratis nomenclaturis, vt diximus, Alaudæ cristatæ tantùm conuenire videãtur, tamen aliquando ad omne genus Alaudarum abusiuè vsurpantur: vnde *b* Aristoteles differentiæ gratia cristatam, λόφον ἔχουσαν periphrasticè vocauit. Quapropter haud rectè sensisse videtur, qui Corydalis omnibus cristam inesse affirmauit Italicè vocatur Lodola, Allodola, Allodetta. Gallis Alouette, Hispanis Cuguiada, Germanis Lerch, Anglis Lerck, vel Larck, vel Lauerock, Illiricis Skrziuuan, Saxonibus, & Flandris Leeuuerck, & inter hos Batauis Leeurik, quæ duo postrema vocabula admodum similia videntur Cimbrorum Leeuvvere: cuius nominis etymum reddere conatur *i* Goropius inquiens in illo v, consonantem pro f, littera duriore ad compositionis mollitudinem fuisse aduocatam. Integre enim ait, & extra compositionem Leefuuere diceretur: qua voce idem significatur, quod Romanus vitæ opus ad verbum verteret: siue malis Latinius totius vitæ officium, atq; munus: Mirificum me Hercules (addit Goropius) & portentosum nomen. Quid enim, vel tantum, vel tanti in hac pusilla auicula esse potest, vt in eo vitæ opus consistere meritò dici possit. Ego sanè quodnam hoc opus sit, siue munus, quod totius vitæ summam ijs complecti visum est, qui hoc nomen exiguę huic alti dederunt, non ex libris vllis, sed ex maiorũ accepi traditione, qui mihi adhuc puero frequenter narrarunt, hanc auiculam quotidie septies in altum euolare, quò hymnos cãtet suo creatori: vnde factũ, vt postea in adolescentia mirarer, dũ viderem Psalmistam cecinisse, *Septies in die laudem dixi tibi*. Ex hac re forte quidam arripuerunt occasionem, vt Alaudã à laudando nominari docerent, cùm tamẽ nihil sit putidius, quàm vocabulo Gallico Latinã ascribere significationis causam, & ipsa adeo vocum causa, tãquam ex summo tribunali sentẽtiam ferat, cuius sermonis nomina statuenda sint. Quando itaq; nullum aliud præcipuum Alaudæ opus commemoratur, quàm quod septies, id est perfectissimè omnibus modis, & semper Deum laudet, atq; demulceat, in hanc cogimur descendere sententiam, vt hoc ipsum, Deum nimirum assiduè adorare, & laudare, dicamus ipsum ipsissimæ vitæ opus apud maiores nostros iudicatum fuisse. Hactenus Goropius de Leeuvvere etymo, quo nomine apud Cimbros Alauda appellatur. Qui item paulò inferiùs alteram affert huius nominis rationem, quã cùm ex eodẽ de Alaudæ apice disputauimus, adducere nõ pigebit. Et hæc de nomenclaturis omniũ Alaudarum generatim, quarũ tamen pleraq; cristatis præcipuè cõueniũt, dicta sunto. Reliqua, quæ singulis Alaudarũ speciebus propria sũt, suo loco referemus.

Cirrim non esse Alaudam.
Alcanabiri.
Canaberi.
Cambura.
Hanabroc.
kambrah.
Alcubigi.
Kocoroz.
Coratoz.
Forodoz.
Finore.
b H.l.9.c. 25.
Corydalis non omnibus cristam inest.
Lodola.
Alouette.
Cuguiada.
Lerch.
Lerk.
Skrziuuã.
Leeuerck.
Leurick.
Leeuvvere etymum.
i Hierogl. l.8.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

ALAVDARVM *duo genera*; inquit *a* Aristoteles, *alterum nempè cristatum, quæ propriè Galerita à crista appellatur: alterum gregale, nec singulare more alterius, verum colore simile, quanquam magnitudine minus, & crista carens, cibo verò idoneum.* Cæterum præter hæc duo commemorata à Philosopho genera, alia etiam agnoscit nostra ætas non parum diuersa: cuiusmodi sunt Alaudæ illæ, quæ supradictis magnitudine cedunt, & crista insigniuntur; quapropter eas aliqui non ineptè cristatas minores vocitant. His admodum similes sunt, quæ syluestres appellantur eadem nimirum magnitudine, quæ & ipse crista decorantur, sed albicantiores sunt, præsertim parte supina, nempe ventre, & circa collũ, & oculos. Annumerant etiã Alaudis, nec iniuria aucm illã, quæ Italis Calandra dicitur, quæ nõ nisi magnitudine ab illis differt, vnde nos de ipsa inter Alaudas agemus. Addit postremò *b* Bel-

a Hi. l.9.c. 25.
Calandra.
a de Auib. lib.5.c.25.

Farlouse. Falloppe. Alouette de pre.

lonius aliam Auiculam quandã Aludæ valdè simile, sed minorẽ, Gallicè Farlouse, siue Fallope, seu Alouette de pre, ideſt Alaudã pratorũ nominatã. De quibus singulis priuatim suo agemus loco, si prius quæ omnibus, aut saltẽ pluribus adaptari possunt, prius percurrerimus.

FORMA. DESCRIPTIO.

a Hist. l. 9. c. 13.

A *Laudæ magnitudine est lutea auis*, inquit *a* Arist. Galenus verò, & Actius adsimilem esse dicunt Passerculis, qui Pyrgitæ, & Troglytæ nominantur. Passer qui sylvestris, & maior cognominatur, vt ait Actuarius, Alaudam magnitudine refert. Suidas, & Varinus eas Coturnicibus similes esse dicunt: quod de colore accipiendum est. Color etenim πυρραυχὴς, ideſt testaceus, teste Gyb. Longolio, communis est ferè pulueratricibus, vt Alaudæ, Perdici, Coturnici, quidam ἐρυθροβαφὲς ac à colore fuisse dictas coniiciunt, à verbo nimirũ ἐρύω, quod est vro; quòd ad flammeum colorem accedunt. Sed magis placet huius nominis causam ad fabulã referre, quę à nobis suo loco explicabitur. *Alauda*, inquit Albertus, est *coloris cinerei* (Ornith. lectionem corruptam esse coniicit, & terrei legendum existimat, cui libenter assentior; nam præterquam quod author de natura rerum terrei coloris esse scribit, in Alaudis, quas quotidie ferè videmus, ille color, non cinereus conspicitur) *paulò maior Passere* (id solum cristatæ maiori conuenire videtur) *& in posteriore digito pedis longissimum habet vnguem*. Scaliger vngues rectos illi assignat, & longissimos.

MORES. INGENIVM. VICTVS.

Aues sunt Pulueratrices.

a Hist. l 9. c. 50.

ALaudæ ex illarum auium numero sunt, quæ se puluerare consueuerunt. Sic enim de eis, inquit *a* Arist. *Sunt pulueratrices, quæ non altuolæ, sed terræ propinquæ, vt Gallina, Perdix, Attagena, Alauda, Phaliana*. Cæterùm, quòd terræ propinquis annumeret, id sano modo intelligendum: Non etenim semper id faciunt: sed sæpè in sum mum aerem alis sese attollunt; & quoties altiùs tendunt, eò suauiores, frequentioresq; cantus edũt, ad quod Bapt Mant. hisce versibus allusit:

Prole noua exultans galeaq; insignis Alauda
Se leuat in nubes, & carmine lydera mulcet.
Cantat, & ascendit, ductoq; in aera gyro

b De Ani. li. 1. c. 35.

Quod ad animi dotes attinet, illis natura sicut permultis alijs animalibus, quandã naturalem pespicacitatem ingenuit, qua noxia cognoscerent, & cognita subsidijs quibusdam subterfugerent. Contra fascinationis metum gramine (in nidũ ingesto) se tueri tradit Aelianus, & folia quercus comedunt, vt ait *b* Philes: qui laurei etiam folijs vesci scribit, sed valetudinis, an cibi gratia, an alia de causa non satis est manifestum, alij id diligentiùs inquirãt: ego interea hìc aliquid de earum victu dictã. Est autẽ idem ferè, ac pleriſq; canoris cõmemoratis auibus, quibus durũ est rostrum. Vermes etiam deglutiunt, & attelaborũ ex locustarum genere, ova

c li. de Ibid.

diligenter perquirunt, & conficiunt. Quod postremum est à *c* Plutarcho traditum, addente, eas idcircò à Lemnijs colisciuius rei quoq; meminit Cælius Rhodiginus his verbis: Sanè constat, bouem, atq; ouem, & ichneumonem vtilitatis, ac beneficij gratia in cultu fuisse. Sicuti Lemnij colunt Corydos, ideſt, Alaudas, quod ova locustarum scrutentur, & perfringant.

LOCVS. MIGRATIO.

a Hist. li. 9. cap. 8.

EX *his* (humi scilicet nidulantibus) inquit *a* Philosophus, *Alauda, & Gallinago, & Coturnix nunquam in arbore consistunt*. Quod quidem, vt plurimum est verum. Tamen

b Hist. l. 8. c. 16.

ego aliquando Alaudas, etiam cristatas nudis arboribus insidere obseruaui, præsertim, quæ rugoso, & minimè læui sunt cortice. Quòd autem eas alibi idem *b* Aristoteles inter

c l. de Anim. subtc.

aues latere solitas recenseat: id non omnino verum est, licet illi astipulari videatur Georgius Agricola, qui de eis, alijsque auibus ita scribit. At Hirundines tam domesticæ, quam agrestes in loca vicina, quæ sunt tepidiora secedunt: quæ si defuerint eis, se in angustis montium locis condunt, in quibus aliquando etiam Sturni, Palumbes, Turtures, Merulæ, Turdi, Alaudæ, Vpupæ latere consueuerunt. Siue autem in arboribus, siue in montibus latuerint, eo tempore deplumes conspici solent. Hęc ille, id tamen aliquando tantum euenire

d de auibus l. 5. c. 22.

pronuncians. Quippè in Italia omni tempore conspiciuntur, sicuti & in Gallia; quod scribit Bellonius, quiq; mendum in *d* Aristot. contextu suspicatur. Semper enim vt ille inquit, & Galen. scripserat, in vijs obuiæ nobis sunt, præsertim hyeme. Et licet illi de cristatis id pronunciasse videantur, tamen reliquas quoq; idem facere experientia didici: Sicut contra, quam Turnerus non cristatis attribuit, quod scilicet ad ripas lacum magna ex parte degant, cristatis esse magis ex vsu: neq; interim, inficias iuerim id ab illis, quæ crista carent non esse alienum. Mirum Alaudas, neq; Coturnices in Andalusia non conspici, quod *e* Auerr. tradit.

NIDVS.

NIDVS. PARTVS.

NIDVM Alaudæ humi construunt, ex siccarum herbarum radicibus. Sunt qui ex siccis stercoribus illum conficere dicant; Alaudam cum Vpupa turpiter confundentes nominis ęquiuocatione decepti. Nam Hanabroc aliqui Alaudam non male, licet aliter sit legendum, aliqui Vpupam perperam interpretantur. Ter anno nidificant, vt est ab aucupibus obseruatum, nempe circiter calendas Maij, & Iunij, & paulò post Idus Iulias. Sed hoc perpetuum, & stabile non est. Nam pro temporum constitutionibus id aut tardiùs, aut citiùs euenit. Oua pariunt quinq;, plus minus. Quod autem vulgò receptum est oua illarum a bufonibus foueri, & excludi, id quidem vt ridiculum est, ita potiùs ab eisdem, reptilibus, & mustelis oua deuorari crediderim. Sed (quod suspicor, huius deliramenti imperitis occasionem præbuisse) rarò à parentibus fouentur. Nam, vt inquit Albertus modico calore egent, vt excludantur. Quod ideo fortè euenit, quia *nidum suum auræ patere cupiunt*, teste *a* Philosopho, & superincidentes solis radij parentum defectum supplent. Etsi verò nidum auræ patere cupiunt, eum tamen ita recondunt, vt prætereuntium, & Accipitrum oculis minus obuius sit. Quod innuit *b* Aristoteles, cùm inquit, *Quæ autem minus volant, vt Perdices, & Coturnices non nidis, sed condenso frutice prolem muniunt: sicut Alauda, & Tetrix.* Cæterùm in segetibus quoq; & in gramine eum sæpè occulere consueuerunt: Quorum priùs innuit apologus, qui de Alauda in segetibus nidificante apud multos legitur, posteriùs confirmat hoc *c* Alciati distichon.

Quot oua pariant.

a L. 6. c. 1.

b Hi. l. 6.

c Embl. 26.

Oculis instexo nidum sibi gramine Alauda,
Vulgò aiunt, pullos sic fouet illa suos.

Postquam oua exclusa sunt, matres de pullis admodum solicitæ sunt, quæ prius oua negligere putabantur, & eos ferè implumes adhuc è nido in agros ad pastum educunt fortassis, vt eos prædantium iniurijs citò eripiant. Quæ præpropera pullorum eductio me puerum adhuc sæpius fefellit. Cùm etenim illos recens exclusos, & nudos ferè plumis obseruassem, post triduum ad nidum reuertens euolasse iam reperi. Quod in Perdicibus quoq; & Coturnicibus, aiijsque id generis alitibus à me & ab alijs est obseruatum Cuculus in huius alitis nido libenter nidificat, vt ex *d* Aristotele patet. *Cuculus*, inquit, *vt antea dictum est non nidificat, sed in nidis parit alienis, & præcipuè in Palumbium, & Curruca, & Alauda humi.*

d hist. li. 9. cap. 29.

CANTVS. VOLATVS.

ALAVDIS peculare videtur esse, cùm volant, dulciùs, & sine intercessione canere, quàm cum cursitant. Nam cùm humi quiescunt, aut nunquam, aut rarò cantant. Hunc canendi, & volandi morem annotat Albertus. *Cantat*, inquit, *ascendendo per circuitum volans, & cum descendit primo quidem paulatim id facit, & tandem alas ad se conuertens* (contrahens) *in modum lapidis subitò decidit, & in illo casu cantum emittit.* Hæc Albertus. Quæ in caueis captiuæ asseruantur, hanc sibi à natura ingenitum morem, quoad licet seruare conantur. Nam quoties cantillant alas motitantes volatum quodammodo altum exercere velle videntur. Porrò non omni tempore æquè suas cantilenas ædunt: quod alijs alibi auibus euenire diximus. Matutino namq; potissimùm audiuntur, meridiano silent. Vnde scribit *a* Theocritus messores consueta munia incipere debere cum Alauda excitatur, labore cessare cùm dormit:

a Eidyl. 7.

Ἄρκεσθαι δ' ἀμῶτας ἐγειρομένω Κορυδάλλῳ
Καὶ λήγειν εὔδοντος ἐλίννυσαι δὲ τὸ καῦμα, id est,
Messores incipere oportet, cùm Galerita excitatur:
Et desinere cum illa dormit & sine sensu tolerare æstum.

Sed & cum cælum sudũ est, incessanter canit pluuio, aut nubilo obmutescit. Cuius rei meminit author de natura rerum, *Alauda*, inquit, *mira alacritate pennis exertis in aere vocis modulatione lætæ serenitati temporis quasi applaudit. Nam nubilio pluuione cælo vix, aut vnquã canit vt neq; humi, sed inter ascẽdendũ. Ascendit aũt paulatim: subitò verò & instar lapidis descendẽs cantillat.* Hæc ille, in cantu autem quodãmodo sibi applaudere vr̃, vt innuit Dantes his versibus.

Quando non canat.

Qual'Alodetta, che'n aere si spatia
Prima cantando, e poi tace contenta
De l'vltima dolcezza, che la satia.

CAPIENDI RATIO.

a In Ixeut. QVOMODO capiantur visco Alaudæ, docet a Oppianus, *Auceps* inquiens *Noctua expositain aspide aliqua area, subinde funiculum attrahit, & virgulas vndiq; circumpositas visco illinit. Tum Alaudæ ad Noctuam capiendam properantes inuiscantur.* Sed hoc modo, vt referunt aucupes, nullæ, aut saltem perpaucæ prehenduntur: Non.n. in ramis, sed humi quiescere ferè semper consueuerunt, vt iam annotauimus: isque modus, quę molli sunt rostro, & in dumetis degunt, capiẽdis magis idoneis videtur. Frequentiùs autem, & maiori numero retibus capiuntur, vt innuere videtur b Alciatus, dum canit,

b Emb. 104. *Dum Turdos viscopedica, dum fallit Alaudas.*

c Lib. 20. c. 19. Quomodo verò ita fallantur, abundè docet c Crescentiensis: quem Lector per se cùm otium est, adire poterit. Retis etiã genus, ad has, & reliquas aues capiendas, quo etiam nostri passim vtuntur aucupes describit d Gulielmus Budæus. Genus est, inquit, retis bimembre, quod duabus alis constat, humiq; deuolantibus auibus, adducto fune contrahitur, expanditurque, Robertus Stephanus Gallus Alaudas noctu capi solitas esse tradit, modumq; sic docet. Alaudæ, inquit, Perdices, Rusticulæ, & aues aquaticæ capiuntur noctu ad ignem tintinabula, & retis genere quodam. Ignis hoc modo fit. Ellichnium facito ex linteis veteribus siccis in seuo liquato madefactis, eaque contorqueto ad crassitudinem brachij, & crassitudinem pedis. Sic ille. In quibusdam verò Italiæ locis nonnulli noctù per campos faces ex cannis aridis conficiũt: alibi, vbi refinę pineæ adest copia, ei igni lento liquatæ pannos lineos veteres contortos intingunt, & instar candelarum efformant: quibus noctù ad aues capiendas vtãtur. Sed vt ad Alaudas redeamus, hyeme maximè capiuntur, & tum præcipuè, cùm nix alta iacet, gelatve.

d Annot. in Pand.

CORPORIS AFFECTVS.

a Art. med. sect. 1. li. 2. MORBO comitiali laborare dicunt, & ideo qui huic effectui obnoxij sunt, ab Alaudarum esu abstinere iubentur, *abstineant*, inquit a Dominicus Leonus de epilepticis loquens, *ab auibus epilepsiam patientibus, vt sunt, secundum aliquos Paraices, & Coturnices, & Alaudæ.* Afficiuntur & alterius oculi cæcitate, cùm, diù in caueis vitam ducant, si Alberto credimus, qui addit, hoc eis nono ferè anno accidere, vt se aliquoties expertum esse ait. Sed quæ à nobis aluntur, vix tam diù viuunt, priusq; moriuntur, quam obcæcentur. Postremo morbo illo, quem subtilem vulgò appellari diximus, sæpè etiam infestantur.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

a h. l. 9. c. 1 b Ibidem. c Ibidem. *AMICI sunt*, vt scribit a Aristoteles, *Iunco, & Alaudæ* b Idem *Auium*, inquit, *variæ dictæ cum Alaudis dissident.* Alaudæ item cum Pella ex Ardearum genere, inimicitias exercent, & illius oua diripiunt, eodem c Philosopho teste. Acanthyllidem quoq; odisse testantur Philes, & Ælianus, Coruos quoque eis esse infensos, arguit ille Alberti Coruus, qui eo præsente Alaudam deuorauit. Sed omnium maximè in eas sæuire dicuntur Accipitres, & illi præcipuè, qui inde Alaudarij nominantur, quos adeo expauescunt, Alberto, & Matthæolo testibus, vt in hominum potiùs sinus confugiant, vel loco manentes, vel in terra sedentes, capi se ab hominibus permittant. Sed magis est mirum, quod Antonius Mizãldus de occulta earum cum Arcturo sidere inimicitia, refert, inquiens Alauda in exortu Arcturi cum sole, obmutescere incipit, nec non ægrotare, ac plumas vellicãdo excutere. Nam aues, & animantes suum habent quæq; peculiare sidus, à quo mouentur ad cantum, taciturnitatem, mœstitiam, & hilaritatem. Postremò ipsas sinapis semen nulli non alias innoxium enecat; vt meminit d Ælianus, cum ait: *Alaudam sinapis semen, Gruem hausta vitis lachryma conficit.*

d Annot. in Pand.

COGNOMINATA. DENOMINATA.

HOMINES olim, inquit *a* Aristophanes, auium cognomina vsurparunt. Vnde & Philocles Corydus nominabatur. Scholiastes causam reddit, quòd capite superius acutiore esset, καὶ Ὀρνιθώδης τὴν κεφαλήν. Deformem verò illum fuisse in Thesmoriazusi etiam indicat Poeta. Vnde dicebant Hesychius, & Varinus Κορυδεὸς (Ornithologus legit Κορυδὸς) & filij eius tanquam deformes in comædijs traducuntur: indeq; natum est prouerbium, *Corydeo deformior*. Corydones appellantur pastores duo, alter apud Theocritum, apud Maronem alter, vterq; fortè a Corydo, idest, Alauda, quę suauiter canit, id nominis sumpserint: quòd scilicet auis amœnitatem in cantu imitarentur: ad quod etiam alludit Virgilius, cùm cecinit:

Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

Intelligens verè Corydonem dici ex argumento dulcedinis. Cur autem apud Athenæum parasitus quidam sibi hoc nomen vindicauerit, non satis est manifestum Corydalla vrbs Rhodiorum est, & Corydela insula pestifera contra Tauri promontorium, quæ vocabula à Corydali deducta esse videntur, sicuti etiam Corydelis, qui salsamentarius piscis est, quem aliqui Cordyllam appellant, quorum nominum rationem assignare difficile est. Alaudium, inquit Budæus, appellatum esse videtur à laudando, idest, nominando authore, & à priuatiuo, quòd qui prædia eo iure habeant, laudare authorem suum nemini teneantur, vt qui nullum soli dominum cognoscant, nec patronum. Sed forsan, vt optimè censet Ornithologus, ad Alaudis, id est, veteranis militibus dictum fuerit: quod illis huiusmodi prędia ab initio tanquam benemeritis diuisa, & donata sint. Alaudarium accipitrem à capiendis Alaudis quoddam Aquilæ genus quidam vocant, de quo nos sub Pygargi secundi generis nomine in primo opere egimus. Heluetij teste Ornithologo Alaudarum flosculos appellant, qui nascuntur cærulei in pratis humidioribus, quibusdam è genere paruo herbæ arthriticæ, quam & primulam veris nominant, rari inuentu, cùm lutei passim vulgares sint. Galli Pied d'Alouette, idest, Alaudæ pedē, Germani Ritter spron, Bononienses nostri consimili nomine sprondi caualiero, id est, equitis calcar appellant herbam, caule simplici ramulis multis brachiato, tenuibus, longis, diuisis, syluestris nigellæ modo, Floribus, purpureis, nigræ violę æmulis, ex quorum altera parte prodeunt cornicula sursum spectantia, quæ calcaris veterum formam, aut Alaudæ pedem referre videntur. Paulum Morigiam non possum non ridere, vt qui nobilem aliàs Gallaratorum familiam, & Gallaratam oppidum à legione Alaudæ sic denominari existimat: cùm alioqui nemo legionem illam Galeritam appellatam fuisse inquiat.

a In auib.

Corydeo deformior.

Corydalla
Corydela
Corydalis.

Alaudium vnde dictū.

Alaudarius.
Accipiter.
Alaudarū flosculis.
pied d'Alouette.
Ritter sprō
Sprondi caualiero.

AVGVRIVM. PRÆSAGIA.

COLÆNVS quidam Colonidas vrbem colonis Athenis deducta condidit, Corydo, idest, Alauda duce vsus ex oraculo: vt ex verbis *a* Pausaniæ cognoscere licet, quæ sunt eiusmodi: *Coronaeorum vrbi finitimæ sunt Colonides, Negant verò qui illic habitant, se Messenios esse, sed Attica se terra huc à Colæno deductos aiunt ipsum Colænum Galeritam ex oraculo in ea loca venisse.* Hæc ille. Aduenientem diem, & ineuntem æstatem ex Alaudæ cantu præsagire licet. Mas, inquit Albertus, in hoc genere valde musicus est, & multæ modulationis Æstatem primus inter aues prænunciat, & cantu suo diem ante lucano prænunciat.

a In Med.

MORALIA ET MYSTICA.

PLVRIMA ex Alauda ad mores, & mysticum sensum facientia elicit *a* Goropius: quæ omnia si hic insererentur, nimis in longum nostra abiret oratio: quapropter quosdam veluti flosculos, ordine quodam singula, quæ diffusè tradit, percurrentes, decerpere tentabimus. Cùm igitur Leeuvverc, quæ Cimbris est Alauda etymum doctè admodum, & acutè enucleasset, causam affert, ob quam Alauda omnibus terrenis, atque ipsa etiam terra antiquior perhibeatur: quod nimirum septies quotidie

a Hierogl. lib. 8.

in

Diuina adoratio terra vetuſtior.

in alto aere hymnos Deos canat. Diuina verò laus, & adoratio ipſa terra vetuſtior inueniatur. Ideoque, quòd nimirum Alauda ſepties in die laudes Deo canere creditur, in Aegyptiaca quadam tabula eius caput non ſemel quidem, ſed ſepties pictum fuit, vt innueretur ſepties quotidie Deo laudes canere Galeritas. Atque hoc ſolerti artificio doceremus, ſepties in ſingulos dies, id eſt ſemper & aſſiduè Deo preces, & hymnos fundere oportere. Atque iam ſeſe offert occaſio, vt quod alibi polliciti ſumus, alteram nominis rationem, quo apud Cimbros appellatur, ex eodem referamus. Antiquiſſimum eſt Alaudæ ſymbolum, & multis ante Crœſum, & ſeptem Græciæ ſapientes ætatibus in vſum vocatum, ad hoc denotandum, nihil eſſe precibus, & laudibus diuinis antiquius habendum. Quòd autem caput eius ad huius rei notationem potiſſimùm adhibuerint cauſa fuit, vt ipſe cenſet, quod id, quod in requaque ſummum eſt, & caput totius, id concinniſſimè capite notatur. Deinde in Alaudæ capite ea cernuntur, quæ imaginem eius gerunt, quod altero Cimbrico nomine denotatur, nempe conus, ſiue apex. Conus enim, vt idem in Aleph figura declarat, verum vitæ opus deſignat, quod eſt, mentem noſtram à multis ad ipſum vnum referre. Sicut enim omnes lineæ à baſi ipſius coni ad vnum ſupremum punctum tendunt, ita omnium humanarum actionum ratio ad eum modum inſtituenda, vt perpetuò mens noſtra ad ipſum vnum, ſummum omnium rerum apicem recta dirigatur. Conus igitur aptiſſimum eſt ſymbolum, quo viuere denotamur: ſed id nullo alio ſermone, quàm Cimbrico declaratur. Leef enim apud illos viuo denotans, duas habet ſignificandi cauſas, alteram quod nihil aliud ſit Leef quam membra leuo, ſiue porto, altera, quoniam eadem vox indicat in altum cælum id ſe leuare, quod viuit, de natura Lambda, & Hef ducta notatione. Quia verò nec vlli quæ oculis cernuntur, maior in altum tollendi vis eſt, quàm igni, nec alia ei, quàm conoides propria figura ſit, vt igniſque figura, quæ in Alaudæ cono, ſeu apice optimè conſpicitur, apud vetuſtiſſimos vitalis teſſeræ conſecuta ſit nobilitatem. Duabus igitur rationibus, licet eodem tendentibus Galerita Leevverc, ſiue Leeuuevverc dicitur: altera, quia conum vitæ ſignum in capite gerat: altera, quia altiſſimè ſeſe ad Cælum attollat, vt Deum laudet, quod vt ipſiſſimum veræ vitæ opus eſt, ita vox Leef ex hoc ipſo rationem habet ſuæ ſignificationis. Ea eſt auiculæ natura, vt nihil magis obiter videatur agere, quàm pabulum in terra accipere: idque ſibi primarium ſemper opus putare, vt terra & terrenis omnibus relictis, quàm altiſſimè in cælum ſubuolet ad preces, & laudes Deo canendas. Quid quod ne altiſſima quidem arborum cacumina digna putat, vt in ijs ſedens Deum, vel oret, vel hymnis extollat: propterea nimirũ, quòd quantumis eæ ſint excelſæ, vitæ tamen ſuæ pabulum è terra capiant, & radices ſic in ea habeant fixas, vt nunquam ab ea ſe viuæ liberare poſſint. Quo circa Alaudæ omnia terrena ſpernentes, vt cæleſtibus indigna, & ſe quàm longiſſimè poſſunt ab illis dimouentes, ſurſum contendunt, quò propiùs ad patrem accedant, quem cantu ſuo demulcere moliuntur. Sic animi noſtri quicquid terreni eſt, reliquant neceſſe eſt, ſi digni velint haberi, qui ſeſe orationibus, & laudibus diuinis dedant. Faceſſant omnes curæ omnes libidines, omnes liuores, omnia odia, omnes ſimultates, omnis ſuperbia, omnis auaritia, omnis ambitio, omnis faſtus, omnia denique, quæ nos ad terram detrahunt, & terrenis affigunt, ſi tales euadere velimus, vt digni habeamur, quorum preces à parte cæleſti exaudiantur. Sumantur Galeritarum alæ, ſumantur, inquam illæ, alæ quas Socrates dixit nos perdidiſſe, cùm terrenarum rerum, & caducarum cupiditate à cælo deſcenderemus. His vnà cùm Alaudis ſubuolemus nullis nixi terrenorum adminiculis, aut potiùs retenti impedimentis, cogitemuſque tantò nos minus à patre, & vera vita abeſſe, quantò longiùs terrena omnia reliquerimus: atq; adeo ne poſſe quidem nos Dei fores ita pulſare, vt audiamur, niſi prorſus à terrenis omnibus recedamus. Sed dicas, eſt ne corpus alendum? Sunt ne quærenda, quibus

Alterum Leeuvverc etymum.

Conus quid ſignificet.

Leef Fimbris quid.

Ignis præ alis in altũ tollit.

Alas quando perdiderimus.

Panis ematur olus, vini ſextarius, adde
Queis humana ſibi doleat natura negatis?

Sit ſane hoc ita: ſed hæc ſi quærantur, tanquam aliud agas: & interim dum corpore laboras, & duſcurris, animus, vel apud ſuperos verſetur, vel ſi qua mora inijciatur, ea mox reiecta, cò vnde auocatus erat, reuertatur. Nihil in hac vita eſt tam graue, tam acerbum, tam violentum, tam multis, vel occupationibus, vel tormentis diſtractum, quod animum à ſuperis detrahere poſſit, modo nos nolimus, nec Alauda corpore caret, nec vento paſcitur, nec cælibem vitam, agit, nec nunquam ſobolem cogitur educare: & hæc tamen quicquid terrenum eſt, ita obiter agere cernitur, vt vnum ſibi opus habere videatur, quò ſemper creatori ſuo ſuaues cantiunculas frequentet. Hanc pariter ſi omnino imitari voluerimus, ita vt nihil amplius terrenorum memores ſimul cum ipſa in cælum ſubueamur, neceſſe fuerit,

fuerit, vt alas nobis comparemus, quibus id præstare possimus. Oportet igitur, vt cælum, eiusq; pulchritudinem intueamur. Nam ex admiratione tantæ machinæ, tàm splendidæ, tam ornatæ, tam deniq; omnibus modis admirandæ in eius cogitationẽ veniemus, qui eam construxit, & cuius causa construxerit, inuestigauimus. Primùm igitur ex summa pulchritudine hoc consequemur, vt hæc terrena perinde, atq; Alauda contemnamus: deinde vbi ratiocinando eò fuerimus deducti, vt illud tam pulchrum opus hominis causa à creatore factum intelligamus: tùm verò ingenti primum stupore corripiemur, ingenio nostro tantam bonitatem non capiente: at dum paulatim vires resumemus, & accuratiùs tantum beneficiũ animo
1 reuoluemus: tùm tandem tanto amore accedemur, vt hic internus ignis alas producat, & in dies magis, atq; magis confirmet. Hìc itaq; alatus amor nos cum Alaudis in cælum attollet, & terrenorum oblitos, & totis ijs inhiantes gaudijs, quæ ex tam mirifico spectaculo oculis nostris vltrò exhibito consequuturos nos speramus. Tùm demum firma fide patrem orabimus, vt nos ad vitam illam admittat, quod apud priscos Galerita denotabat. Sed iam videamus, quid Alaudæ caput septies in Aegyptiaca Bembi tabula depictum in suprema scipionum parte denotet. Hoc nihil aliud signat, quod caput scipionis nostri, Alaudæ caput esse debere. Sed quid est scipio? An non id, quo gressum nostrum sustinemus, atq; firmamus? *Scipio quid significet.*
Sicut autem baculo hominum corpora firmantur, ita D. Paulus Coloss. hortatus est, *vt fiat fundati, & stabiles essent*, & eosdem alloquens *fide firmatos*, dixit, Idem ad Corinthios, *Vi-*
2 *gilate*, inquit, *& state in fide*. Et ad eosdem Epist. 2. *Per fidem enim ambulamus*. Et prius: *Nam fide statis*. Ad Romanos dixit: *Ramos Iudaicæ oliuæ fractos esse propter incredulitatem*. & idcirco Romanos monet, quorum oleaster successit in locum oliuæ, *vt dum starent fide nollent altum sapere, sed timerent*. Ecclesiasticus vaticinatus est, *in secutum staturam fidem*: quod si sic habet, hoc fidei scipione nos firmemus, qui vt perpetuò stabit, ita nobis quoque firmamentum præbebit æternum. Quomodo igitur scipionem eum vocabimus, cuius suprema pars in Galeritæ caput desinit: Galeritæ baculum? Bene quidem: sed cùm hoc dicis, quid aliud dicis, quàm baculum fidei. En quo venimus rerum Fidei baculum, quo solo si charitate sit firmata, vita nostra stare potest, inuenimus in hieroglyphicis signis, quem si de sermone Cimbrico ab auicula, qua est insignitus nominaremus, Leeuwverc stat diceremus, idest firmum
3 viuifici operis scipionem. Nunc opus vite est ipsa fides: nihil vt interfit vtrius nota baculum designes. Qui Christophorum depinxerunt, diligentissimè obseruarunt, vt in periculum designes. Qui Christophorum depinxerunt, diligentissimè obseruarunt, vt in periculosissimo humanæ vitæ freto, hinc Charybdi, hinc Scylla, hinc alijs monstris præsens exitium intentantibus firmò baculo niteretur. At quo quæso baculo? Quo alio quàm baculo fidei? Cui si toti incumbamus, nihil est tam horridum, tam efferum, tam multis mortis periculis obnoxium, quod non securi persuadere possimus. Firma enim & inconcussa fides omnia firmat, & stabilia reddit; tametsi, vel totus Oceanus quicquid habet vndarum, quicquid habet monstrorum, immitat ad ruinam. Cæterùm, quia fides sine operibus mortua est, & nihil, nisi viuat per charitatem roboris suppeditat: nõ otiosè id in Christophori baculo considerãdum eum semper à pectoribus frondentem nobis proponi: quò deinonstretur in sola viua fide, &
4 charitatis operibus animata totum scipionis Christiani consistere firmamentum. Iam, quia primum, & antiquissimum viuę fidei opus est Deum perpetuis precibus orare, & laudibus efferre, in summo virentis scipionis apice Alaudam pictam videmus, in ijs præsertim tabulis, quæ genuinam olent antiquitatem. Hic ait Goropius meminisse se puerum frequenter parentes, quibuscum templum frequentabat, interrogasse, qui fieret, vt auicula ea, quæ frondibus baculi insideret, non auolasset, dum S. Christophorus arborem, qua baculi vtebatur, euelleret. Mirum enim id sibi videbatur, propterea quod dum studiosè Passerculos sectaretur, nullus vnquam, tam quietus consedisset, verùm se ad arborem, super qua sederent, proprius accedentem, confestim quantum alis possint, aufugissent. Ad quam
5 puerilem quæstionem sic respondere solebant, auiculam eam non metuere, eò quod creatorem suum humeris S. Christophori insidentem videret, cuius præsidio freta laudes Deo suo cantillaret. Quæ si conferantur, cum vetustis, admirabilis quædam sese offert concessio sæculorum. Ex quo hoc saltem venit in lucem S. Christophori baculum, & fidei baculum esse, & in eo cum scipionibus Aegyptiacis conuenire, quòd supernè etiam Alauda sit insignitus. Cùm itaq; Alaudæ caput, quæ Leeuverc, idest opus vitæ vocatur, scipioni imponitur, denotatur eum demum firmum fidei baculum esse, qui vitæ operibus coronatur. Nec rursus vitæ opus esse potest, quod fidei baculo non sustineatur: quoniam nimirum ea tota opera ad vitã conducant, quæ fidei innituntur. Quamobrẽ non vulgatis, aut leuis causa est, ob quam Alaudæ caput scipionibus impositum videmus. Hæc omnia ex Coropio, quibus addamus,

Fides omnia firmat, & stabilia reddit.

D. Christophori baculus quod denotet.

Alaudas,

Alaudas, tunc ſuauiſſimas cantiunculas modulari, cùm ſudum, & ſerenum eſt: quapropter & nos tunc optimè canemus Deo laudes, cùm conſcientia noſtra nullis nubibus, nullis peccatorum tenebris obducetur. Nihil ergo nobis eſſe debet antiquius, quàm vt conſcientiæ ſerenitatem procuremus. Nam, vt eſt apud Eccleſiaſten: *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*. Alauda præterea ſi ſe ab Accipitre inſectari ſentiat in hominis ſinum refugit. Ad huius exemplum quiſquis à diabolo omnium Accipitrum ferociſſimo, & ſæuiſſimo tutus euadere cupit, Chriſtum, qui verus homo eſt, & verus Deus, omni cum fiducia adeat, & eum aduerſus hoſtis infenſiſſimi vires, & fraudes defenſorem præſentiſſimum adhibeat.

VSVS IN INSIGNIBVS.

ALAVDÆ tres aureæ olim inſignia fuere Auſtriæ, & Sereniſſimæ Imperialis Familiæ Auſtriacæ, quas Lupoldus eiuſdem Familiæ Marchio nonus in faſciam albam, in rubeo, vt dicunt, campo, primus commutauit. Ab Alauda legione inſigne hoc originem habuiſſe docet *a* Vuolfangus Lazius, his verbis: quæ eò prolixiùs adduximus, vt inſignia vetuſtiora Auſtriæ trium Alaudarum aurearum, vnde, aut quo euentu picta primùm omnium extiterint, manifeſtum faceremus. Siquidem decimam Alaudam poſteriùs abductam fuiſſe ab Antonino Marco in Pannoniam ſuperiorem, vbi nunc Auſtria inferior excurrit, mox cùm de decima Pannonica (legione) loquimur, oſtendemus. Quemadmodum enim duobus locis hæc legio Alauda ſtatiua quondam habuerat, ad Arenatium, videlicet, Rheni, & ad Vindobonam Danubij; ita vtrobiq; Auſtria fuit, cui Alaudarum inſignia picta ſunt à Franconibus conſtituta, quanquam prior illa ad Rhenum eſſe iam deſierit, vbi hodiè Huneſruken in Beſtrichem extenditur. Hæc ille: qui etſi Auſtriacæ Familiæ non meminerit, tamen ea inſignia eadem de cauſa vſurpare veriſimillimum eſt.

a Commen. Reip. Rom. lib. 5.

VSVS IN CIBIS, ET IN MEDICINA.

PLVRA hìc de Alaudis, tùm ad rem medicam, tùm ad culinam attinentia, dicenda eſſent; ſed quia non omnibus Alaudis omnia ex æquo conueniunt: aliæ enim gulæ, aliæ magis medicinæ deſeruiunt, itaque quæ vnicuique generi peculiaria ſunt, in proprias vniuſcuiuſque hiſtorias reijciam, eaque hìc tantum referam, quæ omnibus indifferenter attribui poſſunt, aut ſaltem ab alijs indifferenter aſcripta videntur: *a* Caſtor Durantes Alaudas eſſe ait ſine exceſſu calidas, & humidas, & tunc præcipuè eſui eſſe, cum pingues ſunt, quales plurimæ capiuntur autumno, & hyeme: boni eſſe alimenti; aſſas appetentiam conciliare; facilè concoqui, præſertim ſi cum ſaluia, & larido aſſentur, aut varijs condimentis elixentur: ſed quæ ſint hæc condimenta, non explicat. Neceſſum verò eſſe, vt pingues, & iuniores ſint, & in primis optimè coquantur: autumno præſertim, & hyeme comedi ab omnibus abſque vlla noxa poſſe. Adultas verò difficilè concoqui, quare non niſi recens occiſas, & optimis condimentis præparatas comedere præcipit. Qua in re tamen non temerè quis ab illo diſſentiat, nam quæ duriore carne ſunt animalia, vt teneriora fiant, & eſui magis idonea, mortua diù ſolent aſſeruari. Aſſeruari autē plumis exutas diutiùs in farina teſtatur, quod verò temperatè calidas, & humidas dicat, id quoq; de non criſtatis tantummodo verū fuerit, nam Criſtatis id conuenire non exiſtimo, quas nempè calidiorem, & ſicciorem temperiem nactas eſſe non dubito. Cardanus vtrunq; genus calidum, & ſiccum eſſe pronunciauit. Michael quoq; Sauonarola ſecundum caliditatis, & ſiccitatis receſſum attingere. Sed fortè de criſtatis tantùm hic intellexerit, vti pariter Io. Iacobus Vveckerus, Alaudarum carnem difficilè concoqui, & prauum ſuccum præſtare dicens, quod tamen, nec in criſtatis hiſce maribus omnino verum eſt, niſi admodum ſenes, aut nimis macilentæ fuerint, quales ſanè aliquando reperiuntur, æſtate nimirum potiſſimum. Nam autumno, & hyeme pinguiuſculæ ſunt, quod alioqui multi mirantur. Nam cùm æſtate maiorem habeant nutrimenti copiam, pinguiores etiam eſſe debere videntur, & tamen tunc macerrimæ ſunt. Contra hyeme, cùm nihil ferè agri ſuppeditant, obæſulæ euadunt: ratio eſt, quòd rari corporis habitus ſint, qui propter æſtum magis rarefit, ideoque quicquid ineſt humidi, diffluit, & conſumitur. Præterea æſtate Veneri indulgent, vt quæ ter in ea pariant, vt iam à nobis eſt annota-

a De facul. tuen. Alaudarū temperies. Quādo pingues ſint. Aſſe appetentiam cōciliant. Quomodo aſſanda.

annotatum, & de sobole valdè solicitæ sunt, & quicquid ferè nanciscuntur, illud ei suppeditant. Hyeme verò sui tantum curam gerunt. Quod ad contra colicis, & alios affectus vim attinet, in quo summam prærogatiuam habere perhibentur, quia hac vi cristatas maiores tantùm pollere credimus, nihil in præsentiarum dicemus, suo ea de re acturi loco.

PROVERBIA.

Κασησι Κορύδαλοισι χρηλόφον ἐγγενέσθαι, idest *Omnibus Galeritis oportet cristam inesse.* Citatur ex Simonide, & vsurpatur aliquoties à Plutarcho, nominatim in vita Timoleontis in hunc sensum: Nullum esse mortalis ingenium, cui non sit aliquod vitium admistum, perinde, ac si secundum hominis naturam sit non carere vitio, vt Galeritæ naturale est habere cristam. Plutarchi verba subscribamus: *Quoniam autem oportet, vt videtur, non solum omnibus Galeritis cristam inesse, quemadmodum dixit Simonides, verùm etiam omni democratiæ Sycophantam.* Congruit huic dictum Cratetis, quod refertur apud Laertium, vix esse quenquam, qui prorsus omni vitio careat: *se omnibus malis punicis aliquod inesse granum putre.* Hæc ex Adagiorum authore. Verùm simile de Corydali prouerbium in alio sensu ab Eunapio Sardiano vsurpatum fuisse videtur, qui de [a] Oribasio loquens, *Verùm*, inquit, *vt sine crista non est Alauda, ita non caruit inuidia Oribasius*, ac si diceret, quemadmodum non reperitur Alauda, quæ crista destituta sit, ita virtuti semper comes est inuidia. Cæterùm minus aptè hæc prouerbia vsurpari videntur. Nam non omnes Alaudæ cristam habent. Et Corydalis eas etiam Alaudas, quæ crista carent, significat, vt ostensum est. Credebatur Laurus aduersus venena valere, vnde qui se tutum significare vellet, δαφνίνην dicebat φερῶ βακτηρίαν, idest, *laureum gesto baculum.* Cui ferè consimile prouerbium est de Corydo, gramen nido aduersus animalia noxia ingerēte Εν Κορύδου κοίτι σκολιο κέκρυπται ἄγροσις, Refert autem hoc prouerbium Cælius ex Zoroastre, quod hoc carmine exprimitur.

Omnibus malis punicis inest aliquod granum putre.

[a] *De vit. phi. in vit. b Orib.*

In Corydi nido intorta occultatur agrostis.

Adagij vsus est, vt inquit Alexander Brassicanus, quando nobis non deesse præsidia tacita quædam, & paucis cognita innuimus, quemadmodum Corydus auicula agrosti, idest, gramine occulto quodam aduersus ea, quæ nocere possunt, amuleto vtitur simillimum illi, vt ait Eberhardus Tappius, quod Germani vulgò iactitant. Et istim Vvie ein spiesz hinder der thure. *Inter indoctos*, amusos *etiam Corydus sonat.* Εν ἀμούσοις καὶ Κόρυδος φτίγγεται, quadrabit in eos, qui apud idiotas se se velut eruditos venditant inter doctos alioqui prorsus elingues: Corydum autem auem minimè canoram esse testatur, & Græcum epigramma Licet.

Ἄδηλον,

Ἐ Κύκνῳ δύνεται Κόρυδος παραπλησιον ᾄδειν
Τολμῶν δ' ἐρίσαι Σκῶπες ἀηδόνισι
Εἰ Κόκκοξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι,
Ισα πείειν καὶ ἐγω Παλλαδίω δόναται.

Nos omnia Alaudarum genera vocis amœnitate valere nouimus, tertio excepto, quod absonum, & ineptæ vocis esse ostendemuss. Quapropter ea prouerbia de hoc dicta fuerint, quod vt libentiùs credamus facit, quod & ipsum etiam cristam habeat: vnde Corydis nomen ei propriè conuenit, *Aquilæ senecta Corydi iuuenta.* Ἀετοῦ γῆρας, Κορύδου νεότης de viuida, viridiq; senecta, quæ præstantior sit aliquorum inuenta. Nam anus Aquila præstat Corydo auiculæ etiam ætate integra. Vulgò Italis dar Pallodola est irridere, seu vt dixit Horatius in naso adunco suspendere, quo ijdem aliter dicimus dar cacaboldole, moine, roselline, la quadra, la traue, & id genus reliqua.

FABVLA, ET APOLOGI.

APVD [a] Aristophanē Pisistratus auiū chorū imperitiæ taxans hanc fabulā narrat: Galeritā omniū auiū primam, antè fuisse, quàm terra esset, ac deinde patrē ejus obijsse, nec terram fuisse, in qua sepeliretur. Cum igitur hìc iam quintum diem iaceret, illā cōsilij impotē, patris tumulū in capite collocasse. Atq; hic quidē apologus est ab Aristophane ad Æsopū relatus. Cuius fabellæ sensū antè explicuimus, ostēdimusq; inde ortā, quod

[a] *In auib.*

Alauda

Alauda ipſa terra omnium non earum modò, quæ animalis habent naturam, ſed inanimorum etiam matre, & nutrice vetuſtior diceretur. Quod verò ad tumulum illũ attinet *b* Theocriti verſus hinc non parum lucis accipiunt, qui ſic meridianum tempus ſcribit.

b Edyl.7.

Σιμιχιδὰ πᾶ δὴ τυ πεσα μόριον πόδας ἕλκεις:
Ἀνίκα δὲ καὶ σαδρος ἐφ' αἱ μασῖαι καθεύδει,
Οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι Κορυδαλίδες ἠλαίνονται.
Simichida, quo tu nunc in meridie pedes trahis?
Quum & lacertus ſub ſepibus dormit,
Neque criſtatæ Caſſitæ vagantur.

Alaude cur.

ἐπιτυμβίδιοι dicta.

Inde etenim ἐπιτυμβίδιοι dictæ putantur, quoniam in vertice ſuo patris tumulum geſtent, erectum ea forma, qua in Aegypto pyramides videntur: ex quo vt id obiter dicamus, quiuis intelligit, veterum tumbas in metam fuiſſe ſublatas, vnde multis in locis tumuli ad hanc effigiem è terra aggeſti etiamnum cernuntur: & à nobis non ſolum quæ hanc figuram gerunt, ſed omnia alia ſepulchrorùm genera tombe ſæpè dicuntur, & præcipuè à poetis, vt à Petrarca:

Giunto Aleſſandro alla famoſa tomba.

Sed de hoc ſatis. De Alauda Aeſopus luſit alterum apologum, qui à multis authoribus paſſim refertur: Caſſita iura cibum pullis quæſitum, monet eos, vt ſi quid audiant, id cum rederit ſibi referant. Interim aduentat dominus ſegetis illius, & filio, matura, inquit, hæc operas poſtulant. Idcircò in craſtinum amicos adibis, & roga, veniant, operam mutuam daturi, vt meſſis peragatur. Vbi redijt mater, renunciant omnia, & trepidi orant, vt ſeſe auferat. Iubet illos Caſſita bono animo eſſe: nã ſi dominus, ait, ad amicos meſſem reijcit, craſtino ſeges non metetur. Die igitur poſtero Caſſita ad pabula euolat, dominus fruſtra amicos præſtolatur. Tũ ille rurſum ad filium: Amici nulli veniunt: quin potiùs imus, & cognatos, affineſq; noſtros oramus, vt adſint diluculo ad metendum. Nunciant hoc itidem pulli pauidi Caſſitæ. Ea hortatur, ne timeant futurum, vt neceſſarij fermè nulli obſequiales ſint, aduertant modò, ſi quid denuo dicetur. Orta luce proxima, & auicula in paſtum profecta, affines opellam non præſtant. Hinc dominus filio: Valeant, inquit beneuoli cum propinquis, noſmetipſi cras metemus, Id quod vbi à pullis mater accepit, Hora, inquit, iam eſt abeundi, nunc dubio procul meſſis peragetur: in ipſo enim iam vertitur, cuius eſt negotium, non in alio, à quo petitur. Atque ita Caſſita cùm pullis ſeceſſit. Significat apologus, vt notat *c* Gellius, leuem plerumq; & inanem eſſe amicorum, & propinquorum fiduciã. Vnde audenter edicere poſſumus, ò amici, amicus nemo, ò propinqui, propinqui nulli, & illud ex oraculo quaſi Delphico exijſſe. Ne quid expectes amicos, ne quid cognatos, quod tu peragere poſſis. Habet idem Aeſopus alium de Caſſita, & aucupe apologum, qui eſt huiuſmodi: Auceps auibus ſtruxerat laqueos. Alauda verò hunc procul videns rogauit, quid nam operaretur, eo vrbem condere dicente, deinde procul regreſſo, & abſcondito. Galerita viri verbis credendo, accedit ad caſſem, & capta eſt. At aucupe accurrente, illa dixit, heus tu, ſi talem vrbem condis, non multos inuenies incolentes. Fabula ſignificat, tunc maximè domos, & vrbes deſolari, cùm præfecti moleſti ſunt.

c L.2.c.29.

d Epyd.l.3.

Non minus lepidum de hac volucre *d* Iulius Cæſar Scaliger narrat apologum ex Aeno:

Immiſſulus vncis pedibus gerens Alaudam,
Arcebat. Auis fundere miſerabile carmen
Orare pius: parcere odicæ voluci.
Contra ille: Modis & numeris ſatura cicada eſt;
Iccirco perit cum numeris ſuis, modiſque
Aſt ego Iouis ales tepida carne paſcor,
Sic frendet, & euiſcerat, & vorat precantem
Nil terra calet bellua virtute Procuſtes.

Hic Scaliger Immiſſulum accipit pro Aquila, cùm aliàs propriè ſit Vulturis pullus, licet aliqui etiam Aquilæ pullum eſſe velint, antequam cauda albicet: ſed de hoc alibi egimus. Cæterùm hoc apologo nihil aliud denotari arbitramur, quàm tyrannos virtutem minimi facere, & in ſtudioſos & eos, qui virtute excellunt non minus ac in alios truculentos, & ſæuos ſe præbere. Poſtremò narratur huiuſmodi de Alauda apologus: Caſſita laqueo capta plorans dicebat, Hei mihi miſeræ, & infelici volucri, non aurum ſurripui alicui vſquam, non argentum, non aliud quicquam pretioſum, Granum autem tritici paruum mortis mihi cauſa fuit, Fabula in eos, qui ob vile lucrum magnum ſubeunt periculum.

DE

DE ALAVDIS IN SPECIE, & primum de Alauda cristata. Cap. XI.

SYNONYMA.

PLVRIMAS nomenclaturas superiùs attulimus, quæ etsi Alaudæ cristatæ potissimùm conueniant, tamen ad alias quoq; aliquoties vsurpantur. Quare hìc eas tantum referemus, quæ propriè hanc à reliquis discriminant. Apud Græcos nomen peculiare non habet: Aristoteles λοφον ἐχουσαν periphrasticè vocat: Author quidam obscurus libri de natura rerum, Gosturdum, cuius dictionis ratio obscura est, nisi à similitudine Coturnicum sic dici quis suspicetur: vel ex Arabibus eam detorsisse, nam Elluchasem, vel eius fortasse interpres Guzardos habet. Italicè dicitur Lodola capelluta, vel Capelluta simpliciter, alicubi etiam Capellina, seu Cipperina, item Couarella. Gallis Cocheuis, quod similitudinem quandam ob cristam cum Gallis Gallinaceis gerat, Germanis Beubellerch, Saxonibus præsertim, Heluetijs Maglerch, idest Alauda viarum, sæpe enim in vijs nobis occurrit, quod de ea etiam scripsit Galenus, Anglis propriè Lerca. In libro Rasia de remedijs ex sexaginta animalibus de Alaudis fit mentio, & paulò inferius de Finoris, quibus ipse easdem vires attribuit, quas alij authores Alaudis cristatis.

Gosturdi.
Guzardi.
Lodola capelluta.
Beubellerch.
Maglerch.
Lerca.
Finorx.

FORMA. DESCRIPTIO.

ALAVDA cristata, inquit *a* Bellonius, rostrum habet longiusculum, acutum, aliquantulum cauum, & recuruum. Crista, cuius radices inter vtrunque oculum situantur, aliquantulum nigricat: & quatuor tantùm eius plumę aliquam magnitu-

a de auibus l. 5. c. 22.
Rostrum.
Crista.

Alauda cristata cum fumaria lutea montana.



Dorsum. *Cauda.* *Venter.* *Lingua.* *Vngues.* *Pectus.* *Color.* *Pedes.* *Magnit.* *Alauda cristatæ senis descriptio.*

dinem nactæ videntur; dorsum cinereum albo maculatur. Venter, & pars alarum interior albicant. Caudæ plumæ nigræ sunt, si geminas vtrinq; excipias, quæ alarum colorem referunt. Lingua exigua, ferè furcata: & quia ramis rarò insidet, vngues habet longiusculos. Hæc Bellonius, quibus adde, pectus cinereum pullis maculis conspergi, in reliquo verò corpore color ferè testaceus. Sed non solùm vngues sunt ei longi, sed etiam pedes. Postremò Passerem aliquantò magnitudinem excedit, vt prior hæc figura indicat. Posterior icon est Alaudæ cristatæ senis, cuius rostrum, qua capiti coniungitur album erat, dorsum ad cinereum vergebat: pectus, venterque albicabant, sed pectus punctulis exiguis coloris terrei distinguebatur. Alæ ferè totæ oĩno albæ, præter paucas remiges, cauda verò nigra. 10

Alauda cristata senex.



CANTVS. VOLATVS. LOCVS.

a de auibus l.3.c.20.

QVÆCVNQVE de Alaudis generatim diximus, ea omnia ferè huic generi conueniunt: quare pauca admodum hic dicenda supersunt Quod ad earum cantum attinet, [a] Bellonius non cristatis melius, & suauius canere ait, & cùm homines accedentes videt, cantum incipere. Contra alij non cristatas præferunt. Sed mirum videri non debet, quibusdam huius, alijs verò illius magis cantus arridere: nam quot capita, tot sententiæ. Omnium verò iudicio cristata secundo generi, quod crista caret, volatu cedit. Nam non tam frequenter euolat, & euecta alis pauca in aere moram trahit, & ferè statim procumbit, præterea gregatim non volitat, vt illæ. De ipsarum volatu sic scribit author de natura rerum. *Gesturdi non volant alarum animo more, sed vento cogente nunc alta, nunc ima petunt.* Nemini autem dubium sit, quin hoc illud Alaudarum genus sit, de quibus dixit Albertus: *Alauda in agris habitat non in syluis*: de quibus item Galenus: *In vijs sæpe obuia est*, & Actius: *circa vias hyemis præsertim tempore.* Postremò ad ripas lacuum, & fluminum, vt ipse obseruaui, frequentes conspiciuntur, licet Turnerus id non cristatis tribuat.

Volandi modus. *Vbi degant*

VSVS

VSVS IN MEDICINA, ET IN CIBIS.

COLICVS affectus inter eos, qui humanum genus contorquent, haud infrequens, miseris modis excruciat, & sæuissima inducit symptomata. Nam dolor vehementissimus perforanti similis percipitur, perinde, ac mucro ventri infixus inhæreat, quem præter alia sæpè frigidi sudores, creber singultus, neruorum distentio, extremorum frigus, animi deliquium, & tandem mors ipsa subsequitur. Aduersus immanem hunc tortorem nullum præstantius præsidium, quàm quod ex Alauda cristata desumitur: sed diuersimodè vsurpari consueuit. *a* Galenus alibi assam mandi vult, elixam alibi. *Galerita*, inquit, *auis illa pusilla nobis plerunque obuia in iure elixa colicos adiuuat. Verùm assidue eam edere simul cum iure necesse est*, & quæ sequuntur. De eadem verò *b* alibi sic scriptum reliquit. *Galerita postquam tosta fuerit, comesta coli dolores aufert cum omnium admiratione.* Assam pariter laudat *c* Dioscorides, inquiens, *Galerita auicula est parua apicem in vertice Pauonis modo gestans. Hæc assa, & in cibo sumpta colicos iuuat*, vt restituit Marcellus Virgilius, non autem *Cæliacos*, vt Ruellius transtulit, & vulgares codices habent. Sic autem legendum esse ex pluribus authorum testimonijs, quæ subijciemus, facilè patebit. *Finora* inquit Rasis, *decoctæ cum aqua soluunt ventrem, & colo medentur.* *d* Serenus pariter afferens colici affectus remedia, canit: *Cùm colus inuisum morbi genus intima carpit. Mande Galeritam voluerem, qua nomine dicunt. Quidam*, inquit Plinius secundus, *cor-Alaudæ* (aduersus colicum affectum) *adalligari fœminini iubent: alij recens, tempensque deuorari: Consularis Asprenatum domus est, in qua alter è fratribus colo liberatus est, aue hac in cibo sumpta, & corde eius armilla aurea incluso, alter sacrificio quodam facto crudis laterculis* (fortè incluso corde) *ad formam camini atque vt sacrum peractum erat, obstructo sacello.* Marcellus verò Virgilius de hoc sic scribit: *Hoc iã præscriptum remedium, colo, & omnibus intestinorum doloribus, & tam hominibus, quam iumentis ex hac laborantibus efficacissimè subuenit.* Et rursus: *Alauda cum sua pluma in vase fictili gypsato in furno posito ita comburitur, vt teri possit. Contritæ autem tenuissimus puluis reponitur, & cum opus fuerit, ex eo cochlearia duo, vel tria cum aqua calida per triduum, aut quatriduum dantur. Incredibile hoc colicis remedium, quod adeò prodest, vt omnia medicamenta meritò superare videatur.* Hæc ille. Comburendi modum docet Plinius secundus his verbis: *Porrò cinerem auium, vel aliorum animalium desideratum sic fieri oportet. In ollam nouam mittitur auis, vt quodlibet aliud animal, quod putaueris exurendum, quod addito operculo, circunlitoque argilla in furno feruenti torrebitur, spiramento per modico facto.* Postremò ad eundem affectum scribit Alexander Trallianus, Thraces, viuente adhuc Alauda, cor eximentes, alligatorium facere, & femori sinistro ipsum circundare. Neotericorum etiam sexcenta afferre possem testimonia, qui vno ore summam in colico affectu curando Alaudæ prærogatiuam prædicant: sed ex iam adductis patere arbitror, Colicis, & non cœliacis ipsius carnes conferre. Porrò vnde hæc illi vis sit, docere conatur *e* Io. Baptista Porta. Loquacia animalia, inquit, colicæ passioni non obnoxia, vt etiam loquaces homines. Nimia enim garrulitate flatus, ex quo sæpe morbus exoritur, eximitur. Nobis igitur eorum imprimentes qualitatem eiusmodi morbum tollunt, & post connumeratas aliquot garrulas auiculas, Alauda, subdit, vocis modulationem mirifice delectat, caueis inclusa captiuitatis oblita vix diei horam sine cantu præterit. Alaudam ad colicos valere ex Dioscoride, Galeno, Aetio, & omnibus diximus. Hæc ille, qui suprà docuerat, vnde cognosceremus Corydalim herbam ad eundem affectum valere; à similitudine nimirum, quam cum Alauda gerit, quòd eius flores cristati, turbinatiq; Alaudæ capitis galericulatum verticem æmulentur. Sed huius rei hæc potest afferri ratio: quia nempe eius succus aluum soluit, qua soluta flatibus etiam via patet. Conueniunt autem colicis non vehementia, sed leuia tantùm medicamenta, quæ aluum modicè ducant. Hic lectores monitos velim, Medicos cùm Alaudas ad colicos facere scribunt, de cristatis intelligere, quarum ius, & carnes idem in hac valetudine præstare ex dictis liquidò constat. Quidam tamen ex Rasi scribunt, canes earum ventrem constringere, ius verò soluere. Sic enim is *f* alicubi scribit: *Alaudæ cristatæ in cibo calfaciunt, & astringunt.* Huic astipulatur Elluchasem, dum scribit: *Cucardi sistunt ventrem, & ius eorum colicis salubre est.* Sed hoc Dioscoridi, Galeno, & alijs aduersatur. Miror autem Michaelem Sauonarolam, Galenũ dicere, carnes earũ scripsisse ventrem astringere, ius verò soluere, cùm vtrunque ius nempe, & carnem colicis conferre doceat, vt supra citauimus. Porrò colus ventris solutione, non adstrictione curatur.

Colicus affectus.

a De simpl. med. facul. lib. 11.

b De Theri. ad Pis. c. 9. cl. 2. c. 48.

d De Med.

e Phytog. lib. 6. c. 31.

f lib. 60. Anim.

Caterùm vt ſcribit Elluchaſem : *Cuzardi magis conueniunt medicinæ, quàm cibo.* Nam caro eorum calida eſt, & ſicca, adeò vt ſcribat Raſis, calidiores, & ſicciores eſſe Paſſere domeſtico; Michael verò Sauonarola vltimum ſecundi ordinis receſſum in caliditate, & ſiccitate attingere. Nos de hoc alibi ſententiam noſtram diximus. Elluchaſem inter aues ſylueſtres præfert Calandrellas, & Sachar (aliàs Sathur) pingues. Secundum locum tribuit Sturnis, Phaſianis, Perdicibus, tertium Coturnicibus, & Cuzardis. Si eis verò aliquando veſci quis velit, eligi debent iuuenes, & pingues, quibus ex Raſis præcepto conducet addere condimentum ex aceto, coriandro, & ſucco ſinapis. *f* Cardanus vtrunque genus ſaluia, laridoq; inaſſari ſolere dicit, & diuerſis condimentis elixari, & facilè concoqui, ſi iuuenes, pingues, & benè coctæ fuerint, optimumq; generare ſuccum.

f De tuenda valet. li. 3. cap. 22.

DE ALAVDA NON CRISTATA. Cap. XII.

SYNONYMA.

ALTERVM Alaudarum genus gregale, nec ſingulare more alterius, Niphus ſuſpicatur eſſe Tetricem Ariſtotelis, non alio argumẽto ductus, quàm quòd Philoſophus : *Alaudam, & Tetricem condenſo frutice nidum munire,* ſcribit: Verùm hallucinatur. Nam Ariſtoteles, vbi de Alaudis ex profeſſo agit, nullam illius, quæ criſta caret, peculiare nomen affert, tantum abeſt, vt Tetricem nominet. Cæterùm hoc ſecundum genus Tetraneolam vocare videntur Hermolaus, Sipontinus, & Grapaldus. Dicunt enim Terraneolam eſſe ſimilem Alaudæ (criſtatæ) niſi quod apicem non habet: & ſic dictam, quoniam in terra, non in arboribus diuerſetur, nidificetque: quanquam alioqui altiùs volet, & quàm criſtata, quàm Ariſtoteles terrenam eſſe ait. Verùm hoc nomen apud claſſicos nuſquam legitur, quod noſcerim, vnde cum Ornithologo exiſtimo à recentioribus tantùm Italis vulgi imitatione ſic dictam. Apud eoſdem Italos noſtros Lodola campeſtre appellatur, alicubi Petronella, in Gallia Ciſalpina Fratagnia: apud Parmenſes Regio, vt teſtatur Grapaldus. Quidam exiſtimarunt in quibuſdam Italiæ locis Calandram dici, ſeu Calandrellam, ſed ij tota aberrant via. Eſt quidem Calandra ex Alaudarum genere, ſed ab hoc diuerſa, vt quæ omnes alias magnitudine ſuperat, vt ſuo oſtendemus loco. Alauda non criſtata, inquit Turnerus, à noſtris fera Alauda à Vuilde, vel à Hathlerck: à Germanis ein Bleidlerch effertur. Sunt & alia Germanica eius nomina Sanglerch, ideſt, Alauda canora, quòd criſtatæ cantu ferè præferatur, & Himmellerch, ideſt, Alauda cælipeta. Volatu enim alta petit, idq; ſæpius, quàm criſtata facitat, & longiorem moram in aere trahit, longioraque ſpacia conficit. Item Boltzlerch, vt Gyb. Longolius interpretatur. Dubitat Ornithologus, nunquid eædem ſint, quæ circa Baſileam Lurlen dicuntur, an potius Calandræ. Sunt enim, vt ille teſtatur, ex Alaudarum quoque genere, & inter Alaudas volare conſtat. Galli tandem hoc ſecundum genus Alouette propriè appellant.

Lodola cãpeſtre. Petronella. Fratagnia. Regio. A Calãdra differt. A Vilde. Bleidlerch. Sanglerch quid. Himmellerch quid. Boltzlerc. Lurlen. Alouette.

FORMA. DESCRIPTIO.

ALAVDA *non criſtata*, inquit *a* Ariſtoteles, *colore ſimilis eſt criſtatæ, ſed magnitudine minor, & galero carens:* *b* Petrus Bellonius ſic eam deſcribit: Alauda non criſtata roſtrum habet breuius, quàm criſtata. Poſtici eius digiti, & vngues eadem ſunt magnitudine, qua anteriores. Venter ſubalbidus eſt. Pectus pluribus maculis diſtinguitur, quàm criſtatæ. Caput nigrius habet, quàm illa, fuluo colore intermixto. In dorſo color ſpadiceus, cinereus, & ſubniger permiſcentur. Geminæ vtrinque in alis, & cauda pennæ in parte extrinſeca diuerſi ſunt colotis ab eis, quæ in parte intrinſeca reconduntur. Noſtra, cuius iconem damus, deſcriptioni à Bellonio allatæ reſpondet, niſi quod poſticos vngues multò longiores, quam anteriores, mas nigredinis plus habet, quam fœmina.

a Hiſt. l. 9. cap. 15. b de auibus l. 5. c. 23. Roſtrum. Digiti. Vngues. Venter. Pectus. Color. Alæ. Caudæ.

Alauda non cristata cum capno fabacea.



CANTVS. LOCVS. VOLATVS.

Aucupium.

Vbi degat.

VALET plurimum amœnitate vocis hoc secundum Alaudarum genus, quare multi eius cantum cristatæ præferunt: quocirca à Germanis Sanglerch, idest, Alauda canora dicitur. Eadem loca amat, quæ primum genus. Turnerus in planis, & locis circa consitis magna ex parte degere prodidit. Longolius inter iuniperos, & vepres, præsertim vbi frequens myrica (fortasse erica) gregatim cursitare scripsit. Est enim gregalis, vt *a* Philosophus tradit. *b* Bellonius ait, eas hyeme quidem gregatim volare, sed æstate binas tantùm. Item in Gallia plurimas capi, adeò, vt nullarum maior capiatur auium copia. Idem in quibusdam Italiæ locis accidit, vt Genuæ, sicuti audio, hyeme media, cùm iam Fringillarum aliarumque auium numeris diminuitur. Capiuntur autem retibus, vt quæ humi plerunque consistant.

a Hist. li. 9. cap. 25.

b De auibus li. 5. ca. 23.

Retibus capiuntur.

VSVS IN CIBIS.

CIBO peridoneæ sunt, vel ipso *a* Philosopho teste, idque pariter multi alij magni nominis authores affirmant. Elluchasem non solùm cristatis, sed alijs etiam syluestribus auibus præfert. Turnerus carnem longè suauissimam quibusdam videri dixit. De hac intellexit *b* Polydorus Virgilius, cùm inquit: Syluestrium delicatissimæ Perdices, Phasianæ, Coturnices, Merulæ, Turdi, Alaudæ. Hæc auicula hyeme minus rigida mirificè pinguescit, tunc que innumerabilis capitur numerus, ac maximè omnium mensas exornat. Quod hyeme admodum pinguescat, testatur pariter Bellonius; illius quoque causam reddens. Nam frigus, inquit, calorem intrò cogit, ne effluat, aut dissipetur. Ait autem Gallicum vulgus sibi persuadere, hanc auem ex vno in alterum temperamentum facilè transire, & pro ventorum diuersitate, diuersimodè etiam immutari. Nam flante Austro macrescit, contrà, dum viget Aquilo, valdè pinguis euadit: cuius rei quoque ipse eandem causam affert. Quomodo verò apud Gallos in cibum concinnetur, docet Io. Bruyerinus. Alaudarum, inquit, duo genera nouimus, vnum gregale, nec singulare more alterius: verum colore simile, amplitudine tamen minus, cibo peridoneum, & in Gallia fre-

a Hist. li. 9. cap. 25.

b Hist. Angl. lib. 1.

c De retib. l. 1. c. 43.

frequentiſſimum: proinde captura ſit latgiſſima, hybernis menſibus potiſſimum: quo tempore obæſæ admodum ſpectantur, niſi oiues diutinæ ſedeant, & nimia frigoris ſit inclementia, quibus plerunque ob corporum imbecillitatem, & cibi penuriam, tùm hæ, tum aliæ, huiuſmodi aues ſolent perire. Vulgatiſſimus eſt cibus Lutetiæ. Eas culinæ ſenas, aut duodenas, ligneo tranſfixas bacillo, ſaluia, lardoq; interpoſitis inaſſant. Elixantur etiam pipere, caryophyllis, alijſq; id genus conditæ. Quin & piſtorio opere includuntur madentes cinamomite condimento: Hippocratum vulgus nuncupat. Verum id genus epularum locupletum eſt, & ventri obedientium: quippè Alauda ſatis ſuo corpore vagitur. Hæc ille.

DE CALANDRA, SEV ALAVDA Maxima. Cap. XIII.

SYNONYMA.

Calãdra eſt ex Alaudarum genere

CALANDRAM etiam ex Alaudarum genere eſſe, vel ex hoc patet, quòd alicubi Κορύδαλος vocatur .i. Alauda: ſicuti Venetijs etiam, vt aliquando ſibi ab Antonio Eparcho Corcyræo, viro erudito audiſſe, teſtatur Ornith. quin & Bellon. Corydalum Græcè appellari ſcribit. Aliàs Græcis χαλανδρας, & χαλάνδρης dici quis haud inepte conijciat. Hæc .n. nomina habet [a] Oppianus. Ne verò hanc coniecturam falſam eſſe quis exiſtimet, hic paraphraſtæ verba adſcribere non pigebit. *Chalandram*, inquit, *nemo facile caperit, niſi rete iuxta aquam extenſo ab aucupe iuxta in tugurio latitante: qui auem ad potum hauriendum accedentem funiculo retis attracto inuoluat.* Nos Alaudas verſari circa lacus, & amnes iam diximus: quapropter id quoque Calandram facere, vt quæ ex Alaudarum genere ſit, veriſimile eſt. Idem eius etymum confirmare videtur, quod fortaſſe fuerit, ni fallor, ἀπὸ τῆς καλῆς ᾠδῆς .i. à ſuauitate cantus. Suauiſſimum autem Calandræ noſtræ cantum eſſe nemo eſt, qui ignoret. Syluaticus pro Calandra perperam Galeritam interpretatur, & pro Chamæzelo Calandrum auem. Camæzelos autem humilem, vel humi, ſoliq; amantem ſignificat. Vnde χαμαίζηλος, quòd Alaudæ conuenit: nam & primam ſpeciem terrenam eſſe tradit Ariſtot. & alteram aliquos Terraneolam vocare diximus: & cætera quoque Alaudarum genera terrena eſſe .i. humi conſidere docebimus. Hinc fortè corrupta eſt vox Chamochilados, qua Alaudam vulgò in Creta nuncupari Bellonius ſcribit. Intolerabili errore Franciſcus Alumnus, pro Calandra interpretatur Acredulam, & Aedona. Aedon enim proculdubio Luſcinia eſt. Sed multo magis etiam reprehendendus Aggregator, dum vocis affinitate deceptus, Chalandriam pro Charadrio accipit. Turpiter etiã errant, qui pro Gurgulione Chalandram intelligunt. Gurgulio enim Latinis nunquam auem, ſed quoddam inſecti genus ſignificat, quod in frumento in ſaccis, aut in horreis incaleſcente innaſcitur, illi valde infeſtum. Quare Albertus fortaſſis, & ipſe vbi Gurgulum auem nominat, de Calandra loquitur. Italicè dicitur Calandra, cuius nominis etymologiam deducunt aliqui à verbo Italico Calare, quod ſignificat deſcendere: quia vox eius aſcendat quidem, ſed plurimum deſcendat. Germani Kalander proferunt, alij Galander. Hiſpani, & Angli Chalandram, ſeu Chalandriam dicunt. Galli Calandre, quod nomen Bellonius à Græco Corydalo deductum fuiſſe putat, & quoſdam fuiſſe ſcribit, qui pro ipſa Turdũ viſciuorũ acciperent, quos ibidẽ iuremerito reprehendit

a In Ixeut.

Calandræ etymum.

Chamæzelus quid.

Chamochilados.

Alumni error.

Gurgulione quid.

Gurgulio.

Kalander.

Quorundã error.

FORMA. DESCRIPTIO.

HVIVS volucris deſcriptionem, & effigiem, quòd in Bononienſi agro non capiatur, ideoque à nobis nunquam viſa ſit, vel ſi viſa, non obſeruata, à [a] Petro Bellonio mutuati ſumus. Calandra, inquit, Alaudæ ſpecies eſt. Quam ſi quis cognoſcere cupiat, Alaudam non criſtatam ſe videre fingat ad Sturni magnitudinem accedentem. Quapropter, qui eam Alaudam magnam dixerit, is haud inepte feciſſe videri poterit: nam & vox eius Alaudæ voci omnino ſimilis, licet altior, idem plumarum color, idem caput, eadem alæ, cauda eadem, ijdemque etiam mores. Pedes, tibiæ, digiti-

a De auibus l. 5. c. 42.

Cui ſimilis magnitudo vox.

digitiq; omnino similes, & in hisce postici, sicuti & Alaudis longiusculi. Collum gracile est, quâ eius iubæ capiti connectuntur, quod etiam de Pauone diximus, quodque Coturnicibus est pariter commune. Quia verò non nisi magnitudine ab Alauda non cristata differt, & hæc Galeritam esse maiorem diximus, & apice insigniri, quo cristata, & Calandria carent, has alitum species Alaudas dici posse facilè concesserim, & sub Alaudæ genere comprehendi. Calandra reliquas magnitudine superat, ideo crassiori rostro eguit, quo à natura donatam fuisse credimus, vt duriuscula grana, quibus victitat, comminuere posset: etsi quæ in caueis inclusæ asseruantur, auena, & panis alibi micis enutriri soleat. Hæc omnia Bellonius, ex quo etiam iconem modò expressum exhibemus. Licet fortassis nimis exiguam.

Collum.

Rostrum.

Cibus.

Calandra cum Phalaride.



CANTVS. VOLATVS.

CALANDRIS, inquit author de natura rerum, auis est parua, similis ferè Alaudæ, colore fusca, plumis despecta, sed vocis modulatione audientes mirificè oblectat, ac omnes auium voces expressissimè imitatur. Quin etiam capta inclusaque captiuitatis suæ oblita vix vnam diei horam sine cantu præterit, adeoque per diuersos auium cantus euagari gaudet, vt de cibo solicita non sit. [a] Bellonius etiam ei vocem valde harmonicam attribuit: ideoque in Gallia, quo aliundè in caueis inclusæ afferantur, magno pretio venundari. Nos si quem rectè canere ostendere volumus, eum vt Calandra canere dicimus. Conijcit Petrus Bellonius, eam more Alaudæ non cristatæ gregatim volare. Postremò quod ad eius vsum in cibis attinet, Ellychasem interpres carnes eius inter cibos laudatissimi succi recenset.

[a] *De auib. l. 5. c. 24.*

In Gallia carè venduntur.

DE ALAVDA CRISTATA MINORE & illi congenere. Cap. XIV.

EQVITVR modò Alauda, quam cristatam minorem appellant, Aristoteli planè incognita, nostris Lodola cãpagnola vulgò dicta, Germanis teste Turnero Coperà longissima, vt arbitratur, crista: Heluetij Robellerch Steinlerch, Baumlerch appellant, Anglià Vvolderck, idem Turnerus, cui libenter assentior, hanc recentiorum Græcorum Corydon esse credit, nimirum illam, cuius in adagio suprà

Robellerc. vvolderck.

prà citato fit mentio *inter indoctas, ideſt amuſos, etiam Corydus ſonat:* hoc autem nixus argumento, quòd Colonenſes aucupes vnaniniter nullam habere peculiarem cantiunculam affirment, ſed ineptè aliarum, quibuſcum victitat, vocem referre. Gyb. Longolius, etiam non cantillare eas expertus ait; nam cùm ſæpè in auiario carceri incluſiſſet, & educaſſet, nihil planè profecit, cùm nihil præter eam vocem, quam ſubinde iterabant, & à qua apud Germanos nomen eas habere ſcribit, loquerentur. Idem aſſerunt Heluetij aucupes, Ornithologo teſte. Item ego in aere tantùm cantare obſeruaui, & vocem inconcinnam, & conciſam efformare. Quare etiam in caueis non aluntur; hic tamen à nobis, quòd ex Alaudarum genere ſint, de ijs eſt pertractandum. Quod autem prius Ariſtotelis genus non ſit, patet ex his Philoſophi verbis: *Alterum gregale genus criſtata magnitudine minus eſt*, hæc verò non ſolùm criſtata ipſa, ſed non criſtata eiuſdem Ariſtotelis longè minor eſt. Quam poſteriorem nemo etiam ſanæ mentis eſſe dixerit, cùm illa criſta careat, hæc longiſſimam habeat. Cæterum hæc de qua ſermo eſt, quam criſtatam minorem appellare libet, criſtatis maioribus ſimilis eſt, ſed longè minor, & apicem pro corporis paruitate longiuſculum habet, pedeſque rubros, & totius ferè corporis color ad ſubfuſcum magis quam in illis vergere videtur. Eam Gyb. Longolius, cùm frigus intenſum eſt, & nix agros paſſim tegit, in ſterquilinijs, & propè horrea verſari ſcribit. Ego per agros gregatim curſitare obſeruaui. Eſt enim, & ipſa gregalis, in vijs quoq; ſæpè mihi conſpecta. Tradit idem Longolius, eas hyeme nobiſcum viuere, per æquinoctium auolare, nidos non conſtruere in ſegetibus, verum in foſſis ſenticoſis, non aliter, ac Paſſeres maiores. Meminit Ornithologus alterius cuiuſdam Alaudarum generis, quod huic proximè dicto fortaſſe congener fuerit. Ait autem. Eſt poſtremò aliud ſylueſtre genus Alaudæ criſtatum albicantius proximè dicto (criſtato minori) præſertim parte prona, ideſt, ventre, & circa collum, & oculos, vt pictura à perito aucupe, eodemque pictore nobis communicata indicat: nam auem ipſam nondum vidi. Nomen ei Germanicum Maldlerch, ideſt, Alauda Syluatica: quod Angli etiam proximè dictæ tribuunt.

Deſcriptio.
Apex.
Color.
Vbi degãt.
Gregales ſunt.
Vbi nidificent.
Maldlerch.

Alauda criſtata minor cum mycone Rouilij, ſeu fumariæ ſpecie.



DE ALAVDA PRATORVM BELLONII. Cap. XV.

COGNOSCIMVS, inquit *a* Bellonius, auem Alaudæ non cristatę admodum similem, nisi quòd corpore valde sit paruo, Galliæ rustici Farlouse, aut Fallope nominant, nonnulli Alaudam pratorum. Ab Alaudis magnitudine, colore aliquantulum differt. Est enim paulò subflauior: quò fit vt vulgari, non sit omnino similis: quinimo specie videatur esse diuersa. Coloris subruffi, & subflaui, nigroq; magis, quàm Alauda maculatur. Hęc magis vbiq; fit: & ob miram cantus amœnitatem in caueis alitur. Sed quia difficulter admodum educatur, paucis in locis conspicitur. Si verò eam aliquando educari contigerit, suauissimè canit. Posticos digitos habet, quantos Alaudæ reliquæ. Caudæ plumæ in extremo albicant. Rostrum tenue, & longiusculum est, vt in Alaudis. Plumæ cutem contegentes omnino nigræ sunt. Ramis non insident, sed humi dormiunt. Quodam anni tempore pennis in aere erectis vicina loca suauissimis, & diuersis cantibus replent. Cùm Accipitrem super aduenientem conspiciunt, se se in vicinarum arborum ramis abdunt, ibique latitant: præter cæterarum Alaudarum morem. Alaudam pratorum vocitant, quòd in pratis nidificet. Omnibus Alaudis corporis magnitudine cedit. Hæc omnia Bellonius, qui solus de hoc Alaudarum genere meminit: Cùm qua hìc expressam eandem esse existimamus. Alaudæ cristatæ minori est magnitudine similis, vel paulò maior: Color subflauus, vt meminit Bellonius, in ventre potissimum Geminæ hinc, atq; hinc maculæ albæ perexiguæ alę vtriq; insunt. Plura, quæ de hoc genere dicam, non habeo.

a de auibus l. 3. c. 24.

Farlouse.

Alaudæ pratorum.

Descriptio.

Color.

Postici digiti.

Cauda.

Rostrum.

Magnit.

Alauda pratorum cum bellide cærulea.



DE ALAVDÆ CONGENERE EX quorundam sententia. Cap. XVI.

ALAVDIS postremò quidam auem hanc, cuius hæc icon est, annumerant. De qua etsi alioqui ab Alaudis diuersam existimem, cùm nulla alibi de ea loquendi se obtulerit occasio, aliquid breuiter dicere placuit. Bononiæ Petrone dicitur; Genuæ Petronello, & Chiapparrone. Alaudæ cristatæ maioris magnitudinem æquat, vel fortè paulum superat, eidem colore ferè similis est, & eisdem maculis per caput, dorsum, & pectus conspergitur. Differt verò, quòd pectoris, & totius ventris color ad subflauum magis vergere videtur: & rostrum, & collum multò magis, quàm in Alauda crassiora, & breuiora sint. Vngues etiam in tantam

Petrone.

Petronello.

Chiapparrone.

Descriptio.

Magnit.

Color.

Carnis qualis. tam longitudinem non excreſcunt: tibiæ verò, & pedes albicantiora ſunt. Caro optimum
Volatus. præbet alimentum, & in cibis valdè expetitur. Turmatim volitat, & in arboribus, aut fru-
Vbi conſidat. ticibus, & humi etiam conſidit. In arboribus, & fruticibus ſumma ſemper cacumina petit,
Cantus. quibus diù immobilis planè inſidens, haud inſuaues cantilenas modulatur. Humi etiã ſæpè quieſcit, vel curſitat, & in pratis præſertim, & herboſis fluuiorũ alueis libentiſſimè verſatur.

Alaudæ congener cum loto Æthiopica.



DE CHLORIDE.
Cap. XVIII.

Verdon. MVLTI viri docti, quòd Gazam apud Ariſtotelem modo pro Chlori, vel
a Hi. lib. 9. cap. 13. Chloride Luteam, modò Luteolam, & pro Chloreo Luteum, vel Luteam
Zaranto. vertere viderent, Chloreum cum Chloride, vel confunderunt, vel non re-
Frinſon. ctè diſtinxerunt; cùm alioqui Chloris auicula ſatis vulgaris ſit, & à viridi-
Verdelhã. tate ſua (nam χλωρὸς etiam viridis eſt, quemadmodum abundè in Chloreo
Verdeyre. oſtendimus) vulgò Verdon appelletur, alibi Verderro, alibi Verdmontan.
Verdier. Potuit tamen Luteam Gaza vertere. Nam & *a* Ariſtoteles Chloridem à colore partis ſuæ in-
Aſarandos. ferioris pallido (ochros) dictam ſcribit. Ochros autem eſt luteus, vt in noſtra aue conſpicitur.
Grunſinck. Alicubi, vt Ornithologus tradit, dicitur Zaranto, Caranto, aut Taranto: circa Tridentum
Tutter. Frinſon, Luſitanis Verdelham, Sabaudis Verdeyre, Gallis Verdier, in Græcia nunc vulgò
Rappſinck. Aſarandos, teſte Bellonio, Germanis Grunfinck, ideſt, Fringilla viridis, Grunling, alibi
cur dicta. Kuttuogel, & circa Francfordiam ad Menum Tutter: alibi Rappfinck, quia ſemen raporum
Zeglolka. edit, Illyrijs Zeglolka. Turnerus, vt in Acanthidæ diximus, hanc auem Acanthidem facit,
Kirſzfinc. & Germanicè interpretatur Kirſzfinche, melius ſcripturus Hirſzfinck, ideſt, Miliariam: non
Hirſzfinck enim ceraſis, ſed milio veſcitur, vnde etiam apud aliquos Hirſzuogel appellatur. Idem Tur-
Hirſznog. nerus in epiſtola ad Ornithologum ſcripta Kirsfincam iſtam, ideſt, Chloridem noſtram pu-
tat eſſe Thraupin.

FORMA.

FORMA. DESCRIPTIO.

ARISTOTELES [a] Chloridem magnitudine esse scripsit Alaudæ; quod nostræ Chloridi conuenit, non autem Ligurino: Color item in pectore Ochros est, sicuti de Chloride prodidit Philosophus. Turnerus Anglorum, Grenefincam magnitudine Passerem æquare scribit, totamq; viridem esse, præsertim marem, fœminam pallidam. Nostra Chloris fœmina quidem pallida est, quinimo nihil ferè in ea viride conspicitur; mas etiam totus viridis non est, quem aliquando in foro emptum sic delineaui. Paro aliquantò maior, rostrum habet breuiusculum, rotundum extremo acutum, sed crassum, quale ferè Coccothrausti, sed minus, colore supernè corneo, infernè carneo. Ceruicem, dorso, & superiore alarum parte ex cinereo superficie tenus luteo diluto, qui color ad viride vergere videtur, vestitur. Verùm gula, ventre, & pectore, & caudæ principio, seu vropygio quaternis vtrinque caudæ pennulis, alarum suprema ora, & remigium maximis octonis pulcherrimo, & saturo ochræ colore flauescit: quod reliquum est alarum, ac bifurcatæ caudæ ex cinereo partim, partim verò castaneo nigrescit. Vltimo ventre nonnihil albescit. Pedes, & crura molicula, carnea ferè substantia, & colore. Digitulorum maximus est medius anticus. A mare in hoc differt fœmina, quod hæc partim spadiceo, partim cinereo vbique coloratur, minusque multò lutei coloris, imò modicum habet. Marem audio aliquando totum viridem esse, aliquando valde luteum.

[a] Hist. l. 9. cap. 14.

Magnit. Pectus.

Chloridis maris descriptio.

Magnit. Rostrum. Color.

Chloris mas cum pruno syluestri.



VICTVS. MORES.

a Hist. l. 8. cap. 3. Quibus victitet.

ARISTOTELES vermiculis victitare scribit: Viridiam verò suam, siue Anglorum Grenefincam Turnerus inter spinas degere plurimùm, & ex herbarum seminibus victitare, præcipuè carduorum maiorum, & Lapparum, & Auriuittis minorum. Raporum etiam semina edit, vnde à Germanis quibusdam Rappfink appellatur. Cæterum Phalaridis semine, vbi illius copia est, pasci consuevit, quo non minus, ac aliæ canoræ auidissimè, & saluberrimè vescitur. Volaterranus eam præ cæteris mansuescere ait: quod verissimum esse sæpius sum expertus: nam adeo aliquoties cicuratur, vt si quis eam altera manu teneat, altera cibum porrigat, ipsum capere non recuset. Carduelium more vascula potoria, & escaria rostro ad se trahere docetur, imò id multò citiùs, facilùsq; quam vlla alia auis, docetur. Sunt qui eam filo longissimo alligantes, digito super quod considere volunt, ostenso à longè aduolare docent: vti sæpenumero non sine admiratione conspeximus.

Docilitas. Situlas ad se trahit.

NIDVS. PARTVS.

a Hist. l. 9. cap. 13. Ex quibus nidum conficiat.

CHLORIS, inquit *a* Aristoteles, *nidum sibi ex symphyto* (quod magna difficultate reperiri, & effodi vult Aelianus) *stirpitus euulso facit, sed stragulum subijcit ex lana, & vilio. Parit autem quatuor, aut quinque.* Alibi Cuculum in eius nido parere prodidit.

DE CHLORIDE INDICA. Cap. XVIII.

EIVSCEMODI auiculam ab Illustrissimo Marchione Cæsare Fachinetto mihi communicatam si cognouisset Aristoteles, Chloridē, licet suprà tantùm vireat, minorq; sit superiori; & rostrū, & pedes ita crassos non habeat, erat appellaturus. Pronè ventre nimirum, & pectore est candidissima, roseo ex subuiridi ad fuscum vergente, capite toto, dorso, & vropygio viridibus, pennis, alarum remigibus, & tota cauda cæruleis, scapis albis, pedibus nigris. Auiculæ huius picturam Iaponensium reguli in Italiam secum detuletunt.

Virioni congener.



DE CITRINELLA ORNITHOLOGI, siue thraupide Bellonij, & alijs quibusdam luteis. Cap. XIX.

Citrinella.

CITRINELLA, inquit Ornithologus, in quibusdam Italiæ locis, vt Tridenti, nominatur auicula Chloridi nostræ, vel Ligurino congener, pectore luteo, seu citrino, capite cinereo. In caueis alitur propter cantũ, quo mirè excellit præ omnibus huius generis, Serino tantũ excepto. Papaueris nigri seminibus vescitur, Galli vocant Tarin, & alibi, vt circa Auinionẽ Trin, Neapolitani, Lequila, Turci Sarè. Hanc si quis Chloridem esse malit à flauo, citrinoue colore partis inferioris, concedam. Capitur in altis Heluetiæ montibus, & alpibus vt retrò Thermas Fabarias. Hactenus Ornithologus. Bellonius verò, qui Thraupidem Aristotelis esse putat, in cuius sententiam libenter imus, breuiter etiã de ea ferè sic scribit Tarin quandam nuncupamus auiculam per onomatopœiam, quia nimirum cantillãdo eiusmodi vocem efformat: inter suauissimè cantillantes secundum locũ obtinet à Ligurino, cui etiam similis existit. Vescitur seminibus carduorum, & aliarum plantarum. Vermes non attingit, sicuti neq; Carduelis. Græcis non ignota fuisse videtur, imo simili fermè, quo Galli nomine eam appellãt, Thraupidẽ dicentes, cuius meminit [a] Aristoteles, & quæ de ea prodidit, nulli aui rectius, quàm huic conuenire nouimus. Vbiuis magis obuia est, quàm Ligurinus, quo etiam paulò maior est suamq; ob flauedinẽ magis fusca videtur, hoc est color capitis, dorsi, caudæ, nonnullarumque maiorum alarum pennarum intensior est, quam in Ligurino, itaq; communiùs etiam alitur, & minoris venditur ab aucupibus. Loco seminis napi quo Ligurinum alimus, huic libentius semen cannabis exhibemus: pauciores etiã, quàm ille procreat, siquidẽ rarò plures, quàm septẽ, aut octo vno incubitu excludit. Hæc itaq; Bellenius, cuius sanè descriptio auiculæ à nobis depictæ nõ malè cõgruit. Mas autẽ plus flaui coloris in toto corpore, & præsertim in pectore, & circa nates habet, quã fœmina. Cæterum quod scribat Bellonius hanc auiculam magis esse obuiam, quàm Ligurinum, & communius ali, id, quamuis in Gallia verum esse possit, apud nos verum nõ est. Illam autem eisdem cibis enutrimus, quibus alias canoras auiculas enutriri diximus, præsertim phalaride, vbi eius est copia, qua non secus ac aliæ libentissimè vescitur. Hæc auicula in quibusdam Italiæ locis dicitur Serino, aut Searino, vt Genuæ, Bononienses nostri Vidarino appellant.

Cantu excellit.
Tarin.
Lequila.
Sarè.
Suauiter canit.
a 8. H. c. 3.
Magnit.
Color.
Cibus.
Serino.
Vidarino.

Ornithologus auiculam quandam Italis ab aureo colore pectoris vccello d'oro, ideſt auem auream dici tradit, auiculamque esse paruam instar Citrinellæ, & admodum canoram, & aureolam posse dici, denique ex Italia ad suos deferri.

Vccello d'oro.
Magnit.
Cantus.

Citrinellis etiam comparatur, vt ibidem refert Ornithologus, aut Ligurinis magnitudine, & partim colore auicula in quibusdam Germaniæ regionibus, vt Alsatia Gyrola nomine (Gyrle) per onomatopœiam, vt conijcit, cantu laudatissima.

Citrinella, siue Thraupis cum paliuro.



DE SERINO ORNITHOLOGI.
Cap. XX.

CITRINELLAM de qua proximè egimus, in quibuſdam Italiæ locis Serino appellari diximus. Ornithologus aliam auiculã Italis Serino dici aſſerit, & à Citrinella diuerſam facit. Ego præter Citrinellam, aliam auẽ Serinum dici planè ignoro. Quare nihil de ea aſſerere hic poſſum, niſi quod eſt ab Ornithologo traditum. Inquit autem; Auicula cuius hæc icon eſt cantu egregiè muſico omnibus huius generis (etiam Citrinellæ) prælata, Italicè, vt audio Serin vocatur, vnde etiam Serinum diximus: Gallicè Cedrin, haud ſcio, an à colore Citrino. Nam Ligurinum auiculam refert & magnitudine, & colore partim, pectore, & ventre ſcilicet ex viridi flaueſcens: parte ſuperiore partim eiuſdem coloris, partim fuſca. In primis manſueſcit, & ad multos annos (tredecim, aut quatuordecim) claueis incluſa alitur. Venæunt apud nos, quæ cantu præſtant, ſingulæ ſtatere duplici, aliæ ſequiſtatere, aut tetradrachmo. Germanicum ei nomen eſt Fademle: & in Heluetia alicubi Schvvadeile (quanquam aliqui diuerſam hanc eſſe auiculam volunt) circa Francfordiam ad Mœnum Girlitz: vt alia quædam parua auicula huius generis in Alſatia Gyrola. Non aliæ ſunt, vt audio, Scartzerini dictæ auiculæ, circa Tridentum capi, & ad Germanos deferri ſolitæ, à quibus Hirngryllen appellantur. Suauiter cantillant, & forſitan nomen eis à continuo cantu factum. Nam vt grylli in agris apricis, & circa balnea, ac fornaces cantu ſuo continenter, vtuntur: aut fortè quod vocem mirificè flectant, & varient ad ſuauitatem modulationis, quaſi vi quadam intellectus, & phantaſiæ id faciant. Nam & homines εὐφαντασιώτους, hoc eſt, qui phantaſia valent, gryllos cerebro continere vulgus dicit. Eſt autem his Germanis cerebrum Aut potiùs, quòd ſumma, & argutiſſima vocis acutie cerebrum penetrare videantur. Circa Francfordiam ſimpliciter Gryllen appellant. Itaque Latinè etiam Gryllum, aut Gryllodum, & Græcè ſimiliter γρυλλον ἢ γρυλλωδον, hanc auem appellemus licet. Capiuntur & in Germania apud Carinthios Auguſtæ Vindelicorum ſimul vterque ſexus (canit enim vterque) trium ſteterum, ſiue drachmarum duodecim pretio venit, vt audio. Magnitudine ſunt qua Ligurini, vel paulò minores, ſed minus lutei. Capiũtur etiam in Heluetiæ noſtræ montibus, ac ſyluis quibuſdam, & circa Vocetium montem, & circa Bellinzonam. Auceps quidam apud nos cùm vtrumq; ſexum domi incluſum aleret, ita vt aliqua volandi libertas eſſet, pullos, etiam ex eis habuit. Sed aliquando cum pro mare Gryllo marem Ligurinum adhibuiſſet, oua quidem nata ſunt, ſed ex quibus foris nihil prouenit. Hæc itaque Ornithologus.

Eius deſcriptio.
Cui aui ſimilis.
Ingenium.
Ætas.
Serini apud Heluetios pretium.
Fidemle.
Shevvadeile.
Giriltz.
Scartzerini.
Hirngrillẽ
Gryllen.
Gryllus.
Pretium.

Serinus Ornithologi.



DE LVTEIS DICTIS, & illi congenere. Cap. XXI.

HISCE auiculis, quibus omnibus color luteus communis est, præsertim in pectore, duo alia lutea pariter genera adijcere libuit, quæ etiã à quibusdã in caueis cantus gratia aluntur. Hæc in plerisque Italiæ locis cõmuni nomine Ciæ appellantur, per onomatopœiã nimirum, nã & volantes & consistentes, hanc vocem ci ci frequentissime repetere audiuntur. Differentiæ autem gratia alterum genus Cia pagliarina, seu pagliariccia appellant à colore paliari, qui in illa valde vegetus est, cùm alterum Cia n si npliciter nuncupent: quæ quidem alio nomine nobis Bononiensibus dicitur Rapparino, quibusdam Cirlo. In nonnullis Italiæ locis Triosagolo. Auis est Passeris magnitudine, rostrum habet crassum, & breue, cuius pars superior interiori longiuscula est. Pectus, & venter subflua sunt; maculis fuscis conspersa. Caput, dorsum, alæ, caudaq; ex testaceo ad fuscum colorem vergunt: sed in cauda geminæ vtrinq; pennæ partim albæ sunt, partim eundem cum reliquis colorem seruant. Inter marem, & fœminam hoc interest, quod mas luteũ nactus sit, quàm fœmina magis, præsertim in superiori circa oculos parte, & sub gutture, & in collo ad latera, vbi maculæ satis amplæ coloris lutei conspiciuntur, quę in fœmina desiderantur. Sed licet cum plurimùm in hisce auiculis colores dicti conspiciantur, aliquoties tamen variant, vt in mare hoc, quem vna cum fœmella expressum damus, est videre, in quo pectoris pars, quæ maculis illis flauis guttur, & collum ornantibus immediatè subiacet, ad viride obscurum vergit; pectus inferius inter ferrugineum, & flauum ambigit: dorsum ferrugineũ est, obscuris maculis distinctum. Quod ad eius mores, & ingenium attinet, non admodum cautam esse, hinc conijcere licet, quod facillimè omni aucupij genere capiatur: & si semel visco adhæserit, nullo modo se explicare nouerit, vt multæ aliæ faciũt, nisi fortè pennis, quę illi facilè euelluntur, in visco relictis, nuda ferè in terram decidat. Sed & retibus etiam nullo negotio frequenter inuoluitur. Est enim ex illarum volucrum genere, quæ humi magna ex parte degunt, sibi illic victum petentes, & ex seminibus, & alijs: quapropter cum recens capta est, rostrum semper ferè lutosum habere solet. Quæ in caueis inclusæ asseruantur, eisdem victitant, quibus reliquę aliæ canoræ auiculę. Capię breui quidem cicurantur, sed cantiunculam suam pul-

Cia vnde dicta.
Rapparino Cirlo.
Triosagolo.
Magnit.
Rostrum.
Color.
Ingenium.
Victus.
Breui cicurantur.

Cirulus mas vulgò cum rubo.



Lutea, ſeu Cirlus fæmina cum populo lybice.



Morbo quo laborent.

Alterum Lutearum genus.

Ciap gliaviccia.

Emberiza flaua.

Bruyan.

Verdun.

Embritz.

Galgčliken.

Iaſme.

Gilbling, gilberſchē.

Koruogel.

Geelgorſt

A Velouvham.

cherrimam, quam liberæ nobis inculcare ſolent, per duos, aut tres menſes plus, minus intermittunt, & nihil aliud, quam ci ci ſemper quidem, ſed præcipuè cum aliquem accedentem, vident, ingeminant; deinde captiuitatis oblitæ ſua priſtina modulamina reſumunt. In caueis ſæpe morbo comitiali affliguntur: Vidi ipſe quæ ſingulis ferè diebus veluti cæco ictu perculſa ſtatim cõcideret, quod non rarò etiam in alijs euenire referunt aucupes. Eiſdem ferè moribus, prædictum eſt, eodemq; modo canit alterum Luteæ genus: quam apud nos Ciam pagliaricciam, id eſt palearem appellari diximus, licet colore euariet. Hanc eam eſſe conijcio, quam Ornithologus Emberizam flauam vocitat, & Italicè varijs nominibus appellari ait, nempe Cia Meliarina, Verzerot, Paglericio, & circa Bellinzonam, Spaiarda: Gallicè Brũyan, Verdun, Verdrier, Verdereule, Verdere, Illyricè Strnad, Heluetijs Embritz, vel Emmeritz quibuſdam Emmering, vel Emmerling: circa Roſtochium Galgenſiken, in Brabantia laſme à colore flauo, qui Gallis eſt iaune; alibi Gilbling, vt in Briſgoia Heluetiæ Gilberſchent, vel Giluuertſch ab eodem colore; circa Claronam Koruogel, quod granis frumenti veſcitur: alicubi Geeglorſt (in Germania inferiore, vt ipſe putat, ſed vt audio, Geel Vinch ibi dicitur, id eſt Fringilla lutea.) Et hæc omnia nomina fortaſſe priori à nobis deſcriptæ etiam adaptari poſſunt. Fuerunt tamen qui pro Germanorum Emmerling Galgulum interpretarentur, vt Georgius Agricola, qui cum aſpiratione ſcribit Hemmerling; quidam pro eadem voce Lagopodem accipiunt. Gyb. Longolius Germanicum quoque Geelgorſt, quod inter huius auis modo nomenclaturas retulimus, pro Chloreo exponit Turnerus Geelgorſt Anglicæ vocari ſcribit Velouuham, à Vovvlring: eandemq; Ariſtotelis Chloreum, vel Luteum, Luteamue eſſe ſuſpicatur. Eam verò ſic deſcribit, Gelgorſta auicula Paſſere paulò maior eſt: maris pectus, & venter lutea ſunt: fœminæ verò pectus luteũ, & venter pallidus eſt. In capite, dorſo, & alis, pennis fuſcis luteę intermiſcentur. Roſtrum vtiq; firmum, & breue, in quo tuberculum quoddam dentem mentiens, reperias. Cauda huius auiculæ longiuſcula eſt, & frequenter motitãs Hanc Turneri deſcriptionem Emmerizæ ſuæ conuenire dicit Ornithologus, nec ab aue noſtra diſcrepat, niſi quod ad eam magnitudinem non attingat: Paſſere enim videri quidem poſſit

Deſcript. Magnit. Color. Roſtrum. Cauda.

magnitudine æqualis, maior nequaquam. Sed hoc parum refert. Illam eodem eſſe cantu, &

ingenio

Lutea mas cum alaterno primo Clusij.



ingenio præditam, quibus proximè à nobis descriptam auiculam, supra diximus. Quod ad eius victum spectat eisdem etiam, quibus ille enutritur. Scribit Ornithologus granis hordei, tritici, pane, & eiusmodi vesci, hyeme verò in stercoribus equinis alimentum quærere, Turnerus addit eam etiam vermibus victitare, quare non omninò eam esse affirmem, quam Gursam, & Amerigam dici prodidit Albertus: de qua sic loquitur. *Apud nos plerumq; inueniuntur Cuculi in nidis auicularum, Graſemuſcha (id est Curucæ) & Citrina cuiusdam auis, quam alij Curſam, alij Ameringam vocant.* Nam de hac alibi idem Albertus sic scribit. *Genera Vinconum (Carduelium) & auis Gurſe dicta animal nullum attingunt; edunt verò ſemina ſpinarum albarum, & roſarum & herbarum & maximè ſemen papaueris & lappæ, & huiuſmodi.* Auis verò nostra, vt prodidit Turnerus, & experientia docet, præter reliqua vermes & alia animalcula deglutit: Apud nos media hyeme apparet tam frequenti numero, vt nullæ aliæ aues numerosiores conspiciantur. Cùm plurimum autem per agros cursitant, qui recens aratro sciſſi fuerint: sed & in pratis libenter degunt, in quibus ingentes earum cateruæ sæpe cernuntur diebus pluuijs præsertim. His duorum lutearum generibus, auiculam quandam aliam adducere libuit, licet nihil prorsus lutei coloris habeat, & in caueis quod nouerim, non alatur: nam illis esse congenerem ex his perspicitur, quod eadem sit magnitudine, eodem corporis habitu, eodemq; prorsus figura, & forma (licet colore varietur) quod ad illas caueis inclusas libentissimè, tanquam ad suis generis auiculas aduolet, quod tandem vocem illam ci, ci non minus quam illæ, tum volans, tum quiescēs continuè ingeminet: vnde meritò etiam quibusdam in locis, vt Genuæ, Cia appellatur, seu differentiæ gratia Cia seluatica, siue Cia montanina, Bononiensibus nostris Cirlo matto, id est Cirlus stultus; Cirlo autē, vt diximus, vocant etiam primo loco à nobis commemoratum genus. Capitis nouissima pars superior, & dorsum totum colore ferrugineo decoratur, nigris maculis satis amplis interstincto. Supra oculos macula cinerea ad album tendens, à rostro ad extremum collum percurrit: pectus, & ventrem omnem ferrugineus prorsus occupat. Remiges alarum pennæ, & caudæ subnigræ sunt, quorum tamen extremæ oræ in ferrugineum colorem desinunt. Alis præterea nonnullæ albæ maculæ insunt: in cauda, vna, aut altera vtrinque penna partim subnigra, partim alba. Hæc sunt, quæ de hisce tribus auicularum generibus nobis dicenda occurrerunt.

Victus.

Cursa. Ameringa.

Vbi degāt.

Vox.

Cia seluatica seu montanina.

Cirlo matto.

Descript.

Color.

Cirlus ſtultus vulgò cum liguſtro.



Cyanus Bellonij, cuius deſcriptio habetur fol. 618.



Motacilla flaua, cuius descriptionem habes fol. 728.



Vesica, cuius hìc icon ponitur, in Gallopauone fœmina reperta circa lumbos satis grauis, pellucida, ac quodammodo peritoneo adnexa, figura erat cucurbitę lagenarię venis respersa plurimis, ad tactum instar glaciei frigida.



Petrus Vvittendellius Alcmarianus Batauus, Philosoph. ac Medicus iconem huiusce oui, in cuius testa serpentis imago cernitur, anno 1594. die verò Februarij duodecimo Pisis à se conspecti mihi transmisit, natus Gallinam, ita euixam vel quòd serpentes timuisset, vel potiùs, quòd auidiùs eum prius deuorasset, vel deuorare cupiuisset, nimirum ex imaginatione. Quam generationem quamuis non inficiet, scio tamen à nullis arte oua eo modo elaborata passim venundari.



Sex iſtæ, quę ſubinde ſequuntur icones ad me ſub auium Indicarum nomine miſſę ſunt, quas cum paruæ ſunt, noſtræ de Paſſeribus hiſtoriæ addi poſſunt.

Auis Indica Ochrocephalos cum arbore thuris.



Auis Indica alia Chlorocephalos cum palmæ ſanctæ ſimili arbore.



Auis Indica alia cum malabrato.



Auis Indica alia cum ſaſſafras.



Auis Indica alia cum faufel.



Auis Indica alia cum cariophillo aromatico.



FINIS.

INDEX
ENVMERATIO AVIVM,
Quarum Historia pertractatur in hoc Secundo Ornithologiæ, ac Tomo, eo ordine, quo describuntur.

Capita Libri Decimitertij, qui est de pulueratricibus sylvestribus.

DE Pauone. Cap. 1. fol. 1.
De Pauone albo. cap. 2. 31
De Paunibus Iaponensibus. cap. 3. 35
De Gallo Pauone. cap. 4. 35
De Phasiano. cap. 5. 45
De Vrogallo, seu Tetraone. cap. 6. 59
De Vrogallo minore. cap. 7. 67
De Tetrace Nemesiani poeta, seu Grygallo maiore. cap. 8. 69
De Grygallo minore. cap. 9. 72
De Attagene. cap. 10. 72
De Gallina coryli orum. cap. 11. 80
De Otide, seu Tarda aue. cap. 12. 85
De Anate campestri, Canne Petiere Gallorum, seu Tetrace Bellonij. cap. 13. 96
De Stella aue dicta. cap. 14. 98
De Oedicnemo Bellonij. cap. 15. 98
De Perdicibus in genere. cap. 16. 103
De Perdicibus in specie, & primum de Perdice Graca Bellonij. cap. 17. 137
De Perdice russa, siue de Perdice maiori. cap. 18. 138
De Perdice minore, siue cinerea. cap. 19. 140
De Perdice Damascena. cap. 20. 143
De Perdice alba, siue de Lagopode. cap. 21. 143
De Coturnice Latinorum. cap. 22. 150
De Orygometra. cap. 23. 174
De Cyachramo. cap. 24. 177

Capita Libri Decimiquarti, qui est de pulueratricibus domesticis.

DE Gallo Gallinaceo, & Gallina. cap. 1. 183
Diuersarum Gallinarum, & Gallorum descriptiones, & primò de albo cristata, & alia fermè in lapideam conuersa. cap. 2. 307
De Gallina pumilione. cap. 3. 309
De Gallinis Patauinis. cap. 4. 310
De Gallo, & Gallina pedibus pennatis. c. 5. 312
De Gallo, & duabus Gallinis Turcicis. c. 6. 316
De Gallo, & Gallina ex Persia. cap. 7. 317
De monstris. cap. 8. 319
De peregrinis quibusdam Gallinaceis dictis & primò de Gallo Indico aurito tridactilo. cap. 9. 330
De Gallo alio Indico. cap. 10. 332
De Gallina Indica. cap. 11. 333
De alijs duabus Gallinis Indicis. cap. 12. 334
De Gallinis Guineis. cap. 13. 336
De Gallina Lanigera. cap. 14. 339
De Gallo Scotio sylvestri, & de Morenna Anglorum. cap. 15. 340
De Gallo palustri. cap. 16. 342
De Capo. cap. 17. 343

Capita Libri Decimiquinti, qui est de Auibus, quæ simul se pulverant, & lauant.

DE Columbis in genere. cap. 1. 355
Diuersarum aliquot Columbarum descriptiones, & primùm earum, quibus pedes nudi sunt. cap. 2. 462
De Columbis pedibus hirsutis, siue pennatis. cap. 3. 466
De Columbis peregrinis. cap. 4. 470
De Palumbo maiori, siue torquato. cap. 5. 484
De Phabe, seu Palumbe minori. cap. 6. 497
De Oenade, seu Vinagine. cap. 7. 497
De Alchata, siue Filacotona Arabum. c. 8. 501
De Columba Liuia. cap. 9. 503
De Turture. cap. 10. 505
De Passere in genere. cap. 11. 529
De Passeribus in specie, & primùm de Passere albo. cap. 12. 556
De Passere maculato siue tricolore. c. 13. 558
De Passere albicilla. cap. 14. 559
De Passere montano. cap. 15. 560
De Passere sylvestri. cap 16. 561
De Passeribus congenere. cap. 17. 562
De Passere torquato. cap. 18. 563
De Passere pusillo in inglandibus degente. cap. 19. 563
De Passere stulto Bononiensium. cap. 20. 563
De Passere Illyrico. cap. 21. 564
De Passere Indico macrouro rostro minaceo. cap. 22. 565
De Passere Indico macrouro alio. cap. 23. 567

INDEX.

De Passere Indico alio brachyuro. cap. 24. 567
De Passerculo brachyuro nostrate. cap. 25. 567
De Passere erythromelano Indico, siue vropygio. cap. 26. 568
De Passere Indico sine vropygio alio cyanerythomelano. cap. 27. 569
De Passere Indico alio porphyromelano caudato cap. 28. 570
De Emberiza alba Ornithologi. cap. 29. 571
De Emberiza pratensi. cap. 30.

Capita Libri Decimisexti, qui est de Auibus bacciuoris.

DE Turdis in genere. cap. 1. 575
De Turdis in specie, & primùm de Turdo visciuoro. cap. 2. 593
de Turdo pilari. cap. 3. 595
de Turdo Illade, siue tylade. cap. 4. 597
de Turdo simpliciter dicto. cap. 5. 599
de Merulis. cap. 6. 602
de Passere solitario, quem tertium Merularum genus, secundum Aristotelis esse remur. cap. 7. 614
de Passere solitario congenere. cap. 8. 617
de Passere solitario Bellonij. cap. 9. 619
de Merula montana Germanorum. cap. 10. 620
de Merula torquata. cap. 11. 620
de Merula bicolore. cap. 12. 624
de Merula congenere. cap. 13. 625
de Merula congenere alia. cap. 14. 625
de Merula rosea. cap. 15. 626
de Merula Brasilica. cap. 16. 628
de Merula apode Indica. cap. 17. 629
de Merula saxatili, siue Caryocatacte Ornithologi. cap. 18. 630
de Sturno. cap. 19. 631
de Coccothrauste Ornithologi. cap. 20. 645
de Coccothrauste Indica cristata. cap. 21. 647

Capita Libri Decimiseptimi, qui est de Auibus vermiuoris.

DE Regulo. cap. 1. 649
De regulo alio non cristato. cap. 2. 653
de Passere Troglodyte. cap. 3. 654
de Passere Troglodyte Bellonij. cap. 4. 656
de Alsidone. cap. 5. 657
de Hirundinibus in genere, & de domestica priuatim. cap. 6. 658
de Hirundine agresti sine rustica Plinio dicta cap. 7. 693
de Drepanide, siue Riparia. cap. 8. 694
de Hirundine marina aue. cap. 9. 696
de Apode. cap. 10. 698
de Vpupa. cap. 11. 702
de Paris in genere. cap. 12. 710
de Paris in specie, & primò de Paro maiori. cap. 13. 713
de Paro Indico. cap. 14. 714
de Paro caudato, seu monticula. cap. 15. 715
de Paro ceruleo. cap. 16. 721
de Paro palustri. cap. 17. 722
de Paro atro. cap. 18. 733
de Paro cristato. cap. 20. 742
de Paro syluatico. cap. 21. 722
de Motacillis in genere. cap. 22. 724
de Motacilla communi, quam vulgò albam vocant. cap. 23. 724
de Montacilla flaua. cap. 24. 728
de Motacilla flaua alia. cap. 25. 729
de Spipolis dictis. cap. 26. 730
de Stuparolis vulgò dictis. cap. 27. 732
de Muscicapis. cap. 28. 736
de Ruberta. cap. 29. 739
de Frithaco, siue Rubecula. cap. 30. 731
de Pyrrula, siue Rubicilla. cap. 31. 744
de Phœnicuro, siue Ruticilla. cap. 32. 746
de Antho, siue Floro. cap. 33. 750
de Hypolaide, seu Curruca. cap. 34. 752
de Cannenarola Bononiensibus dicta. cap. 35. 754
de Atricapilla, seu Ficedula. cap. 36. 756
de Oenanthe, seu Vitiflora. cap. 38. 762
de Luscinio la. cap. 29. 765

Capita Libri Decimioctaui, qui est de Auibus Canoris.

DE Auibus canoris in genere. cap. 1. 267
De Luscina. cap. 2. 771
de Carduele. cap. 3. 798
de Spino, seu Ligurino. cap 4. 807
de Passeribus Cannarijs. cap. 5. 814
de Fringilla. cap. 6. 816
de Montifringilla. cap. 7. 821
de Linaria. cap. 8. 823
de Linaria rubra. cap. 9. 825
de Alauda. cap. 10. 827
de Alaudis in specie, & primùm de Alauda cristata. cap. 11. 841
de Alauda non cristata. cap. 12. 844
de Calandra, seu Alauda maxima. cap. 13. 846
de Alauda cristata minore, & illi congenere. cap. 14. 847
de Alauda pratorum Bellonij. cap. 15. 849
de Alauda congenere ex quorundam sententia. cap. 16. 849
de Chloride. cap. 17. 850
de Chloride Indico. cap. 18. 852
de Citrinella Ornithologi, siue Thraupide Bellonij, & alijs quibusdam lutea. cap. 19. 853
de Serino Ornithologi. cap. 20. 854
de Luteis dictis, & illis congenere. c. 21. 855

INDEX
HORVM SEX LIBRORVM
Ornithologiæ copiosissimus

Latinus, Græcus, Hebraicus, Chaldaicus, Italicus, Gallicus, Hispanicus, Germanicus, Belgicus, Anglicus, Scoticus, Polonicus, Illyricus, Turcicus, Indicus, & aliarum linguarum.

A

ABraham cur Columbam sacrificare iussus 418. 49. multarum gentium pater dictus 419. 35. sacrificans cur quadrupedes diuisit, non autem aues 419. 20.
Acalantis 799. 15. 809. 12. cæcos parit prouerb. 808. 16. quę aues eo nomine veniant 808. 19. Cans nomen est 551. 5 808. 12.
Acalanthula 798. 19.
Acanthyllis 809. 6. Bellonio quæ auis 693. 14. eam odit Alauda 834. 44.
Acalantia 799. 52. 809. 12.
Achātis. Vide Ligurinus, eam odit Alauda, & cur 813. 16. pro Carduele accipitur 799. 8. cū Chleride confunditur 808. 45. cum Luscinia confunditur 799. 10. Non est Carduelis 798. 50.
Acantis syluaticæ 808. 48.
Acantis Turneri 750. 48.
Acāchydes q̄ aues dicātur 808. 19
Acantis Diana 808. 6.
Acanthis verba quæ Callimacho. 808. 4.
Acanthidis puellæ fabula 813. 28
Arcadelantes 799. 52.
Accipitres in Alaudas sęuiūt 834. 46. eorum actus in venando Columbas 394. 13. Colūbā literas portātem in aere occidit 401. 8. Colūbas magis, quam alias aues capiunt 392. 20. ei comparatus Aiax 588. 12. Patroculus 643 2. cur hominib⁹ exosi 379. 6. Diabolus 268 37. epilepsiæ laborāt 162. 39. fœmina mare pulchrior 72. 28. ne inuolet Gallinarum 242. 4. eius, & luciniæ apolog. 797 5. ei non tenditur rete 443 27. quę celeritate Columbā insequatur 393. 40. quādo eā inuadāt 379. 36. Turdos capiūt 588. 9. vnde dictus 395. 20. eius voce audita ova Gallinę vitiātur 241 38. vt ad Phasiani aucupiū instituantur 54. 28. vt Colūbæ esu afficiatur 394. 3. vt eā venētur. 394. 53. vt fugetur 242. 9. eos vt occidāt Colūbarij 385. 35. eos vt timeant Gallinæ 314. 38. vt Turdo viscoro capiātur 595. 1 Quindecim Colūbas occidēs quid portendat 414. 37.
Accipitres Chiluones 493. 50.
Accipiter Columbarius 391. 25.
Accipiter Palūbicida 362. 27. 485 10. 141. 55.
Accipiter Perdicarius 127. 24. 126
Accipiter Qualearius 166. 51.
Accipiter Rubertarius 241. 54.
Acir cur Pauo dictus 19. 14.
Achilec. Accipitri comparatus 293 53. 304. 20. cum cur increpet Vlysses 170. 15. cur Gallinis cōparatus 234. 35. eius, & Patrocli amicitia 515. 37.
Achyrosis quid 670. 24. contra Aconytum remedia 291. 4. vbi non nascantur 76. 55.
Acontilus. 152. 13.
Acredula 660. 14. 775. 12. & inde est mali hominis 774. 32. cū esse Liscinium 774. 26.
Actalantia 699. 52. 809. 13.
Acronis error 144. 35.
Acropolis vbi 42. 1.
Adæus Alesiryon 348. 17.
Adipes vt fruentur 289. 49.
Adiantum cur in nido ferat Vpupa 707. 45. cur detur Gallis 239. 2.
Adonis exitium 107. 45.
Adoptionis falsæ typus. 120. 16.
Adriani Iunij lapsus 485. 34.
Adulatoria hieroglyphicū 680. 45
Aedificationis studiosi hieroglyphicum 689. 19.
Aedonis fabula 685. 14. eius frater in Vpupam 685. 40. eius mater in Alcyonem 685. 37.
Aedones Lybyssæ 772. 24. 789. 36
Aegrorum vires vt refocillentur 350. 46.
Aegithalus cū Caprimulgo cōfunditur 710. 41. eius etymum 710 46. 711. 9. quæ auis 711. 3.
Aegythus Longolij 752. 35. quæ Aristi. Bellonio 842. 2.
Aegothele qui dicatur 29. 39. ad Aegilopas 453. 34.
Aegyptus quid mystice 431. 33.
Aegypij Gallū Osiridi immolāt 256 42. in lectu pulla veste vsi 372. 37 Lunā honorāt 163. 25. eorū monachi cur piscib. ab stinerent 575 40. eorū mulieres quomodo in balneo se pingue faciāt 295. 32. quomodo Coturnices ederent 169. 23. eorum regnum cibus 450. 20.
Aeliani error 395. 33. 498. 36. explicatus 117. 36. 388. 50. 390 49. laus 121. 10. (25
Aeneas Vt aureo ramo potit⁹ 412
Aeneas Vizanius medicus 87. 47.
Aeodon in Luscinam 685. 41.
Aequalitatis in distribuendo hieroglyphicum 680. 12.
Aeris hieroglyphicum 418. 28.
Aeschylus correctus 705. 28. eius error 702. 50. interitus 202. 25
Aesculapio Gallus dicatus 255. 35 ei cur Galinę immolatæ 276. 54.
Aesopi Tragici centenaria patina 792. 10. cur Luscinias oderet. ibi.
Aethiopes vt solem edere. 162. 28.
Aethonis exitium 107. 45.
Aethra Homeri mater 417. 36.
Aethyia quæ auis 603. 8.
Africus ventus qualis 155. 37. vbi vino noxius 257. 10.
Agamemnō cur Anij filias in exercitu suo esse voluerit 447. 13.
Agaricus quare in doloribus intestinorum omittatur 284. 40.
ad Agros pinguefaciēdos 303. 46.
Aggregatoris error 846. 35.
Aglophotis quæ herba 173. 3.
Agnus anniculus significat innocētiam 420. 13. cum non habēs cur Columbas, vel Turtures offeret. 421. 10. in sacrificio martyrem significat 423. 56.
Agricolæ error. 700. 34.
Agripina Turdus 583. 55.
Aiax Accipitri cōparatus 588. 12
Alani vnde dicti 150. 6.
Alania regio 250. 18.
Alaudæ 47. 1. Acanchidem odit, & cur 813. 16. eius æquiuoca 827 40. antiquitas 827. 35. assa appetentiam conciliat 838. 36. eius augurium, & præsagium 835. 38. auis pulueratrix est. 2. 9. 832. 20. eius cantus, &

volatus 833. 32. canit volando. 833.33. capiẽdi rõ 834 1. eius caput cur septies in Aegyptiaca tabula esse depictũ. 836.41 S. Christophori baculo pilla, & cur 837. 40. Cirrum nõ esse 830. 34. cognominata, & denominata ab ea 834 1. & inde cur autumno, & hyeme pinguior, quã æstate 838. 52. cur coturnicibus similes dicta 832. 8. eius epitubidos dicta 840. 10. cur eam insignibus suis vterẽtur Austriaci 838. 16. cur ipsa terra antiquior esse dicatur 836. 1. cur à Lẽnijs colatur. 832. 35. cur ova parũ foueat 833. 14. eius etymologia. 829. 47. eius fabula, & apologi 839. 50. epilepsis laborat 162 39. forma, & descriptio 832. 4. genera & differ. 821. 46. inimicitia cũ Arcturo sidere 814. 46. de ea, & Immusulo apologus 840. 38. locus & migratio 832. 38. moralia mystica 835. 50. mores, & ingeniũ, & victus. 832. 18. morbi 834. 30. nidus, partus 833. 1. in nido eius parit eunculus 833. 28. nõ dicitur à laude 829. 50. nõ omnes migrant 832. 44. oua eius non fouentur à bufonibus 833. 10 perspicacia eius in cognoscendis sibi noxijs 832. 27. de ea prouerbia 839. 4. quæ à colicos dolores valere creditur 839. 5. quãdo esui aptior. 838. 37. quando nidificet 833. 5 quãdo pinguis 837. 36. ea qui abstinere debent 834. 34. quo tẽpore canat, & cur nõ. 833. 10. 43. quot pariat 785. 46 812. 53 833. seminibus gaudet 767. 54. sinapis semine moritur 834. 54. sympatia & antipatia 834. 40. tẽperamentũ 838. 36. vbi non reperiãtur 57. 6 832. 55. vbi toto ani tẽpore cõspiciantur. 832. 49. vox Gallica est. 828. 11. vsus in cibis, & medicina. 838. 28. & inde in insignibus 838. 10. vt Aeipitres timeant 834. 46. vt cum Vpupa confunditur. 710. 20. vt contra fascinationem sese tueatur 832. 28. vt Noctua capiat. 834. 6. vt retib. ibid. vt noctu. 834 16.

Alauda campestris. 308. 20.

Alauda calipeta 844. 35.

Alauda canora 844. 34.

Alauda capellata 831. 12.

Alaudæ congenetis carnis qualitas 850. 1 descript. 849. 52. icõ 850

Alauda cristata cãtus, locus, volatus 842. 37. carnis tẽperamentũ 84. 1. corãs facultas 843. 21. cur colicis medeatur 843. 36. forma, & descriptio 841. 22. & 342. 1. icõ 741. Synonyma 841. 4. vbi degat 842. 48. volandi modus 842. 46. vsus in medicina 843. 1. vt eduer sus colicũ dolorẽ vsurpetur 843. 13. vt comburatur ad eundem dolorẽ. 843. 29. vt cõdicẽda. 644. 8.

Alauda cristata minor 831. 50. descript. 848. 13. icon ibid. gregalis est 848. 16. nõ canis 848. 2. & inde vbi degat 848. 15. vbi nidificet 848. 18.

Alauda cristata senis descrip. 842. 8. icon ibid.

Alauda fera 844. 32.

Alauda marina 829. 19.

Alauda maxima. vide Calandra.

Alaudæ non cristatæ cantus, volatus locus aucupium 845. 26. forma, & descriptio 844. 40. icon 845. quãdo magis pinguescat, 845. 46. quomodo apud Gallos ad cibũ concinnetur 145. 55. Synonyma 844 16. vsus in cibis 845. 40.

Alauda pratorum cur sic dicta. 849 18. descriptio 849. 8. & inde etymum 849. 18.

Alauda sylvestria quæ 831. 53.

Alauda viarum 841. 18.

Alauda legio quæ 828. 6. vnde dicta 828. 16.

Alauda miles 828. 1.

Alauda piscis 829. Pauonem posse duci 6. 46.

Alauda vir qui dictus. 827. 52.

Alaudarius Accipiter quis 835. 24 834. 46.

Alaudinum vnde dictum 855. 18.

Albani vnde albi 150. 10.

Alberti error 62. 5. 90 40. 143. 48 174. 50. 189. 39. 604. 1. 143. 48. 750. 33. 756. 13 eius opinio de conceptu Perdicum absq; mare resellitur 118. 47. cum veteribus conciliatur 120. 28.

Albicilla 756. 33. caudam motitat 724. 44.

Albicula quę 726. 26. ad Albugines 133. 6. 289. 15. 453. 33.

Albugo quid 191. 16.

Albumẽ lac Gallinæ dicit. 252. 48. quid sit, & eius synonyma. 191. 12

Alchaũ caro quibus prosit. 501. 53. constituto 501. 52 historia 501. 30. icon 502. quæ auis 498. 18.

Alcibiades cur Coturnicem sub veste gestaret 169. 43. eius, & Socratis apophtegma 273. 20.

Alcidamãtis filia in Colũbã 447. 6.

Alcion 772. 36. Hirundo marina dicitur 698. 26. an eam mutata mater Aedonis 685. 37.

Alectorolophos herba 250. 35. eius seminis vis contra id quod in oculos incidit 689. 25.

Alector Argeę 184. 8. Epei 184. 7.

Alectorias gemma 253. 3.

Alectorias lapis verus. 253. 20. in iecore Capi reperti descriptio 253. 10. in ventriculo 253. 13.

Alectoriæ pilulæ 254. 3.

Alectoryon cur in Gallum mutatus 275. 38. eius fabula 275. 28 (17.

Alectrion Amphitrionis pater 184

Alectrion dux Philippi 184. 14.

Alectryon Martis comes, & eius fabula 254. 45.

Alectryon Persarum rex 184. 10.

Ales cristatorius 190. 12.

Ales excubitor 190. 10.

Alexander Magnus quanti fecerit Panones 5. 33. ei quid Hirundinis garritus portenderit 675. 45.

Alexandri Seueri conuiuia 293. 40

Alicæ vsus ad impinguandos Palumbes. 493. 6.

Alium cur Gallis exhibeatur, & cur equis 238. 50. eius semen Sturno mortiferum 643. 25. eius vires 115. 14.

ad Alopeciã 188. 4. 453. 22. 556. 3

Aloysij Mundellæ error. 104. 10. opinio de Coturnicis nostratis vtilitate 133. 25.

ad Alphos. 645. 5.

Alsine corniculata Clusij. 253. 2.

Alta contemplantes cadere 590. 50

Aluco vt Gallo maior dicat. 195. 24

Alueoli cur in Gallinarijs ponantur. 220. 22.

Alumni error 846. 33.

Amaracus 128. 4. de Amaso rege apophtegma 131. 23.

S. Amatoris anima in cælum à Columba elata 406. 16.

Amatoriarum illecebrarum hieroglyphicum 418 25.

Ambitiosorum typus 22. 36.

S. Ambrosij error 506. 1. 516. 30.

Ambrosius Morandus 185. 48.

ad Ambusta 286. 44. 453. 27.

Americanorum superstitio 126. 51.

Ameriaga 857. 34.

Amia Aristotelis 506. 18.

Amicis non esse fidendum. 840. 27. mutiliũ hieroglyphicũ 680. 43.

Amicitiæ mutuæ quatuor celebratæ 515. 36.

Amor vitæ spatium minuit 491. 8.

Amomi delineatio 410. 8. de eo quæstio 409. 50. & inde vnde aduehatur 410. 2.

Ampelis 746. 20. 736. 44.

Anacreontis Columba 377. 26.

Anagallis 252. 38. 543. 35.

Anagallis purpurea. 677. 4.

Anagogia sacrificaria 407. 47. ex Aratir adipe sorbitio 277. 30. eum Gallina amicus est. 339. 46. secur humidã habet 295. 11. eius ova Gallinis supponuntur. 224. 31. ea excludit Gallina. 14. 12.

Anas cãpestris 91. 33. 74. 50. eius caro 96. 41. descriptio 96. 14. cur Otidis species credita 96. 34. cur cũ Otide subingat Belloníus. 96. 7

cur su

cursu valet 96.40. mas vt à famina distet 96.44. quã auẽ ita vocent Galli 96. 26. eius victus 96. 45. vt capiatur 96.28. vt se defendat contra aucupes 96.29.
Anas terrestris cur sic dicta 96. 23.
Ancillæ Turdis similes 589.41.
Andreæ à Lacuna error 231.32.
Angelus Colũbæ figura apparet S. Alouino 404. 6. eius tuba Passeri compa ata 543. 80.
Angelus quæ auis 501.46.
ad Anginam 453. 53. 690. 5. 290. 26. ad occultam 280.25.
Anglia caret Ficedulis 760.31.
Anglorum moneta cur sterlingi dictæ 643.50.
Anguillæ Maandri laudatæ 583.14.
Anguis cur in culeum inderetur 240. 55. eius pictura quid notet 459. 16. ei terrori est Gallus 240. 51.
Anima Passeri similis 549. 14. 552. 48. eam à Diabolo exagitatã Passer significat 552.45 eius duæ alæ per duas Colũbas designatæ 441. 40. ea & corpus per duos Passeres in Euangelio significãtur 553.50. eius hieroglyphicum 554. 1.
Animalia epilepsiam patientia innoxiè edi. 171. 36. quæ ova pariant 258.9. quæ fœcũdiora 812.50. ruminãtia quot ventres habeant 93. 30. sanguinea quatuor notis monentur 629.20. suapte natura timida quæ 639.10.
Animi candidi signum 270.55.
Anÿ filiarum fabula explicata 447. 32. cur in Colũbas mutatæ 447.11
quicquid tangunt in vinum, segetem, & oleum conuertunt 547.12.
Annuli aurei, & argentei mira vis 392.2.
Anseris adipis vis 303. 31. amasiis donatus 163.93. de eo cœmẽsloquiarij quid 79. 29. cũ Gallina amicus est 239.46. cũ gustare quibus vetitũ 298.23. iecur humidũ habet 295. 11. Isidi immollatus 43.16. de eo olim fiebat sacrificiũ 254.41 eius ova excludit Gallina 14. 12. qui eis abũdẽt 120.36. Romano satur Hannibal 44. 1. quãdo eũ ederet Seuerus 293.40. vẽtriculi esus 295. 16. verecundus est 3. 18. ad vigilias vales 792. 30. eius vox. 116.39.
Auster ferus 650.40.
Anserini adipis temperies 289.44. vis 289. 37. 290. 21. iecoris delicia 132.12.
Anthemonidis glorioſi militis iactatis 526.40.
Anthia piscis 750.25.
Anthos Nestoris filius 799.34.
Anthi bisloria Vide Florus, non est Carduelis 799.34.
Anthus auctoris 750.52.
Anthus Græcorum 529.5.
Anthi Ornithologi icon. 715. descriptio 751. 1. & inde.
Antichristus 261.4.
Antiochus Syriæ rex vt occisus 676.4
Antonini Pij benignitas 306. 32. numus 24. 28. cũ tribus Gallis 306. 30.
Antonij clades præuisa 636.8. ex Gallorum, & Cotturnicum pugna quale augurium petijt 239.46.
Antonia nauis vnde dicta 676.8.
Antonius corporis magnitudine, memorabilis 126.25.
Anton. Gaiceriy error 592.10. 642.7
Antonius Gigas Forosemproniensis 27.34. 568.8.
Anubidis Galli immolati 256. 43. ad Ani apoplemata 287. 42. procidentiã 285.45. rupturas 290. 35.
Apetibus quæ auis, & eius dissidium 812.16.
Apri esus 57. 16. non sunt in Creta 76.50.
Apes auis 698. 7.
Apex pro crista 195.50.
Aphron 543.31.
Apiastra 712. 5. muscis victitat 738.34.
Apibus cur insidietur Hirũdo 674.4. esse feræ naturæ 360.6. ne inedia pereant 139.52. nec fera, nec mansuetæ naturæ sunt 668.10.
Apollinis statua qualis Neapoli 413. 30. eius statuæ vbi Columba insidet 459.23.
S. Apollonia vt satellites timuerit 789.18.
Apollonius Passeris vocem interpretatur 545.6. mutuam nutritionẽ adhortatur 545.5.
Ad apoplexiam 135.453.44.
Apos 532. 15 capiẽ diratio 701.10. circa mare versatur 561.26. cognominata 701. 25. cur semper volet 700.20. cur Aquilam nõ generare dicatur 701. 37. in delitys haberi 532.18. descriptio 700. 1. eius duo sunt genera 660.31. etymũ 698.3. genus, & differentiæ 699. 1. inter Hirundines non recensetur 699.6. 661.17. Hirundo marina putatus 661.36. icõ. 699. locus 700. 18. nidus 700.40. nunquã stat, aut sedet 700.20. palpebras habet more terrestriũ 700.7. pecũ vsus 700. 10. pedũ cõstitutio 699.14. de eo puerbiũ 701.32 eius pulli, vbi in pretio 701.48 quãtũ visu valeat 701. 8 qui populi ita dicti 701.26. qui populi eos nẽ edãt 701.45. vbi sẽper appareãt 700.30. eius victus 701 1. volat⁹ 700.18. eius volatus, vt ab Hirundinis volatu differat 700 26. vsus cibis, & medicina 701. 40. vt eos capiãt pueri in Zacinthoinsula 701.14. vt capiãtur cicadis 701.18. vt differant ab Hirũdinibus 660.49. vt his destinguantur 669.6. vt lateant 700. 22. vt lateant 700.34.
Apos maior 698.49. (44.
Apus minor 693.15. quæ 560.34. &
Apostolos cur Deus simplices esse voluit, sicut Columba 438.6. & inde in apotheosi Imperatricũ Pauo cõsecratus, & cur. 2.23.
Appius Claudius augur. 18.50.
Aprilis cur corqualeat⁹ dict⁹ 165.53
Aqua vitæ Gallinis lætalis 243. 1.
Aquila accipitrem quindecim Columbas occidentem fugans quid portendat 414.40. ab auibus in regẽ electa, & cur. 6. 15. clãgorẽ eius sperunt Colũbæ 365.17. Columbæ augurium extinguit 412.25. Colũbã vnguibus tenens qui portẽdat 4 4. cur eam inter astra collocarit Iupiter 914 46 cur Pauonis caudã ei non dederit 16.51. cur ei sacra 20. 48. cur Ornithologiæ sit exordiũ 1. 39. cur in numero Faustinæ sculpta 25. 15. eius fellis facultas 135. 37 292 9. eius hebetudo 202. 25. Herodius dicta quæ 536. 17 inimicitia cũ Colũbis 395 30. 397. 1. & inde Gallinam in gremiũ Liuiæ abijcit 260.8. Iouis currui succesſit 2.23. Iouẽ ferens in antiquissimo marmore picta 24.27. Ioui nectar adfert 417 48 ne inuolet in Colũbarum 242 4. noi generat Colũbam 314. 12 443. 30. eã nõ generat Cygnus 721.34. in numo Antonini Pij picta 24.29. Palũbũ in cunis adiumenti ponens, quid portendat 413. 41. ei pugnat Trochilus 653. 35. quando clangat 392.36. quas magis timeant Colũbæ 396.28 salacitatem toto anno nõ exercet 206. 1. eius senecta, prouerbiũ 839.44. eius in virginẽ mirus amor 30.35 visus 202.18. vnde dicta 202.21. vulpi & serpẽtibus inimica est 194. 24. vt Aeschylũ occidit 202.15
Aquila Iouis, & eius victus 93.53
Aquila marina quæ 396. 31. eius vocem agnoscunt Columbæ 365. 12.
Aquilegia cur Colũbina dicta 410.25
Aquilo ventus qualis, & cur sic dictus 156.6.
Arabes aconitũ, & cicutam confundũt 586. 9. eorũ de Sturno, & cicuta confusio 642. 4. (13.
Aracus cur faba veterũ putetur 217
Arbores masculæ sunt fœcundiores 537.56. quæ diutius viuãt 538.2
Archãgelus Graphius 625.20. de Archigallis epitaphium vbi 184 32. qui sic dicti 184. 30.
Archyta Columbam ligneam volatilem fecit 458.22.
Ardea 702.35. non esse Accipitrem 552.25. vbi niduletur 551. 20. in

volatu pedib⁹ p cauda vtitur 16.58
Ardea pella cur Alaudæ dissidet 834. 43.
Ardea stellaris 78. 32. color 87. 55.
Area retis quid 805. 1.
Aretusa Columbæ cõparata 392.55.
Aretusa fons vbi 165. 47.
Aretulæ augurium 413.45.
Argatylis 695. 12. nidus 693. 55.
Argilla Columbina 410.46. ad argema 289. 15.
Argonautæ Colũbam secuti 402. 24. cur bene sperare iussi 413. 15.
Argi oculis caudã Pauonis ornat Iuno 30. 5. eius oculi quot 29.53. cur dictu⁹ 25.50. cur dictus 30.1. cum per Pauonem significãt veteres 22.27. quid mythologicè significet 30.18. per eũ quid veteres intelligerent 21. 27. vt à Mercurio occisus 30. 2. eius in Pauonem mutati fabula 25. 50.
Aries ab Abraham sacrificatus quos denotet 419. 24. castrati medullæ veneñ, & vt ei resistatur 55. 56. epilepsia laborat 162.38 Ioui sacrificatus, & qualis 650. 43. Sacerdotum primus ordo 260.50.
Arionis sonus suauis 393. 17.
Aristander Telmisseus vates 676. 1.
Aristippus canis regius dictus 131. 5 eius dictum 131.20. luxus 132.6 quanti emerit Perdicem 131. 7.
Anistodicus Posseres è templo deorum abripit 645.38 oracula contemnit 545.26. vt furatis è templo Passeribus deos irriserit 545. 20.
Ari stolochia rotunda 252. 55.
Aristomon Atticoperdix cur dictus 113. 50.
Aristophanes explicatus 73. 46.
Aristotelis correctus 224.36.489. 7 772.35. error 85.26.162.32.197 14.705. 12.741.6. eius, & Plinij de casu pennarum Pauonis contradictio 18.26. explicatus 13.25.206. 38. reprehensus 14. 9.
Armidæ comptus descriptus 4. 16.
Armigeri serui pretium 771. 48.
Arnea vnde dicta 45. 5.
Arnoldi Villanouani error 175.17.
Arquata 177. 31. 580. 55.
Arquatus vt sanetur 103. 16.
Ad articulorum dolores 555.48.290 49. 450. 40. 452. 39. 44.
Arundo phragmites spinas extrahit 692. 10.
Asarandos 850.48.
Asclepias veterum 677.44.
Ascolopax quæ 107.20.
Asellio Sabino cur ducenta sex tertia donarit Tyberius 577. 10. eius dialogus 577. 10.
Asia Columbis caret 396. 39.
Asia 87. 25.
Asilus quæ auis Bellonio 657.35. descriptio, & icõ 38. vermiculis vi. 33. vsus in cibo 79. 1. vt educentur 52.46.77.30. vox 24.20.77. 22. vsus in medicina 79.46.
Attagen Aegyptius laudans 76.46. 583. 18.
Attagen alpinus 70. 26.
Attagen Bellonij 70. 46.
Attagen Ionicus 46. 31.
Attagen Longolij 72. 10.
Attagenis nostratis descripti 76.12
Attagen Syluatici 36. 5.
Attagen veterum qui sit, incertum esse 73. 38.
Attagena herba 72. 54.
Attagenus piscis 72. 47. (26.
Attagines marini cur pisces dicti 79.
Attaginus vir 72. 46.
Athis 773. 52. quasi auis Attica 683
Attica volucris 774. 7.
Atticoperdix qui dictus 113. 50.
Auari per Pauonem expressi 22. 15.
Auena cur Colũbis probetur 382. 41
Auerrois error 642. 4.
M. Ausidius Lurco primus Pauones saginauit 28. 22.
Aues ab accipitre occisæ meliores 58. 7. aquaticarũ forma 175. 23. vt à terrestribus differant 101. 6. aquaticæ, vt noctu capiantur 769. 4. earum cantus quando magis oblectet 769 4. cocuntes, aut stanti aut sedẽt 207. 24. eas cur minus nouerit Græci, & Latini 575. 42. delicatiores, & quę in cibo præferũtur 1. 50. eius dẽ generis pro regionis diuersitate variant 104. 30 fœminæ quæ maribus pulchriores 72. 28. fœminę diu eius viuũs, quam mares 117. 7. humanum sermonem addiscentes quæ 112. 50. ad loquelam imitãdã aptæ 584. 1. mares loquaciores sunt quã fœminæ 805. 23 nigræ vbi candidę 31. 16 earũ nomina hominibus olim imposita 8. 23 pr. Gallo, & Gallina sumtur 189. 35. ei⁹ & pueri generationis similitudo 2. 4. 47. pulmera tricibus qui color cõmunis 832. 8. quæ Arneam pelui impositam ad litiora perduxerint 45. 10. quæ fortiores 161. 26. quæ lateãt 155. 46 quæ pedib⁹ pro cauda in volatu vtãtur 16. 48. quæ volacissimæ dictæ 533. 34. quibus patrimonia auolẽt 57. 4. quomodo clamore elato ex alto decidãt 400. 53. taxi granorum esu denigrant 534. 10. tempore coitus magis garriũt 116. 23. rapaces vt fugientur 242. vnca cur subuentanea non pariant 208. 2.
Aues albę Legopades creditæ 145. 50
Auis anonymi icon 766.
Auis Afra quæ Horatio 36. 30.
Auis aurea, & eius forma 855. 36.
Auis Cæsaris quæ Vngaris 80. 41.
Auiũ canonarũ corporis affectus 769. 45. earũ cacitatis incipientis, &c.
Auiũ 769. 53. cæcitatis cura 769. 49

cruciũ : & tibarum fracturacuratio 770.1. cur seperatim de eis agatur 767. 36. cur purgientur 769.16. diuersum genus non constituunt 767.30 sub diuersis generibus comprehendi possunt 767.33 epleptia earum, & quomodo vitãda 770. 28. morbus subtilis, eius signa, & cura 770. 16. oris affectus cura 770.34. pennarum defluuij signa, & cura 770.42. phlegmones curatio, & quæ ei sunt obnoxia 770.16. earum potus qualis esse debeat 767.50. qua arte iã tum in autumnum differant 769. 14. quæ infestis, & carne gaudeant 757.56. & 758.1. earum quæ rostrum habent imbecille descriptio edulij 768. 35. quomodo clausionis tempore paycenda 769.27. quomodo, & quibus purgentur 769. 20. victus 767.50. vt asinmate laborare contingat 770.23. vt inclusæ seruandæ 769.38. vt minmorbis sit obnoxiæ 770.47. vt à pediculis non infestẽtur 769.36. vt podagra laborare cognoscãt. 770.20

Auium domesticarum cum iumentis amicicia 239.38.

Anis extrema 86.42. 105.47.

Auium granuorarum genus duplex 2.3.

Auis lini quæ 800.18.

Aues lotrices. 2.4. earum diuisio 2.9.

Aues lotrices, & pulueratrices simul 2.5.

Aues Lybicæ quæ 36.36.

Auis marina quæ 168. 3. (611.48.

Auis Merula similis mira generatio

Auis niuis quæ Venetis 725.30.

Aues Perdices dictæ 107.36.

Aues pulueratrices 2.4. eis cur primus locus datus 2.6.

Aues noua, siue externa quæ 581.14 etiam num nomẽ seruãt 106.4.105 47. quãdo venere in Italiã 105.55. earũ magnitudo, & sapor 105.55.

Auis Paradisi 702.12.

Auis picta quæ 7.43.

Auis rara quæ 27.50.

Aues rubri crisiata 196.5.

Aues sacchari quæ 814.14.

Aues terrestres quæ 1.44 cur aquaticis nobiliores 1.46. exornant mensas principũ 1.48. earum quæ nobiliores 2.1. quot sint genera 1.55.

Aues Syriæ 43.24.

Aues variæ quæ Ouidio 516.1.

Aues verminora simpliciter dicta quæ 575.34.

Auguria diuina quæ 415.17. fanstũ 258.50. parnarum auium magnæ aues extinguunt 412.23.

Augustini error 536. 14.

Augustus accepti cõparatus 393.20

Aureola auis 853.36. (290.2. 452.

Ad auriũ apostemata 289.55 dolores 48.527.40. ad. purulẽtas 289.35 290.8. ad earum vitia 289.30.

Auroræ instantis signum 139.29.

Aurum nõ consumi à membris Gallinarum 243.38. sapientia symbolam est 441.54. eius venenũ 243. 35. vt spiritus recreat 351.38.

Aurum ouatum cur sic dictũ 304.4.

Aureus ramus, quẽ quærebat Aeneas quid denotet 441.52.

Austriacæ familiæ insignia 838.13.

Authoris humilitas 146.1. eius opinio de cõceptione Perdicũ 119.25.

Autonous Oenum mutatus 813.43.

Auxilij implorationis symbolũ 813. 43.

Axius eques quanti Columbas venderet 353.46.

B

Babylonij quomodo oua in itinere coquerent 301. 35. vexilla sua Columbæ imagine insigiunt 408.4.

Baochides meretrices Palumbem peterre quid significet 495.24.

Balearis maior insula Columba dicta 356.20.

Baptistæ Pij error 184.52.

Barba in Gallinis quid 37.4.

Barbari hieroglyphicum 681.8.

Basilica auis 651.6.

Basilici historia 650.11. Gallum timet 241. 5. non generari ex ouo Galli 221.28. eius pestilens virus 241.7. domestici generatio 83. 43. siluestris generatio, & eius descriptio 40.

Batauorum erga Columbas studium 354.6. earum amore insaniunt 334 11. columbis vsi sunt pro nũcijs 368.28. Ligneos Pistacos ex altissimis malis deyciunt 449.45. multa columbarum genera habent 360.43. eorum rusticorum columbaria 380.23. vt nidos columbarum faciant 381.14.

Beatis 581.4.8 24.5. quæ auis Bellonio 737.6.

Beatrici Estensi apparet columba 406.25.

Beccada quæ auis Gallis 103.36.

Beccassa color 487.54.

Beccus quid Gallis 103.73.

Bedæ error 152.11.

Bellonius dignitatis auium ordinem inuertit 6.21. error eius 61.51.76 40.87. 8. 104.53. 175. 13.52. 614. 54. 618. 46. 645. 36. 649. 40. 693. 30. eius inconstantia 90. 10. memoria lapsus 138.47. eius ordo 6.18.

Belli ciuilis propris auguriũ 546.3.

Beneficentia diuina diuinæ Prouidentiæ filia 255.10.

Penicij nugæ 126.13.

Bestijs auaritia notata 576.14.

Beta apud ascreos laudata 583.16.

Betonica altilis vt alatur 303.53.

Bistarde descriptio, ex Alberto 90. 43. etymum 93. 17. 86. 18. cum Vulture confunditur 93.3.

Bistionis ales 660.17.

Bitricus 651.4.

Blattas, vt fuget Hirundo 667.15.

Blasphemi lepra afficiuntur eamque hæredibus suis tradunt 247.37.

Boarina vulgò, & eius forma, & icon. 730.731. alterius forma, icõ 733.36.734.

Boarolæ descriptio 733. 36. icõ. 734.

Boethij artificium 458.52.

Boetiorum nobilem victoriam Gallus indicat 259.20.

Bohemi Gallos ad pugnam instituunt 238.30.

Bohemica auis 597.37.

Bolus Mantinteus laudatus 583.16.

Bonasa quæ auis 80.30. quæ Gallina 83.49. eius facultas in medicina 45.48. ei portentosus coitus falso adscriptus 66.16.

Bombardæ luscinia dictæ 772.53.

Bono Deo, & malo quĩ Galli immolati 256.55.

Bouum amitia cum Perdice 123. 44. ad eorum nauseam 292.43. de eis olim fiebat sacrificium 254 47. eorum venditores qui myilice dicantur 440.8. vox 203.6.

Bradamas Arbiantem magum soluit 588.8. eius imago columbæ similata 396.22.

Brasauoli error 301.23.

Brentbus 602.14. qua auis, & cum quibus pugnet 602.16.

Brittannici Luscinia 113.12.

Brittanni quibus olim abstinerent 298.22.

Brutus literas columbis committis 368.24.

Bubonem odit columba 396.37. Luscinium superans quid significet 695. ad vigiliam valet 792. 51. ad Bubones pestiferos 292. 10.

Budie pisces 6.38.

Buditæ aues quæ 733.30.

Bulgosum piscis. 107.37.

Bulbus syluestris 127.52.

Bulfincam Anglorum esse Rubicillam 744.45.

Butinga Anglorum quæ auis 533. 46. 739.34.

Butomus quæ planta 785.17.

Butrio quid 186.14.

Butyriodor Veneris aduentum vbi significet 407.50.

C

Cacabas quæ auis 63.25.

Cacabus 108.47.

Caccabantes quæ aues 103. 20.

Cacca-

Cacabere quid 137. 41. cuius vox 61. 15.
Caci asilus 112. 34. (452. 30.
Ad Caliacos 134.23.282.37.454.6
Calij error 300. 16.
Calidonum quæ herba 677.25.
Cæna veterum ab ouis incipiebat 174. 54.additialis Plinio quæ 28.28.pōtificalis quę,& vnde dicta 28.3.3.
Carulius Aristotelis 618. 581. 6.
Caruleus Pellonij 618.25.
Cæsar Facchinettus Marchio & Senator 33. 10. 852.28.
C.Cæsaris cades vt prænuntiata 653. 28.ei augurio fausto sunt Columba 413.7.
Calamodites Aeliani quæ auis 529. 45.cedri folio perit 529.46.544. 50.
calandra 593.49.775.3.799.23.cātus, volatus 847. 35. descriptio 846.45.etymū 846.25.icon 847. Italis quæ auis 831.54.synonyma 846. 15. vbi care venditur 847. 44.vsus in cibis 847.44.vt capiatur 846.23.
Calathum quid Aquleo 220.24.(28.
Calcaris dextri Galli mira vis 239.
Calcar vltoriū tollere,de quib⁹dicatur 273. 20. quid significet 236.48.
Calcaria auibus cur data 197. 17.
Calebas augur præstātissimus 553.43
ad Calculo: 79.52.285. 2. 555. 48. 724.45.1527.45. 661.47.714. 31.729. 10.656. 8. 454.28.
Calecuttenses quomodo Gallum immolent 257.49. (32.
Calepini error 144.35.222.53.799.
ad Caligantes oculos 689.5.135.55. 289. 12.
Caligula cur Hortensio prodigiosior 28.35. eius impietas 67.8. Pauones sibi, & Thasianos immolari voluit 28. 34.
Calix oui quid 191.2.
Calli omini piscis fellis vis 292. 8.
ad Caluitium 453.20.
Cameli aquā turbidā bibunt 163.12.
Camilla Acciptri cōparata 392.47.
Camillus Paleotus 164. 14.
Campana symbolum interioris vigilantiæ 270.40.
Canaria insula vbi 814.4.
Canarij quæ aues 814. 14.
Cancrorum fluuiatilium caro quibus prosit 55. 56.
Caniculæ ortus,vt ēsagiatur 825.19.
Canes accipitribus aues eripiūt 125. 47.cui non oblatrent 409.15.cur pugnēt 206.5.cur sese inter homiū pedes cōijciant 539.27.epilepsia laborāt 162.37.de eo,& Gallo apologus 275.48. leporary vnde dicti 55. 11. eius pictura quid denotet 459.16.qui ad capitēdas Perdices meliores 126. 8. ad rabidi morsū 692.10.29.125.ab eo morsi oua, vt vitent 242. 43.sagacitas 925.43. timentis caudam contrahunt 374. 42. eo vt aues capiantur 54.2.eos vt honorarit Polyarchus 246. 34.
Cannabis cur pro canoris auibus prohibeatur 806. 12. vt felicius crescat 354. 13. eius semine vt gaudeāt colūbæ 383.4.seritur cū fimo colūbino 457.seminis vis 331.21
Cannauarolæ Bonon. dictæ descriptio & icon.754.1.eius nidi icon.755. canoræ aues quæ seminibus vescuntur 767. 54. Vide Aues canoræ.
Caper Hirundinis quæ auis 677. 11.
ad Capillos crispandos 304.36.de albandos 688.47. ad eorum generationem 288. 6.ad denigrandos 62. 44.95. 50.688. 50.
Capra ab Abraham sacrificata, quid denotet 419. 26. eius cerebri qualitas 173. 35. ad epilepsiam valet 173. 43. cur epilepsiam patratur 172. 36.cur veteres Sacerdotes ea abstinerent 162.35.epilepsia laborat 162.35.fellis eius vis 135.52 de eo olim fiebat sacrificiū 254.41
Capræ crisatæ 273. 37.
Caprearū insulæ amœnitas 156. 56.
Capreæ suapte naturā timidæ 539.10
Caprimulgus quæ auis 710.44. cum eo confunditur Aegipithalus 710. 43. eius magnitudo 604. 1.
Caponis lapis 253. 28.
Capi adipis vis,& vsus 352.6. assandus cum charta inuolatur 349. 35. eius calcar, vt recrescat 348. 19. calcariū maximarū icon 344. carnis temperies 348. 56. ex carne eius esitiū 350. 20. ex eo cibariū contusū 297.24.cibarium croceum 350. 14. in cibo laus 348. 52. coquendi, & aperiendi modus 349. 6. crurū ossium vis 352.14. cur podagra afficiantur 206. 54. 245.52. cur semimares dicti 189. 48. cur de eo separatim egerit author. 183.47.343. 6.eius descrip. 344.1.differētiæ 343.42.de eo edulio cū pane tosto 297.50.epilepsia laborat 162.39.245.21.ex eo Florētinorū paradagma 351.40.eius genera 343. 42. icon. 345.turis vsus 350.40.ex eo ius cōsumptū 351.7.niger fallus candidus 343. 46.monstrificī descriptio 344.10. cū non timet Leo.240. 46.ex eius pectore cibarū album catellonicum 350. 8.ex pelle eius esitium 350. 28.eius præparationes variæ 349. 43. eos qui prius saginavit 458. 30.quomodo vsū in medicina præstat 350.40.eorum saginatio 348 28.sanguinis vis 352.16.synonyma 343. 12.eius intestini cū duobus appendicibus icon. 347. tripedis nō. 346. vēriculi membrana vis 354.victus 348. 28. propigij esus 295. 23. vsus in cibis 348. 48. in medicina 350. 36. vt Gallinæ munere fungatur 226. 6. vt pinguescant 348. 33.vt breui pinguescant 348.43.
Caput cur in infantibus,& pullis magnum 218.9.ad eius dolores 278. 12. 270.12.688.6. 709. 39.
Carani Macedonis nuptiæ 405. 19.
ad Carbunculum 292. 13. 452. 53.
Carcini poetæ filij cur Coturnices dicti 162. 23.165. 35.
Cardani error 20.15.215.7.à Scaligero reprehensus 584. 1.
Cardinalis Paleoti laus 145. 45.
Cardinalitius auis q̄ Lusitan.647.50
Cardella 799.40.
Carduelis cū Acanthide confunditur 779.8.cū Passere solitario,& cur. 617. 18.eius carnis bonitas 807. 34.cur minoris fiat 798.20.cur ei cānabis semē interdicatur 806.13 cur picta dicta 800. 50. cur diu apud nos viuat 806. 35. eius docilitas, ingeniū,mores 806.18.educandi modus 805. 31.educandaruū cibus 805.31. est auis pulcherrima 798.14.est miti ingenio806 20.facilè in seruitute viuit 806. 30 forma, & descriptio 800. 31. genera, & differētiæ 800.10.gregatim volat 804.40.imperata facit 806.37.inter se vinxātur 812 21. maris icon.801.moralia 807. 20.morbi 807. 13. nidus, partus, educatio 805.10.nō est Acanthis 798. 50.non est Anthus 799.34. nostra non est Thraupis Aristotelis 798.29. non omnibus idē color 890.56.801.42.quæ aues ita vocandæ 805. 18. quam diu viuat 807.3.quando magis canat. 804. 36. quibus vescatur. 806. 6. quot oua, & quoties pariant 605. 16. sexus vt distinguatur 805. 25.seminibus gaudet 767. 54. sibi ipsi medetur 806.55. spinam herbam, & aculeos non edit 806.4.synonyma 708. 26. valet vocis amœnitate 804. 30.vbi nidificet 805. 10. vbique nascitur 800.34. vox cantus, volatus, aucupium 804. 28. vsus in cibis, & medicina.807.30 eas vt aucupes nostri distinguant 800. 23. vt carduis oblectentur 305.4.vt facilius capiantur 804. 55.vt visum sibi reparet 806.55: vt spinis victitare dicātur 809.3.
Carduelis albæ capite rubro icon.803
Carduelis cilys albis icon 802.
Carduelis congeneris descriptio 803. 20. icon. ibidem.
Carduelis nondum adultæ descriptio 801.43. icon. 801. (799.27.
Carduelis Pliny est eadem cum nostra
Carduelis quadrup.mōstrifica icō804

Carduelis subalbida icon 802.
Carduelus 799. 40.
Cares cur Galli dicti 305. 2.
Caricæ Chelidoniæ laudat 583. 17.
Carni cur bellum susceperunt 534. 3
Carolus Clusius 106. 19.
Carolus Gallorum rex à quibus capi voluerit Phasiano 53. 48. 124. 6
Carthago caccaba dicta 108. 47.
Cartibulum 411. 32.
Carthibum ibidem.
Caruelada 196. 2.
Caryocatactes 613. 12. descriptio 633. 6. icō 630. nō est ex genere Graculorū 630. 7. synonyma 630. 1.
Caseus recens quando Pauonibus exhibendus 15. 29.
Cassandra cur Columbæ comparata. 295. 10.
Cassita ex Colūbarū esu periit 456. 1
de Cassita, & aucupe apologus. 840. 34. de ea, & mesoribus 840. 16.
Castitas quid 373. 16.
ad Catharros 279. 23.
Catellani qui 349. 45.
S. Catherina in carcere à Colūba enutrita 47. 3.
Catholici cur Columbæ dicti 440. 46
Cato Luculli Turdos auersatur 577.
Catula glaucis oculis quæ. 143. 5.
Catulus Philomela dictus 790. 18.
Catus ne pullos rapiat 242. 33.
cauda Hirūdinis quid Gallis 678. 24
duæ sunt in Pauone, & vna aliquam sustinet 11. 1.
Caupo perdix dictus 107. 51.
Cecinna Hirūdinibus vsus pro victoriæ nunciis 692. 36.
à cerere, & Osiride quid didicerimus 680 29. latitans pestilētiā immittit, & fruges corrumpit 459. 31. eius, & Neptuni congressus 459. 30. eius simulacrum quale apud Phigalenses 459. 22.
Celij error 358. 27.
Cyclophanon 191. 4.
Cenchridis oua 51. 45. quę auis 178. 10. quæ Aretaj 178. 6
Cēchramus 85. 26 quæ auis sit 177. 16. cum Ortygometra cōfunditur 175. 3. de eo cur posit coturnices agat author. 177. 8.
Cēchrami Bellouij descriptio 179. 26 icon 182. eius nidulatio 82. 41. victus 182. 40. vox 182. 45.
Cenchritæ anes quæ 178. 9.
Centa, seu centena fluuius 602. 33.
Cento aratus ab equo interfectus 185 16.
Centrum Galli herba 250. 50.
ad cephaleam 452. 29.
cephissi fluuij quot 92. 36.
ceruus ætatis symbolū 459. 17. amat Attaginem 77. 49. Perditē 123. 44. non sunt in Creta. 76. 50.
Columbæ assimilatus 393. 48.
Cestij facetа responsio 590. 42.
chamæbatos columbarum Inglauies, vbi dicatur 409. 46.
Chamælon niger 501. 9.
Chamæmelū vellē addi in decoctis ad colicos dolores ? 84. 44.
Chaonia vnde dicta 446. 5.
Charadrius 702. 33. Aristoteli quæ auis 101. 21. bouem nō timet. 101 12. cum Ictero confunditur. 101. 23 Ictero conuenit 101. 16.
Charadrij icō 100. mores 101. 8. mures captat 101. 14. noctu apparet 101. 27. vox 101. 16.
charardius Ornithologus 98. 24. 51
Charetis arrogantia 184. 15.
Charini Macedonis commentum 578. 14.
Charitatis symbolum 418. 28.
Chelidon cynedus 676. 50.
Chelidon meretrix 677. 1.
Chelidon Theologus 676. 56.
Chelidonem audire quid significet 687. 36.
Chelidone in Hirundinem 685. 42. à Polytechno vitiata 685. 23. fabula 685. 22.
Chelidones ficus 658. 45.
Chelidones cur barbari aucupentur 668. 28.
Chelidonia aspis 677. 53.
Chelid. collyria vnde dicta 678. 28.
Chelidonia herba 677. 16. cur sic dicta 666. 40.
Chelidonia gēma vnde dicta 677. 53
Pauo dicta 450.
Chelidonij lapide 633. 36.
Chelidonij lepores 677. 14.
Chelidonij petræ 678. 40.
Chelidonia phragmatis 677. 30.
Chelidonię stirpium 678. 36. insulę 38
Chelidoniæ piscis 658. 44.
Chelidonias vetus 664. 35. 678. 22
Cheliaonium 677. 18.
Chelidonij maius cur sic dictū 677. 21. quo tempore floreāt 677. 28.
Chelidonium parnum 677. 40.
Chelidon ūgens 878. 34. promontorium 678. 34.
Chelidonius gladius 678. 26.
Chelidonius lapis 677. 46. eius descriptio 678. 8. eorū diuersitas 678. 12. vis ad epilepsiā 788. 30. vis & vsus 688. 5. 683. 23. vnde extrahatur 673. 2.
Chelidonius vates 676. 51.
Chennion quid 151. 16. 20.
Chloreus 508. 5. cur cū chloride confundantur 850. 36.
Claris quæ auis 808. 46. cum cloreo cōfunditur 850. 36. descript. 851 1. icon ibid. docilitas 852. 10. etymū 850. 40. mores, victus 852. 1 nidos partus 852. 18. in eius nido parit cuculus 852. 22. quā auem esse cōcedat Ornithologus 353. 9.
Chloridis Ioniæ descriptio 853. 30.
Corosiephanus arx. 104. 39.
S. Christophori baculus, quid denotet 837. 50. vt depingatur 837. 28.
Christus bonorū dux 168. 55. columba dictus 430. 8. eū deuotant Passeres immolati 547. 16. Gallinę cō paratus 266. 30. Gallus dicitur. 262. 46. eius holocaustū 425. 48. eius humanitatē coturnix significat 168. 3. Passer dictus 518. 44 cū Passer denotat 649. 1. quando passer solitarius in tecto 550. 28. ei quæ auis oculos eruisse dicatur 816. 2. triplicem ob causam baptizatus à Io. Baptista 433. 50. vt humano generi cōpassus 368. 6
Chrisolicolæ designati 130. 13.
Chrisophorus columbas admirans mare dictus 408. 48.
Christophori Encelij error, & nugæ 66. 16.
Chrisomitern esse carduelem. 798. 43.
S. Chrysostomi capiti quando columba insederit 404. 36.
Cias quas aues Itali appellēt 855. 6.
Cibarium contusum 297. 24.
Cicada cur Aeuelō dicta 772. 29. musis sacratē 671. 40. 686. 50. de ea prouerbiū 613 27. vox 669. 34.
ad cicatrices 287. 55. 453. 15. ad nigras 453. 10. ad nigras de albandas 688. 50.
Cicer columbinum 410. 30.
Cicer Oribianum 410. 30.
Cicer Venereum 410. 30.
Ciceronis error 546. 3. Laus, & cur Luscinię similis dictus 749. 40. in Verrem scomma 677. 47.
Cichorium bulbosum 227. 47.
Ciconiæ 531. 5. 659. 16 39. in arboribus raro nidulatur 552. 23. cur homines amet 685. 54. eius gratitudo 686. 72. onorū vsus 95. 50. parētū senectutē nutriunt 268. 1. vbi nidulatur 551. 14. in volatu pedibus pro cauda vtitur 16. 48.
Cicuta Sturnis alimento est 641. 50 & cur 55.
Cimicum vis 191. 38.
Cinclus 725. 24. caudam motitat 724. 43.
Cinis animum omninò ad calculū valet 726. 19.
cineris vsus in terrę cultura 457. 23
Cinion vasculis genus 411. 22.
Circus quæ auis 392. 27. ab eo, & columbæ cōparatio 394. 20. etymū 394. 38. malt punici grano perit 612. 19. vt columbas capiat 394 34. Turturis hostis est. 516. 22. eius vocē cur horreāt colūbæ 392 33. eā agnoscūt colūbæ 305. 12.
Cirisquæ auis 55. 17. an sit Alauda 830. 25. vnde dicta 830. 28.
cirli cātus 855. & 856. eius color variat 855. 16. descrip 855. 12. fœmineicō 856. maris cō 855. mer

bo comitiali afficitur 856. 30.
mores, ingenium 855.20.
Cirlus stultus, & eius historia 857
48.icon 858.
Currus quid 830.44.
Citharœdum Gallum salutat Diogenes 272.46.
Citissus cur laudetur in saginatione Gallinarum 233.31.
Citrinella 810.6. Vide Thraupis Italis quæ ait 800.40.
Citrinellæ Ornithologi descriptio, & historia 853.1. & inde.
Citula Romanis qui piscis 185.42
Claui ferrei vis in incubatione ouorum 224.6.
ad Clauos pedum 453.15. (50.
Clazomenij de Luscinia dictum 795.
Cleomenis apophtegma 273.7.
Cleopho quis Aristophani 668.32
Cleopatra olim cõparata 393.20
Clodoneus rex à quo, & cur baptizatus 405.20. (18.
Clypeus Minervæ patina dicta 29.
Clysius philosoph. explicat 37.25.
Cnidos Veneris simulacro nobilis 366.13. (30.
Cnipologos quæ auis Bellonio 726.
Cnips vel Snips quid 726.30.
Coccothraustes 630.13.colorẽ mutat 645.56.descrip. 646. 647. Fringilla mõtana vbi dicitur 871.14 ingenium 649.20.nõ esse Tardali 646.6 & inse.icõ 648 quo loco degat 647.10.rostri durities 647 26. villus 647.25.
Coccothraustes Indicæ descrip. 648.
Coccothraustes Indicæ cristata historia 647. 648.
Coccothraustis Ornithologi historia 645. 50.
Coccyssare 202.48.
Colturam qualem quæque carnes exposcunt 498. 8.
Colchis quæ regio 45. 57.
Colynus dux Alauda vrbem cõdidit 835.40.
Colaris auis quæ 533. 50.
Cohos qualis esse debeat 230. 16.
Cohortales aues quæ 90.9. 15.
ad Colicã 283. 54. 26. 53. 384. 6. 352 5. 454. 7. 714. 15. 806. 36.
Collurio quæ auis 611. 23. 580. 53 cum odit Luscinia, & cur 789. 8 victus 611. 21.
Color liuidus quis 338. 1. niger cur pe seueranciæ, & firmitatis signum 418. 21. testaceus quibus auibus conuenit 514. 24.
Colossus Iouis vbi 136. 6.
Columba Acciptris vmbrã in aqua agnoscit 376. 6. adipis facultas 452. 4. aduenã verberat 371. 10. aduentis Spiritus sancti figura est 427. 14. Aegyptiæ quoties pariet 363. 8. Aeneæ apparentes qd significet 441. 40. ænigma 442. 34. æquinoca 356. 1. ætas 369. 45. agrestes 360. 15. æius alæ dona Spiritu S. dicte 432. 55 alis passis in virginis sepulcro pitta quid denotet 459. 10 eius alarũ plausus variat 369. 28 alas earũ qui tectis effigiat 414. 1. earum alis vt ventiletur rex Cypri 392. 12. albo colore delectatur 379 46. albæ vt adulteras puniat. 374. 1. albæ q improbandæ 374. 6. 381 42. albæ quando prius in Græcia visæ 363. 16. quando prius apud Persas 414. 30. alias seducunt 399. 36. alijs brutis imperitore nõ esse 438. 12. alienos pullos nutriẽs quid mystice significet 440. 44. allectrices quæ 398. 38. ad eas allicẽdas pastillus 383. 45. S. Amatoris animã in cælũ effert 406. 16. eius amor erga prolem 371. 45. earũ amore q i in sanient 354. 1. ampullam S. Chrismate plenã B. Remigio portat 405. 12. an ante, aut post coruũ ex arca emissa 400. 8. an felle careat 364. 26. an in arboribus nidificent 378. 26. cuius anatome 364. 20. ab anicula Seueri matri oblatæ quid notet 413. 38. animæ candidam fidem significant 540. 14. animal innocens est 374. 6. animal est mãsuetissimo 436. 19. eis animalia noxia q 384. 52. antipathia 390. 32. antipathia cũ Accipitribus 392. 20. cũ Aquilis 395. 20. cũ Bubone 386. 37. cũ Noctua ibid. cũ corui no genere 46. cum vulpe 49. cum catis ibidem cum mustellis ibid. cum helleboro. 397. 18. cum dæmonibus humanis 397 28. cum Milue 394. 46. cum rapacibus nocturnis 396. 37. apologi 444 1. Apollinis statuæ insides adoratur 413. 33. apparet Beatrici Essensi 406. 26. apparẽs sãctitatis eorum quibus apparet indicium 404. 34 eã Aquila vnguibus tenens quid portendat 414. 4. Aquilæ volatum nõ formidans quid significet 430. 24. ex arca emissa species est Columbæ, quæ supra Christum apparuit 435. 25. ei assimilatur homo hæreticos fugiens 431. 33. earũ aucupium prohibitum 398. 15. earũ aditus 365. 11. auguria earũ ad quos pertineãt 412. 30. augurium dupiex 412. 14. auguria infausta 414. 3. augurium eius modo felix, modo infelix fuisse 412. 13. quãdo felix 412. 16. eius augurium extinguit Aquila 312. 25 eius augurio Neapolis condita 413 22. eius augurio templum in monte conditum D. Mariæ 406. 39. eius augurio templũ condidit S. Ninardus 406. 30 aurea oblata 469. 40. aurea in qua S. Eucharistia seruabatur 460. 34. ad aurem Mahumetis adnolat 415. 51. S. Auxentium nutrit 507. eius benigna natura 433. 2. bibendi modus 370. 50. bonitatis differentiæ vnde accipiantur 455. earum cantus 470. 37. capiẽdi modus 398. 3. ad capiendos rete aptissimũ 398. 20. capiẽdi mirus modus 366. 26. à capiẽdi rõne exemplum 441. 14. capiti Georgij bis insidet 404. 44. Io. Chrysostomi 404. 36. capitũ earum noxa 450. & 37. caro eius vt cõcoctu facilior reddatur 383. 8. eis castitas ascripta ad quod genus referri debeat 489. 30. castitas 354. 23. castra incendunt 402. 20. S. Catertam in Carcere nutrit 407. 3. eius cerebelli facultas 450. 42. columbas Christi vẽere qui dicantur 439. 30. 440. 20. earũ cibus 382. 24. in cibis non improbanda 450. 8. in cibo eis offerẽdo observatio 384. 6. circumacta cibũ, e manu accipiens 377. 31. circa triremẽ volitans Diogenis quid portendat 415. 15. Circi, & Aquilæ marinæ vocem agnoscunt 365. 12. clangorẽ Aquitarũ spernunt 365. 17. 392. 26. coitus earũ modus 385. 46. colli earum varietas celebratur 354. 40. in colo an diuersi colores 355. 35. eis comparatæ ancillæ Penelopes 373. 49. ei comparata Diana 374. 19. Hecuba 374. 23. Marphisa 374. 28. ei cõparati hæretici 441. 30. in eis continentia libidinis 372. 3. earũ cõtinno esu Curtius vitã suã reddidit breuiorẽ 450. 14. cordis fabulosa facultas 450. 48. corporis affecti. 397 36. ex eis crusta 456. 36. cumino nutrire cur prohibitum 383. 26. eis cur abnuunt Assyrij 365. 18. cur actiuæ vitæ frequentiam significet 422. 50. cur aeris hieroglyphi 418. 28. cur alta loca habitent 375. 50. cur aere aëriæ 367. 28. eis cur ancillæ similes dictæ 589. 41. cur aues multinagæ dictæ 371. 19. cur aquæ eis sæpe mundanæ 383. 19. cur eis capilla amputari inferit Nasis 456 20. cur celerius qua cæteræ aues volẽt 366. 55. cur chaonia aëria 365 48. 445. 22. cur Xpo apparuit 463 22. cur Ciri, & Halcyones vocẽ horreant 392. 34. cur cirrus reuerentur 382. 30. cur debile nido sint cõcretæ 381. 28. cur sic dicti catholici 440. 46. cur Dionæ aëriæ 416. 48. cur ano earũ generat posuerit Varro 359. 38. eis cur fabæ dentur 231. 54. cur fimũ nido ejciãt 377 8. cur fœcunda sint 389. 22. cur solũ olivæ siccũ tulisse dicitur ad arcã 425. 48. cur eas Hebræi sacrificarit 418. cur boibus gratæ 379. 7. eas cur honorent Lugdunenses Batauorum 416. 3. cur humana hospitia diligant 375. 16. cur imbelles nominentur 364. 11. cur impy, & ingrati hieroglyphicè 375. 25. 418. 36.

cur inter sidera eas posuerit Iupiter 417. cur 48. lacrymas humilũ designet 421.20. cur lapillos cõficiat 450.1. cur laurum nidis suis important 377. 16. cur Metea abundent 415.55. cur eam Moses ad sacrificia elegerit 422.40. cur eas in nauibus habeãt nautæ Aegyptij, & Græci 369.6. eam cur non diuisit Abraham 419.48. cur nos fugiant 390. 47. cur eas offerret qui agnum non haberet 421.10. cur pauca pariant 380.18. eas cur Polyphemus donet Galatheæ 455. 18. cur puræ dictæ 372.55. cur purissimæ iudicata 418 12. cur resupinato collo bibant 371 5 eas cur sacrificare voluerit B. Maria 422.16. eas cur sibi offerri voluerit Dominus 423.13. cur Spiritũ sanctũ designet 413. 37. cur summa loca amet 359.33. eas cur Syri colant 446.53. cur terrã sulfuginosam pullis in os ingerat 376.39. cur Thisbæ dictæ 365.43. cur Titi dicta sunt 358.27 cur trepidæ dictæ 375.2. cur blãdæ dictæ 375.14. cur veneri sacra 517. 28. 373. 32. cur ad vesperã dicatur redijsse ad arcã 524.44. 425.41. 426 52. 428.3. cur virũ iustũ significet 440.25. cur volucris dicta 367.23 de argentata esũ anima sancta 428.33. ei sancti comparati 428.28. denominata 409. descriptio in genere 364.1. differẽtiæ 362.45. distinctio Aristotelica 361.41. diuisio 359.45. docilitas 377.20. domesticas omnes agnouerint veteres 360 40 domesticæ quomodo alẽdæ 382.26. duo pulli eius oblati duo Spiritus sancti dona significant 421 40. elegãs pictura vbi 459.5. emblemata 442. 18. emissa cur secundò cum ramo oliuæ redyt 427.43. emissa à Noe non inuenies requiẽ quid denotet 425.5. de ea epigramma 461.16. earum esu gaudent incolæ Pegu 455.26. earũ esũ veteribus in pretio fuisse 455. 18. esus iumenta, & nocumenta 455.27. quibus morbis vtilis 455 48. eius, & Cornicis apologus 444.6 eius, & formica 444.52. eius & humanæ vocis similitudo 345.53 eius & Monedula apologus 444.17. ea & Turtur cur in Abrahæ sacrificio addidit 419.45. etymũ 373.3. ex cors qui dici possint 431.29. eis exterritis comparatus Muscleus 368. 5. S. Fabiani capiti insidet 404. 50 405.1. fabula 444.26. fœmina cur à partu primi ouj coeat 367.53. fœmina quando inuicem coeant 387. 32. fœminam admittere marem sine osculo 366.6. fœminã vt vias ad coitum iuuitet 387.25. fœmina cur coitum tradit 387.28. ad victorẽ accedit 390.21. non cõcipere à partu primi ouj 387.50. etiam salẽ in os pullis ingerere 376.50. eius figura Angelus S. Allouino apparet 404. 9. eius figura dæmõ incautos opprimit 407.33. eius figura S. Leonardo captiuum liberat 404.10. eius figura mulier, aspasiã à fœde tumore sanat 407.20. eius figura S. Radagũdis periclitãtes in mari liberat 404 14. filium Dei, & Spiritũ sanctum significat 430.8. eius simi apud agricolas vsus, & eius laus 457.16. eo cur vsi Israelitæ 452.40. quis eligẽdus 455.4. vsus 354.13. pro salis vsu 458.16. eas fœcũdas esse 388. 32. frugibus viuunt 359.17. 382. 35. cũ Gallinis amicæ sunt 239.46 gemens quid denotet 436.55. gemina Aeneæ apparent 412.33. eas generatim describere esse arduũ 364. 6. apud Genuenses familiæ nomen 408.46. earum genera 359.1. secũdum Varronem 319.28. Græciam significat 432.9. ad eam gratia pertinet 422.20. gratiã typo oliuæ adnexit 434 1. guttus earũ 365. 17. eius haustum trahere qui licantur 371.8. helxinem herbam agnoscũt 377.20. hieroglyphica 488.1. hieroglyphicum est hominis sublimia penetrantis 418.32. Hieri salẽ significat 430 45. historica 399.40 homines amare 390. 35. icones 453. 20. eius imagines in poculo Nestoris 459.41. imago eius in torquẽto bellico 460. 30. eius imagine Babilonij vexilla sua insignũt 408.14. incubatio 389.24. eis ineſt gloria intellectus 354.37. ingenium 354. 36. 370.48. 375.48. ingluuies vbi 364 21. earum insula quæ 366.28. eius instar de terra Assyriorum auolare quid significat 431.31. inuicẽ amãs 372.7. Ioui ambrosiã subministrãt 417.20 Lasciuia 376.16. Lauri ramum ore ferens quid significet 418 15. earum laus 353.37. Lepra 397 44. ligneam volatilem qui fecerit 438.22. Liẽ qualis 364.26. Ligurea volatilis vt fiat 458 33. litteras ferens à Christianis captæ 400. 35. litteras portantẽ Accipiter in aere accidit 401. loca eis abundãtia quæ 365.23. ex malo nauis suspensa, & sagitarijs deiecta 458. 16. in manu simulacri Cereris 459.21. mãsuetudo 375.4 418.10 ea mãsuetior qui dicatur 443.16 S. Marinę apparet in carcere 405.33. ei coronã imponit 406.5. mares compellunt fœminas ad nidũ 371.48. mas erga prolẽ studiosior quam fœmina 371.53 mares fœmellas alijs eripere 390.20 matricis earũ facultas 450.53. meliora grana eligens quid mysticè significet 440.42. mysticorum sacræ Scripturæ locorum explicatio. 424 52. memoria pollet 376.21. cum miluo non conciliatur 395.5. eius mores 370.48 mundities 354.28. 371.38. mutuus earum amor 376. 27. Nabuchodonosor significat 430 40. earum natura 370.43. naues à quo sic dictæ 446.20. ne Colũbariæ deserant 391.18. ne prolẽ 383.20. nidus 378.13. vnde fiat 381.20. in nidificãdo diuersitas 380.16. nigræ quid Aegyptijs significarent 418.16 nigras perperam quidam dicunt aliys pudicitiores esse 372.27. nobilissimæ quæ apud Batauos 361. 16. à Noe emissæ historia 399.43 eius nomine quæ aues compreheadantur 335 48. nõ dici à vocẽ 570.17. nõ dolet abortos pullos 431.15. nõ solasse ãie coitũ exosculãtur 385.48 nostrates quibus differant 363. 36 nouiter in colũbario immissa quando emittenda 381.53. numismata 458. 20. in numo Cybaritico pictæ 461.4. in numo Iuliæ Piæ 561.10 nuncia de quo dicatur 442.43. pronũcijs vsurpatæ 368.19. oculi eius vt à Coruinis differãt 429.21. eius oculos habere quid 429.45. eius oculos qui habẽt, & qui nõ 428. 46. oculi eius quid mystic. signẽt 428. 45. oculi eius sunt septem gratiarũ dona 429.15. omnes Accipitres agnoscant 392.28 cum omnibus Accipitribus aduersum geranr 392.24 omnium auium fœcundissimas esse 393. 16 omnibus quid proprium 464.11. omnes cur feras vocent iurisco sulci 359.47. earũ osculationis diuersitas 386.2. ex osculis voluptatemũ percipit 386.3. eius opera fingit Mahumeth sibi cum Spiritu sancto sermones esse 437.55. 438.1 ex ouo eius cur ex vno mas, ex altero fœmella generetur 388.24. onorũ esus 457. 1. ouum quanto tempore perficiatur 387.37. ouorum vis, & vsus 472. 6. eorum vsus ad claristicandũ 457.10. in palma nidulantes quid portendãt 413 8. eius, & Pauonis amor 18.4 earũ pastoris officium 381.33. patrem à matris cõcilium 381.33. patrem à matris cõcilium 381.33. patrem à matris cõcil

373.28. pulli cur cæci & imperfecti noscantur 389.50. pulli, & nõ ipsa Columba cur ad sacrificium expeterentur 423.20. eos cur pro se passus est offerri Christus 421. 46. patribus suis matres eripiũt 390.26. quãdo perfecti in ouo 389.27. quãdo partere incipiant 389.14. quãdo pullũ sacrificarẽt mulieres. 429.18. pullos qui in holocaustũ ferũt. 421.35 qui laudentur, & qui non 455.30. quibus conueniãt 455.53. 456.3. pullus quomodo inpastillos paretur 456.34. pullorum temperies 455. 45. veteribus præferuntur 455.29. pullus vnus cur offeretur pro peccato alter pro holocausto 421.14. pulli vt saginentur 384.17. vt versicolores nascantur 389. 53. qua ætate in sacrificijs adhiberetur 422. 18. qua ætate in sacrificio domini admittebatur 373.45. quæ apparuit Christo an fuerit verũ animal 403.6. quę assanda, quæ elixanda 456.18. quæ caliitatem seruent 373.48. quæ in Columbario poni debent, quales esse conueniat 381.40. q̃ Ioui ambrosiã asserãt 417.35. quæ lauare, & quæ non debeant 384.16. quæ mutatæ in eam 446.47. & 447. 1. quæ ad Noe redyt, fusca erat, & quid notaret 427. 55. quæstus vnde petatur 354.12. qualia, & quot pariat 388 7. quam generationem Abrahæ denotarit 419.6. quandiù columbario includenda 382.4. quãdiu incubent 389.48. quando celerrimè volitent 367.9. quãdo citius excludat 389. 35. quando eis natos tremant 374. 49. quãdo Spiritum sanctum significet 523.16. quantum offerendum 383.15. quare dealbetur. 381.2. quas Aquilas magis timeant. 396. 28. qui eis abstinent 426.1. qui cõtra eas ordine militari exeant 366. 19. qui eam pro peccato offert 421 35. quibus auibus eas annumeret Galenus 445.35. per eã quid didicerit Io. Baptista 434.5. quid in somnijs significent 373.9. earum quinque millia in vno columbario. 379. 1. quos denotet 434. 32. quo loco fel habeat 364.32. pro quo piaculo oblata 373.14. quo tempore omitti debeant 382.6. eas quomodo capiãt 399.16. quomodo pat ius consumptum 456.34. quomodo se mundẽt 371.35. quomodo occidantur. 456. 16. quomodo præparanda 456. 6. quot debeant imponi in nouo columbario 381.56. quot nidos requirat 380.26. quoties generent. 363.4. quot pariant 363.2. quoties 388. 36. quoties visum recuperat. 365. 10. ramum ferens Christum notat 427. 37. recipiens Noe quid significet 423.20. retibus eas capere antiquissimũ est 398.20. vt reuertantur pharmacum 383.30. reuersa ad Noe B. Virginem denotat 428. 6. rubra cæterarum dux 363.26.407 45. sacrificãdi ritus 420.6. saginacio 384.8. Saluatori nostro baptizato apparuit 402.33. sanguinis esus 456.54. sãguinis facultas, & vsus 450. 55. sanguine eius, vt moschus adulteretur 457.6. Scipionibus cæsa, vbi 399.14. se rapacibus eripiũt 366.50. secus fluẽta sedens, vt Acciptris vmbram obseruet, quid mystice signet 440. 40. sedens de qua dicatur 443. 3 per se innicẽ osculãtes qui intelligerent Aegyptij 418. 26. Semiramidem nutriunt 407.7. semper in eadem simplicitate perseuerat 439.16. semper visitur 359. 18. eius sensus 364.48. septem eius proprietates 429.24. septẽ alys diebus eam tenens, Noe quid denotet 425.30. septẽ proprietates eius quid notent 437.10. ad eas seruandas, & aliciẽdas secretum 390.51 sexus, vt destinguatur 364.42. sibi ipsis medentur 377. 15. Siculæ laudatæ 366.9. eis similis est Cuculus 364. 12. in ea simplicitas designatur 419 54. earum simplicitas, an laudãda, an vituperãda 375.31. simplicitas cur vobis commendetur 431. 16. eis simplicitati, excellentia tribuitur 428.46. singulæ Accipitrũ genera discernunt 365.4 specie eius cuy Spiritus sanctus apparuit 354. 35.346.52.432.56 specus, & latebras amat 378.19. Spiritus sancti signũ 404.44. Spiritus sanctus est 422.30. spiritualis habet septẽ oculos, & quid signent 437.8. prospõsa accepta 428.38 statua Apollinis vbi insidet 459. 28. statuã Macrini circumuolãs quid significet 415. 16. stercoris mira caliditas 452.15 stercoris quarta cibi quinque argẽteis vbi vendita 457.44. stercoris vis, & vsus 452 sylvestres domestici præferuntur 455.29. sylvestres vbi mites 362.49 sympathia 390, 32. cũ capite capra 391.7. cum domesticis auibus 392.11. cum Pauonibus 12. cũ Turture 14. cum Tinnunculo 17. cum Vespertilione 34. cum ostraco 38. cum vite agresti 42 cum peristerione herba 45. cum salnia 45. cum carlina herba 46. cum semine viticis 56. cum annulo aurio 392.5. cum ladano 8. cum epobalsamo 10. cum homine 391.35. cũ sãguine hominis 391.52. cum cranco hominis 392. 1. cum loro strangulati hominis 392.3. cũ lacte mulieris 392.5. synonyma 357.4 eis qui protabellarys vsi 400.47. tẽperies 449.50 testiculorum facultas 450 52. timiditas 374.14. eas toto anno parere 382.36. tredecim paria pullorum, & quatuordecim posse quotannis parere 389.8. tres aurææ cruci insidentes quid portendant 415. 24. tres emissiones, & binę reuersiones quid significẽt 426. 41. tũ pulnerant, tũ lauant 2.10. turricolæ domesticis præferũtur 455. 40. Turturẽ amat 516.14. variolis torquẽtur 397.52. vbi eximię 2.6 eis vbi festidies argũtur 366.8. vbi innectitiæ 366.39. vbi inuenerit ramũ oliuæ quem detulit in aream 424 48. eas vbi nefas occidere 365.18. vbi terrã salsuginosã quærant 377.7. vbi se patiantur manibus capi 390 46. vbi totæ albæ 363.10. vẽtriculus earum qualis 364.26 Venerem abeuntem comitantur 407.40. Venerit curru vehere dictæ 416.28. Veneri erecta 407. 29. Veneri sacras esse, & cur 416.10. eas vexere & Coruis veniam dare quid significet 443.20. vexatæ ouum retinent 388.4 ad vigiati annos viuere 370 2. visus 364.50 vitę terminus 370 8. ex vna quomodo duæ fiant 456. 47. vnã eam ex volatilibus sibi nominauit Deus 353. 39. eas vncino pertica alligato capere 399.10. vnde cognoscant se nondum ab Aquilis visas 392. 37. vnedicta 358.14 vngento capi 399.6. per eam vitas Ecclesia signatur 430.20.434. 41. volantem cur sequerẽtur Argonautæ 402. 24. volatu Iunonis, & Minervæ passus assimilari 367.56. volatu præsilare 366.44. in volatu strepitum edunt 369.23 vox 370. 15. vsus in celebratione funeri 448 14.449. vsus in cibo 455.14. in exterris 457.4. in medicina 449.50. in sacrificijs Hæbreorũ 418. 42. in spectaculis saturnalibus 368.45. vsus in vanis ethnicorũ sacris 415 30. vt Accipitres fallãt 375.54. vt se his eripiãt 365.7. vt alias adducant 391.47.392.1. vt alibi volent 367.8. vt cannabis semine gaudeãt 383.4. vt citò multiplicẽtur 382. 3. vt tas colãt Batãt 354.6. vt colliñ baria nõ deserãt 385.41. vt cumino gaudeant 383. vt eis noceãt pulices & pediculi 397.37. vt plures fœtũ educẽt 382.16. vt salsa amẽt 383 36. vt se contra serpentes defendant 397.7. vt simplices dicãtur 438.10 vt tuta sint anoxys animalib' 385 1. vt veribus fœtificẽt 383.5. earũ vultum gerere qui dicãtur 375.47

Columbæ albæ 152.36.

Columbæ Angelicæ 361.8.

Columbæ Alexandrinæ. 363. 12.

Colũba aurea Syriæ deę insidẽs 459.

Columba Boscas quæ 360.22. (3.

Columba breui rostra 361. 14.

Colũba Cẽpania. 360.55.363. 12.

Columbæ cauernales 505. 24. 492. 46.
Columbæ crispis pennis icon 470. descriptio 471.
Columbæ cristatæ nostratis icon, & descriptio 469.
Columbæ cucullatæ 361. 9.
Columbæ Cypriæ 361. 7. laudatæ 366. 4.
Columbæ Cypriæ cucullatæ descriptio, & icon 471. 10.
Columbi Cyprij lactium icones 347.
Columbæ Cypriæ alterius icon 472. 474. 475. 476.
Columbæ Cypriæ Tronso dictæ descriptio, & icon 473.
Columbæ è Cypriarum genere sine crista 361. 12.
Columbæ Cypriæ quadrupedis icon 480.
Columbarum domesticarum nidi 381. 15. quoties pariant 363. 8. icon 462. 10.
Columbæ domesticæ variæ icon 463. descriptio 464.
Columbæ galeatæ dictæ 361. 27. icon 471.
Columbæ gutturosæ 360. 49.
Columbæ bi-sutis pedibus maioris icon 466. minoris 467.
Columbæ Indicæ vestro Anatis icon, & descriptio 480.
Columbæ liuiæ ætas 505. 15. an in rupibus niduletur 405. 6. cur non alantur 505. 12. descriptio 503. 40. fimi vsus 505. 38. icon 504. migratoriæ est 505. 11. eius præstantia 505. 32. quæ loca amet 505. 1. synonyma 503. 1. vicinus 505. 26. vbi niduletur 505. 8. vsus 505. 29.
Columbæ liuiæ virides 503. 34.
Columbæ longo & Anserino collo 363. 4.
Columbæ luteæ. 363. 31.
Columbæ miscellæ 359. 28. 361. 29.
Columbæ monachicæ 361. 8.
Columba montana 498. 29.
Columba nomas 360. 22.
Columbæ nostratibus maiores, & sapidiores 361. 2. (471. & inde.
Columbarum peregrinarum icones 470.
Columbæ Persicæ, & Turcicæ icon 481.
Columba pygargus 360. 24.
Columbæ Russicæ 361. 8. 486. 35.
Columbæ quadrupedis icon 464. 465.
Columbæ saxatiles quæ 390. 14. 359. 31.
Columbæ Sassaiolo vulgo Bononiæ 360. 18.
Columbæ saxatilis descriptio, & icon 483. cur citius quam aliæ moriatur 269. 55. cum Peleiade confunditur 360. 28.
Columba saxatilis Rhetiæ quæ 498. 27.
Columbarum secundarum genus Varronis quod 360. 35.
Columbæ variæ descriptio, & icon 468.
Columbæ vulgò Cretensis dictæ icon, & descriptio 478.
Columbæ vulgò Indicæ dictæ icon 577.
Columbæ perperam gutturosæ dictæ Cretensis potius, vel Cypriæ icon, & descriptio 479.
Columba familiæ vbi 408.
Columba martyr 356. 7.
Columba oppidum 356. 23.
Columba pars nauis 356. 46.
Columba sancta, & eius miracula 356. 7.
Columbacea vasa quæ Belgis dicantur. 234. 9.
S. Columbanus vnde dictus 411. 40.
Columbar quid 356. 52. 411. 9. 15.
Columbaria herba 409. 29. quæ scabiosa dicta 410. 39. vnde dicta 411. 40.
Columbaria insula 366. 34. 410. 39.
Columbaria vrbs 366. 34.
Columbari de quibus dicatur 386. 11.
Columbaris quid 406. 6.
Columbariorum altitudo apta 380. 50. eorum antiquitas, & extructio 378. 45. cur in altioribus locis fiant 379. 18. in iis cur fenestra supra tectum improbetur 380. 30. cur nidorum in eo diuersitas esse debeat 380. 16. descriptio ex Varrone 379. 35. ex Columella 379. 42. ex Crescentiensi 380. 2. locus eis aptissimus 380. 47. in medio aquarum 380. 38. quibus concessa 308. 4. à noxijs animalibus immunis descriptio 384. 56. & 385. 1. quid in iis obseruandum 384. 35. quid sit Latinis 379. 11. quid Vitruuio 379. 32. vbi fiant 379. 4. vt ruditei Batauorum ea extrudant 380. 32.
Columbarius Varroni qui 381. 38.
Columbatim quid Musæo 386. 16.
Columbina cur Merula, & Turdus dicti 409. 10.
Columbina herba 409. 30.
Columbinus quid 409. 6. (443. 53.
de columbino fimo certare quid significet
Columbini turris vis 450. 29.
Columbinus lapis vnde dictus 411. 2.
Columbinus pes vulgaris non est amomum 410. 14. eius nomine quæ herbæ veniant 409. 48.
Columbinum tormentum 411. 8.
Columbinum venenum 411. 4.
Columbula nauis 356. 52.
Columbus columbæ fert opem 376. 28.
Columbos alios init 118. 5. cum Gallinæ coit 225. 41.
Columbus gladiator 356. 6.
Columbus vinculum 356. 55.
Columbulus 356. 10.
Columnarion 411. 23.
Columnus vas 411. 23. (38. 6.
Columellæ verba de Meleagride emendata
ad Columellas laxatas 689. 45.
ad Colum 709. 32.
Colimbaria 411. 20.
Comer solum vbi 248. 15.
Comera vallis vbi 248. 13.
ad Comicialem 134. 34. (30.
in Communione veterum ceremoniæ 340.
Conceptio quid Gazæ 208. 92. ad eam prænuntiatum 173. 54.
Conchæ Pilori lauatæ 583. 15.
Conchiela 295. 50. fragilis 265. 54.
Conchilia luna crescente implentur 173. 40.
Conciliatoris lapsus 86. 38.
Concotionis proprietas 190. 20.
Concordiæ rei familiaris hieroglyphicum. 120. 20.
Condisum quæ planta Arabib. 542. 26. ad condyloma 452. 8.
Confessorum holocaustum 424. 6.
Compunctio duplex 521. 28.
Cota fluuius 602. 32.
Conticinium quid 203. 2.
Contumeliosorum hieroglyphicū 130. 50.
Conus quid significet 836. 14.
Coras pulli generatio 215. 46.
Cornelius Gallus poeta 248. 45.
Cornelius Merula 1851. a quibus excisus 512. 50.
Cordilla piscis 835. 17.
Corion 827. 47.
Cornicula Aesopica qui dicendus 29. 38.
Cornicula quæ in Phasiano 505.
Cornices columbas opprimunt 396. 46.
Coracis, & corui prudentia in eligendo rege 6. 12. de ea, & Hirundine apologus 682. 26. litteras fert, & quomodo 368. 55.
Cornix fingilega 62. 3.
Cornutos quos Itali dicant 757. 13.
Coronæ ex Pauonum pennis 26. 12.
Cerui Aetioridæ dicti 186. 1. an ante aut post Columbam ex arca emissus 400. 8. Columbas opprimit 396. 46. cur difficillimum elementum exprimat 584 5. cur sellator dictus 385 50. eius caro ad vigilias valet 792. 35. emissus ex arca vbi quiesceret. 400. 13. est figura peccati 435. 40. homines imitatur 742. 52. loquax coquum nominatim vocans 584. 6. malt malum omnium 443. 39. non reuersus ad arcam quid denotet 425. 9. nuncius de quo dicatur 442. 45. eius oculi, & columbæ oculi vt differant 429. 21. odit Alaudam 834. 45. olim erat albus 363. 13. eius ouorum vsus 95. 51. quos denotet 434. 31. spurcitijs delectatur 400. 10 Turturis hostis est 516. 22. vbi candidi 31. 16. visco non capiantur 544. 8. eos, vt occidant Columbarij 385. 35.
Corydela insula 678. 40.
Corydelæ omnes non habent cristam 831. 19.
Corydalion 827. 46.
Corydalis 799. 67. fumariæ genus 827. 45. ad affectum colicū valet 643. 44.
Corydalla vrbs 835. 16.
Corydela insula 835. 16.
Corydelis piscis 835. 17.
Corydeo deformior, prouerbium vnde ortum 834. 10.
Corydu Græcorum recentiorum 847. 55. auem minime canoram esse 839. 33. de eo prouerbium 848. 1. de eo gramen in nidum ferente prouerbium 839. 25.
Corydus parasitus 835. 15.
Coturnissare 170. 54 589. 43.
Coturnix aliens vbi quiescat 155. 5. ab Accipitre occisa melior est 578. aqui-

noca 151. 14. amasij donata 169. 13. an cum luna sympathiam habeat 163. 22. an napellum edat 160. 47. eam ne, an Ortygometra primam rapiat Accipitur 155. 20. an propter comitialem morbum à mensa damnanda 150. 52. an semper inuicem dissideant 162. 3. eius anatome 154. 20. animal lunare esse 173. 30. eius animam habere quid significet 162. 15. 170. 51. antipathia 163. 1. aquas timet 155. 25. arboribus non insidet 159. 14. audita famina mas semen emittit 117. 26. auibus delicatis enumeratur. 172. 20. Auibus spirante non volat, & cur 154. 46. bibens cur aquam turbet 163. 6. cantus 158. 4. capiendi ratio 164. 40. cauea eius qualis esse debeat 161. 16. carnis vsus 174. 8. certamen apud Neapolitanos 161. 43. certamina, vbi quotannis edantur publicè 161. 33. cibus 159. 40. cognominata 195. 12. comitialè obnoxi est. 103. 38. cor eius trisulcum est 159. 26. corporis affectus 162. 28. cur Aquilonibus sese credant 155. 16. cur assentur 172. 37. cur circa flumina versentur 157. 30. cur currelij dicta 157. 54. cur epilepsia laboret 162. 46. 173. 33. eas cur Hercules secum ferrat 172. 54. cur Latona sacra 168. 23. cur malos nuncios significet 169. 12. earum cur magna copia 159. 30. cur Perdix nona credita 152. 53. cur peregrina poetis dicatur 159. 20. cur pugnent 161. 28. cur & quando lapillos ore ferant, cum mare tranat 157. 17. de ea cur post Perdices agatur 150. 30. cur pictla dicatur 154. cur tarda dicta 157. 50. cur similis dicta ei Alauda 832. 8. cur terrestris dicta 157. 46. cur turbet aquam, opinio auctoris 163. 16. cur vespere Israelitis missæ dicantur 167. 35. cur veteres eas non ederent 171. 16. denominata 165. 12. descriptio 152. 45. differentiæ 152. 34. discedere volentes, vt agnoscuntur 154. 42. ellebore semine innoxiè vescitur 160. 1. epilepsia laborat 162. 30. epilepticos homines non reddere 171. 16. ex esu earum Israelitæ in varios morbos inciderunt 171. 40. educatio 159. 21. famina icon 153. famina, vt doceantur canere 163. 48. famina & maris differentia 154. 5. de fœcunditate cuiusdam dictum 159. 30. genera 152. 34. pro gromone 158. 24. hierogliphica 169. 19. earum & Hirundinum certamen 680. 6. eas immolant Messicani 168. 31. incubatus 159. 21. ingenium 157. 10. eius ingenium induere quid 170. 46. per eam lex denotata 267. 30. eius libido 158. 45. eis ludere, non docuisse viros graues 170. 24. luna crescente indigitatur 168. 12. mares vt capiantur

maris icon. 153. mas marem init 117. 54. mares tantum canuit 158. 5. migratio descripta 154. 46. migratio quid signet 168. 38. miliaris vocata 178. 2. cum minoribus Perdicibus confunditur 107. 24. earum nimius esus quos morbos inducat 171. 45. modici earum esus laus 172. 10. de ea moralia 168. 35. mystica 167. 23. nidus 359. 10. nidum non facit & cur 120. 40. ei oculos erunt puer, vt punctus 150. 45. oculorum vsus 174. 10. cum Ortygometra confunditur 152. 10. ouorum vis 173. 50. partes internas quas diuersas ab alijs habeat 154. 23. partus 159. 21. parum volant 157. 43. Pelicano dissident 163. 35. pennæ earum duræ suos 161. 27. poeta ineptus cur sic dictus 158. 33. eius potus 156. 47. ei potiùs quam pugnacitatem competere 161. 26. præter grana esset alijs vescitur 159. 50. ab ea prouerbia 160. 44. eis pueros collusisse 169. 39. pugna 161. 23. eius pugna vt differat à pugna Perdicum, & Gallorum 162. 24. pugnacem vnam quanti fecerit Augustus 150. 38. quæ loca amet 154. 36. quæ cum Perdicibus habeat communia 150. 34. quæsilum maiorem esse quam Gallinæ 354. 16. quando plurimæ capiantur 163. 164. quando noxiæ 171. 46. quandoque terræmotu intereunt 157. 27. quando canere incipiunt 158. 8. quando Aquilone vento vtantur auctoris opinio 156. 10. quando discedant 154. 43. quanti olim fierent 150. 48. qui eas salacondiant 172. 37. quibuscum abeant 154. 46. quibus auibus salacibus annumeranda 154. 5. quo tempore pinguior 172. 16. quo reti capiantur 54. 2. quomodo capiantur cum non turgent libidine 164. 32. quomodo eas educent Ægyptij 169. 23. quomodo innoxiè helleborum edat 180. 20. quot ona pariat 159. 26. quoties prolem edat 159. 26. rara inter eas est famina 159. 6. rex earum 157. 2. saginâ de quo loco tenenda 161. 15. ea salacior qui dicatur 159. 9. salacitas 158. 43. significat humanitatem Christi 168. 3. de eis somniare quid significet 159. 8. Spermatophage etiam sunt 159. 55. sympathia 163. 2. synonyma 152. 35. temporis quali ales agnoscunt 157. 12. vbi abundent 110. 26. 156. 30. vbi non reperiant 157. 5. 832. 56. venenis pinguescunt 106. 6. 12. eam veteres saginasse 161. 6. victricis pretium 161. 50. vires suas examinant 157. 13. viso, vel audito mare semen emittunt 159. 2. vnde dicta 152. 26. volandi modus dum migrat 156. 3. volatus 157. 43. vox 151. 10. 158. 4. an laudanda, an vituperanda 158. 18. vocis detestatio 158. 26. ex ea vilitas 158. 22. vsus in cibo

171. 12. in laudis 169. 35. in medicina 172. 44. vt canis opera retibus capiantur 126. 3. vt edantur 172. 37. vt & quantum pinguescant 161. 18. vt nequitiæ signum 169. 20. vt punctiores reddantur 162. 22. vt pullos educet 159. 38. vt saginetur 161. 8. vt speculo capiantur 165. 8.

Coturnicis Italorum descriptio 140. 1. quæ fit 104. 6. cum alijs auibus coit 105. 14. mansueta est auis 105. 33. eam nonnulli cum Coturnice Latinorum confundunt 151. 3. vt à Coturno Cretensium differt 105. 6.

Coturnicis magnæ 74. 54.

Coturnix parua 151. 16. 174. 55.

Coturnix prægrandis 174. 42.

Coturnis virentibus pedibus 152. 40.

Coturnix herba 151. 30.

Coturnus 104. 49. 103. 34. cum alijs auibus coit 105. 13. an eadem cum Coturnice Italorum 105. 4. an ab ea diuersus 104. 54. auis est mansueta 150. 28. descriptio 137. 34. mores 105. 26. nidificatio 137. 44. ona 137. 46. quæ auis Scaligero 105. 1. quam auem ita Græci vocent 137. 34. quas aues sic vocet Italia 106. 34. vbi adest 137. 36. vt pullos educet 137. 48.

Coturnus minor 105. 37.

Coturnulus 105. 17. cotyledon 251. 46.

ad Coxendicem 452. 28. 44. 454. 55.

Cracca Columbis grata 382. 49.

Crassus Hirundo dictus 676. 40.

Crepitus lupi quid Gallis 19. 23.

Crex cum Ortygometra confunditur 175. 18. Merulam impugnat 612. 10.

Crista gallinacea herba 250. 37. cur venerem dicat ibidem.

Crocodileam vt multi adulterent 641. 50.

Crocodilorũ terrestrũ simi honor 645. 13.

Cromerus cur Gallus cognominatus 248. 8. Italiæ conditor 248. 4.

Crudus qui dicatur 27. 44.

Crusçula todila quæ dicta 543. 26.

Crustacei genus Gallus marinus dictum 185. 50.

Crystallum non congelatur ex glacie 62. 14. vbi 62. 10.

Cucuſa 702. 50.

Cuculus Accipitri similis est 705. 6. in Alaudæ nido parit 833. 28. an in Passeris nido pariat 340. 55. Columbis similis 364. 12. cuius & Luscinia apologus 797. 20. in luscinia nido parit 780. 39. in Motacillæ 727. 54. in Palumbium 489. 36. Chloridis 852. 22. olim Accipiter creditus 498. 48. ona eius Palumbinis similia 489. 50. pullum eius nutrit Fringilla 816. 33. Phœnicurus 750. 2. pullus vermibus tantum vescitur 816. 44. quæ loca amet 706. 13. vbi in Turturis nido pariat 713. 18. eius vox 202. 47. cum Vpupa confundit 702. 49.

Cucurrire quid 202. 44.

Culeus Romanorum 240. 53.

Cucupha diuinorum sceptrorum ornamentum 708. 17.
Culicilega altera Aristotelis quæ Bellonio 728. 38.
Culicilega Bellonij quæ 726. 31.
Cuminum cur Colũbis dãdum 383. 23.
Cuniculorũ, & Leprorum capiẽdi rationem diuersam esse 55. *eorum venatio*
Cunila gallinacea 252. 11. (55. 5.
Cupidinis simulacrum nudum Thasianum complectentis vbi 55. 40. *eius, & Veneris fabula* 416. 22. 447. 44.
Curetum, & Meleagri bellum vnde ortum 44. 24.
Curiacẽses vt Phasianos occidãt 54. 24
Curiatiæ familiæ fœcunditatis 105. 25.
de curruca authorum opiniones 752. 16 *historia* 652. 10. *hyeme non cernitur* 657. 22. *Passer gramineus dicta* 662. 27. *quem ita vocet Iuuenalis* 753. 18. *vnde dicta* 753. 9.
Curruca Bellonij 752. 20.
Curruca Longolij 752. 35.
Currucæ Ornithologi icon 753.
Curruca Turneri 752. 28.
Curtius eques Romanus Turãum per fenestram mittit 577. 6.
M. Curtius à Friapane 55. 40.
Cuscutæ generatio 585. 35.
Cuzula 829. 46.
Cyanus auis 618. 22. *Aristotelis* 581. 6. 618. 46. *Bellonij & eius historia*
Cybelis auis quæ 343. 24. (618. 25.
Cycni cantui Pauonis forma comparata 718. 34. *eius, & Hirundinis apologus* 682. 2. *eius specie debere euocari Orpheum* 694. 26.
Cymbalion 251. 47.
Cymbateus 188. 55.
Cymbellaris 251. 38. 677. 35.
Cynchramus 177. 8. *cum Coturnice abit* 154. 41. 156.
Cynocephali consensus cum luna 173. 8.
Cyprus esculentus 42. 38.
Cypselus 532. 14. 598. 13. *non generat Aquilam* 701. 34.
Cypselus tyrannus 701. 30.
Cyrbasia 195. 52.
Cyri infaustæ contra Scythas expeditionis præsagium 675. 44.

D

Dæmonis assectæ qui 21. 43. *designatus* 128. 36. *eius laqueis qui, & quot* 552. 53. *per Pauonem designatus* 21. 30. *per Perdicem* 137. 10. *quomodo tyrannidem suam exerceat* 21. 35. *Veneris specie incautos opprimit* 407. 32. *eum vt notet Perdix* 128. 46.
Dalechampij error 37. 20. 61. 55. 107. 16. 361. 35. 362. 21.
Dama suapte natura timida 539. 10.
Damni ex sperato auxilio hieroglyphicum 94. 48.
Dæmonis, & Pythiæ amicitia 313. 59.
Danielis Barbari laus 98. 30.
Dani cur Gallinaceos secum in bello ferant 250. 3. *à Gallo nomen habent* 249. 47. *symbolum* 249. 50.
Daphne Syriæ suburbanum 593. 23.
Daphnon quid 583. 20.
Dardanellus 698. 40.
Dardanus 698. 39.
Dardanorum numus 305. 33. (676. 4.
Darij interitum quæ aues portenderint
Dauid cur se Passeri assimiles 551. 4.
Daulias ales 775. 10. *quæ, & cur sic dicta* 684. 16. 23.
Daulides aues 660. 16.
Decocta quomodo clarificentur 304. 10
Dedalion in Accipitrem 399. 5.
Deidamia cur Hirundini comparata 573. 50.
Deliaci cur molles dicti 232. 42. *ouum ab ouo discernebant* 275. 18. *prius Gallinas saginarunt* 232. 26.
Delphenses Passeribus abundant, & cur 536. 26.
Delphini celer volatus 700. 29. *in manu simulacri Cereris* 459. 22.
Delus insula cur Ortygia dicta 156. 30. 174. 14.
Demonæ somnium 680. 39.
Dentes vt absq; dolore nascuntur 290. 20. *ad eorũ dolores* 290. 9 55. 556. 10. *humanorum vis* 709. 40. *virus e sine est necans Columbas* 397. 27.
Depes auis 6, 8. 8.
Deucalion idem est qui Noe 446. 7.
Dei omnipotentis opera 166. 40.
Diabolus cur Perdix 129. 3. *imitatur bona bonorũ opera, Spiritꝰ S. caritatẽ nõ* 433. 40. *oẽs opprimere non posse* 548. 16. *verꝰ est Accipiter* 268. 37.
Diachelidonion electuarium 691. 27.
Diadumenum Imperatorem futurum quid portendat 413. 40.
Diana Columbæ comparata 374. 29. *ireiꝰ ob interfectũ aprũ* 444. 23. *Ephesiæ tẽplũ cur à terræmotu tutũ* 157. 36.
Diasmyrnon 451. 20.
Diei ac noctis hieroglyphicũ 22. 22. *appropinquãtis præsagiũ* 6. 45. *profectionis cur Siculis dicti* 366. 407. 38.
Dilueulum quid 204. 5.
Diogenis Orientis Cæsaris augurium 415.
Dionææ aues 258. 43. (13.
Dionisio reditus præsagitus 676. 18.
Discipuli Domini Columbis comparati 393. 27.
Distributionis hæreditatis æquæ hieroglyphicum 680. 23.
Diues vt Pauoni similis 20. 38. *quas adium partes habitent* 379. 15.
Diuitiarum exitus per Pauonem designatus 22. 5. *earum augurium* 269. 52. *homines alliciunt* 20. 37.
Dmasagoras Homeri pater 417. 35.
Doctorum intelligentia qualis 261. 28. *sermo pro qualitate audientium formandus est* 261. 45. *inuidi per Pauones designati* 21. 3.
Dodona vrbs vbi 444. 34. *à quo condita* 446. 6. *Dodonæum oraculum vbi, & eius fabula* 444. 35.
Dodonæi oraculi mysteriy explicatio 445. 35. *alia* 56.
ad dolores omnes sedandos 452. 45.
Domitiæ Augustæ numus 24. 16.
Domes fabricare à quibus homines didicere 658. 26. *vbi propter simũ Columbinum conflagrauit* 452. 20.
Donatidem lapidem quem nominet Albertus 253. 36.
Dorcades amant Perdices 123. 44. *eorum adipe moritur Vpupa* 708. 28.
Contro Doryentum 291. 6.
Doxius ædificij inuentor 666. 9.
Draco sibilat 780. 2. *ollo Passeris pullos, & ipsam matrem deuorans quid portenderit* 546. 10.
Drepanidis historia 694. 30. *quãdo appareat* 698. 25.
Drias aue 669. 44.
Drosa quæ auis Illyrys 86. 33.
Druſi Luscinias 113. 22. *Sturnũ habuit imitantẽ sermones hominũ* 640. 35.
Dunelandia cur si dicta 410. 45.
ad Dypsacam 180. 30.
ad Dysenteriã 283. 8. 527. 35. 592. 7. 614. 24. (506. 26.
ad Dysuriam 285. 30. 452. 4. 527. 44.

E

Ebrietatis remedij typus 709. 10. *ad eam vitandam* 692. 20.
Eburis vis contra epilepsiam 173.
Ecclesiam arca Noe significat 434. 30. *eadem Turtur significat* 520. 5. *Gallinæ comparata* 267. 40. *ad eius sepia confugiens recte Passeri comparatur* 550. 10. *eius vnitas significata* 430. 20. 434. 41. 522. 30. *Turturi assimilatur* 521. 22.
Echinus quid in Gallina 199. 10.
Echini aquatici cui immolati 256. 54. *terrestres cui immolati* 256. 54.
Eglocopola quid 410. 45.
Egrotæ auis 830. 40.
Elationes genera 252. 22.
Elephas 7. 20. *bibiturus cur aquã turbet* 163. 15. *secur eius ad epilepsiam* 173. 24. *iussa facit* 667. 446. *religio erga Solem, & Lunam* 173. 19.
ad Elephanticos cibus 134. 20.
Elea auis 824. 10.
ad Elephantiasim 280. 19. 292. 9.
Elleborisemine vescitur Coturnix innoxie 160. 1.
Ellopis piscis fellis vsus 530. 28.
Emberiza albæ Ornithologi descriptio & icon 571.
Emberiza flaua Ornithologi 856. 36.
Emberiza pratensis descriptio 572. 3. *maris icon, ibidem faminæ* 573.
ad Eminentias 287. 28.
Emmeriza 752. 3.
Empedocles Agrigentinus vt Selenuntinos peste liberauit 306. 8.
Enecly ineptiæ 83. 32.

Ennius cur in Pauonem mutatus dicitur 30.20. *quintus à Pauone Pythagoreo* 30.27.
Ephesius Ortygia dicta 165.50.
Ephesij contra locustas in bellum eunt 366.20.
Ephraim cur Colũbæ assimilat⁹ 375.33. *quasi Colũba factus* 431.1. *& inde.*
Epicicides versus vnde dicti 578.2.
ad Epilepsiã 26.30.46.84.48.172.50. 173.1. *vsq;* 50.278.48.450.24. 453.44.555.46.588.17.792.20.
ad Epiphoras 278.12.288.37.
Epulum adyciale quid Plinio 28.29.
Equæ vbi ex vento concipiant 207.42. *nomader quæ* 360.23.
Equis cur allium exhibeatur 238.55. *epilepsia laborant* 162.39. *vt ferocitatem deponant* 292.39. *ad eorũ leucoma* 452.3. *ad eorum oculos suffusos* 689.26. *pro pituita laborãte* 192 28. *ad stranguriam* 452.2. *tussis vt abigatur* 282.27. *vbi nascãtur egregij* 46.7. *eo vt Otis capiatur* 84.30.
Equus aucuparius quis 84.30.
Equus Durius 540.46.
Equi Phasiani dicti 46.6.
Equuli 289.28.
Erigeron 808.6.
Erithacus 756.16. 816.47. *aquinoca* 741.13. *descriptio* 741.49. *emblema* 743.26 *homines non imitatur* 742.54. *ic.* 742. *lingua* 742.54. *Merulã amat* 743.50. *prasagia* 743.53. *pugna, sympat. antipathia* 743.43. *cum Phœnicuro cõfunditur* 741.6. *cum Pyrrhula* 743.16. *de eo prouerbium* 743.19. *quo morbo laboret* 744.1. *synonyma* 741.24.
Eritheus vt tempestatem denotet 650.39. 653.18.
Erity forma 273.44.
Erodius cur Antho nõ assideat 183.45.
Erotes Aegypti præfectus cur suspensus 150.40.
Eruum Columbis gratissimum 382.52.
Erythrotao 62.50.60.17.61.19.
Ethigonetra 175.17.
Eua cur Columba dicta 375.39.
Euangelistarum locus de Galli cantu conciliatur 262.50.
Eucharistia intra auream columbam seruata 430.33. (235.17.
Euclionis Gallinaceus in quos aicatur
Eunuchi famularum munere fungebantur 25.16.
Excubiarum hieroglyphicum 204.50.
Exocetus cheliaonius 658.44.

F

Fabæ an sterilitatem inducant 231.35. *Columbis dari posse* 382.55. 383.1. *cur Columbis nocent* 231.54. *cur eas seminent Agricolæ Bononienses* 231.47. *vt ab alijs herbis liberentur* 303.25. *vt non teneantur ab alijs herbis* 352.16. *veterum quæ* 218.13.
Fabariæ quæ auis 362.17.
S. Fabianus cur Pontifex factus 405.3.
Q. Fabius Eburno cur pullus Iouis dictus 118.18.
Fabius Tictor cur litteras Hirundini alligauerit 692.38.
Facetola 756.46.
Faber piscis 185.39.
Fabricare à quibus didicere homines 658.26. (48.
Facies contaminata quid Varroni 38.
ad Faciẽ mangonizandam 303.41. *ad nitidam & tenerã reddendã* 453.16.
Fœminæ loquaces Turtures dictæ 525.
Fago triticum vnde dictum 52.23.
Falco fœmina mare est formosior 72.28.
Falco pede vno rapace, altero non 830.
Falcula eiusque historia 694.33. (47.
Fallacium typus 21.23. (401.39.
Famem integram ad ouum afferre quid
Familiæ nobiles antiquorum auspicato conueniebant 517.22.
C. Fanij lex de Gallinis 237.37.294.18. *Farinam dulcem quã vocet Martialis* 232.50.
Fasiana oppidum 46.26.
Faseoli Columbis grati 382.54.
Faustinæ Piæ consecratio 23.35. *numismata eius cum Pauone* 23.50. *in numo eius cur Aquila, nõ Pauo* 23.35.
ad Febres remedia 277.8. *longinquas* 278.11. *epialæ victus conueniens* 277.24. *hecticæ victus* 277.21.
Febricitantes vt aluum deponant 227.5. *iuuenis cibus* 859.52. *victus conueniens* 277.10.
Feudæ Anglorum 74.13.
Feles cur excrementa sua celent 3.28. *de eo & Gallo apologus* 276.1. *epilepsia laborat* 162.37. *ad eius morsum* 291.28.
Fellis situs in piscib⁹ diuersitas 530.25.
Ferdinandus Medices magnus Dux Hetruriæ 565.6.629.16.647.42.
Ferraria herba 409.30.
Ferraria nigra 251.3.
Ficedula 713.16. *ab Atricapillæ distinguitur* 756.28. *eadem est quæ Atricapilla* 756.12.756.22. *cur Ampelis dicta* 760.40. *æstimatio* 761.6. *fœcũditas* 660.33 *fœminę icon* 759.1. *cũ Gallinagine cõfunditur* 756.19. *locus, partus, educatio, victus* 760.30. *maris & fœminę icon* 758. *descriptio ibidem* 30. *eam nõ habet Anglia* 760.31. *de ea prouerbiũ* 761.1. *quãdo capiatur* 760.39. *quando præstantior* 761.30. *synonyma* 758.20. *verubus vtilitas* 769.36. *vuis vescitur* 768.49. *vnde dicta* 756.41. *vt capiatur* 760.43. *vt coquatur* 761.32. *vsus in medicina* 761.1.48.
Ficedulæ nondum mutatæ descriptio & icõ 748. *Ficedulæ variæ icon* 759.2.
Ficus cur Gallinis prohibita 222.12. *Gallinis vt noceant* 244. *vt præcocis fructus edant.* 457.36.
Ficus Chelidones 658.46.
Fides omnia firmat & stabilia reddit 837.33.
Fideles Turtur significat 549.2.
Filacotona quæ auis 498.18. *eius historia* 501.30. *icon* 502.
Filij quẽ pater infecterur icon 553.27.
Finoræ quæ aues Rasi 814.20.
Fircellius Pauo Reatinus 18.49.19.1.
ad Fistulas 287.3.352.14.
Fistularia 250.46.
Florus 250.46.
Florus 529.52.728.36. *antipathia cũ Aegitho, & cũ equo* 750.19. *eius historia* 750.10. *etymũ* 750.14. *magnitudo & color* 750.14. *eo nomine etiam Græci vtuntur* 750.28. *pedes* 750.15. *quæ auis Bellonio* 810.10.
Florus authoris 750.52 *icon* 741.
Flori Ornithologi icõ 751. *descrip.* 751.
Flos Constantinopolitanus 542.35.
ad Fluxum 528.8.
ad Fœcunditatem inducendam 134.19. *eius significatio* 270.8.
Fœnugræci vis 451.27.
Fœtra optima quæ 229.44.
ad Fœtum educendum 286.26.454.50.
Formicæ & Colũbę apologus 444.12. *de ea prouerbium* 613.27.
Fortunata insula cur sic dicta 814.9.
S. Frãcisco Hirundines obediũt 981.20.
Franciscus de Aragonia 55.43.
Franciscus Arrinabenus Mantuanus 164.14. *Franciscus Gallorum Rex qua aue delectatus* 620.14.
Frãcisci Malochius 629.15.647.40.
Francolinus 203.30. *cui Columbæ genus* 72.50. *cur eo Siculi abũdent* 77.3. *quid significat* 72.48. *Vicentinus quæ auis* 72.49. *vnde dicatur* 73.20.
Franci qui dicantur 73.27.
Fredericus Barbarossa à Mediolanensibus victus 415.25.
Fridericus Saxoniæ Dux Phasianos per Saxoniam dimittit 51.19.
Fringillæ aquinoca 815.50. *ei altior & plenior vox quàm Carduelis, aut ligurino* 815.27. *an sit Spiza Aristotelis* 819.19. *auis callida est* 819.33. *migratoria est* 820.27. *ex Carduelium genere est* 800.13. *incitatem facilè incurrit, & quomodo ab ea præseruetur* 799.34. *corporis affectus* 820.43. *cur plures alantur* 819.26. *facilè exiccatur* 820.46. *forma & descriptio* 817.1. *genera & differentiæ* 815.35. *imperata facit* 819.43. *ingenium, mores, aucupium* 819.40. *maris icon* 817. *nidus, partus, volatus, locus* 820.20. *prasagium* 820.38. *quando non canat* 719.28. *quando plures capiatur* 820.16. *quibus cibis alatur* 819.26. *ex quibus nidum conficiat* 820.34. *quomodo capiatur* 820.5. *seminibus gaudet* 767.54. *sexus distinctio*

817.13. *synonyma* 816.10. *vbi niduletur* 820.22. *vox, cantus, educatio, cibus* 819.1. *vt autumno canant* 819.37. *vt frigus, & quale ament* 820.33. *vt suauis canat* 816.
Fringilla abietum 821.24. (25.
Fringilla aurea 816.5.
Fringillæ candidæ icon 818. *descriptio* 817.15.
Fringilla frondium 744.35.
Fringilla hyberna, aut niualis 821.25.
Fringilla Italica 815.46.
Fringilla lutea 816.1.856.45.
Fringilla montana 645.37. 744.26. *quas aues ita vocent Itali* 811.14.
Fringilla sanguinea 744.29.
Fringilla sublutea, & subnigra icō 818.
Fringilla viridis 815.53 850.48.
Fringillago 711.23. *hisloria* 713.13.
Fringillaro quæ auis Græcis modernis
Fringutire quid 819.12. (816.38.
Fritaleæ Venetis quid 303.6.
Fritillaria 42.43.
Fritinnire quid 669.26.
Fridleni actus 692.46.
Frugalium typus 22.34.
Frugum diuisio 382.36.
Frumentum Canariense 768.16.
Fuea perperam Turdus dicitur 579.17.
Fulica quæ auis 536.14.
Fumaria 677.40. *periklereon dicta, & cur* 409.43. *vt Gallinaceo generi nimica* 229.27.
contra Fungorum venenositatem 291.8
Fungus Pauoninus fimus dictus 19.20.
Fures duos nō alit vnus saltus 743.20.
Furia canes dicta 459.17.
Furunculos quid 288.18. *eius remedium* 287.18.

G

Alba augurium infaustū 250.45
Galbula 613.15.
Galeazius vnde dictus 250.
Galenus correctus 135.46. *eius doctrina de iecoris principio explosa* 216.50. *eius opinio cur Coturnix epilepsiam patiatur, explosa* 162.53.
de Galaricæ antiquitate fabula 839.51. *quæ Alauda dicatur* 831.48. *vis ad collicos, & nephriticos dolores* 714.45. *vnde dicta* 838.14.830.2.
Galerita marina 829.18.
Galerita piscis 829.12.
Galeritus 830.6.
Galeri forma vnde cognoscatur 830.4.
Galgulus 866.47. *eum Regaliolo confunditur* 651.7.
Gallare quid 240.25.
Gallirati nō dicitur ab alaudis 835.33.
Gallatium Vicecomitem Mediol. à Gallo nomen habere 159.25.
Gallitiorum familia 250.28.
Gallina abortit 245.45. *adipis vis* 276.27.290.9.303.31. *addis vsus* 389.30. *ænigmata* 272.3. *Æsculapio immolabantur* 255.36.256.18. *albæ cur improbentur* 198.25. *albæ fellis facultas* 135.37.302.9. *eam in Gremium Liuiæ adjecit Aquila* 260.8. *sanguinis vis* 303.28. *albæ filius qui dicatur* 273.33. *attiles & sarctæ quæ* 233.57. *de altili lex* 294.24. *an cum dolore pariat* 219.53. *an ex puluere concipiant* 208.14. *an prior ouo* 229.20. *cum Anatibus amicæ sunt* 239.46. *cum Anseribus* 339.46. *Anserum, & Anatum oua excludit* 14.12. *antipathia* 239.37. *cum plantis* 242.47. *eius ani icon* 200. *nu.* 1. *appetitus eius depravatus, vt curetur* 245.27. *vt apparentur* 295.45. *ex ea aqua ad conseruandum pulchritudinem* 303.35. *auro venenosæ sunt* 243.35. *aurea, & pulli aurei vbi* 305.21. *de aurea oua pariente apologus* 276.25. *cæteris salacior noctū prope Gallum sedet* 207.17. *cantus eius in auspicatus habitus* 259.43.203.36. *capitis ratio* 246. *capitibus, & interraneis patina* 295.27. *eius carne cruda, vt apes reficiantur* 239.52. *castratarum laus* 277.14. *cerebri esus & cocio* 295.3. *vis* 91 47 292.6. *vsus* 278.46. *cerebellorum vis* 279.35. *charitas eius erga pullos* 266.26. *Christus ei comparatus* 266.30. *ex ea cibarium contusum* 297.24. *cocundi modus* 207.20. *coitus* 205.45. *coitum pacitur ab alys auibus* 206 27. *eum Columbis amica est* 299.46. *est infesta est* 391.16. *cōdimentum quo fasitur* 297.54. *ex cōtractione concipit* 208.16. *cordis vis* 286.27. *crista qualis* 296.7. *vis* 285.24 *cristarum coctio ejus, & delicia* 294.46. *crocitās quæ* 303.14. *cubilia quæ Varroni* 220.24. *cur Æsculapio immolatæ* 276.54 *cur eas cognato suo mittat Martialis* 577.14. *cur Colūbis eas prætulerit author* 353.30. *cur noctu tenera pariant* 220.12. *cur post partum cantent* 219.52. *cur post coitum se excutiat* 207.25. *cur à præsepibus pellendæ* 293.14. *cur eas prius inter pulueratrices nominent Aristoteles* 2.11. *cur sæpè monstra pariant* 220.36. *cur se pulucrent* 234.20. *cur solidissima quæque conficiant* 213.1. *cur venenata innoxiè edant* 291.40. *cur ex vento concipiant* 207.49. *cur vrticas euellant* 243.28. *eas dementat hyoscyamus* 246.17. *descriptio in genere* 195.16. *diarrheæ cura* 245.34. *differentiæ vnde petantur* 191.34. *ab incubatione* 195.1. *à corporis tegumentis* 193.50. *à moribus* 195.6. *à partu* 194.2. *sine dolore parere* 219.55. *Ecclesia ei comparata* 266.40. *de idenda lex* 232.37. *edito ouo cur fēstuca sese lustret* 160.25.207.23. *oro elixis conditura* 297.45. *erga pullos amor* 234.27. *esu earū qui abstineans* 298.20. *excæcata melius concoquunt* 220.20. *exclusio* 105.4.5. *erga exclusos pullos amor* 14.12. *excremēto hominis qui bibit helleborum, perennt* 243.27. *februarinæ quæ* 298.9. *de eis fiebat olim sacrificium* 254.41. *fimi vis* 303.30.270.43. *fimi cineris vis* 290.46. *ad pinguefaciendos agros* 303.46. *cū Gallo ea sepulcrum insculpta* 268.40. *generosa quæ* 191.18.37.16. *generatio* 204.45. *glocitates quæ dicantur* 203.14. *gutturis cōbusti vis* 285.17. *de ea & Hermadine apologus* 276.25.682.30. *hepatis vis* 290.44. *esus* 295.6. *tēperies* 10. *ex imaginatione concipere* 208.12. *impune taxi baccis vescitur* 243.25. *incubatus* 205.45. *incubantium & vagantiū victus* 229.5. *incubantes quomodo cibandæ* 224.18. *in incubatione quid observandū* 221.44. *ingentū* 234.15. *intestinorum esus* 295.18. *intestinarū cineris vis* 282.20. *eius cū amygdalis* 297.37. *insculorum esus* 295.31. *iuris vis* 290.20.277.37. *ius viride* 297.43. *iuuat ex quot, & quando pariant* 194.4. *locus* 229.9. *lūbos cur amicis Pertinax Imp. misteret* 294.39. *mesenteriū vterinum* 201.54. *minusculæ sunt fœcundiores* 537.56. *mores* 234.16. *mystica* 266.18. *natura* 234.16. *nefieus, aut aliena ouа deuoret* 245.30. *nigra quid Chymicis* 186.16. *nigrarū sanguinis vis* 303.27. *eam non canere* 203.36. *non esse venenum auri* 243.35. *nos docent amare filios* 234.34. *noxa* 293.6. *oculorū morbi, & vt curentur* 245.23. *odium in vulpes* 242.12. *eam ante ouum fuisse* 219.23. *pamphaghasant* 230.44. *parturam vt nescamus* 219.47. *partus* 205.45. *cū Pauonibus amicæ sunt* 239.46. *Pauones nutriens, vt custodiatur* 15.35. *Pauonum pullis visis suis deserunt* 15.46. *pellicula ventriculi vis* 284.55.285.3. *à pennarum decidētia præsagium* 254.30. *ex Perdice fœtus procreat* 225.35. *à Phasiano compressa ouа* 52.20. *ad pinguefaciendas fœcretum* 233.20 *podicis, & uteri foramina* 199.53. *eius icon* 200. *nu.* 2. *potus* 233.46. *præputiū* 201.2. *præsagia* 254.6. *ptiriasis & eius cura* 245.12. *pullos deserere volentis signa* 229.2. *pullorum vox* 538.45. *pulueratrix est* 1.8. *quæ ad cibum probetur* 198.40. *quæ fœcundæ* 198.23. *quæ improbentur* 198.24. *quæ impura ad sacrificium* 256.26. *quæ ad incubationi inidoneæ* 22?.45. *quæ ad incubanda ouа Pauonum*

aptæ 14.25. quæ ad partum meliores 219.36. quæ Polonis Attagen dicatur, 72. 53. quæ seruanda, & quæ non 198.42. quæ simpliciter ita dicendæ 190.9. quæ apud Veteres celebres 192.36. quædam gemina parunt 194.15. qualis in sacris adhibeatur 256.25. quam vtilitatẽ in cibis præstent 293.28. quando cibus dandus 232.28. quando eas ederes Seuerus 293.40. quando eas non lædat serpens 242.40. quando parere incipiant 219.36. quantum offerendum 229.8. 232.31. qui cibus præscribendus causa commodi 231.6. qui prius saginarint 232.34. quo dici tempore salacior 207.19 quo tempore pituita laborent 244.16. quo tempore melius saginentur 234.44. quot diebus pinguescant 432.53. quot modis concipiant 207.38. quot oua pariant, & quæ plura 219.35. quot pullos educare possit 228.37. quot pullos Panonicos educare possis 15.48. rimæ exitus communis icon 200. cum 3. ad saginandas locus qui eligendus 232.45. saginandis quoties cibus dandus 233.45. saginatas magnificas esse 294.18. saginationi aptæ 233.37. salacitas 205.45. sanguinis esus 295.25. Vis 279.37. semen eius quid vocet Albertus 208.43. sese Accipitri opponit, & cur 241.38. si cibum fastidiant, quid agendum 223.40. Sparti semine denorato perit 243.27. stellæ quæ sic dictæ 286.13. sterilitatẽ eis inducentes cibi 231.30. sympathia 239.37. Synonyma 168.20. tenera parientes, vt dura pariant 220.13. Termino deo sacræ 257.4. tibiarũ vis 284.15. cũ tonitru dissident 243.45. vagantes vt absq; molestia capiantur 246.8. vbi bis, & ter in die pariant 194.14. ventriculi caliditas 230.45. esus 295.13. ventriculi membranæ præparatio 282.3 vis 282.33.43.285.35.46.285.40 290.6.283.38. vsus 303.22. ex vẽto concipiunt 270.42. veteres quando pariant 194.6. victus ratio 230.44. ad eam via cur sic dicta 253.47. Vnum partum edens 260.15. vnam partem multos celebrasse 194.35. vox quando acutior 203.11. vocem quando mutes 202.43. vropygij esus 295.23. vsus in medicina 276.45. vsus in sacris ethnicorum 454.35. vsus in cibis 293.25. vt Accipitrẽ timeat 241.38. vt ante Gallum cantet, inaccens est 273.40. vt breui pinguescat 348.43. vt cibo grationes fiant 233.5. vt citius coquantur 298.15. vt contra aues rapaces, & serpentes pullos defendant 235.1. vt facilius pariant 200.7. vt generosa procreentur 208.17. vt hyeme etiam pariant 231.18. vt mirum in modum pinguescant 233.18. vt mustellas horreant 242.35. vt oua maiora, & sapius pariant 231.14. vt præseruentur à pituita 144.30. vt pulucre gaudeant 234.18. vt se, & pullos contra Miluũ defendat 241.11.30. vt à serpentibus occidantur 242.42. vt sint sapidiores 298.14. vt sola ex omnibus ouis suppositis nascantur 224.35. vt teneriscant 294.28. vt vuis abstineant 142.50. vteri forma 199.40. vteri intestinũ 201.50. vteri stomachus 201.49. vteri ouo continentis icon 213. vteri positus 199.45. vteri substantia 301.33. figura 201.35.

Gallina Africana quæ 36.30. cum Hadriani confunditur 191.47. descriptio 38.16. cur Perdix dicatur 103.13. caro eius laudata 43.50. vt à Rusticis distinguatur 38.46.

Gallinæ albæ tristatæ icon 307.

Gallinæ Alexandrinæ 192.36.

Gallinæ betulæ 63.10.72.10. eam Attagenam putat Longolius 72.36. 103.18. (36.20.

Gallina Calekutteensis quæ Germanis

Gallinæ Chalcidicæ 192.36.

Gallinæ Chineæ 36.46.

Gallinas carylorum capiendi ratio 84.10. carnis qualitas 84.36. cibi nobilitas 43.40. coitus 83.25. cur setas equinas colligat 84.30. cur Perdix dicatur 103.13. cur in syluis habitet 83.10. de ea post Attagenam cur agat author 80.6. descriptio 81.5. icon 83. eius cum Perdice similitudo 80.49. ex quo auium genere 80.47. quo loco gaudeat 83.5. Synonyma 80.21. victus 83.4. vnde dicta 74.24. vsus in cibo 84.35. vsus in medicina 85 48.

Gallina deserti 104.12.

Gallinæ Gallis similes 197.6.

Gallinæ Guineæ ex Gallinaceo genere sunt 336.4. descrip. 336.8. icon 337

Gallinæ Hadrianæ cur multæ pariant 192.30. laus 168.35. mores 192.6. vnde dicta 191.47. (201.40.

Gallinæ Hadriani regis quæ 193.8.

Gallina Indica 36.18. quæ auis ita dicantur 35.49. descriptio, & icon 333. alterius icon 40. alterius cum tubere in fronte descriptio, & icon 334. & 335. alia crispata 36.2. alia pennis Panonis 35.53.

Gallinæ italicæ grandes 193.28.

Gallina Italica quæ Germanis 36.20.

Gallinæ lanigeræ vbi 193.51. icõ 339.

Gallinæ Longobardicæ 193.18.

Gallinæ Lydæ 192.36.

Gallinæ magnæ Alberti 193.9.

Gallinæ Medicæ 192.36.

Gallinæ monstrosæ dictæ 195.3.

Gallina montana 63.11.

Gallina morisca quæ 36.38.

Gallina nana 191.48.54.

Gallina Numidica 36.30. caro eius laudata 43.32. vt educentur 52.46.

Gallinæ Numidicæ dictæ cum tuberculo in fronte descriptio, & icon 334.

Gallina palustris Longoly 242.20.

Gallina Patauina 193.18. descriptio, & icon 310.

Gallinæ Persicæ icon 318.

Gallinæ pedibus pennatis icon 313.

Gallinæ serè petrificatæ icon 308.

Gallinæ Pharaonis 193.36.

Gallinæ Peligeræ 193.53.

Gallinæ puluerariæ 193.25.

Gallinæ pumilæ Longolij quæ 182.28.

Gallinæ pumiliones 191.48. Columellæ quæ 192.24. cur laudatæ, & cur improbatæ 108.37. icon, & forma 309.

Gallinæ quadrupedis icon 324.

Gallinæ quinque digitis 197.17.

Gallinæ Rhodiæ 192.36. ad incubanda oua Panonum domantur 14.25.

Gallinæ rusticæ Bellonij descript. 81.24.

Gallinæ rusticæ Varronis quæ Bellonio 80.32.

Gallina saxatilis 146.48.

Gallinæ syluaticæ Bellonij descriptio 81.24.

Gallina syluestris 80.47. cum Perdice confunditur 120.42.

Gallinæ Tanagreæ 192.36.

Gallinæ tripedis descriptio, & icõ 321.

Gallinæ Turcicæ parum a nostratibus differunt 306.54. icon 315. forma 316.

Gallinæ Turciæ pedibus caruleis descriptio, & icon 316.

Gallina vitium quæ 80.25.

Gallinago 74.18. cum Ficedulæ confunditur 756. 3 ad montes, & plana accedit 73.53.

Gallinaria insula vnde dictæ 81.34. 253.52.

Gallinaria sylua 254.1.

Gallinarium quid 229.9. cur prope culinã fiat 229.27. descriptio 229.28. non significare cortẽ 249.22. nostra diuersa esse à gallinariis veterum 229.20. vbi ponenda 229.24.

Gallinarius 249.17. curator, seu custos qui dicendus 228.20. cur fanus esse debeat 228.16. cur ova atramento notare debeat 14.37. cura in incubatione ouorum Panonis 14.33. eius munus 224.16. quot capita gallinarum ei committenda 230.14.

Galli adipis vis 281.10. 390.28. 21.35. 289.43. adulterum punit 236.30. aquilæ 184.5. Æsculapio dicatus 255.35. 271.2. albi immolati à Pyrrho 256.50. de albo Pythagoræ symbolum 257.19. eum vt amarit Pythagora 257.32. amor erga faminam 235.6. erga Gallinas 206.7. an album tantùm timeat leo 204.10. an in frigidis regionibus canat 193.45. an

45. in pariat 221. 10. anatomica 199. 1. angui terrori est 240. 51. est animal solare 240. 5. animositas 185. 39. antipathia 239. 37. de eo apophthegmata 272. 32. 38. aridissimum quoq; dijudicat 202. 33. Attagenen odit 241. 16. audita fœmina cur semen edit 117. 26. auguria 258. 25. in augurijs prærogatiua 258. 30. eius augurea Cicero videt 235. 30. aurœ mutationes sentit 205. 8. aureũ qui in lãcea ferret 185. 8. aureũ lancea affixum cur militi ferre concesserit Cyrus 304. 50. canenti qui imprecentur 205. 34. cantus 202. 38. anenphonus an disphonus 202. 38. cur datus in signum negationis Petri 264. 50. eur victoriam præsagiat 259. 18. de eo Euangelistarum controuersia 262. 50. de cantu hymnus 265. 20. cantus noctem, & diem distinguit 204. 2. de eo proverbium 204. 11. de cantu quæ vtilitas 264. 20. 265. 6. vbi non audiatur 243. 6. canunt per miraculum 246. 45. cantaturus cur alas quatiat 203. 50. de eo & cane apologus 275. 48. carnis assæ vis 283. 5. carnis prauitas 56. 49. qualitas 294. 5. vsus, & vis 290. 23. 282. 36. 272. 36. castratio 348. 1. castratio quæ melior 348. 17. certamen vbi publicè quotannis editum 161. 30. certamina vbi instituta 838. 16. cõs canit miraculosè 247. 15. cognominata 248. 1. coitus 205. 45. à coitu exhilaresceit 236. 22. coeũdi modus 307. 20 coit cũ alijs auibus 205. 25. cõspecta s. a imagine ad pugnam incitantur 117. 29. crista qualis 105. 36. cristati dicũ 196. 5. cur ante lucem canant 256. 36. cur in culeo injcerentur 236. 47. 240. 55. 269. 39. cur ferrea calcaria ei adhibita 238. 46. cur eos immolarent Lacedemonij 269. 8. cur immolent Methonæ vibis incolæ 257. 8. cur manè ante ortum solis canat 204. 54. 205. cur Marti appingerent Romani 255. 6. Martis pullus dictus 236. 18. cur Marti dicatus 236. 18. 254. 43. cur Mercur. sacer 255. 30. 269. 36. cantum cur milites ament 204. 47. cur Milium metuat 241. 23. cur in nummis Selenontinorũ depictus 306. 15. cur non afficiuntur podagra 245. 52. cur olim comburerentur 206. 27. cur Persica auis dictus 196. 1. 239. 25. 305. 6. cur podagra non afficiantur 246. 54. cur pugnet 206. 5. 236. 25. cur Pythagoras nutriendum censeret, & non immolandum 268. 17. cur senescat 254. 26. cum cur Romani boorarint 258. 36. cur salacitatis symbolum esse queat 117. 25. cur se cum ad bellum ferant Dani 250. 3. cuante solis ortum canat 275. 40. Deorum symbolũ 249. 50. denominata 249. 1. descriptio in genere 195. 16. 197. 26. depictus in numis Selenontinorum 305. 35. differentiæ vnde petendæ 191. 34. diem in octo partes cantu suo diuidit 295. 36. dignitas & honor 183. 37. diligentia 235. 10. domum intrãs cristam submittit 336. 41. duobus in vno sterquilino non cõuenit 743. 22. eius effigie lapis 305. 25. emblemata 270. 25. encomiũ 204. 44. in eum epitaphiũ 272. 30. ex eo critius factus quid signficet 273. 41. esse omnium auium salacissimum 206. 53. eos execare in quos dicatur 184. 50. de eo & fele apologus 276. 1. fimi vis 288. 4. fellis vis 288. 52. fellis vsus 279. 7. 287. 20. fimi noxæ & cõtra id remedia 293. 16. vis 284. 8. fimi albi vis 283. 54. in foro Romano depictus 305. 10. fortitudinis causa 239. 27. frigore torpens amputata crista ad cantum incitatur 196. 10. Gallinas contra Milnos defendit 236. 46. cur tam mansuetè à Gallina differant 202. 10. cum Gallina sepulchro insculptus 268. 40. ab eo præsagia 254. 6. cum Gallo alio coire 206. 9. generis dignitas 183. 26. gloriosos designat 268. 45. gustus 202. 32. eius guttur cur dextero cubito præmat Harpocrat. 269. 14. helxine herba ad quid vtatur 235. 44. Herculi sacri 259. 31. hieroglyphica 269. 5. horas distinguit 235. 30. eius hostes aperti & occulti 241. 16. icones 304. 30. iecoris asari vis 283. 46. imperium alterius non patitur 239. 10. incubatus quot dies perficiatur 13 4. ingenium 234. 16. de ingenio eius multa 235. 28. insignia 304. 30. intelligẽtia qualis 235. 46. immoris ius non laxat, & eius vis 277. 37. auris encomium 278. 8. præparatio 278. 8. vis 282. 22. 283. 33. vt sit efficacius 278. 14. ex eo potio ad colicum dolorem 284. 24. alia 48. eius lac in quos dicatur 274. laribus sacer 256. 55. Latonæ sacer 255. 20. laus 4. 45. laudabilis qualis esse debeat 197. 40. Leonem terret 240. 7. decoctex 209. 27. liberalitatis exẽplar 268. libidinosum significat 266. 17. 268. 50. Lunæ, & Solis ortu lætatur 235. 34. lucis prænuncius dictus 204. 29. de magnanimitate eius multa 236. 7. Maiæ sacer 255. 24. maximi vbi nascantur 38. 30. 339. 6. mensi sacrum fuisse 257. 8. militarem disciplinam denotat 269. 1. miraculum de eo in Hispania 246. 46. morbi 244. 1. mores 234. 16. eius more domi pugnare quid 236. 34. mortuus reuiuiscit, & comeduies iure aspergit 247. 34. muti vbi 193. 40. mistica 260. 33. natura 234. 19. ne omninò coeat 207. 31. ab eo nucumẽta 293. 6. noctu immolati 263 16. nõ dici à castratione 343. 17. nõ exactè horas distinguere 205. 30. non mori amputata crista 196. 10. nõ vincitur animositate 237. 55. nouitius quomodo tractãdus 230. 31. numismata 304. 36. in numis Calenorum pictus 306. 28. Sueßanorum 306. 35. Tianẽsium 306. 20. nutrire eos cur Pythagoras iusserit 257. 37. eũ odit simia 240. 61. omniũ auium pugnacissimus dictus 236. 8. contra Orobanchẽ herbã circumfertur 243. 30. Osiridi immolati 256. 42. ossium consistentia 199. 6. ouum eius quale 221. 20. parientis Gallinæ dolorẽ intelligit 235. 25. patris familias exẽplar 235. 7. patre familias frugi denotat 268. 14. pauco humore abũdant 206 52. pẽnas duras habet 161. 26. pennarum duarum lõgissimarum vis 292. 23. de Perdice & eo apologus 276. 8. Persis imperitasse 239. 20. Persica auis dictus, & cur 184. 12. peũ vsus 279. 20. pes quinq; digitis 197. 26. prædicatores sanctos significat 260. 38. pictura eius in casside Minervæ, vbi 364. 42. cũ Porphyrione eius mira amicitia 239. 47. primus cantor dictus 204. 24. Princeps Ecclesiasticus ei comparatus 268. 30. prodigia 258. 25. prolobus 199. 6. de eo proverbia 273. 14. de pugna eius multa 236. 7. pugna descripta 236. 237. pugnat pro Gallinis & cur 236 25. pugna duorum in numo Dardanorum 305. 33. pugnæ eorũ solennes cur institutæ 239. 15. pugnaces qui 192. 37. cur improbentur 197. 45. pugnantis rabies 293. 10. pullos educans cur non cantet 235. 37. pulli pinguis iuris vis 290. 52. pullos educare visus 235. 25. ex eo quæ vtilitas 183. 41. quam diu retineri possint 198. 46. quando altius & remissius canat 203. 53. quando canere incipiant 202. 41. quando castrandi 293. 52 quãdo locutus 260. 24. quãdo pariat 221. 15. quando pluuias præsagiat 254. 10. tempestatem 15. serenitatem 254. 30. ventum 254. 20. quando vocem edat exilem 203. 23. quanti veteres eum fecerint 183. 37 qui bono & malo Deo immolati 256. 54. qui eos pro conis gerent 304. 54. qui esui apti 293. 45. qui grantorem vocẽdant 202. 41. qui ad iuris præparationẽ eligendi 278. 39. qui Merulæ dicti 602. 13. qui præferatur ad prælia 239. 4. quid insomnys significent 270. 30. quibus nimeris comes 241. 12. in quibus nummismatibus pictus 305. 26. quo dicit tẽpora salacior 207. 18. quomodo cum immolãt Calecutienses 257. 49. quomodo inmẽtis mortẽ afferat 239. 45. quomodo se a plectora liberet 235. 41. quot habendi 230. 28. quot mo-

dis augurio faciebant 258. 41. quoties noctu canant 263. 53. in sacris turribus effingitur 270. 43. salax vt cognoscatur 270. 43. salaciores qui 207. 9. salacissimi alendi 198. 13. salacitas 117. 27. 205. 45. eius causa 206. 32. nimia vt corrigatur 207. 27. eã toto anno exercet 206. 2. sanguinis vis 285. 53. 286. 1. 289. 17. 292. 1. in scuto Mariani Cymbrici pictus 305. 25. Idomenei 304. 45. semine abundant 260. 34. semen emittunt audita Gallina 216. 34. semen duplex 209. 48. sidera nouit 235. 29. Solis & Lunæ sacer. 255. 10. cũ Sole sympathia 240. 2. solus volucrũ cælũ aspicit 247. 28. sponte sua Gallinarum officio functos esse 226. 15. stercoris vis 228. 14. 289. 2. 291. 9. 455. 8. stuprũ sui non admittit 236. 38. in suo sterquilinio plurimum potest 236. 31. 273. 28. sympathia 239. 37. synonyma 186. 20. Græca 187. 46. tempus cœundi peculiare 206. 46. testes eius cõtra epilepsiam valet 173. 26. eorum esus 295. 20. locus 199. 26. quando magis conspicui 206. 36. quibus conueniant 277. 21. testis vis 285. 16. vsus 278. 54. testis dextri vis 285. 47. timet cum Basiliscus 241. 6. tres in numo Antonini Pij 306. 30. in turrium apicibus cur positus 305. 20. vbi adoretur 259. 1. vbi non cantet 202. 43. 283. 36. vbi primùm orti 185. 8 eorum ventrem incusare quid 231. 4. in eius vesica lapilli 199. 30. veteris iuris facultas 277. 50 284. 6. an dysentericos iuuet 283. 35. cum victo coit 117. 54. victi pudor 237. 26. signum 237. 28. victoria hieroglyphicum 269. 7. Vigilantiæ symbolum 255. 38. visu Aquilam vincit 202. 24. vnde aduecti 12. 3. vnde dictus 189. 54. 190. 1. volatus 47. 29. vox 42. 26. 202. 38. vsus in medicina 276. 45. in sacris ethnicorum 254. 35. vt Alcone minor dicatur 195. 24. vt à Capis differant 344. 45. vt eos castrent nostræ villicæ 348. 14. vt veteres 348. 4. vt Gallinæ mucus vt fungatur 226. 6. vt eos honoravit Polyarchus 246. 34. vt natus est ingreditur 47. 29. vt non canat 242. 56. 205. 38. 241. 37. vt partus Gallinæ dolorem leuare tendet 233. 22. vt pugnaciores fiant 236. 50. vt rapaces obseruet 242. 18. vt soli ex omnibus suppositis ouis nascantur 224. 35. vt visus acie valeat 202. 23.

Galli calcidici 192. 50. cur laudentur, & vituperentur 197. 53.

Galli caraxi dicti 186. 3.

Galli Cossipbi qui 192. 38.

Gallus ferus 7. 15.

Gallus frondium 81. 17.

Gallus Indicus 36. 18. alterius descriptio & icon 332. alterius auriti tridactili descriptio 330. icon 331.

Galli Mauritiani Ornithologi descriptio 336. 8.

Galli magnitudine Pauonis 293. 38.

Galli maximi Indici quæ aues Aeliano 38. 28.

Gallus Martij 185. 55.

Galli Medici 192. 10. cur laudentur & vituperentur 197. 53. à quibus Medici dicti 193. 5.

Galli miro modo monstrifici cauda quadrupedis descriptio 237. icon 238.

Galli nostrati b. triplo maiores 193. 38.

Galli palustris historia, & icon 242.

Gallus Paradisi 702. 28. 41.

Galli Patauini descriptio, & icon 310.

Galli pennis immersis descriptio & icon 329.

Gallus peregrinus 36. 18.

Galli Persici icon 317. descriptio 318.

Galli pedibus pennatis icon 312. descriptio 313.

Galli quadrupedis descriptio, & icon 323.

Galli quinque pedibus icon 326.

Galli Rhodij 192. 56. cur laudentur & vituperentur 167. 54.

Galli Scotici descriptio & historia 340. icon 341.

Gallus spado 343. 28.

Gallus syluaticus qui Sabaudis 62. 53.

Gallus syluestris 47. 8. 63. 21. 792. 20.

Galli Tanagræi 192. 36. de quo dicantur 239. 50.

Gallus stercoris 703. 8.

Galli tripedis icon 319. alterius 319. 320.

Galli Turcici icon 314. 315.

Gallus centaurus 185. 13.

Gallus Columbani discipulus 185. 26.

Gallus confessor 185. 25.

Gallus Iuuius, & eius vis mira 184. 36.

Gallus Imperator 283. 16.

Gallus libri nomen 186. 6.

Gallus marinus 185. 37. 50.

Gallus matricis 185. 35.

Gallus nauis dicta 186. 4.

Galli populi vnde dicti 184. 185.

Gallinaceorum pugnas in scholis instituunt 238. 43. veteres non locuti sunt Germanicè 228. 44.

Gallus pastillus 297. 31.

Galli sacerdotes Cybeles 184. 28. vnde dicti 184. 35.

Galli crus quæ herba Apuleio 251. 9.

Galli pes herba 251. 18.

Gallicinium quid 204. 4. 249. 41.

Gallitricum 250. 45. syluestre 251. 3.

Gallulo quid 249. 10.

Gallulascо quid 249. 19.

Gallo pauo an veteribus notus 36. 25. eius caput duorum esse, & cur 27. 35. caro eius laudata 43. 30. caro vt tenerior fiat 44. 3. cũ eo coire Pauones 42 16. cur Accipitri similis dicatur 41. 26. cur Pauo Indicus vocetur 35. 45. cur sic dictus 36. 16. descriptio 41. 4. in enutriendis pullis negligens est, 37. 14. historia eius cur Pauoni subnectatur 35. 43. icon 39. incubatio 42. 3. mas vt à fœmina distinguatur 41. 25. natura 37. 14. oua qualia 38. 29. pulchritudo 4 39. quæ loca ament 41. 35. similitudo cum Pauone 4. 40. vox 45. 25. 28. vsus in cibis 43. 50. vt edatur 44. 11.

Garrulitatis typus 525. 37.

Gaza quæ auis Taurini 830. 40.

Gaudentij Merulæ error 705. 16.

Gauia Hirundo marina dicta 661. 25.

Gazæ audacia 501. 3. error 484. 47. 196. 21. 359. 14. 508. 6. 694. 1. 726. 38.

Genuenses quo semine canoras aues alãt 768. 24.

Georgij Agricolæ error 694. 45.

Geranium Columbinum 410. 16. 22.

Germanicus Sturnum habuit imitãtem sermones hominum 640. 35.

S. Germanus Gallinaceis benedicit 246. 40.

Germani vt oua aperiant 301. 50

Germania magnos gignit homines 105. 216.

Geryon Seilerius 617 32.

Germinationis tẽporis hieroglyphicum 795. 4.

Gilbarum quid 38. 23.

Gibberus pro gibbosus 38. 18.

Gigeria quid 295. 19.

Gigleria quid 295. 19.

ad Gingiuarum dolores 290. 18.

Gilbertum quid 38. 21.

Gizericus Rex 250. 23.

Gladij piscis pellis situs 530. 26.

Glarea quid 736. 33.

Glarena descriptio 636. 30. icon ibid.

Glaucopis quæ auis 144. 3.

Glaucopides qui 144. 8.

Glocidare quid 203. 15.

Glocire quibus proprium 203. 15.

Gloriæ contemptus per Pauonem significatus 21. 17.

Glottis cum Coturnice abit 154. 50. vnde dicta 154. 51.

Guydie volucre 258. 31. 366. 15.

Godalius quæ auis Vasconiæ 661. 2.

Goduuitta Anglorum 74. 12.

Gofturdus auis 841. 3.

Graculus 702. 34. Æsopicus qui dicendus 29. 34. cum Cornice frugilega confundit Bellonius 62. 4. epilepsia laborat 262. 39. de eo prouerbium 613. 26. vbi cantus 31. 16.

Gracillare quid 203. 44.

Gradipes 86. 12.

Græci Gallorum pugna ad bellum incitantur 238. 10. Sturnis compauti 642. 47. Turdis 584. 14.

Græcia per Columbo significata 4329.

Gramen cur edat Vpupa 707. 46.

Grando quid Gazæ 209. 46.

Grapaldi error 104. 14. 190. 27. 95.

18.617.18.799.30.
Gratitudinis typus 709.6.
S.Gregorij capiti quando Columba insedit 404.45.
Grenefinca quæ auis Anglis 808.48.
Grilli Sophistæ error 118.3.306.10.
Grillos cerebro continere qui dicantur 854.20.
Grisola vnde dicta, & eius descriptio 737.42. icon 738.
Grus 659.15.17.659.40.bellum gerunt cum Pygmæis 112.33. mare tranãtes lapides oræferunt 157.24. quando discedant 154.43. venriculi esus 295.18. vt coeant 207.24. vitis lachryma perit 834.54.
Grygallus 67.23. color 87.54.
Grygallius maior 65. historia 69.25. icon 71.
Grigalli minoris historia 72.2. descriptio 72.12.
Gryllodus auis 854.23.
Gryllus auis 854.23.
Guardelli quæ auis Græcis recentioribus 799.30.
Gurgulio quid 846.36.
ad Gurguliones inflammatos 689.49.
Gurgulus auis 846.37.
Gursa 857.34.
Gustardes aues vbi 92.43.
Gulum quid veteribus 300.48.
Gutturosola piscis 829.16.
Gyrola 864.17. quæ auis Germanis 853.40.

H

HAddingus Daniæ Rex vt Dunam incenderit 692.40.
Hadrianæ Gallinæ quæ 191.36.
Hadrianus Imper. vbi aureum Paonẽ dedicarit Iunoni 23.25.
Hadriani Iunij error 74.23.
ad hæmalopas 451.26.
hæmatopos quæ auis 830.53.
ad hæmorrhagiam 451.56.
ad hæmorrhoides 462.10.455.4.
ad hæmorrhoidum morsum 292 5.(47.
hæmorrhoidalis herba Romæ dicta 127
Hæretici designati 128.30. Columbæ comparati 441.30.quales 128.36. persuasores 548.36.
in Haliaetum mutatus Pandareus 685.36.qui Falco Alberto 830.47. eius vocem cur horreant Colũbæ 392.34.
Hammonis templum vbi 44.43.
Hannibal Afer Afras Gallinas non comedit 43.54. Anserem Romanum comedebat 44.1.sexdecim annis Italiam vexaturum, & à Scipione superandũ vt Colũba præsagiat 414.33.
Hannibal Paganus 47.50.
Harpa 829.44. quæ auis. & eius sæuitia in Columbas 395.16. cum ea dissidet Erenthus 642.17.
Harpocrates cur sinistro cubito guttur Galli premat 269.11.
Haustra quæ vasa dicta 411.35.
Hebræorum linguæ antiquitas 46.31. Columbarũ alas tectis affigunt 414.1. Turtures dicti, & cur 518.20.
ad hecticos 282.20.
Hector Columbæ comparatus 394.20.
Hecuba Columbæ comparata 374.23. canis dicta 790.11. (94.22.
Hegemon qui piscis 94.22. ceto adest
Heliogabalus crissas Galli viui vorauit 295.1. cur linguis Pauonum sæpe vesceretur 25.31 cur instratis est Perdicum pennis cubaret 120.1. luxus 548.577.8.numisma eius cum Turture 528.33. eius prodigalitas 57.22.quando Phasianum ederet 57.21. 293.42.quibus exta, & ova Perdicum exhibuerit 134.7.
Helius cur Gallus dictus 372.50.
Helleborus albus Columbis lathalis 397.18. (14.
Helxine 27.55.perdicum dicitur 122.
ad hemicraniam 452.28.
Henricus Galliæ Rex quomodo mortuus 238.41.
ad hepatis dolorem 282.29.
Herbas amares cur Gallinæ debeant vitare 232.5.nullas temere à Deo creatas esse 160.30.
Herba Iudaica 250.55.
Herculi cur immolaretur Coturnix 168 18. cur Coturnicem secum haberet 171.4.172.54.epilepsia laborauit 168.23.ei Gallinacei sacri 256.31. templum eius cur ad Tyberim ædificatum 157.34.
Hercules Botrigarius 253.18.
Hercules Chaon qui 446.7.
Hercules musciperda 25.56.
Hermanubidi Galli immolati 256.43.
Hermolai error 60.6.104.8.192.40. 330.12.484.55.
Herodis hortus 378.48.
Herodius Aquilægenus 536.17.
Herodius in arboribus nidulatur 536. 16.quæ auis Plasmistæ 536.15.
Hesiodi laus 26.14. vt se luscinæ compararet 797.10.
Hessenei Columbis abstinent 415.40.
Hesythius correctus 362.27.eius error 503.45.
Hiaros fluuius vbi 11.49. (16.
hiatula perperam Turdus dicitur 579.
Hienrieus Rex 250.20.
Hierebotane pereslereon dicta 409.26.
Hinnuli suapte natura timidi dicti 539
Hippolitis exitium 107.44. (10.
Hieronymus Mercurialis 647.46.
Hierusalem Columbi dicta 432.17.prænocatrix dicta 434.17.
Hippia 252.31.
Hippodamia in Corydum 813.43.
Hippolais 752.22.eius ridicula etymologia ibidem.
Hippocratis opinio de auis generatione pulli 214.43.explosæ 52.
Hirci fellis vis 235.52.
Hiricus litteras Columbis committit 368.24.
Hirundo 531.6. acuti transfossa oculos quid significet 681.4.de eius aduentu cantilena 629.49. eius aduentus inter signa veris est signum incertum 674.55.adulatorem significat 680.46. pro ædificationis studioso pingitur 680.19.æquinoca 658.30.æquitas in distribuendo cibo 672.35. 673.1. pro æquitatem distributione hæreditatis pingitur 680.23.amicũ inutilem significat 680.43.an granis vescantur 672.22.an homines amet 674.15.antipathia, & sympathia 673.30.apibus insidiatur 671.45.apophlegma 681.39.aquæ vis & vsus 688.27. vt fiat in armis depictæ 677.8. artem fabricãdi docuerunt 540.40.eius assiduitas in cibãdo pullos 673.10. Atthis dicitur 683.14. augurium eius quale 675. boream timet 684.34.cantus qualis 668.20.eius caput se habere imaginari quid signifiçat 681.1.carmen earum de quibus dicatur 687.40.capiendi ratio 676.20. cerebrum ad suffusos oculos valet 689.26.cicadas venatur 671.40. cinis ad anginam 690.30. cur Bizan non intret 684.31.cinis ad calculos 691.47. cineris vsus ad caliginem oculorum 689.5. ebrietatem arcet 692.30.epilepsiam curat 688.20.vsus ad euellẽdos pilos 688.41. raucedines sanat 691.45.oris putredinem sanat 689.39. vnam curat 689.47. earum coitus mirus 671.27. cur epilepsiam curat 688.17.memoriam auget 688.12. de eo nugæ 692.25. de Cornice, & ea apologus 682.26.Coturnicum, & earũ certamen vbi 680.6. cur alueis propinquæ esse non debeant 671.46. cur apibus insidietur 674.4.cur aptũ nidis imponat 377.19. cur auersa coeat 671.31.cur in ædibus haberi noluerit Pythagoras 671.40.cur è domo ejcienda 686.48.cur floccis, & plumis nidum substernat 666.20. cur garrula dicta 668.17. cur apua homines degat 674.24.cur hominibus grata 379.7. eam cur inuitent Rhodij 674.33.ei cur Iuturna comparata 665.41. ei cur litteræ committantur 369.4.ei cur nouis similata 665.54. eam cur nigram vocarit Virgilius 661.46.cur non incedat 665.24.cur rapinæ auium non sit obnoxia 665.35.cur à rapacibus non infestetur 674.15 cur securius litteras ferat quam Columba 665.38.eas cur semestres Vocarit Plinius 664.20.cur eas à tectis abegerit Pythagoras 680.50. cur Thebarum tecta non subeat 664.20. cur Vanam Volucrem Vocarit Ouidius 665.30. cur varia, & cyanea dicta 661.53.

cur

cur eam Vpupæ prætulerit author 658. 20. custodiens tempus suum, quid significet 679. 35. Dario exitiũ portendunt 677. 3. Daulias ales dicitur 984. 23. decoctum eius canis rabidi morsum sanat 692. 14. ab ea denominata 676. 40. Dionysio reditum in patriam portendũt 676. 18. epitheta 684. 25. in Ecclesijs nidificat 511. 18. epitheta 669. 4. pro equorum impetigine sumitur 658. 35. esæ partum accelerant 691. 52. etymum 660. 20. eius in fabricando nido industria 666. 5. fabulæ explicatio 684. 30. fabulosa 682. 40. fel oculos clarificat 689. 13. in ea fellis situs 753. 36. forma & descript. 661. 43. S. Fraciſco obediunt 681. 20. studioso 30 præ frigore albescit 661. 35. de Gallina & ea apologus 286. 25. 682. 30. garritus eius quid Alexandro magno portenderet 675. 48. genus & differentiæ 660. 26. subglacie in aquis latere 664. 53. & vbi 665. 1. gressus 665. 22. gulam neq; ingluuiem habet 663. 33. hieroglyphica 680. 10. historia 681. 13. pro imploratione auxilij pigitur 680. 34. ad eius industriam quem respicere iubeat Basilius 666. 28. ingenium & mores 666. 1. ei ingrata vxor cõparatur 684. 45. ingratitudo 686. 55. inimicitia cum Passeribus 544. 45. insectis vivit 671. 39. intra Daulidis fines non pariunt 684. 42. iubet chlanã vendere 674. 38. circa mare versatur 661. 26. maternæ sedulitatis erga filios documentum est 666. 45. moderatas pluuias amat & cur 675. 18. multis qui egeant 674. 40. 686. 20. nidi eius vsus ad suffusos oculos 689. 28. muscas, & culices capit 672. 7. mysticæ & morales 678. 40. oculi eius cruti enascuntur 662. 8. in nauibus Antonij quid portenderit 666. 8. nec fera, nec mansuetæ naturæ est 668. 8. nidi icon 670. nidi multæ virtutes 789. 42. nidi synonyma 670. 30. vsus ad anginam 690. 12. temperies 20. viperæ morsum sanat 692. 19. non cicuratur 667. 45. & quare 668. 1. ex non vncunguibus sola non, carne vescitur 672. 14. nouæ quid significet 586. nullos amicos & nullos hostes habet 674. 2. pro nuncijs vsurpatæ 368. 53. qui vsi 400. 48. nũquam mansuescit 687. 2. oculus eius agrum prohibet dormire 992. 24. oculi ophthalmiã vt sanent 989. 30. de Oloribus & eis apologus 682. 1. ouæ 671. 25. capillos denigrãt 689. 3. Passeri pugnat & cur 664. 6. de ea præsagia 674. 30. de prætorio & ea apologus 682. 36. pristinos nidos occupat 667. 28. proprietates 671. 20. de ea prouerbia 686. 1. pugnet cũ vpupa 808. 26. in pullis harum auium qui lapides, & quando reperiantur 633. 35. pulli vt lapidem Chelidonium habere cognoscantur 778. 4. pullos volare docet 673. 22. primo nati vis ad epilepsiam 688. 36. pullorum suorum oculis medetur & qua herba 666. 36. in Pyrrhi tabernaculo nidificans quid portenderit 675. 46. ex ijs quale alimentum 692. 27. quam sit frigoris impatiens 664. 46. quando ascendant 664. 30. quando magis clames 662. 4. 668. 41. 664. 10. quando primo conspiciatur 678. 24. qui pronuncijs vsi sint 692. 63. quibus abundant Hollandi 680. 46. à quibus edantur 602. 27. quibus sacra 679. 40. ab ijs quid discere homines 656. 26. quo & quando pluuiam præsagit 675. 7. ad quot morbos prosit 687. 53. quot pariat 671. 14. quot eius sint species 660. 29. sanguinis vis 451. 36. epilepsiæ prodest 688. 18. oculos clarificat 689. 13. pilos extrahit 688. 46. podagram sanat 692. 3. Sermonem humanum non addiscit 113. 7. sex mensibus nobiscũ agit 664. 20. significat prædicatores 679. 16. somnus 671. 25. de ea somniare quid significet 687. 12. Sophistæ ei cõparatur 681. 40. stercus albuginem oculorum sanat 689. 31. canis rabidi morsum sanat 692. 14. capillos dealbat 688. 47. stercus colum sanat 691. 50. vrinæ difficultatem, item. ad dolorem capitis humant 688. 10. sylueſtres quæ 660. 33. symbolo eius quos à tecto ablegauit Pythagoras 687. 6. synonyma 659. 13. temperamentum 675. 17. Thebarum tecta non subit 669. 39. totos scbœnos auecit, quid significet 687. 28. vbi cisternas & puteos sese præcipitent 665. 20. vbi nidificet 663. 46. vbi perennet 664. 23. tentriculus qualis 663. 34. veris prænuncia dicitur 674. 35. victus 671. 36. visa quid Cyrix portenderit 675. 44. vna non facit ver 675. 6. 686. 3. vna cum pullis se abstinet ab Colubro simit 673. 38. in volando velocitas 605. 27. volatus 665. 22. 671. 26. pro inconstantia 679. 18. vox 16. 23. 116. 45. 669. 22. cur aspera credita 693. 40. vt alba nascantur 661. 40. vt comburantur pro angina 690. 37. 691. 36. vt blattas fugent 697. 15. vt differrent ab Apodibus 660. 49. vt lateant 694. 37. vt Nilum celebrent 666. 30. vt sanctas denotet 678. 52. eis vritur Haddingus ad incundendam Dunam 602. vsus in bello 692. 30. in cibis 662. 26. in medicina 687. 45.

Hirundinis agrestis historia 693. 1. descriptio 693. 20. icon. ibidem. nidus 663. 46. eius & passeris pugna 695. 16. vbi nidulentur 694. 14. vt ab alijs dignoscatur 693. 33.

Hirũdo alba 661. 31. icon 663. 13. quid portẽdat 533. 15. 675. 28 (661. 35.

Hirundo alba Perdicis magnitudine

Hirundo aquatica 694. 42.

Hirundinis domesticæ icon 662.

Hirundo magna 698. 48.

Hirundo marina auis 661. 20. 698. 22. descriptio 696. 40. icon 697.

Hirundo Rheni 694. 44.

Hirundinis Ripariæ historia 694. 30. cur pennis prænolere, & pedibus degenerare dicatur 696. 8. descriptus 698. 1. fœminæ & maris icon 695. genus & differentiæ 695. 1. nidus 696. 13. ab ea præsagium 696. 16. quid cum alijs Hirundinibus commune habeas 665. 10.

Hirundo rustica 69. 48. (35.

Hirundo saxatilis & speluncaria 698.

Hirundo templorum 693. 17.

Hirundinis vropygio albo icon 662.

Hirundo piscis 658. 44. eius fellis situs 530. 26.

Hirundinaria 677. 21.

Hispanorũ more vesci quid 554. 32.

Hædituris vis 290. 26. lactculos sacrificabat Pythagoras 257. 28. in Melo laudati 583. 14. in sacrificio quid denotet 424. 3.

Hollandi cur Sturnos non edant 642. 10. vt nidos pro Palumbis parent 492. 17. vt Passeres capiant 544. 20. Passeribus abundant 536. 26. pro Passerum nia s vasa fictilia conficiunt 536. 32. quomodo Columbas capiant 399. 16. Sturnis faciunt vasa fictilia pro nidis 641. 26.

Holocaustum ad placandũ Deũ 420. 6.

Homeri animam Ennij corpus migrat 30. 23. cur in Pauonem mutatus fingatur 22. 45. cur nouem auium voces edidit 417. 37. edidit vocem Luscinia 790. 54. eius laus 26. 14. nouem auium voces edidit 137. 5. 685. 50. ortus 417. 35. ei pueri Turdos donant 578. 1. puer cum nouem Musis ludens 417. 39. eius simulacrum est Luscinia 794. 26.

Hominis aberrantis & in viam redeuntis hieroglyphicũ 130. 45. caro eius hospitibus pro suilla apposita 58. 1. eius cranio alliciũtur Columbæ 390. 55. cur sæpè in somno semen emittat 119. 31. in euitandis periculis vaferrimi hieroglyphicum 130. 30. imbecilli & opem ab alio quærentis hieroglyphicum 95. 4. libido 120. 17. libidinosus per Coturnicem significatur 159. 6. magnitudine variat pro regionum varietate 105. 19. nam quæ pie natura tractandi hieroglyphicum 418. 7. sanguine eius alliciuntur Columbæ 390. 52. semper generat 389. 4. solitarij hieroglyphicum 611. 8. propria arte pereuntis hieroglyphicũ 590. 21. proprios parentes nõ agnoscit 144.

scit 114. *strenguli ati loro Columbæ gaudeat* 391. 3. *vbi magni* 105. 26.
Homuncio Perdici similis 126. 29.
Honoricus Rex 250. 19.
Horatius explicatus 144. 42.
Hordeum cur Columbis improbetur 382. 44. *quando Pauonibus exhibendum* 15. 33.
Hortensius orator prius Pauonem occidit 28. 25. *Pauonem prius augurali cœno posuit* 5. 53.
Hortulanos Cenchramos dici posse, aut Miliarias 177. 34. *cur Romam deferantur* 177. 43. *descriptio* 178. 179 *fœminæ icon* 178. *maris* 178. *vt pinguescant* 177. 35.
Hortulani albi icon 180.
Hortulanus candidus 179. 14.
Hortolanus albicilla 179. 20.
Hortulani cauda alba icon 181.
Hortulani collo viridi icon 181.
Hortulani congeneris icon 180.
Hortulanus flauus 179. 11. *eius icon* 179.
Hortulani similis Spipola icon 182.
Historia Hebræorum quatuplex 423. 40.
Hostilij Mancini augurium 253. 55.
Hunericus Rex 250. 20.
ad Hedropem 282. 35. 454. 16.
ad Hedropem asciten 203. 30.
Hydropiper speculum Pauonium dictum 19. 16.
Hyemis diutius duraturæ præsagium 594. 45. *pro tempestate* 675. 15.
Hienæ fellis vis 292. 9.
Hyoscyamus Gallinas dementat 246. 17.
Hyperdixon arbor, & eius mira vis 397.
Hypocratæ per Perdices indicantur 129. 35.
Hypolais, Vide Curruca, vnde dicta 573. 8.
ad Hypophagmata 451. 13. 26.

I

Iacobus Ligotius pictor eximius 565. 6.
Ialysi pictura 136. 7.
Ianigenæ Galli dicti 248. 8.
Iaponenses quos Pauones Lusitanis donauerint 8. 17.
Ibis Aegypti Ciconiæ similis 750. 33.
Icarius Arnæam filiam maris fortunæ cõmittit 45. 3. *eius somnium* 44. 55.
Ictterus 613. 15. *vsus in medicina* 712. 50.
ad Ictterum 101. 16. 282. 30.
Ichneumon cum mare suis generis cois 118. 4.
Ichtis piscis 55. 3.
Ictis quid 55. 4. *vt cuniculos capiat* 55. 11.
Idaliæ volucres 258. 41.
Idolomania vnde ortum ducat 446. 42.
in Idomenei scuto Gallus pictus 304. 45.
Iecur non primogenerati 216. 46.
Ignis præ alijs in altum tendit 836. 24.
ad Ignem Persicum 286. 41.
ad Ignem sacrum 286. 38.
Ignaria quæ auis 741. 22. *cum Turture pugnat* 516. 25.
ad Iliacos 807. 36.
ad Ilieum 134. 28. 33. 283. 46. *in equo* 292. 35. *in homine* 454. 15.
Illyrici cur bellum susceperint 354. 3. *contra Collumbas in bellum eunt* 366. 19.
Imbrium præsagium 545. 43. 696. 25.
Immusculus Regulus dictus 650. 10.
Immussulus quæ auis 840. 46. *de Alauda, & eo apologus* 840. 38.
ad Impetiginem 62. 43. 95. 40. 453. 19. 645. 10.
Impetigo equorum quid 658. 35.
Impietatis typus 269. 38.
Impij hieroglyphicum 418. 36.
Inadem esse Alchadem Arabum 501. 44. *caro eius* 496. 16.
Inas Rondoletij an Oeanas Aristotelis 498. 17.
Inconstantiam significat volatus Hirundinis 679. 18.
Incubandi cupiditas, vt inhibeatur 222. 1. *leges* 224. 4.
Incubatio absque Gallina, aut Gallo 226. 15. *quid sit* 315. 3. *quando superua canea* 223. 42. *tempus peridoneum* 223. 33.
Indicum vt alteretur 457. 40.
Indi Gallum adorant 258. 1. *Pauonibus abundant* 13. 46. *eos alunt* 5. 34. *quanti Pauones fecerint* 5. 34. *quomodo Perdices venentur* 125. 7.
ad Ingenium acuendum 688. 16.
Ingrati hieroglyphica 418. 36. 744. 7.
Iniustè ditescentium typus 128. 30.
Innocentius Nonus Pontifex Opt. Max. 35. 11.
Institutiones hierogliphicum 680. 27.
Insulæ Veneri sacræ Columbis abundant 366. 2. (652. 53.
Inuersionem esse quasi quendam casum
Inuidia comes est virtuti 839. 19. *hominem sapit* 3. 34.
Inundationis præsagium 696. 30.
Io ab Argo custodita 29. 50.
S. Ioannes Hirundo dictus 520. 8.
Io. Baptista Campegius auiaria habebat auibus instructa 578. 36. *eius erga authorem liberalitas ibidem.*
Ioan. Baptista Paganus 47. 50.
Ioannes Cornelius Vterueras Medicus 86. 30. 536. 30.
Ionnes Euangelista cur cum Perdice luderet 131. 15.
Ioannes Paulus Olina 110. 6.
Ioannes Populus Comes 307.
Iob Columba in medio Accipitrum dictus 440. 38.
Iphicrati, vt animum addidit Socrates 237. 14.
Irascentis facilè hieroglypicum 743. 18.
Iris condimentaria 55. 23.
Iris Columbis similis dicta 374. 47.
Ischeia 78. 24.
Ischæmum quæ herba 251. 10.
ad Ischiadim 614. 32.
Isicium amilatum 296. 43.
Isidori error 174. 40. 189. 40. 343. 17. 541. 4.
Isidis etymum 739. 25. *Hirundinis faecie* 685. 47. *de ea regium puerum nutriente fabula* 985. 44. *quod instrumentum inuenit* 659. 30. *Tithoreæ nundinæ.* 43. 6.
Isitare quid 640. 46.
Isitia quæ optima 296. 41.
Israelitæ cur ex Coturnicum esu in varios morbos inciderint 171. 40 *Coturnicibus saturati à Deo* 166. 6. *eorum murmuratio in deserto* 166. 10.
Itali eximiæ fœcunditatis 105. 25. *vt oua aperiant* 301. 50.
Itis cuius filius 685. 15. *cur in Phasianum mutatus fingatur* 56. 6.
Ityli fabula 58. 49.
Itys fabula 63. 40. *patri coctus apponitur* 57. 37. *pro Phasiano sumitur* 47. 16. 54. 51.
Iuba quid in Gallis 106. 38. *alectoridæ dictæ* 185. 34.
Iudæos Columbarum studiosus 379. 1. *vt oua aperiant* 310. 49.
Iuliæ Piæ numisma 24. 9.
Iulij Alexandrini opinio de Perdicis carnis facultate 132. 52.
Iulius Cæsar Aurantius 92. 5.
ad Iumentorum pestilentiam 292. 50. *pro eis remedia* 292. 25. *eorum verminatio, vt siniantur* 497. 14. *ad eorum vlcera* 292. 49.
Iunco Aristotelis 722. 20. *cum Alauda amicus est* 834. 42. *caudam motitat* 724. 43.
Iuniperi baccæ tertio anno matureſcere dicuntur 597. 16. 24. 52.
Iunonis ales 2. 26. 7. 42. *ei cur sacer Pauo* 20. 34. *aur à Pauonibus currum suum duci voluerit* 20. 44. *in nummismatibus Faustinæ* 23. 50. 24. *eius passus Colũbarum volatui assimilati* 367.
Iunionius ales 12. 48. (56.
Iunonium ingredi quid 4. 42. 17. 6.
Iupiter in Aquilam mutatus 174. 18. *Columbis delectatus* 417. 18. *in eo coturnicem mutatus Latonam amat* 168. 17. *eius, & Latonæ fabula* 174. 14. *Perdicibus delectatur* 126. 50. *Lodonæus qui* 446. 4.
Ius pro coquendis auibus 761. 38.
Ius consumptum ex quibus auibus fiat 351. 6. (45.
Iuscula analeptica vnde excogitata 233.
Iusculum verzusum 302. 57.
Iustum Pascer significat 549. 36. *eius typus* 424. 21.
Iustinianus explicatus 8. 9. (41.
Iuturna cur Hirundini comparata 665.
Ixia quid Dioscoridi 501. 9.
Iynx cum sisopygide conf nditur 725. 24. *Fringilla dicatur* 816. 6.

L

ad Labiorum vimas 290.20.
ad Lac coagulandum 303.23.
Lac Gallinaceum in quos dicatur 274.1.
Lac in ono quid 215.14.
Lecedemony cur Gallum immolarent 269.8.
ad Lachrymas sistendas 289.4.
Laconis de Luscinia dictum 796.7.
Ladani mira vis 392.9.
Lagonus piscis 6.43.
Lagolia quæ, & vnde dicta 80.15. 144.20.etymum 86.2.
Lagois Horatio quid 144.35. cur peregrinam vocet 145.5.
Lagopice 144.19.
Lagopes 72.49.
Lagopus 86.5.109.34.856.46. an stolida, an callida dicenda 17. Aristoteli cognita 145.11. eius caro 150.18. conspectu homine vt lateat 149.22. cur Perdix dicatur 103.14. descriptio 146.25. ex Plinio 145 30. Scaligero ibidem. eius differentiæ 145.28. facilè capitur 150 5. genera 145.28. icon 147. in Italia non capitur 145.9. locus 148.10. mores 149.10. natura ibid. nidus 149.44. cum nocturna aue confunditur 143.48. non mansuescit 146.13. quæ aues ita dici possint 143.45. quæ loca habitet 145.36. synonyma 144.29. vbi degant 153 40.149.28. vera vbi reperiatur 149.35. vnde dicta 80.16. vox 148.9.48. vsus in cibo 150.16. vt capiatur 148.12.150.1. vt frigore gaudeat 149.41. vt nisi confidat 145.38.
Lagopodis alterius icon 148. altera Plinij quæ 109.36.246.7.
Lagopus aurita 133.51.
Lagopus crocea 144.22.
Lagopus croceis oculis, cætera candida 146.13.
Lagopoda Ornithologi non esse verâ Plinianam 145.43.
Lagopodis Plinianæ secundum Ornithologum descriptio 136.55.
Lagopodis variæ Ornithologi descriptio 146.36.
Lagopus planta 144.26.
Lambena piscis 66.43.
Lanariæ herba cur Struthiõ dicatur 532.2.542.38.
Laodice Luscinia dicta 790.4.
Lapis Ephesius 643.44.
Lapides Perdicum pennas exprimentes 128.23.
Lapis scissilis petra Columbina dictus 410.56.411.2.
Lapis scissilis in Belgica 19.31.
Lapis Thebaicus 643.44.
Lapillis in Gallorum vesica 199.30.
Lapsarum perperam à Platina repellus dictum 586.2.
Lapsorum imago 427.54.
Lapwinga 703.11.
Laqnei dæmonis quot, & qui 552.53.
Laribus Galli sacri 256 55.
Larus 772.18. cur ei Brenthus dissideat 602.27. mali punici grano perit 612.19.
Laseris vim venenosam esse 246.10.
Lathyridis grana, vt innoxiè edantur 291.7.
Latonæ cur Sacræ Coturnices 168.13. Gallus ei sacer 255.20. eius & Ionis fabula 174.14. Perdicibus delectatur 126.40.
Laureum baculum gestare qui dicebantur 839.20.
Leagoræ Phasiani 54.46.
Lecti Pauonacei qui 19.46.
Lecythos quid 191.24.
Ledæ partus 275.4.
ad Lendes 288.2.
Lenticula Columbis gratissima 382.52.
ad Lentigines facies 303.27.556.6.
Leo an album Gallum cantummodò timeat 240.8. animal solare est 240.6. eos anibus pretiosis quis saginarit 57.24. Capum non timet 240.46. Christum significat 260.43. cur Gallum timeat 240.15. cur templorum custos ponitur 270.38. custodiæ hieroglyphicum 270.44. iugum subit 667.46. eos quæ terreant 240.16. per eos qui indicentur 129.45. quos non attingat 278.10. ad templorum claustra 270.50. cum terret Gallus 240.7. vt homines non attingat 240.20. ei vt pauorem incutiat Gallinaceus 4.45.
Leo herba quæ 443.32.
Leonardus Cognoscimtus 74.33.
S. Leonardus Columba specie captiuum liberat 404.30.
ad Lepram 26.44. pro mundatione eius Passeres immolati 547.15.
Leprosi vt apud Hebræos mundarentur 547.20. eorum medicina 277.48. sacrificium 423 24.
Leporis deliciæ 55.16. quæ loca colat 55.30. eo qui abstineant 208.22. eius salus in pedibus 55.9. semper generat 389.5. eos sponsi sponsis donant 558.6. suaptè natura timent 539.10. vbi abundent 110.35. eorum velocitas 55.11. venatio 55.5.
Leporina carnis laus 144.40.
Leporarij canes qui 55.11.
Lepores albi vbi 143.35.
Lepores Chelidoniæ 677.14.
ad Leporis marini esum 292.2.
Leros insula vbi 41.50.
Leucanthemum 128.4.
Leucarus avis 809.45.
Leucoium 542.42.
Leucophagum ex Capo pro duodecim coniuncto 249.54.
Leucopygos 756.34.
Lex per Coturnicem notata 167.30. eius elogia per eandem significata 168.10. telis aranearum similes dictæ 443.25.
Liber Columbæ inscriptus 356.25.
Liberalitatis exemplar 268.28.
de Libidine sententia Chrysostomi 491.10. eius mala 461.15.
Libidinosos Gallus designat 268.50. Vpupa 708.42. eorum hieroglyphicum 553.40.
ad Lienteriam 497.7.
Lignum vt non ardeat 279.28.304.5.
Ligneus color qui 37.26.
Ligurini æquinoca 808.1. aliarum auium voces reddit 812.6. eius antipathia, sympathia 813.8. ex Carduelium genere est 800. 13. cur asinum oderit 813.17. cur hominibus prudentior 812.35. cur post Carduelem de eo agat author 807.43. cur vili fiat. 807.45. etymum 809.30. fabulosa 813.26. facilius quam Carduelis capiunt 812.26. & forma descriptio 810.1. gregatim volant 812.30. mas, vt à fœmina differat 810.16. maris icon 810. mitieres, & minus sagaces sunt Carduelibus 812.20. nidus, partus, educatio, cibus 812.43. synonyma 808.36. tam pus capiendi idoneum 812.30. Valet vocis amœnitatem 811.52. vox, & cantus 811.50. vt educetur 813.1.
Ligurinus adolescens 808.32.
Ligurini fœminæ capite albo icon 811.2.
Ligurini maris alterius ætate prouecta icon 811.1. (44.
Lilionarcissus purpureus variegatus 42.
Limaces vbi non reperiantur 122.8.
Linaria auis 178.8. quæ auis Longolio 739.32. 824.5. asthmate affligitur 825.16. auis esu lubrica 820.24. cantus 825.6. cibus 825.6. forma & descriptio 824.20. icon 824. imperata facit 825.20. morbo comitiali capitur 825.13. à quibusdam inter Cardueles numeratur 823.50. vt ex cannabino semine pinguescat 825.10. vt morbo subtili laborare dicatur 825.13. seminibus gaudet 767.54.
Linaria marina 825.45. icon 826.
Linariæ rubræ icon 826. vnde dicta 825.30.
Lingetta Anglorum 752.32. vnde dicta 752.53.
ad Linguæ asperitatem 290.8.
Lingua Passerina 543.30.
Linguiaca 85.26. cum Coturnice abit 154.40.
ad Lippitudinem 26.37.288.49.
Lithospermum 543.36. Columba dictum 356.18.410.27.
Lithostrata 19.39.
Lisinia 799.52.
Litteras per Columbas mittere vnde ortum 368.42.
Liuiæ Augustæ augurium 260.5. ouum in sinu fotum excludit 226. manu ouum excluens quid portenderit 207.3. eius numisma 24.15. vt exploraret, an esset paritura marem 207.3.
Liuias Columbas cur Gazæ vocet 358.2.

Locu-

Locustæ, vt Pauonib. laudentur 15.31. cõtra eas qui in bellum eunt 366.20.
Lolium cur pro Colũbis laudet 382.45.
Longolij audacia 63.33.104.42. error 60.1.59.80.10.103.18.175.3.189 50.169.8.808.46. opinio de Perdicibus 104.20. vt cura authore de Perdice consentiat 104.44.
Lotus herba solaris est 205.4.
Luteorum lucliores, vt se ornent 25.6.
Luculli luxus 576.32. eius Turdos aspernatur Pompeius 577.4.
Ludouicus Gozadinus 758.8.
Lugdunenses Batani cur Columbas honorent 416.
Ad Lumborum dolores 452.44.454.15
Lumen sapientiam notat 683.6.
Luna Aegyptiorum deus 169.26. Orientem vt indicent Aegyptij 173.15. ei sacer est Gvllus 255.10.
Lupini cur Gallinis interdicti 232.7.
Lupi capitis in Columbario vsus 386.26. cur hominibus exosus 379.6.
Luscinia 797.5. Accipitre, & ea apologus 797.5. Accipitrẽ odit 789.16. cum Acanthide cõsunditur 799.10. adultarum cura 787.46. adultæ difficulter aluntur 787.10. æquinoca 772.16. aeris rationem habet 784.16. alia earum paludes, aliæ montes colunt 776.3. aliæ alium locum quærunt 784.40. ad alias auiculas cur aduolet 789.6. amor prolẽ 781.21. an adultæ, an iuniores alendæ 787.4. an antiquitus ali solitæ 786.46. antipathia, sympathia 789.3. antipathia cum Delphis vrbib. 784.36. apophtegmata 796.4. Athis dicitur 683.14. auium nobilissima dicta 771.36. auguriæ, & præsagia 790.30. eius cantu detentus viator quid denotet 791.5. cantus eius laudes 771.20.778.25. cantu ova vinificat 785.50. cãtui Pauonis pulchritudo comparata 778.34. in eo quãta varietas 778.30. eum qui imitari debent 791.26. capiendi ratio 783.22. carne vescitur 672.19. caro ad vigilias facit 792.34. in cauea canit de quo dicatur 795.47. eius cibus, & educatio 786.44. ei Cicero similis dictus, & cur 694.40. Colluvionem odit 789.8. corporis affectus 788.40. eius, & Cuculi apologus 797.20. cur alantur 793.4. cur amatrix cantorũ dicta 778.40. cur Chlorida vocet Homerus 776.37. cur in dumis lateat 704.50. cur facile capiatur 712.20. cur à Gallis rossinol dicta 765.6. cur garrula 796.20. cur inter canoras aues prius de ea agatur 771.4. cur parũ dormiat 795.25. cur quædam inconcinnius canant 781.16. Daulias ales dicitur 684.16. ei de est cantio, de quo dicatur 795.30. denominata, & cognominata 789.34. Deo gratias agit canendo 791.18. descriptio 776.10. diem prænunciat 790.46. differentiæ, & genus 775.50. docilitas 113.11. docilitas mira 781.50. in dumetis degit 774.16. de ea emblema 796.13. est auis ambitiosa 781.3. est auis stolida 783.24. earum esus in deliciis fuit 792.10. etymologia 772.43. fabulosa 796.25. facilè pinguescunt 788.43. facilè visco capiãtur 783.35. fœminæ mulieres non sunt similes 791.50. fellis vsus 792.52. formicarum ouis sibi ipsis medentur 778.48. frigoris est impatiens 784.12. gemitus eius suauis est 779.34. Græcè, & Latinè loquentes 113.12. 782.1. hieroglyphica 794.16. Homeri simulacrum significat 794.25. homines musicam docuit 772.10. ab homine cantare vicia contabescit 779.3. humanas voces discit, & quo modo 781.54. hyeme non cernitur 657.22. icon 777. ingenium, & mores 781.1. iubetur quercus fugere, & vites, & myrtos amari 785.3. iuniores ab adultioribus discunt 77.31. Iouis nuncia dicta 790.31. laudes 771.14. liberum interfectrix dicebatur 789.38. sine lingua non est 776.20. lugere, & gemere dicitur 779.20. mas accurit ad vocem fœmellæ 783.42. mares verè capti, vt sexum prodant 798.16. mas vt à fœmina distinguatur 788.15. mas, & fœmina quibus signis certò distinguatur 788.22. migrat 784.14. moralia 791.1. musca earum de quibus dicatur 795.17. mutos pullos cur inminat 781.19. nidus incubatus, partus 785.26. nidi descriptio 785.34. nidis icon 786. non est Athanthis 774.5. non est Curruca 774.8. non est Potamida 774.10. non canit, cum dolet 780.18. nugis insidens de quibus dicatur 795.46. nulla vox ei peculiaris 778.1. omnes voces edit 778.4. paupercula quæ ei comparetur 792.26. Phœnicurum amat 789.5. cum eo coit 786.40 φιλοδώρος dicta 781.6. eius ploratus Orphei, & vxoris Laocoontis ploratus comparatus 781.30. eas poetæ Indorum ex hominibus aues factas fingunt 796.30. earum potus 788.2. pretium 771.46. princeps volucrum dicta 772.1. prophetæ, vt ijs similes 791.31. prouerbia 795.18. pullos docet canere 781.12. pulli quomodo cognoscantur iam ex se cibos capere 787.30. qui, & quomodo educandi 787.17. quæ alendæ & quæ non 787.3. quæ terræ eam non habeant 784.36. quando canat 780.10. quando simplicem vocem emittat 780.44. quanto citus canat eò magis canoræ euadunt 788.6. qui eas olio habuerit 794.6. in quibus non imitandæ 791.38. quid sit ei proprium 776.14. veris nuntia dicta 790.41. vigilia 783.15. à vipera se deuorandam præbet 789.28. eius vitã cur de egerit animus Thamyrã 794.31. ea vocalior qui dicatur 795.47. eius vocem edidit Homerus 790.54. Vpupæ contubernalis dicitur 708.24. vsus in cibis 792.4. in deliciis 793.1. in medicina 792.30. vt Aquilam timeat 789.16. vt herum suum agnoscant 782.50. vt liberalitatem amet 783.6. vt minus pinguescant 788.44. vt propter musicam capiatur 783.46. eam vt religiosi imitari debeant 791.35. vt se Hesiodus ei compararit 797.10. vt viperas timeat 298.22.
Luscinio alba 776.6. icon 777. pretium 771.52.
Luscinia murorum quæ auis Gallis 746.17.
Luscinia ramorum 775.52.
Luscinziola 773.48. vnde dicta 765.6.
Luscinziola Bellonij historia, forma, & icon. 765.1.
Luscinziorum familia 790.24.
Luscziola 773.44.
Ad Luscziosos 289.3.451.53.
Lutare quid Calphurnio 671.8.
Lutea 850.44. historia 855.1. magnitudo 831.5. maris icon 857. vbi degat 857.40. victus 857.32. vide Cirlus
Luteæ Turneri descriptio 856.50.
Luteola 808.15.
Lutum aceratum 670.30.
Luxuriæ sedes 290.49.
Luxuriosorum cupiditates non esse naturales 27.56. qui putentur 207.8.
Luxus vt veteribus displicuerit 28.27.
Lychnis Chalcedonica 542.34.

M

MAconacana Ameritis quid 109.50.
Macrinus Imper. Columbæ augurio Regno exutus 415.10.
Macrocephali populi vbi 45.55.
Mænæ in Lipara laudatæ 585.15.
Magnanina quæ auis Bononiæ 530.5. descriptio, & icon 736.1.
Magnesij contra locustas in bellum eunt 366.20.
Mahumetis Columba 377.34. Columbæ opera fingit sibi cum Spiritu Sancto sermones esse 437.55. vt Columbam assuefeceric 415.50. eius profectio in paradisum 257.40.
Mariæ sacer Gallus 255.24.
Malacoderma ova quæ 191.7.
Malampygus 750.34.
Malcander Rex 685.45.
Malchus Regem significat 264.40.
Malignitatis hieroglyphicum 169.27.

Maligni hominis hieroglyphicum 163. 8.
Malus Strutia 542. 44.
Malis punicis omnibus in esse aliquod granũ putre, quid significet 831. 15.
In Matrimoniorum numo Galli icon 305. 28.
Mamma vt non inclinent 135. 25.
Ad Mamillarum tumorem 290. 14.
Manij voracitas notata 576. 10.
Mãna cur manè data dicatur 168. 5. *descriptio* 366. 24. *est Christus* 167. 55
Manucodiata nervos habet pro pedibus 629. 28.
Manutij, & Adagiorum authoris error 54. 52.
Maris tempestas miro modo sedatur 404. 27.
Margaritæ cur in ventre Columbarum poliantur 450. 1. *quomodo adulterentur* 450. 3.
B. Maria Virgo per Columbam significata 428. 6. *eius sacrificium* 421. 44. *ei Templum in monte Columbę augurio conditum* 406. 39.
S. Marinæ Columba apparet in Carcere 405. 33. *Columba ei Coronam imponit* 406. 5. *tormẽta, & mors* 405. 46
Marinianæ numus 24. 27.
Marmor Pauonium 19. 28.
Maro Pythagoricus cur Luscinia fuisse dicatur 784. 54.
Marphisa Columbis comparata 374. 28 *Hirundini* 671. 53.
Marrhis Cornix litteras ferens 368. 54
Marti cur Gallus dicatur 236. 18. *cur Gallum ei appingerent Romani* 255. 6. *eius pullus cur Gallus dictus* 236. 19. *eius, & Veneris adulterium per Aquilæ congressum indicatum* 205. 53. *eius, & Veneris adulter.* 275. 35.
Martialis cur Falco, & Stellæ poetis Turdos non mittat 577. 26. *cognato suo cur mittat Gallinas* 577. 14. *correctus* 143. 55. 144. 10. *cur se Psittacum vocarit* 158. 33. *explicatus* 343 25. *vt neget se Carmentionis fratrem esse* 295. 45.
Martinus Foxius Cracouiensis medicus 60. 3. 70. 2.
Martyrum holocaustum 423. 50. *qui Pasteris dictis* 553. 4.
Marem vt mulier pariat 286. 2.
Matris proprios liberos necantis hieroglyphicum 794. 21.
Maternæ sedulitatis erga filios documentum 666. 45.
Matrimonium legitimum, vt veteres inuuerent 268. 40.
Matrisaluia 250. 51.
Matris auis 174. 44.
Ad Matricis passionem 56. 5. 290. 35. *procedentiam* 286. 34.
Maximinæ numus 24. 20.
Meccæ incolæ cur Columbis abstineant 415. 50.
Mechanica mechanicis principys, qui primus expessit 458. 50.
Medica auis 7. 34. 189. 6.
Mediocritas in vestitus ratione laudata 19. 3.
Medielanensium victoriam, vt Gallus præsagiat 259. 15. *eorum victoria contra Fridericum Imper.* 415. 25.
Medi cur loca mutarint 536. 36.
Meira fluuius 602. 31.
ad melãcholiã 279. 10. 450. 30. 614. 28
Melonocephalus 740. 3. 756. 36.
Melancoryphus 713. 17. 19. *quæ auis* 756. 26.
Melchior Guilandinus 74. 28. 81. 10.
Meleagri fabula 44. 15. *mors* 44. 28. *eius sorores in aues* 44. 33.
Meleagrides, & Africanas Gallines eadem esse 36. 41. *an veteribus omnibus eadem auis* 28. 3. *in earum carne luxus* 43. 37. *curgibbera dicta* 38. 24. *cur Tunes* 36. 37. *ab ea denominata* 42. 30. *descriptio ex Clyto* 36. 52. *de ea emblema* 43. 20. *olim rara* 58. 14. *oua* 51. 44. *qualia* 38. 26. *pugna* 38. 20. *quæ loca habitarent* 41. 40. *cum Tetraone confunditur* 61. 45. *vox* 42. 20. 116. 42. 203. 17. *vnde adductæ* 12. 3. *vsus in sacris ethnicorum* 43. 3. *vt ab Africanis Columella distinguat* 36. 39.
Meleagris Clytiancũ Meleagride Varronis Plinij que eadem 38. 10.
Meleagris veterum quæ Bellonio, & Turnero 36. 26.
Meleta amorem, vt indicarent veteres 268. 55.
Melieratum cur Columbis offerendum 383. 20.
Memnomides aues 38 20.
Ad Memoriam augendam 688. 12.
Menalippæa insula 678. 40.
Meusa lapidea 411. 31. *Pauonacea* 19. 44 *vndulata* 19. 43.
Ad Menses albos 286. 17. *inordinatos* 286. 20. *sistendos* 286. 14.
Meritricis hieroglyphicum 795. 12. *Paleutria dicta* 398. 46.
Mercurio Gallus sacer 255. 30. 269. 36. *eius forma* 255. 32. *qui Accipiter ei sacer* 392. 25.
Mergus 603. 8.
Merlolus pisces 6. 44.
Merops esi api similis 712. 6.
Merops Hirundo marina dicta 698. 27.
Merulæ aquinoca 604. 12. *eam amat Evithaus* 743. 50. *eam amat Rubecula* 612. 8. *candidæ vbi* 603. 35. *cantus* 610. 18. *cantu valent* 610. 24. *eas capiendi ratio* 612. 22. *caro quibus conueniat* 614. 23. *carnis bonitas* 613. 50. 614. *temperies* 614. 10. *cognominata* 612. 48. *colorem corporis, & rostri mutat* 605. 8. *de eis cur posti Turdos agat author* 602. 6. *ab ea denominata* 613. 5. *descript.* 604. 4. *fœminæ icon* 605. *simi ad agros sterrorandos laus* 437. 24. *genus, & differentiæ* 603. 30. *humanum sermonem imitatur* 610. 50. *imperfectius, quam Psittacus loquitur* 610. 52. *eam impugnat Crex* 617. 10. *ingenium, & mores* 610. 48. *Lauri folio vtitur* 610. 49. *locum mutat* 610. 6. *mali punici grano perit* 612. 18. *maris icon* 604. *mas, vt à fœmina differat* 605. 8. *murus cantus* 610. 28. *eorum natura* 611. 6. *nidus* 611. 30. *nidi descriptio* 611. 36. *nouem voces ordine exprimens* 610. 30. *partus* 611. 30. *pectoris delitiæ* 613. 40. *pinguis Turdis prælata* 592. 45. *ad pinguefaciendas locus aptus* 122. 27. *de ea Prouerbia* 613. 24. *quæ eligenda* 614. 13. *quid Italis* 602. 44. *quo loco versetur* 610. 3. *quomodo saginentur* 611. 25. *quot, quoties, & quando pariat* 611. 40. *eas Romanorum luxuria saginabat* 613. 59. *sola volat* 611. 8. *sympathia, & antipathia* 612. 1 *synonyma* 603. 1.
Merulæ albæ icon 609. *non esse diuersa speciei à nigra* 603 40.
Merulæ albæ, & nigræ maris icon 607. *fœminæ* 608.
Merulæ albo capite descriptio, & icon 606.
Merula alpina 613. 15. 630. 12.
Merulæ apodis Indica historia, & icon 692. 10. *auem monstrificam esse* 629. 30.
Merula aquatica 589. 34.
Merula bicoloris icon 623. *historia* 624. 1.
Merulam Bresilicam cur inter merulas ascribat Bellonius 628. 5. *descriptio & icon* 628.
Merula carulea 615. 16.
Merulæ congeneris descriptio 625. 1. *icon* 624.
Merulæ congeneris alterius descriptio, & icon 625. 14.
Merola montana 603. 52. 623. 4.
Merulæ montanæ Germanorum historia 620. 20.
Merula noualium 613. 10.
Merula porphyromelanos 629. 40.
Merula rosea in cibum commendatur 627. 5 *descriptio* 626. 627 *fœmina icon* 627. *maris icon* 626.
Merula Sabaudiensis 96. 36.
Merula sandaricino colore 603. 53.
Merula saxatilis 615. 14. 617. 28. 623 4. *descriptio* 631. 6. *icon* 630. *synonyma* 630. 1.
Merulæ similis auis mira generatio 611. 48.
Merula sylvatica 622. 5.
Merula torquata 589. 35. *cur Columbina dicta* 409. 10. *fœmina descriptio* 623. 10. *femina icon* 622. *maris descriptio* 623. 8. *maris icõ* 621. *non est alterum merularum genus Aristotelis* 614. 45.
Merula error 60. 6.

Merula fluuius 602. 30.
Merula machinæ genus 602. 42.
Merula piscis 602. 26. perperam Turdus dicitur 579. 17.
Meruleus color 602. 36. 613. 18.
Merulus 605. 18.
Merulus solitarius 615. 14.
Merulus stercorosus 615. 14.
Messalinus Gotta primus crissas Gallinarum edit 294. 53.
Messicani Coturnices immolant 168. 31.
Messos quid Arabibus 456. 25.
Metapentinorum numisma cum Turture 528. 28.
Methonæ incolæ cur Gallum immolent 257. 8.
Meticulosorum pugna 162. 19.
Midias Coturnix dictus, & cur 165. 16. 33. qualis fuerit 165. 33.
Militis Cretensis verecundia ex in honesto vulnere 114. 25.
Milites, & proficiscentes cur alio vtuntur 238. 53.
Miliaria auis 159. 42. 850. 14 quæ auis Longolio 739. 32. qua Ruellio 823. 53. vnde dicatur 178. 4. Varronis quæ 177. 35.
Militaris disciplina per Gallum significatur 269. 1.
Milium quando Columbis exhibendum 382. 46. eius vis contra venenum 171. 30. Indicum proprius Columbarum victus est 382. 48.
Milo Gallus dictus 185. 22.
Milo Crotoniensis cur ruictus 253. 7.
Miltiades Atheniensium Imper. Gallorum pugnantium exemplo suos adhortatur 238. 5.
Miluus 659. 20. 701. 31. 34. 892. 44. cum Columba non reconciliatur 395. 5. cur Columbas capiat 394. 48. cur eum metuat Gallus 241. 23 ei non tenditur rete 443. 27. vt eum oderit genus Gallinaceum 241. 36.
Minerua Aedon dicta 772. 31. eius cassicum Galli imagine 304. 41. innupta dicta 584. 20. eius passus Columbarum volatui assimilati 367. 56. Hirundini similis 664. 1.
Minurire quid 490. 30.
Minurizare 669. 36.
Minutius Pica 18. 53.
Mirabolani 796. 45.
Mirause Catelanicum 349. 44.
Mitra significationes varia 798. 39.
Mnesteus Columbis comparatus 368. 5.
Modius quot libras accipiat 16. 4.
Ad Molam expellendam 454. 50.
Mollieeps 533. 47.
Monachus ex ouis duris mortuus 301. 1.
Monachorũ humilitas significe. 552. 28.
Monasterium Columbinum 356. 14.
Monedulæ, & Columbæ apologus 444. 17. ea olim pueri ludebant 169. 41.
Monialis auy 726. 29.
Monialis Turturi comparata 521. 25.
Monoscyra Gallinæ 195. 3.
Mons in bonam, & malam partem accipitur 548. 40.
Montanelli descriptio, & icon 735. 30.
Mont fringilla 815. 36. aquinoca, & synonyma 821. 12. cantus eius duplex, & vterque in suauis 823. 34. cur pauciores capiantur 823. 40. forma, & descriptio 821. 28. mas vt à fœmina differat 821. 45. maris icon 822. victus 823. 44. vox, ingenium, aucupium, volatus 823. 30.
Montifringillæ congeneris icon 823.
Montifringilla leucocephali icon 822.
Monstrorum causa 220. 36.
Monstrosorum Gallinaceorum iconus 319. & inde.
Monstra in quibus animalibus maximè generentur 220. 35. 226. 2.
Morborum causa præcipua 583. 11.
Ad Morbos deploratos 292. 15.
Ad Morbum regium 134. 29. 556. 9.
Mordere Gallinam quid Iunen. 203. 27.
Morhenna 72. 19. historia 340. 1.
Moretettera Anglis quæ auis 739. 38.
Mortis præsagium 20. 25. eius suauissimum genus vnde 531. 50.
Morsus Gallinæ folio hederulæ Lobelij 252. 27.
Ad Morsus venenatos 453. 39.
Moschi adulteratio 457. 7.
Moses aquam dat miro modo Israelitis 266. 36. dubitatio de saturatione carni 166. 53. panem, & aquam à Deo impetrat 166. 24.
Motacilla 602. 25. aquinoca 725. 1. ad calculum valet 714. 31. cineris vsus 725. 45. etymum 742. 43. locus 725. 38. cum Passere troglodyte cõfunditur 725. 5. synonyma 721. 15. vsus in medicina 725. 43. victus 725. 38.
Motacilla alba descriptio 727. 1. fœminæ icon 728. maris 727. locus 727. 50. in eius nido parit Cuculus 727. 50.
Motacillæ flauæ descriptio 728. 41. icon 859. 1. cantus, locus, victus, vsus 729. 1.
Motacilæ flauæ alterius descriptio 729. 20. icon ibid.
Motacillæ genus, Passer fluitus dictum 530. 5.
Mugiles in Sciatho laudati 583. 15. suapte natura timidi sunt 539. 12.
Mulcasses Tunetanum rex quo sumptu Pauonem coctum ederit 604.
Mulieres fœcundæ quæ auc denotentur 721. 35.
Mullus piscis 107. 38.
Muneris pessimi symbolum 22. 49.
Murenæ fellis visus 530. 26. vbi laudata 583. 24.
Muralis vnde dicta 127. 55.
Mures sunt indociles 667. 46.
Musaica opera 304. 6. vbi elegantia 19. 39.
Muscæ color 3. 50.
à Muscaryis parabola 25. 21.
Muscarij Pauonini arti ficiosissimi descriptio 25. 30.
Muscici caparum historia 733. 25.
Muscipetæ icon 735.
Musicæ hieroglyphicum 794. 54. inuentio 116. 27. quæ auis eam homines docuerit 772. 10.
Musselæ cineris vsus ad epilepsiã 688. 20. cur prope Columbaria habitet 396. 50. ne Columbas rapiat 385. 23. venenata animalia deuorat 26. 27. vt contra serpentes pugnans sese muniat 385. 18. vt cuniculos capiat 55. 11. eam vt horreant Gallinæ 242. 35.
Mustella leuis Palumbus dicta 484. 34.
Mylacridæ quæ 190. 19.
Myrta 79. 23.
Myrtopullus 579. 53.

N

Naason dictus 408. 30.
Nabuchodonosor Columba dictus 408. 23. cum Columba significat 430. 40.
Napellus cum helleboro confunditur 160. 47. contra eum remedium 592. 10.
Nasidieni cæna 495. 46.
Natalis Comitis error 44. 52.
Nates in timore contremescũt 374. 50.
Naturæ arcana ex auium cognitione percipiuntur 1. 32. omnibus omnia non dedit 101. 21. cur album, & nigrum colorem in cauda Pauonis denitauerit 5. 1.
Nauicula mobilis sine remig. 458. 46.
Nauis Hirundinis volatui comparata 665. 54. in pullo quid 196. 43. à quo Columbæ dictæ 446. 20. Chelidon dicta 658. 55. mons Veneris dicta 446 prætoria Gallus dicta 186. 4.
Neapolis quo augurio condita 413. 22.
Nemanus regina 685. 45.
Neoptolemus Græcos ad pugnam hortatur 643. 16.
Ad Nephritides 452. 30. 454. 16. 284 54. 714. 35.
Neptuni, & Cereris congressus 459. 30.
Neptunienses, vt Coturnices capiant 164. 9.
Nequitia signum 169. 20.
Nestoris poculum 469. 40. deco allegoria 160. 24. eius scyphus 460. 10.
Nibæ cantus prouerb. 193 43. 273. 35 quid Hesychio 273. 37.
Nicolaus Mirepsus correctus 656. 26.
Nidus conscientiam notat 678. 48. fidei quietem 549. 4.
Nigrettus quæ auis 603. 25.

Niphi error 61.46. 105.38. 107.16. 191.46. 228.50. 657.30. 752.23.
ungæ 86.8. 90.50. *opinio de conceptu Perdicum absque coitu* 119.3.
S. Niuardus Columbæ augurio templum condidit 500.30.
Nisuæ non est Sparuerius 702.40.
Noctua 702.49. *eam Columbas capere* 396.40. *cum ea dissidet rex auium* 650.35. *in numo Antonini Pij* 24.29. *ne Columbas capiat* 396.45. *eius & Passeris hieroglyphicum* 94.55. 553.28. *Passerem ad se confugientem malè tractans, quem signet* 95.1. *cum ea pugnat rex auium* 653.36. *qui Turdi eam odire* 588.6. *vbi procreari dicatur* 12.5. *vox* 116.35. *vt eam oderit Merula* 612.14.
Noe vnde cognouerit aquam defecisse 426.6.
Nortmanni quæ commoda ex Panonibus colligant 12.28.
Nouacula pisces Pauo dictus 6.45.
Noua luna mensis initium apud Græcos 78.20.
Noctis & diei hieroglyphicum 22.22. *ei Galli immolati* 255.26.
Nucifraga auis quæ 630.13.
Numenius auis quę 78.23. *de ea prouerbium* 78.14.
Numidicæ guttatæ quæ aues 36.36.
Numus argenteus cum impresso Saturno 643.48.
ad Nyctalopas 135.36. 451.54.
Nycticorax 108.12. *quæ auis, & eius mystica explicatio* 550.38. *qui prædicator ei similis* 550.46.
Nycticorunus qui dicatur 29.39.
Nymphocopos 744.31.

O

O Ciandum esse aliquando 131.13.
Ocimoides minus 128.10.
Oculi simplices sine fuco 428.45.
Oculos pennarum quos Plinius in Panone vocarit 11.10.
Oculi quando in pullis generentur 215.52. *ad eos mirum remedium* 174.3. *ad eorum albuginem* 689.35. *claritatem* 135.53. 689.9. *debilitatem* 288.8. *dolores* 288.9. 689.6. *fluxiones* 288.14. *ictum* 451.30. 689.15. *suffusionem* 135.35. 689.26. *sugillationem* 289.3. *vitia* 289.17.
Oculare quid 666.44.
Oculi auium qui lapides dicti 663.43.
Ocymastrum Valerianes 542.17.
Ocypteros quæ auis 397.16.
Odicnemus quæ auis 98.22. *cur eam Ouidi subiungat Bellonius* 96.7. *descriptio* 88.40. *icon* 99. *Ouidi similis* 98.36. *vnde dictus* 98.44.
Odicnemus Bellonij cur aquaticis annumeranda 101.35.
Odicnemo congener cum terrestribus annumeranda 201.45. *forma* 101.40. *icon* 102.
Odoardus Turrianus Genuēsis 787.40.
Oenanthe 756.35. *quid* 232.26.
Oenanthe auis 497.50. *historia* 762.10. *vide Vitiflora; vnde dicta* 762.19.
Oenas canis nomen 497.53.
Oenas Columba quæ 361.56. *aquinoca* 497.45. *autumno conspicitur* 359.18. *color* 498.8. *Columbarū species est* 259.6. *fœmina icon* 500. *frugibus vivit* 359.17. *magnitudo* 350.19. *maris icon* 494. *cum Palumbe confunditur* 485.1. *quomodo Arist. Columba maiorem esse dixit* 498.40. *synonyma* 498.1. *vnde dicatur* 361.36. *vt capiatur* 501.20.
Oestrum auis quæ Bellonio 657.40.
Oestrum insectum quale 657.41.
Oestrum piscis 656.5.
Officina cohortalis quid 220.10. 249.30. *Phasianorum* 51.53.
Ogeniorum hominum religio 446.13.
Olai error 60.53.
Olea ramus allatus à Columba quando natus 420.9. *quid significet* 427.28.
Olerium festum 41.54.
Olei rosacei facultas 451.10.
Olha Rutenorum princeps, vt caput Dreunlianorum incenderit 402.3.
Olinæ duæ ad candelabrum positæ quid denotent 430.12. *eius fructus charitatem significat* 436.6.
Oliua Gallis quæ auis 96.16.
Oliua perpetuò viret 424.50. *ramus Christum significat* 428.10. *ramus cur ore allatus à Columba dicatur* 425.54. *eolex denotatur* 427.3.
Ololigon est Luscina 774.26. *in vbis cantat* 774.40. *de ea variæ sententiæ* 774.50.
Olores canunt, cùm silent Graculi 784.39.
Olybry tyrannis 406.14.
Onas cur à Deo punitus 206.21.
Onocicle herba 590.12.
Oogala quid 302.13.
Ooscopica 258.4.
ad Opisthotonon 614.30.
Opobalsami miracula 302.10.
Oppianus correctus 514.20. *eius ungæ* 85.25.
ad Ophthalmiam 689.30.
Opera plumaria vnde fiant 568.20.
Oraculum Aeolium, & Ionium, & eius dignitas 545.24.
Oratio de Panonibus inscripta 7.45.
Oratoris perfecti hieroglyph. 794.39.
Orchilus auis cur facete Ioui ascriptus 650.45. *cur sic dicti Carcini poetæ filij* 650.30. *cur hymenais insectus* 653.18. *noctuæ ova exedit* 650.36. *cum Trochilo eandem esse* 659.33. *vt tempestatem denotet* 650.37. 653.18.
Ordo authoris an ab aliorum ordine diuersus 6.17.
Oreſtis, & Pyladis amicitia 515.35.
Origanum Heracleoticum 252.11.
Oriolus 613.24.
Orix 80.30 *quæ auis Alberto* 80.14.
Orix Getulus 57.16.
Oryx quadrupes 163.34.
Ornithogalum vnde dictum 252.43.
Ornithologi error 59.43. 50.60.1.72.26. 87.8. 93.1. 98.25. 190.7. 232.12. 362.20. 370.39. 486.28. 532.15. 580.38. 630.7. 661.20. 816.13. 824.8. 828.21. *inconstantia* 70.43.
Ornithopodion 252.8.
contra Orobanchen Gallus circumfertur 243.30. *cur eam odere agricolæ* 243.33.
Orobia quid Græcis 410.35.
Orobus Coturnicum quæ herba 160.53.
Orobus porcis exitialis 382.55.
Orpheus cuius auis specie apparare debeat 784.16. *eius sepulchrum vbi* 785.24.
Orrhos quid 374.50.
Orrili mors, vt nuncupata 369.14.
Orthriococcyx 70.26.
Ortyges vir 165.41.
Ortygia insula quæ 165.42. *eius etymum* 152.16. *vnde dicta* 156.36.
Ortygometra 151.41. *descriptio* 175.10. *cum Cenebramo cōfunditur* 175.3.20. *cum Crece* 175.19. *cū Ortyge* 174.50. *cum Rusticula* 175.17. *Coturnicum agmen ducitat* 155.49. *cum Gallorū Rasse cōfunditur* 175.14. *icon* 176. *magnitudo* 308.7. *primā vapit Accipiter* 155.20. *quę auis Alberto* 62.8 *synonyma* 174.36.
Ortygometra altera in genistis degens 175.16. *descriptio* 175.40.
Orus Apollo correctus 163.34. *error* 94.50.
ad Oris putredinem 609.39.
ab Ossiride, & Cerere quid didicerimus 680.29. *ei Galli immolati* 256.42.
ad Ossa fracta 287.26.
Oscula Columbarum nuptijs comparata 386.32.
Ossifraga 650.10.
Ostracoderma ouum quæ 191.6.
Ostreorum esus nobilis 144.45.
Ostrea Abidena laudata 583.15.
Ostrogothia Panones copiosè alit 12.26
Otidis adipis vsus 95.40. *amor cū equo* 84.31. *an Aquilam vocet Aelianus* 94.1 *an nigret* 92.30. *antipathia* 94.5. *canes vt metuat, & cur* 94.12. *capiendi tempus* 94.43. *caro qualis* 95.16. *quibus vitanda* 95.19. *cur Græcè per α, scribatur* 85.55. *cur eam in cibo damnet Plinius* 95.25. *cur eā odere olitores* 93.50. *cur manu capiatur* 93.12. *cur parum volet* 93.12. *cur non in sublimi nidificet* 39.38. *eius descriptio* 87.42. *equum amat* 84.26. *eius, & equi pictura*

quid indicarent Aegyptij 49.50.95 5.facilè moritur 93.24.fimi vſus95 40. hieroglyphica 94. 45. hominis aſpectũ horret 93. 24. incubatus 93. 35.magnitudo 59.51.92. 46. mores 93.20.nidus 61.40.93.26. 35. non eſſe ex Gallinaceo genere 87. 4. nou eſſe Tetraonis genus 87. 26. non migrat 85. 35.cum Oto cõfunditur 85. 24. eius partes internæ deſcriptæ 92. 1. & inde parua, quæ auis dici poſſit 101. 30. cum Pauone confunditur 80.20.pennarum vſus 95. 46. pedes 86.4.cum Perdice confunditur 104. 24.pondus 87.49.ponderoſa auis eſt 87.30.proprietates 93.20.eius quædam partes depictæ 91. quando coquendæ 95. 31. ea qui abſtinere iubeantur 95. 38. quibus locis degat 92. 31. cum quibus confunditur 85. 12.quot diebus incubet 93.44. ruminat 93. 28.ſympathia 94.5.ſynonyma 85. 45. cum Tetraone toto genere diſcrepat 60. 36. vt cum eo congener dici poſſit 87.36. vbi abũdat 92. 33.victus 93.45.volatus 93.10.115. 34. vſus in cibo 95. 14. in externis 95.44.in medicina 95.35. vt capiatur 84.30.94.28.vt equum amet 94 18. vt manu capi dicatur 94. 37. vt vulpes capiat 94.7.vulpẽ odit 94.6.

Otidis authoris, icon 89.

Otis Longolij quæ 80. 31.

Otidis Ornithologi icon 88.

Otos 87. 25.quæ auis 80. 17.

Otus 702.35. magnitudo 85. 26. cum Otide confunditur 85. 25.

Otus ſaltationis genus 85. 31.

Ouium cerebri qualitas 173.35.cur epilepſiam patiatur 173.36.quãdo ſtabulis hybernis educendæ 674. 40.

Ouidius explicatus 515. 56.

Ouorum ex aceto coctorum vis 283.51. in aceto moderati vis 282. 37. vſus 283.1. agitata,& fracta q̃ 302.18. album eius quid 191. 11. albuminis vis 279.14.280.12.285.14. 290.2 albor,& eius vſus 302. 15. albuminis vſus ad agglutinandum 303. 55. 304.1.ad clarificandũ 304.8.ex albumine clyſter 283.42.aliarum aniũ Gallinis ſupponi 224. 30. an prius Gallina 219.20.eius anatomes quinque icones 209.210.211.213. 113. aperiendi modus 301.48. apponendi ratio 301. 37. aſſatorũ quæ meliora 301.10.aſſa vel toſta quæ 305.5.calore loci excludi 226. 18. eo candidius prouerb.275.23.candidum eius quid 191.11.vis 288.50. canicularia quæ 222.44.cineris vis 280.48. 290. 16. ea elibano excludere 226. 33.coctura quæ melior 299.7.in craticula 302. 37.crudorũ vis 283.53 290.31. cur molle exeat 214.16.cur in nido,relinquitur 220.23. cur priꝰ ſuperiores, quàm inferiores partes eernantur 218.6.cur ſacrificata 258 6. quæ cynoſura dicta 22.43. dura quæ 308. 38. durorum malitia 293. 12.300.54.vis 283.17.electio ad cibum 298.26.elixa 300.38.302.26 elixa cum admixtis 301. 54. exitus eius ab exitu animalium 214.26.figura cucurbitæ 221. 7. fœcunda cur aliquando pullos nõ procreent 222. 18. fœcundi,& infœcundi ſigna 227 43. fœcunditatis ſigna qua die appareant 217. 21. frica Florentinorum more 302.3.fricẽllata 302.23. frixorum apparatus 301. 54. qualitas 301.17. Hepala quæ 301. 54. hecatombe 258.22.hypememia quę 207 38.vt noſcantur 223.15. in igne coctorum qualitas mala 299.13. incubationi apta quæ,& quæ non 222.3. initium quid 219. 27. leniter cocti vis 279.23. liquida quæ dicenda 300. 28.à colore liqueſcere luteum albumen indurari 215. 4. Lutea pro oſtentoſunt 260. 26.Gallinæ magnitudine Anſerini 221. 10. luteũ quã partem occupet 209. 54. lutei vis 280.12.283.54.286.20.290. 33. mollia quæ 300. 29. quæ Celſo 300. 36. mollia, & ſine teſta vnde 220. 52.mollium ſalubritas 300. 52.non eſſe ſemen 219. 29. eorum olei vis 288.1.290.1.10. pogala quæ 283.9 paſchalia quæ 300.39.in paſtilli morem 302. 53. perfectum quid 220. 35.piſcium vt fœcundetur 208. 34. pricta quæ 297.18.299.34.quæ Braſauolo 301.23.quale ferculum 300. 8. pricorum qualitas 300. 22. quomodo capiantur,& quę meliora 299 52.primum lutea ſunt 214.14.ab eis puerbia 274.40.putaminis vis 279. 50. 283. 4. putaminis cineris vis 285.2.putidorum vis 284. 21. qua magnitudine à ſepto in matricem deſcendat 209. 42. quæ abijcienda 223. 8. quæ animalia pariant 258. 9. quæ bona, & quæ mala 298. 35. quæ fœminas edant 224.36.quæ improbentur 298. 29. quæ incubantur quomodo tractanda 224. 12. cur non concutienda 223. 9. quæ mares procreant 224. 36. qualitas in vtero 208. 46. quando cito corrumpantur 232. 45. circa ea quid cõſiderandum 222. 1. quo lunæ tempore ſupponantur 223. 46. quõmodo coquantur 298.56.299.1.quomodo nutriantur 214. 15. quo numero Gallinæ ſupponenda 223.24. quot diebus perficiatur 214. 30. recentium, & veterum dignitio 298. 32. requieta quæ 298. 40. rotunda 221. 8. ſanguine tincta quare 220. 4. ſanitatis ergo quomodo accipienda 301. 45. Schiſta quæ 217.8. ſeminis ſitus 214.10.ſub ſepto conceptorum magnitudinis, & loci icon 209. ſine teſta vnde 221. 3.ſuppoſitionis modus optimus 223. 55. ſynonyma 190. 46. tenera, ſiue tenella 300. 36. in terra excludi 226.24.26. teſta qua parte durior, & cur 206. 53. teſtea quæ 191.7. teſtæ vis 285. 28. teſtæ cineris vis 286. 19. tiganiſta, vt coquantur 301.20.trilecitha quæ 221. 5. tremula 300. 35. tunicæ quot, & earum officium 214. 5. tyropatina 302.4.varij apparatus 301.51.vbi concipiatur 208.45. Venditores qui myſticè dicantur 440.8. Venenata & putrida quæ Gallinæ pariant 232 6. in vtrum cocta 302. 39. viginti duorum anatomè 217. 1. vis ad ambuſta 286. 46. vitellus an fæces vini attrahat 304.28. vitellus propria tunica ambitur 214. 3. de vitello ſcomma 273. 3. vitellus ſemine caret 214. 5.vitelli vis 280.45.282. 18. 285. 44. 289.55. vnde dictum 190. 50. vrina quæ 222. 37. vrina cur fluitent 222. 48. in vrina aſini elixorum vis 284. 55. vſus in cibis 298.25. in ſacrificijs 358.4. vt cognoſcatur an futura fœcunda 223. 2. vt ea in initinere coquerent Babilonij 301.35. vt ſeruanda, ne requieta fiant 298.42. Zephyria quæ 207. 43.

Oxylaparum quid 296. 48.

P

S. Pachouius à Dæmone in Gallum immutato tentatur.

de Pallya Cyro tradenda conſulitur oraculum 545. 20.

Pæuicationis ſymbolum 130. 31.

Pæonia noctu lateus ad epilepſiam valet 173. 2.

Pæonij contra Columbas in bellum eunt 366. 29.

Palamedes muſarũ luſcinia dict. 790.11.

Palea quid 38. 8.196.17. vnde dicta 196.25.

Palearia in bobus quid 196. 18.

Paleutriæ quæ dicantur 398. 34.

Palladis caſſi Galli imagine notatę 239 17.

Palmæ arbor victoriæ omen 378.38.

ad Palpebrarum phlegmonas 288. 45. ad earum pilos euellendos 688. 42.

Palumba 485. 18.

Palumbi æquinoctio 484.16.ætas 491.1 505.21.allectrices dicti 493. 23. aluntur vt alios capiant 493.20.amicitia cum Perdice 694. 12. an ſolidis, an aſſutis annumerãdi 489. 53. an vigrent 489. 4. anatomica 488. 26.arbores habitant 378.40. bibẽdi modus 370.50.capiẽdi ratio 493.18 carnis qualitas 496.36.caſtitas 489 25.cellares quę 486.36.492.49.coi

tus 491.18. Columbis adsimiles 486. 50. cum pro Columba accipere quid 443.41. cum Columba confunditur 485. 4. cacos parit pullo 492. 31. condimentū 496. 29. corporis affectus 494.1. cur aerey vocati 490.18 cur diutius viuant, quam Columbæ 370.10. cur Fabariæ dicti 492. 42. cur feri à Plinio dicti 486. 28. cur lauri folio vtantur 490. 8. cur nidis suis laurum importent 377. 16. cur citi dicti 485.40. ab ijs denominata 494. 18. difficilimè capiuntur 493. 30. emblema 495.2. esus eorum cur libidinem extinguere dicat Martialis 491.36. facilè laqueis capiuntur 493. 35. fimi vsus 467. 18. genus 486.25. genus maius, & minus vbi 485.30. in genere eorum an diuersitas 486. 15. glandi phagi sunt 492. 47. hyeme aliquando canunt 490. 40. hyemē se condut 489. 16. incubatus 492.1. ingenium 489. 22. ingluuiē habet præpositam ventriculo 488. 30. mas cur citius quam femina moritur 491. 23. mores 489.22. nidus 492.1 nostratibus maiores, & sapidiores 486.44. ijs nuptias parat populus Romanus 496. 4. oculi eorum confossi renascuntur 497. 20. cum Oenade confunditur 484.54.485.1. partus 492.1. pastilli exijs 496.30 Proserpinæ sacri sunt 491. 29. quæ loca ament 505.1. quando egregatim volent 490. 18. quando testes ijs augeantur, & quando eos non habeant 448. 35. quando in Venerem accendantur 491. 40. quas plantas agnoscant 490.6. quercus liquere, quid significat 488. 50. quomodo capiantur 493.30 quomodo sarciātur 492 59. qui sic dicti 489. 38. qui semitollos edant 296.8 quot annos viuant 491. 16. quot diebus incubent 492. 25. quot pariant 363.3 388.12. quoties generent 363.5. quoties pariant 492. 21. Sagina 492.40. salacitas 491.20. sanguinis facultas 451. 3. 51.497.15. sylvarū dona dicti 488. 56. trimestres coeunt 491. 31. Turtures casilitate superant 373.52. vbi abundent 488.49. in ventriculo eorum, inuentorum lapidum vsus 497. 25. victus 492.40. vnde dicti 358. 22.485.31. vngues eis nimis crescūt 494.5 volatus 490. 4. vox 390.23. vsus in cibis 495. 14. in medicina 496. 36. vt adulteros puniant 373. 56. vt capellria habitare dicantur 488.45. vt eos edāt Galli 496.6. vt Galli eos capiāt 493.36. Neptunienses 46. vt proprys nidos parēt Hollādi 492.17. vt à Liuys differant 488. 16. vt pullos soucāt 491. 48. vt rubeos pullos pariant 492. 32. vulneri suo organum imponunt 490.9.

Palumbus syluestris 702. 35.

Palumbi torquati descriptio 486. 50. Bellonio 488. 6. icon 487.

Palumbaria crypta, & aquæ eius facultas 494. 30.

Palumbarius Accipiter 241.55. 362. 27.494.20. cur sic dictus 392.30.

Palumbarium oppidum 494.26.

Palumbicida 362. 27. 494. 20.

Palumbula 485.26.

Palumbulus 485. 25.

Palumbus gladiator 484. 20.

Palumbus piscis 484.25.

Pandarei fabula 685.11. quid ei Ceres largita 685.11. in Haliaētō 685.36.

Pandionis ales 660. 17. 684. 16. cur sic dicta 684. 23.

Pandionis nata 775. 32.

Pandionia ales 775.26.

Panicum quomodo Columbis exhibendum 382.46.

Ad Pannos 453. 10.

Panthera ne homines attingat 240.28. quos non attingat 278. 10.

Pantheron rete quale 642.25.544.10

Papauer heracleum 543. 30.

Papilionum coitus 671. 30.

Papo 343. 36.

Pappus 808.6.

Ad Paralysim 450. 24.

Parasitus belluo 55.18. se iactat Merulam esse 610. 15.

Parentes vitiorum in filijs sæpe causa sunt 761. 18.

Pardalus Aristotelis non est Coccothraustes 645 36.646.6.

Pardus coit cum leæna 188. 30.

Parias serpens in Selenontinorum numis depictus 306. 15.

Parietaria vnde dicta 127. 55.

Parisios quo ardore Mauri opugnarint 641.37.

Paris 711.5. 725. 52.

Ad Paroditas 453.6.

Parra 651.4.762.16. noctu canit 711. 43.

Parracidarum culeus 240.53.

Parthemium 128. 1. Dioscoridis cum helx ne confunditur 128. 3.

Pathenophe Columbę imaginem adorat 413. 33. vt Neapolim condiderit 413.23.

Ad Partum accelerandū 691. 52.527. 50. quibus gemitus 105.24.

Pari æquinoca 710. 40. capiendi ratio 712. 16. cur facilè capiantur 712. 20. cur post Vpupæ de ijs agat author 710.30. cur eis fœnum detur 712. 11. denominata 712. 33. genera, & differentia 711.20. genus quod in caueis teneatur 710.33. locus, nidus, partus 711. 46. natura vox, volatus 711.33. nidus 694.5. 694. 12. eius nido consimilis nidi icon 719. descriptio 720. nocent apibus 712. 5. 30. quando ad Belgas accedant 711. 50. quot ona edant 711. 54. synonyma 711.1. victus 712. 12. vngues, & eorum vsus 711.30. vsus in cibo, & in medicina 712.43. vt ab apiarys capiantur 712.28. ab Hollandis 712. 26. vt ab his pascantur 712. 9. vt differant 711.28.

Parus abietum 651.20.808.35.

Parus anonymos 715. 37.

Pari atri historia 723. 1. icon 723.

Parus carbonarius 713. 25.723.4.

Parus caudatus cur sic dictus 715. 34. descriptio 715.50. mas vt à fœmina discripet 716. 8. maris, & fœminæ icon 716. mores 717. 1. nidus 717. 23. ex qua materia conflet 718. 2. nidorum duorum simul coniunctorum ad formam thoracis icon 718. nidi figura calcet ex arbore suspensi icon 717. alia 720. partus 717. 23. quem locum amet 717. 1. victus 717. 18. volatus 717. 1. vox 717. 11.

Pari cærulei descriptio 721.20. etymū 721. 12. icon 721. quot ona edat 721. 34.

Pari cristati historia 724. 1. icon 723.

Pari Indici descriptio 714.40. icō 715

Parus magnus 713. 28. cantus 714.20. non mutescit 714.25. descriptio, & icon 713.30. synonyma 713.10. vis contra calculum 714. 33. vis ad dolores colicos, & nephriticos 714.35. vsus in medicina 414. 30.

Parus monticula 711. 24. cur sic dictus 715.33.

Parus palustris 529. 29. 711. 27. descriptio 722. 1. icon ibid.

Parorum quarta species 722. 8.

Pari syluatici hist. 724. 10. icon 724.

Parus piscis 710. 50.

Parula quæ auis Campanis 5. 711.6.

Passer 655.40. adipis vis 555.5. qui noxa 529. 12. Æsculapio consacrati & cur 548.6. ætas & de ea disputatio 537.15. ætas vt cognoscatur 538 17. de ea opinio propria 537.64. albus quid portendat 533. 14 albos non esse diuersos ab alijs 533. 10. amor erga alienos pullos 544. 33. an animal sit docile 539. 56. an loca mutet 536. 30. an in malam partem accipiat 548. 27. anà Noctua opem petat 539. 37. ei Angeli tubæ coparata 548. 30. animal vitiosum est 519. 36. ei anima comparata 549. 14. animam significat. quæ à diabolo exagitatur 451. 45. anima, vt aestiguet 520. 16. antipathia 544. 27. argutus cur dictus à Martiale 539. 3. audita fœmina cur semen emittat 117. 16. 540. 27. auguria 545. 42. bonus qui dicendus, & qui malus 553. 4. capiendi ratio 544. 1. carnis temperies 554. 47. cerebella vt seruentur 555. 39. eius cerebelli cur Venus præsse dicatur 548. 5. Cerebellæ Venerem promouent 555. 27. Christum denotat 549. 1. Cicadam discerpens &c. quid denotarit 546. 4. cineris

ris vis 556. 9. cognominata 542. 1. coitus 540. 14. cœcos, & imperfectos parit 530. 55. 741. 5. cur anima similis 552. 48. cur in domibus nostris niduletur 535. 50. cur epilepsia obnoxius 541. 50. cur epileptici deuitur 555. 46. cur in febribus prohibeantur 555. 25. cur hominem significent 520. 1. cur naturaliter timidi 539. 10. cur pisces lati sic vocentur 530. 29. cur post Columbas de iis agatur 528. 48. cur spicilega dictus 541. 29. cur in vrbibus niduletur 539. 23. cur in Xenocratis sinum se abdiderit 539. 25. cur Vultures timeat, & mustelam 544. 48. in delicijs habitum fuisse 555. 5. denominata 542. 1. denotant paupere 552. 28. descriptio 534. 6. differentiæ 53. 31. à loco 33. 16. penes loci habitationem 448. 45. domestici icon 534. domestici nidi icon 535. eius duo genera Germanis torquata nuncupata 529. 40. emblema 554. 12. eos edere à quibus inuentũ 555. 26. eorum esus damnatus 554. 46. 53. Venerem excitat 555. 27. eius etymum 532. 26. excrementa Venerem mouent 555. 34. fellis vis 555. 52. fimi vis 555. 53. genera 533. 1. gressus 541. 10. Hirundinum nidos occupata 540. 46. historica 545. 1. graniuorus est 541. 25. hominem leuem, & inconstantẽ significat 548. 36. hieroglyphica 553. 25. immolati pro lepra mundatione 537. 15. quid denotent 547. 26. impune hyoscyamo vescitur 54. 37. ingenium 539. 4. ingenij sagacitas 539. 18. inimicitia cum Hirundinibus 544. 45. eorum instar edere quid 554. 34. inuicem inuitant 540. 6. iustum significant 549. 36. lauant, & pulnerant 528. 51. in leprosorum sacrificio concedebantur 413. 25. libido 540. 14. libidinosi hieroglyphicum est 553. 40. Lignipeta 533. 22. locus 535. 1. magnos quos vocet Aristoteles 533. 54. mares cur parum viuant 538. 24. milij esu impensius gaudent 544. 36. marenti cur se Dauid assimilet 551. 4. monachorum humilitatem significat 552. 28. morbus 541. 41. munditiæ 540. 8. mutua cura 545. 18. mystica 548. 13. eorum natura mystice explicata 549. 12. nautis vbi viam monstrent 540. 3. ne milium depopulentur 544. 36. nidus 535. 1. 540. 38. pro eorum nidis Hollandi vasa fictilia conficiunt 536. 32. ad Noctuam confugiens malè tractatur 95. 1. ad Noctuam se non conferre 553. 34. eius & Noctuæ hieroglyphicum 94. 55. 653. 28. non plus anno viuere vno cum, vt dixerit Philosophus 538. 26. eius ocio pullos, eamque ipsam matrem deuorans draco quid denotet 546. 10. eorum ouæ Venerem excitant 555. 27. pamphagus est 541. 21. partus 540. 38. pastillus 555. 15. eius pennæ cur albescant 534. 15. ab eo præsagia 545. 42. prouerbia 554. 23. pro prudentia ponitur 549. 35. ei pugnat Hirundo, & cur 674. 5. quam auem priuatim significet 529. 16. quando pestem præsagiant 546. 2. quando pluuiam, & tempestatem, & quando pluuiam tantum 545. 44. quando ventos præsagiant 545. 43. in quartana conceduntur 555. 26. qui facilius capiantur 544. 4. qui prædicator ei similis 550. 48. qui rectè ei comparetur 550. 10. quos martyres signent 553. 4. quos pisces vocent latini 530. 21. qui piscis dicatur Aristoteli 530. 24. quot pariat 541. 8. eius robore esse, qui dicantur Belgis 554. salacitas 205. 54. cur non imitanda 531. 50. eam toto anno non exercet 206. 1. sexus distinctio 533. 18. 534. 26. suapte natura timidi dicti 539. 11. suauissimè cãtus 533. 26. sympathia 544. 27. synonyma 530. 40. in templis etiam nidulatur 535. 40. temporis annui hieroglyphicum 533. 45. timiditas 539. 14. pro timore ponitur 550. 2. tùm puluerat, tùm lauat 2. 10. vbique obuius est 53. 25. Venerem comitantur 547. 54. Veneri consacrati & cur 547. 50. Veneris ingalis symbolum 531. 48. vetus non illaqueatur 554. 38. victus 541. 18. volatus 541. 10. voluptatis hieroglyphicum 554. 8. vox 538. 28. eius vsus in cibis 554. 43. in medicina 555. 20. in sacris Hebræorum 547. 10. in Vanis Ethnicorum sacris 547. 46. vt dicantur verminori 529. 6. vt inguine carere dicantur 524. 25. vt ab agris fugentur 541. 26.

Passeris albi descriptio, & icon 556. 20. quid præsagiat 675. 28.

Passeris albicillæ descriptio, & icon 559.

Passer aquaticus seu arundinarius 529. 27 Bononiæ quæ auis sic dicta 47.

Passer aquaticus Eberi, & Penceri 529. 31.

Passer arundinarius Anglorum 529. 29

Passerculi brachiuri nostratis descriptio, & icon 567. 30.

Passerum Canariorum historia 814. 1. cantus 814. 22. corporis affectus 814. 38. descriptio 814. 16. maris icon 815. passim care venduntur 814. 27. seminibus gaudent 767. 54. sunt species Ligurini 814. 16. vt mas à fœmina distinguantur 814. 20.

Passeri congeneris descriptio, & icon 562.

Passeris erythromelani Indici sine cauda forma, & icon 568.

Passeris flaui descriptio, & icon 557. 1.

Passer fuscus 756. 50.

Passer gramineus 529. 26. 732. 33. 756. 50.

Passer Illyricus 534. 2. eius descriptio, & icon 564.

Passeris Indici alterius prophyromelani caudati descriptio & icon 570.

Passeris Indici brachyuri forma 567. 20. icon 566. nu. 2.

Passeris Indici caudati, & non caudati 534. 1.

Passeris Indici macrouri rostro miniaceo descriptio, & icon 565.

Passeris Indici macrouri alterius descriptio 567. 1. icon 566.

Passeris Indici sine vropygio alterius cyancrythromelani descrip. icon 169.

Passeris maculati, siue tricoloris descriptio, & icon 558.

Passer marinus 563. 20. est Struthio 540. 8.

Passer montanus fœmina, vt à mare differat 560. 15. maris, & fœminæ descriptio, & icon 560.

Passer muscatus Indorum 530. 6.

Passer nocturnus, quæ auis Indis dicta 533. 28.

Passeris pusilli in inglandibus degentis descriptio, & historia 563. 30.

Passeres pyrgita 698. 20.

Passer rubi quæ auis 592. 25. descriptio 738. 35. icon 739. quæ auis Bellonio 772. 47. Luscinia dicitur 772.

Passer sapium Anglorum 753. 4.

Passer solitarius quæ auis 359. 52. 529. 23. cantus 617. 14. cũ Carduele confunditur, & cur 617. 18. descriptio 615. 20. 616. 1. maris icon 615. fœminæ 616. Merula genus est 603. 46. nidus 617. 2. quo loco agat 617. 1. solus degit 617. 10. vbi care vẽdatur 617. 18. vade dicitur 615. 6.

Passer Troglodytes vt condatur, & seruetur ad vsum pro calculo 659. 9.

Passeris solitarij Bellonij historia, & icon 619. 20. 620.

Passeri solitario congeneris historia 617. 20.

Passer sporgnitis, quæ auis Cretensibus 529. 53.

Passer stultus, & simplex, qui Indis, & cur sic dictus 529. 54.

Passer stultus Bononiæ, quæ auis 530. 46. historia, & descriptio 563. 50.

Passeris syluestris descriptio, & icon 561. magnitudo 832. 6.

Passer syluestris Actuarij 533. 36.

Passerem torquatum cur sic vocet Bellonius 529. 41. descriptio, & historia 593. 1. nominis ratio 563. 14.

Passer trogleta 698. 46.

Passer trogites qui 654. 46.

Passer troglodytes quæ auis 529. 50. calculum in homine mirè, & perfecti

sanat 658.8.*cantus* 655.46.*cerebelli vsus in medicina* 656. 34. *cur Reguli historia adnectatur* 654.40. *cur Regulus à multis putatus* 654.48. *descriptio* 655.5.*icon* 655.20.*mores* 655. 40. *cum Motacilla confunditur* 725.5.*nidi forma* 654. 51. *optimus condiendi modus* 656. 20. *quot, & quoties pariat* 655. 56. *synonyma* 654.44.*quæ synonyma ei falsò attribuantur* 651.23.*vbi nidulętur* 654. 51. *victus* 329. 50. *victus, & volatus* 656.1. *vsus in medicina* 656. 3. *vt contra calculum exhibeatur* 656. 13. *vt à Regulo differat* 655. 17. *de eo nuga Anglorum, & Gallorum* 655.48.

Passeres Troglodytis Bellonij historia & descriptio 656. 40. *icon* 657. *nidus, partus* 657.15. *hyeme non cernitur* 617.22.

Passeres turricolæ qui Galeno 531.26.

Passeres virides canori vbi 133. 25.

Passeris piscis fellis situs 530.26.

Passerinum prandium quid 554. 28.

Passeris fluctus, qui locus dictus 530. 31.

Passerina herba quæ 543.35.

Pastillus Gallinaceus 297.31.

Pastillus ex quauis carne 297.9.

Pastinaca marina 484.28.505. 54. *de ea miraculum* 505.35. *ad eius ictum* 453.41.

Pataścius auis 711.14.

Patina Catellonica 133.54.

Patina clypeus Mineruæ dicta, & eius valor 29.18.

Patrimonij relicti typus 680.13.

Patroclus Accipitri comparatus 643. 2.*eius funeris celebratio* 448.14.

Paua 7.39.

Paucitare quid 20.9.

Pauimentum quid 19.34.

Paulinæ numismæ 24.12.

Pauita quæ tecta 19.34.

Paulus cicada dictus 520.8.

Pauonis adipis vis 26. 33. *an ei duo vbi* 23.31. *æquinoca* 6.28. *ætas* 16.25. *affectus corporis* 18. *agnoscit suam pulchritudinem* 17.24. *agro Atheniensi delectati sunt* 12.23. *agrestes, qui pyrenais* 46.15. *an cadaueris futuri odorem percipiatur* 20.28. *an fera naturæ* 8.6. *eius apex qualis* 828. 13. *de eo apologi* 29.23. *assatio quæ damnetur* 29.4. *auis formosissima dictus* 3. 38. *auis regia, & nobilissima* 2.36. *aureum seclum dictus* 4.14. *aureus in templo Iouis* 23.27. *carnis præstantia* 5.43. *qualites* 27.26.16. *caro eius cur non putrescat* 27. 24. *quale nutrimentum præbeat* 27.30. *quibus annumeranda* 27.3. *quibus conueniat, & quibus non* 29.7. *quando melior* 29.5. *quot annis incorrupta seruetur* 27.13.5.46. *vt meliorem succum generet* 28.54. *cauda qualis* 2.49 *cauda colorem, vt mutet* 13.16. *ob eius formam natus* 5. 16. *eius forma pompa dicta* 4. 17. *ea in galea pro ornamento* 24.45. *cum non monstrat, nisi laudantibus eam* 2. 54. *ex ea muscaria* 25. 8. *eius varietas quid denotet* 22. 46. *in cerebellis voluptas, & luxus* 29.16. *collus, vt melior* 29.2. *coeundi cupiditas, vt cognoscatur* 12.46. *cũ Columbis amicus* 391.13. *eas amat* 516.1.18.4. *corporis dotes* 3.37. *cur aliis auibus pulchriores pedes inuidiat* 3.20. *cur auis clamosa* 20. 13. *cur eum aues in regem non elegerint* 6. 8. *cur crudũ Iuuenalis dixerit* 27. 40. *cur excrementa celet* 3.26. *cur feros iudicauerit Iustinianus* 8. 7. *cur Iunoni sacer* 20. 34. *cur lini radicem sub ala gestet* 17.48. *cur media nocte clamet* 3. 12. *cur in numismatibus ante pedes Iunonis picti* 20. 45. *cur non in quodam numo Faustinæ* 23. 35. *cur ab eo ordiatur author* 2. 15. *cur in Ostrogothia diligentius, quam aliæ aues colatur* 26.8. *cur parũ volet* 16.42. *cur paxillis imponẽdi* 15. 17. *cur plures fœminæ mari committantur* 12.40. *denominata* 19.13. *diuersitas* 8. 15. *edisse eos Cicero se iactitat* 28.18. *educatio in quo consistat* 14. 40. *ei aptus locus præscribitur* 15.2. *eius educationi insulæ aptæ* 14. 46. *educationis nobilitas* 15. 50. *in ea priscorum diligentia* 15. 48. *eius esus derisus* 28. 4. *eius esus priscis Romanis in cognitus* 28. 20. *esum eius quanti veteres fecerint* 28.15. *ab eo fabulosa* 29.48. *fœminę descriptio* 11. 26. *icon* 10. *famellam mas non osculatur* 12. 54. *ova Zephyria parit, & quot* 13.6. *fœmina sine coitu* 13.6. *fœminæ in incubando sagacitas* 17.36. *fimi vsus* 26.40. *eius formam nullus pictor exprimere potest* 5.10. *formam suã ostendit* 3. 8. *cum Gallinis amici sunt* 239.49. *cum ijs degit* 11. 37. *cum Gallo pauonibus coire* 41. 16. *genera, & differentia* 8. 2. *de eo gryphus* 7. 48. *herbas, & serpentes vorant* 16.16. *hieroglyphica symbola* 201. 21. *incessus qualis* 17.7. *de incessu carmen* 17.5. *incubatus quot dieb. absoluatur* 14. 5. *ingenium* 17. 21. *Iunonem comitans in marmore antiquissimo* 25. 37. *Iunonis currum traxit* 2. 23. *Iunonem tergore ferens in numo* 23.47. *ius, & eius vsus* 26.28. *languoris patitur* 18. 30. *libenter depingitur* 3. 8. *linguæ vis* 26. 30. *locus sic dictus vbi* 4. 51. *eos, & Luscinias alere legibus cõtrarium ait Chrysippus* 5.16. *in lybia quanti fieret* 5. 40. *mas cur ova frangat* 17.39. *mares casus pennarum obnoxij* 18. 28. *eius mirus in Virginem amor* 30.40. *in moneta Samiorum pictus* 24. 38. *de eo moralia* 21.3. *munditiæ* 17. 15. *mystica* 20. 33. 21.21. *naturaliter arbores petunt* 15.16. *cur noctu clamet* 20.15. *non esse inuidum* 3. 16. *non pictorum diuisio* 8. 20. *non vocandos herbinoros* 16.15. *nostratis descriptio* 8.33. *maris icon* 9. *in numo Antonini Pij* 24. 29. *Domitiæ Augustæ* 24. 15. *Iuliæ Piæ* 14.9. *Liuiæ Augustæ* 24. 15. *Magnæ Hetruriæ Ducis* 24. 35. *Mariniauæ* 24. 26. *Maximinæ* 24. 21. *Paulinæ* 24. 12. *olim in Europa rarus* 11. 38. *omnibus affectibus capitur quibus genus Gallinaceum* 18. 32. *ornatus exemplar* 3. 30. *ossiũ vis* 26.34. *oua an in cibo conueniant* 29. 10. *ouæ cur Gallinis supponantur, & quid tunc obseruandum* 13. 50. *cur veteres quinque tantum Gallinæ subiecerint* 14. 19. *ouæ ferentes vt tractanda* 13. 35. *quanti vendita* 5. 25. *quæ, & quibus, & quando Gallinis supponenda* 14.27. *supponendorum numeros* 14.6. *qualitas* 14. 23. *onorum vsus* 26.19. *ex eorũ pennis corona* 26. 12. *pennarum combustarum vsus* 26.38. *pennarum defluuium* 18. 20. *perticis insidentes etiam pariunt* 13.41. *pedes eorum nihil habere turpitudinis* 20. 18. *eos sibi immolari voluit Caligula* 28. 34. *pisti qui* 8. 26. *inter pictos, & non pictos medij* 8.19. *ad eius pituitam remedium* 18. 35. *frgnitidos aluere Atheniensis* 12. 20. *præsagia* 20.3. *ei præsagiendi peritia attributa* 17.40. *prouectiorum educatio* 16.1. *prouerbia* 23.2. *publicè spectatus* 5. 19. *eius pulchritudo descripta* 3.4.4.1. *eorum pulli cur non cum pullis aliarum Gallinarum habendi* 15.45. *pulli quando, & quomodo cum matre in agros educi possint* 15.31. *à Gallina excusi, vt tractandi* 14. 16. *quo loco seruandi* 15. 18. *pullus si madefit, moritur* 17.18. *pulli vt primis diebus cibo tractandi* 15. 20. *quæ damna inferant* 15. 53. *ab eo quæ incõmoda* 22. 52. *quæ loca amet* 11.36. *in ijs quãdoque pugnaces sunt, & quomodo corrigenda* 15.6. *quando pariat* 13. 17. *quando pennas amittat* 18.24. *quanti apud nos fiat* 6. 1. *quando pluuiam præsagiat* 20. 10. 25. *quanti fecerit eum antiquitas* 2. 18. *quanti olim venditus* 5.23. *qui dicantur* 78. 13. *qui sic dici possint* 19.2. *cum qui prius saginarit, & qui prius ederit* 28. 22. *in eum qui occiderit panam constituit Alexander Magnus* 5.33. *qui primus ad cibum occiderit* 5. 50. *quo loco educandi* 14. 42. *quo tempore coeat* 13. 1. *quomodo seipsum refrigeret* 17.33. *quomodo superbos denotet* 21. 55. *quot ova pariat* 13.20. *quoties anno pariat* 13. 25. *quot diebus suspendi debeat* 28. 50. *rationis particeps est*

2.45.ex fagina lucrum 28.24. salacitas 12.34. Samius laudatus 10.10. in Samo non prius esse visos 11.46. Serpentes terret 18.6. Sexu differūt 8.28. Stabulorum magnitudo 15.14. Stercoris vsus 26.17. Stoliditatis argumentum 3.5. Synonyma 7.1. tantum in nobilium ijs spectabatur 5.21. vbi eos Alexander prius viderit 11.49. venena præparata, vt probat 17.45. eius vicem cur doleat Martialis 28.11. eius videndi causa multi ex longinquis regionibus venere 5.19. vnde dictus 7.46. vnde exportati in Europam 11.40. volatus 16.30. vox 16.20. à voce dictus 16.22. eius vropygium ad volandum ineptum 16.39. vsus in cibo 28.1. vsus in consecratione Imperatricum 23.34. vsus in externis 24.41. vsus in medicina 26.25. in sacris 23.25. pulchritudo eius Luscinię cantui cōparatus 778.33. vt ambitiosos signet 22.36. vt coquatur, vt viuus videatur 28.37. vt dæmonem designet 21.30. vt diuitem gloriabundum designet 22.15. vt diuitiarum exitum 22.5. vt doctos inuidos exprimant 21.5. vt fallaces signent 21.23. vt fecundi reddantur 16.5. vt frugales significet 22.34. vt gloriæ contemptum 21.17. vt hominem terret 17.30. vt hominem significet, quem fortuna ludit 22.42. vt ad libidinem accendatur 13.10. vt mortem præsagiat 20.28. vt noctis, & diei hieroglyphicum 22.22. vt pessimi muneris symbolum 22.49 vt pinguescant 16.8. vt potentes denotet 21.45. vt Saluatoris nostri imaginem gerit 11.13. vt sit salubrior 28.48. vt venenata animalia fugat 26.27.

Pauonis alei historia 31.12. vbi reperiatur 31.15. icon 32. cur albi nascantur 31.22.

Pauones Babilonij 12.13.

Pauonum Iaponensium historia 35.1. fœminæ descriptio 35.30. icon 34. maris descriptio 35.12. maris icō 33.

Panones Indicæ quot pariant 13.24.

Pauo Indicus 4.39.

de Pauone Indico Ioui consacrato miraculum 30.41. quot annos viuat 16.26.

Pauones non pilli 8.19.

Pauo gemma cur sic dicta 4.50.

Pauus sylua dicta 4.52.

Pauonaceus color qui Venetis 19.38. an à Pauone dictus 19.50.

Pauonacea tecta 19.30. quæ 36.

Pauonia gemma 19.25.

Pauoninus fimus quæ fungus dictus 19.20.

Pauoninum marmor 19.28.

Pauo medicus laudatus 583.18.

Pauo piscis perperam Turdus dicitur 579.17.

Pauo gallus 36.17.

Pauperes denotant passeres 552.28. quas ædium partes habitent 379.15.

Pauperiei præsagium 269.54. eam qui laudauerint 790.25.

Pauus quid 7.39.

Peccatum vecrementum est 678.48.

Pectines Mechymnæi laudati 583.17.

Pecora laseris esu moriuntur 246.15. superuentu hominis à cane rabido morsu oborcium 242.44.

Pediculoris herba 250.47.

Pelicanus Coturnici dissidet 163.35. cur ramphos dicatur 86.35. fabris faulia auis 685.39. in eum Polytechnus 685.39. ei qui prædicator similis 550.45.

Peleiadis descriptio ex Arist. 319.25.

Peleiades in Nestoris poculo, an aues Homero, an stellæ 460.1.

Pellias insula quæ 366.33.

Pellicula alba in Gallinis quid Palladio 244.10.

Penatibus sacra est Hirundo 679.41.

Penelope auis 44.52.45.14. vbi reperiatur 41.40.

Penelopes ancillæ Turdis, & Columbis comparatæ 373.40 Arnę a prius dicta 44.54. eius ortus historia 44.54

Pentesilea Columbæ comparata 392.52. eam non reuersuram incolumem ex prælio, vt cognoscat Priamus 414.5.

ad Penis dolorem 286.10.

Pennarum principia in vno 218.27.

Penna castellum 494.28.

Perdix Macedo vnde dictus, & quis fuerit, & eius fortitudo 127.16.

Perdix ab Accipitre occisa est melior 58.7. æquinoca 107.35. ætas 116.48.505.17. alarum laus 133.36. vsus 135.10. alienos pullos excludens quid significet 28.30. cum alijs auibus coicns quid tertium gignit 118.24. alys sublata ova incubat 120.23 amici, & inimici casum agnoscit 115 3. amor pernitiosus 123.43. eius in Anaphe insula mira fœcunditas 120.30. anatome 111.5. Anserum magnitudine vbi 15.43. antipathia 123.37. apophthegmata 131.1. astus 111.22.34.30. Atticæ vocales sunt 116.19. audita fœmina semē cur emittat 117.26. in adulteria pronus 117.40 anguria 126.20. auis malitiosa est 211.26. bifariam concipit 119.18. Exoticorum vox 116.19. Bœotijs quid proprium 115.56. caccabere 216.38. calebs qui 117.49.138.33. calibes cur vocet Aristoteles 121.35. cauendi magistra 116.27. capiendi ratio 124.3. caro vbi fabulosa 122.22. carnis qualitas 132.43. quibus exhibenda 132.30. quando esui apta 133.33. eas cum catulis pugnasse 123.26. cerebri vis 134.30. cibus 122.4. coitus 117.9. coit cum alijs auibus 118.22. absq. coitu cōcipit 117.18. condendi modus 133.48 conditura 79.44. conspecta sua imagine cur semen emittat 117.28. cur caccaba dicatur 116.25. cur cum alijs auibus coeat 118.25. cur eam ad certamina homines alant 124.17 cur ilici insidentem faciat Ouidius 121.4. cur inuicem pugnent 123.7. cur masculini generis putatus 118.16. cur nidum stipis munitat 121.16. cur non extruat nidum 115.30. cur non incubent vno eodemq; loco 121.26. cur perdicium eruat 115.26. cur perdicio herba vescatur 122.14. cur porrum edat 122.18. cur sabulum edat 122.18. cur salacitatis symbolum 117.15. cur ijs Siculi abundent 77. cur sodomitica dicatur 118.7. cur terræ gleba sese tegat 111.45. cur turpis dicta 118.9. currunt 115.44 à custode eductæ ad pastum, reuertuntur domum 113.20. Cyrrhæi cur alio vescuntur 122.17. Cyrrhæarum æstus 114.40. damam amat 94.19. denominata 127.1. docilitas 111.22. de docilitate mirę historiæ 113.20. educatio 121.43. emblema 131.40. esse dociles 112.13. esus earum quibus prosit 134.20. etymum 108.49. 116.30. extorum vsus 134.5. fabulosa 136.15. fabulæ interpretatio 137.1. vnde orta 137.12. facile cicuratur 113.15. fœminæ æstus in abducendis ouis 112.33. in incubando 112.12. concipere eam absque maris copula 118.40. cur marem fallat 112.26. cur vbique parere cogatur 112.28. cur clanculum pariat 117.34. diutius viuit, quam mas 117.7. fœmellarum salacitas 118.36. innito mare coeunt 118.38. incubantes etiam coeunt 119.35. fœminæ Zelotypia 119.45. fœmina, vt Caco astutior 112.34 earum falsa dimissio 107 25. fellis facultas 135.36.292.9. fellem mordere audet 123.29. ex Gallina pullos gignit 215.35. cū Gallina rustica confunditur 107.20. de ea, & Gallo apologus 276.8. garrula cur dicta 116.17. generatio 120.6. genera 109.23. hieroglyphica 130.26. hominem sequens 113.26. humanum sermonem enunciat 112.43. hypocritas significat 129 55. iecoris vsus 134.35. incubandi desiderium 120.22. ingenium 111.22. iuris vsus, & vis 134.17. laus, & dignitas 103.6. eius libido de quibus dicatur 335.30 lingua eius latiuscula est 113.40. locus fagina aptus 122.28. maioris, & minoris discrimen 106.17. matorū temperies 132.37. de ea Marcelli Virgilij dictum 103.48. mas cur ova fœminæ frangat 112.29. 317.31. mas, & fœmina incubat 117.38. masculus

culus fœminæ adulterium punit 119. 53. mas marem init 117. 45. mares oua frangũt 109.2. medullæ vis 134. 30. minores vbi non sint 110. 37. de ijs miraculum 120.40. mirum genus duplici carnis pulpa 109. 54. eius modo intuitus egredi, de quibus dicatur 135.36. moralia 130.4. mystica 128.28. natura 129. 20. nidi descriptio 121.9. nidum nõ faciunt, & cur 120. 39. nimia libido 130. 36. non dici à sono vocis 116. 20. non omnibus vox eadem est 116. 8. non sunt in Campania 76.52. non transeant Bœotiæ fines 110. 38. oua 120. 35. aliena furto ablata cubat 114.5. omnes cum alijs auibus coire 105. 10. ouæ cur irrita reddãtur 121. 18. ouorum exclusio 121.37. ouorum qualitas 134. 9. præparatio 534. 13. vis 135. 16. vsus 134.5. cum Palumbibus amici sunt 494. 12. pamphaga dici potest 122. 11. partus 120.6. parum volat 115. 35. ex eius pectore est itium 350.26. Perdices capiunt & quomodo 124. 18. eas Perdicibus alijs cur homines capiant 112. 24. pedibus valent 115. 46. eius pes de quo dicatur 135.39. ad pictã Perdicem aduolat 136. 9. non pingescit 122. 25. præsagit 114.36. cum proprijs pullis coit 118.12. proprios parentes à falsis dignoscit 113. 55. ab ijs prouerbia 135.28. pugna 123.1. pugnã sibi ipsi permitiosam esse 122. 14. pugnax est 123.5. pullorum in matrem pietas 130.20. pullus maternam vocem agnoscit 111. 38. pullos more Gallinæ educit 121.44. pullos quid doceat 112.1. pullis quid sibilans iudicet 112.8. pulli sponte ante tempus ex ouis erumpunt 121.37. pulli veteribus præferuntur 133.34. pulli quid cum Gallinaceis commune habeant 122. 1. pulli vt cutem asperam reddant 123. 33. pulli vt pugnare dicantur 123. 30. pulneratrix est 2.8. 109.25. quæ aues ita dicantur 107. 36. quæ quadrupeda amet 123.43. quæ pro venatore eligendæ 124. 27. quale alimentum præstet 106. 33. quando gregatim, & quando non volet 115. 50. quando magis ad Venerem inflammetur 123.8. eã quanti emerit Aristippus 131. 7. quare pugnet 114.19. quibus animalibus annumeranda 115. 8. quibus capere liceat, & quibus non 124.4. cum quibus pugnet 123.6. de ea quid veteres scripserint 103.52. quo ardore coeant 117.21. quo æstu alias alliciant 112. 16. quo æstu nidum construat 112.38. quibus quadrupedibus capiantur 124. 45. quo veri capiantur 54. 1. quomodo canis opera retibus capiantur 126. 2. quomodo dæmonem notet 129.46. eas quomodo Indi venentur 125. 7. ex ea quomodo ius consumptum fiat 134. 4. quot diebus incubet, & educet 121. 28. quoties pariat 219.35. 120.25. rostra cinnabarina omnes in Græcia habent 104. 30. rostrum rubrum est 104. 3. rarissimas cur dixit Martialis 132.18. saginatio 122.4. salacitas 117. 9. sanguinis facultas 451. 32. 135.35. semio cõfectæ inuicẽ contumelia afficiũt 130.50. sensus 111. 15. eas sermonem humanum addiscere 113. 38. sexdecim annos tantum viuere 119.50. 117.1. sua remedia agnoscit 115.7. sympathia 123.37. synonyma 108. 1. Turturum vocem edentes 110. 13. vbi abundantiores 110.23. vbi bina corea habeant 111. 6. vbi facilius capiantur 120.43. vbi illæsæ moriantur 110. 50. vbi liberæ sint 115.52. vbi nidulentur 120.42. vbi numerosè saginẽtur 122.50. vbi eius pictura egregia 136. 6. vbi præscriptas aeris metas habeat 1.15.50. vbi ad pugnam alantur 123.24. vbi vocales 113. 42. velociter volant 115.47. venandi artem discunt 112. 12. venationis nobilitas 124. 10. de eius venatione epigramma 131. 28. venator mas præstat fœminæ Venatrici 124. 25. venenum agnoscunt 114.38. ventriculi vis 134.32. veterum quæ 103.46. quæ ex opinione authoris 104.6. vincere volunt 114. 36. victi pudor 114.14. victus quam diu victoris Venerem patiatur 117. 56. victi verecundia 123.23. vnde dicta 116.6. volatus 47.29. 115.28. vox 63.25. 116.4. vocis varietas 116.8. vsus eius in cibis 132. 1. in medicina 134.18. in sacris 126.45. vt Accipitribus capiantur 126. 10. vt annuum fastidium purget 115.18. vt bouis, aut equi imagine capiatur 124.60. vt canibus 125. 39. vt cernos amet 123. 55. vt coquatur 133. 42. vt dorcadibus capiatur 124.55. vt educetur 52.46. vt fascinationem oculorum caueat 115. 17. vt nascitur ingreditur 47. 29. vt noxias bestiolas fugat 115. 20. vt noctu capiatur 834. 20. vt pingescat 122. 25. vt ad pugnam incitetur 114.20. 123. 18. vt pugnatiores reddantur 123. 34. vt pullos conservet 111. 36. vt retibus capiatur 125. 15. vt se nitidas reddant 109. 26. vt signet hæreticos 129. 40. vt speculo capiatur 124. 43. vt vulnera sua sanet 115. 17. vterque an incubet 221. 35. vulgarem qui, & quare Perdicem veterum esse credant 103.50.

Perdix alba 80. 18. 86.5. 109.30. 110. 20. quæ, & vbi 143. 33. historia 143.23.

Perdix alba Sabandico 145.16.

Perdix Asclepiea 73.32.

Perdix cinerea 106.18. vbi 110.6. descriptio 140.13.

Perdices Cyrrhæi qui 109.44. cur allio vescantur 109.45.

Perdix Damascena 109. 34. 498. 20. descriptio 143.1. icon 142.

Perdix Damascena Bellonij est Lagopus altera Plinij 146.7. forma 146.15. descriptio 148.15. icon ibid.

Perdix fulua 106.18.

Perdices Gallicæ quæ 105.26.

Perdices Græcè cur iconẽ non dedit Bellonius 137.30. eius historia 137.20.

Perdix grisea 106.7.

Perdices Indicæ 109.28.

Perdices magnitudine Caporum 110. 16. maiores Gallinis 110.18.

Perdicis maioris caro 132.53. eius, & minoris carnis distinctio 132. 53. 133.1. quæ Ornithologo 104. 46.

Perdix maris 107.40 34.

Perdix marina quæ auis 79.26.

Perdix nigripes 103.22.

Perdicis minoris caro 56.2. 132.53. descriptio 140.13. esse aues nouas, siue externas Plinij 105.47. 106. 1. formæ ex Athenæo 105. 16. icon 141. mores 140. 26. quæ Athenæo 105. 43. quot pariat 106.45 sapor 106. 10. saporẽ eius cur tacuit Athenæus 106.20. temperies 132.34. volatus 140.26. vbi non nascantur 108. 41.

Perdix montana 80.18.

Perdix montana Bellonij 80.33.

Perdix nana 152.15.

Perdices paruæ versicolores 110.9.

Perdix petrosa 145.21.

Perdix rubella 103. 21. quæ Scaligero 105. 1.

Perdices rubræ magnitudine Gallinæ 110.8.

Perdicis ruffæ assus 138.25. caro 138. 37. cursus 138. 22. eam cur tantum depingat Bellonius 105. 36. fellis vis 148.45. etiam in Germania haberi 107. 13. icon 139. vbi degãt 104. 36. vbi raræ 110.49. historia 138. 1. non esse variores minoribus Perdicib. 107.15. de ea opin. Bellon. 105.34. profunt in ascite 105. 30. volatus 138.15. vt pullos alat 138.20.

Perdicis rusticæ color 87.54. quæ 175. 53. quæ & eius sapor 103.44. pulueraenix est 103.44.

Perdix rusticula Bellonij 175.47.

Perdix syluatica quæ Bellonio 80.33.

Perdices terræ nonæ 338.8. quæ aues 38.54.

Perdix in auem sui nominis 136. 30. è turri præcipitatus 115. 5. historia 107.41.

Perdicij nomine herbæ 127. 38. vnde dictum 127.40. Celsi quod 127. 54. Theophrasti 127.46.

Perdicitis lapis 128.18.

Peregrinantes cur tenuiter sese vestiunt 114.53.

egregiationis hieroglyphicum 681.1.
Pericarphismus quid 120.9.
Peridixion arbor, & eius mira vis 397.9.
Perisiera in Columbam 416.25. 447.38.
Perisiere vrbs 410.43.
Perisiereon quæ herba 409.16. *Columbis gratum est* 383.34. 391.43. *vnde dictum* 409.22.32.
Peristerides insulæ 410.40.
Perisleros Columbis familiaris herbæ 409.14.
Perotti error 174.45.
Persæ cur lepram immissam crederent 397.46. *eorum lex de alba Columba* 367.46. *eorum milites Galli vocati, & quare* 185.6.
Persica auis 184.12.189.6. *quæ* 7.37.
Persica pretiosa dicta 7.34.
Pertinax Imp. cur lumbos Gallinarum amicis mitteret 294.39. *eius hecatombe* 163.25. *illiberalitas* 57.25.
ad Pedum clauos 290.48. *vlcera* 290.45.
Pes Columbinus quæ herba 409.48.
Pes Gallinaceus quæ herba Plinio 251.25.
Pes pulli herba 252.6.
contra Pestem ius consumptum 351.27. *ea qui non corripiantur* 450.17. *signum* 546.2 *præsagium* 591.36.
Petra Columbina 411.2. *quid Hierosolymitanis* 378.6.
Petro Cossiphos 617.28.618.26.
Petronius passer 18.54.542.3.
S. Petrus filius Columbæ dictus 408.41. *cur Christum permissus negare* 264.22.
Petrus Antonius Tolentinus 665.18.
Petri Crescentientis error 360.25.
Petrus Pauo Doctor egregius 19.16.
Phabe Columbarum species 359.6. *est Palumbes minor* 497.30. *frugibus viuit* 359.17. *vt à Phatta differat* 362.12.
ad Phalangiorum morsum 292.5.
Phalaridæ sale conditæ 151.17.
Phalaridis descriptio 768.6. *seminis præstantia* 768.5. *semen vnde asseratur* 768.16.
Phasiaca ales 47.15.51.5.
Phasiana 47.7.
Phasiana Dea quæ 46.4.
Phasiana Gallina 47.14.
Phasiana regio 54.34.
Phasiani ab Accipitre occisi aliis præstant 58.7. *adipis vsus* 56.7. *æquinoca* 45.40. *bonitas* 592.35. *eos capere quibus concessum* 53.50. *capiendi ratio* 53.43. *carnis qualitas* 56.20. *caro quibus prosit* 55.50. *in cibis laus* 56.14. *copia vbi* 110.43. *coquendi modus* 57.10. *corporis affectus* 53.30. *cur ab accessu aquæ prohibeantur* 53.5. *cur caput abscondant* 53.18. *ys cur careat Sicilia* 77.3. *cur Cupidinis simulacrum amplectatur* 53.40. *eius apex qualis* 828.14. *cum cur Pauoni postposuerit author* 45.35. *cur in Saxonia multi* 51.20. *ab eo denominata* 54.30. *descriptio* 47.38. *dignitas à colore* 45.28. *epitheta* 518. *inter epulas luxuriam incitantes numerati* 57.12. *in eius esum exclamatio* 57.30. *eius esus, vt præstet* 56.36. *etymum* 46.36. *icon* 49. *fellis facultas* 56.5. *feritas* 52.10. *quomodo hæc corrigatur* 52.15. *incubatio* 51.35. *ingenium* 53.19. *Leagoræ qui* 54.46. *longissima cauda vbi* 47.24. *maris icon* 48. *ex Media accersiti* 51.12. *meliores in cibo, quàm Gallinaceum genus* 56.46. *montani qui dicantur* 46.12. *eo nihil decentius regum mensis apponitur* 59.7. *non castrantur* 56.48. *eis obtusa acies est* 53.28. *eorum officina* 51.53. *oua eorum Gallinis supponenda* 51.36. *oua laudata* 57.20. *oua punctis distinguuntur* 51.43. *oua quot Gallinæ supponenda* 51.36. *ex eius pectore effitum* 350.26. *pediculis laborat* 53.33. *pennæ quando decidunt* 18. *eius pennis ad quid vtantur piscatores* 55.38. *à Phasiano Tetraone diuersus* 59.53. *philautia* 53.26. *pituita laborat, & vt curetur* 53.38. *propriam imaginem amat* 55.26. *ab eo prouerbia* 54.45. *pulchritudo* 4.36.47.40. *pulueratrix est* 2.9.47.26. *quæ loca quærat* 50.50. *quando coeant* 5..32. *quando eos ederet Heliogabalus* 293.43. *quando eos ederet Seuerus* 293.40. *quãdo gregatim degant* 5..31. *quãdo insidiandum* 54.18. *quãdo se in syluis abscondat* 53.36 *qui facilè di* 52.35. *quibus eos capere licet, & quibus non* 124.4 *à quibus in Græciam aduectus* 46.38. *in quo honore apud veteres habiti* 56.55. *quomodo ex eo, & Gallina simul coeuntibus procreentur* 1.49. *quot diebus pinguescant* 51.51. *quot oua pariat* 51.35. *salacitas* 51.34. *sanguinis facultas* 56.4. *stercoris facultas* 56.6 *stoliditas* 53.18. *syluestres qui Taurinis* 46 16. *eo tanquam re pretiosa cur abstinuerit Ptolomæus* 57.27 *eius temperamentum* 132.37. *vbi lateat* 51.43. *vbi magnitudine variet* 47.33. *vbi subniue lateant* 51.21. *vbi ilissimi* 51.15. *venenis auuersatur* 56.13. *victus* 52.38. *vnde dictus* 45.44 *volatus* 47.29. *vox est Hebraica* 46.30. *vsus in cibis* 56.13. *in medicina* 55.46. *vt aures claudat, & aperiat* 50.6. *vt capiatur* 53.26. *vt canis opera retibus capiatur* 126.4. *vt educeretur* 52.43. *vt natus est, ingrediatur* 47.29. *vt saginentur* 52.46.
Phasianus gruant qui Gallis 46.17.
Phasianus montanus 61.22.63.11.
Phasiani equi 46.6.
Phasiani populi 54.35 45.43. *eorũ regio qualis* 45.45.
Phasianarius qui 54.39.
Phasis adiectiuè accipitur 54.35.
Phasis auis 47.17.54.36.51.10.
Phasidis ales 47.15. *vnde dicatur* 51.2.
Phasis fluuius 45.52.
Phasis vrbs 46.1.
Phasiacæ alites 54.43.
Phasis pro Medea 54.41.
Phassa Columbæ species 359.6. *frugibus viuit* 359.17. *à Phabe quomodo differat* 362.12. *semper visitur* 359.18.
Phassachates gẽma vnde dicta 356.7.
Pherephatta 494.21.
Philippi Gallus 184.16.248.28.
Philis error 750.24.
Philoclis comici corpus quale 705.25.
Corydus dictus 113.11.
Philomelę epitheta 684.27. *fabula* 58.28.682.40. *explicatio* 634.30. *eam vt narret Homerus* 58.47. *in Hirundinẽ versam qui velint* 683.37. *in Lusciniam* 58.44. *eius cantus querelæ dicuntur* 774.37. *Columbæ comparata* 393.9. *cur poetæ Atticam esse fingerent* 784.18. *cur propè Delphos violata fingatur* 784.40. *in Hirũdinem deformatam fuisse* 772.40. *eius nomine Græci Hirundinem intelligunt* 772.37. *nocturna sitne dicta* 684.55. *quot pariat* 812.53.
Philomena 773.36.
Philtrodoses quæ herba 409.39.
Phocilidis error 118.1.
Phœnicopos quæ auis 830.33.
Phœnicopterus 104.12. *esus* 57.16.
Phœnicuros, vide Ruticilla coit cum Lusciniа 786.40. *cum Erithaco confunditur* 741.6. *fœmina Rubeculæ similis est* 741.55. *cum Pyrrhula confunditur* 741.16.
Phœnicis apex qualis 828.13. *vbi procreari dicatur* 12.5.
ad Phreneſim 292.20.
Phrynichus qui 237.40.
ad Phreneſim 280.44.281.10.
Phycis piscis Pauo dictus 6.42.
Phylinecopteros 702.50.
Pica 659.40. *certat cum Luscinia Prouerb.* 709.4.795.38. *Columbas opprimit* 396.46. *epilepsia laborat* 162.40. *homines imitatur* 742.51. *sermonem humanum addiscit* 112.53. *vt loquatur* 584.8.
Pica Bresilica 86.36.
Pica varia 799.6.
Picatus cur porcus dictus 57.35.
Picus 702.53. *herbę vi nidum clausum ab hominis aperit* 708.2. *eius nidus* 706.35.
Picus nidum suspendens 613.15.
Picigenus Fringillæ magnitudine 619.10.
Picciola Tẽplum D.M. vouet 406.45.

Pierij filiæ in aues 813.54.
Pierij Valeriani error 95. 10. 107. 11. ordo 6. 28.
Pila antiquissima cum Aquila, & Pauone, & alijs insculpta 24. 36.
Pileus acutus 195. 54.
Pipare 203. 578. 47. 578. 3.
Piphex 829. 44.
Pipilare 538. 47.
Pipio quia 258. 35.
Pipire 538. 44.
Pipo 618. 50.
Pipra quæ auis 619. 6.
Piscium æstimatio apud antiquos 575. 38. ad eos capiendos esca 303. 18. ijs cur abstinuerunt monachi Aegyptij 575. 40. lati cur Passeres dicantur 530. 29. vt capiantur 55. 38. Pauones dicti, qui, & cur 6. 34. qui Pauones dici possint 4. 47.
Piscis boreus 630. 10.
Piscis S. Petri 185. 43.
Pisces Turdi vocem edentes 584. 40. qui Turdi dicendi 569. 14.
Pisces varij dicti, & eorũ vox 584. 46.
Pisistrare quid 640. 46.
Pisa Columbis grata 382. 54.
Pisum album 410. 32.
Pituitæ Gallinarum cura 244. 49. quid sit 244. 8. quãdo ferro curãda 245. 4.
Planctas petras aues non supernolant 367. 50. vt nauigantibus periculosæ 417. 28.
Plantæ, & animalia cum luna consensum habentes 172. 47. vt aliæ alijs innascantur 185. 40.
Plantago Coturnix dicta 151. 32.
Platinæ error 585. 2. 672. 15.
Plato à Diogene cur irridetur 272. 40.
Plausitare quid 490. 28.
Plautij ineptum quæsitum 590. 41.
Plectrum quid 236. 45.
Pleiades arationis, & messis tempora significant 427. 45. Gallina dicta 186. 13.
Plemmerius amnis, vbi 165. 46. ad Pleuritidem 26. 38. 280. 36. 44.
Plinij, & Aristotelis de casu pennarum Pauonis contradictio 18. 26. correctus 110. 39. 128. 15. 252. 36. 285. 54. 353. 48. 588. 4. 694. 8. 771. 51. defensus 387. 46. error 484. 47. 51. 45. 85. 26. 95. 25. 128. 13. 151. 13. 216. 39. 501. 8. 547. 34. 581. 36. 664. 36. 672. 15. 705. 12. 741. 6. explicatus 38. 20. 60. 43. 87. 26. 199. 8. 376. 34. 369. 36. inconstantia 387. 54. ordo 6. 18. quo tempore vixit 105. 53.
Plinius Cæcilius Flacco gratias agit promissis sibi Turdis 577. 48.
Plutarchus correctus 234. 54.
Pluuia præsagium 20. 8. 254. 7. 411. 50. 545. 44. 653. 16. 675. 7. 708. 38. 743. 57.
Poculum Struthium dictum 543. 46.
ad Podagram 26. 44. 290. 42. 452. 1. 6. 30. 44. 454. 55. 497. 18. 692. 3.
Pœcilarum piscium vox 584. 40.
Poetæ egregij hieroglyphicum 794. 29. ineptus cur Coturnix dictus 258. 33. ineptus etiam errans capit laudari 612. 46.
Politricũ cur Gallis exhibeatur 239. 2.
Polytarchus Gallos, & canes mortuos publicè sepelit 246. 34.
Polycarpum 543. 42.
Polygonum 543. 41.
Polyphemus Galateæ donat per Columbarum 455. 20.
Polytechus fabula 685. 14. Chilidonem vitiat 685. 23. in Pelicanẽ 685. 38.
Polixena Luscinia dicta 790. 4.
Pompeius æger Lucullì Turdos aspernatur 577. 3.
Pomponij mensa 59. 10.
Pontiæ insulæ quot, & vbi 155. 6.
Pontia venefica Martiali Turdos donat 577. 36.
Porcus hortulanus 761. 14. Turdi, & Ficedulis farctus 761. 14. 593. 12.
de Porcina carne elegans scomma 57. 35. eius laus 57. 50. Phasianæ, & Perdicum prælata 57. 35.
Porcellus conchiliatus 295. 56.
Porphirio 702. 27. quæ auis 104. 18. amasijs donatus 163. 53. color 61. 3. cum Gallo mira amicitia 239. 46. cũ Perdice rufa confunditur 104. 14.
Porri vires 115. 14 Tarentinum quando Pauonibus exhibetur 15. 29.
Portulaca pes pulli dicta 252. 8.
ad Poros 555. 54.
Potamida 574. 10.
Potator tam diu potat, donec ova excludantur 226. 36.
Potentia naturaliter odiosa est 632. 50.
Potentes vt Pauoni similes 21. 45.
Præcones vocales 203. 46.
ad Præcordiorum ardores 281. 41.
Prædicationes diuinitus missæ per Coturnicem significantur 168. 9.
Prædicatores fructus terræ 552. 28. Galli sunt 264. 26. sancti per Gallum indicati 260. 36. qui Nycticoraci, & qui Passeri, ibidem eos significat Hirundo 679. 16.
Prandium Passerinum 554. 28.
Primula veris rara inuentu 833. 28.
Princeps Ecclesiasticus Gallo comparatus 268. 30.
Principes quid eligendi 29. 26.
Procopij Gazæi error 706. 15.
Prodigi typus 269. 48.
Profectus celeris hieroglyphicũ 130. 42
Progne an in Hirundinem, an in Luscinia versa 113. 8. eius epitheta 684. 25 fabula 682. 40. 683. fabulæ explicatio 684. 30. cur in Hirundinem mutata fingatur 684. 42. cur Hirundini similis 684. 46. in Hirundinem mutata 58. 42. qui Hirundinem facilem velint 682. 50. humanum sermonem adsciscit 684. 8.
Prophetæ Luscinijs similes 791. 31.
Prophetis Homeri nutrix 417. 36.
Propylea 79. 23.
Proserpina cur pherephatta dicta 494. 22. ei Palumbes sacræ 491. 39.
Prouidentiæ hieroglyphicum 525. 22.
Prouidens facilè ferre alienas iniurias 276. 11.
Prudentiam Passer significat 549. 35.
Prunella auis quæ 529. 25. 738. 42.
Pruna Catalonica 127. 30.
Pruna pernicona quæ 127. 26.
Psaronius lapis 643. 44.
Psari pisces cur sic dicti 645. 40.
Psecas somniculosus excitatus 204. 38.
Psectæ Atticæ laudatæ 583. 17.
Psittas quos pisces vocẽt Græci 530. 21.
Psittacus cur perfecta loquatur 611. 1. cur sic vocet Martialis 158. 33. eius lingua qualis 611. 2. eius, & Turturis amicitia 118. 27. 515. 33. an ex Turture, & eo quid generari possit 118. 26.
Psittacus piscis Pauo dictus 6. 38. 40.
Ptiriasis Gallinarum, & eius cura 245 12. Ptirion 250. 47.
ad Phthisicos reficiendos 55. 45.
Ptolemais vt a Christianis capta 400. 28.
Ptolomæus Rex Aegypti cur nunquam Phasianum ederit 57. 27.
Pudicitiæ typus 525. 17. quomodo à Romanis picta 527. 17.
Pueri, & auis generatio similis est 214. 47.
Puer Coturnicibus oculos eruens, vt punitus 150. 45.
Puerperis cibus conueniens 297. 30.
ad Pulchritudinem conseruandam 303. 34. eius gratia multa animalia nata 5. 15. quæ magnifacienda 682. 29.
Pulla 190. 25. pullatio 190. 24.
Pullus 189. 26. in agrestia coctus 296. 54. an ex albumine, an ex vitello 214. 40. assus 297. 4. anniculi quos Germani dicãt 223. 39. capite gemino icon 236. cibus 228. 28. cibus in ouo cur prius mollis esse debeat 215. 26. conchiliatus 295. 55. pro eo cõdimentum, quo farsiatur 297. 54. claudi vnde 224. 15. duos ex vno ouo posse generari 275. 15. educatio 228. 20. ex eo edulium cũ pane toasto 297. 50. elixus cum colocasijs et alijs 296. 17. elixus cur cucurbitis elixis 298. 17. farsilis 296. 31 Frontonianus 296. 24. in furno excluditur 227. 53. ex Gallina, & Columba genitus 225. 42. geminorũ vnico capite icon 137. gemini vt nascantur 220. 42. geminorũ vnico capite icon 325. laseratus 236. 14. Leucozonus 296. 37. maiores minores pollunt, & cibus eripiunt 15. 40. maturi qui dicendi 223. 38. monstrifici qui 194. 53. naturalis generatio 215. 10. non generari ex vitello 214. 54. 215. 1. nõ semper dormis

nit in ouo 216.33. Numidicæ vt præparetur 44. 8. omnes vt sint famina 226.16. optimi qui 198 8. oryzomus 296 21. Tartichus 296. 8. perfecti in vtero situs 219. positus in ouo 216.20. principiũ qua parte oui contineatur 214. 20. qua ætate Columbarijs imponẽdi 381. 50. quadrupes pro digiti loco habitus 220. 50. quãdo citius excludũtur 225. 24. eos quãdo ederet Heliogabalus 293. 43. quãdo pipiãt in ouo 224 27 quatuor alis, & pedibus cur sic generãtur 215. 18 qui sit Romanis dictus 118. 18. quid 190. 20 quo die perfectus 216. 1. quot vni Gallinæ cõmittẽdi 228. 53. Serotini qui dicẽdi 223. 38 eos si deseratGallina quid faciẽdũ 228 55. singulæ partes quãdo in ouo generẽtur 215. 19 Tractogalatus 296. 26. tripedis icon 322. tripedis alterius scelet̃o 322. Varianus 296. 19. vbi magnus numerus 229. 28. vox 203. 6. vt Belgæ eos nutriãt 228. 45 vt cito, & multũ crescãt 228. 40. vt gemini nascãtur 225. 55. vt luteo vtatur in ouo 215. 29. vt pauco labore, & sint Gallinæ educãtur 227. 9. vt pulchri nascãtur 225. 33. vt quaternis alis nascatur 225. 48. vt saltet in disco 298. 17. vt tractãdi 245. 46. vt versicolores nascantur 225. 28.

Pullarium quid. 249. 26.

Pullarius quid dictus 258. 45.

Pullastra 190. 25. laus 293. 53. ex capastillus 297. 10.

Pullaster 190. 25.

Pullescere vnde dictum 190. 24.

Pulleiacius 190. 29.

Pullicenus 190. 30.

Pullulare vnde dictum 190. 25.

Pupillare quid 16. 23.

Pumiliones nõ semer Gallinæ simpliciter dicendæ 190. 8.

ad puris sputum 280. 50.

Purulentis quas aues in cibis concedat Trallianus 55. 50.

Putamen quid 191. 2.

Putationis tempus 674. 46. (52.

Putei circa Hieropolim virus 539

Pygargi esus 57. 16. cum Otide cõfunditur 85. 17. suapte natura timet 539. 10.

Pygmæ cum Perdicibus pugna 123 41. bellum gerentes. Perdices equitant 113. 33.

Pyralis cum Turture pugnat 741. 20. 362. 38.

Pyrata pro Pauonibus 16. 11.

Pyrgitæ cur Passeres dicti 531. 35 vt à Troglytis differãt 531. 36.

Pyrrhopœtilos lapis 643. 44.

Pyrrula. Vide Rubicilla: eius histo-

ria 744. 8. cũ Phœnicuro, & erithaco confunditur 741. 16.

Pyrrhus albos Gallos immolauit 256. 50 ex quid Hirũdo porrexerit 675. 45.

Pythagoras cur à fabis abstinuerit 231 40. cur Gallum nutriẽdum censeret, & non immolãdum 278. 17. eius dignitas 658. 18. dogma de numero impari 223. 24. cũ Gallus sacrificasse 257. 25. Pauo factus 30. 27. quibus sacrificijs vteretur 257. 27 somniũ 30. 25. symbolũ de Gallo albo 257. 16. vt Gallũ albũ amarit 157. 32.

Pythagoricorum de auibus canoris, & poetis opinio 794. 30.

Q

Quale a 74. 56. quæ auis 152. 19. Quaquila, auis quæ 153. 26. ad Quartanas 688. 1.

Quercus Dodonea, & eius oraculum 444. 45.

Quiquila, quæ auis 152. 27.

R

Radain lapis 293. 25.

Radegundis perielitantes in mari liberat 404. 14.

Radicula quæ herba 530. 19. 542. 12. ad Ramicem 285. 41.

Rana ad vigilias valet 792. 50.

Rana piscis fellis situs 530. 26.

Rapeolus quid 349. 15.

Raphael Scilerius 617. 32.

Raphus auis 86. 35.

Rara an bona 56. 34.

ad Raucedinem 280. 11. 44.

Ranarinus 774. 55.

Rauisij Textoris error 110. 37.

Realdus Colũbus anatomicus 408. 50.

Regaliolus quæ auis 651. 7.

Regillus auis quæ 651. 17.

ad Regium morbum 712. 50.

Reguli aquinoca 649. 44. animositas 652. 46. antipathia, & pugna 633. 33. Aquilæ pugnat 649. 36. 6. 2. 44 cantus, & quantum, & quando canat 652. 36. de eo cur inter verminoras primò agatur 649 30. cur simul lateant 652. 46. descriptio 651. 24. difficulter capitur 653 3. homines fallit 652. 45. icon 651. mores, & ingenium 652. 30. cum Noctua dissidet 650. 35. 653. 37. ouorum magnitudo 653. 10. cum Passere troglodyte confunditur 649 40. ab ea præsagia 653. 13. prodigium 653. 24. quæ loca amet 652. 22. quot oua pariat 653. 8. de eo in regem auium electo fabula 649. 34. seipsum voluit in veru 652. 50. sexus distinctio 652. 13. synonyma 650 25. victus 562. 26. vnde dictus 649 32. vox 652. 30. vt muscis inhiet 652. 28.

Reguli non cristati descriptio 653. 44. icon 654. vt à Regulo cristato differa 654. 30.

Regulus serpens 650. 11.

ad Renum affectus 56. 6. 450. 37. vlcera 283. 51.

Resipiscentiæ hieroglyphycum 681. 4.

Rete expegatorium 54. 1. nubes dictum 164. 56. Saltabundum quod Galli dictum 544. 12.

Retragones 60. 25.

ad Rhagadia 452. 7.

Rex auium 650. 30. cum Noctua dissidet 650. 35.

Rhamphastos 86. 36.

Rea dea quæ 46. 4.

Rheai aniculæ 694. 43.

Rhodij cur Hirundinem inuitent 674. 31.

Rhodiæ aues quæ 169. 36.

Rhombi esum quanti veteres fecerint 28. 16.

Rhombos cur Persius non apposuerit 575. 55.

Ricciardetus oscula sua Columbinis comparat 386. 46.

Riparia Hirundinis historia 694. 30. vnde dicta 700. 37.

Ripicola quæ auis 498. 20.

Romani Columbarum amore insanierunt 354. 1. 11. cur Gallum honorarint 258. 36. cur caro Panonum ijs placuerit 26. 46. cur Gallum Marti appingerent 255. 6. cur nocti Gallos mactarint 255. 26. eorum gula 27. 46. 506. 38. luxus in emendis Columbis 353. 43. cũ Perseo pugnant suadẽte Sulpitio Gallo 248. 35. Luxus in Turdis 575. 44.

Romulus Aquilis comparatus 395. 36. crudelitas 130. 20.

Rõdinella familia & eius arma 677. 8

Rondoletij error 448. 13.

Rondo auis 661. 16.

Rosolani vnde dicti 250. 10.

Rotæ figuli inuentor qui 136. 22.

Rubetinus 744. 21.

Rubecula æstiua 846. 17.

Rubecula cur per æstatem passim appareat 742. 37. descriptio 741. 4. etymum 741. 44. ingenium, mores, nidus 742. 38. historia 741. 1. icon 742. locus & victus 742. 34. Merulam amat 612. 8. synonyma 741. 14. ei similis est Phœnicuros famina 741. 55.

Rubecula domorum 747. 17.

Rubecula saxatilis 630. 11.

Rubeta mira virtus 444. 40.

Rubetarius Accipiter 241. 54.

Rubetra 824. 5. quæ auis 526. 36. descriptio 741. 1. historia 739. 20. decem variæ opiniones 739. 30.

Rubetræ authoris icon 740.

Rubetræ Bellonij icon 740.

Rubicellus 746. 14.

Rubicilla 746. 14. auis est docilis 745. 51. cicur euadit 745. 50. colorẽ non mutat 745. 44. descriptio 744. 43. icõ 745. locus, nidus, mores, & victꝰ

745.40. *synonyma* 724. 20. *vermib⁹ victitat* 744.13. *vt capiatur* 745.54. *vt Pringilla mõtana dicitur* 821. 14.
Rhellij error 178. 7.
Ruffa quid Barbaris 195. 50.
Rugerius Hirũdini cõparatus 671. 53. *Turdos capit* 589. 10.
Ruminalis piscis 93. 32. (20.
Ruficula vt nocte capiantur 834.
Ruficula Plinij quæ 107.19. *nõ est Terdix minor* 105.40. *cũ Ortygometra confunditur* 175. 17.
Ruta in vulpes fugat 342.30. *eius vsus in Columbario* 385. 17.
Ruticillæ historia 746.1. *cãtus* 740 4. *Cuculi pullũ nutrit* 750.2. *cur per æstatem minus videatur* 742. 38. *differẽtiæ, & genus* 746.25 *locus, mores, nidus, partus, victus* 749.50.750. 1 *maris icon.* 746. *fœminæ* 747. *synonyma* 746.10.
Ruticillę alterius descri. & icõ 748
Ruticillæ Ornithologi icon 747. *descriptio ibidem, alterius descriptio, & icon* 748.
Ruticillæ similis Ornithologi forma, & descriptio 709. 1. *historia, & icon ibidem.*

S

Sabinorum virgines Columbis assimilitatæ 395. 36.
Saccharum vbi optimum 814. 14.
Sacerdotes fœminæ 445. 46.
Sacrificia ex quibus animalibus olim fierent 254. 40.
Sacrilegos à Deo puniri 31. 10.
Sepicola quæ 738. 40.
Sagacitatis in homine notæ 196. 15 *impotentissimæ symbolum* 130. 36. *in quo consistat* 159.7 *symbolum* 117. 14.
Salamãdra Gallinis innoxia 242. 38.
Salamoni vnde olim Pauones missi 11. 55.
Salicariæ Ornithologi icon 737.
Salina tenuis quid Persio 576. 5.
Saltationis hieroglyphicũ 515. 29.
Saluatoris imago per Pauonem expressa 21. 13.
Saluator in Pascere, & Turture notatur 519. 26.
Saluia Columbas retinet 391. 45.
Sali, & Spini sãguis nõ coit. 813. 13
Salus Bellonij quæ 824. 3.
Sambuci materia 243. 5. *ex eo vnde magis canora buccina* 243. 2.
Somia Pauones habet 12. 8. *agrorũ sertilitas* 274. 24. *moneta* 24. 38. *numisma cũ impressio Pauone* 11. 41
Sancti Colũbæ deargentata cõparati 428. 28. *per Hirundinẽ* 678. 52. *Auarij incedunt* 518. 8.
Sanguinaria herba 551. 2.
Sanguis cõcretus, vt reijciatur 280 9. *ad eruptiones* 287. 54. *ad fluxũ eius è vulnere* 280. 5. *profluuium* 297. 10. *ad sistendum* 19. 23. 280. 3. *ad eius sputum* 279. 64. 280. 45.
Saperda piscis sapor 132. 23.
Sapientiam lumen denotet 681. 6. *eius symbolum* 441. 54.
Saponaria altera 542. 18.
Sapphus poetriæ laus 547. 50.
Sartagna 752. 23.
Saturegia 251. 17. *vnde dicta* 252.
Sativi pictura vbi 136. 8. (18.
Sativorũ fabulosus ortus 585. 56. *ad Scabiem* 287. 8.
Scabiosa minor Columbaria dicta 410. 39.
Scaligeri inconstantia 118. 29.
Scalpuri vequia Plauto 235. 47.
Scari esus nobilis 144. 45. *eius iecinora in patina Vitellij* 29. 18.
Scepinus piscis 72. 48. (43.
Scisscendula auis quę Alberto 812.
Schœnicholeus Aristi. 722. 20.
Schœnus quid 607. 30.
Scipionis, & Lelij amicitia 515. 39. *Hannibalem superaturum vnde cognoscatur* 415. 33.
Scolopacem cur cum Perdicibus nominet Scaliger 103.40. *pulueratrix est* 103.41. *quæ auis* 174.23. 107.20. 175. 53. *quæ Scaligero* 103. 36.
Scops mali punici grano perit 612. 19. *cum Luscinis certat, & quid significet* 765. 36.
Scorij salli vis 192. 8.
Scordalo 820. 28.
ad Scorpionum ictus 292. 6.
ad Stolonat 452, 29.
Scoti à vulpes fuget 242. 22.
Senecio cur sic dicta 806. 6.
Senica quæ auis 175. 1. *cum Centhramo confunditur* 175. 3.
Scripturationi cõparata 235. 52
Scythica ales 47. 15. *Ouidis magnitudine* 90. 40.
Sabellinæ pelles quæ meliores 5. 9.
Seclosa altera quæ 256. 30.
Seclusorum auiarij 587. 1.
ad Secũdas ejiciẽdas 286. 27. (40
Secũdina quid in onis dici possit 217
Secũdus pincerna regius à Gallo Cẽtauro amatus 185. 14.
Securitatis hieroglyphicũ 270. 10.
Seminali herba 409. 30.
Selenõtis vrbs vnde dicta 105. 35.
Selenõtinorum numisma 505. 35.
ad Seminis profluuiũ 286. 12 *eius situs in ono* 29. 2. *quid* 219. 30.
Semiramis Colũba dicta 408. 7. *in Colũbã mutata* 446. 47. *vt à Colũbis nutrita* 507. 7. *encomiũ* 408. 4. *fabula* 449. 48. *insigne* 459. 2.
semiramisque auis 476. 10. 498. 26
Seneca Corsellus à Lipsio 579. 20.
Senectæ auis 551. 2.
Senectutis mala 494. 9.
Senes vtili amicitia gaudent 577. 42.
Sepulchra cõcupiscẽtiæ qui locus 171. 48
Serapionis interpretis error 645. 18.
Serenitatis præsagium 254. 30. 412. 7.
Sereni Ornithologi descriptio, & historia 854. 1. *icon* 854.
Serpentis astutia cur in exemplum adducatur 438. 39. *audita Pauonis voce fugiunt* 18. 7. *Columbis infesti sunt, & quomodo Columba se contra eos defendant* 396. 53. *ad illius* 292. 4. *malitia* 438. 26. *ad eorum morsum* 29. 129. 430. 33. *morsi ab ijs ouæ Gallinarum vitiant* 242. 43. *quando Gallinas lædere nequeant* 242. 40. *quid ijs proprium* 439. 4. *vt abigantur* 385. 28. *vbi bicipites nascantur* 325. 56. *vt fugentur* 242 46. *cum Vulpibus cur amici sint* 94. 24.
Serram qui inuenit 107. 41. 130. 21.
Seruius confusè de Progne fabula scripsit 683. 23. *error* 412. 31.
Serum pullis Pauonum nocet 15. 30.
Serui cur Attagines vocari 78. 15. *stigmatici* 78. 6. *stigmatici in Ardeas* 77. 31.
Seuero augurium imperium portendens 413. 38. *eius filiorum pugna* 161. 37 *quando Phasianum edendum poneret* 57. 21. *quo certamine delectaretur* 123. 26.
Sibarita cur Perdices enutriant 110. 33. *eorum lasciuia* 110. 33.
Sibilare quibus proprium 780. 2.
Sicalis 713. 16.
Sideritis 128. 8.
Sideritis Heraclea 250. 54.
Silar piscis 506. 22.
Similarum amicitia cum luna 173. 6. *cordis facultas contra epilepsiam* 173. 16. *cur in culeum insueretur* 240. 55. *Gallum edit* 240. 51. *gustus* 202. 32. *non capitur laqueo* 554. 39.
Similia similia efficiunt 451. 6.
Simplicitas, & quare accipi soleat 430. 6
Simulacra Phasianũ ample ectẽtia 55. 40
Singultus Gallinæ quid 219. 51.
Singultire quid 203. 16.
Siren 809. 47.
Sirenes Aedones dictæ 771. 20. *cur Vasseris effigie fingantur* 554. 8. *forma & significatio* 269. 56. *Luscinia dictæ* 789. 40. *Veneris illicium signant* 554. 10.
ad Sitim 282. 8. *auibus necet* 233. 49.
Smaragdi Carchedonij Columbarum collocur comparati 355. 20.
Smerilus 830. 48.
Snepa Belgarum quæ 74. 18.
Socratis, & Alcibiadis apophtegma 273. 20.
Sol cur in λιτραις dicatur 184. 24.
Sorghidontes quando dictus 30. 18.

de eo dictum Alex. Magni 743. 22. eius, & Lunæ coniunctio per cynocephalum notata 173. 15. ei sacer est Gallus 255. 10.
Solstitij indubitatæ notæ 490. 45.
Solanum somniferum 108. 48.
Solonis in Cræsum scomma 45. 30. eius de Pauone, & Phasiano dictū 4. contra Somnium 692. 23. (51.
ad Somnum conciliandum 259. 18.
Sophoclis nugæ de Succino 44. 45.
Sosisigius auis 602. 24. 725. 25.
Sosis Regina 685. 44.
Spartani quando Gallum immolarint 269. 10. 243. 27.
Sparuerius Alaudas capit 831. 6. etymologia 830. 50.
Speculum Pauonis herba 19. 16. cur Pauoni appictum 18.
Spermologi victus 77. 36.
Spermologus Bellonij 96. 22.
Spem firmam cum vana non commutandam esse, per Perdicem accipitur 130. 10.
Spinida 809. 37.
Spinus arbor 808. 26.
Spini auis etymum 808. 42. Græcorū an sit Latinorum 809. 25. eius, & Sali sanguis non coit 813. historia 807. 40. vide Ligurinus.
Spipolarum historia 730. 1. 750. 49.
Spipolæ albæ siue Boarinæ descriptio 730. icon. 731.
Spipolæ alterius descriptio 730. 44. icon 731. (10.
Spipolæ maioris descriptio, & icon 730
Spipolæ species 179. 21. congeneris icon. 182.
Spirituales per Columbam significati 419. 16. 20.
Spiritus Sanctus cur non videatur super nos cum baptizamur 433. 9. cur sicut Columba descendit 435. 32. cur potius in Colūbæ specie quam Turturis apparuit 421. 34. 432. 44. 433. 1. cur super Christum descenderit 403. 35. cur Columbæ specie apparuit 354. 35. Columba dictus 430. 8. cur sicut Columba descendisse dicatur 435. 45. cur potius Columbæ, quam ignis specie Christo apparuit 403. 45. quando Turturis appellatione signatur 422. 33. tanquam ignis apparens 40. 30.
Spiritus fœtificus quis 118. 42.
Spiza Aristot. an sit nostra Fringilla 815. 16. etymū 816. 37. quid 821.
Sdlith Illyrica 827. 48.
Sponsi sponsis Turdos mittunt 578. 3.
Sporgnitis auis quæ 531. 33.
Stabilitatis hieroglyphicum 169. 28.
Starda 60. 21. 27. cū Starna confunditur 89. 38. 106. 24. vnde dicta 86.
Starna icon 141. quæ auis 86. 42. quæ Hetruscis 103. 22. Italis quæ 106. 8. cum Starda confunditur 86. 38. 106. 24. cum Attagine 106. 24.
Stelephuros herba 151. 30.
Stella cur in numis multorum populorum magnæ Græciæ 306. 24.
Stellæ auis dictæ icon 97. historia 98. 1. non est Anas cāpestris Bellonij 98. 6.
Stella poeta cur de Columba scripserit 356. 25.
Stephani Aquæ opinio de vertari esu in Coturnice refellitur 160. 17.
Stercus quod melius, & quod prius 458. 9. (50.
in Stesichori ore cecinit Luscinia 270.
ad Stomachi dolores 282. 18. ad eum roborandum 282. 6.
Stomachica illinitio ex besasa 691. 1. ad stomachicos 281. 44.
Stonechattera Anglis quæ auis 739. 38
Stopolarum historia, & icones 732. 733. vnde dicta 732. 6.
Stoparulæ congeneris icon 733.
ad strāguriā 285. 40. 452. 2. 656. 26.
Struma vituperatur 29. 40.
ad strumas 452. 43. 453. 10.
Strusa retis genus 165. 6.
Strutheum quid 530. 20. 540. 20.
Struthium herba quæ 542. 11.
Struthia mala 542. 44. quid Belgis denotent 542. 49. pro tessera in matrimonijs habita 543. 11. eorum etymum 542. 50. Veneris iugalis symbolum sunt 531. 48.
Struthium poculum 542. 46.
Struthio 7. 15. cur caput celet 53. 20. pro alite Iunonis 24. 52. Iunoni sacer est 24. 53. Passer dicitur Siduæ 530. 9. eius pennis galeæ exornantur 25. 1. eius stultitia 438. 10.
Struthiocameli caput 543. 28. Passer marinus dictus 530. 8. pelus vsus 281. 52. ventriculi tunica vis 281. (50.
Struthissare quid 538. 32.
Struthopodes quæ mulieres 543. 25.
Strythion quid 542. 17.
Sturnellus 631. 48.
Sturnus Accipitrem, vt timeat 942. 44. alij semine perit 643. 25. an in sylvis habitet 640. 16. animalia esse pamphaga 642. 13. animal est vorax 641. 33. antipathia 642. 38. caro 27. 26. 644. 27. cum cicuta nutrita 160. 14. cur bacciuoris numeretur 641. 34. cur caternatim volet 641. 4. capiendi ratio 642. 23. & cur caput amputatum 644. 53. eum cur Holandi non edant 642. 10. cur pro ingrato pingi possit 644. 10. cur oryza à multis pascatur 641. 50. de eo cur posti Merulas agat author 631. 20. ab eo denominata 643. 25. eius effigies in numo argenteo 643. 50. de eo emblema 591. 5. ex esu cicutæ non afficitur 171. 35. eius esus cui vtilis, & cui noxius 645. 23. famina icon 634. Gallicum sermonem explanate loquitur 640. 56. genus, differentiæ, & descriptio 632. 1. hieroglyphica 644. 4. hominum suspensorum carnibus vescitur 642. 10. humanam vocem exprimit 640. 28. hyeme latet 640. 10. maris icon 632. ingenium, & docilitas 640. 20. napello non vescitus 642. 5. in milium grassatur 544. 36. non habitus est in delitijs 644. 20. Oliuis, & vuis damnum infert 641. 35. ac eo præsagia 642. 16. pulli icon 635. quando boni succi, & qui 644. 37. qui sic prone, bio dicatur 676. 49. quibus aut bus eum annumeret Galenus 644. 34. quo loco gaudeant 641. 1. quot, & quot ies pariat 641. 29. Regum Angliæ insigne est 645. 53. Sceleti icō 633 semper caternatim volare 641. 8. Stercoris vsus 645. 3. synonyma 631. 23. cum timent canes 642. 38. vbi niduletur 641. 23. victus 641. 30. volatus 641. 1. vox 110. 40. 640. voces altorum auium imitatur 640. 26. vocem humanam addiscit 112. 53. vsus in cibis 644. 16. in medicina 645. 1. vt contra Accipitrem se defendat 643. 30. vt loquatur 584. 8. vt à Merula differat 632. 6. vt sibi pede luxato medeatur 640. 23. vt visco capiatur 642. 25.
Sturni albi icon 635.
Sturni alterius albo capite icon 637.
Sturni cinerei icon 638. alterius 839.
Sturni marini faminæ icon 627. maris 626.
Sturnus equus qui dicatur 643. 31.
Sturnini populi 643. 30.
Submersi primum fundum petunt, ac postea supernatant, & cur 222. 50.
Succini ortus fabulosus 44. 44. in Suessanorum numo Gallus 306. 35.
Suetonius correctus 252. 10.
ad suffusiones 135. 39. 135. 56. 288.
Suidæ error 78. 23. 750. 25. (51.
Sulpitius Gallus consul, & astrologus 248. 32.
Superbi per Pauones notati 21. 55.
ad surditatem 136 11. eius hieroglyphicum 590. 35.
Sus ventre auibus pleno 578. 16. de ea olim fiebat sacrificium 254. 41. vt cœno lateat 234. 20.
Susurrada 716. 31.
Sybaritæ cur Gallum in vrbe non admittebant 205. 35. eorum mollities 205 36.
Sylua Pauus dicta 4. 52.
Sylvatici error 846. 26. inconstantia 104. 47.
Sylua quæ auis 741. 35.
ad syncopen 281. 37.
Syroperdix Aetiani 143. 14. 109. 38.
Syroperdix Bellonij 109. 34. 109. 36. descriptio 148. 15.
Syrupi vt clarificentur 304. 10.
Syri Columbis abstinent, & cur 415.

T

TAbanus 657.31.
Talaus Dedali nepos 107.48.
Tali fabula 136.19.
Tannia oua 287.13.
Taos gemma 4.49.
Tarax auis 66.34.
Tarda aues quæ 60.28. quæ & eius historia 85. 20. victus 93.45. etymum 86.10.
Tarinus 774.56.
Tarnasari Gallos pugnaces alunt 238. 18.
Tartaglinus Venetus 564.10.
Tartarorum mulieres vt capita sua ornent 26.16.
Tatyra 46.9.
Taurosthenis victoria vt nunciata 368.34 400.24.
Taurus quid 374.50.
Taxi baccis impune vescitur Gallina 243. 25. eius granorum esu deaigrantur aues 534.10.
Tecta pauonacea quæ 16.30.
Temonis in naui vsus 16.41.
Tempestatis præsagium 254.8.545. 44 642. 16. 953. 18. 676. 28. 829.40.
Templum Perdicis vbi 128.25.
Temporis anni hieroglyphicũ 553.45.
ad Tenesmum 450.39.278.13.
Tenus quid 588.36.
Termini Dei sacrificium 257.4.
Terræmotui quæ loca minus obnoxia 157.35.
Terraneola 844.22.
Tessallus Deucolion dictus 448.9.
Testa quid 191.2.
ad Testium vitia 286.9.
Testudinis carnes quibus prosint 55. 55. Perdicum hostis est 123. 39.
Testudines marinæ fellis vis 292. 9.
ad Tetanicos 56.5.
Tetarton 56.48.
Tetradactilos auis quæ 60.40.
Tetragones 60.12.25.62.47.
Tetra cur incognitus 59.28. genera eius descripta 63.2. hyeme in syluis manet 62. 23. maioris maris icon 64.cum Meleagride cõfunditur 61. 44. cum Otide 60.6. cum Otide toto genere discrepat 60. 56. Thasianus dictus 46.8. pondus 90.15. quot genera eius Plinius agnouit 60.41. cum sibi immolari voluit Caligula 67.8. vbi Tauo vocetur 6. 32. vt caudam surrigere dicatur 60.51.
Tetraonis maioris descriptio 63. 33. fœmina icon. 65.
Tetrao minor 67. 18. descriptio 67. 43. icon 68. Phasianus montanus dictus 46.11. vt capiatur 69.
Tetraon 61.19.
Tetrax cur stulta vocetur 61. 12. magnitudo 61.5. eam vt Athenæus describat 61.4.
Tetracis Bellony historia 96.1.
Terax maior Athenei quæ auis 59.42. descriptio 96.20.
Tetrax alter Athenæi 61.49.62. 3.
Tetracis maioris forma 59 46.
Tetrax minor quæ 60. 16.
Tetrax Nemesiani poetæ quæ auis 56. & 60.61.66. historia 69. 15. icon 71. à Tetrace Athenas diuersam esse 61.37. vbi nidificet 69.44. stultitia 69.35.
Tetraces Porphirioni similes 60. 13.
Tetrix Aristotelis 844.17. nõ est Otis 61. 40. nidus 59.34. parua quæ dici possit 61.48. quæ auis 59.34.
Tettigon auis quæ 650.52.
Thebe cur Columbarum cultrix dicta 445. 26. eius testa cur non subeat Hirundo 664.18.667.39.
Themistoclis victoriam cẽtra Xerxem, vt Gallus præsagiat 259.6. cur Gallorum pugnam instituerit 238.26. 236.14.
Theophrastus correctus 585. 26. eius dictum de formositate 22.19.
Thereus cur summo supplicio affectus 57 25. cur in Vpupã mutatus dicatur 685.2. eũ falso criminari pietas 686. 38. eius & Philomelæ fabula 57.28. 682. 40. eius regia qualis 685.4. in Vpupam mutatus 58.43.
Thesei, & Pirithoi amicitia 515.37.
Thisbe polytriton dicta 357. 53. 365. 38.
Thlaspi pes Galli dictum 252.8.
Thobias vt excæcatus 679.20.689.39.
Tibia Aedon dicta 772.30. Alector dicta 184.24.
Thraupis quæ auis 800. 39. quæ Bellonio 810. 6. Aristotelis non est nostra Carduelis 797. 28. icon 853. victus 853.14.
Traupides Bellony descriptio & historia 855.1.
Trinsare 669.34.
in Traiensium numo Gallus 306. 20.
Timagoræ amorem, vt indicarent veteres 268.55.
Timor per Passerem notatur 550.1.
Tinnunculus 178. 11. Accipitres terret 391.20. cum Cenchride confunditur 179. 3. eius mira amicitia cum Columbis 391. 18. oua 51. 46. vbi niduletur 391.32.
Titherensium in nundinis Isidis celebrandis cerimoniæ 43.6.
Titi quæ aues 485.39.
Titi qui 258.30. qui Persio 485.48.
Titiæ aues quæ 203.50.
Titia curia 485.56.
Titiensis tribus vnde dicta 485.55.
Titlingua Anglorum 752.29.
Titius Tatius 486.1.
Todus auis qua 543.26.
ad Tofos 555.54.
Tongily gula 588.50.
ne Tonitru noceat Gallinis 243.46.
ad Tonsillarum inflammationes 290. 15.455.48.689.41.
Torni inuentor qui 136.22.
Torquilla 816.6.
ad Torsiones 55.52.
Tragici poetæ Hirundines dicti 687. (26.
Tragi opinio de ortu satyriorum explosa 585.56.
Transeuna quid 588.36.
Trao 62.48.
Trappus qua auis 85.18 descriptio 87. 52. etymum 86.19. Otis est 60.55. quas aues ita vocent Veronæ 60. 28.
Trasi Veronæ quæ radices 42.36.
ad Tremorem 278.48.450.28.
Trepidationis hieroglyphicum 418.4.
Trichomanes cur Gallis exhibeatur 239.2.
Trincauella dictum de auro 351.38.
Tringa caudam mouitat 724.43.
Trinitatis mysterium 433.52. ea significata 450.38.
Tripudia solistima fausta, & infausta 258.36.
Tritormas bibulcus vicit Milonem Cretoniensem 253.7.
Trochilus Aquilæ pugnat 653. 34. historia 650. 1. quæ loca amet 652. 22. rex auium dicitur 650. 25. cum eo Trochilus Niliacus confunditur 649.54.
Trochilus auis marina, & eius historia 649. 50. cum Regulo confunditur 649.54.
Trocta piscis 506.4.
Troglodytes Passer qui 654.46.
Trogleta 698 16.
Troglotæ cur Passeris dicti 531.34.
Trogly s vel à Pygmæis differãt 5 1.37
Troglodytæ cur sic dicti 654. 46. 656. 49.
Troglodytes Passer. Vide Passer troglodytes.
Troiam se decimo anno capturos, vt Græci norint 546. 10. quo ardore eam inuaserint 641.45.
troiani comparati Sturnis 643.2. turdis 588. 12.
trucha piscis 506.4.
trutilare 584.35.
trygon piscis 505.52. qui 506. 4.
trygonium cur sic dictum 517. 12.
tryssare quid 513.34.
tunes quæ aues 36. 37.
turde 580. 1.
turdela qua 580.6 38. turdus visciuorus est 593. 34.
turdilla saxatilis, & eius hist. 630. 10.
turdones 580.4.
turdulus 580. 5.
turdus aconito nõ vescitus 580.6. æqui noca 579 1 albi vbi reperiãtur 581 16. amant oliuas 586.10 ament sui generis assistatem 588. 20. antipathia 588. 1. apophlegmata 590.40. aues aduenas esse 583. 52. inter aues principatum obtinet 578. 46.

bacciuorus est 2. 2. de bonitate eorum iudicium Mercurialis 692. 16. cantus 583. 50. capiunt Accipitres 588. 9. capiendi ratio 588. 25. ex eorum cerebellis ingentes dapes exhibuit Heliogabalus 577. 8. colorem mutat 581. 26. eis comparatæ ancillæ Penelopes 373. 40. eis comparati Troiani 588. 11. eos in corona qui offerrent 578. 18. eis cur ancillæ similes dicitæ 589. 71 cur eos author bacciuoros vocet 583. 4. cur inter bacciuoras primum de ijs agat author 375. 35. cur myrto paulli, & Sebinopaulli dicti 585. 10. cur olim sapidiores quam nunc 592. 27. cur olinarij dicti 589. 16. cur Persius libertis non apposuerit 575. 50. Paphij laudati 583. 10. cur sic dicti 583. 20. docilis est 583. 51. dum lætent, plumam non amittunt 383. 30. de eo emblema 590. 47. in enutriendi cura 587. 14. etymum 580. 9. finit eorum ad agros stercorandos laus 457. 20. forma, & descriptio in genere 581. 16. genera vt differant 581. 20. genus, & differentia 580. 28. Græcis comparati, & cur 584. 14. hieroglyphica 590. 30. eos Homero donant pueri 578. 1. hyeme abundant 583. 30. industria in nidificando 587. 11. ingenium 683. 50. insecta vorat 586. 25. laus 2. 2. 32. 9. 293. 36. lingua eius apta ad loquendum 583. 50. loquaces nostra tempora non habent 584. 11. eo magis mutus qui 591. 21. malu sibi cadat 536. 24. numeris loco missi 577. 13. musicus 599. 39. nidus 587. 40. non ferere viscum 585. 32. cum nostra tempora celebrant 578. 26. eorum oblatio varia 578. 12. omnes visco vescuntur 585. 18. de optime canente carmen Scaligeri 584. 18. partus 587. 40. exijs pastilli 593. 8. ad pinguefaciendos locus aptus 122. 27. corum præparatio 593. 1. prærogatiua in mensis Imperatorum 575. 36. prasagia 591. 54. pretia 576. 40. propter cantum aluntur 584. 12. pueris prohibiti 578. 8. quæ eis aqua præbenda 587. 36. eis quæ simul conueniant 541. 22. quando abeant, & quando reuertantur 583. 25. proverb. 591. 14 eos quanti fecerit Romana Luxuria 575. 44. 576. 21. quati eos fecerint Græci 578. 7. qui noctua odere 588. 6. qui Varroni aduentiij 583. 7. quo cibo pinguescat 577. 23. quo loco agat 610. 5. quo numero à Romanis alti 572. 26. quo tempore laqueis capiendi 588. 26. quo victu magis gaudeat 585. 33. quomodo nunc capiantur 588. 29. quot genera secundum Aristotelem 380. 30. quot ova pariant 587. 52. rectibus eos capere antiquissimum est 398. 23. saginatio 585. 3. saginæ quatum incubuerint veteres 586. 33. eos sponsi sponsis mittut 578. 3. stercoris vsus 591. 43. eius surditas 584. 10. surditatis hieroglyphicum est 599. 35. eo surdior qui dicatur 591. 15. sympatia 588. 1. synonym. 579 34. eos toto anno apud nos manere 583. 38. trimestres cur vocet Plinius 583. 26. victus 585. 3. visci semina, & acinos vnarum in ventriculo conficiunt 575. 46. visco implicitus quid significet 590. 21. vox 684. 34. vsus in cibis 302. 13. vsus in externis 591. 40. in medicina 592. 1. vt loquatur 584. 8. vt eos offerrent Romani, & vt Græci 578. 13. vt saginentur 586. 36.

Turdus albus 597. 42. 549. 40.

Turdus Bohemicus 597. 37.

Turdi Illadis, seu Tyladis historia 597 20. capiendi ratio 599 14. descriptio 599. 46. icon 598. laqueis capiantur 599. 15. locus 599. 1. nidus 599. 18. synonym. 597. 30. victus 599. 7.

Turdi leucocephali icon 601.

Turdus Martius 589. 36.

Turdus montanus 597. 36.

de Turdo pilari anigma 597. 15. eius descriptio 545. 40 historia 595. 0. icon 596. quando appareat 597. 2. synonyma 595. 16. trimo pabulo pascitur 597. 15 victus 597. 10. visceala cur dictus 585. 20. volatus 567. 8. vox 597. 7.

Turdus ruber 597. 40.

Turdi simpliciter dicti historia 599. 30 eum non agnouit Aristoteles 539. 30. synonyma 599. 30.

Turdi tyladis, sive Illadis historia 597.

Turdus vinearum 597. 39. (20.

Turdus viscivorus alius alium pellit 594. 36. capiendi ratio 594. 48. cur Columbina dictus 4 9. 10. descriptio 594. 1. hist. 593. 24. icō 582. nidus 594. 26. ab eo præsagiū 594. 40. semper apparet 594. 22. victus 594. 30 vsus in cibis 595. 6. eo vt capiatur Accipiter 595. 1.

Turdus viscivorus minor qui Bellonio 599. 32.

Turdus viscivorus plumbeus 581. 33.

Turdus homo infamis 579. 26.

Turdus piscis qui 579. 6. qui Bellonio 6. 51. qui pisces sic dicendi 579. 4. genera duodecim 579. 10. vt cognoscantur 597. 18.

Turdus vir dictus 579. 18.

Turdari 589. 46.

Turdarium quid 590. 14. descriptio 586. 40.

Turdelæ aquaticæ 589. 34.

Turdelæ rupium 589. 30.

Turneri error 60. 53. 191. 47. 630. 7. 649. 40. 715. 35. 721. 10. 808. 47.

Turricola quæ 498. 20.

Turtur abscondita Dei sapientiam denotat 542. 24. de eo anigma 525. 46. æquinoctio 505. 50. æstate tantū visitur 359. 18. ætas 369. 48. 513. 46. alas cur in sacrificijs non obseruetur 422. 19. cur non designetur in sacrificio domini 373. 46. ætas quæ ad saginam apta 514. 56. allectrices quæ 516. 36. cum amat Merula 516. 7. amica luctus 519. 37. amicitia cū columba 516. 14. ei anima similitā 520 40. ei anima sancta cōparata 522. 43. animal castitatis dictus 518. 38. eius appellatione quando designatur Spiritus Sanctus 432. 48. auguria 517. 18 auis est migratoria 511. 26. Belgæ cur eos Veneri consecrarint 519. 30. bibendi modus 370. 50. capiendi ratio 516. 33. et caput amputabatur 526. 38. eius caro tibus sapientium 522. 28. carnis laus 526. 21 pro cæde hostia munere electus 524. 18. castitas 512. 12 castitatis sermo dict. 516. 44 Cercopi similis vt dicatur 503. 11. à Chloreo occiditur 516 24 eius clunes laudati in cibo 526. 34. concubendi modus 514. 16. cū Columba cur in sacrificio Abrahæ adhibiti 419. 45. cum Columbis amicus est 391 14. Columbas castitate vincit 373. 52. Columbæ species est 359 6. conditura 79. 44 continentia mulieres vincit 524 28. de continentia epistola 524. 33 copia vōi 512. 6. eorum precium copia Turdorum minuit 514. 43 eis cur abstinerent Aegyptij 526. 53. cur aereus Virgilio dicatur 511. 10. cur æreus, & aureus dictus 515 20. cur gladiolum, & iridem nido imponit 513. 17. cur cum Moses ad sacrificia elegerit 422. 40 cur niger vocatus 508. 13. cur offerret qui agnum non haberet 421. 10. cur eum sacrificare iussus Abraham 418. 40. cur lachrymas humilium designet 421. 20. cur eos sacrificare voluerit B. Maria 422. 16. cur Saluatoris typus 417. 24. cur pro se offerri passus est Christus 421. 49. cur sibi offerri voluerit dominus 423. 13. cur speciatiuæ vitæ culmina significet 422. 53. ijs cur Tartari abundent 512. 7. cum cur non diuiserit Abraham 419. 48. ei dentes, & mammæ attributi 508. 15. descriptio 508. 1. duos vidisse bonum, vnū malum 517 26. duritiei vt tenerescat 527. 16. Ecclesia assimilatur 521. 22. Ecclesiam castam significat 520. 3. emblema 526. 1. fideles denotat 518. 44 549. 2. fimi qualitas 527. 40. frugibus viuit 356. 27. garrulitatis hieroglyphicum 525. 37. genas habere quæ dicantur 211. 45. mares an cum alijs maribus coeant 514. 20. cum Merulis amici sint 612. 8. à

Merula amantur 570. 5. *eos migrare* 511. 40. *eius mira fides in matrimonio* 507. 20. *mores, & ingenij* 512. 10. *moralia* 524. 1. *mulieris lactantis hieroglyphicum* 525. 10. *myſtica* 517. 40. *natura* 522. 9. *nidus* 514. 15. *eius nomine cur Spiritus Sanctus appelletur* 511. 8. *nullum animal infeſtat* 515. 25. *nummiſmata, & icones* 528. 26. *eos occidere vbi nefas* 517. 33. *perfectos, & ſpirituales ſignificat* 519. 46. *pedũ velocitate valent* 514. 4. *Phralim odit* 516. 28. *pinguedine ſuffocantur* 515. 10. *prouidentiæ hieroglyphicum eſt* 525. 22 *prouerbia* 528. 15. *eius, & Pſittaci amicitia* 118. 28. 515. 33. *ex Pſittaco, & eo an quid generari poſſit* 118. 26. *ad eum pudicitia pertinet* 422. 19. *pudicitiæ typus* 525. 17. *eius pulli cur non ad ſacrificium expeterentur* 423. 20. *cum Pyrallide pugnat* 516. 25. *qua loca amet* 511. 8. *quali loco nutriendus* 515. 3. *quo cibo pinguefcat* 514. 45. *quam generationem Abraham denotarit* 419. 5. *quando lateat* 511. 28. *quando magis gemat* 513. 43. *quando Spiritum Sanctum ſignificet* 523. 16. *quãdo eum offerent mulieres* 420. 18. *quandoque manibus capitur* 517. 7. *qui edendi* 527. 14. *qui pro peccato eum offerebat* 421. 35. *ab iis quibus cauendum* 527. 7. *quibus conueniant* 105. 31. *quibus ſacræ* 517. 28. *quid Inuenali* 506. 25. *quid ei propriũ* 513. 25. *quomodo trimeſtri à Plinio dicatur* 513. 33. *quos vulgus laudet* 527 3. *quos pariat* 363. 3. 388. 10. *quoties* 363. 5. 514. 25. *eorũ receptacula* 514. 46. *ſacrificandi ritus* 420. 6. *ſagina* 514. 40. *ſaltatione gaudet* 517. 1. *ſaltationis hieroglyphicum eſt* 525. 29. *ſanctos notat* 518. 6. *ſãguinis vſus* 451. 3. *vis* 451. 31. *vſus* 527. 38. *ſapientia patris dictus* 518 2. *à ſecundis nuptijs abſtinet* 112. 17. *ſignificat intelligentiam quæ eſt à Spiritu Sancto* 523. 13. *ſignificat prædicationes, & ſecretas orationum lachrymas* 518. 12. *ſtercoris vſus* 514 55. *ſympathia, & antipathia* 515. 23. *ſynonyma* 506. 40. *tẽperamentum* 527. 11. *tibiarum ſono & ſaltatione gaudet* 525. 31. *trimeſtres cur dixit Plinius* 283. 26. *vbi lateat* 511. 26. *vbi ſaginandi* 587. 8. *vbi niduletur* 514. 14. *ver nũciat* 511. 53. *vere canens quid notet* 522. 30. *victus* 314. 35. *viduus factus cur non bibat aquam limpidam* 412. 22. *viduitatis continentiſſima hieroglyphicum* 525. 16. *E. Virginem notat* 523. 33. *ei ſacer dictus* 517. 35. *vnde dictus* 507. 5. *volatus* 513. 1. *vox* 513. 30. *vox quid myſtice* 517. 50. *eſt vox prædicantium* 521. 33. *vox eius eſt vox Mariæ Magdalenæ* 423. 46. *vſus in cibo* 536. 20. *in medicina* 527. 30. *in ſacris* 517. 20. *vt adulteros puniant* 374. 1. *vt carnẽ ſignificet* 320. 16. *vt maximè pinguefcant* 513. 31. *vt nidum tueatur contra lupum* 513. 14. *vt eos ſagineut aucupes Lombardia* 515. 15. *vt prope fontem capiantur* 517. 3. *vt retib.* 516. 33.

Turturis albi icon 574.

Turtures candidi 507. 38.

Turtures Indici 507. 40. *icon* 510. *deſcriptio* 508. 35. *mores, & hiſtoria* 508. 45. *vt à noſtratibus differant* 508. 36.

Turtur piſcis qui Inuenali 506. 6. *librarum viginti* 506. 16.

Turturillæ dicantur 579. 21.

ad Tuſſim 280. 44. 281. 23. *in iumento* 292. 47.

Tutulinæ qui dicantur 579. 23.

Tyberius Cæſar capite plectit, qui Panem eſſet furatus 5. 96. *cur Aſſellio Sabino ducenta ſextertia donauit* 577. 10. *eius ſalacitas denotata* 207. 4.

Tydari, & Tolynicis amicitia 515. 37.

Tygris coit cum cane 118. 30. *eius pulchritudo* 4. 12.

Tyrannus auis 650. 31. *eius deſcriptio* 652. 4.

Tyrãnos virtutẽ minimi facere 840. 48

Tyrij vt Chriſtianis ſe dederint 400. 43

V

Vacca ab Abraham ſacrificata quid denotet 419. 24.

Valeriana rubra 542. 18. (25.

Valerio Apro vt viſus reſtitutus 289.

Vallæ error 698. 16.

Vanellus 703. 11. 829. 45.

Varinus correctus 362. 27. *error* 389.

Variola 726. 36. (3. 503. 10.

Varro & Plinius explicati 28. 20.

Vas ad excludenda ova ſine Gallina opera 227. 10.

Vaſa pro Gallinis aquam continentia qualia eſſe debeant 233. 55.

Vaſa ignis tolerantiſſima vnde fiant 410. 52.

Vaſcula viminea 220. 23.

Velia auis 824. 10.

ad Veneni potum 290. 52. *Columbinum vnde dictum* 356. 6. 411. 4.

ad Ventris dolorem 283. 43. *fluxiones* 283. 1.

Venti præſagium 254. 21. 545.

ad Venerem ciendam 452. 15. *eius & Cupidinis contentio* 447. 44. *eorum fabula* 46. 22. *cur ei Columbæ ſacri* 373. 32. *currus eius à quibus Columbis ductus* 366. 6. *ad eam exercendam* 173. 53. 135. 20. *eius illicij ſignificatio* 554. 9. *ad inhibendam* 285. 48. *eius & Martis adulterium* 275. 35. 305. 53. *minuit vitam hominum* 370. 11. *Paſſerum cerebellis præeſſe dicta & cur* 548. 4. *à Paſſeribus auci ſolita* 547 50. *ad eam promouendam* 285. 46. *rubra à quo celebretur* 407. 4. *aurea ibidem, ei ſacræ ſunt Columbæ* 416. 10. *Hirundo* 669. 41.

Veris præſagium 511. 56. 674. 33. 290. 33.

Verbena, ſeu Veibenata 409. 16. *cur carmini ſuo Vergilius intexuit* 409. 40. *cur Trygontum dicta* 517. 12.

Veritatem in profundo demerſit natura 442. 6. (39. 452. 29.

Vermes è ſtercore aſini, vel bouis 228.

Veruccinum cor quibus auibus canoris conueniat 768. 30.

ad Veſicæ dolores 285. 14. *eius vlcera* 283. 51. 283. 8.

Veſpa cicada obſtrepens 708. 46. *earum examen metuit phrynichus* 273. 47.

Veſpertilionis cæro ad vigilias facit 792. 35. *amicitia cum Columbis* 391. 36. *dentes & mammas habet* 508. 18. *vox* 538. 37.

Veſtis vt non aduratur 279. 28.

Veſtimenta ſuperba qui excogitarint 19. 4.

Veſtrogothia Pauones copioſe alit 12. 26.

Viam veram difficilem inuentu eſſe 442. 10. *vna bona eſt inter multas malas* 448. 52.

Victa Columbis commodiſſima 382. 53.

Victoriæ hieroglyphicum 269. 7.

Viduitatis caſtimonia laudata 524. 6. *continentiſſima hieroglyphicum* 525. 16.

Vidua pudica hieroglyphicum 372. 34. *eam ſeruantis mulieres hieroglyphicum* 418. 16.

Vigilantis, vel cuſtodis ſignificatio 270. 47. *duplex* 270. 37.

Vigilantia hieroglyphicum 795. 6. 255. 38.

ad Vigilias promouendas 792. 45. *earum typus* 269. 37. *hieroglyphicum* 204. 50.

Vinago cur ſic dicta 498. 8. *eſt Oenas* 361. 37. *hiſtoria* 497. 40. *quæ Columba* 361. 56. *quoties generet* 363. 6.

Vinco apud Albertum quas aues ſignificet 815. 40.

Vinco Cardui 816. 9. 815. 43.

Vineo rubeus pectore 807. 6.

Vindemia læti prouẽtus ſignum 709. 6.

Vinitorquila auis quæ 498. 7.

Vinitoris ſerui pretium 771. 48.

Vini copia, & bonitatis præſagiũ 708. 54. *pedes tentat* 135. 48. *vt clarificetur* 304. 20. *vt corrumpatur* 22. 39.

ad Viperæ morſum 291. 31. 192. 15.

Vir vnus bonus quinq; malos procreat filios 12. 19.
Virgo à Tauone educata 30. 40.
S. Virgo significata 429. 8.
Virioaues 508. 6. 762. 16.
Virioni congeneris descriptio, & icon 852. 30.
Vires in omni re examinandæ 157. 13.
Viscifabulosa generatio 585. 26. *vt generetur* 484. 54. 501. 4.
ad Visus hebetudinem 135. 38. *debilitatem* 689. 26.
Vitellius cur patinarius dictus 29. 17. *augurium* 259. 50.
Vitellus est lac oui 252. 53. *vnde dictus* 191. 23.
Vitifloræ icon 765.
Vitiflore Belloni descriptio 762. 30.
Vitiflore alterius descriptio, & icon 765. 30.
Vitifloræ congeneris descriptio, & icon. 674. 1.
ad Vitiliginem 26. 34.
Vitis floris esu abstinent Gallinæ ab vuis 242. 47.
Vitium putationis tempus 674. 46.
Vitis alba 677. 40.
Vitis nigra fugat Accipitres 242. 9.
Vitri fragmenta vt agglutinentur 279. 27. 304. 2.
Vitulus masculus cur dicatur in sacrificijs 423. 50. *prima hostia, & quid denotet* 423. 46.
Vitulus marinus miteſcit 667. 47.
Viuerræ mustelæ genus 55. 4.
Vlysses vt plancias fugiat 417. 28.
ad Vlcus annosum 692. 2. *ad humidum in capite* 287. 35. *oculorum* 138. 46.
Vlula 774. 15.
Vmblici pulli ortus 216. 25.
Vnisonus auis 774. 2.
Vani apodes dicti 701. 27.
Volaterrani error 77. 26.
Volfangi Lazij error 25. 3.
Volucres crisſatæ 196. 5.
Voluptatis hieroglyphicum 554. 8.
ad vomicas 280. 55. 821. 1. 454. 3. *ad vomitum promouendum* 282. 15. *ad sistendum* 282. 10.
Vpupa 185. 54. *Aedonis frater* 658. 40. *alæ vis* 709. 40. *antipathia, sympathia* 708. 20. *ea caret Britannia* 706. 25. *caro qualis* 709. 27. *colorem mutat* 705. 12. *contubernalis Lusciniæ est* 708. 24. *cordis vis* 709. 34. *corij vis* 709. 39. *crista quibus musculis moueatur* 705. 32. *crisſata est* 195. 46. *cum Cuculo cõfunditur* 702. 50. *cur adiantum nido imponat* 707. 45. *in eam cum dicatur mutatus Thereus* 685. 2. *cur Gallus syluestris dicatur* 702. 25. *cur gramen edat* 707. 46. *cur impura sit habita* 709. 18. *cur lente volet* 707. 5. *ei cur mulieres comparatę* 707. 10. *cur nidum stercore circumlinat* 707. 36. *cur regia auis* 702. 10. *de ea cur post Hirundinem agatur* 702. 6. *descriptio* 703. & 705. *dorcadis adipe interficitur* 708. 28. *de ea fabulæ* 710. 1. *gratam animam significat* 709. 6. *hieroglyphica* 709. 1. *cum Hirundinibus pugnat* 708. 26. *hominem vitijs deditum significat* 708. 53. *icon* 704. *de Indica fabulas* 710. 10. *Indorum regis filius in eam mutatus* 710. 18. *ingenium & mores* 707. 34. *latum vindemiæ prouentum significat* 709. 8. *latitat* 706. 18. *linguæ vis* 709. 39. *linguæ, & totus arteriæ asperæ icon* 705. 46. *pro meretrice accipitur* 708. 46 *myllica* 708. 40. *nidus* 685. 3. 706. 28. *oculi vis* 709. 39. *ouæ qualia* 707. 27. *partus* 707. *pennarum suffitus qualis* 709. 38. *præsagia* 707. 30. *de ea prouerbium* 709. 44. *quæ loca amet* 706. 8. *quas denotet in prouerbio* 685. 6. *quos designet* 708 42. *remedium ebrietatis significat* 709. 10. *sãguinis vis, & vsus* 709. 35. *Synonyma* 702. 20. *trimestris est* 706. 18. *vbi prius apparuerit* 706. 24. *vbi Ver indicet* 706. 23. *de ea versus Aeschyli explicati* 702. 54. *victus* 707. 16. *volatus* 707. 1. *vox* 706. 40. *vsus in cibo* 109. 16. *in medicina* 709. 30. *cum ea vt Alauda confundatur* 710. 20. *vt colum sanet* 709. 32. *vt ebrietatẽ curet* 707. 40. *vt niaũ clausum ab homine herba vi aperiat* 707. 48. *vt parentibus visum restituas* 708. 12.
Vra quid 63. 4.
Vrage quæ auis 59. 38.
Vrcolaris 128. 9.
ad vrinæ difficultatem 691. 50. *ad incontinentiam* 285. 18. *ad prouocandam* 285. 18. *ad eius retentionem* 454. 18. *ad sistendam* 285. 19.
Vrinatores qui latinis 411. 21.
Vrinatorium vas Columbarium dictum 410. 30.
Vrogalli carnis bonitas 97. 4. *ei coitus portentosus falso ascriptus* 66. 16. *cum Ortygometra confunditur* 62. 9. *de eo cur post Phasianum agatur* 59. 25. *cur eum olitores oderint* 61. 25. *descriptio* 6..6. 63. 35. *fœmina icon* 65. *maris* 64. *magnitudo* 61. 24. *mas vt à fœmina discrepet* 66. 13. *nidus* 59. 34. *non esse Gallo pauones* 38. 37. *non esse Otidi congenerem* 63. 15. *perperam Anseris nomen obtinere* 61. 28. *Phasianus dictus* 59. 26 *pondus* 66. 6. *pulueratur est* 61. 8. *ex quo auium genere* 59. 25. *rapis vescitur* 61. 26. *quo loco gaudeat* 66. 15. *vt Tetracem Athenæi, & Nemesiani eandem faciat Longolius* 60. 56. *vt à Tetrace Nemesiani differat* 63. 25. *Tetraonem esse probare difficile est.* 59. 27. *cum Tetrice an eadem* 59. 33.
Vrogallo minor 67. 18. *cuius generis sit* 67. 33. *descriptio* 67. 43. *figura* 68. *sub niue latitat, & quam diù* 69. 15. *vt capiatur* 69. 22.
Vropygium auibus cur datum 16. 40. *non semper volatum promouere* 16. 46. *eius voratores quos Galli vocent* 295. 24.
Vrsus 185. 51.
Vrticæ Gallinis mortiferæ 243. 28.
Vrus 63. 7.
Vterios in auibus cur ad spinam 201. 10. *ouiparorum, & viuiparorum differentia* 169. 40. *ad eius strangulationem* 135. 12. *suffocationem* 48. 50.
Vuæ cur Gallinis prohibitæ 232. 9. *Immaturæ Gallinis nocent* 244. 24. *ijs vt abstineant Gallinæ* 242. 50.
Vua Columbina 409. 23.
Vuilhelmus Knaufius 719. 2.
Vuodcoccus Anglorum quæ auis 74. 19.
ad vulnera glutinanda 287. 50.
Vulpanseris ouis secundus bonitatis locus datus 29. 14.
Vulpes an nasa non capitur laqueo 554 38. *vbi magis, & commodius Gallinas rapiant* 242. 16. *coit cum cane* 118. 38. *cur squillæ folium in nidum importet* 518. 28. *à sui generis carne abstinet* 242. 25. *ne Gallinas attingat* 242. 22. *quomodo fugetur* 242. 20. *cum serpentibus amicus est, & cur* 94. 24. *eam sub pectore gerere quid significet* 438. 15. *vt Gallinas rapiat* 242. 13. *vt Otides capiat* 94. 7.
Vultur cadaueris trans mare odorem percipit 20. 28. *eius clangorem spernunt columbæ* 365. 17. *magnitudo* 60. 46. *mali punici grano perit* 612 19. *quando clangat* 292. 26. *genus quoddam Gallina Indica dictum* 35. 50.
ad Vuluæ inflationes 286. 25. *ad eius vicera* 290. 36.

X

Xenocrates Passerem in sinu seruat 539. 25.

Z

Zena quæ auis 769. 37.
Zephyrus ad onorum conceptionem facit 207. 55.
Zeus piscis 185. 39.
Zenzilulare cuius vox sit. 652. 50. 669. 34.
Zoroastres correctus 707. 45.

INDEX.

GRÆCA.

Αβδό'να 773.20.
Αγελοκόκκος 702.54.
Αδων quid 203.5.
Αδόνες 773.29.
Αδονίες 660.11.
Αδριανικαὶ Gallinæ 191.36.
Ανδόνα 773.20.
Ανδονιὺς 773.25.
Ανδόνες 773.32. Αδόες 773. 15.
Ανδὼν 773.14.vũ dicat.773.16.
Αηγίθαλος herba 710.49.
Αιγίθαλος q̃ auis 710.49.711.3.
Αιγίθαλος σπιζίνης 213.12.
Αιγὶς 711.11.
Αιγοπήγας quæ auis 710.46.
Αιγίλωψ herba 710.49.
Αἴσακος 741.28.
Αἴσων 711.12.
Αἰψηρὸς 643.34.
Ακαλανθίλις 809.9.
Ακαλανθὶς 809.9.
Ακαρος 808.44.
Ακόντια ſerpens 152.14.
Ακόντιος 586.8.
Αλεκτορ vox eſt æquiu. 184.6.
Αλεκτορίες 188.26.
Αλεκτόρειες 188.16.
Αλεκτρὶς 188.24.
Αλεκτοριακος 188.28.
Αλεκτρύαινα 187 54.188.1.
Αλεκτρυὼν 187.50.702.48.
Αλεκτρυὼν ἀγρία 249.30.
Αλεκτρυὼν ἀλεκθρίαν 249.36.
Αλεκτρυὼν ἀλεκθρίων 249.33.
Αλεκτρυὼν φόρος 249.38.
Αλεκτρυὼν vox ęquoca ẽ 184.6
Αλεκτρυὼν ἄγριος 702.27.
Αλεκτρὶς 184.25.
Αλέκτωρ 187. 53. 188. 16. pro coninge 184. 18. pro gemme 184.26.pro innupta 184 20. vnde dictus 188.27.
Αλεκτωρὶς gemma 184.26.
Αλεκτωροφωνία 203.37.249.45
Αμοιβὶ φωνὴ 371. 8.
Αμωνδαλοκατάκτης 631.3.
Ανάδυται 300.6.
Ανηθῶναι 272.48.
Ανθρακὰ oua 191.6.
Ανθαλὼ oua 300.36.
Απαδὼ quæ vox 203.43.
Αργὸς quid 22.19.
Αρεὴς ἵππος 236.18.
Αρκτος 185.51.
Αρκαδίαι quid 45.6.
Ασκουργίαι 531.54.
Ατζὴ 73.16. Ατὼς 773.20.
Αττα βυγᾶς 73.14. Αττάγα 73.13
Αττηλᾶς 73.15.
Αττηγᾶς 73.10. prouerbiũ 78.4
Αττηγενὸς 72.46.
Αυγὸ' 191.1.
Αυγοκουλίκια oua quæ 30.4.
Αυγος 184 23.
Αφὴ quid 208.16.
Αφῶδες πάσσαλοι 543.31.

B

Βασιλεὺς 650.30.
Βασιλίσκος 650.52.
Βασιλίσκος ſerpens 650.11.
Βατὶς 739.26. quæ auis Ariſtotelis 529.25.
Βατὸς 581.5.
Βάσκας ὀρταλὶς 188.35.
Βουδῆγας aues quæ 733.30.
Βραχανα quid 586.4.
Βρητὸς 188.35.
Βρηθὸς 602.19.
Βυτθα 631.46.
Βόττις ibid.

Γ

Γάτρα 216.49. Γήλασος 702.49
Γιγγλισμὸς 589.53.
Γογγίζειν quid 730.20.
Γογγιζειν ibid.
Γολμὶς 631.47.
Γονιμα 231.32.
Γρυπόκκυζ 70.24.
Γυρὸς 170.30.

Δ

Δαιδαλὸς 741.31.
Δειρὰι quid 532.11.
Δειρεὸς 532.12. Δέιρος 532.13.
Δεύτα 532.10.
Διαφερδίκισσα 127.15.
Διγὲρις 532.9. Δίγερις 532.8.
Διγὰδειν 85.50. Δρῆες 532.10.
Δρυόκολαπτος quid Polybio 356.47.

E

Εἰρεσιώνη quæ cantilena 678.52
Εδλιὼλὶς 186.43.
Εκπερδίζειν quid 137.7.
Εκπερδίκισσα 127.5.135.50.
Ελαὶς 713.14. Ἕλλοι 532.21.
Ελληνοδὶς ibid.
Επακιλιδὼν vnde dictũ 678.42.
Επτυλίζειν 170.18.
Εξαφτὰ oua quæ 299.26.31.
Εξιφτὰ oua 299.36.
Επιτμβιδίας cur ſic dictus Alaudæ 832.10.
Εποχὴ 702.46.
Επος 702.30.
Επιτακτὸ 741.26.
Ερίθιδὸς ibid.
Ερίθολὸς 741.27.
Ευριπὸς 358.8.
Ερος 702.46.
Ερώδιος 702.29.
Εσχεροδιομήτης Gallus 238. 50.
Εστριθιομήτα q̃ dicãtur 542.28
Ευαυθὶς quid 59.47.
Ευστομὸν 779.8.
Εφτὰ oua 300.37.
Εψεθὰτα oua ibid.

H

Ηἰκανὸς 188.36.
Ηλέκτωρ 184.24.
Ημιτηλείας 375.8.44.443.3
Ημερύφορος cur Gallus dictus 204.19.

Φ

Φαλαμοὶ φολόκυτος 670.39.

I

Ἰβὶς 498.15.
Ἰξὸς 501.4.
Ἱπποκέντρων 188.36.250.30.
Ἵππος 189.28.618.50. ψόφος q̃ dicatur 643.31.
Ἰσκλὰι 579.47.
Ἰυγξ quæ auis 47.17.
Ἰχαλὴ 579.46.
Ἰχλὰ ibid.

K

Καξογρίττα 752.44.
Καλὰβος 108.48.
Καλλαβὰ 108.44.
Καλλάβη 108.46.
Καλλαβὶδα 108.45.
Καλλαβίζειν 112.46. quando dicantur Perdices 116.24.
Καλλαβὸς 198.46.
Καλλαζειν quid 42.25. 116.41. 203.15.
Καλαχρῆραι quid 28.27.
Καλέα 196.27. Καλλαικὸν 196.26
Καλλαῖον qd vocet Arii. 196.20.
Καλλὴ quid 196.23.
Καλλὸς quid 190.6.
Καφίτις βαλαμὸς 670.36.
Καχλάζειν 590.2.
Κεμκλὶον 57.27.
Κεκροπὶς 660.3.
Κέλιφος 191.3.
Κεντρα 197.17. Κεγχραμὸς 177.
Κεγχρὸν 177.55. (50.
Κεγχρὸν ὑγιὲς 52.48.
Κεραμεὺς color q̃ Græcis 534.
Κερκὸς 188.37. (23.
Κερφαλὴ πικρὰ 37.20.
Κὴτος ἰδὶς σκίλος 108.43.
Κήρυκας ἁλεκτρίονας quos vocẽt Tragœdi 203.48.

Κιρας

INDEX.

Κὸριξ 188.39.
Κηγαλιδος θυριαι 189.51.
Κιγλίζωι 589. 48. Κιχχλιμὸς ibid.
Κιγχλιμὸς 590.10.
Κιγχλιμος 589.53.
Κιγχρααμο 177.54.
Κίκιρρος 188.40. Κίκκα 188.41.
Κικκοβαζειν 116.36.
Κικκαβᾶν 116.34.
Κικκος 188.40. Κιλίας 532.24.
Κίλλα 579.48. Κιλλαπον 725.21.
Κιχῆλα 579 46.
Κιχῆλα 170.54. 579.41.
Κίχλη 579.37. qui piscis 579.6.
Κιχληβωτις 590.13.
Κικλησμὸ 590 8.
Κιχλιααμος 590 9.
Κίκλιζειν 170.53. 589.39. 640 42.
Κίκλισμοο 589 45.
Κλητὴς 108.7.
Κνιπολόχο 726 40.
Κοιλιαν quid propriè vocent Græci 199 18.
Κοκκ ζειν 70.25.
Κοκκοβόας ὄρνις 188.42 203.4.
Κοκκοθραυστης auis 645.30.
Κοκκυζειν 188.43 203.41.46.
Κολόσουσα 725.26.
Κολυμβᾶν quid 258 27. 411.19.
Κολύβισται 411.20.
Κοπτος 165.26.
Κομτος 165.26. Κοντιλὸς 152. 13.
Κὸραξ quid 196.33.
Κόρι 829.26.
Κορκορα ὄρνις 188.44.
Κόρτιλος 650.53.
Κορυδαλλις 829.26.
Κορυδαλλὸς 827.43 829.26.
Κορυδὸν 829 34.
Κορυδος 47.1 929.31.
Κορυδὸς 829.26.
Κορωδων 826 35.
Κορύθον ἀλεκτρυων 188.45.
Κορινθιῦς 188.46.
Κορυφαλος 829.37.
Κορυφη ἀλεκτορος 195.53.
Κόσκικοι 188.46.
Κοσσυφος 603.10.12.
Κοατὺφος piscis 602.26.
Κοττίκας 188.52.
Κοτίλλιν quid 668.27.
Κοττιλλη 660.3.
Κοττοβολεῖν 188.49.
Κοττοὶ 188.48. Κοττοιοὶ 188.50.
Κοντιφος 603.16.
Κοττος ὄνις 188.48.
Κοττυφοι 603.11. Κουκουφα 702.51
Κουρίδα quid 760.48.
Κοψιχος 603.12.
Κοψυχο 603.14.
Κρητις quid 761.44.
Κρίος 660.10.
Κροκίας 188.53.
Κυγχραμος 177.50.
Κομβαι ορνιθες 188.54.
Κυρβασια 195.43.
Κυρβαβία 195.47.
Κὺκλα 579.50.
Κυχραμος 177.50.
Κυψιλος 698.13.
Κώκαλον 188.55.
Κωκαλος 189. 1.
Κώνειον 586. 8. Κοττίλλος 660. 5.

Λ

Λαγωὸς 144.32.
Λαγωδία 86.2.
Λαγωίνης quæ auis 144.
Λεύνας quas Græci vocent 658. 36.
Λεκιθίτης placenta 303.4.
Λεκυθος 191 8.
Λέκυθον oui quid 191.15.
Λέμμα 191. 4. Λεπος ibid.
Λεπύρια 191.5.
Λευκὸν τῶν ωοῦ 191.11.
Λόφος 195.51. quid 37.1.
Λεφος σάρκινος 37.19.

M

Μάζα quid 54.42.
Μακρεσίκρανος 705.18.
Μακουριον 588.39.
Μελεαγραι radices 42.31.
Μελεαγρια radices ibid.
Μηδικοὶ 189.1.
Μιδικος ὄρνις 7.34.
Μιδομαι 189.5.
Μῆδος 189.2.
Μῆλα στρουθιου 542.43.
Μητρα quid Græcis 174.41.
Μινυριζειν 669.38.
Μονιμα 231.34.
Μοχος χελιδὸνος 659.54.
Μουκηροβατος quis Græcis 631. 3.
Μουκηρος quid Laconibus ibid.

N

Νέκρακις 189.26.
Νεοστος 189.26.
Νεοστοι ὀνιθες 189.28.
Νεοττίδος ἀλεκτοριδων 189.25.
Νεοττὸς oui quid 191.26.

O

Οιναδες 407.48.
Οινας Corui genus 497.48.
Οιναξ ibid.
Οινοτροπος φὼψ 498.6.
Οἶστρος auis historia 657.29.
Ολκλυγὼ 660.13. 773.22. 774.14
Ολεφεινος 189.7.
Οβροι 248.12.
Οτας quid Græci vocent 411. 16.
Οττα aut ἔπτηθεντα oua 301. 6.
Οἶα 190.52.
Ομολεκτρος 184.19.
Ορθεβαι 189.10.
Ὁρμᾶν quid 251.8.
Ορνιθα 189.9.
Ὁρνικια 187.17. Ὁρνιθὼν 129. 13.
Ορνις 187.46. 531. 4. pro Gallina. 530.16.
Ορνις φασιανος 47.6.
Ορνιθες φασιανικοὶ 47.7.
Οροζοιζης 821. 15.
Ορρωδειν 374.48.
Ορτριοκοκκυξ 189.16. 203.4.
Ορταλοζειν 189.32.
Ορταλιν 189.9.
Ορταλιχος 189.14.32.
Ορτικι 151.55.
Ορτυγια 151 22. 152 1.
Ορτυγοκομπος 165.25.
Ορτυγοκοπειν 170.10.
Ορτυγοκοπια 179.10.36.
Ορτιγοκοπικα vocabula 179.12.
Ορτυγοκοποι 170.10.
Ορτυγοκοπος 249.29.
Ορτυγομανια quid 169.37.
Ορτυγομητρα, & eius etymum 174.39.
Ορτρογοτροφεῖν 161.14.
Ορτυγοφορος 162.14. 249.39.
Ορτυκη 151.55.
Ορτυξ 151.55 herba 151. 34.36.
Ορχιλος auicula vilis 650.49.
Οστρακον 191.5. Οτις 85.48.
Οτρα 196.50. Ουνω 498.3.
Ὄρυαξ 62.45.
Ουρια oua quæ 222.45.
Ουρον quid 202.45.
Οφθαλμοιτοὺς πτερου 12.20.

Π

Παγώνι 7.31.
Παλευων 398 30. vnde 265.
Παλευειν quid 358.9.
Παλευτρια 258. 8. quam Columbam vocet Aristoteles 443. 12. vnde dicta 398.30.
Πανοπτης cur Argus dictus 29.50.
Πανω quid 7.51.
Πελεια ῥπεριστερα 357.44. 358.4.
Πελειας Columba vnde dicta 503.12.
Πελειτρεμμονα Insula 366.30.
Πεληρ 358.8.
Πελον siue πελιον qd 357. 503.13.

Περ-

INDEX.

Περδίκα 198.31. Περδίκη ibid.
Περδικιδεύ 108.38.
Περδικιον 108.36.38.
Περδικοθηρας 117.24.
Περδικος ἀφονοτερος 113.53.
Περδικος ποῦς 107.54.
Περδικον σκέλει 107.52.
Περδικοτροφεῖον quid 122.55.
Περιστερὰ 357. 34. vnde dicta 357.38.
Περιστεφεοντα πέτιλα 469.31.
Περιστερεῶνα quid vocent Græci 350.36.
Περιστέρι 357.36.
Περιστερος 357.36.
Περιστερὼν quid 229.13.
Περιστεριδεις 357.37.
Περιστορειδες id Arist. 355.50.
περιστεριδεύς 358.38.
περιστεριδης ibid.
περιστεριδιον 357.36.
περιστεροειδους quas aues vocet Aristoteles 409.8.
περιστεριον 357.37.
περιστερο ροφεῖον 359.36.
περοικὸς ὄνις 7.33.189.16.
πεταυρο quid 229.16.
πηκτας, vel πηκτιδας 124.22.
πηλος 73.55. πηριξ 108.40.
πιππιζειν 538.54.
πίπρα 618.50.
πιρίας 713.14. πιστο 579.52.
πίφαλλις 819.44.
πιφιγζ 829.40.
πλακτρα 197.16.
πλήκτρα ibid.
πλῆκτρο quales os 250.35.
ποκιλες 799.2.829.36.
ποκιλωτερον ταῶνος 53.12.
ποιολογοι Pauones dicti 16.13.
πολοτρηρωνα 357.53.
ποπιζειν quid 706.44.
πραστερος περιστερᾶς 375.9.
πρεσβυς 650.30.
προκοττα 188.48.
προλαβις 199.6.
πτερατὰ πυγαῖα 38.33.
πτέρα σκίαδια quę Gręcis 25.10.
πτέριγες πτεριστερᾶι 432.54.
πτήστειν quid 237.50.
πτοκαλαζων 165.24.
πτῶκας cur lepores Græci dicant. 539.10.
πορίας 713.15.
πυῤῥονωοῦ quid 191.26.

P

Ῥᾶφος 86. 54. Ῥοφιλλος 650.52.
Ῥόφητα 300.35.

Σ

Σαλπιγτης 650.50.
Σανίς quid 229.19.
Σεσοπυγὶς 725.20.602.25.
Σείισονρα 725.26. Σελκον 189.24.
Σητη 702.48.
Σισιλαρος 108.43.
Σισορα 715.27.
Σηληρα oua 300.37.
Σμαρδικον 532.22.
Σμαρδικοπῶλα 532.23.
Σμαρτῖον quid 588.38.
Σπερμολογος 77.35.
Σπιννος 809.16.
Σπῖνος quid. ibid.
Στρουγητα 571.33.
Στενειν quid 515.36.
στιλιπιπίδα 656.27.
στρουθάριον quid 531.25.
στυρουθας Satrapa 54 8.
στυθιζειν 485.44.338.30.
στρουθία quæ auis dictæ 531. 23.
στρουθίον quid 531.55. herba 530. 10.542.11. poculum 543.46.
στρουθιον μονασον 615.3.
στρουθιογλωσσον quid 543.40.
στουθιοπηλα 542.44.
στρουθος pro Gallina 530.16.
στρουθος pro herba ibid.
στρουθος q̃ dicātur 513.54 540 20
στρουθος q̃ auis 531.20. quas aues significet. 529.16. quālibet auē significat 530.10. vnde dicatur 531. 38. qui piscis sic vocetur Aristoteli 530. 24.
στρουθος μεγωλη Athenæo quæ auis 530. 9.
στρουθοὶ πιργιται Galeno quę. 531. 25.
στρουθοκέφαλα 543. 26.
στρουπιαστης 544. 26.
στρουθυπους 712. 38. qui Aristophani 543.22.
στρους 531. 38.
στιμφοκοπος 165.25.
συκασὶς 736 43.
σικακοπος 756.43.
σοῖνος quid 687.30.
σῶμαζυλοειδες 37.23.26.27.

T

Ταγεναριον auis 73.27.
Ταγὴν auis nomen 73.16.
Ταναγραῖοι ὄρνιθις 189.37.
Ταὸς 716.23.
Ταπος quid 7. 47. Ταυρτος 27. 5.
Ταῶν 7.23. Ταως ibid.
Ταῶς ibid. quos Græci sic vocet. 78.13.
Ταῶς 7. 24. vnde dicatur 7. 26.
Τεταρτος 46.10.
Τετριξ 62.45.
Τετριγοτας cur Passeres vocet Homerus 538. 37.
Τετυρα 47.5.
Τηγανιστα oua 301.12.
Τηρεῖν quid 30.1.
Τηρεὺς cur Argus dictus 301.1.
Τζεντογαλη 251.4.
Τζιχλα 579 50.
Τιτασων 485.44.
Τιτυβιζειν 116.16.24.
Τιτυζειν 669 45.
Τὶτηζειν 669 48.
Τονθοριζειν quid 370.23.
Τοργος quæ auis 395.17.
Τορτυξ 152.15.
Τραγᾶν quid Arist. 249.14.
Τραχηλος vel τριγονα 507 46. quibus auibus conueniat 257. 46.
Τριζειν 116.24. 508.19.538. 37.
Τικκος 650. 52.
Τριλοφία cur Vpupa dicta 705.16.
Τριχας 595 18.
Τριχλα 579. 42.
Τρομητα oua 300.35.
Τροχιχος 650.30.
Τρουυλιτις 826 46.
Τριγονοψαλλειν quid 528.20.
Τρυμὼν Æsculapij nutrix 505. 48.
Τρηζειν 508.19.513.33.
Τρολλιζειν 170.18.
Τρωγλιτης 531.22.
Τυλας 597 30.
Τυφοκομπος 163.26.

Υ

Υπολαῖς 753.10.
Υποχας quas vocēt Gręci 612.26

Φ

Φαβοτυτος Accipiter 362.26.
Φακα 484.46. Φασιανη 54.41.
Φασιανος 47.4.
Φασιανον Αλεκριονε 47.10.
Φασιατης 54.40. Φασιανικος ibid.
Φασιανικος ὄρνις 47.6.
Φασιανικος scophanta 54.37.
φασις 54.36.
φαστοφονος Accipiter 362.27. 490. 20.
φαψοινοτροπος 498.6.
φιλιππου Αλεκρυονο 184.16.
φλῶρος 750.25.
φοινικολφοον ales 237.28. cur Gallus sic dictus 195.37.
φοινικοῦργος 746.10.13. & inde.

Καλα-

Χαλανδρα 846. 20.
Χαλαξα 209 46.
Χαλοξιον ibid.
Χαλκευς Athenæi 85 47.
Χαπιζηλος 846.28.
Χηλοπες 189.24.
Χηλιδονες ficus 658.45.
Χηλιδονι 659.56.
Χηλιδονια βοτανη 677. 18. σκιρα 658.46.
Χηλιδονιαι λαχανοι 677.14.
Χηλιδονιος λιθος 677.14.
Χηλιδονιζειν 668.30.674.34.681. 11.679.49.
Χηλιδονιον 677.18.
Χηλιδονιος δασυφυλλος 677.14.
Χηλιδονος æquiuoca 658.31.
Χηλιδονισμα 680.5.
Χηλιδονισμος ibid.
Χηλιδονων μουσεια 668.26.
Χηλιδω 659.53.
Χηλιδων 659.6. vnde dicatur 660. brachiare ornamentũ 658. 30. per equorum impetigine 35. pro cauitate in flexu brachij 39. pro proscæ 40. pro naue 55. numo 1. pro lydere 8.
Χηλιδωνθαλασσια 698.22.
Χιονιον quid 151.15.
Χιρους cur Perdices vocet Arist. 121.35.
Χλωρον oui quid 191.24.
Χρησις πλουτου 131.40.
Χρυσοφαρος piscis 185.45.
το Χρισω oui quid 192.24.
Χρωμα quid 31.26.

Ψ

Ψαρ 631.26.37. etymum 44.
Ψαρις 532.6.
Ψαρος 631.37. etymum 44.
Ψηλικες 189.24.
Ψιλον quid 37.1.
Ψιριζειν 669.44.

Ω

Ωαριον 190.56.
Ωιον 532.
Ωιδος ὀρνις 189.25.
Ωιον 190.53.55.
Ωχρον oua quid 191.24.
Ωον vnde dictum 190.51.
Ωτις 85.49.

Hebraica.

Acaua 187.30.
Agur 431.4.659.39.
Anapha 85.45.702.52.
Astorgel 631.27.
Ataleph 702 38.
Ayſch 186.17.
Barbur 186.39.343.14.
Beia 190 47.
Bezah 190.46.
Boltzlerh 844 36.
Gaiah 518.15.
Chasida 702.28.
Coquin 108.11.
Cos 702.39.
Curbalin 196.3.
Das 187.30.
Deror 511.23.659.42.
Dulkiphar 62.38.187.29. 702.27.
Gaber 186.47.
Gabera 186.50.
Ghelog 203 15.
Gozal 357.21.
Habur 187 14.
Hasida 702 31.708.50.
Hobanim 7 17.
Hoben ibid.
Iahah 357.17.
Ion 357 8.
Iideon 725.18.
Ionah 357 9 378.43.432.10.
Ionetah 357 21.
Ionin 357 8.
Kaath 702 38.
Kore 108 5.
Lasce heui 186.25.
Negar tura 187.33.
Neelasa 7.14.
Nergal 187 24.
Perdisi 108.8.
Phasion 46 38.
Phasionin 46.37.
Piseon 46 45.
Quore 108.6.
Racham 702.37.
Rasian 7.16 772.18.773.10.
Sachina 523.26.
Sakuia 186 38.
Sarsir 186.45.174.37.
Scaluin 151.40.
Scelau 46.45.174.37.
Schesenina 506.46.
Schaphnin 506.43.
Schuphnina 506.46.
Secheui 186.21.
Sikui 186.38.
Sis 659.14.
Sis agor 659 34.
Sus 659.14.34.
Susah 659.23.
Taltela 187.8.
Tarnagela dedaua 187.36.
Tarnegol bara ibid.
Tarnegoled thibor 187.28.
Tarnegolin mecharchorin ibid.
Tarnegula 187.16.
Tauasa 7.21.
Tauasin. ibid.
Tachmas 772.16.673.10.
Thor 506.42.
Tuk 7.14.
Zagtha 186.16.
Ziparim 530.55.
Zipor 530.45.615.7.
Zuziltha 507.49.

Chaldaica.

Bat Ionah 357.24.
Ionetha 357.21.
Korea 108.8.
Koriath 108.9.
Phasiani 151.48.
Saluain 151.51.
Scilua 151.47.
Saphnina 506.46.
Selau 151.46.
Seuukita 531.8.
Shahu 151.48.
Tarnagola 187.25.
Zepara 531.3.

Arabica.

Abasic 698.33.
Abderagi oua 57.20.
Abroycayn 693.34.
Abur 531.3.
Accurtis 750.31.
Acontis ibid.
Actago 73.6.
Adritigi 46.43.
Adruculididos 735.8.
Adrungi 46 47.
Aducarucegi 187.37.
Aducasngeg 187.35.
Aduranti 108.29.
Aduzaruzegi 187.36.
Alcanabiri 831.6.
Alcabagi 108.26. caro 79. 19.
Alcab. 108.17.24. caro 56.33.
Alchamari 579.36.
Alchata 357.29.363 42.
Alchaugi 756.45.
Alcubi 46.54.
Alcubigi 108.19.631.10.
Alderaigi caro 56.34.

INDEX.

Alderariz 46.49.
Aldurgi 73.4.caro 56.30.79.18. 108.25.
Alfafanin 506 51.
Alfia 603.7.
Alfrach 187.42.357.30.
Alfuachar 502 2 caro 79.16.
Algardaione 650.51.
Alguariſcin 357 28.
Alguefim 361.6.
Alguriſcin 357.29.
Alhagio 303. 5.
Alharbari 62 40.
Alharbari 85 46.
Alharbari onorum vſus 95.48.
Alhaſſafir 531.11.
Alhudud 702 49.
Almoſos 456.25.
Alnuaheb 357. 3.
Alpheſi 187.45.
Altahiegi 46.53.
Altaiugi 46. 51. 54. quid ſit 46. 54.
Altamegi 46.53.
Altaraigi caro 56 53.
Altedargi 46 49. caro 79 19.
Altedarugi 46. 50. 151. 54. eius caro 79.17.
Altedragi 46.47.
Altei 108 27.
Alteiei ibid.
Alteiem ibid.
Alteiugi 46.51.108.20.
Altheiugi 108.24.
Alteres 108.28.
Aluers 484 40.
Alurſan 357.29.
Aluraſan 484.38.
Alzarazir 579.28 631.19.
Alzeudeni 631.35.
Amoſtorocoz 809. 15.
Annara 191.9.
Antogos 152.9.
Apothia 698.11.
Archi 603.6.
Asbar 531 14.
Aſcilli 195 51.
Aslengi 542.26.
Aſslauados 809. 15.
Atacuigi 73.7.
Atahe 73.7.
Atedemin 46 47.
Atederaz 46.50.
Athemigi 73.7.
Atheiz 108 26.
Atiekeha 357.20.
Atodrogi 46.50.
Attuiugi 108.23.
Audon 773.14.
Aulones 579.40.
Azamicoz 799.54.

B

Baad 190 48.
Babebor 531.16.
Baid 190.47.
Barch 190.49.
Baſit 651.1.
Beid 190.47.
Belez 503.26.
Bononion 108.29.

C

Cabagi 108.16.
Cabegi 108.15.
Calegua 531.14.
Camberi 831 8.
Cambura ibid.
Canaberi 831.6.
Caſarenga 531.14.
Catuph 531.9.
Camamah 357.20.
Chataf 659.52.
Chatas ibid.
Chauraf 659.50.
Chericos 630.9.
Cicla 579.37.
Clas 579.36.
Clice 579.37.
Cokoilos 603 9.
Condes 542 26.
Coratoz 832.15.
Coſoſos 603.6.
Coſſiſos ibid.
Cubegi 108.15.
Cubeth 46.15.108.14.
Cubi 465 5. (17.
Cubigi 108.15.107 25. caro 79.
Cuzardos 841.15.

D

Daraychim 694.35.
Dazamah 357 21.
Dem Alcamar 357.27.
Demen chame 357.26.
D gedi 187.42.
Digegi 187.41.
Dorache 151.51.
Duragi 507.2.
Duram 506.52.
Duraz 73 5.caro 79.16.

E

Echus 603.7.
Edulcus 603.8.
Elbair 190.49.
Enondom 773.13.
Ethida 603.8.

F

Farrakoz 603.9.
Faſtocoz ibid.
Fatalyz 809.15.
Feita 484.46.
Finore 831.15.
Fitomos 702.41.
Focoton 603.10.
Folkyuos 203.9.
Forador 47.1.
Foraidec 47.2.
Forak 831.15.
Furogi 187.37.
Furogigi ibid.

G

Gamamah 357 21.
Gereſol 702.42.
Giaziudiuch 187.35.
Graceid 831.14.
Guagias 152 10.
Guareſcen 484.30.507.51.
Guariſdem 357.28.
Guarzen 357.29.

H

Hacokoz 702.43.
Halkalokirim 152.
Haman 357.24.
Hamama 409.51.
Hamen 357.25.
Hanabroch 831 8.
Hara hamen 357.26.
Harcoyz 152 10.
Hazir 830.20.
Heman 357.27.
Hyz 750 31.

I

Ibis 750.31.
Indebot qui cibus 456.52.

K

Kali 543.44.
Kalkeli 151.50.
Kaloz 484.45.
Kambrach 831.11.
Kepſot 603.6.
Knakendin 357.29.
Kokoroz 831.15.
Kyloz 484.45.

L

Laaman 357.26.
Leſan alhaſſafir 531.3.

M

Merulus 603.7.
Mutagenat 303.8.

N

Naid 190 48.

O

Odobrion 773.13.
Ophim 531.14.
Oznuab 191.29.

Paros 631.38.
Passara 531.15.
Perdix 46.51.54.
Pherak hamas 357.24.
Politicum 108.30.

R

Radaim lapis 253.35.
Radotyz Alberto quæ auis 62.6.
Rhai assiaman 410.36.
Roselhageli 108.29.
Rui qui cibus 456.54.

S

Salua 151.50.
Salui 151.47.
Schalau 151.50.
Scukar 410.24.
Seman 151.53.
Sofadas 756.47.
Sophlidas 756.47.
Struthion 531.15.
Stuplon 531.16.

T

Taer 551.1.
Targula 507.4.631.36.
Tauas 7.22.
Teyuz 108.20.
Thagore 507.5.
Thartaph 659.52.
Theiugi 108.20.
Traguliduntes 725.5.
Triangel 579.40.
Tuiciugi 46.53.

V

Vehieca 484.46.
Vinem 543.44.

X

Xuthios 531.27.

Y

Ybos 750.30.
Ydos 750.33.

Z

Zezir 63.34.

Italica.

Allodetta 831.19.
Allodola ibid.
Aryotin 654.50.

B

Ballarina 725.38.726.41.
Bararda 739.26.
Barbarotto 698.42.
Beccafico, Beccafigo 756.48.
Becco 196.29.
Bertazina 573.5.
Biuit 661.10.
Boarina 733.36.
Boarina della stella 651.10.
Boarola 733.36.
Borin 733.38.
Borin 733.41. eius descriptio, & icon 734.
Bouerina 726.13.
Buba 703.1.
Burgotto 379.20.

C

Calandra 844.28.846.38.
Calandrella 844.28.
Capellata 811.8.
Capelluta 831.12.841.16.
Capo nero 752.44.756.30.
Capo d'oro 651.9.
Cappon 343 36.
Cardellin 799.55.
Cardello 799.55.
Cauda tremula 825 7.
Cedron 62.50.
Celega 532.39.
Centone 252.36.
Ceppa 573.3.
Cesila 660.22.
Chiapparon 849.51.
Chiara dell'oro 191.19.
Chioccia 203.24.
Chiuin 735 40.
Cia 855.6.
Cia montanina 751.11.857.47.
Cia pagliarina 855.7.
Cia pagliarizza 856.35.
Cia saluatica 857.36.
Cion 597.33.
Cipperina 841.16.
Cirlo 855.10.
Cirlo matto 857.48.
Cisere 593.46.
Cadacinciola 725 27.
Codatremola ibid. 726.46.
Colmestre 146.47.
Colomba riccia 471.4.
Colomba sorella 361.8.
Colomba sottobanche 460.36.
Colombaia 379.25.
Colombo asturnellato 464.10.
Colombo torquato 486.7.
Colombo tronso 464.10.
Columbina 593 40.623.10.
Compasso 530.36.
Coppo 302.13.
Cornuto 753.16.
Corresolo 630.12.
Corrossolo 746.16.
Coruz 98.53.
Cotremola 728.34.
Coturnisse 105.17.109.6.
Couarella 841.16.
Cristella 703.6.
Cul rosso 746.17.
Cul bianco 762.26.

D

Dardanello 661.11.694.36.
Dolcichini radices quæ 42.36.
Dresso 393 39.
Dexanos Venetis quæ auis 580. 44.593.38.

F

Fagiano 47.19
Fanello 824.6.
Fanello marino 825.43.
Faonello 824.7
Fartagnina 844 28.
Fasan. Fasino 47.19.
Fasan negro 67.27.
Fasanella 46.1480.35.
Fasiano alpestre 67 27.
Fauaro 362.18.486.9.
Filomena 774.38.
Finet 825.34.
Fior rancio 651.8.
Francolino 73.20.80.35.
Franguello 816.31.
Franguel incurneng. 744.26.
Franguel montagno 645 37.774. 25.821 12.
Fratino 721.138.
Frinson 850.16.645.36.
Frnson ibid.

G

Gallatura 209.45.
Galletto di Maggio 7034
Galletto di Marzo 703.3.
Gallina 190.34.
Gallina naina 192.30.
Gallina d'India 36.19.
Gallo 190 34.
Gallo Grotesco 319.50.
Gallo d'India 36 19.
Gallo del Paradiso 703.2.
Gallo saluatico 62.51.
Gardena 593.48.
Geron 726.44.
Giarola & eius descriptio 765.45. icon 766.
Figenia 580.18.
Gottorosola 829.16.
Grassegallina 25.2.37.
Grison 745.36.

H

Hebrei 145.19.

I

Isole de Colombi 410.44.

INDEX:

L

Legora 809 46.
Legorin 809 45.
Lequila 853.9.
Lodola 831.19.
Lodola campagnuola 847.52.
Lodola campestre 844 27.
Lodola capelluta 841.15.
Luganello 809.46.
Lugarino 809.44.
Lugaro ibid.
Lusignuolo 775.38.

M

Maluizzo 597.32.
Megliarina 856 37.
Merle alpadic 613.14. 630.22.
Merlo 630 18. 602 18.
Merlo alpestre 623. 6.
Merlo biauo 618.34.
Merlo chiappà 615. 16.

O

Occhio bouino 653.9.
Orbasina 711.16 713.20.
Otorno 146 47.
Ouo 191. 1.
Oua da here 300. 30.
Oua nella teglia 301. 14.

P

Pagliarizzo 856. 38.
Palombella 485.26.503.19.
Palõbo 258 44.485 30.486.6.
Palombano 485. 30.
Papagallo pesce 6.38.
Papazino 651. 13.
Parisola 713 19.
Parizuola 711 13.
Paronzino 715 41.722.5.
Parozolino 7 . 1. 13.
Patruza 711. 15.
Parussola 703. 20.
Parussoliu 721. 13.
Passereo 532. 39.
Passere calaringo 532. 39.
Passere matto 530.436.3.
Passere matto siue ingannolo 563. 50.
Pauarina 252. 37.
Pauoneggiare 19.55
Pecietto 741. 37.
Pendolino 715.42.
Perchia chiagia 654.51.
Perdice 109. 16.
Perdice alpestre 145.19.
Pernigona 109. 17.
Pernice 109.17.
Pernis alpedica 80.34.
Pernisa 109.5.
Perniso ibid.
Pernise bianca della montagna 145.20.
Pesce palombo 484. 30.
Pesce Rondine 658.41.
Petron 849. 50.
Petronella 844 27.
Petronello 849. 51.
Petrorosso 741. 26.
Petusso 741. 36.
Piccafiga 752.41.756.48.
Pigliamosche 734.45.
Pinson 816.32.
Piombina 165.6.
Pispissa 725.30.
Piuida 244.14.
Pizzagallina 252.37.
Poligola 711.16. 713.21.
Pollastro 290 41.
Pollarolo 290.31.
Pollo 190.41.
Porto delle Quagl 156.47
Ptune de frati 127.34.
Prune per sigone 127.28.
Pulcino 190.33.42.
Pulina 303.50.
Pullaro 249.26.
Pullicino 190 23.
Puppola 703.5.
Putta 703.8.
Piuuiono 258.46.

Q

Quaglia 152.19.
Quagliarolo 163.45.

R

Raparino 800.1.855.9.
Rauarino 800. 1.
Rè delle Quaglie 174.55.
Reatino 653.48.654.50.
Regio 844.28.
Reillo 651. 15.
Rendina 698 40.
Retino 651.14.
Reuezol 746.14.
Rhoticas 145.18.
Reatino 654. 50.
Rapirola 994.31.
Rondela 658.42.
Rondena 660.22.
Rondina 698. 39.
Rondine 660.21.
Rondinella 660.22.
Rondola 658.42.
Rondene 694.35.698.41.
Roscignuol 775. 38. quid Bocatio 772. 55.
Rospendino 721.13.

S

Sassarolo 468.21.
Scagliuola 768.33.
Scartzerino 854. 17.
Scatarello 759 6. icon 780.
Schiron 595.28.
Scriciola 651. 16.
Scussacoa 725.28.
Scarino 853.33.
Serino 853 22.854.6.
Spaiarda 856.39.
Sparnazzare 236.4.
Spron di caualliero 835.29.
Squassacoa 725. 28.
Starna 109 17.
Stoffare 297. 17.
Stolco 62.56.
Stolgo 62.55.
Stolzo ibid.
Stoppia 732. 6.
Storno 631. 49.
Strapazino 764. 16. descriptio,
Stufflotto 744.27. (icon ibid.
Sturnello 631.48.
Stuffeleno 744.26.

T

Taranta 850.45.
Tartari 694 35.
Teste nere 752.47.756.30.
Tordo 580.16.599.34.
Tordo pesce 597. 7.
Tordo dell'ouo 191.27.
Torquato 486 4.
Tortora 507. 14.
Tragino 164.35.
Triosagalo 855.10.
Tronso 361.7.
Trotta 506.17.
Truffello 163.45.

V

Vschirnabò 713.11.
Vccello di neue 725.30.
Vccello d'oro 853 35.
Verdmontan 850.41.
Verdon 850.40.
Verdero 850. 41.
Verzerot 856.37.
Vidarino 800 40.853.34.
Viscada 585.20.30.
Vouo 191.1.
Vpega 703 2.
Vrblan 145.16.
Vsignuol 772.53.775.36.

Z

Zaranto 850.44.
Zinzin 711.15.
Zizila 66.22.

Gallica

Gallica.

Alouette 831.16.844.37.
Alonette de pre 832.2.
Angel 501.48.
Arbenne 145.16.
Arondelle 658.42.
Aussecue 728.34.

B

Battemare 725.35.728.33.
Battequeue 728.33.
Batelle ssifue 728.31.
Beccasse 74.54.756.13.
Beccasico 756.36.
Beree 741.37.
Bergerette 728.38.
Bergeronnette raulne 728.39.
Berichot 654.53.
Beurichon 654.52.
Biset Gallis quæ auis 362.21. 598.30.
Bistarde 86 29.
Blanch d'vng oeuf 191.19.
Beuf de dieu 654.53.
Bret 599.20.
Bruant,& eius descript. 750.34.
Bruyan 856.40.

C

Caille 152 28. (42.
Calandre 151.23.595.43.846.
Cãne petiere 74.51.quę auis 61. 33.historia 96.1.non esse Tetracem Athenæi 69 9.
Cassenoix 630.13.645.40.
Cedrini 854.10.
Celui de moraille 563.38.
Cerisin 809.46.
Chanteur 658 39.
Chappon 343.38.
Charderaulat 800.3.
Chardoneret 800.2.
Chardonet ibid.
Chariuari 493.41.
Chochiepere 645.40.
Chosti 647.38.
Cinit 809.46.
Coc de bois 62.54.
Cochet 190.43.
Cocheuis 841.17.
Calapa 716.47.
Columbe 258.45.
Columbe priuee 258.45.
Conta fasona 654.55.
Coq 190.35.
Coquu 108.10.
Coulon 258.45.486.15.
Cublanc 759.35.
Culblanc 762.26.
Cursalet 163.45.

E

Enguane pastre 726.45.
Estorneau 631.49.
Erpie 703.8.

F

Faisant 47.19.
Fallope 832 2.849.8.
Farlourse 852.1.
Farlouse 849.7.
Fauuette brune 752.10.765.6.
Fauuette rouse, & eius historia 656.44.
Forfonte 654.53.
Freux 96.22.quæ 62 3.
Friguet 563.36.
Furo 187.38.

G

Gaue 190 35
Gal 185.40.190.35.
Galabre alpinis quæ 109.38.
Gau 190.35.
Geline 190.36.
Geline de boys 80.39.
Gelinette 190.36.
Gelinette sauuage 80.36.
Gelinote de Boys 80.39.
George rouge 74.37.
Gran Hirondelle 698.44.
Gran Martinet 698.44.
Grand Ramier 486.13.
Griue 580 20.581.12.593.40.
Griue petit 599.33.
Griue sisale 595.42.
Grosbec 645.39.50.
Groulard 739.45.
Gugnecue 725.35.

H

Harondelle 660 23.
Harpeus 101.25.
Hirusfecue 728.34.
Hirondelle de riuage 694.40.
Huppe 703.7.

I

Iau 185.41.
Iaule d'vn oeuf 141.27.

L

Lauandiere 716.45.738.33.
Linote 823.53.
Linotte 824 8.
Litorne 295.34.580.23.
Lupege 703.
Lynette 824 8.

M

Malenze 713.29.
Mansert 486.16.
Marenge 721.15.
Martinet 694.37.
Mauuis 597.34.
Mauuis 580.21.
Mayenche 711.17.
Mere de Cailles 174.55.
Merle 602.28.603.26.
Merle au collier 620.45.
Merle bleu 615.16 618.32.
Mesangue 711.16.13.22.25.
Mesangebleue 721.15.
Mesange hupee 724.7.
Mesãgue à la lõge quieue 725.43
Moeyeu d'vn oeuf 191.27.
Moil 107.39.
Moineau 532.44.
Moiniaeu de muraille 563.42.
Moiniaeu de noyer 563.40.
Morgeline 252.32.
Mucet 532 44.
Mouchetellete 738.29.
Mouchette 738.30.
Muchet petit 765.1.
Mourier 718.5.
Moutardier 698.45.
Moyne 721.15.

N

Nonette 713.22.

O

Oeuf 191.1.
Oisau de nerte 580.20.
Ostarde 86.28.
Oustarde ibid.
Outarde 86 19.

P

Pegasigo 756.36.
Passe 532 43.
Passera ibid.
Passetaeu 532.44.
Perie 199 25.
Perdris 199.13.
Perdris aux piedes ruuges 199.8.
Perdris blãche de Sauoie 145.15.
Perdris de Caams 109.15.
Perdris franche 109.9.
Perdris graue, vel gaille 109.8.
Perdris goache 109.14.
Perdris Grische 109.14.
Perdris gringette 109.13.
Perdris grise 109.15.
Perdris de montagne 80.38.
Perdris rouge 109.9.
Pernise 109.8.
Petit ramier 486.14.
Petit roy 651.16.
Phauier 362.16.486.9.
Pied d'Alouette 815.28.

Pied de Geline 251.33.
Pied di pigeon 410.22.
Pigeon 258.39.
Pigeon ramier 486.16.
Pinſon d'Ardaine 821.21.
Pinſon montain ibid.
Pinſon royal 645.40.53.
Pinſon verdier 815.53.
Pion 744.29.
Piuoine 744.28.856.32.
Pol 190.42.
Pollaile 190.43.
Pollet 190.42.
Poul 651.16.
Poule 190.36.
Poule d'Inde 36.20.
Poulſin 190.43.
Poulſiniere 186.16.
Preier 177 18. deſcriptio 179.26. cur ſic dicta 181.55.
Pruyet 179.26.

Q

Quinſon 816.43.

R

Ramier 362.16.486.9.
Raſale 109.16.
Rasle 175.14.
Rebetre 654.53.
Redoyell 654.55.
Rezeto 654.55.
Roguau pleis 6.42.
Roncette 739 53.
Roſcignol 775.58.
Rouſſignol de muraige 746.17. 772 7.
Roſignol ramage 775.52.
Rottellet 651.16.
Rouge bourſe 741.37.
Rouge gorge 745.37.
Rouſſette 765.6.772.50. vnde dicta 765.15.
Rubeline 741.37.
Roy 754.52.
Roy de Cailles 174.55.
Roydes Ouſeux 654.55.
Roybetre 654.53.
Roytelat 654.55.
Roytelet 651.16.654.53.

S

Scenicle 809.46.
Serin 809.46.
Sourſicle 651.16.
Speruoczuolo 711.16.

T

Tarin 853.8.
Tarragon 361.37.
Teriz 182.44.
Thyon 739.45.
Tiraz 164.35.
Tirin 853.9.
Tortue 581.18.
Turd 580.20.
Touret 597.35.
Tourez 580.23.
Tourorelle 507.15.
Traquet 739 41.
Trasle 599.35.580.21.

V

Verdere 856.40.
Verdereule 856.40.
Verdeyre 850.46.
Verdon 856.40.
Verdier 850.46.
Verdrier 856.40.
Vitrec 762.16.

Hiſpanica.

Abbilla 603.6.
Aguza neue 725 33.
Alionine 821.13.
Arreaquo 698 44.
Aneloa 726.44.

C

Chamaris 721.13.
Codorni 109.7.
Cuaderniz 152.28.
Cuiuiada 831 20.

E

Eſtermino 631.48.

F

Faeſan 47.19.

G

Gal 185.40.
Gallina 190.37.
Gallina enana 191.53.
Gallinero donde dourmenlas
Gallinas 249.72.
Gallo 190.37.
Gelondrina 670.22.
Gelondrino Andorinha 660.22.
Gorrion 532.42.
Gorrion pequeno 532.43.
Gorrioncello ibid.

M

Melroa 603.26.
Mierla ibid.
Milcheiro 721.13.

P

Palama 256.44.
Paloma torcaz 486.8.
Patdal 532.41.
Pauon de las Indias 36.20.
Paxaro 532.41.
Perdix 109.10.
Petypitalo 725.33.
Pintacilago 800.6.
Popa 703.6.

R

Ruiſſienox 775.45.

S

Sielecolire 800.6.
Sirguerito ibid.
Stornino 631.48.

T

Tintilao 713.30.
Tordo 580.23.
Tortora 507.14.
Tortorilla ibid.

V

Venceio 698.44.
Verdelham 850.46.

Z

Zorzòl 180.23.

Germanica.

Aeſchmeiſzle 722.14.
Amſel 603.26.
Auerhaen 62.23.63.2. vnde dicatur 63.4.
Auuerochs 63.9.

B

Brumlerch 847.53.
Beemerziemer 597.37.
Begeſterz 726.40.
Behemle 597.37.
Bergfaſan 63.12.
Bermeiſzle 715.45.
Beſchvvalben 693.18.
Bergtroſtel 597 33.
Beubellerch 841.17.
Birhamſel 603. 52. 620. 26. 623 4.
Birgfaſan 67.22.
Birugum 63.11.
Burckhuner 62.22.63.9.
Birgſchlingen 66.28.
Birckarbor quæ 63.10.
Birckhoun 71.10.
Bitten 597.42.599.11.
Blanmueiſz 721.17.
Blanuogel 589.31.617.34.
Bleidlech 844.33.
Blurfinck 744.29.36.816.4.
Boemerle 597.36. (46.
Bollebick 744.31 645 48.745.
Bollenbyſſer 744.31.745.46.
Bomerlin 567.36.
Brachmſel 177.22.30.613.19.
Brachuogel 177.20 580.50.613 (8.
Brantmeiſz 713.28.
Bratnemilch 302.12.

INDEX.

Brechuogel 618.54.
Brom neisz 744.30.
Buchfink 816.45.
Bustner 762. 29.
Bymetisse 721.18.

C

Calekuttisck hun 36. 19.
Chlaen 619.9.
Cog 190.35.
Coper 847.53.
Cronabet 593.48.

D

Drassel 596. 37.
Droessel ibid.
Dumeling 655.5.
Durstel 596.58.

E

Emberiz 571.15.856. 42.
Emmeriz 572.9.856.42.
Emmerling 144.23.
Ey 191.1.
Eyer in ancken 301.14.

F

Fademle 854.15.
Fasan 47. 20.
Finch 800.17.816.44.
Flugenstecherlin 737.3.

G

Gael Bachsterlzen 716.8.
Gaghsen 203.16.
Galander 646 40.
Galgensiken 856 42.
Harsthammet 739. 35.
Gaulammer 752.1.
Geeosste hennen 194.1.
Gelbe Vvasensteliz 728.39.
Geelgorst 856 44.
Gersthummer 533.47.
Gersvvalmen 698.46.
Gickerlin 736.30.
Gilbersehen 836.45.
Gilblinck 856.44.
Gilvvertsch 856.41.
Girlitz 854.16.
Gitsitz 829.46.
Gixerle 597.43.
Goldammer 144.23.
Goldhendin 651.16.
Goll 744.32.
Golofiuck 816.4.
Grasmusch 752. 756.49.
Grasmusch mit dein svvartzkopf 756.38.
Grlel 98.33.
Grienuogelin 736.31.
Gross Vvelsch hennen 193.27.
Gross holtz tub 486.18.
Grunfinck 850 46.
Grygelhaeu 67.23.70.23.
Gryllen 85.22.
Grynerlin 755.
Gukerlin 736.30.
Guggel 109.37.
Gugger 44 32.
Gul 186.35.190.37.
Gurse 806.9.
Gutfinck 744.30.
Gyger 647.2.816.3.
Gympel 744.33.
Gyntel, & eius descriptio 825. 50. icon 827.
Gyrle 653.40.

H

Hagamsxlen 620.30.
Hail 744.32.
Han 190.37.
Hanen sporn 253.1.
Haushan 190.37.
Haselhun 73 25.74 23.80.23.
Heidenhempflin 824 14.
Heindenmeisz 724.6.
Hensflin 824.10.
Hennebergcastium, vnde dictum 126.40.
Hemmerling 856.47.
Heubel meisz 724. 6.
Himmellerch 8 4.35.
Hirngryllen 854. 18.
Hirszfinck 850.48.
Hirszuogel 850 49.
Holtztuben 503.26.
Hun 190.37.
Hunckel 190.43.
Hunerbisz 152.23.
Hunerdieb 2 1. 0.
Hunersterb 252.24.
Huonle 190.43.
Hussvvalm 660.24.
Husztotele 746.17.
Husysper 532 44.

I

Indianisch huu 36.19.

K

Kaatmeiszle 722. 15.
Kalander 846.40.
Kaphan 343.39.
Kappun 343.38.
Kapunensteln 199.33.253.28.
Kathaan 703.8.
Kernbeisz 645.42.
Kirszfinck 645.42.850.48.
Kirchsvvalber 693.17.
Kirseschneller 645.43.
Kitzeren 590.2.
Klar oder vvijssimey 161.19.4.
Klein Zimmer 581.6.619.4.
Kleiner Orhaen 67.20.
Klepper 645.42.
Klosterfreuvvle 726.48.
Kobelmeiss 724.5.
Kolmeiss 713.24.722.10.723.4.
Koruogel 856.44.
Krameruogel 580.48.
Kramvvituogel 595.36.
Kriel 192.29.
Kunter 258.47.
Kureramsel 623.5.
Kurhenn 38.43.342. 16.
Kuttuogel 850.46.

L

Lauhaen 67 29.81.17.
Leihennen 392. 13.
Lerch 831.21.
Leym trostel 581.10.
Lofinck 744 34.816.4.
Lockruben 398.45.503.26.
Lumingk 532.45.
Lurlen 844. 36.
Linfinck 824.9.

M

Maglerch 841 17.
Maldfinck 611.23.
Maldlerh 848.24.
Maldzinsk 808. 36.
Mastfaederem 196.52.
Mayss 711. 18.
Meelmeiss 721.16.
Meertzische Druffel 589.36.
Meisenbeinle 712.38.
Merl 603. 27.
Meysz 711.18.
Mistelfink 593.46.
Mistler 593 46.
Munchlein 156.40.
Murhan 342 6.
Murheun 342.16.
Murmeisz 722.9.
Murspyren 693.18.698.46.
Murswalben 693.18.
Murszhaher 631.4.

N

Nacthgall 775.45.
Nessalzscuning 655.3.
Nutzbicker 613.4.
Nuszbrecher 630.14.631.4.

O

Ochseneugle 651.19.
Orhan 38.40.62.9.63.2.

P

Pernysse 309.11.
Pfasslin 744 38.

INDEX.

Pfauu en ſpiegel 19. 16.
Pfannestil 715.45.
Pfannenſtigliez 715. 39.
Pfannenſyſt. 19. 23.
Pfauenkrut 19. 16.
Pſippe 244.15.
Pimpehneiſsz 721.16.
Pirckhoener 63.9.
Plochtab. 486.19.
Plutztehuner 297.52.

Q

Quecher 744.36.
Quetſchfinck 744.35.

R

Raebhuner 80. 23.
Raphun 109.18.
Rappſinck 850 47.852.6.
Reckolteruogel 595.36.
Rietmiſz 722. 9.
Rinderſtaer 631.40.
Ringamſel 922. 5.
Ringelſparz 529.35.
Ritterſprou 835.28.
Ringeltub 486.18.
Robellerch 847 53.
Rorgeutz 529.43.
Rorgytz 529.43.
Roſzamſe 623.4.
Rotbuſtle 741 37.
Rotele 641.37.
Rothun 109. 11.
Rotkelchyn 741.38.
Rotkogelken 800. 5.
Rotkeropfflin 741. 38.
Rotkropff 341 38.
Rottaphun. 109.12.
Rorſchvventzel 748.24.
Roſtrſtertz 746. 19.
Rotuogel 744.32.746.18.
Rottetroſtel 597.40.
Rotzagel 746.18.
Rouuert 821.24.
Rynſvvalbe 694.41.
Rynuogele 694. 43.

S

Sangdruſchel 599.38.
Sanglerch 844 33.
Scarlach 251. 2.
Scherrer 593.48.
Schlagiub 486.18.
Schneehun 145.21.
Schnerfinck 821.24.
Schnepff 175.17.
Schneeuogel 145. 22.
Schnykuning 655.1.
Scoſſerle 795.50.825.31.
Sckoſszlin 824.9.
Schrathun 145. 23.
Schrecke 175.2.
Schvvadeile 854.16.
Schvvalbe 660.24.
Schvvalm 660.24.
Sehvvartzkopff 756. 38.
Schvvantzmeiſzlin 715.44.
Seehan 185. 7.
Seeleychen 829 17.
Seeſvvalm 661.24.
Sirelfinck 800.3.
Siſteluogel ibid.
Snekoning 655.1.
Spar 532.44.
Spartz ibid.
Speinet 694.40.
Speirſvvalben 594.45.
Sperk 532.45.
Sperling 532. 45.
Spiegemeiſz 713.24.
Spilhan 67.24.72.6.
Spirſchvvalben 698.46.
Sprieche 631. 50.
Spzren 694.48.
Staar 631. 49.
Starn ibid.
Steinamſel 623.4.
Steimbyſſer 645. 42.
Steinhun 142.14 48.
Steinlerch 847. 53.
Steinrotelem 589 30.617.29.
Steintroſtlen 589. 30.
Steintube 360.19.
Stigelitz 800.4.
Stockhenſtring 825. 53.
Ster 641.49.
Stolitz 63.3.
Struſzle 651.19.
Stuzſmeislin 724.5.
Summerrotele 746.17.
Svvale 660.24.
Svvalmenkraut 667. 44.
Svvalmenſtien 677.49.
Suſtartzokpff 753.43.
Tauble 238.

T

Tanberfuſz 410.23.
Teelſchvvalben 694.48.
Thanſink 821. 24.
Thannenmeiſzle 651.20.724.17.
808. 34.
Thumherr 744.33.
Thumpsaff, 744.35.
Thurnzhoening 655.2.
Totdtenuogele 737.4.
Todrer 191.27.
Torteltub 507.16.
Trapp 86. 21.
Triel 98.53.
Triellapen 101.9.
Troſtel 599.36.980.38.
Tuns 700.6.
Truſel 599. 39.
Tſchutſcherle 825.34.
Tub 258.46.
Tubenkropfle 409.44.
Tubenrok 410.29.
Tuble 258.40.
Turtel 507. 16.
Tutten 191.28.
Tutten 191.27.850.17.

V

Valdhum 109.18.
Vberſvvalbe 694.40.
Verdempffen 297.18.
Verdempffer eyer 300.20.
Vogelgkraut 252.37.
Vrhaen 59.39 62.39.93.
vnde dicatur 63. 3.
Vrhanslagien 66. 28.
Vrochſs 63.9.
Vvachholteruogel 595.36.
Vvachtel 152.29.
Vvachtlenkyning 175. 1.
Vvaltamſel 622.5.
Vvaldmelſzle 724. 16.
Vvaldroſtel 581. 8.
Vvaldrooele 541.38.
Vvaldyinzſzle 724.18.
Vuuaſſerchvvalbe 694.41.
Vvaſſertroſtlen 589.33.
Vvedehoppe 703.9.
Vvecholbterziemer 595.36.
Vvegeſtertz 726.48.
Vvegffecalin 749.2.
Vveindruſchel 597.43.
Vveingatruogel 597.43.
Vveſch hun 36.19.
Vveltſchraphun 109.11.
Vvlchhtuhen 486.33.
Vvtterhan 254.20.
Vvidehupffe 703.8.
Vviltraphun 145. 23.
Vvinſel 597.36.
Vvinterfinch 821. 24.
Vvinterrotele 741.37.
Vvidergukerlin 737.7.
Vvyderle 737.12.
Vvydluuff 703.8.
Vvinterpsker 718.9.
Vvijs croſtel 597.38.
Vvinunogele 846.20.
Vvijſſer pijren 692.18.
Vvijſſe Vvaſſet ſteltz 726.48.

INDEX.

Vvijsztroſtel 597.41.599 40.

Z

Zagelmeisz 715.39.
Zam ſchlagthbem 480. 29.
Zaumknening 654.56.
Zeonſchlipffle 753.6.
Zeisel 809 52.
Zerrer 593 47.
Zeyſich 808.36.
Zeysle 806 8.
Ziemer 580.23.
Ziepdruſchel 581.21.
Ziering 503.47.
Zigelliempfling 824.13.
Zilzel perle 724. 18.
Zilzepſle 737.13.
Zinze 809.52.
Ziſich 800.16.
Zizele 809.53.
Zonkuning 655.
Zunſchlipſile 655.2.
Zijsken 809.53.

Belgica.

Aronde 660.24.

B

Belleduuen 361.24.

C

Coelmaes 713.24.
Cortbeckeduuen 363.14.
Cramer 580.24.
Cijſcken 809. 54.

D

Dien 543. 2.
Doſſer 2 8.49.
Draijers duue 361.16.369.33.
Duffert 248 49.
Duue 258.46.
Duuebecken 368.19.
Duueporten 234.10.
Dueslach 381.17.
Duijf 258.49.

E

Engelken 808.56.
Eer 532.34.

F

Faſaen 47.20.
Faſant 47.20.

G

Galuogel 809.54.
Gans 86.24.
Gecopte duuen 361.34.
Geeloinck 856.45.
Geeluogelken 809 54.
Gekrielde hennen 192.30.
Geelſinche 816. 1.
Goutmeel 613.16.
Gotuink 816.5.
Graſzmuſche 752.38.

H

Helmduuen 361.25.
Hanneſcrapſel 236.3.
Hoenderbeet 252.43.
Hoenders crue 252.24.
Houtmoſche 532.20.
Huheron 703.9.
Hubethub 703.9.

I

Inſine 856.43.

K

Kappers 361.8.
Klein Brachuoken 739.40.
Klokennen 203.24.
Knoc 824.10.
Konikken 661.22.655.4.
Kromeruogel 595.35.
Kirieſduuie 486. 26.
Kroppers duue 360.49.
Kuijckendienſ 241.43.
Kucken 190.44.

L

Lecs 836.20.
Leeutick 831.22.
Leevverck ibid.
Lijſter 580.24.603.27.
Lyſteruogel 580 24.

M

Maes 713.23.
Manſau 480.17.
Meerel 603. 28.
Merlaer 603.28.
Meſe 713.23.
Meſes lagen 712.28.
Muſche 532.45.732.38.

N

Nachtegael 775.46.

O

Olimeerl 613.16.
Ouer legers duue 361.150.369. 33.

P

Paſſer 539.35.
Perdij 109 18.
Peter 805.5.
Pilart 744.34.
Pimpelmees 722.16.
Pippe 344.15.
Pitter 800.5.

Q

Quartel 155.29.
Quartelebeyen 159.52.16.5.54.
Quickſtaert 715.36.726.49.

R

Rinduue 486.20.
Rubin 814.10.

S

Siſgen 800.54.
Spraeu 631.52.
Spraeuyvepotten 641.28.
Steenſvvalemen 698.47.
Stroufdien 543.2.
Struijs 531.38.
Svvalem 660.25.
Svvalvve 660. 24.
Suualken Vorbort Eriſijs 677.9.

T

Tgeel Vantey 191.29.
Tille 388.17.
Trapgans 60.55.86.14.
Trou 543.1.
Tronuteldune 507.18.
Troutelen ibid.
Tnttelduue 507.16.

V

Vinck 816.45.
Vlaſſinck 824.10.

Anglica.

Arlyng 618.53.

B

Biſtard 86.16.
Blackbzie 693 28.
Blakeſel 603 28.
Blokdone 486. 22.
Bruothen 186.15.
Bulfinche 744. 40.

C

Capon 343.39.
Chirche martinettes 693.16.
Chijk 190.44.
Cloturd 618.51.
Cok 190.38.
Coushot 486.21.

E

Egge 191.1.

F

Feſan. Feſant 47.21.
Feldfare 580.25.
Filſar ibid.

G

Gulx 86.27.

H

Hathlerck 844.32.
Hedege Sparovve 753.4.
Hen 190.38.
Hen harroher 241.54.
Henneof Genuy 36.38.
Hethcok 340.21.
Houuple 703.9.

K

Kokof Inde 36.20.

Louroch

INDEX:

L

Leuroch 831.21.
Leycha 841.18.
Leyck 831.21.

M

Martlettes 698.10.
Mauuis 590.42.
Morchen 80.40.

N

Nychryngall 775.44.

P

Pertrise 109.19.
Poluer 593.50.

Q

Quayll 152.30.

R

Redbrestre 741.39.
Redbrest 816.46.
Rede Sparrouu 527.29.
Ringerdone 486.21.
Robin 816.46. 741.36.
Robbyn rock 741.40.
Rok martinettes 693.16.
Rudoche 741.40. 816.46.

S

Scaffinche 816.46.
Sheldappel ibid.
Sisken 808.56.
Smatche 618.52.
Sparrou 532.45.
Spinck 816.46.
Stare 631.52.
Steinkek 638.53.
Stail 631.52.
Ster 644.3.
Sterling 631.54. 643.50.
Stockdoue 486.22.
Svvalovve 660.25.

T

Thegreat Svvaloues 998.48.
Titmouse 711.18. 721.18.
Trossel 599.41.
Turtell 507.17.
Turteldnue 507.19.

V

Velouuham 856.49.
Viuck 816.46.
Vouulting 850.50.
Vuagtale 726.49.
Vvolderch 847.53.
Vvod culuet 486.22.
Vuren 651.21. 655.4.

Scotica.

Aneblak cok 340.12.
Anagrey heu ibid.
Anem Vvyrcok 342.6.
Gustardes 86.27.

Polonica.

Bosant 47.21.
Czizek
Droozd 599.44.
Dudek 703.16.
Gluch 580.26.
Iemioluca 580.26.
Koropathvva 109.19.
Krolick 651.21. 655.4.
Sczigil 800.6.
Sclouuik 816.47.
Spatzek 631.33.
Sfaczick 631.54.

Bohemica. Hungarica.

Steglick 800.6. *Boh.*
Tschasarmadar 80.40. *Hung.*

Illyrica.

Baziant 47.21.
Czisz 809.54.
Dedek 703.10.
Divvoky 486.22.
Diask 744.40.
Drozd 594.44.
Gerzabeck 80.42.
Hardlicze 507.17.
Kos 603.28.
Krziepelka 152.30.
Kuropta va 109.19.
Kuuicziela 580.25.
Merle 618.34.
Plnkauua 616.47.
Prskavvec 593.50.
Rzierziabel 80.43.
Skrziuuan 832.21.
Slauuik 775.46.
Sparzek 631.53.
Sfaczieck 631.53.
Steglick 80.6.
Strnad 856.41.
Sykora 711.18.
Tetres 63.33 13.(13.
Tetrzeuu 62.33.63.
Vulastouvige 660.23.
Vvrasbecz.
Zeglolka 850.47.

Turcica.

Agulgulsin 724.18.
Ala 713.30.
Beblek 728.35.
Bibil 855.4.
Eeluck 603.29.
Garatauk 593.50.
Gargà 631.4.
Giegien 645.44.
Iabantan 80.43.
Ibick 703.13.
Iuga 258.49.
Sarà 258.49.
Serce 651.21.
Surglun 47.21.
Vtlugan 809.54.
Ygen 258.49.
Zil 109.19.

Ægyptiaca.

Maluph 190.39.

Saracenica.

Dic 187.34.
Tefele 187.35.

Abissinica.

Aroazes 343.39.

Indica.

Amaluna 796.36.
Cabuya 125.13.
Gaxibaxaqua 796.35.
Fruson 647.44.
Hebequen 125.11.

FINIS.



BONONIÆ M.DC.LII.

Typis Io. Baptistæ Ferronij. Superiorum permissu.

BONONIÆ M.DCLII.

Typis Io. Baptistæ Ferronij. Superiorum permissu.

ALDROVANDI

T. II.

ORNITHOLOGIA

2